775

Operū Origenis Adamātij Tomi duo priores cum tabula et indice generali ꝓxime sequentibus.

Monrij Can: Waldsee Reg:

Venūdātur cū duobus reliquis eorūdē Tomis in ędibus Joannis parui: et Jodoci Badij Ascensij: Cum gratia ⁊ priuilegio Regio.

Excellentissimo virtutum omnium & optimarum literarum specimini.R.in Christo patri et domino Magistro Michaeli Linguonēsis ecclesię merito pręsuli & inter Francorum pares facile principi, Iacobus Merlinus theologorum minimus cum omni qua potest obseruantia.S.

Vi virorū illustrium defæcatos mores præclarasq; doctrinas studiose explorāt:vt se ad bene beateq; viuendū eorū exemplis illiciant:Talem in primis e cœtu priscorum virorū hominē deligere habēt: qui quasi quodam in speculo omnifariam instituendę vitę normā admirādam:imitādamq; concedat.Habet sane vnūquodq; propositū suos principes & quos imitetur duces:qui omnē nostram actionē ad perfectum gradū citissime expeditissimeq; conducant:quo vel nunq̄ vel serius q̄ par sit nostrū ingeniū nos perduxisset.Sicut sane illū callem q pręteruntium vestigiis signatus est certius ambulamus: ita in cōmuni mortaliū vita alienis exemplis proptius inhęremus:atq;(vt dici solet)nostri animi imaginē viuis spiritalibusq; disciplinis & virtutibus perfacile effigiamus.Hinc Hieronymo teste:Roma Camillos:Fabricios:Scipiones:duces imitatur.Philosophi:Pythagorā:Socratē:Platonē:Aristotelem sibi proponūt.Poetę ęmulantur Homerū: Vergilium:Menandrū:Terentiū.Historici Thucydidē:Sallustium:Herodotū:Liuiū.Oratores Lisiā: Graccos:Demosthenē:Tullium.Statuarii:architecti:naucleri:seu nauarchę(vt cęteros pręteream)suos habēt Praxitelē: Apellē: Dędalū:Iasonē. Nos vero qui egregias animi dotes insitasq; Christicolarū virtutes cōquirere contēdimus:tot tantisq; tū institutis: tū exemplis insignium patrū abundamus:vt nihil horū quę ad augendā instituendāq; Christianā vitā conducunt deficiat.Cæterū ne queādmodum in opificibus exemplariorū pelagus nostræ quidē consideratiōnis oculos hebetet:egenosq; efficiat:vt ipsorū patrū mores ęmulari:& docto(vt ita dixerimus) penicillo interna nostrę mētis effigiare ad eorū exemplar possimus: e tam ampla priscorū patrū sylua vnū talem deligēdum censui:qui tum morū integritate:tum dicendi vehementia:tū multarū rerū peritia & ingenii expedito flumine delectet:atq; afficiat nos ad sui imaginem effigiandos cōponendosq;.Talis procul dubio Origenes Adamātius Leonidis martyris filius occurrit: qui(nimirum)eū quem inter sydera sol:quē inter volucres aquila:inter beluas bethmoth:inter gigātes atlas: inter israeliticos Saul:inter theosophos dignitatis gradum iure sibi vendicat.Eo sane nemo sanctior:doctior:eloquētiorve & omni disciplina promptior: cui tam sublimis ingenii acies: tam immortalis memoria:tam in dicendo viuax acrimonia:in religione pietas:atq; obseruātia:vt inter mortales nec primum similem visus: nec habere sequentem. quo fit vt quicquid ex eius officina in lucem prodierit subtile admodū sit:inusitatum:copiosum:succulētum: omnem in superos religionem redolens:animos ad pietatem afficiens:& velut sapientis venefici carmen:quosq; mortales erudiens:delectans:illiciens:transformans.Fidem pręstant locupletissimam innumeri qui relictis gentilium statis:atq; ritibus:seposita quoq; eorum barbarica ferocitate dum patris Adamantii facundia per vniuersum orbem tumultuaret apertis scripturarum promptuariis doctrinæ suæ odore delibuti ex camelis columbæ:ex lupis agni:ex leonibus Christi oues effecti(dictu mirabile)mansuefacti sunt. Dū sane sion itabirium & alia iudęę montana(id est scripturæ diuinæ excelsa)legēdo percurreret:quasi e quibusdā cauernosis antris veritatem eruebat:& vnde interdum nulla sperabatur:tam grandia scripturarū educebat mysteria:vt nemo qui ad eū accessisset ineruditus abiret:nemo qui veritatem oppugnaturus ad eum venisset inuictus abscederet.Illos quidem errorum nidores quos mortalium ingenia contraxerant effluenti/feruenti/acriq; orationis genere eluere contendebat:& munus debitum nunq̄ se exsoluisse putabat:donec pulsis errorū tenebris veritatē(quasi mortalium animos fugientē)deprehēdisset:effudissetq;.Cuius nāciscendæ gratia non tam in immortalium q̄ incorruptibiliū naturas(Platonem imitatus)velut in colūbarum agmen celer aquila/totus feruens anhelabat. Quid plura? iam procul dubio velum templi scissum est: iam nō vltra loquitur Moyses in parabolis:iā in montis cacumine apertis oculis trāsformationis mysteria cernimus:videtur Moyses semoto velamine:iā tota flagrat spiratq; mysteriorū odore(vase literę confracto)domus eccle

siæ: vt ne vnus quidē sit q ad nostrū Adamantium discendi studio accesserit, frustratus suorum vnguentorū odore. Tuo mi Adamanti perfusa terra optimū Christianitatis semē restituit: Tuo doctrinæ splendore lumen indeficiens vniuersus suscipit orbis. Tu contorta tabernaculi tapeta soluis: & bissum e purpura segregas. Tu cherubim pedes & faciem reuelas: & eorum alas explicas. Tu e rota rotam educis: oculus es cęco: pes claudo. & deniq; qđ Abraham angelis officium: Ioseph ægyptiis: Moses israelitis: Iob patientibus: Daniel captiuis: tu cunctis præstas: & exhibes christicolis. O felicem gręciam tanto olim sydere donatam: o quondam docta: sed modo cęca patria: quis te fascinauit vt probra: dolos: errorū erugines: cōuitia: cōspirationes: & tēdiculas molireris (pietatē pro nihilo ducēs) iniicere & concitare in eū qui nihil asperum: arrogans: elatum: sordidū: putreve continet! qui tuos olim filios (vt solet gallina pullos) firmare studuit: & ad pietatis religionisq; cultū excitare: qui deniq; inter sceleratos persecutorū enses districto verbi gladio solo scuto bonæ voluntatis munitus totus ardens ferebatur! Quid igitur eū eliminas: & in longa exilia mittis! A se suum pepulerat effręnis Iudæa moderatorē: illum crucifigens qui eam ab Allophilorum manibus redēpturus venerat: & protinus suum luens facinus facta est vidua domina gentium. Tu illa iniquior: a deo misso Adamantio mille errorū cruces imponis: vt eum releges: quē ambabus (vt aiūt) manibus retinuisse debueras. Quapropter peregrinari / & quasi stipē a latino interpte petere tanq̄ totus marcidus: squalidus cogitur: cui9 sensum olim totus orbis suscipere non valuit: cuius meritorū insignē gloriam nulla lingua hominis decantare suffecit. Verū vbi iam primū latina toga Adamātius exornatus incederet: fida: tutaq; statione frui cū latinis constituit. Sed protinus mille in eū scyllę rabies latrant: mille charybdes: nō iam vacat æmulis: qui dicēdi facundia periti eum tumido ore lacerant: venena in eū fundunt: blasphemā per vniuersum orbem de eo opinionē disseminant. Qui sane quantā irridēdi occasionē pręstent hęreticis: contēplari debuissent: cū eos quos assertores Christiani dogmatis: & defensores putabant: confutari nunc videant & refelli: qui quidē eum a suis impugnatū gaudent quē ipsi hostiliter vincere nō poterant. Sic pro dolor mēdico opem negant: mœsto solamen: lassum inquietāt exhorrētq; peregrinū: immemores nostrū Adamātium illū esse qui a Hierusalem ī Hierico iter faciens incidit in latrones: qui eū spoliauerūt: sauciauerunt: & semiuiuum abeuntes reliquerūt: quē impii ingrati atq; immisericordes hoīes: nō dicā leuitas aut sacerdotes: pręterierūt: peregrino errorem inculcantes: qui longe ante cæteros ab errore summa cum animi cura reuocare cōtenderat: non cōmiserentur Adamantio qui olim misericordia motus pręclaros hortorū fontes altosq; aquarū viuentium puteos indefesso spiritu ouibus Christi parauerat: spreuerūt hominē quem cœlestis Hierusalem inter conciues (pium credere fas est) dudum annumerauit. O nefas qđ satis nunq̄ (vt par est) quisq̄ exhorruit. fleo: suspiro: lachrymo: tuam tantā mi Adamāti gloriam (tanq̄ flosculi) marcescere. Tua me calamitas (etsi nullis fruar virtutum opibus) pientissimi Samaritani officium impellit exoluere. Verū cui te pręsidi deuoueam: offeram: q rem tuam curet: & ea quæ furum manus fecere vulnera oleo deliniat: vino perfundat: nescio: nisi tu. R. in Christo. P. te illi clementem piumq; præstiteris: quippe qui nullum pietatis: nullum misericordiæ: nullum liberalitatis: atq; hospitalitatis munus (qđ procul dubio pientissimi pastoris est officium) in me dudum pretermiseris. Sic itaq; in me tuam charitatem atq; obseruantiam perspectam exploratamq; habui cū omnia quasi per gradus quosdam amoris integerrimi munera percurristi: quā augescere & perseuerare agnoscam cum per te iam in lucem procedere: vires resumere: & aura gallica frui se gloriari valebit Origenes. Hunc igitur Adamantium qualicūq; nostra opella in pristinam gloriam restitutum: & tibi dicatum perhumane suscipito: eius frequenti vtere colloquio: sitq; tibi semper comes fidissimus: siue ambulaueris: siue otieris ad tui animi remissionē: semper suppetat Orig. qui iam e paupere diues (velut Iob) effectus: ex humili īsignis (tanq̄ Mardocheus) innumeram cum seruo Abrahā iocalium supellectilem suis gerit in loculis: vnde tua insigniri & exornari rebecca queat. Insup aquā e diuinis pfert puteis qua sitim paruulorū extinguere: ardores concupiscentiarum (quibus pro pudor totus inceditur orbis) sponsę tuæ lenias refrigeres. Qđ igitur Christo zacheus & Lazarus: qđ Heliæ sarreptana mulier: tu exoro sis nostro Adamantio: vt tuæ domui per eum salus: resurrectio: & charismatis oleum efficiantur in Christo Iesu: qui te oleo lętitiæ perungat: viuificet: & deniq; saluet. Amen.

E Nauarra Parisiensi. Pridie Kalen. Nouemb. Anno ab incarnatione dominica. M.D.XII.

Tabula Alphabetica.

In nomine Iesu Saluatoris, incipit tabula Alphabetica generalis: in quatuor Tomis seu partibus operũ Origenis praecipue annotandorum diligentius recognita.

De litera. A.

Tabula Alphabetica.

b

De litera E.

F.

De litera G.

De litera H.

De litera.I.

Tabula Alphabetica.

De litera L.

De litera M.

Tabula Alphabetica.

De litera N.

P.

Tabula Alphabetica.

De litera.V.

Finis tabulę in totum opus.

Ioannes Aegidius Nuceriē. in laudē Origenis et eius doctrinę.

Quisquis amas sacrę diuina volumina legis,
Ecce patent studijs congrua scripta tuis.
Hęc ab Origeneo manantia flumina fonte
Irrorant viuis fertile pectus aquis.
Aureus interpres grauium fons ingeniorū
Zelus & humani semita recta gregis.
Vnde Augustinus solers: Hieronymus acer
Fulserunt fidei lumina clara pię.
Vnde & sanctorum studiosa caterua virorū
Hausit doctrinę sensa profunda suę.
Sint licet vndantis tibi dulcia pocula riui:
Dulcius in liquidis fontibus vnda sapit.

Opera Origenis Primo tomo cōtēta.

Tituli homiliarum Primæ partis Origenis operum.

In Genesim. Homilię. XVII.

In Exodū Homilię. XIII.

In Leuiticum Homilię. XVI.

Super numeros Homilię. XXVIII.

In Librum Iesu naue Homilię. XXVI.

In Librum Iudicum Homi. IX.

Toto opere contenta.

In Librum Regnorum Homilia vnica.

Finis contentorum in primo Tomo.

Tabula cõpendiaria totius operis. Primo Tomo Quę cõtineantur.

Secundo tomo cõtenta.

Tertio tomo cõtenta.

Quarto tomo cõtẽta.

FINIS.

Origenes Super Genesim. Exodum. Leuiticum. Numeros. Iesum naue: Et libros Iudicum. diuo Hieronymo interprete.

De ortu mundi: & eorum quæ in mūdo sunt. Homilia prima. Cap. I.

A IN principio creauit Deus cœlū & terrā. Qd̄ est oīm principiū: nisi dn̄s noster: & saluator oīm Christ⁹ Iesus: primogenitus oīs creaturę? In hoc ergo principio (hoc est ī verbo suo) deus cœlū & terrā fecit: sicut & euāgelista Ioannes in initio euangelii sui ait: dicens. In principio erat verbum & verbum erat apud deū: & de⁹ erat verbum Hoc erat in principio apud deū. Omnia p ipm facta sunt: & sine ipso factū est nihil. Non ergo hic tēporale aliqd̄ principiū dicit: sed in principio: id est in saluatore factū esse dicit cœlū & terrā: & oīa quæ facta sunt. Terra autē erat inuisibilis: & incomposita: & tenebræ erāt super abyssum: & spūs dei ferebat super aquas. Inuisibilis & incōposita terra erat anteq̄ deus diceret fiat lux: & anteq̄ diuideret inter lucem & tenebras: secūdum q sermonis ordo declarat. Verum quoniā in cōsequentibus firmamentum iubet fieri: & hoc cœlum appellat: cū ad ipsum locum venerim⁹: ibidē differētiæ ratio cœli: firmamentiq dicetur: cur etiā firmamētum appellatum sit cœlū. Nunc aūt ait. Tene-
B bræ erant super abyssum. Quę est abyssus? Illa nimirum in qua erit diabolus & angeli eius. Deniq hoc manifestissime & in euangelio designatur: cū dicitur de saluatore. Et rogabant eum dæmonia quæ eiiciebat: ne iuberet ea ire in abyssum. Propterea ergo deus soluit tenebras dicente scriptura. Et dixit deus fiat lux: & facta est lux. Et vidit deus lucem: quia bona est: & diuisit deus inter medium lucis & inter medium tenebrarum. Et vocauit deus lucem diem: & tenebras vocauit noctem. Et factū est
C vespere: & factū est mane dies vna. Secundū literam deus & lucem vocat diem: & tenebras noctē. Secundū spiritualē vero intelligentiam videamus quid sit: q cum in initio illo: quo superius diximus fecerit deus cœlū & terrā: dixerit quoq vt lux fieret: & diuiserit inter medium lucis & tenebrarum: & vocauerit lucem diem: & tenebras noctē: & dixerit quia factum est vespere: & factum est mane. Non dixit dies prima: sed dixit dies vna: quia tempus nondū erat ante: q̄ esset mundus. Tempus aūt esse incipit ex consequentibus diebus. Secunda nāq dies: & tertia dies & quarta & reliquæ oēs tēpus incipiunt designare. Et dixit deus. Fiat D
firmamētum in medio aquæ: & sit diuidēs inter mediū aquæ: & aquæ. Et factum est sic. Et fecit deus firmamētum. Cum iam antea deus fecisset cœlum: nunc firmamentum facit. Fecit enim cœlum prius: de quo dicit. Cœlū mihi sedes est. Post illud autē firmamentū facit: id est corporeum cœlū. Omne eñ corpus firmum est sine dubio: & solidū: & hoc est quod diuidit inter aquam quæ est super cœlum: & aquam quæ est sub cœlo: cum enim ea quæ facturus erat deus: ex spiritu constarent & corpore: ista de causa in principio: & ante oīa cœlum dicitur factū: id est oīs spiritualis substantia: super quā velut in throno quodā & sede: deus requiescit. Istud autē cœlū: id est firmamentū corporeum est: & ideo illud qdem primum cœlū: quod spiritale diximus: mens nostra est q̄ & ipsa spiritus est: id est spiritalis homo noster q videt ac perspicit deum. Istud aūt corporale cœlū qd̄ firmamentū dicit: exterior homo noster est: qui corporaliter intuetur. Sicut ergo firmamentū cœlum appellatū est: ex eo q diuidat inter eas aquas: quæ super ipsum & eas quæ sub ipso sunt: ita & homo qui in corpore positus est: si diuidere potuerit: & discernere quæ aquæ sunt superiores super firmamētū: & quæ sunt quæ sub firmamento sunt: etiā ipse cœlum: id est cœlestis homo appellatur secundū apostoli Pauli sententiā dicētis: nostra autē cōuersatio in cœlis est. Ita ergo continentur verba ipsa scripturæ. Et fecit deus firmamentū: & diuisit inter mediū aquæ: q̄ est super firmamētū & inter mediū aquæ quę est subter firmamētū. Et vocauit deus firmamētū cœlū. Et vidit deus quia bonū est: & factum est vespere: & factū est mane dies secūdus. Studeat ergo E
vnusquisq nostrum diuisor aquæ effici eius quæ est supra: & quę est subtus: quo scilicet spiritalis aquæ intellectum: & participium capiens eius: quæ est supra firmamentum. Flumina de ventre suo educat aquæ viuæ salientis in vitā æternam: segregatus sine dubio: & separatus ab ea aqua: quę subtus est: id est aqua abyssi: in qua tenebræ esse dicunt: in qua princeps huius mundi: & aduersarius draco: & angeli eius habitant: sicut superius indicatū est. Illius ergo aquæ supernæ participio: quæ supra cælos esse dicitur: vnusquisq fidelium cœ

lestis efficitur: id est cum sensum suum habet in arduis & excelsis: nihil de terra: sed totum de cœlestibus cogitans quæ sursum sunt: quærens vbi Christus est in dextera Dei patris. Tunc enim & ipse ea laude dignus habebitur a deo: quæ hic scribitur cum dicit: & vidit deus quia bonum est. Deniq; & ea quæ de tertia die in consequentibus describuntur: in hunc eundem conueniunt intellectum. Ait enim Et dixit deus. Congregetur aqua quæ est sub cœlo in congregationem vnam: & appareat
F arida. Et factum est ita. Nos ergo laboremus congregare aquam quæ est sub cœlo: & abiicere eam a nobis: vt cum hoc factum fuerit: appareat arida: quæ sunt in carne gesta opera nostra: quo scilicet videntes homines opera nostra bona: glorificent patrem nostrum: qui in cœlis est. Sic enim aquas istas quæ sunt sub cœlo non separauerimus a nobis: id est peccata & vitia corporis nostri: arida nostra non poterit apparere: nec habere fiduciam procedendi ad lucem. Omnis enim qui male agit odit lucem: & non venit ad lucem: vt in ea manifestentur opera eius: & videantur si in deo sunt gesta. Quę vtiq; fiducia non aliter dabitur: nisi (velut aquas) abiiciamus a nobis: & segregemus vitia corporis quæ sunt materiæ peccatorum. Quo facto iam arida nostra non permanebit arida: sicut ex consequentibus ostenditur. Ait enim. Et congregata est aqua quæ est sub cœlo in congregationes suas: & appa-
G ruit arida. Et vocauit deus aridam terram: & congregationes aquarum vocauit maria. Sicut ergo arida hæc segregata a se aqua: quemadmodum superius diximus: vltra non mansit arida: sed iam terra nominatur: hoc modo etiam nostra corpora si hæc ab eis segregatio fiat: iamnon permanebunt arida: sed terra appellabuntur: ex eo q; fructum deo ferre iam poterunt. Quoniam quidē in initio deus cœlum fecit & terram: postea vero fecit firmamentum & aridam. Et firmamentum quidem vocauit cœlum: donans ei eius cœli quod ante creauerat nomen. Aridam vero appellauit terram: pro eo q; ei facultatem ferendorum fructuum largiretur. Siquis ergo sua culpa aridus adhuc manet: & fructum nullum affert: sed spīas & tribulos: velut ignis escas gerens secundū ea quæ ex se ꝑtulit: etiā ipse esca ignis efficitur. Si vero studio & diligentia sua separatis ex se aquis abyssi: qui sunt dæmonū sensus: exhibuit se terram fructiferā: debet sperare similia: q; ipse introducatur a deo in terrā
H fluentem lac & mel. Videamus autē ex consequentibus qui sunt fructus: quos producere deus iubet terram ipsam: cui ipse hoc nomen indulsit. Et vidit (iquit) deus quia bonum est & dixit deus. Producat terra hærbam fœni semen seminantis secundum genus: & secundum similitudinem: & lignum fructiferum faciens fructum: cuius semen est in ipso secundum similitudinem super terram: & factum ē sic. Secundum literam manifesti sunt fructus quos terra non arida producit. Sed iterum referamus & ad nos. Si iam facti sumus terra: si iam non sumus arida: afferamus fructus vberes & diuersos deo: vt & nos benedicamur a patre dicente. Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni: quem benedixit dominus. Et illud quod ait Apostolus compleatur in nobis. Terra eñ excipiens frequenter venientem super se imbrem: & generans hærbam opportunam iis a quibus colitur: percipiet benedictiones a deo. Quæ vero spinas & tribulos profert: reproba est: & maledictio proxima: cuius finis est in adustionem. Et produxit terra hærbam fœni semen seminantis secundum genus: & secundū similitudinem: et lignum fructiferum faciens fructum: cuius semen in ipso faciens fructum secundum genus super terram. Et vidit deus quia bonum est: et factum est vespere: et factū est mane dies tertia. Non solum iubet terræ I
proferre hærbam fœni: sed et semen proferre: vt semper fructum possit afferre. Et nō solum iubet lignum fructiferum: sed et faciens semē: cuius semen in ipso est secundum genus: id est vt semper ex his seminibus: quæ in se habet fructum possit afferre. Et nos ergo ita debemus et fructificare fructum: et semina habere in nobisipsis: id est omnium bonorum operum: omniumq; virtutum semina in corde nostro continere: vt hæc habentes fixa in mētibus nostris: ex ipsis iam omnes actus: qui incurrerint nobis secūdum iustitiam geramus. Isti sunt enim seminis illius fructus: actus nostri qui ex bonis cordis nostri thesauris proferuntur. Si vero audimus quidem verbum: et ex auditu statim terra nostra producit hærbam: et hæc hærba anteq̄ ad maturitatem: vel ad fructum veniat: aruerit: terra nostra petrosa appellabitur. Si vero ea quæ dicuntur profundioribus nitantur in corde nostro radicibus: ita vt et fructum operum afferāt: et semina in se habeant futurorum: tunc vere vniuscuiusq; nostrum terra secūdum virtutem suā affert fructum: alia centesimum: alia sexagesimum: alia tricesimum. Sed et illud admonen- K
dum necessarium duximus: vt fructus noster nusq̄ zizania: id est nusq̄ lolium habeat: vt fructus noster non sit secus viam: sed in ipsa via

in illa quæ dicit: ego sum via: seminetur vtique in ea ne aues cœli comedant fructus nostros: neque vineam nostram. Siquis tamen nostrũ vinea esse meruerit: videat ne pro vua afferat spinas: & propter hoc iam nõ putabitur: neque fodietur: neque mandabitur nubibus vt pluãt super eam pluuiam: sed econtrario relinquetur deserta: vt increscant sup eam spinæ. Post hæc vero iam firmamentũ: meretur etiam lu-
A minaribus adornari. Ait eñ Deus. Fiant luminaria in firmamento cœli: vt luceant super terram: & diuidant inter diem & noctem. Sicut in firmamento isto quod iam cœlum fuerat appellatum: iubet Deus fieri luminaria: vt diuidant inter medium diei & noctis: ita & in nobis fieri potest: si tamẽ studeamus & nos vocari: & effici cœlum luminaria habebimus in nobis: quæ illuminẽt nos: Christum & ecclesiam eius. Ipse enim est lux mundi: qui & ecclesiam illuminat sua luce. Sicut enim luna de sole dicitur percipere lumen: vt per ipsam etiam nox possit illuminari: ita & ecclesia suscepto lumine Christi: illuminat omnes qui in ignorantiæ nocte versantur. Si vero qs in hoc proficiat: vt iam filius dei efficiatur: sic vt in die honeste ambulet: quasi filius dei: & filius lucis: hic ab ipso Christo illuminatur:
B sicut dies a sole. Et sint in signa & tempora: & in dies & in annos: & fiant ad illuminandum in firmamento cœli: vt luceant super terram. Et factum est sic. Sicut luminaria ista cœli: quæ videmus posita sunt in signa & in tempora: & dies & annos: vt luceant de firmamento cœli his qui super terram sunt: hoc modo etiam Christus illuminans ecclesiam suam: signa dat per præcepta sua: vt sciat quomodo quis accepto signo fugiat ab ira superuentura: vti ne dies illa sicut fur eum comprehendat: sed vt magis peruenire possit in annum domini acceptabilem. Christus ergo est lux vera quæ illnminat omnem hominẽ venientem in hunc mundum: ex cuius lumine illuminata ecclesia: etiam ipsa lux mundi efficitur: illuminans eos qui in tenebris sunt: sicut & ipse Christus cõtestatur discipulis suis dicens. Vos estis lux mundi. Ex quo ostenditur: quia Christus quidem lux est apostolorũ: apostoli vero lux mundi. Ipsi enim sunt non habentes maculam vel rugam: aut aliquid huiuscemodi vera ecclesia: sicut & apostolus dicit: vt ipse sibi exhibeat gloriosam ecclesiam nõ habentẽ maculam aut rugam: aut aliquid huiusmodi. Et fecit duo luminaria magna: luminare maius in principatum diei: & luminare minus in principatum noctis & stellas. Et posuit ea Deus in firmamento cœli: vt luceãt super terram: & potestatem habeãt diei & noctis: & diuidant inter medium lucis & inter medium tenebrarum. Et vidit deus quia bonum est: & factum est vespere: & factum est mane dies quarta. Sicut sol & luna magna lumi- C
naria dicta sunt esse in firmamento cœli: ita & in nobis Christus & ecclesia: Sed quoniam etiam stellas in firmamento posuit deus. videamus quæ sunt etiã in nobis stellæ: id est in cordis nostri cœlo. Moyses stella est in nobis quæ lucet & illuminat nos actibus suis. Et Abraham, & Ysaac, & Iacob, & Esaias, & Hieremias, & Ezechiel, & Dauid, & Daniel, & omnes quibus scriptura sancta testimonium dedit: quia placuerint deo. Sicut enim stella ab stella differt in claritate: ita etiã sanctorum vnusquisque secundũ magnitudinem suã lumen suum fundit in nos. Sicut enim sol & luna illuminant corpora nostra: ita & a Christo atque ecclesia illuminantur mentes nostræ: ita tamen illuminamur: si non simus mentibns cæci. Nam sicut sol & luna corporalibus oculis cæcos: quis illustrent: illi tamen recipere lumen non possunt: ita & Christus lucem suam præstat mentibus nostris: sed ita demum nos illuminabit: si nequaq̃ cæcitas mentis impediat. Quod etiam si accidat: primo oportet eos qui cæci sunt sequi Christum: dicentes & clamantes. Miserere nobis fili Dauid: vt etiam visum ab ipso recipientes: possint deinceps & lucis eius splendore radiari. Verum non æqualiter omnes qui vident illuminãtur a Christo: sed singuli secundũ eam mensurã illuminantur: qua vim luminis recipere valẽt. Et sicut non æqualiter oculi corporis nostri D
illuminantur a sole: sed quanto quis in loca altiora conscenderint: & ortus eius editioris speculæ intuitione fuerit contemplatus: tanto amplius & splendoris eius vim percipiet & caloris. Ita etiam mens nostra quanto altius & excelsius appropinquauerit Christo: ac se viciniorem splẽdori lucis eius obiecerit: tanto magnificentius & clarius eius lumine radiabitur: sicut & ipse ait per prophetã. Appropinquate mihi & appropinquabo vobis dicit dominus. Et iterum dicit. Deus approximans ego sum: & non deus de longe. Nõ similiter tamen venimus ad eum omnes: sed vnusquisque secundũ propriam suam virtutem. Aut enim cum turbis venimus ad eum: & per parabolas nos reficit: ad hoc tantummodo ne multis ieiuniis deficiamus in via: aut certe semper & indesinenter eius pedibus assidemus vacantes: ad hoc solũ vt audiamus verbum eius

nequaq̃ perturbati erga multum ministeriũ sed optimam partem eligentes: quæ non auferetur a nobis. Et vtiq; qui sic accedunt ad eũ: multo amplius ex eius lumine consequuntur. Si vero sicut apostoli nusq̃ omnino moueamur ab eo: sed semper cum eo permaneamus in omnibus tribulationibus eius: tunc nobis secreto ea: quæ ad turbas locutus fuerat: exponit: atq; dissoluit: & multo clarius illuminat nos. Si vero etiam talis quis fuerit: vt possit & in montem ascendere cum eo (sicut Petrus, & Iacobus, & Ioannes) iste non solũ Christi lumine: sed etiam patris ipsius illuminabitur voce. Et dixit deus. Producant aquæ repentia animarum viuarum: & volatilia volantia super terram secundum firmamẽtum cœli. Et factum est sic. Secũdum literam iussu dei producuntur ab aquis repentia & volatilia: & hæc quæ videmus a quo sint facta cognoscimus. Sed videamus quomodo etiam secundũ nostrum firmamentum cœli: id est mentis nostræ vel cordis soliditatem: hæc eadem fiant. Arbitror quia si mens nostra illuminata fuerit a nostro sole Christo: iubetur postmodum ex his: quæ in ea sunt aquis producere repentia & volatilia volãtia: id est cogitatiões bonas vel malas proferre i medium: vt discretio fiat bonorum a malis quæ vtiq; vtraq; ex corde ꝓcedunt. De corde namq; nostro velut de aquis proferuntur & bonæ cogitationes & malæ: Sed nos verbo ac præcepto dei vtraq; proferamus ad conspectum: & iudicium dei: vt cum ipsius illuminatione discernere possimus a bono: quod malum est: id est vt ea quæ super terram repunt: & terrenas sollicitudines gerunt separamus a nobis. Illa vero quę meliora sunt: id est volatilia: sinamus volare non solum super terram: sed etiam secundum firmamentum cœli. id est vt sensum: & rationem tam terrenorum: q̃ cœlestium pertractemus in nobis: vt intelligere quoq; possimus: quæ sint in nobis noxia ex repentibus. Si viderimus mulierem ad concupiscendum eam: illud est in nobis reptile venenatum. Si vero sit in nobis sobrietatis sensus: etiam si domina Aegyptia nos adamauerit: efficimur aues: & relinquentes Aegyptia vestimenta in manibus eius: ex obscœnis insidiis euolabimus. Si sit in nobis sensus ad furandum nos prouocans: istud est reptile pessimum. Si vero sit in nobis sensus: vt etiam si duo minuta habeamus: hæc ipsa pro misericordia offeram⁹ in dona dei: iste sensus auis est: nihil de terrenis cogitans: sed ad firmamentum cœli volatibus tendens. Si veniat nobis sensus persuadens nobis cruciatus martyrii non nos debere tollerare: istud erit reptile venenatum. Si vero ascendat nobis sensus & cogitatio talis: vt vsq; ad mortem pro veritate certemus: auis erit hæc: a terrenis ad superna conscendens. Similiter etiam de cæteris: vel peccatorum vel virtutum speciebus sentiendum est: & discernendum quæ sint repentia: & quæ sint volatilia: quę producere ad discretionem in conspectu dei aquæ nostræ iubentur. Et fecit Deus cœtos magnos: & omnem animam repentium animalium: quę eduxerunt aquæ secundum genus suum: & omne volatile pennatum secundum genus suum. Et de his similiter vt de illis quę supra dixim⁹ sentiendum est: quod producere debeamus etiam cœtos magnos: & animam repentium secũdum genus. In magnis istis cœtis impias cogitationes: & nefarios quosq; contra deum sensus arbitror indicari. Quæ tamen omnia producenda sunt ante conspectum dei: & ponenda ante ipsum: vt diuidamus: & separem⁹ bona a malis: vt vnicuiq; suus locus a domino tribuatur: sicut ex his quæ sequuntur: ostenditur. Et vidit deus quia bona sunt: & benedixit ea dicens. Crescite & multiplicamini: & repleteaquas quæ sunt in mari. & volatilia repleantur super terras. Et factum est vespere: & mane dies quinta. In mari quidẽ cœtos magnos: & omnem animam animalium: & repentium: quæ produxerunt aquæ iubet immorari: vbi & draco ille quem plasmauit Deus ad illudendum ei inhabitat. Volucres autem multiplicari iubet super terrã: quæ aliquando arida fuit. nunc autẽ iam terra appellatur: sicut superius exposuimus. Sed requiret aliq̃s quomodo cœti magni: & repentia in malo accipiuntur: & volatilia in bono: cum de omnibus simul dictum est: & vt vidit Deus quia bona sunt? Ipsis sanctis bona sunt ea: quæ illis aduersantur. quia vincere ea possunt: & cum ea vicerint: maioris gloriæ efficiuntur apud deum. Deniq; cum diabolus petisset vt sibi potestas daretur aduersum Iob: impugnans eũ aduersarius causa ei extitit duplicis gloriæ post victoriã. Quod ostenditur ex eo: quia quæ in præsenti perdiderat: in duplũ receperit. Simili modo sine dubio & in cœlestibus receptur⁹. Et apostolus dicit: quia nemo coronatur: nisi qui legitime certauerit. Et reuera quomodo erit certamen: si non fuerit qui resistat? Quantus decor & splendor sit lucis: non dinoscere tur: nisi obscuritas intercederet noctis. Vnde aliqui in castitate laudantur: nisi quia alii pro impudicitia cõdemnantur? Vnde viri fortes magnificarentur: nisi existerent imbecilles: &

timidi! Si amarum adhibeas: tunc dulce efficitur laudabilius. Si atrum consideraueris: gratiora tibi quæ clara sunt videbũtur. Et vt breuiter dicam: ex malorum cõsideratione decus bonorum lucidius indicatur. Propterea ergo de omnibus hoc dicit scriptura: & vidit Deus quia bona sunt. Quare tamen nõ est scriptum & dixit Deus quia bona sunt: sed vidit Deus quia bona sunt. id est vidit vtilitatem ipsorũ
A & eam rationem: qua cum essent ipsa per se talia: bonos tamen facere possunt optimos. Propterea ergo dixit. Crescite & multiplicamini: & replete aquas quæ in mari sunt: & volatilia repleantur super terras: id est vt coeti quidem magni: & repentia in mari essent: sicut superius exposuimus: & volatilia super terras. Et dixit Deus. Producat terra animam viuam secundum genus: quadrupedia & repentia: & bestias terræ secũdum genus: & factum est sic. Et fecit deus bestias terrę secundum genus: &
B omnia repentia terræ secundum genus. Et vidit deus quia bona sunt. Secundum literam quidem nulla quæstio est. Manifeste em̃ a deo creata esse dicũtur: vel animalia vel quadrupedia vel bestiæ: vel serpentes super terram. Aptare autem hæc his: quæ supra exposuimus secundum spiritualem intellectũ: non otiosa res est. Ibi quidem dictum est: producant aquæ repentia animarum viuarum: & volatilia volantia super terram secundum firmamentum cœli. hic autem ait. Producat terra animam viuam secundum genus: quadrupedia & repentia: & bestias terræ secundum genus. Et illa quidem quæ de aquis producta sunt: diximus debere motus & cogitationes mentis nostræ: qui de profundo cordis producuntur intelligi. Nũc vero hoc quod dicitur. Producat terra animã viuam secundum genus quadrupedum: & repentium: & bestiarum super terram secundũ genus exterioris hominis nostri. id est carnalis: & terreni mot⁹ arbitror indicari. Denique nihil volatile in his quæ de carne loquitur: iudicauit: sed tantummodo quadrupedia & repentia & bestias terræ. Secundum illud nempe: quod dictum est ab apostolo: quia non habitat in carne mea bonum: & quia sapientia carnis inimica est deo. ista nimirum sunt: quæ terra: id est caro nostra producit: de quibus rursum apostolus præcipit dicens. Mortificate membra vestra quæ sunt super terram. fornicationem, immũditiam, impudicitiam, auaritiam, idolatriam, & cętera. Cum ergo hęc omnia fierent quæ videntur iussu dei per verbum eius: & præpararetur imensus iste visibilis mũdus simul autem & per allegoriæ figuram ostenderetur quæ essent: quæ exornare possent minorem mundum. id est hominem: tunc iam ipse homo creatur secundum ea quæ in consequentibus declarantur. Et dixit deus. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinẽ nostram: & principatum gerat piscium maris & volucrum cœli: & animalium & vniuersæ terræ: & omnium quæ repunt super terram. C
Consequenter secundum ea quæ superius exposuimus talem hominem qualem descripsimus vult principatum gerere prædictarum bestiarum: & volucrum: & repentium: & quadrupedum: & omnium reliquorũ. Quæ qualiter intelligi per allegoriam debeant: exposuimus: cum diximus iuberi aquam: id est mentem eius sensum producere: & terram sensum carnis proferre: vt dominetur eis mens: & non illa dominentur ei. Vult enim deus vt magna ista dei factura homo propter quẽ & vniuersus creatus est mundus: non solum immaculatus sit ab his: quæ supra diximus: & immunis: sed & dominetur eis. Iam vero quale animal sit homo: ex ipsis scripturæ sermonibus consideremus. Omnes reliquæ creaturæ iussione dei fiunt: dicente scriptura: & dixit deus. fiat firmamentum. & dixit deus congregetur aqua quæ sub cœlo est in congregationem vnam: & appareat arida. Et dixit Deus. Producat terra hærbam fœni: ita etiam in reliquis dicit. Videamus autem quæ sunt quæ ipse deus facit: & per hæc quæ magnitudo hominis sit: aduertamus. In principio fecit deus cœlum & terram. Similiter ait: & fecit duo luminaria magna: & nunc iterum faciamus hominem. In his solis factura ipsius dei ascribitur: in aliis vero nusq̃: sed tantummodo cœlum & terra sol & luna: ac stellæ: & nunc homo a deo factus est. omnia vero reliqua iussione eius facta esse dicuntur. Ex hoc ergo considera quanta sit magnitudo hominis: qui tam magnis elementis: tamque præcipuis adæquetur: qui habet honorem cœli: propter quod & cœlorum ei promittitur regnum. Habet & terræ honorem: quoniam quidem in terram bonam & terram viuorum fluentem lac & mel ingredi sperat. Habet honorem solis & lunæ: habẽs repromissionem fulgere: sicut sol in regno dei. Illud sane etiam eminentius in conditione hominis video: quod alibi non inuenio dictum: & fecit deus hominem: ad imaginem dei fecit eum. Quod neque in cœlo: neque in terra: neque in sole vel luna inuenimus ascriptum. Hunc sane hominem: quem dicit ad imaginem dei factum: non intelligimus corporalem. Non enim corporis figmentum: dei

imaginem cõtinet: neq; factus etiam corporalis homo dicitur: sed plasmatus: sicut in consequentibus scriptum est. Ait em̄. Et plasmauit deus hominē: id est finxit de terra e limo. Is autem qui ad imaginē dei factus est: interior homo noster est inuisibilis & incorporalis: & incorruptus atq; immortalis. In his enim talib⁹ dei imago rectius intelligit̄. Si qui vero hunc corporeum putent esse: qui ad imaginem & similitudinem dei factus est: deum ipsum corporeum & humanæ formæ videntur inducere. Quod sentire de deo manifestissime impiū est. Deniq; carnales isti homines qui intellectū diuinitatis ignorant: sicubi in scripturis de deo legūt: quia cœlum mihi sedes est: terra autem scabellum pedum meoꝝ: suspicant̄ deum tam ingentis esse corporis: vt putēt eum sedētem in cœlo: pedes vsq; ad terram protendere. Hoc autē sentiūt quia nō habent illas aures: quę digne possint audire verba dei de deo quę per scripturā referuntur. Quod em̄ dicit cœ
F lum mihi sedes est: ita digne de deo intelligitur: vt sciamus quia in his quorum in cœlis conuersatio est: deus requiescit & residet. In his autem qui adhuc terrenum propositū gerunt: vltima pars eius prouidentię inuenitur quod in pedū appellatione figuraliter indicat̄. Ex quibus si qui forte studium/ac desiderium sumpserint fieri cœlestes: perfectione vitæ / & intellectus altitudine/efficiunt̄ etiā ipsi sedes dei: facti prius peritia & conuersatione cœlestes: qui etiam dicunt suscitauit nos cū Christo & simul sedere nos fecit in cœlestibus. Sed & illi quorū thesaurus in cœlo est: cœlestes dici possunt & sedes dei quoniam ibi est cor eoꝝ vbi est thesaurus eorū. Et nō solum requiescit super eos deus: sed & inhabitat in eis. Si vero tantus quis effici potest: vt possit dicere: an documētum quęritis eius: qui in me loquitur Christus? In hoc nō solum inhabitat deus: sed etiam inambulat. Et propterea perfecti quiq; cœlestes facti: vel cœli effecti: enarrant gloriā dei sicut in psalmo dicitur. Propterea deniq; apostoli q erāt cœli mittunt̄ ad enarrandā gloriam dei: & Boanarges nomen acciprāt: quod est filii tonitrui: vt per tonitrui potestatem/ve
G re eos cœlos esse credamus. Fecit ergo deus hominem/ad imaginem dei fecit illum. Oportet nos videre quæ est imago dei: & perquirere ad cuius imaginis similitudinem homo factus est. Non enim dixit quia fecit deus hominem ad imaginem & similitudinē suā: sed ad imaginem dei fecit illū. Quæ est ergo alia imago dei ad cuius imaginis similitudinem fact⁹ est homo: nisi Saluator noster: qui est primogenitus oīs creaturæ? de quo scriptū est: quia sit splendor æterni luminis: & figura expressa substātiæ dei: quia & ipse de se dicit. Ego in patre: & pater in me: & qui me vidit / vidit & patrem. Sicut em̄ qui viderit imaginē alicuius videt eum cui⁹ imago est: ita & per verbū dei quæ est imago dei: deum quis videt: Et ita verum erit quod dixit: qui me videt: videt & patrem. Ad huius ergo imaginis similitudinem homo factus est: & propterea saluator noster: qui est imago dei: misericordia motus pro homine: qui ad eius similitudinem factus fuerat: vidēs eū deposita sua imagine/maligni imaginē induxisse: ipe motus misericordia: imagine hoīs assumpta: venit ad eū sicut apostolus cōtestat̄ dicēs. Cū in forma dei esset nō rapinā arbitrat⁹ est eē se ęqualē deo: sed semetipm̄ exinaniuit formā serui accipiēs i similitudinē hoīm fact⁹: & habitu inuētus vt hō: hūiliauit semet ipm̄ vsq; ad mortē. Quicūq; ergo veniūt ad eū & ratiōabilis imaginis participes effici studēt per profectū suū secūdū interiorē hominem renouantur quottidie ad imaginē eius/qui fecit eos: ita vt possint conformes corporalis claritatis eius effici: sed vnusquisq; ꝓ viribus. Apostoli se ad eius similitudinem reformarunt intantum vt ipse de eis diceret. vado ad patrem meum & patrem vestrum: ad deum meum & ad deum vestrum. Ipse vero iam petierat patrem pro discipulis suis: vt eis similitudo pristina redderet̄ cū dixit. Pater da: vt sicut ego & tu vnū sumus: ita & isti in nobis vnum sint. Semper ergo intueamur istam imaginem dei: vt possimus ad eius similitudinem reformari. Si em̄ ad imaginē dei factus homo/contra na- H
turam intuens imaginē diaboli per peccatum similis eius effectus est: multomagis intuens imaginē dei: ad cuius similitudinem factus est a deo per verbum et virtutem eiꝰs recipiet ei⁹ formam illā: quę data ei fuerat per naturā. Sed nemo desperet videns similitudinē suam magis esse cum diabolo: q̄ cū deo: posse se iterū recuperare formam imaginis dei: quia nō venit Saluator vocare iustos: sed peccatores in pœnitentiā. Matthæus publicanus erat: et vtiq; imago eius diabolo similis erat: sed veniens ad imaginem dei dn̄m et saluatorem nostrū: et sequēs eā transformatus est ad similitudinē imaginis dei. Iacobus Zebedei filius: et Ioānes frater eius piscatores erant: et homines sine literis: qui vtiq; tunc magis ad imaginē diaboli similitudinem ferebant: sed sequētes et isti imaginem dei similes facti sunt ei: sicut et cæteri apostoli. Paulus ipsi⁹ imaginis dei persecutor erat: Vt autē potuit decorē eius: et pulchritu

dinẽ cõtueri visa ea: in tantũ ad eius similitudinẽ reformatus est: vt diceret: an documẽtũ quæritis eius qui in me loquitur Christus.

A Masculũ & fœminã fecit eos: & benedixit eos deus dicens. Crescite & multiplicamini & replete terrã: & dominamini in ea. Dignũ videt̃ hoc in loco regrere secũdũ literã: quomõ nondũ facta muliere dicit scriptura masculum & fœminã fecit eos. Forassis (vt ego arbitror ꝓpter benedictionem qua benedixit eos/dicens. Crescite & multiplicamini: & replete terrã: ꝓueniens quod futurũ erat/dicit/masculũ & fœminã fecit eos: quoniã quidẽ crescere aliter & multiplicari non poterat homo: nisi cũ fœmina. Vt ergo benedictio eius sine dubio futura esse crederetur: ait masculum & fœminã fecit eos. Hoc nãq; modo homo videns crescendi & multiplicandi consequentiã esse ex eo: ꝙ ei fœmina iungebatur: certiorẽ spem gerere poterat in benedictione diuina. Si eñ dixisset scriptura crescite & multiplicamini & replete terram: & dominamini in ea: non adiiciens hoc: quia masculũ & fœminam fecit eos: vtiq; benedictioni diuinæ incredulus extitisset: sicut & Maria ad eam benedictionem qua benedicebatur ab angelo: ait. Quomodo sciam hoc: quoniam virum non cognosco: Aut fortasse quia oĩa quæ a deo facta sunt: coniuncta & cõpaginata dicuntur: vt cœlũ & terra: vt sol & luna. Ita ergo vt ostẽderetur quoniam & homo/dei opus est: & nõ sine harmonia: vel cõpetẽti cõiunctione prolatus est: idcirco præueniẽs ait. masculũ & fœminã fecit eos. Hæc quidẽ ad eã quæstionẽ dicta sunt: quæ secundũ literã proferri potest.

B Videam⁹ aũt etiã ꝑ allegoriã quomodo ad imaginẽ dei homo factus masculus & fœmina est. Interior homo noster ex spiritu & anima cõstat. Masculus spiritus dicitur fœmina anima potest nuncupari. Hæc si concordiã inter se habeant: & consensum: conuenientia inter seipsa crescunt & multiplicantur: generantq; filios sensus bonos: & intellectus vel cogitationes vtiles: per quæ repleãt terram & dominentur in ea: hoc est subiectum sibi sensum carnis ad meliora instituta cõuertunt & dominantur eis: scilicet cũ in nullo caro contra voluntatem spiritus insolescit. Iam vero si anima coniuncta spiritui: atq; eius (vt ita dicam) cõiugio copulata/declinet aliquãdo ad corporeas voluptates: sensumq; suũ in delectationibus carnalibus inclinet: & aliquando quidem obtemperare videatur salutaribus monitis spiritus: aliquando vero vitiis carnalibus cedat: talis aĩa velut adulterio corporis maculata: neq; crescere: neq; multiplicari: legitime dicitur: quoniam quidem filios adulteroꝝ imꝑfectos scriptura designat. Talis eñ anima: quæ spiritus cõiunctione deserta: sensui se carnis: & desideriis corporalibus totã prosternit: velut auersa a deo imprudẽter/audiet: quia facies meretricis facta ẽ tibi: sine pudore effecta es ad omnes. Velut meretrix ergo punietur: & filii eius ad occisionem præparari videbuntur.

C Et dominamini piscium maris: & volatilium cœli: & iumentorũ & omnium quæ sunt super terram: serpentium quæ repunt super terram. Iam hæc interpretata sunt secundum literã: cum diceremus quod dicit deus: faciamus hominẽ & reliqua. Vbi dicit & dominetur pisciũ maris: & volatilium cœli: & cętera. Secundum allegoriã tamen in piscibus: & volatilibus: vel animalibus & repentibus terræ: ea mihi videntur indicari: de quibus nihilominus superius diximus: id est vel quæ de sensu animę: & cordis cogitatione ꝓcedunt: vel quę ex desideriis corporalibus: & carnis motibus proferuntur. Quorum sancti quiq; & benedictionẽ dei in semetipsis seruantes: dominationẽ exercent: agentes totũ hominẽ secundũ spiritus voluntatem. Peccatoribus vero magis ipsa dominantur: quæ de carnis vitiis: & corporis voluptatibus proferunt.

D Et dixit deus. Ecce dedi vobis omne fœnũ seminale: quod seminat semẽ: quod est sup omnẽ terrã: & omne lignum/quod habet in se fructũ seminis seminalis/vobis erit ad escam: & oĩbus bestiis terræ: & oĩbus volatilibus cœli: & oĩbus repentiqus quæ repunt super terrã quæ habent in se animã vitę. Historiæ quidem huius sententia manifeste indicat: vsum ciborum primitus a deo ex hęrbis: id est holeribus: & arborũ fructibus esse permissum. Postremo vero cũ ad Noe post diluuium fieret testamentũ: facultas vescendarũ carniũ hominibus datur. Quibus sane de causis: in suis locis rectius exponetur. Secundũ allegoriã tamen hærba terrę & fructus eius qui ad escã hominib⁹ indulget̃: potest de affectibus intelligi corporalibus (Verbi causa) Ira et concupiscentia germen est corporis. Huius germinis fructus (id est opus) nobis rationabilibus et bestiis terrę cõmunis est. Nã quando irascimur ad iustitiam, id est ad correctionẽ delinquentis: et emendationem salutis eius: isto fructu terræ vescimur: et cibus noster iracundia corporalis efficit̃: per quam reprimimus peccatũ: iustitiã reparamus. Et ne tibi videamur hæc de nostro potius sensu: ꝙ diuinæ scripturæ authoritate ꝓferre: redi ad librum numerorum: et recordare quid egerit Phinees sacerdos: qui cum Madianitæ gentis

meretricem cum Israelita viro sub oculis omnium impuris vidisset inhęrere complexibus: ira diuinæ æmulationis impletus: arreptum gladium per vtriusque pectus exercuit. Quod opus reputatum est ei a deo ad iustitiam: dicēte domino: Phinees sedauit furorem meum: & reputabitur ei ad iustitiam. Iste ergo cibus irę terren⁹ noster fit cibus: cum eo rationabiliter vtimur/ad iustitiam. Si vero irrationabiliter agatur ira: aut innocentes puniat: vt efferuescat in eos/qui nihil delinquunt: iste cibus erit bestiarum agri & serpentum terrę: & volucrū cœli. His etenim dæmones nutriuntur cibis: qui malis nostris actibus & pascuntur & fauent. Indicium nanque est huius operis Cayn qui
E innocentem fratrem ira decepit inuidiæ. Similiter etiam de cōcupiscentia: & de singulis huiuscemodi affectibus sentiendum est. Cum em̄ concupiscit & deficit anima nostra ad deum viuum: noster cibus est concupiscentia. Cum autem vel alienam mulierem ad concupicendum videmus: vel aliquid rerum proximi concupiscimus: bestialis cibus efficitur concupiscentia. Sicut exemplo potest esse concupiscentia Achab: & factum Iesabel/de vinea Nabuthei Israelitæ. Obseruanda sane est sanctæ scripturæ/etiam in verborum ratione cautela quæ cum de hominibus dixisset: quia dixit deus: ecce dedi vobis omne semē seminale: quod est super terram: & omne lignum quod est super terram vobis erit ad escam: de bestiis nō dixit: quia dedi eis escam hęc omnia: sed erit illis ad escam: vt secundum spiritualem rationem quam exposuimus: affectus isti intelligantur homini quidem a deo dati esse: pręnuntiari tamen a deo: quod erunt etiam bestiis terræ in cibū. Ideo ergo cautissimo vsa est sermōe scriptura diuina: quę hominibus quidem ait dicere deū: dedi vobis hęc ad escam. Vbi autem ad bestias venit: non iubentis/sed quasi prædicātis significatione dicit: quia hæc erunt etiam bestiis & volucribus: & serpentibus ad escam. Sed nos secundum apostoli Pauli sententiam attendamus lectioni: vt possimus (sicuti ipse ait) sensum Christi accipere: & scire quæ a deo donata sunt nobis: & quæ nobis ad escā data sunt. Non faciamus escas porcorum: vel canum: sed tales eas præparemus in nobis: quibus dignū sit suscipi in hospitio cordis nostri: verbum ac filium dei venientem cum patre suo: & volentem facere apud nos mansionem in spiritu sancto cuius prius templum per sanctitatem debemus existere: Ipsi gloria in æterna sæcula sæculorum. Amen.

De fabrica arcæ: & eorum quæ in ea sunt: Homilia secunda. Cap. VI.

INcipientes de arca: quæ secundum mādatū dei a Noe constructa est/disserere: primo omniū videam⁹: quæ de ea secūdū literā referunt: & quæstiones ꝓponentes quæ obiici a pluribus solent: etiam absolutiones earum ex his: quæ nobis sunt a maioribus tradita/requiramus: vt cū huiuscemodi fundamēta iecerimus ab historiæ textu: possimus ascēdere ad spiritualis intelligentiæ mysticū & allegoricū sensum: et siquid in eis arcanū continetur/aperire: dn̄o nobis verbi sui scientiā reuelante. Primo igit̄ hæc ipa: quæ scripta sunt proponamus. Et dixit (inqt) dominus ad Noe Tempus oīs hoīs venit ante me: quoniā repleta est terra iniquitatibus ab eis: & ecce ego disperdā illos: & cætera. Fac ergo tibi arcā de lignis quadratis: nidos facies in arca: et bituminabis eam ab intus: & a foris bitumine: & sic facies arcam. Trecentorum cubitorum longitudinē arcæ: & quinquaginta cubitorum latitudinem: & triginta cubitorū altitudinem eius colligēs facies arcā: & in cubitū cōsummabis eam in summo. Ostium aūt arcæ facies ex latere: inferiora bicamerata: & tricamerata superiora facies ea. Et post pauca addit. Et fecit (inquit) Noe: omnia quæ præcepit ei dn̄s deus/sic fecit. Primo ergo quærit̄ qualem oporteat habitum ipsum: & formā arcæ intelligi. Quā ego puto quantū ex his: quæ describunt̄ apparet quatuor angulis ex vno consurgentibus: eisdemque paulatim vsque ad summū in angustū attractis: in spatium vnius cubiti fuisse collectā: Sic em̄ refert̄: quod in fundamentis eius trecēti cubiti in longitudine: in latitudine vero quinquaginta sint positi. Triginta autē in altitudine ædificati. Sed collecta in cacumen angustū: ita vt cubitus sit latitudinis: & longitudinis eius. Iam vero intrinsecus ea quidē quæ dicunt̄ eius inferiora bicamerata ponuntur. id est habitationē duplicē cōtinentia. Superiora vero tricamerata: veluti si dicam⁹ triplicib⁹ cōstructa cœnaculis. Sed hæ habitationū distinctiones ad hoc factę vident̄: vt secerni p singulas mansiones diuersa aīaliū vel bestiarum genera facili⁹ possint: & a bestiis feris mā sueta quæque & ignaua seiungi. Istæ ergo habitationū discretiones nidi appellant̄. Quadrata vero ligna fuisse referuntur: quo & facilius alterum alteri possit aptari: & inundante diluuio totus aquarū prohiberet̄ incursus: cū intrinsecus & extrinsecus oblita bitumine iun-

A ctura muniretur. Traditum sane nobis est: et non absq; verisimilitudine: q̄ inferiora: quæ supradiximus constructa dupliciter: quæ & separatim bicamerata dicunt: ob hunc modū fuisse duplicia: quoniam quidē annū integrū fecerūt omnia animalia in arca. Et vtiq; in totum annū necesse erat puidere cibos & nō solū cibos verum & digestionum cōstitui loca: quo neq; ipsa animalia: præcipue tamen homines fimi fœtore vexarentur. Tradūt ergo q̄ inferior regio ipsa: quæ in fundo est: ad huiuscemodi necessitates mancipata sit & excepta. Huic autem superior & contigua: conseruandis pabulis deputetur. Etenim necessarium videbatur: vt iis bestiis/ qb⁹ natura vesci carnibus dedit: introducta sint extrinsec⁹ animalia: quorum vescentes carnibus conseruare vitam posteritatis reparandæ gratia valerent. Aliis vero alia: quæ naturalis vsus deposcit: seruarent aliméta. In hos ergo vsus inferiores partes: quæ bicameratę dicuntur: tra

B dūt fuisse distinctas. Superiores vero ad habitaculum bestiis: vel animalib⁹ deputatæ sint: quibus inferiores quidem feris: & immitibus bestiis: vel serpentibus habitaculum præbuisse. His vero contigua in supioribus loca: mitioribus animantib⁹ stabula fuisse. Supra omnia vero in excelso hominibus sedem locatā: vtpote qui & honore & ratione cuncta pręcellant: vt sicut ratione & sapientia pricipatum gerere supra omnia/ quæ in terris sunt dicitur homo: ita etiam loco celsior: & supra omnes animantes/ quæ in arca sunt: collocat⁹ sit. Tradunt autem etiam ostium: quod ex latere factum dicitur eo loci fuisse: vt inferiora/ q̄ dixit bicamerata: infra se haberet: & quæ dixit tricamerata: superiora a loco ostii appellata sint: vt inde ingressa vniuersa animalia per sua quæq; loca: secundum q̄ supradixim⁹ cōgrua discretione dirempta sint. Verum ostii ipsius munimen non iam humanis rationibus adimpletur. Quomodo enim postea q̄ clausum est & nullus hominum extra arcam fuit: bituminari extrinsecus ostium potuit: nisi quia diuinę virtutis sine dubio opus fuit ne ingrederetur aqua per aditum: quē humana non munierat manus. Propterea ergo scriptura cum de cęteris oībus dixisset: quia fecit arcam Noe: & introduxit animalia: & filios: & vxores eorum: de ostio non dixit: quia Noe clausit ostium arcæ: sed ait: q̄a clausit dominus deus deforis ostium arcæ: & sic factū ē diluuiū. Obseruandum tamē est q̄ post diluuium non dicit Noe aperuisse ostiū: sed fenestram: cū emisit coruū vt videret vtrū cessasset aqua sup terrā. Qđ autē intulerit cibū Noe in arcam oībus aīantib⁹: vel bestiis: quæ cū eo introierūt: audi ex his/ quę dn̄s dicit ad Noe. Tu īquit accipe tibi ipsi ab oībus escis q̄ eduntur: & congregabis ad temetipsum: & erunt tibi & ipsis ad edēdum. Quod aūt fecit Noe ea: quę p̄cepit ei dn̄s: audi scripturā dicētem. Et fecit (inquit) Noe oīa q̄ p̄cepit ei dn̄s deus/ sic fecit. Sane q̄ de locis/ quæ diximus: ad fimū aīalium separata: scriptura nihil rettulit: sed traditio tenet: opportune videbitur sup hoc habitum eē silētiū: de quo sufficiēter cōsequētię ipsius ratio doceret: & quia ad spiritualē intelligētiam min⁹ digne poterat aptari. Merito ergo scriptura siluit de hoc: q̄ magis narrationes suas ītellectibus allegoricis coaptat. Verūtamē quantum ad necessitatem pluuiarū: & diluuii spectat: nulla potuit tam conueniens/ & congrua arcæ species dari: q̄ (vt e summo) velut e tecto quodā iangustū culmine ducto diffunderet imbriū ruinas & ima in aq̄s quadrata stabilitate cōsistēs: nec impulsu vētoꝝ: nec impetu fluctuū: nec inq̄etudine aīaliū: quę intrinsecus erāt: aut inclinari posset: aut mergi. Sed his oībus tanta arte cōpositis/ obiiciūt quidā q̄stiōes: & p̄cipue C Apelles/ qui fuit discipulus q̄dem Marcionis: sed alterius hæreseos magis: q̄ eius quā a magistro suscepit inuētor. His ergo dū assignare cupit scripta Moysi/ nihil in se diuinę sapiētiæ: nihilq; operis sancti spiritus continere: exaggerat huiusmodi dicta: & dicit nullo genere fieri potuisse: vt tam breue spatium tot aīalium genera eorumq; cibos: q̄ p totum annū sufficerēt: capere potuisset. Cum eñ bina & bina ex immūdis aīalibus: hoc ē bini masculi: & binę fœminæ (hoc enim indicat sermo repetitus) ex mūdis vero septena & septena in arcā dicant inducta. Quomodo (inquit) fieri potuit: istud spatiū: qđ scriptum est: vt q̄tuor saltē solos elephantos capere potuerit? Et postea q̄ per singulas species hoc modo refragat: addit super omnia his verbis. Constat ergo fictam esse fabulā. Qđ si est: constat nō eē a deo hāc scripturam. Sed ad hęc: nos q̄a prudentibus viris/ & hebraicarum traditionū gnaris/ D atq; a veteribus magistris didicimus: ad auditorū notitiā deferemus. Aiebāt ergo maiores: q̄ Moyses/ q (vt de eo scriptura testatur) omni sapiētia Aegyptiorum fuerat eruditus sc̄dm artem geometricā: qua p̄cipue Aegyptii callēt: cubitoꝝ numerū ī hoc loco posuit: Apud geometras eñ secundum eam rōnē: q̄ apud eos virtus vocat: ex solido/ & quadrato vel in sex cubitos vnus deputatur si gn̄aliter

vel trecentos: si minutatim deducatur. Quæ vtiq ratio si obseruet: in huius arcæ mensura inuenient & lõgitudinis & latitudinis tanta spacia: q vere toti⁹ mundi reparãda germina & vniuersorũ animãtiũ capere rediuiua semi naria potuerint. Hæc quantum ad historiæ p tinet rationẽ: aduersum eos dicta sint: qui im pugnare scripturas veteris testamenti nitun tur: tanq̃ impossibilia q̃dam: & irrationabilia

E continentes. Nũc vero iã depcãtes eũ prius: q solus potest de lectione veteris testamenti au ferre velamen: tentemus inqrere qd etiam spi ritualis ædificationis cõtineat magnifica hęc arcæ constructio. Puto ergo (vt eo pro parui tate sensus mei assequi possum) q illud dilu uium: quo pene finis tunc datus est mundo: formam teneat finis illius qui vere futurus ẽ mũdi. Q đ & ipse dñs pronuntiauit dicens. Si cut em̃ in diebus Noe: emebant: vendebant: ædificabant: nubebant: & nuptũ tradebãt: & venit diluuium: & pdidit oẽs: ita erit & aduẽ tus filii hominis. In quo euidẽter vna: eadem q forma diluuii: quod pcessit: & finis mundi quẽ vẽturum dicit: designat. Sicut ergo tunc dictum est ad illũ Noe: vt faceret arcam: & in troduceret in eam secum: non solum filios: & proximos suos: verum etiam diuersi generis animalia: ita etiam ad nostrum Noe: qui ve re solus iustus: & solus perfectus est: dominũ Iesum Christum in cõsummatiõe sęculorũ di ctum ẽ a patre: vt faceret sibi arcam ex lignis quadratis: & mensuras ei daret: cœlestibus sa cramentis repletas. Hoc enim designatur in psalmo: vbi dicit. Pete a me: & dabo tibi gen tes hæreditatem tuam: & possessionẽ tuã ter

F minos terrę. Construit ergo arcam: & facit in ea nidos, id est promptuaria quædam: quib⁹ diuersi generis animalia recipiantur. De qui bus & Propheta dicit. Perge populus meus: intra in promptuaria tua: abscõde te parũper donec transeat furor irę meæ. Confertur ergo populus hic: q saluatur in ecclesia illis omni bus: siue hominibus: siue animalibus: quæ sal uata sunt in arca. Verum quoniam non est omnium vnũ meritũ: nec vnus in fide profe ctus: iccirco & arca illa non vnam pbet oĩbus mansionem: sed bicamerata sunt inferiora: & tricamerata supiora: & nidi distingunt in ea vt ostẽdat quia & in ecclesia: licet omnes ĩtra vnã fidem cõtineantur: atq vno baptismate diluãtur: non tamẽ vnus omnibus: atq idem

G profectus est sed vnusquisq in suo ordine. Hi quidem: qui per rationabilem scientiam vi uunt: & idonei sunt / nõ solum semetipsos re gere: sed & alios docere: quoniam valde pau ci inueniuntur: qui cum ipso Noe saluant: & proxima ei ppinquitate iungũtur: & tenent figuram: sicut et dñs noster verus Noe Chri stus Iesus paucos habet proximos: paucos fi lios & propinquos: qui verbi eius participes sint: & sapientiæ capaces. Et ii sunt: qui ĩ sum mo gradu positi sunt: & in summitate arcæ collocant. Cæterum multitudo irrationabi lium animaliũ: vel etiã bestiarũ in inferiorib⁹ locis habet: & eorum maxime: quorũ feritatis sęuitiam: nec fidei dulcedo molliuit. Superio res vero aliquantulo ab his sunt qui licet mi nus rationis: plurimũ tamen simplicitatis: in nocentiæq custodiũt. Et sic per singulos habi tationum gradus ascẽdẽtibus peruenitur ad ipsum Noe: qui interpretat requies: vel iust⁹: qui est Iesus Christus. Neq enim in illũ Noe H conuenit: quod dicit Lamech pater eius. Hic enim, inquit, requiem dabit nobis ab operib⁹ & a tristitiis manuum nostrarum: & a terra: quã maledixit dominus deus. Quomodo em̃ verum erit: quod ille Noe requiem dederit il li Lamech / vel populo / qui tunc habebatur in terris: vel quomodo a tristitiis: & labore cessa tum est temporibus Noe: vel quomodo abla tum est maledictũ terræ: quod dederat domi nus: vbi potius iracundia diuina maior osten ditur: & refertur dicere de⁹: pœnitet me q fe ci hominem super terram! Et iterum dicit. Deleam omnẽ carnẽ: quæ est super terram: Et super omnia summæ offensæ indicium interi tus viuentium datur. Si vero respicias ad do minum nostrũ Iesum Christũ: de quo dicitur Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mũdi: Et iterum de quo dicitur: fact⁹ pro nobis ma ledictum: vt nos de maledicto legis redime ret: Et iterum cum dicit: venite ad me: qui la boratis: & onerati estis: & ego reficiam vos: et inuenietis requiem animabus vestris. inueni es hunc esse: qui vere requiem dedit hoĩb⁹: & liberauit terram de maledicto: quo maledixit ei dñs deus. Huic ergo spirituali Noe: qui re quiem dedit hominibus: & tulit peccatũ mũ di: dicitur / facies tibi arcam ex lignis quadra tis. Videamus ergo quæ sint quadrata ligna. I Quadratũ est: qđ nulla vacillat ex parte: sed quocunq verteris: fida & solida stabilitate cõ sistit. Ista sunt ligna: quæ omne põdus vel ani malium intrinsecus: vel fluctuum extrinse cus ferunt. Quos ego arbitror doctores esse in ecclesia: & magistros: atq æmulatores fi dei: qui & populos intrinsecus positos verbo cõmonitionis: & doctrinæ gr̃a cõsolantur: & impugnãtibus extrinsecus: vel gentilibus: vł hæreticis: & quæstionum fluctus: ac pcellas

certaminũ cõmouẽtibus: virtute verbi: ac sapientia rationis obsistunt. Vis autem videre ꝙ ligna rationabilia nouit scriptura diuina? Recẽseamus quid apud Ezechielẽ prophetã scriptũ est. Et factũ est (inquit) in vndecimo anno: tertio mense: vna die mẽsis / factũ est verbum dñi ad me dicẽs. Fili hoĩs dic ad Pharaonem regẽ Aegypti: & ad multitudinem eius Cui te similẽ facis in exaltatione tua? Ecce assur cypressus in libano: speciosus ramis: & cõdensus vmbraculis: excelsus in altitudine. Inter medias nubes factũ est cacumẽ eius: aqua enutriuit eũ: & abyssus exaltauit eũ: & adduxit oĩa flumina sua circa eũ: & cõgregationes suas emisit ad oĩa ligna cãpi. Propterea exaltata est altitudo eius super oĩa ligna cãpi. Et post pauca dicit. Cypressi multæ in paradiso Dei: & pini non sunt similes ramis ei⁹: & abietes non fuerunt similes ei. Omne lignũ in paradiso dei non assimulatũ est ei: & zelata sunt eũ oĩa ligna paradisi delitiarum dei. Animaduertis de quib⁹ vel qualibus lignis dicat propheta: quomodo describit cypressum libani: cui oĩa ligna: quæ in paradiso dei sunt: comparari non possint? Et addidit etiam hoc ad vltimum: ꝙ omnia ligna: quę sunt ĩ paradiso Dei zelata sint eã: euidẽter ostẽdẽs secũdum spiritualem ĩtelligẽtiã rationabilia dici ligna quæ in paradiso dei sunt. Quippe in quibus ęmulationem quandam describit esse: aduersum ea ligna: quæ sunt in libano. Vnde & excursu
A etiam hoc dicamus. Consydera ne forte & illud: quod scriptũ est: qa maledictus a deo omnis / qui pendet in ligno: sic debeat intelligi. quomodo & illud: quod alibi dictum est: maledictus homo: qui spem habet in homine. Pendere enim in solo deo debem⁹: & in nullo alio etiam si de paradiso dei procedere quis dicat: sicut & Paulus dicit. Etiam si nos: aut angel⁹ de cœlo euangelizauerit vobis aliter q̃ euãgelizauimus vobis: anathema sit. Sed hęc alias. Interim vidisti quæ sint quadrata ligna: q̃ velut murus quidã: & defensio his: qui sunt intrinsecus: obstaculũ autẽ & impugnatio his: qui extrinsecus supueniũt: collocantur ab spirituali Noe. Quæ ligna extrinsecus: & intrinsecus bitumine linunt. Vult eñ te architect⁹ ecclesiæ Christus nõ esse talẽ: quales sunt illi: qui deforis quidẽ apparẽt hoĩbus iusti: deintus autẽ sunt sepulcra mortuorum. Sed vult te & corpore sanctũ esse extrinsecus: & corde intrinsecus purũ. Cautũ vndiq; & castitatis atq; innocẽtiæ virtute munitũ: hoc est intus:
B & foris bitumine esse oblitũ. Post hęc de longitudine: & latitudine arcæ: & de altitudine memoratur. Et numeri in his quidã ponunt: ingẽtibus mysteriis consecrati. Sed ante q̃ de numeris disseremus: hoc quod dicit longitudinẽ: & latitudinẽ: & altitudinẽ: quale sit videamus. Apostolus in quodam loco: cum de mysterio crucis sacratius loqueretur: ita ait. Vt sciatis quę sit lõgitudo: & altitudo: et profundum. Profundũ aũt & altitudo idem significat tãtum: non ꝙ altitudo spatiũ de inferioribus videtur ad superiora metiri. Profundũ vero de superioribus incipere: & ad inferiora descendere. Consequenter igitur spiritus dei & per Moysen: & per Paulum ingẽtium sacramentorum figuras enũtiat. Nam Paul⁹ quoniã descẽsionis Christi mysteriũ pdicat: profundum nominauit: quasi de supiorib⁹ ad inferiora venientis. Moyses vero quia restitutionem designans eorum: qui per Christum de interitu: & perditione sęculi tanq̃ de nece diluuii ex inferiorib⁹ ad superna: & cœlestia reuocantur: in mensura arcæ non profundũ memorat: sed altum: tanq̃ vbi de terrenis & humilibus ad cœlestia: et excelsa cõscendit. Numeri quoq; ponũtur: trecenti cubiti longitudinis: quinquaginta latitudinis: triginta altitudinis. Trecenti: ter centeni sunt. Centenarius aũt numerus: plenus in oĩbus: & perfect⁹ ostẽditur: et totius rationabilis creaturę continẽs sacramẽtũ: sicut in euãgeliis legimus: vbi dicit: quia habẽs quis cẽtum oues: ex quibus cum perisset vna: relictis nonaginta nouem in montibus descẽdit quærere eam: quæ perierat. Quã q; inuentã humeris suis reportauit: et posuit cum illis nonaginta nouem: q̃ non perierant. Hic ergo centenarius totius creaturæ rationabilis numerus: quoniã non ex semetipso subsistit: sed ex trinitate descendit: & longitudinem vitæ: hoc est immortalitatis gratiam: ex patre per filium: ac spiritum sanctum suscepit: idcirco triplicat⁹ ponitur: vtpote: qui ad perfectionem p gratiam trinitatis augetur: & qui ex cẽtenario p ignorantiam lapsum per agnitionem trinitatis restituat in trecentos. Latitudo quinquagenariũ numerũ tenet. Qui numerus remissioni: et indulgentię cõsecratus est. Secũdũ legem enim quinquagesimo anno remissio erat. id est: vt siquis distraxisset possessionẽ / recipet: si liber in seruitutẽ venisset: reciperet libertatem. Indulgentiã debitor acciperet: exul rediret ad patriã. Spiritualis ergo Noe Christ⁹: in arca sua: in qua humanũ genus de interitu liberat id est in ecclesia sua hunc quinquagenariũ remissionis numerum in latitudine collocauit. Nisi enim remissionẽ peccatorũ donasset cre-

dentibus: nō fuisset per orbem terræ ecclesiæ latitudo diffusa. Triginta autem altitudinis numerus: simile vt trecenti cōtinet sacramentum. Qđ enim ibi centeni: hoc hic deni tertio multiplicati faciunt. Ad vnum autem toti⁹ cōstructionis numerum summa reuocatur: quia vnus deus pater ex quo omnia: & vn⁹ dominus: & vna ecclesiæ fides est. Vnum baptisma: vnum corpus: & vnus spiritus: et ad vnū
E perfectionis dei finem cuncta festinant. Sed et tu qui hæc audis: si scripturis sanctis intēdas ex ocio: permulta iuenies magnarum rerum gesta sub tricenario: vel quinquagenario numero contineri. Triginta annorū Ioseph educitur de carcere: et toti⁹ Aegypti suscipit prīcipatum: vt imminentis perniciem famis diuina prouisione depellat. Triginta annorum refertur Iesus: cum venit ad baptismū: & vidit cœlos diuisos: & spiritum dei in columbę specie venientem super se. Vbi & primū cœpit sacramentū patescere trinitatis: & multa his similia inuenies. Sed & quinquagesimū diem festū: in nouarum frugum consecratione reperies: et de Amanitarum spoliis domino quinquagesima delibatur. Cum trecentis vero inuenies et Abraham vincentem Sodomitas: & Gedeon cum trecētis / lingua aquam
F lambentibus superat. Ostiū sane: quod non a fronte: nec desuper: sed e latere ex transuerso collocatur: quoniam iræ diuinæ tempus est. Dies enim domini: dies iræ: & furoris: sicut scriptum est: licet em̄ videātur aliqui saluari, multi tamen: quos merita sua reprobant: delentur & pereunt. ex transuerso ostium ponitur: vt illud ostendatur: qđ per prophetam dicitur. Quia si incesseritis mecum peruersi: et ego īcedam vobiscum inira peruersa. Post
G hæc videamus et de eo qđ dicit separatim inferiora bicamerata: et superiora tricamerata: ne forte illud indicetur per hæc: quod apostolus dixit: quia in nomine Iesu omne genu flectetur: cœlestium: terrestrium: et infernorū: & in arca significetur omnium quidem īferiora ipsa esse: quæ apostolus dicit inferna: horū autem cōtigua superiora ipsa esse terrestria. tricamerata vero superiora quæ dicit simul oīa esse cœlestia. Sed in his eoꝝ merita distingui: qui possunt secundū apostolum Paulum vsq; ad tertium cœlum conscendere. Nidi vero & nidi: quia multi sunt in arca: multas esse apud patrem indicāt mansiones. De animalibus vero: & bestiis: ac pecoribus: cæterisq; diuersis animantibus: quę nobis alia figura seruanda est: nisi quam vel Esaias ostendit: cum dicit: in regno Christi lupum cum agno: pardum cum hœdo. leonem & bouem simul ire ad pascua: eorumq; foet⁹ simul paleis vesci. insuper etiam ī aspidū cauerna: paruū puerum (talē sine dubio: qualē dicebat Saluator: nisi cōuersi fueritis & effecti sicut puer hic: nō introibitis in regnū Dei) missurum esse manū: et nihil nocendū: vel etiam illa figura: quam Petrus iam nunc in ecclesia haberi docet: cū refert se visionem vidisse: in qua omnia quadrupedia: & bestiæ terræ: ac volatilia cœli intra vnum fidei lintheum continebantur: quatuor euangeliorum initiis alligatū. Verum H
quoniā arca: quam describere conamur: non solum bicamerata sed & tricamerata a deo cōstrui iubetur: operam demus & nos ad hanc duplicem / quæ pręcessit expositionem: secundum præceptum Dei etiam tertiam iungere.

Prima enim: quæ pręcessit historica est: veluti fundamentum quoddam in inferioribus posita. Secunda hæc mystica superior / & excelsior fuit. Tertiam si possumus moralem tentemus adiicere. Quis & hoc ipsum qđ neq; bicameratam solum dixit & siluit: neq; tricameratam tantum: & cessauit: sed cum dixisset bicameratam: addidit & tricameratam: ne absq; huius ipsius expositionis: quā habemus in manibus: videatur esse mysterio. Nam tricamerata triplicem hanc expositionem designat. Sed quia non semper in scripturis diuinis: historialis consequentia stare potest: sed non nunq̄ deficit: vt (verbi causa) cum dicitur spinæ nascentur in manus ebriosi: et cum in templo a Salomone cōstructo / dicitur vox mallei: & securis nō est audita in domo Dei: Et iterum in Leuitico: cū lepra parietis & pelliculæ: & staminis inspici iubetur a sacerdotibus & purgari. Propter hæc ergo: & his similia non solum tricamerata: sed & bicamerata arca contexitur: vt sciamus ī scripturis diuinis non semper simplicem: quia non semp nos historia sequitur: sed interdum duplicis tantummodo sensum expositionis insertum. Tētemus igitur & tertiam expositionem disserere: secundum moralem locum. Si quis est: I
qui crescentibus malis: & inundantibus vitiis conuertere se potest a rebus fluxis & pereuntibus: & caducis: & audire verbum Dei: ac præcepta cœlestia: hic intra cor suum arcam salutis ædificat: & bibliothecā (vt ita dicam) intra se diuini consecrat verbi. Longitudinē in ea: & latitudinē: & altitudinē: fidem: spem: charitatēq; collocat. Fide trinitatis ad longitudinem vitę: immortalitatēq; descendit: latitudine charitatis: indulgentiæ: & benignitatis fundat affectum. Altitudine spei

ad cœlestia erigit & excelsa: super terrã enim ambulans: in cœlis habet conuersationẽ. Sũmã vero actuũ suorũ refert ad vnũ. Scit enim quia oẽs quidẽ currunt: sed vnus accipit palmam: scilicet q cogitationũ varietate: & instabilitate mentis nõ fuerit multiplex. Sed hãc bibliothecã nõ ex agrestibus & impolitis: sed ex quadratis: & secundum æquitatis lineam directis construit lignis, id est non sæculariũ auctorum: sed ex propheticis: atq; apostolicis voluminibus. Ipsi enim sunt: qui diuersis tentationibus edolati: resecatis omnibus vitiis & excisis: quadratam continent vitam: & ex
A omni parte libratam. Nã auctores sęculariũ librorũ possunt quidẽ dici ligna excelsa: et ligna vmbrosa. Sub omni enim ligno excelso: et nemoroso accusatur fornicatus esse Israel: quia illi loquuntur quidem excelsa: & floridà vtuntur eloquẽtia: nõ tamẽ ita egerũt: vt loquuti sunt: & ideo non possunt ligna quadrata nominari: q; ĩ eis nequaq̃ vita: & sermo conlibret. Tu ergo si facis arcam: si bibliothecam cõgregas: ex sermonibus propheticis et apostolicis: vel eorũ: q eos rectis fidei lineis secuti sunt: congregas: bicameratã: & tricameratã facito eam: ex ipa narratioues historicas disce: ex ipsa mysteriũ magnũ: qđ in Christo: & in ecclesia impletur: agnosce. Ex ipsa etiam emendare mores: resecare vitia: purgare animã: atq; exuere eã omni vinculo captiuitatis. intellige nidos in ea: & nidos diuersarum vir
B tutum: & profectuũ collocãs. Deintus sane et deforis bituminabis eam: corde fidem gerẽs: ore cõfessionẽ pferẽs. itus scientiã: foris operã habens. intus corde mundus: foris castus corpore incedens. In hanc ergo arcam: siue eam bibliothecam diuinorum librorum: siue animam fidelẽ secundum moralem interim locũ ponamus: introducere debes etiam animalia ex omni genere: non solũ mũda: sed & immunda. Sed munda quidem animalia facile possumus dicere: q; memoria/eruditio/intellectus/examinatio: & iudicium eorum: quæ legim⁹: aliaq; his similia intelligi possunt. De immũdis vero pronuntiare difficile est: quæ & bina & bina nominantur. Veruntamen quantum in tã difficilibus locis audere possumus: puto q; concupiscẽtia: & ira: quia inest omni animæ: necessario istæ secundum hoc: q; ad peccandum homini famulantur: immũdæ dicũtur. Secundũ hoc vero q; neq; posteritatis sine concupiscẽtia successio reparat̃: neq; emendatio vlla sine ira potest: neq; disciplina constare: necessariæ: & cõseruandæ dicuntur. Et q̃uis hæc iam nõ morali: sed naturali ratione discussa videantur: tamen quæ ad præsens occurrere potuerunt: pro ædificatione tractauimus. Siquis sane potuerit ex ocio ipsam sibi cõferre: & cõparare scripturã diuinã: & spiritualibus spiritualia coaptare: nec nos latet q; plura in hoc loco profundi: & arcani mysterii secreta reperiet: quæ nũc vos adducere in medium: vel pro breuitate temporis: vel pro auditorũ labore nõ possumus. Omnipotẽtis tamen dei misericordiam deprecemur: qui nos non solum auditores verbi sui faciat: sed & factores: & inducat super nostras quoq; animas diluuiũ aquæ suæ: & deleat in nobis quæ scit esse delenda: & viuificet quæ iudicat esse viuificanda: per Christum dominũ nostrum: & per spiritum suum sanctum. Ipsi gloria in ęterna sæcula sæculorum. Amen.

De circuncisione Abrahæ. Homilia tertia. Caput. XVII.

Voniã in mltis diuinæ scripturę locis deũ legimus ad C
hoĩes loq: & propter hoc iudęi quidẽ: sed & nostrorũ nõ nulli: deũ quasi hoĩem ĩtelligẽdũ putauerũt, id est humanis mẽbris: habituq; distinctũ: philosophi vero velut fabulosa hęc: & ad poeticorũ similitudinẽ figmẽtorũ formata despiciũt: videt̃ mihi de his primo paucis sermocinãdũ: & tũc ad ea: q recitata sunt veniẽdũ. Primo ergo ad eos sit sermo: q foris positi arrogãter nos circũstrepũt: dicẽtes excelso illi & inuisibili: atq; ĩcorporeo deo nõ cõuenire: vt humanis vtat̃ affectibus. Si eñ loquẽdi inquiũt ei datis vsum: sine dubio dabit| & os: & linguã: cæteraq; mẽbra: qb⁹ loq̃ndi expletur officiũ. Qđ si fit: recessum est ab inuisibili: et incorporeo deo: et multa his similia nectẽtes nostros fatigãt. Ad hæc ergo: si precibus ve D
stris iuuemur prout dominus dederit: breuiter occurremus. Nos sicut ĩcorporeũ eẽ deũ: et omnipotẽtẽ et iuuisibilẽ profitemur: ita eũ curare mortalia: et nihil absq; eius prouidentia geri: neq; in cœlo: neq; in terris: certo et ĩmobili dogmate profitemur. Memẽto quia nihil sine prouidẽtia eius geri diximue: nõ sine volũtate. Multa enim sine voluntate eius gerũtur: nihil sine prouidẽtia. Prouidẽtia nanq; est: qua procurat: et dispẽsat: et prouidet quę geruntur. Voluntas vero est: qua vult aliq̃d aut nõ vult. Sed de his alias. Lõgior enim est et diffusior iste tractatus. Secũdum hoc ergo qđ prouisorem omnium: et dispensatorem p̃fitemur deum: consequens est: vt quid velit:

vel quid hominib⁹ expediat: indicet. Si enim non indicet: nec erit prouisor hominis: nec creditur curare mortalia. Indicans igitur Deus hominibus: quæ eos agere vult: quo potissimum affectu dicendus est indicare? Nonne eo: qui hominibus in vsu: & notitia est? Si enim (verbi causa) dicamus quia silet deus: quod naturæ illi conueniens creditur: quomodo indicatum esse aliquid ab eo putabitur per silentium? Nunc autem iccirco locutus dicitur: vt scientes homines hoc ministerio voluntatem alterius alteri innotescere: agnoscant ea: quæ sibi per prophetas deferuntur: dei esse voluntatis indicia. In quibus vtique non intelligitur voluntas Dei contineri: nisi ea locutus dicatur: quia nec sentitur: nec intelligitur inter homines indicari vnquam posse per silentium voluntatem. Sed hæc rursum non secundum errorem iudæorum: vel etiam ex nostris nonnullorum: qui cum illis errant: eatenus dicim⁹: vt quoniam humana fragilitas aliter audire de Deo non potest: nisi vt sibi res ipsa: & vocabula nota sunt: iccirco etiam membris hæc nostris similibus: & habitu humano Deum agere sentiamus: alienum hoc est ab ecclesiastica fide. Sed hoc ipsum quod vel aspirat in corde vniuscuiusque sanctorum: vel sonum vocis peruenire ad aures eius facit: locutus homini Deus dicitur. Sic & cum nota sibi esse indicat: quæ vnusquisque vel loquitur: vel agit: audisse se dicit. Et cum aliquid iniustum geri a nobis indicat: irasci se dicit. Cum beneficiis suis ingratos nos arguit: pœnitere se dicit: indicans quidem hæc: his affectibus: qui hominibus in vsu sunt. Simplex namque est illa substantia: & neque membris vllis: neque compaginibus: affectibusque composita: sed quicquid diuinis virtutibus geritur: hoc vt homines possent intelligere: aut humanorum membrorum appellatione profertur: aut communibus: & notis annuntiatur affectibus. Et hoc modo vel irasci: vel audire: vel loqui dicitur de⁹. Nam si vox humana aer ictus, id est lingua repercussus dicitur: potest & vox dei dici aer ictus: vel vi: vel voluntate diuina. Et inde est quod siquando vox diuinitus datur: non ad omnium aures: sed ad quorum interest, auditus allabitur: vt agnoscas sonitum non linguæ pulsu redditum: alioquin fieret communis auditus: sed superni nutus moderamine gubernatum. quamquam prophetis sæpe & patriarchis: cæterisque sanctorum: etiam sine vocis sono verbum dei factum esse referatur: sicut ex omnibus sacris voluminib⁹ abundanter docemur. In quo (vt breuiter dicam) illuminata mens per spiritum dei formatur in verba. Et ideo siue hoc: siue illo: quo supra diximus modo: cum voluntatem suam indicat: locutus esse dicitur deus. Secundum hunc ergo sensum aliqua iam ex his quæ lecta sunt: disseramus. Multa responsa dantur a deo ad Abraham: sed non omnia ad vnum eundemque referuntur. Quædam enim ad Abram: quædam ad Abraham, id est alia post immutationem nominis: & alia cum adhuc genuino vocabulo censeretur. Et primum quidem a deo ad Abram ante immutationem nominis illud defertur oraculum: quo dicit: exi de terra tua: & de cognatione tua: & de domo patris tui: & reliqua. Sed nihil in hoc de testamento dei: nihil de circumcisione percipitur. Non enim poterat: cum adhuc esset Abram: & carnalis natiuitatis vocabulum ferret: suscipere & testamentum dei: & circumcisionis insigne. Cum vero exiit de terra sua: & de cognatione sua: tunc ad eum sacratiora iam responsa deferuntur. Et primo dicitur ei: quia non vocaberis Abram: sed Abraham erit nomen tuum. Tunc iam & testamentum dei suscipit & signaculum fidei accipit circuncisionem: quam non potuit accipere: dum esset in domo patris: & in consanguinitate carnali: & cum adhuc Abram vocaretur. Sed neque presbyter appellatus est ipse: & vxor sua: donec esset in domo patris: & carni cohabitaret: ac sanguini: sed postquam inde profectus est: & Abraham vocari: & presbyter meruit. Erant (inquit) ambo presbyteri id est senes: Abraham scilicet: & admiranda vxor eius: & prouecti in diebus suis. Quanti ante eos longioribus annorum spaciis vitam duxere nongentis: & eo amplius annis: aliqui non multo minus vsque ad diluuium vixere: & nulli ex his presbyteri appellati sunt. Non enim hoc nomine in Abraham senecta corporis: sed cordis maturitas appellata est. Sic & ad Moysen dominus dicit. Elige tibi presbyteros: quos tu ipse scis presbyteros esse. Intueamur igitur diligentius domini vocem: quid sibi videtur ista adiectio: quæ ait: quos tu ipse scis esse presbyteros. Nunquid is: qui senilem corporis gerebat ætatem: non omnium oculis perspicuus erat quod esset presbyter, id est senex? quid ergo soli Moysi tanto ac tali prophetæ specialis ista mandatur inspectio: vt illi eligantur: non quos cæteri homines norunt: non quos imperitum vulgus agnoscit: sed quos propheta deo plen⁹ elegerit? Non enim erga eos de corpore: non de ætate: sed de mente iudicium est. Tales ergo erant isti beati presbyteri: Abraham & Sara. Et primo omnium genuina nomina: quæ ortus carnalis dederat: commutantur. Cum enim esset nonaginta & noue annorum Abraham apparuit ei deus: & dixit. Ego sum de⁹:

complace coram me: & esto inculpabilis: & ponam testamētum meum inter me & te. Et procidit Abraham in faciem suam: & adorauit Deum, & locutus est ei deus dicens. Ego sum: ecce testamentum meū tecum, & eris pater multitudinis gentium: & benedicētur in te omnes gentes: & iam nō vocabitur nomen tuum Abram: sed erit nomē tuū Abraham. Et cum dedisset hoc nomē: statim subiūgit: & ponam testamētum meum inter me & te: & inter semen tuum post te. Et hoc est testamētū: quod seruabis inter me & te: & inter semen tuū post te. Et post hæc addidit. Circuncidetur omne masculinū vestrum: & circuncidetur caro præputii vestri. Igitur quando quidē in hunc deuenimus locū: requirere volo: si omnipotēs deus: qui cœli: ac terræ dominatum tenet: volens testamētum ponere cum viro sancto: in hoc summam tanti negocii collocabat: vt præputiū carnis eius: ac futuræ ex eo sobolis circuncideretur. Erit eñ (inquit) testamentum meum super carnem tuā. Hoccine erat: quod cœli: ac terræ dominus: ei: quem e cūctis mortalibus solum delegerat: æterni testamenti munere cōferebat? Hęc enim sunt sola: in quibus magistri: & doctores synagogæ: sanctorum gloriam ponūt.
A Ecclesia vero Christi: quæ per prophetam dixerat. Mihi autē satis honorificati sunt amici tui deus: quomodo honoret amicos sponsi sui: & quantam eis gloriam conferat: cum gesta eorū reuoluit: veniāt (si videtur) & audiant. Nos ergo imbuti per apostolum Paulum dicimus: quia sicut multa alia in figura & in imagine futuræ veritatis fiebant: ita & circūcisio illa carnalis: circūcisionis spiritualis formā gerebat. De qua & dignū erat: & decebat deum maiestatis præcepta mortalibus dare. Audite ergo quomodo Paulus doctor gentium in fide & veritate: de circuncisionis mysterio: Christi ecclesiā docet. Videte (inquit) circūcisionē (de iudæis loquēs) qui circuncidūtur in carne. Nos enim sumus (ait) circuncisio: qui spiritu deo seruimus: & non in carne fiduciam habemus. Hæc vna Pauli de circuncisione sentētia: audi & aliam. Non enim qui in manifesto iudæus est (inquit) neꝙ quæ manifeste est in carne circūcisio: sed q in occulto iudæus circuncisione cordis: in spiritu: non litera. Non tibi dignius videtur talis circuncisio dicenda in sanctis: & amicis Dei: q̄ carnis obtruncatio? Sed sermonis nouitas fortasse non solum iudæos: sed etiam aliquos fratrum nostrorum deterreat. Impossibilia enim videtur Paulus præsumere: qui circuncisionem cordis inducit. Quomodo enim fieri poterit: vt circūcidatur membrū: quod internis visceribus obtectum: etiā conspectibus ipsis hoīm latet? Redeam⁹ ergo ad propheticas voces: & orantibus vobis: hęc de quibus quærimus: inde clarescant. Ezechiel propheta dicit. Omnis alienigena incircuncisus corde: & incircuncisus carne: non introibit in sancta mea. Et item alibi. nihilominus exprobrans propheta dicit. Omnes alienigenę incircūcisi carne: filii aūt Israel incircuncisi corde. Designatur ergo ꝙ nisi quis circuncisus fuerit corde: & circuncisus carne: nō introibit in sancta Dei. Sed videbor meis ipse iudiciis captus. Hoc enim prophetæ testimonio cōtinuo constringet me iudęus: & dicet ecce propheta vtrāꝗ circuncisionē designat carnis: & cordis: Allegoriæ non superest locus: vbi vtraꝗ species circūcisionis exigitur. Si me vestris precibus iuueritis: vt adesse dignetur verbum Dei viui in apertione oris nostri: poterimus ipso duce per arctum hoc quęstionis iter ad latitudinē veritatis exire: quia nō solum carnales iudæi de circūcisione carnis reuincēdi sunt nobis: sed nonnulli ex iis: qui Christi nomē vidētur suscepisse: & tamē carnalem circūcisionem recipiendā putant: vt Ebionitę: & siqui his simili paupertate sensus oberrāt. Vtamur igitur veteris īstrumēti testimoniis: quibus libēter indulgēt. Scriptū est enim in Hieremia propheta. Ecce populus hic incircuncisus auribus. Audi Israel propheticam vocem: grande tibi opprobriū indicitur: grādis tibi impingitur culpa. Accusatio tua profertur: ꝙ incircūcisus es auribus. Et cur non hæc audiens adhibuisti ferrū auribus tuis: & incidisti eas? Culparis nanꝗ a deo: & condemnaris: cur aures non habeas circūcisas. Cōfugere enim tibi ad allegorias nostras: quas Paulus docuit: non permitto. Circuncidere quid cessas? Deseca aures. abscinde mēbra: quæ deus ad vtilitatē sensuū: & ad ornatū humani status creauit. Sic eñ intelligis verba diuina. Sed & aliud tibi adhuc proferam: cui cōtradicere non possis. In Exodo: vbi nos in codicibus ecclesiæ habem⁹ scriptum: respondentē ad dominū Moysen: & dicentē. Prouide domine aliū: quē mittas. Ego enim gracili voce sum: & tard⁹ lingua: vos in Hebręis exēplaribus habetis. ego autē incircūcisus labiis sum. Ecce habetis circuncisionem labiorum: secūdum vestra: quæ veriora dicitis exemplaria. Si ergo secundum vos: Moyses indignum se esse adhuc dicit: ꝙ non sit labiis circuncisus: certum est hoc il-

B

C

lud indicare: q̄ dignior sit & sanctior ille: qui circuncisus est labiis. Adhibete ergo etiã labiis falcem, & oris operiméta desecate: quãdoquidem talis vobis in diuinis literis complacet intellectus. Q; si circuncisionem labiorum ad allegoriã reuocatis, & circuncisionẽ aurium nihilominus allegoricã dicitis & figuralem: quomodo non & in circuncisione præputii allegoriam requiritis? Sed illos quidem: qui ad idolorum modum aures habent & non audiunt: & oculos habent & non vident: omittam⁹. Vos autem o populus Dei: & populus in acquisitionem electus: ad enarrandas virtutes domini: suscipite dignã circuncisionem verbi Dei in auribus vestris: & in labiis, & in corde, & in præputio carnis vestrę, & in omnibus oĩno membris vestris.

D Circuncisæ nãq; sint aures vestræ secũdum verbum Dei: vt vocẽ nõ recipiant obtrectantis: vt maledici: & blasphemi verba nõ audiant: vt falsis criminationibus: mẽdacio: irritationi non pateant. Oppilentur: & clausæ sint: ne iudiciũ sanguinis audiãt: aut impudicis cãticis & theatralib⁹ sonis pateãt. Nihil obscœnum recipiant: sed ab omni scęna corruptionis auersæ sint. Hęc est circuncisio: qua ecclesia Christi aures suorum circuncidit infantium. Istæ credo sunt aures: quas in auditoribus suis requirebat / dicens. Qui habet aures audiendi: audiat. Nemo enim potest incircũcisus auribus & imũdus: mũda verba sapientiæ & veritatis audire. Veniam⁹ (si vultis) & ad labiorum circũcisionem. Ego puto q̄ incircuncisus sit labiis, qui nondum cessauit a stultiloquio: a scurrilitate, q̄ bonis derogat, qui criminatur proximos, qui instigat lites, qui calumnias mouet, qui fratres inter se falsa loquẽdo cõmittit, qui vana: inepta: sęcularia, impudica, turpia, iĩuriosa, proterua, blasphema, & cætera quæ indigna sunt christiano ore proloquitur. Si quis vero ab his oĩbus continet os suũ: & disponit sermones suos in iudicio: verbositatẽ reprimit: liguã tẽperat: verba moderatur: iste merito circuncisus labiis dicitur. Sed & qui iniquitatem in excelso loquũtur: & extẽdũt in cœlũ linguã suam sicut hęretici faciunt: incircũcisi: & immundi labiis dicẽdi sunt. Circũcisus vero & mundus est: qui semper verbũ dei loquitur, & sanã doctrinã euangelicis & apostolicis munitã regulis profert. Hoc ergo modo & circũcisio labiorũ datur in ecclesia dei.

E Nũc vero secũdum pollicitationẽ nostrã: qualiter etiam carnis circuncisio suscipi debeat: videamus. Membrum hoc, in quo præputium videtur esse: officiis naturalibus coitus: & generationi deseruire nemo est: qui dubitet. Si quis igitur erga huiuscemodi motus nõ importun⁹ existat: nec statutos legibus terminos superet: nec aliã fœminã: q̃ coniugem legitimam nouerit: & in ea quoq; ipsa posteritatis tãtũmodo causa certis & legitimis tẽporibus agat: iste circũcisus pręputio carnis suę dicendus est. Qui vero in omnẽ lasciuiam proruit & per diuersos: & illicitos passim pendet amplexus: atq; in omnẽ libidinis gurgitem fertur infrenis: iste incircũcisus ẽ præputio carnis suæ. Verum ecclesia Christi: gratia eius: qui pro se crucifixus est roborata: non solum ab illicitis: nephandisq; cubilibus: verũtiam a concessis & licitis temperat: & tãq̃ iam Virgo spõsa Christi castis & pudicis virginibus floret: in quibus vera circuncisio carnis præputii facta est: & vere testamentum dei: & testamentum æternũ in eorũ circuncisa carne seruatur. Superest nobis etiã designare circũcisionem cordis. F Si quis est: qui obscœnis desyderiis: & fœdis cupiditatibus ęstuat: & (vt breuiter dicam) qui mœchatur in corde: hic incircuncisus est corde: sed & qui hæreticos sensus mẽte cõtinet: & blasphemas assertiones cõtra scientiã Christi disponit in corde: hic incircũcisus est corde. Qui vero purã fidem in cõsciẽtiæ synceritate custodit: iste circuncisus est corde. De quo dici potest. Beati mũdo corde: quia ipsi deũ videbũt. Ego vero audeo ex simili etiã hęc propheticis vocibus addere. Quia sicut oportet auribus: & labiis & corde: & carnis pręputio: secundũ ea: quæ supra diximus: circuncidi: ita fortasse & manus nostrę indigẽt circũcisiõe, & pedes, & visus, & odoratus, & tactus. Vt enim perfectus sit homo dei in omnibus: cuncta circũcidẽda sunt membra. Manus quidem a rapinis: a furtis: a cędibus, & ad sola dei opera pandendæ. Circuncidendi sunt pedes: ne veloces sint ad effundendũ sanguinem: & ne intrent in consilium malignantiũ: sed vt tantum pro mandatis dei circumeant. Circũcidãtur & oculi: ne concupiscant aliena: ne videant ad cõcupiscendam mulierem. Qui enim erga fœminarũ formas lasciuio & curioso oberrat aspectu: iste incircuncisus est oculis. Sed & si quis est: qui siue bibat: siue manducet (sicut apostolus p̄cipit) ad gloriam dei mãducat & bibit: iste circũcisus est gustu. Cuius aũt deus venter est: & suauitatibus gulæ deseruit: huius incircũcisum dixerim gustũ. Si quis Christi odorem bonũ capit: & in operibus misericordiæ odorẽ suauitatis requirit: huius cir-

cuncisa est odoratio. Qui vero primis vn-
guentis delibutus incedit: iste incircuncisus
odoratu dicẽdus est. Sed & singula queq; mẽ
brorum si in officiis mandatorum Dei deser
uiant: circuncisa dicenda sunt. Si vero vltra
p̃scriptas sibi diuinitus luxuriant leges: incir
cũcisa reputanda sunt. Et hoc puto esse quod
apostolus dicit. Sicut enim exhibuistis mem-
bra vestra seruire iniquitati ad iniquitatem:
ita nũc exhibete membra vestra seruire iusti
ciæ in sanctificationẽ. Cũ enim iniquitati ser
uirent mẽbra vestra: non erant circũcisa: nec
erat in eis testamentũ dei. Cũ vero cœperint
seruire iusticię in sanctificationẽ: promissio q̃
ad Abraham facta est: implet̃ in eis. Tunc em̃
lex dei/ & testamẽtum eius signatur in eis. Et
hoc est vere signũ fidei: quod inter deũ & ho-
minẽ/ ęterni fœderis continet pactum. Ista est
circũcisio quæ petrinis machæris per Iesum
A populo dei data est. Quæ est autem machęra
petrina: & qui gladius quo circuncisus est po
pulus dei? Audi apostolum dicentem. Viuus
em̃ est dei sermo & efficax: & acutior om̃i gla
dio vtrinq; acuto: pertingens vsq; ad diui-
sionem animæ: ac spiritus: compagum quoq;
& medullarũ: & est discretor cogitationũ: &
intentionum cordis. Iste ergo est gladius quo
circuncidi debemus: de quo dicit Iesus domi
nus. Nõ veni pacẽ mittere in terram: sed gla-
dium. Non tibi videt̃ dignior hæc esse circũ-
cisio: in qua testamentũ dei debeat collocari?
Confer (si placet) hæc nostra cũ vestris iudai
cis fabulis: & narrationibus fœtidis: & vide si
in illis vr̃is: an in his: quę in Christi ecclesia p̃
dicantur: circũcisio diuinitus obseruetur. Si
non etiam ipse sentis: & intelligis hanc eccle
siæ circũcisionem honestã/ sanctã/ deo dignã:
illam vestram turpem/ fœdã/ deformem: ipso
etiã habitu & aspectu κακέφατον pręferẽtẽ?
Et erit (inquit deus ad Abraham) circunci-
sio & testamentũ meũ super carnem tuam. Si
ergo talis fuerit vita nostra: ita om̃ibus mem
bris quadrata & composita: vt vniuersi motꝰ
nostri secundum dei leges agantur: vere testa
mentum dei erit super carnem nostram. Hęc
quidem breuiter a nobis de veteri testamen-
to transcursa sint: ad confutandos eos: qui in
carnis circuncisione confidunt: simul & ad ec
clesiam domini ædificandam. Sed venio etiã
B ad nouum testamentum: in quo est plenitudo
omnium: & inde volo ostendere quomodo &
nos possimus nouũ testamẽtũ domini nostri
Iesu Christi habere super carnẽ nostram. Nõ
enim sufficit solo nomine: & verbo hæc dici:
sed rebus oportet impleri. Ioãnes quippe apo
stolus dicit. Omnis spiritus: qui confitetur Ie
sum in carne venisse/ a deo est. Quid ergo? Si
peccans quis/ & non recte agens cõfiteatur Ie
sum in carne venisse: in spiritu dei videbitur
confiteri? Non est hoc testamentum dei habe
re in carne: sed in voce. Dicitur ergo ad eũ sta
tim. Erras homo: regnum dei non in sermone
est: sed in virtute. Quomodo ergo erit testa-
mentum Christi super carnem meam requi-
ro. Si mortificauero membra mea: quæ sunt
super terram: testamentum Christi habeo su
per carnem meam. Si semper mortẽ Christi
in corpore meo circũferam/ testamentũ Chri
sti est in corpore meo: quia si compatimur &
conregnabimus. Si complantatus fuero simi
litudini mortis eius: testamentũ eius ostendo
esse super carnem meam. Quid em̃ prodest si
in illa tantũ carne: quã de Maria suscepit: di-
cam venisse Christũ: & non ostendã etiam in
hac mea carne: q; venerit? Ostendo autem ita
demum: si quẽadmodum prius exhibui mem
bra mea seruire iniquitati ad iniquitatẽ: nũc
ea conuertã: & exhibeã seruire iustitię ad san
ctificationẽ. Testamentũ dei ostẽdo esse ĩ car-
ne mea: si potuero dicere secundũ Paulũ: quia
Christo concrucifixus sum: viuo autẽ iã non
ego: viuit vero Christus in me. Et si potuero
dicere vt ipse dicebat: ego autẽ stigmata dñi
mei Iesu Christi in corpore meo porto. Vere
autẽ ille ostendebat testamentũ dei esse super
carnẽ suã/ q dicebat: qs nos separabit a chari-
tate dei/ quæ est in Christo Iesu? Tribulatio?
an angustia? an periculum? an gladius? Si em̃
voce tantũmodo confiteamur dominum Ie-
sum: & non ostendamus testamentum eiꝰ esse
super carnẽ nostram secundũ hæc/ quæ supra
exposuimus: videbimur etiam nos simile ali-
quid facere iudęis: qui solo circũcisiõis signo
deũ se cõfiteri putãt: factis autẽ negãt. Nobis
autẽ præstet dominus corde credere: ore cõ-
fiteri: operibꝰ cõprobare testamentũ dei esse
super carnẽ nostrã: vt videntes hoĩes opera no
stra bona: magnificent patrem nostrum/ q in
cœlis est: per Iesum Christũ dominũ nostrũ:
cui est gloria in sæcula sæculorum. Amen.

De eo: quod scriptum est: Visus est domi-
nus Abrahæ. Homilia Quarta. Cap. xviii.

Ecitata est nobis alia visio C
dei ad Abrahã: hoc modo.
Visus est (inquit) deus ad
Abrahã cũ sederet ad ostiũ
tabernaculũ sui ad quercũ
Mambræ. Et ecce viri tres

astiterũt super eum: & respiciens oculis suis
Abraham vidit:& ecce tres viri super eũ: &
exiit in occursum eis:& cætera. Conferamus
primo(si videt̃)hanc visionẽ cum illa:q̃ facta
est ad Loth. Tres viri veniũt ad Abrabam: &
stant super eũ:ad Loth duo veniũt & sedẽt in
platea. Vide si nõ dispẽsatione spiritus sancti
pro meritis res gerunt̃. Etenim Loth inferior
lõge erat ab Abrahã. Nisi eñ fuisset inferior:
nõ esset separatus ab Abrahã: nec dixisset ei:
si tu ad dexterã:ego ad sinistram:si tu ad sini
stram:ego ad dexterã. Et nisi fuisset inferior:
nõ ei Sodomorũ terra:& habitatio placuisset
Veniunt ergo ad Abrahã tres viri meridie:
ad Loth duo vespere veniũt. Nõ eñ capiebat
Loth meridianæ lucis magnitudinẽ. Abrahã
vero capax fuit plenũ fulgorẽ lucis excipere.
Videamus nũc quomodo Abrahã susceperit
veniẽtes: & quomodo Loth:& qui apparatus
hospitalitatis vtriusq; sit:cõparemus. Primo
D tñ obserua q̃ Abrahã cũ duobus angelis etiã
dñs affuit:ad Loth vero duo tantũmodo an-
geli pergũt. Et quid dicũt? Misit nos dñs con
terere ciuitatẽ:& perdere eam. Ille ergo susce
pit eos: qui perditũ darent:non suscepit eũ:q
saluaret. Abrahã vero suscepit & eũ q saluat:
& eos q pdũt. Nũc videam⁹ quomodo vnus-
quisq; suscipiat. Vidit(inquit)Abrahã:& oc
currit eis obuiã. Cõsydera protinus impigrũ
& alacrẽ i officiis Abrahã. Ipse currit obuiã:
& cũ occurrisset festinat(inquit)ad taberna
culũ:& dicit ad vxorẽ suã. Festina ad taberna
culũ. Vide in singulis quãta sit suscipiẽtis ala
critas. Festinat̃ in oĩbus:oĩa perurgent̃: nihil
per ociũ gerit̃. Dixit ergo ad vxorẽ suã Sarã.
Festina ad tabernaculũ:& cõsperge tres men
suras similaginis: & fac subcineritias. Hoc
græcæ ἐγκρυφίας dicit̃:quod occultos / vel
absconditos indicat panes. Ipse autẽ cucurrit
(inqt)ad boues:& accepit vitulũ. Sed qualẽ
vitulũ? Forte q potuit prim⁹ occurrere? Nõ
ita:sed vitulũ bonũ & tenerũ. Et licet per cun
cta festinet:scit tamẽ q̃ pcipua & magna sunt
dño:vel angelis offerenda. Accepit ergo vel
elegit de grege vitulũ bonũ & tenerũ: & tra-
didit puero. Puer(inquit)festinauit facere eũ
Ipse currit:vxor festinat:puer accelerat. Nul
lus piger est in domo sapientis. Apponit ergo
vitulũ:& simul cũ eo panes:& similam: sed &
lac:& butyrũ. Hęc sunt Abrahę:& Saræ hos-
pitalitatis officia. Nũc videam⁹ qd etiã Loth
E Hic neq; similã habet: neq; panẽ mundũ: sed
farinã. Neq; tres mensuras simile nouit: neq;
ἐγκρυφίας: id est absconditos : ac mysticos
panes apponere veniẽtib⁹ potest. Sed psequa-
mur nunc interim quid agit Abrahã: cũ tri
bus viris:qui astiterũt super eũ. Hoc ipsum vi
de quale sit quod sup eũ veniũt: nõ cõtra eũ.
Subiecerat qppe se volũtate dei: ideo supasta
re dicit̃ deus. Apponit ergo panes tribus mẽ
suris simulaginis consperſos. Tres viros su
scepit:tribus mensuris similaginis panes cõ
spersit. Totum/quod agit/mysticũ:totum sa-
cramentis repletum est. Apponitur vitulus:
ecce aliud sacramentũ. Vitulus ipse nõ est du
rus:sed bonus:& tener. Et quid tã tenerũ: qd
tam bonum:q̃ est ille:qui humiliauit se p no-
bis vsq; ad mortem : & animam suam posuit
pro amicis suis? Vitulus ille saginatus:quẽ p
recepto pœnitente filio iugulat pater. Sic eñ
deus dilexit hunc mundũ: vt filium suũ vni-
cum daret pro huius mundi vita. Nec tamen
latet sapientem quos susceperit. Trib⁹ occur F
rit:& vnum adorat:& ad vnum loquitur di-
cens. Declina ad puerũ tuum: & refrigera te
sub arbore. Sed quomodo addit iterum:quasi
hominibus loquẽs? accipiatur(inquit)aqua:
& lauentur pedes vestri. Docet quidem te per
hæc Abraham pater gentiũ & magister:quo
modo hospites suscipere debeas: & vt laues
hospitum pedes: tñ & hoc in mysterio dicit̃.
Sciebat.n.dominica sacramẽta : non nisi in la
uandis pedibus consummanda. Sed nec illius
quidẽ pcepti eũ pondus latebat: quo dicitur
a saluatore. Siquis nõ susceperit vos:etiã pulue
rẽ:q adhęsit pedib⁹ vrĩs excutite in testimo-
niũ illis. Amẽ dico vobis : qa tolerabilius erit
terræ Sodomorũ in die iudicii q̃ illi ciuitati.
Volebat ergo puenire: & lauare pedes: neq;
forte pulueris resideret : quod ad testimoniũ
incredulitatis excussum/ posset in die iudicii
reseruari. Propterea ergo dicit sapiens Abra
hã:accipiatur aqua & lauentur pedes vestri.
Sed videamus iã quid etiã in cõsequentib⁹ di
citur. Ipse autem(inqt)Abraham astabat eis G
sub arbore. Ad huiuscemodi narrationes:cir
cũcisas aures requirimus. Neq; eñ summam
solicitudinẽ spiritui sancto fuisse credendum
est:vt scriberet in libris legis vbi staret Abra
ham. Quid enim me iuuat q veni audire qd
spiritus sanctus humanũ doceat genus:si au-
diero q̃ Abraham stabat sub arbore? Sed vi-
deamus q̃ sit hæc arbor: sub qua stabat Abra
ham & cõuiuiũ dño atq; angelis exhibebat.
Sub arbore(inqt)Mãbræ. Mambre in nostra
lingua interptat̃ visio:siue pspicacia. Videsq;
& qualis est locus: in quo dñs potest habere
conuiuium? Delectauit eum visio & perspica
cia Abrahæ. Erat enim mũdus corde:ut pos-
set uidere deum. In tali ergo loco: & i tali cor

de: poteſt dominus cum angelis ſuis habere
conuiuium. Deniq; ante prophetæ videntes
A dicebantur. Quid enim dicit dominus ad
Abraham? Vbi eſt (inquit) Sara vxor tua?
At ille. Ecce (ait) in tabernaculo eſt. Dixit
autem dominus. Veniens veniam in tempo-
re ad te ſecundum tempus hoc, & habebit fi-
lium Sara vxor tua. Audiebat autem Sara
ſtans poſt oſtium tabernaculi ſui poſt Abra-
ham. Diſcant mulieres exemplis patriarcha
rum: diſcant iniquā mulieres ſequi viros ſu-
os. Neq; eñ ſine cauſa ſcriptum eſt quod Sa-
ra ſtabat poſt Abraham. Sed vt oſtenderetur
quia vir ſi præcedit ad dominū, ſequi mulier
debet. Quod dico ſequi debere mulierem: in
eo dico ſi aſtare virum ſuū videat deo. Alio-
quin aſcendamus ad altiorem intelligentiæ
gradum: & dicamus virum in nobis eſſe ra-
tionabilem ſenſum: & mulierem: quę ei velut
viro ſociata eſt, carnem noſtram. Sequatur er
go caro ſemper rationabilem ſenſum; nec in
id vnq̄ deſidiæ veniatur: ut carni in luxuria:
& voluptatibus fluitanti: in ditionem reda-
ctus obſequatur rationabilis ſenſus. Stabat
ergo Sara poſt Abraham. Sed & myſticū ali-
quid ſentire in hoc poſſumus loco: ſi videa-
mus quomodo in Exodo præcedebat deus in
columna ignis per noctem & in columna nu-
bis per diem. Et ſynagoga domini ſequeba-
tur poſt ipſum. Sic ergo intelligo & Saram ſe
quutam eē: vel ſtetiſſe poſt Abraham. Quid
B poſt hæc dicitur? Et erant (inquit) ambo pſ-
biteri: ideſt ſenes, & prouecti in diebus ſuis.
Quantum ad ętatem corporis pertinet: mul
ti ante ipſos numeroſioribus annis duxerāt
vitam: nemo tamē presbyter appellatus eſt.
Vnde videtur nomen hoc ſanctis non longę-
uitatis ratiōe, ſed maturitatis aſcribi. Quid
ergo poſt tantum ac tale conuiuium: quod
Abraham domino & angelis ſub arbore vi-
ſionis exhibuit? Proficiſcūtur hoſpites. Abra
ham autem deducebat (inquit) eos: & ambu
labat cum eis. Dominus autem dixit. Non cę
labo Abraham puerum meum: quid ego fa-
ciam. Abraham autē fiet in gētem magnam:
& multam, & benedicentur in ipſo omnes gē
tes terræ. Scio enim quia præcipiet filiis ſuis
& ſeruabunt vias domini: vt faciant iuſtitiā
& iudiciū, vt impleat dominus Abrahæ quæ
C indicauit ei, & dixit. Clamor Sodomorum &
Gomorreorum repletus eſt: & peccata eorū
magna valde. Deſcendi ergo vt viderem ſi
ſecundū clamorem eorum: qui venit ad me:
cōſummentur. Sin autem vt ſciam. Hęc ſcri-
pturæ diuinę ſunt verba. Videam⁹ ergo nūc
quid intelligi in his dignū ſit. Deſcendi (in-
quit) vt videam. Quando ad Abraham re-
ſponſa deferuntur: non dicitur deus deſcen-
dere: ſed ſupra ipſum aſtare: ſicut ſupra ex-
poſuimus. Aſtiterunt (inquit) tres viri ſup
eum. Nunc autem quia peccatorum cauſa
agitur: deſcendere dicitur deus. Vnde ne
aſcenſionē & deſcenſionem localem ſentias:
Frequenter enim hoc in diuinis literis in-
uenitur: ſicut in Michęa propheta. Ecce (in-
quit) dominus exiit de loco ſancto ſuo: & de-
ſcendit: & incedit ſuper excelſa terræ. Deſcē
dere ergo dicitur deus: quando curam hu-
manæ fragilitatis habere dignatur. Quod
ſpecialius de domino, ac ſaluatore noſtro ſen
tiendum eſt: qui non rapinam arbitratus eſt
eſſe ſe æqualem deo: ſed ſemetipſum exinani
uit: formam ſerui accipiens. Deſcendit ergo:
neq; enim alius aſcēdit in cœlum, niſi qui de-
ſcendit de cœlo filius hominis: qui eſt in cœ-
lo. Deſcendit ergo dominus non ſolum cu-
rare: ſed & portare quæ noſtra ſunt. Formam
nanq; ſerui accepit: & cum ipſe inuiſibilis ſit
naturæ vtpote æqualis patri: habitum ta-
men viſibilem ſuſcepit: & repertus eſt habi-
tu vt homo. Sed & cum deſcendit: aliis deor-
ſum eſt: aliis vero aſcendit: & ſurſum eſt. Nā
& electis apoſtolis aſcendit in montem excel-
ſum, & ibi transformatus eſt coram ipſis. Il-
lis ergo: quos de myſteriis regni cœlorū do-
cet: ſurſum eſt. Turbis autem: & Phariſæis:
quibus exprobrat peccata: deorſum eſt: & ibi
eſt cum ipſis, vbi fœnum eſt. Trāſformari au
tem deorſum non poterat: ſed ſurſum aſcen
dit cum iis, qui ſe qui ſe poterāt: & ibi tranſ-
formatur. Deſcēdi ergo (inquit) vt videam
ſi ſecundum clamorem eorum: qui venit ad
me: conſummenť. Sin autem vt ſciā. Ex iſto D
vno ſermone hæretici impugnare ſolent deū
meum dicentes: ecce neſciebat deus legis qd
ageretur in Sodomis: niſi deſcendiſſet vt vi-
deret: & miſiſſet qui diſcerent. Sed nos, qui-
bus præcipitur præliari prælia domini: acua
mus aduerſus eos romphæā verbi dei: & oc-
curramus eis ad pugnam. Stemus in aciem
ſuccincti lumbos in veritate: ſimul & ſcutū
fidei præferentes: excipiamus eorum vene-
nata diſputationum iacula: & in ipſos ea rur
ſum librata diligentius torqueamus. Talia
nanq; ſunt prælia domini: quæ præliatus eſt
Dauid, & cæteri patriarchæ. Stemus aduer-
ſus eos pro fratribus noſtris. Melius eſt mori
enim me, q̄ vt rapiant: & prædentur aliquos
ex fratribus meis: & argutis verborum ſurre
ptionibus: captiuos ducant paruulos & la-

ctentes in christo. Perfectis autem nec conferre poterunt manum: nec venire in certamen audebunt. Nos ergo prius dominum deprecantes: & vestris orationibus adiuti: aggrediamur contra eos prælium verbi. Dicimus ergo cum fiducia quod secundũ scripturas: non omnes sciat deus. Peccatum nescit deus, & peccatores nescit deus, alienos a se ignorat Audi dicentem scripturam. Cognouit dominus, qui sunt eius, & discedat ab iniqtate omnis qui inuocat nomen domini. Suos cognoscit dominus, iniquos autẽ & impios nescit. Audi saluatorem dicentem. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Nõ noui vos. Et iterum Paulus dicit. Si quis in vobis est propheta vel spiritualis, agnoscat quę scribo: quia domini sunt. Qui autem ignorat: ignoratur. Hæc autem dicimus nõ blasphemũ aliquid (sicut vos facitis) de deo sentientes, neq; ignorantiam ascribentes ei: sed ita intelligimus: ꝙ hi quorum actus deo est indignus: indigni etiam notitia dei dicantur. Non enim dignatur deus nosse eum, qui auersus est ab eo, & ignorat eum. Et ideo dicit apostolus. Quoniam qui ignorat: ignoratur. Tali ergo specie: & nunc de his, qui habitant in Sodomis dicitur: vt siquidem secũdũ clamorem, qui ascendit ad dominũ, actis eorum indigni consummentur: notione eius iu

E dicantur indigni. Si vero est illis aliqua conuersio, si vel decem in illis inuenti fuerint iusti, ita demum nouerit eos Deus. Et ideo dixit. Sinautem vt sciam quid agunt: id est vt ipsos sciam: & scientia mea dignos faciam: siquos in ipsis inueniam iustos, si quos inueniam pœnitentes, si quos tales, quos debeam scire. Deniq; quia nullus, qui pœniteret: nullus qui conuerteretur alius inuentus est: prę ter Loth: ipse solus de incendio liberatur. Nec generi secundo admoniti: nec vicini, nec proximi, nullus cognoscere voluit clementiam dei, nullus ad misericordiam eius confugere. Iccirco & nullus agnoscitur. Hæc quidem aduersus eos, qui iniquitatem in excelsum loquuntur. Nos vero operam demus tales effici actus nostros, talem conuersationem nostrã, vt digni habeamur notitia Dei, vt nos scire dignetur: vt digni habeamur notitia filii eius Iesu Christi: & notitia spiritus sancti vt agnita trinitate, & nos sacramentũ trinitatis plene & integre, & perfecte mereamur agnoscere: reuelante nobis domino nostro Iesu Christo, cui est gloria, & imperiũ in sæcula sæculorum. Amen.

De Loth, & filiabus eius. Homilia Quinta. Cap. XIX.

Issi angeli ad subuersionem Sodomorum: cũ iniũctum cuperent maturare negocium: curam prius gerunt hospitis Loth vt eũ de iminenti ignis excidio, contẽplatiõe hospitalitatis eximerent. Audite hęc, qui peregrinis clauditis domos, audite hęc, qui hospitẽ velut hostẽ vitatis. Loth in Sodomis habitabat. Alia eius bene gesta nõ legimus. Hospitalitas in eo sola ex vsu veniẽs memorat: euadit ignes, euadit incẽdia, ob hoc solũ, ꝙ domũ suã patefecit hospitibus. Hospitalẽ domũ angeli ingressi sunt. Clausas hospitib⁹ domos ignis ingressus est. Quid ergo ad hospitẽ suũ pro hospitalitatis officiis dicant angeli, videamus. In montẽ (inquiunt) saluã fac animã tuã, ne forte cõphẽdaris. Erat quidẽ hospitalis Loth, qui etiã (sicut ei scriptura testimonium tulit) ab interitu latuit: angelis hospitio receptis. Sed non erat ita pfectus, vt statim de Sodomis exiens, montẽ posset ascendere. Perfectorum nãq; est dicere. Leuaui oculos meos in mõtes vnde veniet auxilium mihi. Iste ergo neq; talis erat: q inter Sodomitas perire deberet: neq; tantus erat: qui cum Abraham in excelsioribus posset habitare. Si enim fuisset talis, nunq̃ ad eũ diceret Abraham: si tu ad dexteram, ego ad sinistram, aut si tu ad sinistrã, ego ad dexterã: nec habitacula ei Sodomitica placuissent. Erat ergo medius quidam inter perfectos: & perditos. Et sciens non conuenire virib⁹ suis, vt ascenderet in montem, religiose & humiliter excusat dicens. Non possum in montẽ saluus fieri: sed ecce hęc ciuitas pusilla est: & hic saluabor: & non est pusilla? Ingressus vero Segor ciuitatem pusillam in ea saluatur. Et post hæc cum filiabus ascendit in montem. Neq; G enim de Sodomis ascendi poterat in montẽ: q̃uis scriptũ sit de terra Sodomorum priusq̃ subuerteretur: eo tempore, quo Loth habitationem eius elegit: fuisse sicut paradisus dei & sicut terra Aegypti. Et tamen (vt paruo quodam vtamur excessu) quænam videtur esse vicinitas paradiso dei, & terræ Aegypti, vt ex æquo his Sodoma comparetur? Sed ego ita puto ꝙ ante, q̃ peccaret Sodoma cum adhuc simplicitatem vitæ incontaminabilis custodiret: erat sicut paradisus dei. Vbi vero decolorari cœpit: & peccatoꝶ maculis obscurari: sicut terra Aegypti facta est. Sed & il

A lud requirimus: quoniam quidem propheta dicit: quia restituetur Soror tua Sodoma in antiquum: vtrum nam restitutio eius etiã hoc recipiat: vt sit sicut paradisus dei: an sit sicut terra Aegypti. Ego quidem dubito: si in tãtum potuerint Sodomorum peccata decoqui: & eousq; scelera purgari: vt restitutio eorum tanta sit: quæ non solum terrę Aegypti, verum etiam dei paradiso comparetur. Vrgent tamen nos: qui hoc confirmare volũt: ex eo pręcipue sermone: qui additus huic repromissioni videtur. Non enim dixit quia restituetur Sodoma, & cessauit: sed ait restituetur Sodoma in antiquum. Et asseuerant antiquum eius statum non fuisse: vt terram

B Aegypti, sed vt paradisum dei. Sed redeam⁹ ad Loth, qui cum vxore, & filiabus interitum fugiens Sodomorum, accepto ab angelis mãdato, ne retrorsum respiceret tendebat in Segor. Sed vxor eius immemor fit præcepti: retrorsum respicit: impositam legem rumpit: efficitur in statuam salis. Putamusne tantum sceleris in hoc esse cõmisso: vt quia post se respexit mulier interitum quem diuino beneficio effugere videbatur: incurreret? Quid eñ tantum criminis habuit: si sollicita mulieris mens retrorsum vnde nimio flammarũ crepitu terrebatur: aspexit? Sed quia lex spiritalis est: & quæ contingebant antiquis in figuram illis cõtingebãt: videam⁹ ne forte Loth, qui non respexit post se, ratiõabilis sit sensus: & animus virilis, vxor autem, hic carnis imaginem teneat. Caro est eñ, quæ respicit semper ad vitia, quæ cum animus tendit ad salutem, illa retrorsum respicit: & voluptates requirit. Inde deniq; & domin⁹ dicebat. Nemo mittẽs manũ suam ad aratrum & retro respiciens, aptus est regno dei. Et addit. Memẽto-

C te vxoris Loth. Quod autẽ fit staticulũ salis: insipientię eius indicium videtur expositum Sal enim prudentiæ loco ponitur: quæ ei defuit. Pertẽdit ergo Loth in Segor, ibiq; paulisper collectis viribus, quas in Sodomis habere non potuit: ascendit in montẽ: & ibi habitauit (sicuti scriptura dicit) ipse, & duæ filiæ

D eius cũ eo. Post hæc iã refertur illa famosissima fabula in qua scribitur filias eius arte furatas cõcubitũ patris. In quo nescio siquis potest excusare ita Loth, vt eum immunẽ faciat a peccato. Neq; rursum ita eum accusandum puto: vt ita grauis incesti fieri debeat reus. Nõ enim inuenio eum insidiatum esse: aut violenter eripuisse pudicitiam filiarum: sed magis ĩsidias passum & arte circumscriptũ. Sed neq; rursum circũuentus fuisset a puellis: nisi inebriari potuisset. Vnde videtur mihi in parte culpabilis, in parte excusabilis inueniri. Excusari nanq; potest: ꝙ a concupiscentiæ: & volũtatis crimine liber est: & quia neq; ipse voluisse arguitur: neq; volentibus consensisse. Subiacet vero culpæ, ꝙ decipi potuit: ꝙ vino nimis indulsit: & hoc non semel: sed iterum fecit. Nam & ipsa scriptura mihi videtur pro eo: quodammodo satisfacere: cum dicit. Nesciebat enim cum dormiret cum eis, & cum surgeret. De filiabus hoc nõ dicitur: quæ studio, & arte decipiũt patrem. Ille tamen in tantum sopitus est vino, vt nesciret dormisse se cum filia priore, neq; cum

E iuniore. Audite ebrietas quid agat: audite quantum facinoris conciliet temulentia. Audite & cauete vos o quibus istud malum non in crimine, sed in vsu est: ebrietas decipit quem Sodoma non decepit. Vritur ille flammis mulierum: quem sulphurea flamma non vssit. Erat ergo Loth arte, non voluntate deceptus. Ideo medius quidam est inter peccatores & iustos. Quippe, qui ex Abrahę quidẽ cognatione descenderit: in Sodomis tamẽ habitauerit. Nã & hoc, ꝙ euadit ex Sodomis (sicut scriptura indicat) magis ad honorem Abrahę, q̃ ad meritum pertinet Loth. Sic eñ ait. Et factum est (inquit) cum exterminaret deus ciuitates Sodomorum, recordatus est dominus Abrahę: & eiecit Loth de terra il-

F la. Sed & filiarũ eius propositum puto diligẽtius considerandum, ne forte etiam ipsę non tantum quantum putantur accipere criminis mereantˀ. Refert eñ scriptura, quia dixerunt inuicẽ sibi. Pater (inquiunt) noster senex est: & nemo est super terram, qui itret ad nos, sicut conuenit omni terræ. Veni & potemus patrem nostrum vino: & dormiamus cũ eo, & suscitemus de patre nostro semen. Quãtum ad ea: quę de his dicit scriptura, videtur etiam pro ipsis quodammodo satisfacere. Apparet nanq; filias Loth didicisse quædam de consummatione mundi, quæ immineret per ignem, sed tanq̃ puellæ non integre, perfecteq; didicerant: nescierunt quod Sodomiticis regiõibus igne vastatis: multum adhuc spatii integrum resideret in mundo. Audierunt in fine seculi: terram, & omnia elementa ignis ardore decoquenda. Videbant ignẽ, videbant sulphureas flammas, videbant cũcta vastari. Matrẽ quoq; suam videbant non esse saluatam, suspicatæ sunt tale aliquid factum: quale in tẽporibus audierãt Noe. Et ob reparandã mortaliũ posteritatẽ solas se esse cũ parẽte seruatas. Recuperãdi igitur humani ge-

neris: desyderium sumunt: atq; instaurandi sæculi ex se dandum opinantur exordium.
Et quis grande eis crimen videretur/ furari concubitum patris: grauior eis tamen videbatur impietas: si humanæ (vt putabant) posteritatis spē (seruata castitate) delerent. Propter hoc ergo consiliū ineunt minore (vt ego arbitror) culpa: spe tamen, argumentoq; maiore, patris mœstitiam, vel rigorē vino molliunt, & soluunt. Singulis ingressæ noctibus: singulæ suscipiunt ab ignorante conceptum. Vltra non repetunt: non requirunt. Vbi hic libidinis culpa? vbi incœsti crimen arguitur?
G Quo modo dabitur vitio, quod non iteratur in facto? Vereor proloqui quod sentio: vereor inquam ne castior fuit harū incestus, ꝗ pudicitia multarū. Discutiant se, & requirāt fœminæ in coniugiis positę, si ob hoc solū adeāt viros, vt suscipiant liberos: si post cōceptum desistunt. Istæ enim, quæ argui videntur incesti: vt adeptæ sunt conceptum, vltra non accedunt ad concubitum viri. Nonnullæ vero mulieres, neq; enim vniuersas pariter notamus: sed sunt quædā, quæ sicut animalia absq; vlla discretione indesinenter libidini seruiunt: quas ego nec mutis pecoribus compärauerim. Pecora enim & ipsa sciunt cum conceperint: vltra non indulgere maribus copiā sui. Notat tales & scriptura diuina, cum dicit. Nolite fieri sicut æquus, & mulus, quibus non est ītellectus. Et iterum. Equi admissarii facti suut. Sed vos o populus dei, qui Christū amatis in corruptione: intelligite apostoli sermonem quo ait. Siue māducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis: omnia in gloriam Dei facite. Quod enim post manducare: & bibere dicit: siue aliud quid facitis: inuerecunda coniugii negocia verecundo sermone signauit: ostendens etiam ipsa ad dei gloriam geri: si posteritatis solius contemplatione procurētur.
H Prosecuti sumus: vt potuim⁹: vel de culpis Loth, ac filiarum eius vel rursum de excusationibus eorum. Verum scio nonnullos, quantum ad allegoriam pertinet Loth traxisse ad domini personam, & filias eius ad duo testamenta. Sed hæc qui sciat: quid de Ammanitis & Moabitis, scriptura dicit: q ex genere Loth descendunt: nescio si libenter accipiat. Quomodo enim poterit aptare Christo, quod qui de semine eius generentur: vsq; in tertiam & quartam progeniem, non introibunt in ecclesiam domini? Nos autem (prout sentire possumus) Loth figuram ponimus legis. Nec videatur incongruū ꝙ fœmineo genere apud nos declinatur lex: cum masculinum genus seruet in græco. Huius vxorē populum illum ponimus: qui de Aegypto profectus, & de mari rubro, ac persecutione Pharaonis, tanꝗ de sodomitis ignibus liberatus rursum carnes, & ollas Aegypti, & cæpas, cucumeresq; desiderans, retro respexit: & cecidit in deserto: factus etiam ipse concupiscentiæ memoria in eremo. Ibi ergo lex primum illum populum (tanꝗ Loth) retro respicientem perdidit: ac reliquit vxorem. Inde veniēs
I Loth habitat in Segor. De qua dicit: ciuitas hæc pusilla, & saluabitur anima mea in ipsa: & non est pusilla. Quę ergo est? Quantum ad legem pertinet: ciuitas pusilla, & non pusilla, videamus. Ciuitas a conuersatione multorū dicta est: pro eo, ꝙ plurimornm in vnum constituat: & contineat vitas. Hi ergo: qui in lege conuersantur: pusillam habent & paruam conuersationem, quamdiu secūdum literam intelligunt legem. Nihil em̄ grande est: sabbata & neomęnias, & circuncisionem carnis, & ciborum distinctiones carnaliter obseruare. Si vero spiritualiter intelligere quis cœperit: ipsæ illæ obseruantiæ, quæ secundum literam pusillæ erant: & paruæ, secundum spiritum non erunt paruæ, sed magnæ. Ascendit ergo post hæc Loth in montem, & ibi habitat in spelunca (vt dicit scriptura) ipsæ & duæ filiæ eius. K Et ascendisse lex putanda est: ꝙ ei per templum a Salomone cōstructum accessit ornatus, cum facta est quidem domus dei domus orationis. Mali autem habitatores: fecerunt eam speluncam latronum. Habitauit ergo in spelunca Loth, & duæ filię eius. Duas has filias euidēter propheta describit: dicēs. Oollam & Olibam duas sorores esse: & esse quidem Oollam Hierusalem, & Olibam esse Samariam. In duas ergo partes populus diuisus, duas fecit filias legis. Iste carnalē cupientes progeniem propagare: & vires regni terrestris numerosa potesteritate munire: sopientes patrē, & somnū ei inducētes, id est cogentes, & obruētes eius spiritualē sensum: solā ex eo carnis intelligentiā trahūt. Inde cōcipiunt: inde generāt filios tales, quos nec sentiret: nec agnoscetet pater. Neq; em̄ iste sensus, aut hæc voluntas fuerat legis, vt carnaliter generaret: sed sopit̄ lex, vt talis posteritas generetur: quæ non intrat in ecclesiam domini.
L Ammanitæ enim (inquit) & Moabitę non introibūt in ecclesiam domini, vsq; in tertiam & quartam progeniem, & vsq; in sæculū. Designat ꝙ carnalis generatio legis non intret in ecclesiam Christi: nec tertia generatione pro trinitate: nec quarta pro euangeliis:

nec in sæculum, nisi forte post præsens sæculum, cum plenitudo gẽtium introierit: & sic omnis Israel saluus fuerit factus. Hæc vt potuimus secundum allegoricam intelligentiã de Loth, & vxore eius, ac de filiabus exculpsimus: nihil prẹiudicantes his: qui sacratius aliquid de hoc sentire potuerint. Quod vero in
A morali loco superius ipsum quidẽ Loth ad rationabilem sensum, & virilem animum traximus: vxorem vero eius, quẹ retro respexerit: carnẽ cõcupiscentiis, & voluptatibus deditã diximus: non negligenter hæc o auditor excipias. Obseruare em̃ debes neforte etiã cũ effugeris flammas sẹculi, & incendia carnis euaseris: etiã cũ pusillã & nõ pusillam ciuitatẽ Segor, qui est medius quidã, & ciuilis profectus superaueris: & ad scientiẹ altitudinem, velut ad quædã cacumina montis ascenderis: vide ne tibi insidientur duẹ filiæ istæ, quæ a te non discedũt: sed sequunť te etiã cũ ascẽdis in mõtem: id est vana gloria: & maior soror eius superbia. Vide ne te istæ filiẹ sopitũ, ac dormiẽtem, dum tibi nec sentire: nec intelligere videris: complexibus suis instringant. Quæ iccirco filiæ dicuntur: quia non nobis extrinsecus superueniunt: sed de nobis, & de actuũ nostrorũ, velut quadã integritate procedunt. Vigila ergo quantũ potes: & obserua ne de his generes filios, quia qui de his nati fuerit: non introibunt in ecclesiã domini. Tu autẽ si vis generare: in spiritu genera: q̃m qui in spiritu seminat: de spiritu metet vitã æternam. Si vis amplecti: amplectere sapientiã, & dic sapientiam sororẽ tuã esse: vt & sapientia dicat de te, qui fecerit voluntatẽ patris mei qui in cœlis est: hic meus & frater & soror, & mater est. Quæ sapientia Iesus Christus dñs noster est: cui est gloria, & ĩperiũ in sc̃la sc̃orũ. Amen.

De Abimelech rege Philistinorũ seu Palæstinorũ quomodo accipere voluit Sarã in matrimonium. Homilia Sexta. Cap. XX.

B Recitata est nobis historia libri Genesos: vbi refertur ꝙ post visionem trium virorum: post euersionẽ Sodomorum: & Loth: vel hospitalitatis merito: vel cõsanguinitatis Abrahæ gratia seruatum: profectus est (inquit) inde Abrahã ad Aphricum: & venit ad regẽ Philistinorũ. Refertur etiã ꝙ pactus sit cũ Sara vxore sua: vt nõ diceret vxorẽ se Abrahæ: sed sororem eius esse. Et quod rex Abimelech acceperit eã: ingressus sit autẽ deus ad Abimelech noctu: & dixerit ei: quia non cõtigisti (inquit) mulierem hanc: & nõ permisi te cõtingere eã: & cætera. Post hẹc vero Abimelech reddidit eã viro suo: simul & increpauit Abraham cur ei non confessus fuerat veritatem. Referť etiam ꝙ tanq̃ propheta Abraham orauerit ꝓ Abimelech: & vxore eius: & ancillis eius: & sanauerit dominus Abimelech: & vxorem eius: & ancillas eius. Et cur curæ fuit oĩpotenti deo: C vt etiã ancillas Abimelech sanaret. Q̃m quidem cõcludẽs cõcluserat (inquit) vuluas earũ ne parerẽt. Cœperũt autẽ parere ꝑpter orationẽ Abrahæ. Si quis hæc secundũ literã solũ audire vult & intelligere: magis cũ iudẹis q̃ cũ christianis debet habere auditoriũ. Si autem vult christianus esse: & Pauli discipulus: audiat eũ dicentẽ: quia lex spiritalis est. Et cũ de Abraham atq; vxore eius: ac filiis loqueretur: ꝓnuntiat hæc esse allegorica. Et licet qui eiusmodi allegorias habere debeant: haud facile qs nostrũ inuenire possit: orare tamen debet vt a corde eius auferatur velamen. Si quis est: q conuerť cõuerti ad dominũ: dominus em̃ spiritus est: vt ipse auferat velamen literæ: & aperiat lucem spiritus: & possimus dicere: qa reuelata facie gloriam domini speculantes: in eadẽ imagine transformamur a gloria in gloriam: tanq̃ a domini spiritu. Puto ergo Sarã: D quæ interpretatur princeps: vel principatũ agens: formam tenere αρετησ quod est animi virtus: Hæc ergo virtus coniuncta est: & cohæret sapiẽti: & fideli viro: sicut & ille sapiẽs: qui dicebat de sapiẽtia. Hãc quæsiui adducere sponsam mihi. Ideo ergo dicitur a deo ad Abrahã. Oĩa quẹcunq; dixerit tibi Sara: audi vocẽ eius: Quod vtiq; in corporali coniugio nõ cõuenit. Dictũ est quippe: cũ diuinitus ꝓlata sit illa sententia: quæ dicit ad mulierẽ de viro: ad ipsum cõuersio tua: & ipse tui dominabitur. Si ergo dominus esse dicitur vir mulieris: quomodo ergo iterũ dicereť ad virũ: oĩa quæcũq; dixerit tibi Sara: audi vocẽ eius: Siquis ergo asciuit sibi in cõiugio virtutem: audiat vocẽ eius in oĩbus: in quibus cõsilium dederit ei. Igitur Abrahã nõ vult iã virtutẽ vxorem suã dici. Donec em̃ vxor appellať virtus: ꝓpria ẽ: & cũ nullo participari potest. Et est cõueniẽs: vt donec ad ꝑfectũ veniamus: intra nos sit animi virtus: & ꝓpria sit. Cũ vero ad perfectũ venerimus: ita vt idonei simus: & alios docere: tũc iã virtutẽ: nõ vt vxorẽ intra gremiũ cõcludamus: sed vt sororẽ etiã aliis volẽtibus copulemus. Ad hos deniq; q ꝑfecti sunt: dicit sermo diuinus. Dic sapiẽtiã sororẽ tuã esse

Secundum hoc igitur Abraham Saram dicebat sororem suam esse. Permittit ergo quasi iam perfectus: vt qui vult habeat virtutem.
E Voluit tamen aliquando & Pharao/accipere Saram: sed non in mũdo corde voluit: & virtus nisi cum cordis munditia/non potest conuenire. Propterea ergo scriptura refert: quia afflixit dominus Pharaonem afflictionibus magnis: & pessimis. Nec enim poterat cũ exterminatore (Hoc enim interpretatur in lingua nostra Pharao) virtus habitare. Abimelech vero quid dixerit ad dominũ videamus. Tu scis (inquit) domine: quia in corde mũdo feci hoc. Longe aliter agit Abimelech iste: q̃ Pharao. Nõ est ita imperitus: & sordidus: sed scit: quia cor mũdũ debet præparare virtuti: & quia puro corde voluit suscipere virtutẽ: iccirco eum deus sanat: orante pro ipso Abraham. Et non solum ipsum: sed & ancillas eius
F sanat. Quid autem est quod adiecerit scriptura: & dominus (inquit) non permisit ei cõtingere illam? Si virtutis formam tenet Sara: & in corde mundo Abimelech voluit accipere virtutẽ: quid est/quod dicit: quia dominus nõ permisit eum cõtingere illam? Abimelech interpretatur pater meus rex. Et videtur ergo mihi ꝙ hic Abimelech formam teneat studiosorum: & sapientium sęculi: qui philosophiæ operam dantes: licet non integrã: & perfectã regulam pietatis attigerint: tamen senserint deum patrem & regẽ esse omniũ: id est qui genuerit: & regat vniuersa. Isti ergo quantũ ad ethicã/id est moralẽ philosophiã spectat: etiã puritati cordis operam dedisse aliquatenꝰ cõprobantur: & omni animo: omniq̧ studio diuinæ virtutis inspirationẽ quæsisse. Sed hãc nõ permisit deus contingere eos. Hæc enim gratia non per Abraham: qui q̃uis esset magnus/famulus tamen erat: sed per Christum gentibus parabatur. Iccirco ergo q̃uis festinaret Abraham per se: & in se illud impleri: qđ ad eum dictum est: quoniam benedicentur in te omnes gentes: tamẽ in Ysaac ei, ponitur repromissio: id est in Christo: sicut dicit apostolus. Nõ dixit & seminibus quasi in multis: sed tãq̃ in vno: & semini tuo: qui est Christus. Sa
G nat tamen dominus Abimelech: & vxorẽ eiꝰ: & ancillas eius. Verũ non mihi videtur ociosum ꝙ non solũ vxoris: sed & ancillarum Abimelech mentio facta est: in eo maxime: quod dicit: quia sanauit eas deus: & pariebãt. Concluserat eñ illas ne parerent. Quantum possumus in tã difficilibus locis sentire putemꝰ vxorem Abimelech naturalem posse philosophiam dici: ancillas vero eius/diuersa & vana pro qualitate sectarum commenta dialectica. Interea Abraham impartiri cupit etiã gentibus donũ diuinæ virtutis: sed nondũ est tempus a priore populo transire ad gẽtes gratiã dei. Nã & apostolꝰ/licet sub alia specie: & alia figura: dicit tamẽ mulierẽ alligatam esse legi: quamdiu vir eius viuit. Si autẽ mortuus fuerit vir: solutã esse a lege viri: vt iã non sit adultera si fuerit cum alio viro. Oportet ergo mori prius legem literæ: vt ita demum libera iã anima spiritui nubat: & noui testamenti matrimonium sortiatur. Hoc autẽ in quo nunc sumus: tempus est vocationis gentiũ: & mortis legis: quo possint liberæ animę iã solutæ a lege viri: nouo viro nubere Christo. Quod si edoceri vis quõ lex mortua sit: cõsydera & vide vbi nunc sacrificia/vbi nunc altare/vbi tẽplũ/vbi purificationes/vbi solẽnitas paschæ: nonne mortua est in his oĩbus lex? Aut si possunt isti amici & defensores literæ: custodiãt literã legis. Secundũ hunc ergo allegoriæ ordinẽ/Pharao qui est homo immundus: & exterminator: Sarã/id est virtutẽ accipere oĩno nõ poterat. Porro Abimelech: id est qui munde/& philosophice viuebat: poterat quidẽ accipere: q͞a in corde mũdo q̄rebat: sed nõdũ tẽpus aduenerat. Manet ergo apud Abrahã virtus/manet in circũcisiõe: donec tẽpꝰ veniat: H
vt in Christo Iesu domino nostro: in quo habitat omnis plenitudo deitatis corporaliter: integra & perfecta virtus ad ecclesiã gẽtium transeat. Tunc ergo & domus Abimelech: & ancillæ eius/quas sanauit dñs: parient ecclesię filios. Hoc eñ tẽpus est: quo sterilis parit: & quo multi sunt filii desertæ magis: q̃ eius/quæ habet virum. Aperuit eñ dominus vuluam sterilis: & effecta est fœcunda: ita vt pariat gentẽ de Semel. Sed & sancti clamãt & dicũt: dñe a timore tuo in ventre concepimus: & peperimus: spiritũ salutis tuæ fecimus sup terram. Vnde & Paulus similiter dicit. Filioli mei quos iterũ parturio: donec formetur Christus in nobis. Tales ergo perturit: & tales filios generat omnis ecclesia dei. Nã qui seminat in carne: de carne/& metet corruptionẽ. Filii autem spiritus isti sunt: de quibus & apostolus dicit. Mulierem saluã futurã per filiorũ procurationẽ: si permanserint in fide & castitate. Ecclesia igitur dei sic intelligat partus: sic gñationes accipiat: sic patrũ gesta decora: & honesta interp̄tatiõe sustollat. Sic verba spiritus sancti nõ ineptis: & iudaicis fabulis decoloret: sed plena honestatis/& plena virtutis atq̧ vtilitatis assignet. Alioquin quę nobis ædificatio erit legentibus Abraham tãtũ

patriarcham: nõ solum mentitũ esse Abimelech regi: sed & pudicitiã cõiugis prodidisse? Quid nos ædificat tanti patriarchæ vxor si puteť cõtaminationibus exposita per continentiã maritalẽ? Hæc Iudæi putent: etsi q cũ eis sunt literæ amici: nõ spiritus. Nos aũt spiritalibus spiritalia cõparãtes: & actu/ & intellectu spiritales efficiamur ĩ Christo Iesu dño nostro: cui est gloria & imperium in sæcula sęculorum. Amen.

De natiuitate Ysaac: & qđ a lacte depulsus est. Homilia septima. Cap. XXI.

A MOyses nobis legitur in ecclesia. Deprecemur dominũ: ne secũdũ verbum apostoli etiã apud nos cũ legiť Moyses velamen sit positũ sup cor nostrũ. Lectũ est em̃ quia genuerat Abraham filiũ Ysaac: cũ esset centum annorũ. Et dixit Sara. Quis (inquit) nuntiabit Abrahæ: ꝙ lactat puerum Sara? Et tunc (inquit) circũcidit Abraham puerũ die octaua. Huius pueri diem natalẽ nõ celebrat Abrahã: sed celebrat diẽ depositionis a lacte: & facit cõuiuiũ magnũ. Quid putamus quia propositũ sit spiritui sancto historias scribere & narrare: ꝙ a lacte depulsus sit puer: & conuiuiũ factũ sit quomodo luserit: aliaꝗ puerilia egerit? An per hoc putãdum est ꝙ diuinũ aliquid nos edocere velit & dignũ: ꝙ humanũ genus dei vocibus discat? Ysaac risus: vel gaudium interpretatur. Quis ergo est qui talem filium generet? Ille nimirũ qui dicebat de his: quos per euãgelium genuerat. Vos enim estis gaudiũ meũ: & corona glorię dei. De huiusmodi filiis cũ fuerint a lacte depulsi: fit cõuiuiũ & lætitia magna. De his qui nõ iam lacte indigẽt: sed cibo forti qui pro possibilitate sumendi exercitatos habent sensus/ ad discretionẽ boni vel mali. Super his talibus cum depellũtur a lacte: fit conuiuiũ magnum. Super illis aũt nõ potest exhiberi cõuiuiũ: nec haberi lętitia: de quibus dicit apostolus. Lac vobis dedi potũ non escã. Nondũ em̃ poteratis: sed nec adhuc quidẽ potestis. Et ego nõ potui loqui vobis quasi spiritualibus/ sed quasi carnalibus/ quasi paruulis in Christo. Dicant nobis
B isti qui simpliciter intelligi volũt scripturas diuinas: quid est: non potui vobis loqui quasi spiritualib⁹ sed quasi carnalibus: quasi paruulis in Christo: lac vobis potũ dedi non escam? Possunt ne hæc simpliciter accipi? Sed interim redeamus ad ea vnde digressi sumus. Lactatur Abrahã: & cõuiuiũ facit magnũ in die qua depulit a lacte Ysaac filium suũ. Post hæc ludit Ysaac: & ludit cũ Hismahel. Indignať Sara ꝙ filius ancillæ ludat cum filio liberæ: & lusum illum perniciem putat: consilium dat Abrahæ: & dicit: eiice ancillam/ & filiũ eius: Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Ysaac. Hæc quomodo intelligi debeant: non ego nunc cõmentabor. Apostolus ita disseruit/ dicens. Dicite mihi qui legem legistis: legem non audistis? Scriptum est enim: quia Abraham duos filios habuit: vnũ de ancilla: & vnũ de libera. Sed is quidẽ: qui de ancilla/ secundũ carnẽ natus est. Qui vero ex libera/ per repromissionẽ: q̃ sunt allegorica. Quid ergo? Ysaac est nõ secundũ carnẽ natus? Non eum peperit Sara? nõ est circũcisus? Hoc ipsum ꝙ ludebat cũ Hismahele: non in carne ludebat? Hoc est enim qđ mirabile est in apostoli sensu ꝙ de quibus nõ potest dubitari quin secundũ carnem gesta sint: hæc ille dicit esse allegorica: vt nos quid faciẽdum sit in cæteris nouerimus: & in his maxime: in qbus nihil diuina lege dignũ/ historica videtur indicare narratio. Hismahel ergo secũdũ carnẽ nascitur ancillæ filius. Ysaac vero q erat liberæ filius: nõ nascitur secũdũ carnẽ: sed secũdũ repromissionẽ. Et dicit de his apostolus: ꝙ Agar iu seruitutẽ genuerit carnalẽ populũ. Sara vero q̃ erat libera populũ genuerit/ q nõ est secundũ carnẽ: sed in libertate vocatus est: qua libertate liberauit eũ Christus. Ipse em̃ dixit. Quia si vos fili⁹ liberauerit: vere liberi eritis. Quid C
vero his addit exponẽs apostolus/ videamus. Sed sicut tũc inquit is q secundũ carnẽ est: persequebatur eũ: qui secũdũ spiritũ: ita & nũc. Vide quomodo nos apostolus docet: quia in oĩbus caro aduersatur spiritui: siue populus ille carnalis aduersať huic populo spirituali: siue etiã inter nosipsos: siquis adhuc carnalis est: spiritualibus aduersatur. Nã & tu si scđm carnẽ viuis: & scđm carnẽ conuersaris: filius es Agar. Et ꝓpterea aduersaris his: qui scđm spiritũ viuũt: sicut etiã in nobisipsis si requirimus: inuenimus cõcupiscere carnẽ aduersus spiritũ: & spiritũ aduersus carnẽ. Et hæc sibi inuicẽ aduersari. Et inuenimus legem in mẽbris nostris repugnantẽ legi mẽtis nostræ & captiuos nos ducẽtẽ in lege peccati. Vides quantæ sunt pugnæ carnales aduersus spiritum? Est adhuc & alia pugna his pene omnibus violentior: ꝙ ii qui legem scđm carnẽ intelligunt: aduersantur his qui secundũ spiritũ sentiunt: & persequũtur eos. Quare? quia animalis homo non percipit ea/ quæ sunt spiritus dei. Stultitia est enim illi: & non potest

intelligere: quia spiritualiter diiudicatur. Et tu ergo si habes in te fructum spiritus dei: qđ est gaudiũ/charitas/pax/patientia. Ysaac esse potes: non secũdum carnẽ natus: sed secundũ repromissionẽ: & esse filius liberæ: si tamẽ potes & tu secũdũ Paulũ dicere: in carne em̃ ambulantes: nõ secundũ carnẽ militamus. Arma em̃ militiæ nostræ nõ sunt carnalia: sed potẽtia a deo ad destructionẽ cogitationũ: destruẽtes omnem altitudinem extollẽtem se aduersum scientiam dei. Si potes talis esse: vt digne tibi aptetur etiam illa apostoli sententia: quæ dicit. Vos aũt in carne nõ estis: sed in spiritu si tamẽ spiritus dei habitat in vobis. Et tu ergo si talis es: nõ es secũdũ carnẽ natus: sed secũdũ spiritũ per repromissionẽ: & eris hæres repromissionũ secũdum ꝙ dictũ est: hæredes quidẽ dei: cohæredes aũt Christi. Nõ eris cohæres eius: qui secũdũ carnẽ natus est: sed cohæres Christi. Quia etsi cognouim⁹ Christũ secũdũ carnem: sed nunc iam nõ nouimus. Et tamen secundũ ea quæ scripta sunt: nõ video quid mouerit Saram: vt filium ancillæ iube-
D ret expelli. Ludebat cum filio Ysaac. Quid læserat: aut quid nocuerat: si ludebat? Quasi nõ hoc in ætate illa etiam gratum esse debuerit ꝙ luserit filius ancillæ cum filio liberæ? Tum deinde & apostolum miror: qui ludum hunc persecutionem pronuntiauit: dicẽs. Sed sicut tunc is qui secundum carnem persequebatur eum: qui secundũ spiritum: ita & nunc. Cum vtiꝗ nulla persecutio Hismahelis aduersum Ysaac mota referatur: nisi hic solus ludus infantiæ. Sed videamus quid in hoc ludo intellexerit Paulus: & quid indignata sit Sara. Superius iam exponentes spiritualiter: loco virtutis posuimus Saram. Si ergo caro cuius personam gerit Hismahel: qui secũdum carnem nascitur: spiritui blandiatur: qui est Ysaac: & illecebrosis cum eo deceptionibus agat: si delectationibus illiciat: voluptatib⁹ molliat: huiuscemodi ludus carnis cũ spiritu. Saram maxime quæ est virtus offendit: & huiuscemodi blandimenta acerbissimam persecutionem iudicat Paulus. Et tu ergo o auditor horum nõ illam solam persecutionẽ putes: quãdo furore gentilium ad immolandũ idolis cogeris: sed si forte te voluptas carnis illiciat: si tibi libidinis alludat illecebra hæc: si virtutis es fili⁹: tã q̃ persecutionem maximã fuge. Idcirco enim & apostolus dicit: fugite fornicationẽ. Sed si iniustitia blandiatur: vt personã potẽtis accipiens: & gratia eius flexus: nõ rectũ iudiciũ feras: intelligere debes: quia sub specie ludi blãdam persecutionẽ ab iniustitia pateris. Verũ

et per singulas malitię species: etiam si molles & delicatæ sint & ludo similes: has persecutionem spiritus dicito: quia in his omnibus virtus offenditur. Duo sunt ergo filii Abraham E
vnus de ancilla: & vnus de libera: vterꝗ tamẽ filius Abraham: licet nõ vterꝗ de libera. Propterea & is qui de ancilla nascitur: hæres quidem nõ fit cũ filio liberæ. Accepit tamẽ dona & nõ dimittitur vacuus. Accepit & ipse benedictionẽ: sed filius liberæ accepit repromissionem. Fiat & ille in gentẽ magnã: sed iste in populum adoptionis. Spiritualiter ergo omnes quidẽ qui per fidem veniũt ad agnitionẽ dei: possunt filii Abrahæ dici. Sed in his sunt aliꝗ pro charitate adhærẽtes deo: alii pro metu & timore futuri iudicii. Vnde & apostolus Ioãnes dicit. Qui timet nõ est perfectus in charitate. Perfecta autẽ dilectio foras mittit timorẽ. Iste ergo qui ĩ charitate perfectus est: & de Abraham nascitur: & filius liberę est. Qui vero nõ perfecta charitate: sed futurę pœnæ metu & suppliciorũ timore mãdata custodit: est quidem & ipse filius Abrahæ. Accipit & ipse dona: id ẽ operis sui mercedẽ: quia etiam qui calicẽ aquæ frigidæ dederit tantũ in nomine discipuli: non peribit merces eius. Tamen inferior illo est qui nõ seruili timore: sed in charitatis libertate perfect⁹ est. Tale aliquid etiã apostolus ostendit cum dicit. Q̃diu quidem F
hęres paruulus est: nihil differt a seruo/cũ sit dominus omniũ: sed sub tutoribus & actoribus est: vsꝗ ad præfinitũ tempus a patre. Paruulus ergo est qui lacte alitur: & expers est sermonis iustitię: nec potest cibũ solidũ accipere sapientiæ diuinæ: & scientiæ legis: qui nõ potest spiritalia spiritalibus cõparare: qui nõdũ potest dicere: cũ aũt factus sum vir: euacuaui quæ erãt paruuli. Iste ergo nihil differt a seruo. Si vero relinquẽs initiorũ Christi sermonẽ/ ad perfectionẽ feratur: & quę sursum sunt quærat vbi Christus est in dextera dei sedẽs: nõ quæ super terrã: & contẽpletur nõ ea quæ videtur: sed quæ nõ videtur: neꝗ in diuinis scripturis sequatur occidentẽ literã: sed viuificantẽ spiritũ: ex illis erit sine dubio: qui non accipiũt spiritũ seruitutis iterũ in timore: sed spiritũ adoptionis: in quo clamẽt abba pater.
Quid interim agat Abrahã postq̃ indignata G
est Sara: videamus. Eiicit ancillã & filiũ eius: sed tamẽ dat ei vtrem aquæ. Nõ em̃ habebat mater eius puteũ aquæ viuæ: nec poterat puer haurire de puteo aquã. Ysaac habebat puteos: pro quibus & certamina patitur aduersus Philistinos. Hismahel autem de vtre bibit aquam: sed hic vter quasi vter deficit: & ideo

petit & nõ inuenit potũ. Tu aũt qui secundũ Ysaac repromissionis es filius: bibe aquas de tuis fontibus & de puteis tuis: aquæ nõ effluant foras: sed intus in tuis plateis currãt tuæ aquæ. Ille vero qui secũdũ carnẽ natus est: de vtre aquam bibit: & aqua ipsa deficit ei: & in multis deficit. Vter legis est litera de qua ille carnalis populus bibit: & inde intellectum capit: quæ litera frequenter ei deficit: & explicare se non potest. In multis eñ defectũ patitur historialis intelligentia. Ecclesia aũt de euangelicis & apostolicis fontibus bibit: qui nunq̃ deficiunt: sed in plateis suis percurrunt: quia in latitudine spiritalis interptationis abũdãt semper & fluuut. Bibit & de puteis: cum profundiora quæq; haurit, & scrutatur ex lege. Pro hoc arbitror mysterio: q̃d etiã dñs & saluator noster dicebat ad Samaritanã: vbi velut si cũ ipsa Agar loqueretur, aiebat. Omnis qui biberit ex hac aqua: sitiet iterũ: qui aũt biberit de aqua quã ego dabo ei: nõ sitiet inæternũ. Et illa dicit ad saluatorem. Da mihi dñe hãc aquã vt nõ sitiã, neq; veniã huc haurire. Post hæc dñs ad eam. Qui credit (inquit) in me: fiet in eo fons aquæ salientis in vitã æternã.
A Errabat ergo Agar per desertũ cũ puero & puer plorabat: & proiecit eum Agar: dicẽs ne videam mortẽ filii mei. Post hæc cum iam quasi moriturus fuisset abiectus, & fleuisset: adest ei angelus dñi: & aperuit oculos Agar, & vidit puteũ aquæ viuæ. Hæc ad historiam referri quemadmodũ possunt? Vbi enim inuenimus q; Agar clausos habuerit oculos, & aperti sunt postmodũ? Nonne luce clarior est in his intelligẽtia spiritalis & mystica: q; abiectus est is: qui secũdũ carnem est populus? & tam diu iacet in fame & siti. Nõ enim famem panis perferẽs: neq; sitim aquæ: sed sitim verbi dei: donec aperiãtur oculi synagogæ. Hoc est q̃d apostolus dicit esse mysterium: quia cęcitas contigit ex parte in Israel: donec plenitudo gentiũ introiret: & tũc omnis Israel saluus fieret. Ista est ergo cæcitas in Agar: quæ secũdũ carnẽ genuit: quæ tãdiu in ea permanet: donec velamen literæ auferatur per euangelium dei: & videat aquam viuã. Nũc enim iacent Iudæi circa ipsum puteũ: sed oculi eorum clausi sunt: & non possunt bibere de puteo legis & prophetarũ.
D Sed & nos caueamus quia frequẽter & nos circa puteum iacemus aquæ viuæ, id est circa scripturas diuinas, & erramus in ipsis. Tenemus libros & legimus sed spiritualẽ sensum nõ attingimus. Et ideo opus est lachrymis, & orationibus indesinentib⁹ postulare: vt dñs aperiat oculos nostros: quia & illi cæci qui sedebant in Hierico: nisi clamassent ad dominũ: nõ fuissent aperti oculi eorũ. Et quid dico vt aperiatur oculi nostri: quia iã aperti sunt? Iesus eñ venit aperire oculos cęcorum. Aperti ergo sunt oculi nostri: & de litera legis velamen ablatũ est. Sed vereor ne nos ipsi eos somno iterũ ꝓfundiore claudamus: dũ nõ vigilamus in intellectu spirituali neq; solliciti sumus: vt somnũ discutiam⁹ ab oculis nostris: & cõtẽplemur quæ spiritualia sunt: vti ne cum populo carnali circa ipsam aquã positi erremus: quin potius vigilemus: & cũ propheta dicamus: si dedero somnũ oculis meis, & palpebris meis dormitationẽ: aut requiẽ tẽporibus meis: donec inueniã locum domino: tabernaculũ deo Iacob. Ipsi gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

De eo q̃d obtulit Abrahã filiũ suũ Ysaac. Homilia octaua. Capitu. XXII.

ADhibete huc aures: qui accessistis ad dominũ: qui fideles esse vos creditis: & cõsyderate diligẽtius quẽadmodũ fideliũ fides ꝓbat̃ ex his quæ recitata sũt nobis. C Et factũ est (inquit) post hæc verba: tentauit deus Abrahã, & dixit ei. Abrahã Abrahã. Et ille dixit. Ecce ego. Obserua singula q̃ scripta sunt. In singulis eñ siquis scit in altũ fodere: inueniet thesaurũ. Et fortassis etiam vbi non existimat̃ latent mysteriorũ ꝓtiosa monilia. Abram vocabat̃ vir iste prius: & nusq̃ legim⁹ q̃d hoc nomine vocauerit eum deus: aut dixerit ei. Abram Abrã. Nõ eñ a deo vocari poterat noĩe delendo: sed vocat eũ hoc nomine q̃d ipse donauit: & nõ solum vocat eũ hoc noĩe: sed & ingeminat. Cunq; ille respondisset ecce ego: dicit ad eũ. Accipe filium tuũ charissimũ quem diligis Ysaac & offeres mihi eũ. Vade (inquit) in terram excelsam: & ibi offeres eũ holocaustũ in vno ex mõtibus: quẽ ostendero tibi. Nomẽ quidem cur ei donauerit deus: & vocauerit eũ Abrahã: ipse interpretatus est: quia patrẽ (inquit) multarũ gẽtium posui te. Hanc repromissionẽ dedit ei deus: cum haberet filiũ Ismahel: sed pollicitus est ei: quia in filio qui nasceretur ex Sara: cõplebitur ista promissio. Accenderat ergo animũ ipsi⁹ in amore filii: nõ solũ posteritatis gratia: sed & ꝓmissionũ spe. Sed hunc in quo ei positæ sunt promissiones magnæ istæ & mirabiles: hunc inquã filiũ quo vocatũ est nomen eius Abrahã: holocaustum domino iubet̃ offerre in vno ex

montibus. Quid tu ad hæc o Abrahã? Quæ & quales cogitationes mouent̃ in corde tuo? Prolata est vox a deo: quæ discutiat & probet fidem tuam. Quid ad hæc dicis? Quid cogitas? quid retractas? Putasne reuoluis ĩ corde tuo: quia si ĩ Ysaac data est mihi repromissio: hunc autem offero holocaustum: superest vt nõ speretur illa ꝓmissio? Aut magis illa cogitas & dicis: quia impossibile est mentiri eum qui repromisit: quicqd illud fuerit: promissio permanebit? Verum ego quia minimus sum tanti patriarchæ cogitationes nõ valeo perscrutari, nec scire possum: vox dei quæ ad tẽtandũ eũ ꝓcesserat: quas ei cogitationes mouerit: quid animi attulerit: cũ iuberetur vnicũ iugulare.
E Sed quoniã spiritus ꝓphetarũ ꝓphetis subiectus est. Paulus apostolus qui per spiritũ (credo) didicerat: quid animi: quid cõsilii Abraham gesserit, indicauit dicens. Fide Abraham nõ hæsitauit: cum vnicũ offerret: in quo acceperat repromissiones: cogitans: qa & a mortuis eum suscitare potens est deus. Prodidit ergo nobis cogitationes viri fidelis apostolus: ꝙ fides resurrectionis iam tum haberi cœperit in Ysaac. Abraham ergo resurrecturum sperabat Ysaac, & credidit futurum, qđ adhuc non erat factum. Quomodo ergo filii sunt Abraham: qui factum non credunt in Christo: qđ ille futurũ credidit in Ysaac? Immo (vt apertius loquar) sciebat se Abraham futuræ veritatis imaginem præformare: sciebat de semine suo nasciturũ Christum: qui & offerendus esset totius mũdi verior hostia: & resurrecturus a mortuis. Sed nũc interim tẽtabat (inquit) deus Abraham, & dicit ad eũ. Accipe filium tuũ charissimũ quem diligis. Non enim suffecerat dixisse filiũ: sed additur, & charissimũ.
F Esto & hoc qđ adhuc additur & quẽ diligis? Sed vide tẽtationis põdus. Charis & dulcibus appellationib⁹ iterũ ac sępe repetitis: paterni suscitant̃ affect⁹: vt amoris euiligilãte memoria ad immolãdũ filiũ paterna dextera retardaret̃: & aduersus fidẽ animi: tota carnis militia repugnaret: addit̃ tentationis tẽpore. Accipe (inqt) ergo filiũ tuũ charissimũ: quem diligis Ysaac. Esto dñe quia cõmemoras de filio patrẽ: addis sed charissimũ quẽ ꝓcipis iugulari. Sufficiat hoc ad supplicium patris: addis rursum & quẽ diligis. Sit & ĩ hoc parẽti triplicata supplicia. Quid op⁹ est adhuc vt commemores & Ysaac? Nũquid nesciebat Abrahã quia filius suus ille charissimus: ille quẽ diligebat Ysaac vocaretur? Sed cur hoc addit̃ in tẽpore? Vt recordaret̃ Abrahã quia dixeras ad eũ qđ in Ysaac vocabitur tibi semen: & ꝙ in Ysaac erunt tibi repromissiones. Fit & cõmemoratio nominis: vt & pro missionũ quæ sub hoc nomine factæ sunt: desperatio subeat. Sed hæc omnia quia tentabat deus Abrahã. Quid post hæc? Vade (inquit) G
in terram excelsam in vnũ ex mõtibus: quem tibi ostendero: & ibi eum offeres holocaustũ. Intuemini per singula quomodo fiunt tentationis augmenta. Vade in terram excelsam. Nunquid nõ potuerat duci prius Abraham cum puero ad illam terrã excelsam, & imponi prius in mõtem quẽcũqꝫ delegerat dñs: & ibi ad eũ dici vt offerret filium? sed prius ei dicitur quia offerre debeat filiũ suũ: & tunc iubetur ire in terrã excelsam, & ascendere in montem. Quo hoc spectat? Vt dum ambulat: dum iter agit: per totam viam cogitationibus discerpatur: vt hinc perurgẽte ꝓcepto: hinc vero vnici affectu obluctãte crucietur. Propterea ergo etiã via iniungit̃: etiã montis ascensio vt in his oĩbus spatiũ certaminis accipiat affectus & fides: amor dei & amor carnis: præsentiũ gratia & expectatio futurorꝫ. Mittitur ergo in terrã excelsam. Et nõ sufficit patriarchæ tantũ opus dño peracturo terra excelsa: sed & montẽ iubetur ascendere: scilicet vt fide elatus terrena derelinquat: & ad superna conscendat. Surrexit ergo Abraham mane, & H
strauit asinã suã, & cõcidit ligna ad holocaustum. Et accepit filiũ suũ Ysaac, & duos pueros: & peruenit ad locũ: quem dixerat ei deus die tertia. Surrexit Abraham mane. Qđ addidit mane: ostẽdere fortasse voluit: quia initium lucis splẽderet in corde eius. Strauit asinam suã: ligna ꝓparauit, assumpsit filiũ. Non deliberat, nõ detractat, nõ cõmunicat cũ vllo homine consilium: sed statim occupat iter: & peruenit (inquit) ad locum: quem dixerat ei dominus die tertia. Omitto nunc quid sacramenti contineat dies tertia. Sapientiã & consiliũ tentãtis intueor. Sic in proximo nõ erat mons aliqs: cũ totũ ageretur in mõtibus: sed per triduũ iter protẽditur: & per totũ triduũ recusantibus curis: paterna viscera cruciant̃ vt omni hoc spatio tã prolixo ĩtueretur filiũ pater: cibum cũ eo sumeret: tot noctibus penderet in amplexib⁹ patris: inhæreret pectori: cubitaret in gremio. Vide inquantum tentatio cumulat̃? Tertia tamẽ dies apta fit sacramentis. Nã & populus cũ exisset de Aegypto tertia die offert sacrificiũ deo: & in die tertia I
purificat̃. Et resurrectionis dñi tertia est dies & multa alia intra hanc diem mysteria concludũtur. Respiciens (inquit) Abrahã vidit locum de lõge: & dixit ad pueros suos. Sede-

te hic cũ asina: ego autem & puer ibimus vsq; illuc: & cũ adorauerim⁹ reuertemur ad vos. Pueros dimittit. Non eñ poterant ascendere pueri cum Abraham ad holocausti locũ quẽ ostẽderat deus. Vos ergo (inquit) sedete: ego autem & infans ibimus: & cum adorauerim⁹
A reuertemur ad vos. Dic mihi Abraham verũ dicis ad pueros: ꝙ adores: & redeas cũ infante, an fallis? Si verum dicis: ergo non facies eũ holocaustum. Si fallis tantum patriarchã nõ decet fallere. Quid enim animi in te indicat sermo hic. Verum (inquit) dico & holocaustum offero puerum. Idcirco enim ligna mecum porto, & cum ipso redeo ad vos. Credo enim & fides mea hęc est ꝙ & a mortuis suscitare eum potẽs est deus. Post hæc accepit (inquit) Abraham ligna ad holocaustum, & superposuit ea Ysaac filio suo: & accepit ignem in manibus suis, & gladium, & abierũt simul.
B Q; ipse sibi ligna ad holocaustum portat Ysaac: illa figura est: ꝙ & Christus ipse sibi baiulauit crucem: & tamen portare ligna ad holocaustum sacerdotis officiũ est. Fit ergo ipse hostia & sacerdos. Sed & qđ additur: & abierunt ambo simul, ad hoc refertur: Cum enim Abraham velut sacrificaturus ignem portaret & cultrum: Ysaac nõ vadit post ipsum sed cum ipso: vt ostendatur cum ipso pariter fun
C gi sacerdotio. Quid post hæc. Dixit (inquit) Ysaac ad Abraham patrem suũ. Pater. Et hęc pro tempore a filio prolata tẽtationis est vox. Quomodo enim putas immolãdus filius per hanc vocem viscera paterna concussit? Et q̃uis Abrahã rigidior esset pro fide: reddit tamen etiam ipse affectionis vocem, & respondit. Quid est fili? At ille. Ecce (inquit) ignis & ligna: vbi ouis est ad holocaustum? Ad hæc respõdit Abraham. Deus prouidebit sibi ouẽ ad holocaustum fili. Mouet me Abrahæ satis diligens, & cauta responsio. Nescio quid videbat in spiritu: quia non de præsenti sed de futuro dicit. Deus prouidebit ipse sibi ouem: futura respondit filio de præsentibus requirẽti. Ipse nanq; sibi dominus ouem prouidebat in Christo: quia & sapientia ipsa sibi domum ædificauit: & ipse se humiliauit vsq; ad mortem: & oĩa quæcũq; legeris de Christo: nõ ne
D cessitate: sed sponte facta reperies. Perrexerũt ergo ambo: & venerunt ad locum: quem dixerat ei deus. Moyses cum venisset ad locũ quẽ ostendit ei deus: non permittitur ascendere: sed ante ei dicitur: solue corrigiam calciamenti de pedibus tuis. Abrahæ nihil horum dicitur: & Ysaac: sed ascendũt: nec calciamenta deponunt. In quo illa fortassis est ratio: ꝙ Moyses q̃uis esset magnus: tamen de Aegypto veniebat: & erãt aliqua mortalitatis vincula pedibus eius innexa. Abraham vero & Ysaac nihil horum habent: sed veniunt ad locum: ædificant altare: Abrahã ponit ligna super altare, colligat puerum, præparat se ad iugulandum. Multi estis patres in ecclesia dei: q hæc audistis. Putas alius vestrum ex ipsa hi- E
storiæ narratione tantum constãtiæ: tantum animi robur acquirit: vt cũ forte amittitur filius morte cõmuni, & omnibus debita: etiã si sit vnicus: etiã si sit dilectus: adducat sibi in exẽplũ Abraham: & magnanimitatẽ eius ante oculos ponat? Et quidem a te non exigitur istud animi magnitudinis: vt ipe alliges filiũ: ipse constringas: ipse gladiũ pares: ipse vnicũ iugules. Hæc omnia a te mysteria non quęrũtur. Proposito saltem & mente constans esto fide fixus lętus offer filium deo. Esto sacerdos animæ filii tui. Sacerdotẽ aũt immolantẽ deo nõ decet flere. Vis videre quia exigitur hoc a te? In euãgelio dñs dicit. Si filii Abrahã essetis, opera vtiq; Abrahæ faceretis. Ecce istud est opus Abrahæ. Facite opera quę fecit Abraham: sed nõ cum tristitia. Hylarem enim datorem diligit deus. Q; et si vos tam prompti fueritis: a deo dicetur vobis ascẽde in terram excelsam: & in montem, quem ostendero tibi: & ibi offer mihi filium tuum. Non in profundis terræ, nec in conualle fletus: sed in altis & excelsis mõtibus offer filiũ tuũ. Ostende quia fides in dominũ fortior est, q̃ carnis affectus. Amabat eñ (inquit) Abrahã Ysaac filiũ suũ sed amori carnis prætulit amorẽ dei. Et inuẽtus est non in visceribus carnis: sed in visceribus Christi: id est in viscerib⁹ verbi dei & veritatis, & sapientiæ. Extendit (inquit) Abraham manũ suam: vt acciperet gladium, & iu- F
gularet filium suũ: & vocauit eũ angelus domini de cœlo, & dixit. Abraham Abrahã. At ille dixit. Ecce ego. Et dixit. Ne iniicias manũ tuam super puerũ, neq; facias ei quicq̃. Nunc enim cognoui quia tu times deum. In hoc ergo sermone solet obiici nobis: ꝙ deus nunc se cognouisse dicat: quia Abraham timeat deũ: quasi qui ante ignorauerit. Sciebat deus & non eum latebat: quippe qui nouit omnia anteq̃ fiant: sed propter te hęc scripta sunt: quia & tu credidisti quidẽ deo: sed nisi opera fidei expleueris: nisi in oĩbus præceptis etiã difficilioribus parueris: nisi sacrificiũ obtuleris, & ostenderis quia nec patrem, nec matrem, nec filios pręferas deo: nõ agnosceris: quia timeas deũ: nec dicetur de te quia nũc cognoui: quia
G times tu deũ. Et tamẽ consyderandũ est: quia

angelus hæc refertur ad Abrahā locutus: & quia in consequētibus euidenter hic angelus dominus ostēditur. Vnde puto ꝙ sicut inter nos homines habitu repertus est vt homo: ita & inter angelos habitu est repertus vt angelus. Et ipsius sequentes exēplū angeli in cœlo lætantur super vno peccatore pœnitentiam agente: & de profectibus hominū gloriātur. Ipsi enim velut procurationem animarū nostrarum tenent: quibus dū adhuc paruuli sumus: velut tutoribus & actoribus committimur vsq; ad præfinitū tempus a patre. Et ipi ergo nunc de profectu vniuscuiusq; nostrū dicunt: quia nūc cognoui: quia tu times deum (Verbi causa) Propositum habeo martyriū, nō ex hoc dicere ad me angelus poterit: quia nunc cognoui ꝙ tu times deū. Deo enim soli cognitū est propositū mentis. Si vero accessero ad agones: protulero bonam cōfessionem: quæ inferūtur constāter cūcta suscepero: tūc potest dicere angelus: velut cōfirmans me: & corroborans: nūc cognoui ꝙ tu times deum.

H Verū hæc dicta sunt ad Abraham: vt pronūtiatus sit timere deum. Quare? quia nō pepercit filio suo. Nos vero cōferamus hæc cū apostoli dictis: vbi dicit de deo qui proprio filio suo non pepercit: sed pro nobis oībus tradidit illū. Vide deū magnifica cū hominibus liberalitate certātem. Abraham mortalē filiū nō moriturum obtulit deo: deus immortalem filiū pro omnibus tradidit morti. Quid nos ad hæc dicemus? quid retribuemus domino pro omnibus quæ retribuit nobis? Deus pater ꝓpter nos ꝓprio filio nō pepercit. Quis vestrū putas audiet aliquando vocem angeli dicentis: nūc cognoui quia times tu deū: quia nō pepercisti filio tuo, vel filiæ tuæ, vel vxori, aut nō pepercisti pecuniæ: vel honoribus sęculi, & ambitionibus mundi: sed omnia cōtempsisti: & omnia duxisti stercora: vt Christum lucrifaceres? Vendidisti omnia & dedisti pauperibus, & secutus es verbum dei? Quis vestrum (putas) audiet ab angelis huiuscemodi vocē? Iterū Abraham audit hanc vocem: & dicitur ad eum: quia non pepercisti filio tuo dilecto

I propter me. Et respiciens (inquit) Abraham oculis suis vidit: & ecce aries tenebatur cornibus in virgulto Sabet. Diximus (puto) in superioribꝰ ꝙ Ysaac formā gereret Christi: sed & aries hic nihilominꝰ formā Christi gerere videtur. Sed quomodo Christo vterq; conueniat: & Ysaac qui non est iugulatus, & aries: qui iugulatus est: operæpretium est noscere. Christus verbum dei est: sed verbum caro factum est. Vnum igitur in Christo de superioribus est, alterum ex humana natura & virginali vtero susceptum. Patitur ergo Christus: sed in carne: & ꝑtulit mortē: sed caro: cuiꝰ hic aries forma est. Sicut & Ioannes dicebat, ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mūdi. Verbum vero in incorruptione permansit: qđ est secūdum spiritum Christus: cuius imago est Ysaac. Ideo ipse & hostia est, & pontifex secūdum spiritū. Nam qui offert hostiā patri secūdum carnem: ipse in altari crucis offertur. Quia sicut dictū est de eo: ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatū mūdi. Ita de eo dictū est: tu es sacerdos in æternū secundum ordinem Melchisedech.

K Tenetur ergo cornibꝰ aries in virgulto Sabet. Et accepit (inquit) arietem, & obtulit eū holocaustū pro Ysaac filio suo: & vocauit Abraham nomen loci illius dominus videt. Scientibus hæc audire intelligētiæ spiritualis euidens panditur via. Omnia eñ quæ gesta sunt, ad visionē perueniūt. Dicitur nāq; quia dominus videt. Visio autē quā dominꝰ vidit in spiritu est: vt & tu hæc quę scripta sunt in spiritu videas. Et sicut in domino corporeū nihil est: ita etiā tu in his omnibus corporeū nihil sentias: sed in spiritu generes etiā tu filiū Ysaac: cū habere cœperis fructū spiritus, gaudiū, pacē. Quē tamen filiū ita demū generabis (sicut de Sara scriptū est) quia defecerūt Sarę muliebria: & tūc genuit Ysaac ita deficiāt & in anima tua muliebria: vt nihil iam muliebre & effœminatum habeas in anima tua: sed viriliter agas, & viriliter præcingas lumbos tuos: si sit pectus tuū thorace iustitiæ munitū, si galea salutari, & gladio spiritus accingaris. Si ergo deficiant muliebria fieri in anima tua: generes filiū de cōiuge tua virtute & sapiētia, gaudiū ac lætitiam. Generas autē gaudiū: si omne gaudiū existimaueris: cū in tentationes varias incideris: & istud L

gaudiū offeras in sacrificiū deo. Cū eñ lætus accesseris ad deū, iterū tibi reddit quod obtuleris: & dicit tibi quia iterum videbitis me: & gaudebit cor vestrū: & gaudiū vestrū nemo auferet a vobis. Sic ergo quæ obtuleris deo: multiplicata recipies. Tale aliqđ licet per aliā figuram refertur in euangeliis: cum per parabolā dicit accepisse quis mnam: vt negotiaretur: & patrisfamilias pecuniā quæreret. Sed si attuleris quinq; multiplicata in decē: tibi ipsi donātur, tibi cōceduntur. Audi eñ quid dicit. Tollite (inquit) huic mnam, & date illi: q̄ habet decem mnas. Sic ergo videmur quidē domino negotiari: sed nobis cedunt negotiationis lucra: & videmur offerre dño hostias: sed nobis q̄ offerimus redonātur. Deus eñ nul-

ius indiget:sed nos vult diuites esse:nostrum
A desyderat per singula quaeque profectum. Haec nobis figura ostenditur:etiam in his quae gesta sunt erga Iob. Et ille enim propter deum perdidit omnia cum diues esset. Sed quia pertulit bene agones patientiae:& in omnibus quae passus est magnanimus fuit:& dixit.dominus dedit:dominus abstulit:vt domino placuit ita factum est:sit nomen domini benedictum. vide ad vltimum quid de eo scribitur. Recepit (inquit) omnia dupla quae amiserat. Vides quid est amittere aliquid pro deo:hoc est multiplicata recipere tibi. Et aliquid amplius euangelia promittunt: centuplum tibi pollicetur. Insuper & vitam aeternam:in Christo Iesu domino nostro: cui est gloria: & imperium in saecula saeculorum. Amen.

De repromissionibus secundis ad Abraham factis. Homilia nona Secundae partis Capituli. XXII.

Quantum legentes progredimur:tantum nobis sacramentorum cumulus augetur: & vt si quis exiguo vectus nauigio ingrediatur mare: donec terrae vicinus est:minus metuit: cum vero paulatim in altum fuerit progressus: & vndis intumescentibus: vel in excelsum attolli coeperit: vel eisdem dehiscentibus in ima deduci. Ibi vero mentem pauor ingens:& formido percutit:quod exiguam ratem tam immensis fluctibus credidit: ita etiam nos pati videmur: qui exigui meritis:& ingenio tenues:inire tam vastum mysteriorum pelagus audemus. Sed si orantibus vobis/ dominus dignetur spiritus sui sancti auram nobis prosperam dare:secundo verbi
B cursu portum salutis intrabimus. Videamus ergo nunc quae sunt:quae nobis recitata sunt. Et vocauit (inquit) angelus domini Abraham secundo de coelo/dicens. Per memetipsum iuraui dicit dominus. Propterea quod fecisti verbum hoc & non pepercisti filio tuo dilecto propter me:benedicens benedicam te: & multiplicans multiplicabo te:& erit semen tuum sicut stellae coeli in multitudine:& sicut arena maris:quae non potest dinumerari.& caetera. Sollicitum haec & intentum auditorem requirunt. Nouum est enim quod dicit & vocauit (inquit) angelus domini Abraham secundo de coelo. Quod tamen addidit non est nouum. Nam benedicens benedicam te:& ante iam dictum est: & multiplicans multiplicabo te:ante promissum est:& erit semen tuum sicut stellae coeli:& sicut arena maris:& prius fuerat pronuntiatum. Quid ergo est nunc amplius quod secundo clamatur e coelo? Quid noui veteribus vel promissionibus additur? Quid plus praemii datur in eo quod dicit:propterea quod fecisti verbum hoc:id est propterea quod filium obtulisti:propterea quod non pepercisti vnico filio tuo:nihil additum video:eadem repetuntur:quae prius fuerant repromissa. Ergo superfluum videbitur eadem saepius retractare: &
C minus necessarium. In sacramentis enim fiunt:cuncta quae fiunt. Abraham si tantum secundum carnem vixisset:& vnius populi quem secundum carnem genuit/ pater fuisset:vna suffecerat repromissio Nunc vero vt ostenderet eum primo patrem futurum eorum:qui secundum carnem circuncisi sunt: circumcisionis suae tempore datur ei repromissio:quae ad populum circumcisionis pertinere deberet.secundo quia pater esset futurus: etiam eorum qui ex fide sunt:& qui per passionem Christi veniunt ad haereditatem. Tempore nihilominus passionis/Ysaac promissio renouatur:quae pertinere debeat ad eum populum:quae passione Christi ac resurrectione saluatur. Et eadem quidam repeti videtur:sed longe diuersa sunt. Illa enim quae prius dicta sunt:& ad priorem populum pertinent:in terris dicta sunt. Sic enim dicit scriptura. Et eduxit eum foras:de tabernaculo:scilicet:& dixit ei. Respice stellas coeli:si dinumerari possunt a multitudine. Et addidit. Sic erit semen tuum. Vbi autem secundo repetitur repromissio:designat quia loquutus est ei de coelo:& datur promissio de terra prima.secunda de coelo: nonne aperte hic illud designare videtur: quod apostolus dicit:primus homo de terra terrenus:secundus homo de coelo coelestis? Ista
D ergo promissio: quae ad fidelem populum pertinet/de coelo est:illa de terra. In illa sermo tantummodo fuit:hic interponitur iusiurandum: quod interpretatur ad Hebraeos scribens sanctus apostolus hoc modo dicens. Volens (inquit) deus ostendere pollicitationes haeredibus per imobilitatem consilii sui:interposuit iusiurandum. Et iterum. Homines (inquit) per maiorem suum iurant: deus autem quoniam neminem habuit per quem iuraret maiorem:per memetipsum iuro dicit dominus. Non quod deum iurisiurandi necessitas vrgeret. Quis enim ab eo exigeret sacramentum? Sed sicut interpretatus est apostolus Paulus:quo per hoc immobilitatem consilii sui cultoribus designaret:sic & alibi per prophetam dicitur:iurauit dominus: nec poenitebit eum: tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Tunc deinde in prima repromissione non habet positam causam cur data sit repromissio:tantum quod eduxit eum foras: & ostendit (inquit) ei stellas coeli:& dixit: sic erit semen

tuũ. Nunc vero addit causam propter quam iuramento confirmat promissionẽ firmam futuram. Dicit enim quia fecisti verbum hoc: & non pepercisti filio tuo. Ostendit ergo quia propter oblationẽ vel passionẽ filii/ promissio firma sit: euidẽter designãs quia ꝑpter passionem Christi populo ex gẽtibus/ qui ex fide est Abrahæ: maneat firma promissio. Et nũquid in hoc solo? secunda firmiora sunt primis. In
E multis huiuscemodi adumbrata inuenies sacramenta. Primas tabulas legis in litera/ confregit Moyses & abiecit. Secundã legẽ in spiritu suscepit: & sũt firmiora secũda q̃ prima. Rursus idem ipse cum omnẽ legẽ in quatuor libris cõprehẽdisset. Deuteronomiũ scribit: qđ secũda lex dicitur. Ismahel primus est: secundus Ysaac: & similis in secundo prælationis forma seruatur. Hoc & in Esau/ & ĩ Iacob: in Effrem/ & Manasse. in mille aliis similiter
F inuenies adumbratũ. Sed redeamus nunc ad nosmetipsos: & moralem locum per singulos quosq; tractemus. Apostolus dicit: sicut iam superius memorauimus: primꝰ homo de terra terrenus: secũdus homo de cœlo cœlestis. Qualis terrenus: tales & terreni: & qualis cœlestis: tales & cœlestes. Sicut portauimꝰ imaginem terreni: portemꝰ & imaginẽ cœlestis. Vides quid ostendit: quia si permãseris in eo qđ primum est qđ de terra est / reptobaberis: nisi te cõmutes: nisi conuersus fueris: nisi cœlestis effectus imaginem cœlestis acceperis. Hoc idem est: qđ alibi dicit. Exuite vos veterem hominem cum actibus suis: & induentes nouũ: qui secundũ deum creatus est. Idipsum & alio loco scribit. Ecce vetera transierunt. facta sunt omnia noua. Idcirco ergo promissiones suas renouat deus: vt ostẽdat tibi quia debes & tu renouari. Non permanet ille in veteribus: ne & tu vetus homo permaneas. De cœlo hæc loquitur: vt & tu imaginẽ cœlestis accipias. Nunquid tibi prodest si deus innouet promissiones: & tu nõ innoueris? Si ille de cœlo loquatur: & tu de terra audias? Quid tibi
G prodest si deus se iuramento constringit: & tu hæc quasi cõmunẽ audiẽs fabulã transeas? Quare nõ consyderas ꝙ propter te deus etiã ea quæ naturæ suæ apta minime videtur/ amplectitur? Iurare dicitur deus: vt tu audiens paueas & intremiscas: & metu consternatus inquiras: quid illud tantum est: pro quo deus iurare dicatur. Fiunt ergo hæc: vt tu attentus: & sollicitus fias: & audiẽs tibi repromissionẽ parari in cœlis: vigiles & requiras quatenus diuinis promissionibus dignus existas. Verũtamen hunc locũ & apostolus interpretatur/ dicẽs: quia Abrahæ ꝓmisit deus: & semini eius: nõ dixit & seminibus/ quasi in multis: sed tãq̃ in vno & semini tuo: qui est Christus. De Christo ergo dicit: multiplicãs multiplicabo semen tuũ & erunt sicut stellæ cœli in multitudine: & sicut arena: quæ est ad orã maris. Quis iam expositione indiget: vt sciat semen Christi: quomodo multiplicetur: q videt a finibus terræ vsq; ad fines terræ propagatam prædicationem euangelii: & nullũ pene esse iam locum: qui non semen verbi susceperit? Hoc nãq; & in initiis mũdi præfigurabatur: cum diceretur Adæ. Crescite & multiplicamini. Quod & ipsum dicit apostolus: in
Christo dici & in ecclesia. Qđ autem dixit si- H
cut stellę cœli in multitudine: & adiecit sicut arena quæ est ad oram maris innumerabilis: fortasse quidem dicat aliquis cœlestis numeri figuram Christianorũ populo: arenę maris Iudaico cõuenire. Ego tamẽ hoc magis puto ꝙ vtrũq; exẽplũ vtriq; populo possit aptari. Nam & in illo populo fuerunt multi iusti & prophetæ: quibus stellarum cœli merito comparatur exemplum: & in nostro populo sunt multi qui terrena sapiũt: & quorum stultitia grauior est arena maris. In quibus præcipue hæreticorũ turbas arbitror deputandas. Sed ne nos quidem securi simus: donec enim quis nostrum non deponit imaginẽ terreni: & induit imaginem cœlestis: terrenis cõparatur exẽplis. Vnde & apostolus ex his (vt opinor) motus in cœlestibus & terrestribus corporibus resurrectionis format imaginem/ dicens. Alia quidem cœlestium gloria: alia autẽ terrestrium. Et stella ab stella differt ĩ claritate: ita erit & resurrectio mortuorum. Sed & dominus cũ dicit: vt luceat lux vestra corã hominibus: vt videẽtes homines opera vestra bona glorificent patrẽ vestrum/ qui in cœlis est: hoc idem cõmonet eum qui nouit audire. Q;
autẽ Christus semen Abrahæ: & filius Abra- I
hæ sit: si vis euidẽtius scripturæ verbis discere: audi quomodo in euangilio scriptũ est. Liber (inquit) generationis Iesu Christi filii Dauid: filii Abraham. In hoc ergo completur & ille sermo quẽ dicit. hæreditate capiet semen tuũ ciuitates aduersariorũ. Quomodo hæreditate cepit Christus ciuitates aduersariorũ? Per hoc sine dubio ꝙ in omnẽ terram exiit sonus apostolorum: & in orbem terræ verba eorum. Vnde & ad iracundiã excitati sunt angeli illi: qui singulas quasq; nationes sub potestate retinebant. Cũ enim diuideret excelsus gentes secundũ numerũ angelorum dei: tunc pars eius facta est Iacob: & funiculum hæredi

ratis eius Israel. Christus enim ad quem dixerat pater/pete a me:& dabo tibi gentes hæreditatē tuam:& possessionē tuā terminos terrę:depellens ipsos angelos potestate:& dominatione:quā habebant in nationibus:prouocauit eos ad iracūdiā. Et idcirco dicit:quia astiterunt reges terrę:& principes conuenerunt in vnum:aduersus dominū:& aduersus Christum ei⁹. Et ideo aduersantur etiā nobis: atq̧ agones cōtra nos:& certamina cōcitāt. Hinc & apostolus Christi:luctamen est(inquit)nobis non aduersum carnem & sanguinem: sed aduersum principatus & potestates: & mundi huius rectores. Propterea ergo vigilādum nobis est:& solicite agendū: quia aduersarius noster sicut leo rugiens circuit/quærēs quem trāsuoret. Cui nisi restiterimus fortes in fide: rursum nos in captiuitatem reuocabit. Qđ si nobis eueniat:ingratum faciemus opus eius: qui cruci suæ affixit principatus: & potestates; cum fidutia triumphans eos in semetipsum:& qui venit captiuos dimittere in remissionem. Quin potius fidem Christi sequētes: qui triumphauit eos:disrūpamus vincula eorum: quibus nos deuinxerunt potestati suæ. Vincula vero quibus nos cōstringunt:passiones/& vitia nostra sunt, quibus tandiu innectimur:donec carnem nostrā crucifigamus cum vitiis & concupiscētiis. Et ita demū dirumpamus vincula eorū:& proiiciamus a nobis iugū ipsorum.
A Igitur occupauit semen Abrahæ ciuitates aduersariorū:id est semen verbi: qđ est prædicatio euangelii:& fides Christi. Sed dico. Nunquid iniquitate vsus est dominus: vt eriperet gentes de potestate aduersariorū:& ad fidē suā:deditionēq̧ reuocaret? Nequaq̄:Erat enim aliquādo pars domini Israel:sed quia peccatis recesserāt a deo suo:ꝑpter peccata sua dixit eis Deus. Ecce peccatis vestris distracti estis:& propter peccata vestra dispersi estis sub vniuerso cœlo. Sed iterum dicit ad eos. Si fuerit dispersio vestra ab extremo cœli:vsq̧ ex extremū eius: inde congregabo vos dicit dominus. Quia ergo pricipes huius mūdi inuaserāt partē domini:necesse habuit pastor bonus relictis ī supernis nonaginta & nouem descēdere ad terras:& vnam ouem quæ perierat quærere: inuentāq̧ eam & humeris reuectam:ad supernum perfectionis ouile reuocare.
B Sed quid mihi prodest si semen Abrahę qui est Christus hęreditate possideat ciuitates aduersariorum:& meam ciuitatem non possideat? Si in mea ciuitate:hoc est in anima mea:quæ est ciuitas Regis magni: neq̧ leges eius:neq̧ instituta seruētur? Quid mihi prodest ꝙ vniuersum mundum subiecit:& aduersariorum ciuitates possidet:si non & in me aduersarios suos vincat:si nō destruat legē:quæ est in mēbris meis repugnās legi mentis meę:& captiuum me ducit in lege peccati? Sic ergo vnusquisq̧ nostrum satis agat:vt & in sua anima/ & in suo corpore vincat Christus aduersarios suos:& subiiciens eos:ac triumphās etiam suę animę possideat ciuitatem. Hoc em̄ modo de patre eius efficimur:de parte meliore quę est sicut stellę cœli ī claritate:vt & nos benedictionem Abrahæ capere possimus:per Christum dominū nostrū:cui est gloria & imperium in sęcula sęculorum Amen.

De Rebecca cū exisset ad aquam hauriendā:& occurrisset ei puer Abrahę Homilia decima. Cap. xxiiii.

Ysaac(inquit scriptura)crescebat:& confortabať: id est gaudiū crescebat Abrahæ respicienti non ad ea quę videtur:sed quę non videtur. C Non em̄ gaudebat de ꝑsentibus Abrahā:neq̧ de diuitiis mūdi:& actibus scl'i. Sed vis audire Abrahā vnde gauderet? Audi dominum ad Iudęos dicētem. Abrahā pater vester desyderauit vt videret diem meū:& vidit:& gauisus est. Per hoc ergo crescebat Ysaac:per qđ Abrahæ visio illa qua videbat Christi diē:& spes quæ in ipso est:gaudia cumulabat. Atq̧ vtinā efficeremini etiā vos Ysaac & essetis gaudium matris vestrę ecclesię. Sed vereor ne adhuc in tristitia & gemitu/ecclesia filios pariat: An non est ei tristitia & gemitus:cū vos nō cōuenitis ad audiendū dei verbū? Et vix festis diebus ad ecclesiā proceditis? Et hoc nō tā desyderio verbi:q̄ studio solēnitatis:& publicę quodāmodo remissiōis obtētu. Quid igiť ego faciā:cui dispēsatio verbi credita est? D Qui licet inutilis seruus sim:accepi tn̄ a dn̄o distribuendā familię dn̄icę tritici mēsurā. Sed vide qd addit sermo dn̄i: distribuendā(inqt)ī tēpore tritici mēsurā. Quid ergo faciā? Vbi vel qn̄ vestrū tēpus inueniā? Plurimū ex hoc:imo pœne totū tēp⁹ mūdanis occupationib⁹ teritis ī foro:aliud in negotiatione cōsumitis:ali⁹ agro:ali⁹ litibus vacat:& ad audiēdū dei verbū nemo:aut pauci admodū vacāt. Sed qd vos de occupatiōib⁹ culpo? Quid de absentib⁹ cōqueror? Pręsentes etiā & ī ecclesia positi nō estis ītēti:sed cōmunes ex vsu fabulas teritis:verbo dei vel lectionibus diuinis terga conuertitis. Vereor ne & vobis dicať a dn̄o illud/qđ per ꝑphetā dictum est. Cōuerterūt ad me dorsa: & nō facies suas

Quid igitur ego faciam: cui ministerium verbi dei creditum? Quę leguntur mystica sunt: in allegoricis exponēda sunt sacramentis. Possum ne surdis: & auersis auribus īgerere margaritas verbi dei? Non ita ait apostolus. Vide enim quid dicit. Qui legem (inquit) legitis: legē non auditis. Abraham enim duos filios habuit: & cætera. quibus addit quę sunt allegorica. Nunquid sacramēta legis eis aperuit: qui neq audiunt: neq legunt legem? Sed legem legētibus dicebat: legem non audistis. Quomodo ergo potero mysteria legis: & allegorias quas ab apostolo edocti sumus aperire & prodere his: quibus & auditio & lectio legis incognita est? Asperior fortasse vobis videor: sed non possum linire parietē lapsantē. Timeo eñ illud qđ scriptum est: populus meus qui beatificāt vos: seducūt vos: & semitas pedū vestrorum conturbāt. tanq̄ filios meos charissimos moneo. Miror si nondum vobis innotuit via Christi. Si nec hoc quidē audistis: q non est lata & spatiosa: sed arcta: & angusta via est: quæ ducit ad vitā. Et vos ergo intrate per angustā portam: relinquite pereuntibus latitudinem. Nox præcessit: dies autē appropinquauit: vt filii lucis ambulate. Tempus breue est: superest vt & q habēt: tanq̄ non habētes sint: & qui vtuntur hoc mundo: tanq̄ non vtantur. Sine intermissione orādū apostolus præcipit. Vos qui ad orationes non cōuenitis: quomodo impletis sine intermissione: qđ semper omittitis? Sed & dominus præcipit: vigilate & orate ne intretis in tētationem. Q? si illi vigilantes & orātes / & semper verbo dei adhærētes / tentatationem tamen nequaq̄ effugerunt: quid faciunt hi qui diebus tantum solēnibus ad ecclesiam conueniunt? Si iustus vix saluus fiet: peccator & impius vbi parebunt? Piget me dicere aliquid ex his quæ lecta sunt. Nā & apostolus dicit de huiuscemodi sermonibus: quia ininterpretabiles sunt ad dicēdum: quoniā vos (inquit) imbecilles facti estis ad audiendū. Videamus tamē hoc qđ nobis modo recitatū est.

E Rebecca (inquit) veniebat cū filiabus ciuitatis haurire aquā de puteo. Rebecca quotidie veniebat ad puteos: quotidie hauriebat aquā. Et quia quotidie vacabat ad puteos: idcirco īueniri potuit a puero Abraham: & in matrimonium sociari Ysaac. Hęc fabulas putatis esse & historias narrare in scripturis spiritū sanctū. Animarū est ista eruditio: & spiritalis doctrina: quæ te instituit: & docet quotidie venire ad puteos scripturarum: ad aquas spiritus sancti: & haurire semper: ac plenū vas domū referre: sicut faciebat & sancta Rebecca. Quæ non aliter iungi potuisset tanto patriarchæ Ysaac: qui ex repromissione natus est: nisi hauriendo aquas: & intātum hauriendo: vt nō solum potare posset eos: qui domini sunt: sed et puerū Abrahę: & non tātum puerū: sed & eo usq abūdaret aquis: quas hauriebat de puteis vt & camelos posset adaquare: vsquequo cessarēt (inquit) bibentes. Mysteria sunt cuncta q̄ scripta sunt: vult te Christus sibi desponsare. E ad te eñ loquitur per prophetā dicēs. Despōsabo te mihi inęternum: & despōsabo te mihi in fide: & misericordia / & cognosces dominū. Quia ergo vult te sibi desponsare: præmittit ad te istum puerum. Puer iste: sermo prophetic9 est: quē nisi prius susceperis: nubere Christo non poteris. Scito tamē quia nemo inexercitatus: & imperitus sermonem propheticū suscipit: sed qui scit haurire aquam de profundo putei: & qui intantū scit haurire: vt etiam his sufficiat qui irrationabiles: & peruersi videntur: quorum figuram tenēt cameli: vt & ipse possit dicere: quia sapientibus: & insipientibus debitor sum. Deniq sic dixerat in corde suo puer iste. Ex his (inquit) virginibus: quæ veniunt ad aquā: quæcunq dixerit mihi bibe tu: & camelos tuos adaquabo: ipsa erit sponsa domini mei. Sic ergo Rebecca quæ interpretatur patientia: vt vidit puerum / & inspexit propheticum verbū: deponit de humero hydriam. Deponit eñ elatā græcæ facundię arrogātiam: & ad tam humilem: ac tam simplicem se inclinans propheticum sermonem dicit. Bibe tu: & camelos tuos adaquabo. Sed dicis fortasse si puer prophetici sermonis tenet G figuram: quomodo potatur a Rebecca: quam ipse magis potare deberet? Vide ergo ne forte sicut & dominus Iesus: cum ipse sit panis vitæ: & ipse pascat animas esurientes. Ipse rursum esurire se fatetur cū dicit. Esuriui: & dedistis mihi manducare: & iterum cum ipse sit aqua viua: & potum det omnibus sitientibus: rursum ipse dicit ad Samaritanā. Da mihi bibere. Sic & propheticus sermo: cum ipse potū det sitientibus: nihilominus ipse ab his potari dicitur: cum studiosorum exercitia: & vigilātia suscipit. Ista ergo talis anima: quæ agit cūcta patienter: quæ tam prompta est: & tanta eruditione subnixa: quæ de profundis haurire scientiæ fluenta consueuit: ipse potest copulari nuptiis christi. Nisi ergo quotidie venias ad puteos: nisi quotidie haurias aquas: non solum alios potare non poteris: sed & ipse quoq sitim verbi dei patieris. Audi & dominum dicentem in euangeliis. Qui sitit veniat: & H bibat. Sed tu (vt video) nec esuris: nec sitis

iustitiam. Et quomodo poteris dicere: sicut ceruus desyderat ad fontes aquarũ: ita desyderat anima mea ad te de⁹? Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum: quãdo veniam & parebo ante conspectũ eius? Obsecros vos qui auditorio verbi semper assistitis: patienter accipite: donec paululũ negligẽtes / & desides cõmoneamus. Habetote patientiam quia de Rebecca nobis: id est de patientia sermo est. Et necesse est nos eos qui collectã negligũt: & audire declinãt verbum dei: paululum per patientiam castigare: qui non desyderant verbũ panẽ vitę: nec aquã viuam: qui non exeunt de castris: nec procedunt de domibus luteis: vt colligant sibi mãna: qui non veniunt ad petram: vt bibant de spiritali petra. Petra eñ est Christus (vt apostolus ait) Habetote ĩquã vos paululum patientiam. Sermo eñ nobis ad negligentes: & eos qui male habent. Sani enim non
A indigẽt medico: sed male habentes. Dicite mihi vos qui tantummodo festis diebus ad ecclesiam cõuenitis cęteri dies non sunt festi? Non sunt dies domini? Iudęorum est dies certos & raros obseruare solemnes. Et ideo ad eos dicit De⁹: quia νεομηνιας vestras: & sabbata & diem magnũ non sustineo. Ieiunium & ferias: & dies festos vestros: odit anima mea. Odit ergo deus eos: qui vnum diem / putãt festum diẽ esse domini. Christiani omni die carnes agni comedunt: id est carnes verbi dei quotidie sumũt. Pascha eñ nostrum immolatus est christus. Et quia lex paschæ talis est: vt in vespera comedat: propterea in vespera mundi passus est dominus: vt tu semper manduces de carnibus verbi: quia semper invespera es: vsquequo veniat mane. Et si in hac vespera sollicitus fueris: & in fletu ac ieiuniis: atq̃ ĩ omni labore iustitiæ vitam duxeris: poteris & tu dicere. Ad vesperam demorabitur fletus: & ad matutinũ lętitia. Lętaberis eñ mane: id est in sęculo vẽturo: si in hoc sęculo fructum iustitię in fletu: & labore collegeris. Venite ergo & vos dũ tẽpus est: bibamus de puteo visionis: vbi Ysaac deambulabat: & vbi procedit ad exercitium. obserua quãta geruntur ad aquas: vt & tu inuiteris quotidie venire ad aquas verbi dei: & assistere puteis eius: sicut faciebat Rebecca: de qua dicitur: virgo erat decora valde: vir non cognouerat eã. Et hęc (inquit) exiit sero hau-
B rire aquã. Nec hoc frustra scriptum est de ea. Veruntamen mouet me: quid est q̃d dicitur: virgo erat: vir non cognouerat eam: quasi vero aliqua sit virgo: quam vir contigerit. Et quid tibi videtur additamentum in virgine: vt dicatur: quia vir non cognouerat eam? Est enim aliqua virgo: quam contigerit vir. Sæpe iam dixi q̃ in his non historiæ narrantur: sed mysteria contexuntur. Tale enim in hoc aliquid indicari puto. Sicut Christus animæ vir dicitur: cui nubit anima: cum venit ad fidem ita & huic contrarius vir ille est: cui nubit anima: cum declinat ad perfidiam. Ipse ille qui & inimicus homo dicitur: cum lolium superserit tritico. Non ergo sufficit animæ: vt casta sit corpore: opus est vt & vir hic pessim⁹ non cognouerit eam. Potest enim fieri vt habeat quis in corpore virginitatem: & cognoscens istum virum pessimum diabolum: atq̃ ab eo concupiscẽtiæ iacula in corde suscipiẽs: animæ perdiderit castitatem. Quia ergo Rebecca virgo erat: sancta corpore & spiritu: Idcirco eius duplicat laudẽ: & dicit: virgo erat: & vir non cognouerat eam. Vespere ergo venit ad aquas. De vespera iam supra diximus. C
Vide autem prudentiam pueri: non vult assumere sponsam domino suo Ysaac: nisi quã inuenerit decoram & pulchram facie virginẽ. Et non solum virginem: sed quam non contigerit vir. Et nisi quã repererit aquas haurientẽ / non vult aliam despondere domino suo: nõ ei dat ornamenta: nisi talis sit. Non dat inaures: nõ dat brachialia. Manet incomposita: inerudita: incompta. Putamus quia pater Rebeccę vir diues non habebat brachialia: & inaures: quas imponeret filiæ suæ? Tanta eius: aut negligentia erat: aut auaritia: vt filiæ ornamenta non daret? Sed Rebecca non vult de auro Batuelis ornari. Non sunt ei condigna ornamenta hominis barbari: & imperiti. De domo Abrahę requirit monilia: quia patientia de domo sapientis ornatur. Non potuerũt ergo aures Rebeccæ recipere decorem suum: nisi veniret puer Abrahę: & ipse eas ornaret. Nec manus eius ornamenta suscipiunt: nisi quæ miserit Ysaac. Vult enim aurea in auribus suscipere verba: & aureos actus in manibus habere. Sed hęc prius accipere non potuit: nec mereri: nisi venisset ad puteos haurire aquas. Tu qui non vis venire ad aquas: qui nõ vis in auribus tuis aurea prophetarum verba suscipere: quomodo poteris ornatus esse in doctrina? ornatus in actibus? ornatus in moribus? Sed vt omittamus plurima: neq̃ enim commentandi nunc tempus est: sed ædificandi ecclesiam dei: & pigriores: ac desides auditores: exemplis sanctorum: & mysticis explanationibus prouocandi: secuta puerum Rebecca: venit ad Ysaac. Secuta enim sermonem propheticum ecclesia: venit ad Christum. Et D
vbi eum inuenit? Ad puteum (inquit) iura-

menti deambulantem. Nusq̃ receditur a puteis: nunq̃ desistitur ab aquis. Rebecca inuenitur ad puteum. Rursum Rebecca ad puteum inuenit Ysaac. Ibi primos eius contemplatur aspectus: ibi desilit de camelis: ibi a puero sibi demonstratum vidit Ysaac. Hæc putas sola referri de puteis. Et Iacob ad puteum venit: & ibi inuenit Rachel: & ibi innotescit ei Rachel bona oculis: & decora aspectu. Sed & Moyses ad puteum inuenit Sefforam filiã Raguhel. Nondũ moueris: vt hæc intelligas spiritaliter dici? Aut putas semper casu contingere: vt patriarchæ ad puteos veniant: & ad aquas coniugia sortiantur? Qui hæc ita putat: animalis homo est: & nõ percipit quę sunt
E spiritus dei. Sed qui vult maneat in his: maneat animal. Ego Paulum apostolum sequens/ dico hæc esse allegorica: & sanctorum nuptias: coniunctionem dico esse animę cum verbo dei. Qui enim iungit se domino: vnus est spiritus cum eo. Hanc autem coniunctionem animæ cum verbo certum est non aliter fieri posse: nisi per instructionem diuinorum librorũ: qui figuraliter putei appellantur. Ad quos siquis veniat: & hauriat ex his aquas: id est meditando in his sensum: intellectum percipiat altiorem: inueniet nuptias deo dignas. Coniungitur enim anima eius cum Deo. Desilit etiam de camelis: id est discedit a vitiis: abiiciet irrationabiles sensus: & cõiungetur Ysaac. Dignum namq; est: vt Ysaac transeat de virtute ad virtutem. Qui virtutis filius est Saræ: nunc coniungitur: & sociatur patientiæ: quæ est Rebecca. Et hoc est transire de virtu-
F te ad virtutem: & ex fide ad fidem. Sed & ad euangelia veniamus. Ipse dominus cum ex itinere fatigatus fuisset: videamns vbi requiem quærit. Venit (inquit) ad puteum: & sedebat super eum. Vides vbiq; sibi cõcordare mysteria: vides noui/ & veteris testamenti consonãtes formas. Ibi ad puteos/ & ad aquas venitur: vt inueniatur sponsa: & ecclesia Christo in lauacro aquæ coniungitur. Vides quantus nos sacramentorum cumulus perurget: quanta sunt quę occurrunt: explicare non possumus: saltem hæc incitare te debent ad audiendum ad conueniendum: vt etiam si nos aliqua pro breuitate transcurrimus: tu cum relegis & requiris: etiam ipse discutias: & inuenias: certe vel in horum inquisitione permaneat: vt & te verbum dei inueniens ad aquam assumat: et coniungat sibi: vt efficiaris cum eo vnus spiritus in Christo Iesu domino nostro: cui est gloria: & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

De eo q̃ Abraham Cethuram accepit vxorem: & q̃ Ysaac habitauit ad puteũ visionis.

Homilia vndecima. Cap. XXV.

Emper nobis sanctus Paulus apostolus occasiões prębet intelligentiæ spiritalis: et pauca (licet tamen necessaria) studiosis ostendit indicia: quibus quod lex spiritalis sit: ĩ omnibus agnoscatur. Ipse igitur de Abraham & Sara disputãs quodam loco ait: nõ (inquit) infirmatus fide cosyderauit suum corpus emortuum cũ fere centũ annorum esset: & emortuam vuluã Sarę. Hunc ergo quẽ ille dicit emortui corporis in centenario annorũ numero fuisse: & Ysaac magis virtute fidei: q̃ corporis fœcũditate genuisse: scriptura nunc refert accepisse vxorẽ Cethurã nomine: & filios ex ea plurimos genuisse: cũ fere cẽtum triginta & septẽ videretur annorũ. Nã Sara vxor eius: decẽ ab eo annis iunior scribitur: quę cẽtesimo vicesimo & septimo anno defuncta/ indicat Abrahã super centũ triginta septẽ annorũ fuisse: cũ Cethuram accepit vxorẽ. Quid ergo putamus q̃ in tanto partriarcha per idem tẽpus incitamẽta carnis viguerint? Et q olim a naturalibus motibus emortuus dicitur: nunc a libidine rediuiuus putabitur? An (vt sæpe iã diximus) patriarcharũ coniugia: mysticum aliquid indicãt & sacratum? Sicut & ille/ qui dicebat de sapientia. Hanc ego cogitaui vxorem adducere mihi. Fortassis ergo iam tũc & Abrahã simile aliquid cogitauit: & q̃uis eẽt sapiẽs: hoc ipso tamẽ sciebat: q̃ sapiẽtiæ nullus est finis: nec discẽdi terminũ senectus imponit. Qui eñ cõsueuit eo modo sortiri matrimoniũ: quo de ipso superius indicauimus: id est qui virtutẽ habere in cõiugio solet: quãdo potest ab huiusce modi cessare cõiugio? Sarę nãq; dormitio/ virtutis est ĩtelligẽda cõsummatio. Qui vero cõsummatę & perfectę virtutis est: semper necesse est: vt in aliqua eruditione versetur. Quam eruditionẽ coniugẽ eius sermo diuinus appellat. Secundũ hoc puto q̃ & ĩ lege: cœlebs & sterilis maledicto subiacet. Dicit eñ. Maledictus qui nõ reliquerit semen in Israel. Qz si hæc de carnali semine dici putenť: omnes ecclesię virgines sub maledicto positę videbunť. Et quid de ecclesiæ virginibus dico? Ipse Ioannes/ quo maior inter natos mulierum nemo fuit: & aliĩ sanctorum plurimi semen secundum carnem non reliquerunt: quippe qui nec iniisse qui-

dem matrimonia referuntur. Sed & certū est illos spiritale semē: & spiritales filios reliquisse & habuisse vnūquēq; cōiugē sapiētiā: sicut et Paulus per euāgelium filios generabat. Accepit ergo senex mortui iā corporis Abrahā Cethurā vxorem. Ego puto secundum hanc: quam supra exposuimus rationem: q melius tunc vxor accipitur: quando emortuū corpus est: quando mortificata sunt membra. Maior enim ad sapientiam sensibus nostris capacitas inest: quādo mortificatio christi circunfertur in corpore nostro mortali. Deniq; Cethura: quā nunc senex Abrahā sortitur in matrimoniū. θυμιαμα interpretatur: qđ est incensum vel bonus odor. Et ipse em̄ dicebat sicut Paulus dixit: quia Christi bonus odor sum⁹. Quo modo autē quis Christi bonus odor efficitur: videamus. Peccatū res est fœtida. Deniq; peccatores porcis comparantur: qui in peccatis velut in stercore fœtido volutātur. Et Dauid ex persona peccatoris pœnitētis dicit. Computruerunt & exesę sunt cicatrices meæ. Siquis ergo vestrum est: in quo odor peccati iam nullus est: sed odor iustitię: suauitas misericordię siquis sine intermissione orādo offert domino semper incensum: & dicit: dirigat̄ oratio mea sicut incēsum in cōspectu tuo: eleuatio manuū mearū sacrificium vespertinū: hic Cethuram duxit vxorē. Sic ergo senū nuptias interpretari dignius puto: sic pulchre inita patriarcharū in vltima iam & defecta ętate coniugia: sic necessarias filiorū procreationes existimo numerādas. Ad tales em̄ nuptias: & huiuscemodi sobolem: non ita iuuenes vt senes/apti sunt. Quāto em̄ quis carne plus fessus est: tāto erit animi virtute robustior: & sapientię cōplexibus aptior. Sic & ille in scripturis vir iustus Elchana duas simul refertur habuisse vxores quarū vna Fenēna: alia Anna dicebatur: id est conuersio & gratia. Et primo quidē dicitur de Fenēna filios suscepisse: id est de cōuersione: & postmodū de Anna: quæ est gratia. Profectus etenim sanctorū scriptura figuraliter per cōiugia designat. Vnde & tu potes (si vis) huiuscemodi nuptiarū maritus existere. vt (verbi causa) si hospitalitatē libēter exerces: hāc tibi coniugē videberis assumpsisse. Huic si addideris pauperū curā: secūdam videberis sortitus vxorē. Q₂ si & patientiā tibi iungas: & māsuetudinē: cæterasq; virtutes: tot videberis accepisse vxores: quot virtutibus gaudes. Inde ergo est q nonnullos patriarcharū simul plures habuisse cōiuges: alios defunctis prioribus accepisse/alias scriptura cōmemorat: vt illud figuraliter indicetur: q quidē plures simul possunt exercere virtutes: alii non prius quæ sequuntur incipere: q̄ priora ꝑduxerint ad perfectum: inde deniq; Salomon plures simul habuisse refertur vxores: cui dixerat dominus sapiens ante te non fuit talis: & post te non erit. Quia ergo dederat ei domin⁹ multitudinem prudentię: sicut arena est maris: vt iudicaret populum suum in sapiētia: ideo plures simul poterat exercere virtutes. Sane propter hoc: q ex lege dei edocemur: si etiam ex his eruditionibus: quæ extrinsecus videntur esse in sęculo aliquas contingimus. Verbi causa: vt est eruditio literarum: vel artis grammaticę: vt est geometrica doctrina: vel ratio numerorū: vel etiā dialectica disciplina: & hæc omnia extrinsecus quæsita: ad nostra instituta perducimus: atq; in assertionem nostræ legis adsciscimus: tūc videbimur vel alienigenas in matrimonium sumpsisse: vel etiam concubinas. Etsi de huiuscemodi coniugiis disputando: cōtra dicentes redarguendo: conuertere aliquos poterimus ad fidē: & si suis eos rationibus & artibus superantes: ad veram philosophiā Christi: & veram societatem Christi: pietatem dei suscipere suaserim⁹: tūc ex dialectica/vel rhetorica videbimur quasi ex alienigena quadā: vel cōcubina filios genuisse. Igitur ad tales nuptias: vel ad huiuscemodi filios procreandos/ per senectam nullus excluditur: immo potius hæc casta progenies maturæ ætati plus conuenit. Sicut & nunc Abraham grandæuus: & (vt scriptura dicit) senex: & plenus dierū Ceturam ducit vxorem. Sed ne hoc quidem latere nos debet/ex his quæ per historiam referuntur: quæ & quales sint generationes: quæ ex ipsa propagātur. Si enim horum meminerimus: facilius de diuersis gētibus: quę in scripturis dicuntur: poterimus agnoscere. Verbi causa: vt cū dicit: quia Moyses accepit vxorē filiam Iethro sacerdotis Madiā: qui Madiā inuenitur filius fuisse Cethuræ: & Abraham. Agnoscimus ergo quia vxor Moysi ex semine Abrahā sit: & nō fuerit alienigena. Sed & (cū scribitur) regina Cedar. Sciendū nihilomin⁹ est: q & Cedar ex ipso genere Cethurę descēdat & Abrahā. Sed & in generationibus Ismahel/similia inuenies. Quas si diligēter intuearis: plurimas ī his quæ cęteros latēt/historias deprehendas. Sed & nos interim hæc in aliud tēpus prętermittentes: ad ea quę in consequētibus recitata sunt: properemus. Et factum est (inquit) postq̄ mortuus est Abraham: benedixit dominus Ysaac filium eius: & habitauit ad puteum visionis. De morte Abrahā: quid nobis amplius dicendum est: q̄ sermo domini in

euangeliis cōtinet dicēs. de resurrectione autē mortuorū nō legistis: quomodo dicit in rubo. Deus Abrahā: & deus Ysaac: & de⁹ Iacob. Deus autē non est mortuorū: sed viuorū. Omnes em̄ illi viuunt. Optemus ergo & nos huiusmodi mortē: sicut & apostolus dicit: vt moriamur peccato: viuamus autē deo. Talis nāq; Abrahę mors intelligēda est: quę intantū dilatauerat sinus eius: vt oēs sancti qui de quatuor terrę partibus veniunt: in sinu Abrahæ portētur ab angelis. Sed videamus iā quomodo post mortem eius benedixerit dn̄s Ysaac filium eius. Et quę est ista benedictio? Benedixit (inquit) dn̄s Ysaac: & habitauit ad puteū visionis. Hæc est em̄ omnis benedictio: qua benedixit dominus Ysaac: vt habitaret ad puteum visionis. Intelligētibus grādis est ista benedictio. Vtinā & dn̄s mihi donet hāc benedictionē: vt habitare merear ad puteū visiōis. Quis potest scire & intelligere quę est visio: quā vidit Esaias filius Amos? Quis potest scire quæ est visio Naum? quis potest ītelligere quid cōtineat illa visio quā vidit Iacob in Bethel: cū abiret in Mesopotamiam: vbi dixit: hęc est domus dei: & porta cœli: & si quis potest singulas quasq; visiones: vel quę ī lege sunt: vel quę in prophetis/scire & ītelligere: ille habitat ad puteū visionis. Sed & hoc diligētius perspice: q; ita magnā benedictionē accipere a domino meruit Ysaac: vt habitaret ad puteū visionis. Nos vero qn̄ satis mereri poterimus: si forte trāsitū habere possim⁹ per puteū visionis? Ille tn̄ pmanere meruit invisione & habitare: nos quidē parū illuminati per dei misericordiam sentire: vel suspicari de vnaquaq; visione vix possumus. Si tamē potuero vnū aliquē intellectū sentire de visionibus dei: vna die videbor fecisse ad puteū visionis. Si vero nō solū secundū literā: sed aliquid & secūdū spiritū attingere: biduū videbor fecisse apud puteū visionis. Qz etsi mortalē locū cōtigero/fecerim triduū vel certe etiā si nō potuero oīa intelligere: assidue tamen in scripturis diuinis: & in lege dei meditor die ac nocte: & omnino nunq̄ desino: inquirēdo: discutiendo: tractādo: & certe (qd̄ maximū est) orādo deū: & ab ipso poscēdo intellectū/qui docet hominē scientiam: videbor etiā ego habitare ad puteū visionis. Sin vero negligā: & neq; domi exercear in verbo dei: neq; ecclesiā ad audiendū verbū dei feequēter ingrediar: sicut nōnullos in vobis video: q die bus tantūmodo solēnibus ad ecclesiā veniūt: qui huiusmodi sunt: non habitāt apud puteū visionis. Ego autem vereor ne forte qui ita neoligētes sunt: etiā cum ad ecclesiam veniunt: nō bibāt de puteo vitę: nec reficiantur: sed occupationibus vacēt cordis sui & cogitationibus: quas secū deferūt: & discedāt nihilomin⁹ ab scripturarų puteis sitientes. Festinate ergo vos: & satis agite: vt ista advos dn̄i benedictio veniat: qua apud puteū visiōis habitare possitis: vt aperiat domin⁹ oculos vestros: & videatis puteū visionis: & percipiatis ex eo aquā viuā: quę fiat in vobis fons aquę salientis in vitā æternā. Si quis autē raro ad ecclesiam veniat: raro de scripturarū fontibus hauriat: & quæ audit continuo discedēs: & aliis negotiis occupatus omittat: hic nō habitat apud puteū visionis: Vis tibi ostendā quis est: qui nunq̄ recedit a puteo visionis? Apostolus Paulus: qui dicebat. Nos autē omnes reuelata facie gloriam dn̄i speculamur. Et tu ergo si semper perscruteris pphetícas visiones: si semp īquiras: semper discere cupias: hæc mediteris: in iis permaneas: percipis & tu benedictionē a domino: et habitas apud puteum visionis. Et tibi em̄ apparebit dn̄s Iesus in via: & aperiet tibi scripturas: ita vt dicas: nonne cor nostrū ardens erat in nobis: cum aperiret nobis scripturas? Apparet autem his: qui de ipso cogitant: & in ipso meditant̄: atq; in lege eius die ac nocte versant̄. Ipsi gloria: & imperium in sęcula sęculorum. Amen.

De conceptu Rebeccę: & partu. Homilia duodecima secūdæ partis. Ca p. XXV.

Er singulas quasq; lectiones cū legit̄ Moyses: orādus est nobis pater verbi: vt ipleat etiā in nobis illud: qd̄ ī psalmo scriptum est. Reuela oculos meos: & cōsyderabo mirabilia de lege tua. Nisi em̄ ipse aperiat oculos nostros: quomodo videre poterimus tāta hęc: quę in patriarchis sacramēta formātur? Quę nūc in puteis: nūc in nuptiis: nūc in parturitionibus: nūc etiā in sterilitatib⁹ figurātur. Refert nāq; psens lectio: q; Ysaac rogauit deū pro Rebecca vxore sua: qa sterilis erat: & exaudiuit illū deus: & cōcepit: & exultabāt (inquit) pueri ī vtero ei⁹. Primo oīm intuere: quid istud est q; plurimę sanctarų mulierū in scripturis steriles fuisse referunt̄: sicut ipsa Sara: ecce & nūc Rebecca. Sed & Rachel dilecta Israel sterilis fuit. Anna quoq; mater Samuelis: sterilis scribit̄. Sed & ī euāgeliis Helisabeth sterilis fuisse memorat̄. In oībus autē istis vnus hic titulus designatur: q; post sterilitatē sanctum oēs ediderint partū. Sic ergo & hęc nunc Rebecca sterilis fuisse dicitur.

sed orauit (inquit) Ysaac pro ea dominum: et exaudiuit illum: & cõcepit: & exultabãt (ait) pueri in vtero eius. Sterilis hęc: ecce quid con
A cepit? Filii sterilis anteq̃ nascãtur / exultant: & quę desperauerat sobolem: gentes & populos gestat in vtero. Sic enim dicit. Abiit (inquit) Rebecca interrogare dominum: & dixit ei dominus. Duę gẽtes in vtero tuo sunt: & duo populi de ventre tuo separabuntur. Longum est si velimus nunc exultationẽ puerorum adhuc in vtero habitãtium / perscrutari. Longum est si de his interpretationibus: & ęnigmata / quę scribit apostolus proferamus: quid mysterii: quid causæ contineant. Cur anteq̃ nascantur pueri: aut aliquid in hoc sæculo agãt boni: vel mali: dicitur de his / quia populus populum superabit: & maior seruiet minori: cur anteq̃ de matris vtero procederẽt: dicitur per prophetam: quia Iacob dilexi. Esau autẽ odio habui: hæc supra nostram linguam sunt: & supra auditum vestrum. Nũc interim videamus quid est: qđ dicitur: abiit Rebecca interrogare ad
B dominum. Abiit. Quo abiit? Ex eo loco in quo nõ erat dominus: abiit ad eum locum / in quo erat? Hoc enim videtur indicare cum dicitur abiit interrogare dominum. Nonne vbiq; est deus? Nonne ipse dixit cœlum & terram ego repleo: dicit dominus? Quo ergo abiit Rebecca? Ego puto ꝙ non de loco ad locum abierit: sed de vita ad vitam. de actu ad actum: de bonis ad meliora transierit. de vtilibus ad vtiliora perrexerit: de sanctis ad sanctiora ꝓperauerit. Absurdum nãq; est si ita putemus, imperitam fuisse Rebeccam / & indoctã: quę in domo sapiẽtis Abrahæ: sub viro eruditissimo Ysaac fuerat instituta: vt intra aliquẽ locum dominum putauerit esse conclusum: & illuc iret interrogare: quid paruulorum intra vterũ exultatio designaret. Vis autem videre: quia ex more venit hoc sanctis: vt cum aliquid a deo ostẽdi sibi viderint: vel abire / vel transire se dicant? Moyses cum vidisset rubũ ardere: & nõ exuri admiratus visu dixit. Trãseam: & videbo visum hoc. Non vtiq; & ipse significabat, se aliquod terrę spatium trãsiturum: non montes conscẽdere: nec digredi pręrupta conuallium. Prope ipsum erat visio in ore: & ĩ oculis eius. Sed dicit transeam: vt ostẽdat se commonitum visione cœlesti: ad superiorẽ vitã debere conscẽdere ab his / in quibus erat: ad meliora trãsire. Sic ergo & nunc refertur de Rebecca: quia abiit interrogare dominum: quæ (vt diximus abiisse) non passibus pedum: sed mẽtis ꝓfectibus existimanda est. Et tu ergo si cœperis intueri: non ea quæ vidẽtur: sed quę non videntur id est non carnalia: sed spiritalia: nõ pręsentia: sed futura: abiisse diceris interrogare dominum. Si eruas te de conuersatione veteri: & a consortio eorum: cum quibus turpiter & notabiliter vixeras: honestis vero te: ac religiosis actib⁹ socies: cum requisitus fueris inter sodales turpitudinis: & in cateruis noxiorum nequaq̃ fueris repertus: dicetur & de te: quia abiit ĩterrogare dominum. Sic igitur sancti non de loco ad locum: sed de vita ad vitam: de institutis primis abeunt ad instituta
potiora. Dixit ergo ei dominus. Duæ gẽtes in vtero tuo sunt: & duo populi de ventre tuo segregabũtur. Et populus populum superabit: et maior seruiet minori. Quomodo populus populum superauerit: id est ecclesia synagogã et quomodo maior seruit minori: etiam ipsis Iudeis licet non credẽtibus notum est. His ergo quæ palam sunt: & valde omnibus trita: dicere supfluum puto. Illud (si placet) addam⁹: ꝙ vnũquẽq; nostrum / qui hæc audit: ædificare & instruere queat. Ego puto ꝙ & de singulis nobis hoc dici potest: qa duę gentes: & duo populi intra nos sunt. Nam & virtutũ populus intra nos est: & vitiorum nihilominus populus intra nos est. De corde eñ nostro procedunt cogitationes malę: adulteria. furta. falsa testimonia doli. contentiones. hęreses. inuidię comessationes: & his similia. Vides quantus malorũ populus intra nos est? Si vero mereamur illam vocem dicere sancto spiritui. A timore tuo domine in vtero concepimus: & peperimus: spiritũ salutis tuæ fecimus super terram: tũc & alius intra nos populus inuenitur in spiritu generat⁹. Fructus enim spiritus est charitas. gaudium. pax. patientia. humilitas. mansuetudo. continentia. castitas: & his similia. Vides & alium populum qui & ipse intra nos est: sed iste minor est: ille maior. Semper enim plures sunt mali: q̃ boni: & vitia numerosiora virtutibus. Sed si tales sumus: qualis Rebecca: & mereamur de Ysaac: id est de verbo dei habere conceptum: etiam in nobis populus populum superabit: & maior seruiet minori. Seruiet etenim caro spiritui: & vitia virtutibus cedent. Et impleti sunt (inquit) dies D
eius vt pareret: & erant gemini in vẽtre eius. Hic sermo / id est impleti sunt dies eius / vt pareret: nunq̃ fere nisi de sanctis mulierib⁹ scribitur. De hac namq; Rebecca dictum est hoc: et de Helisabeth matre Ioannis: & Maria matre domini nostri Iesu Christi. Vnde mihi videtur eximium aliquid: & præter cęteros homines huiuscemodi partus ostendere: & repletio dierum ꝑtum perfectæ sobolis indi-

E care. Exiit autem filius (inquit) primitiuus: rubens: & totus tanq̃ pellis hirsutus. Cognominauit autem nomen illius Esau: & postea exiit frater eius: & manus eius implexa erat calcaneo Esau: & appellauit nomẽ illius Iacob. Refert de his alia scriptura: quia Iacob supplãtauit in ventre fratrem suum: & huius rei indicium sit: ꝙ manus eius implexa erat calcaneo fratris sui Esau. Qui Esau de vtero matris suæ processit hirsutus totus tanq̃ pellis: Iacob autẽ leuis & simplex. Vnde & Iacob a luctando nomen accepit. Esau vero (vt aiunt) q hebræa nomina interpretantur: vel a rubore: vel a terra: id est rubrus: vel terrenus: vel (vt aliis visum est) factura dictus esse videat. Verũ quæ sunt istius natiuitatis priuilegia? Cur autem ille supplantauerit fratrem: & leuis: ac simplex natus sit: cũ vtiq; (sicut dicit apostolus) ex vno fuerit Ysaac patre nostro vtriusq; filii conceptus: vel cur ille totus hirsutus & horridus: & (vt ita dicam) peccati & nequitię squalore circundatus: non est meum discute-

F re. Si enim voluero in altum fodere: & aquę viuæ latentes venas aperire: continuo aderunt Philistini: & litigabunt mecum: & rixas mihi: et calumnias commouebũt: & incipient replere terra sua: & luto puteos meos. Nam vtiq; si permitterent isti Philistini: & ego volebam accedere ad dominum meum patientissimũ Iesum: qui dicit: quia ego venientem ad me non repello. volebam accedere: & sicut dixerunt ei discipuli: domine quis peccauit: hic/an parentes eius: vt cæcus nasceretur? Et ego volebam interrogare eum & dicere: domine quis peccauit hic Esau: an parentes eius: vt sic totus hirsutus: & horridus nasceretur: vt in vtero supplantaretur a fratre? Sed si voluero iterrogare de his verbum dei: & inquirere: statim mihi lites Philistini/& calumnias mouẽt. & ideo nos relinquẽtes hunc puteum: & vocantes eũ

G inimicitiam: aliũ fodiamus. Post hęc (inquit) seminauit Ysaac ordeum: & inuenit cẽtuplũ. Benedixit autem illum dominus: & magnificatus est homo: & processu maior fiebat quoadusq; magnus factus est valde. Quid est ꝙ Ysaac ac hordeum seminauit: & non frumentum: & benedicitur in eo ꝙ hordeum seminat & magnificatur quousq; magnus fiat? Apparet ergo quia nondum magnus erat: sed postea q̃ seminauit hordeum: & collegit cẽtuplũ: tunc factus est magnus valde. Hordeũ iumentorũ maxime cibus est: aut seruorũ rusticorũ Est enim species asperior: & quæ velut acuminibus quibusdam: contingẽtem stimulare videatur. Ysaac sermo dei est: qui sermo in lege hordeum seminat: & in euãgeliis triticũ. Illũ eñ cibũ perfectioribus/& spiritualibus: hunc imperitioribus & animalibus parat: quia scriptum est: homines & iumẽta saluos facies domine. Ysaac sermo legis hordeum seminat: et tamẽ in ipso hordeo inuenit cẽtesimũ fructũ. Inuenis eñ & in lege martyres: quorũ est centesimus fructus. Sed & dominus noster in euãgeliis Ysaac: perfectiora quæq; apostolis: turbis autẽ plæbeia: & cõmunia loquebatur. Vis autẽ videre: quia etiã ipsius hordei cibos incipientibus exhibuit? Scriptum est in euãgeliis: quia secũdo pauerit turbas. Sed illos quos primo pascit: id est incipientes: hordeaceis panibus pascit. Postea vero cũ iam profecissent in verbo & doctrina: triticeos eis exhibet panes. Sed post hoc dominus (inqt) benedixit Ysaac et magnus factus est valde. Paruus erat Ysaac H in lege: sed ꝓcessu tẽporis fit magnus. Fit magnus ꝓcessu tẽporis in prophetis. Nã in sola lege nondũ magnus est: quippe quę & velamine tecta est. Crescit ergo iã in prophetis. Cum vero peruenerit ad hoc vsq;: vt & velamẽ abiiciat: tunc erit magnus valde. Cum ceperit litera legis velut palea hordei ei⁹ secerni: & apparuerit ꝙ spiritalis est lex: tũc Ysaac magnificabitur & fiet magnus valde. Vide eñ quia et dominus in euãgeliis paucos panes frãgit: et quot milia reficit populorũ: & quãti cophini reliquiarũ supersunt? Donec ĩtegri sunt panes nemo saturatur. nemo reficit. nec ipsi panes videtur augeri. Consydera ergo nũc quomodo paucos panes frangimus: de scripturis diuinis paucos sermones assumimus: quot milia hominũ saturantur. Sed nisi fracti fuerint isti panes: nisi in partes cõminuti a discipulis hoc est nisi minutatim litera fuerit discussa & fracta: sensus eius ad oẽs nõ potest peruenire. Cũ autẽ ptractare cœperim⁹: & singula queq; discutere: tunc turbę quidẽ quãtum poterũt: sumant. Qđ autem non potuerint: colligẽdũ est: & reseruãdum: ne quid pereat. Seruamus I ergo & nos siquid turbæ capere non possunt: & colligimus in cophinis & sportis. Deniq; cũ pauloante fregissem panem de Iacob: & Esau: quanta de illo pane fragmenra superauerint? Quæ nos diligẽter recollegimus ne perirẽt: et seruamus in sportis vel cophinis: vsquequo dominus de ipsis quid etiã fieri iubeat: videamus. Nunc autẽ quãtũ possibile est: vel de panibus comedamus: vel de puteis hauriamus. Tentemus facere etiam illud qđ sapientia cõmonet dicens. Bibe aquas de tuis fontibus: et de tuis puteis: & sit tibi fons tuus propri⁹. Tẽta ergo & tu o auditor habere proprium pu-

reum & propriũ fontem: vt & tu cũ appræhẽderis librum scripturarũ: incipias etiã ex proprio sensu ꝓferre aliquẽ intellectũ: & secundũ ea: quæ in ecclesia didicisti: tenta & tu bibere
A de fonte ingenii tui. Est intra te natura aquæ viuæ: sunt venę perennes: & irrigua flueta rationabilis sensus: si modo non sint terra: & ruderibus oppleta. Sed satis age fodere terram tuã: & purgare sordes: id est ingenii tui amouere desidiã: & torporẽ cordis excutere. Audi eñ qd dicit scriptura. Pũge oculũ: & ꝓfert lachrymã: punge cor: & ꝓfert sensum. Purga ergo & tu ingeniũ tuum: vt aliquãdo etiã de tuis fontibus bibas: & de tuis puteis haurias aquã viuã. Si eñ suscepisti in te verbum dei si accepisti ab Iesu aquã viuã: & fideliter accepisti: fiet in te fons aquę salientis in vitã ęternã. In ipso Iesu Christo dño nostro: cui est gloria & imperiũ in sęcula sęculorum. Amen.

De puteis: quos fodit Ysaac: & repleti sunt a Philistinis. Homilia Tertiadecima. Ca. xxvi.

B Solita ergo ad puteos semp patriarcharũ inuenim⁹ exercitia. Ecce eñ refert scriptura: ꝙ Ysaac postq̃ benedixit illũ dñs: & magnificatus est valde: aggressus est opus magnũ. Et cœpit (inqt) fodere puteos. Puteos: quos foderant pueri eius in tẽpore patris eius Abraham: sed oppilauerũt eos Philistini: & impleuerũt terra. Primo ergo habitauit apud puteũ visionis: & illuminatus a puteo visionis/aggredit̃ alios puteos aperire. Et nõ primũ nouos puteos: sed quos foderat pater eius Abrahã. Et cũ fodisset primũ puteũ: zelati sunt (inquit) eũ Philistini. At ille zelo eorũ nõ est deterritus: nec cessit inuidiæ: sed iterũ (inqt) fodit puteos: quos foderant pueri Abraham patris ei⁹: & oppilauerũt eos Philistini post mortẽ Abrahę patris eius: & posuit illis nomina secũdũ nomina: quę posuerat pater eius. Fodit ergo illos puteos: quos pater suus foderat: & qui p malitiã Philistinorũ terra fuerãt repleti. Fodit & alios nouos in valle Gerararũ nõ quidẽ ipẽ: sed pueri eius: & inuenit (inquit) ibi puteum aquæ viuę. Sed rixati sunt pastores Gerararũ cũ pastoribus Ysaac: dicentes suã esse aquã: & appellauit nomẽ putei/iniquitas. Inique enim gesserunt cũ eo: sed Ysaac recedit a malitia eorũ: & fodit iterũ alterum puteũ: & pro ipso nihilomin⁹ (inquit) altercabantur: & appellauit nomẽ eius inimicitiam. Et recessit inde: & fodit iterũ puteum alium: & non sunt rixati. Ideo & appellauit nomen eius amplitudo dicẽs: quia nũc dilatauit nos deus: & auxit nos sup terrã. Bene in quo-
C dã loco sanctus apostolus consyderans mysteriorũ magnitudinẽ dicit. Et ad hæc quis idoneus? Simili modo: immo lõge dissimili: quanto longe illo inferiores sumus: etiã nos videntes tantam mysterii altitudinem puteorũ: dicimus: & ad hęc quis idoneus? Quis enim digne valeat explicare vel puteorũ sacramenta tantorũ: vel eorũ: quæ gesta pro puteis referũtur: nisi inuocemus patrem verbi viuentis: & ipse in ore nostro verbũ dare dignetur: vt sitientibus vobis possimus aliquãtulũ aquæ viuæ haurire ex his tam copiosis: & multiplicibus puteis? Sũt ergo putei: quos foderũt pueri Abraham: sed hos Philistini repleuerũt terra. Hos ergo primũ purgare aggredit̃ Ysaac. Philistini aquas oderũt: terrã diligunt. Ysaac aquas diligit: puteos semp quęrit: veteres purgat: nouos aperit. Intuere nostrũ Ysaac: qui D
pro nobis oblatus est hostia: venientem in valle Gerararum: quã interpretãtur machęram siue sepem venientem in aquam: vt medium parietem sepis soluat: & inimicitias in carne sua: veniẽtẽ tollere machærã: id est peccatũ quod inter nos separat/& deum: machæram quæ est media inter nos: & cœlestes virtutes: vt faciat vtraꝙ vnũ: & ouem: quæ errauerat: humeris suis reportet ad montes: & restituat ad alias nonagintanouẽ: quæ non errauerũt. Hic ergo Ysaac saluator noster cũ venisset in istam vallẽ Gerararũ: primo omniũ illos puteos fodere vult: quos foderant pueri patris sui: legis scilicet & ꝓphetarũ. Vult puteos innouare: quos Philistini terra repleuerãt. Qui E
sunt isti: q terra puteos replent? Illi sine dubio qui in lege terrenã: & carnalẽ intelligẽtiã ponunt: & spiritualẽ ac mysticã claudũt: vt neꝙ ipsi bibãt: neꝙ alios bibere permittant. Audi Ysaac dominũ nostrũ Iesum in euangeliis dicentẽ. Vę vobis scribæ & pharisęi hypocritę: quoniã tulistis clauẽ sciẽtiæ: & neꝙ ipsi introistis: neꝙ intrare volentes permisistis. Isti sunt ergo: qui puteos: quos foderãt pueri Abrahã: terra repleuerũt: qui legem carnaliter docẽt: & aquã sancti spiritus maculant. Qui puteos ad hoc habent: nõ vt aquã proferãt: sed vt terram ponãt. Hos ergo puteos aggreditur fodere Ysaac. Et videamus quomodo eos fodit. Cũ pueri Ysaac: qui sunt apostoli domini nostri: trãsierẽt (inquit) per segetes sabbato vellebãt spicas: & cõfricantes manibus manducabant. Tũc ergo dicebãt ei isti: qui terra repleuerãt puteos patris eius. Ecce discipuli tui faciunt

sabbatis quod nō licet. Ille vt terrenū eorum
foderet intellectum: dicit ad eos. Non legistis
quid fecit Dauid: cum esuriret ipse: & qui cū
ipso erant: quomodo intrauit ad Abiatar sa-
cerdotem / & panes propositionis māducauit
ipse: & pueri sui: quos non licebat manducare
nisi solis sacertotibus. Et his addidit. Si scire-
tis quid est misericordiam volo: & non sacrifi
cium: nunq̄ vtiq; condemnassetis innocētes.
F Sed illi ad hæc quid referūt? Rixati sunt cum
pueris eius: & dicunt: non est hic homo a deo
qui sabbatum nō custodit. Hoc ergo modo fo
dit puteos Ysaac: quos foderant pueri patris
sui. Puer patris sui erat Moyses: qui foderat
puteum legis. Pueri patris sui erāt Dauid: &
Solomon: & prophetæ: & siqui illi sunt: qui li-
bros scripserāt veteris testamenti: quos terre
na: & sordida repleuerat intelligentia iudęo-
rum. Quā cum vellet purgare Ysaac: & osten
dere quia quæcūq; lex: & prophetæ dixerant /
de ipso dixerāt: rixati sunt cum eo Philistini:
sed discedit ab eis. Non enim potest esse cum
eis: qui in puteis nolunt aquā habere: sed ter-
rā: & dicit eis. Ecce relinquetur vobis domus
vestra deserta. Fodit ergo Ysaac: & nouos pu
teos: immo pueri Ysaac fodiunt. Pueri sunt
Ysaac. Mattheus. Marcus. Lucas. Ioannes. Pue
ri eius sunt: Petrus. Iacobus. Iudas. puer eius
est & apostolus Paulus: qui omnes noui testa-
menti puteos fodiunt. Sed & pro his altercan
tur illi: qui terrena sapiunt: nec noua cōdi pa-
tiuntur: nec vetera purgari. Euangelicis pu-
teis cōtradicunt: apostolicis aduersantur. Et
quoniam in omnibus contradicunt: in omni-
bus litigant: dicitur ad eos: quoniā indignos
vos fecistis gratia dei: ex hoc iā ad gentes ibi-
G mus. Post hæc ergo fodit tertiū puteū Ysaac:
& appellauit nomen loci illius amplitudo: di-
cēs: quia nūc dilatauit nos dominus: & auxit
nos super terrā. Vere enim dilatat⁹ est Ysaac
& auctum est nomen eius super terrā: cū ad-
impleuit nobis scientiā trinitatis. Tunc enim
tantum in Iudæa notus erat Deus: & in israel
magnū nomen eius nominabatur: nūc autem
in omnē terrā exiuit sonus eorū: & in fines or
bis terræ verba eorum. Eūtes em̄ pueri Ysaac
per vniuersum orbē terræ: foderūt puteos: &
aquā viuā omnibus ostenderunt: baptizantes
oēs gētes in nomine patris: & filii: & spiritus
sancti. Domini em̄ est terra: & plenitudo ei⁹.
Sed & vnusquisq; nostrū: qui verbū dei mini-
strat: puteū fodit: & aquam viuam quærit: ex
qua reficiat auditores. Si ergo incipiā & ego
veterū dicta discutere: & sensum in eis quęre
re spiritalem: si conatus fuero velamen legis
amouere: & ostendere allegorica esse quæ scri
pta sunt: fodio quidem puteos: sed statim mi-
hi mouebunt calūnias amici literę: & insidia-
buntur mihi: inimicitias cōtinuo & psecutio
nes parabunt: veritatē negātes stare posse: ni
si super terram. Sed nos si Ysaac pueri sumus:
puteos aquæ viuæ diligamus: & fontes / a liti-
giosis / & calumniatoribus recedamus: & re-
linquamus eos in terra: quā diligunt. Nos ve
ro nunq̄ cessemus puteos aquę viuæ fodiēdo:
& nunc quidem vetera: nunc etiā noua discu
tiendo: efficiamur similes illi euangelico scri-
bę: de quo dominus dixit: quia profert de the-
sauro suo noua / & vetera. Sed & siqs eorū me H
nūc audiat disputātē: qui sæculares literas no
uit: dicit fortasse: nostra sunt ista: quę dicis: &
nostræ artis eruditio est hæc ipsa quæ dispu-
tas: & doces: nostra eloquentia est. Et mouet
mihi lites velut Philistin⁹ quidā dicens: quia
in meo solo fodisti puteū: & videbit sibi meri-
to vendicare: quæ propriæ terræ sunt. Verū
ad hæc ego respōdebo: quia habet omnis ter-
ra aquas sed qui Philistinus est: & terrena sa-
pit: nescit in omni terra inuenire aquā: nescit
in omni anima inuenire rationabilē sensum:
ad imaginē dei: nescit fidē: pietatē: religionē
posse in omnibus inueniri. Quid tibi prodest
habere eruditionem: & nescire ea vti? & habe
re sermonem: & nescire loqui? Istud opus pro
prie puerorum Ysaac est: qui in omni terra fo
diūt puteos aquæ viuæ: idest omni animę ver
bum dei loquūtur: & inueniunt fructum. De- I
niq; vis videre: vnus puer Ysaac quantos pu-
teos in terra alienigenarū foderit? Vide Pau-
lum: qui ab Hierusalē in circuitu vsq; ad Illy-
ricū repleuit euāgelium dei. Sed per singulos
istos puteos persecutiones passus est Philisti-
norum. Audi ipsum dicentem: quanta mihi
acciderunt Iconio: Listris: quanta in Epheso?
quoties cęsus: & quoties lapidatus est: quoties
pugnauit ad bestias? sed permāsit vsq; quo exi
ret ad latitudinem: id est vsq; quo in totius or
bis terrę latitudinem ecclesias collocaret. Sic
ergo putei: quos fodit Abrahā: id est scriptu-
ræ veteris testamenti repleti sunt terra a Phi
listinis: siue malis doctoribus: Scribis: & Pha-
risæis: siue etiam aduersariis potestatibus: &
obturatæ sunt eorū venæ: ne potum præbeāt
his: qui ex Abraham sunt. Non enim popu-
lus ille bibere potest de scripturis: sed sitim pa
titur verbi dei: donec veniat Ysaac: & aperi-
at eos vt bibant pueri sui. Gratias ergo filio K
Abrahæ Christo: de quo scriptū est. Liber ge-
nerationis Iesu Christi fili Dauid: filii Abra-
ham: qui venit: & aperuit nobis puteos. Ipsos

enim aperiebat illis: qui dicebant. Nonne cor nostrum ardēs erat in nobis: cum aperiret nobis scripturas? Apuit ergo hos puteos: & vocauit eos: sicut vocauerat eos Abraham pater eius. Non enim immutauit vocabula puteorum. Et est mirū quod Moyses etiā apud nos Moyses appellatur: & prophetæ vnusquisq; suo nomine appellātur. Non enim Christus in eis nomina / sed intelligentiam commutauit. Cōmutauit autē in eo: vt iam vltra non attendamus iudaicis fabulis: & genealogiis infinitis. qui a veritate quidem auditum auertant: ad fabulas autem conuertūtur. Aperuit ergo puteos: & docuit nos: vt nō in aliquo loco quæramus deum: sed sciamus quia in omni terra offertur sacrificiū nomini eius. Nūc enim illud est tēpus quādo veri adoratores adorant patrē neq; in Hierosolymis: neq; in mōte Garizin: sed in spiritu: & veritate. Non ergo in loco: neq; in terra habitat deus: sed in corde habitat. Et si locū dei requiris: cor mundū est locus eius. In hoc nāq; loco habitaturū se dicit: cum per pphetā ait. Habitabo in eis: & inambulabo & ipsi erūt mihi populus: & ego ero il-
A lis deus dicit dn̄s. Vide ergo quia forte etiā in vniuscuiusq; nostrū anima est puteus aquę viuæ: est quidā cœlestis sensus: & imago dei latens: & hūc puteū Philistini / id est potestates aduersæ repleuerūt terra. Quali terra? Carnalibus sensibus: & terrenis cogitationib⁹: & propterea portauimus imaginē terreni. Tūc ergo cum portaremus imaginē terreni: Philistini repleuerūt terra puteos n̄ros. Sed nunc quoniā venit noster Ysaac: suscipiam⁹ ei⁹ aduentū: & fodiamus puteos nostros: & abiiciamus ab eis terrā. purgem⁹ eos ab omnib⁹ sordibus: & a cūctis cogitationib⁹ luteis: & terrenis: & inueniemus in eis aquā viuā: illam / quā dicit dominus: qui credit in me flumina de ventre ei fluent aquæ viuæ. Vide quāta sit liberalitas domini. Puteos repleuerūt Philistini: & venas nobis aquarum exiles / & tenues inuiderunt: & pro his nobis fontes reddūtur: & flumina. Si ergo & vos hodie hęc audiētes fideliter percipiatis auditū: operat̄ & ī vobis Ysaac purgat corda vestra a terrenis sensib⁹: & vidētes hęc tāta mysteria in scripturis diuinis esse latētia: pficitis in intellectu: & proficitis in spiritalibus sensibus. Incipietis etiam ipsi esse doctores: & pcedēt ex vobis flumina aquę viuæ. Adest enim verbū dei: & hęc nunc eius est operatio: vt de anima vniuscuiusq; nostrū remoueat terram: & aperiat fontē viuum. Intra te enim est: & nō extrinsecus venit: sicut & regnū dei intra te est. Et mulier illa: quæ pdide-rat dragmā: nō illam inuenit extrinsecus: sed in domo sua. posteaq̄ accēdit lucernā: & mundauit domū sordibus: & immūditiis quā longi temporis ignauia & hebetudo congesserat et ibi inuenit dragmam. Et tu ergo si accēdas B lucernam: si adhibeas tibi illuminationē spiritus sancti: & in lumine eius videas lumen: inuenies intra te dragmam. Intra te nāq; est collocata imago regis cœlestis. Cum enim faceret hominem ex initio deus: ad imaginem et similitudinē suam fecit eum: & hanc imaginē non extrinsecus: sed intra eū collocauit. Hæc in te videri non poterat: donec domus tua sordida erat: immunditiis & ruderibus repleta. Iste fons scientiæ intra te erat situs: sed nō poterat fluere: quia Philistini repleuerant eum terra: & fecerant in te imaginem terreni. Sed tu portasti quidem tunc imaginem terreni. Nūc vero his auditis ab illa omni mole: & oppressione terrena per verbū dei purgat⁹: imaginem cœlestis in te splendescere facito. Hæc ergo imago est: de qua dicebat pater ad filiū: faciamus hominē ad imaginē: & similitudinē nostram. Filius dei est pictor huius imaginis. Et quia talis: ac tantus est pictor: imago eius obscurari per incuriam potest: deleri per malitiam non potest. Manet enim semper imago dei in te: licet tu tibi ipse superducas imaginē terreni. Istam picturam tu tibi ipse depingis. Cū enim te libido fuscauerit: induxisti vnum colorem terrenū. Si vero & auaritiæ studeas: miscuisti & aliū. Sed & cū te ira sanguineum facit: addis nihilominus & tertium colorem. Superbiæ quoq; alius additur fucus: & impietatis alius. Et sic per singulas quasq; malitias: velut diuersis coloribus cōgregatis: hāc imaginem terreni: quā deus in te non fecit: tu tibi ipse depingis. Propterea ergo deprecādus est nobis ille: qui dicit per prophetā: ecce ego deleo sicut nubem iniquitates tuas: & sicut caliginem peccata tua. Et cum deleuerit omnes istos in te colores: qui ex fucis malitię sumpti sunt: tunc resplēdet in te imago illa quę a deo creata est. Vides quomodo diuinæ scripturæ C formas inducunt: & figuras: quibus ad agnitionem / vel purgationē sui anima doceatur. Vis adhuc et aliā videre formam huius imaginis? Sunt quędam literæ: quas deus scribit: quædā literæ: quas nos scribim⁹. Peccati literas nos scribimus. Audi apostolū dicentē. Delens (inquit) quod aduersum nos erat chirographum in decretis: qd̄ erat cōtrariū nobis: tulit illud de medio: affigens illud cruci suæ. Istud quidem quod dicit chirographū / peccatorum nostrorum cautio fuit. Vnusquisq; et-

enim nostrũ: in his/quæ delinquit: efficit debitor: & peccati sui literas scribit. Quia & in iudicio dei: quod Daniel consedisse describit: libros dicit apertos: sine dubio: qui peccata hominũ continerent. Hos ergo ipsi nobis scribimus per ea: quę delinquimus. Huius enim rei & illa imago est: quæ in euãgelio dicit de villico iniquitatis: qui ad vnũquenq; debitorem dicit: accipe literas tuas: & sedẽs scribe octoginta: & cætera quę referũtur. Vides ergo qa vnicuiq; dicitur: accipe literas tuas. Vnde cõstat nostras esse literas peccati: literas autem iustitiæ deus scribit. Ita enim dicit apostolus. Vos eñ estis epistola scripta: non atramẽto: sed spiritu dei viui: non in tabulis lapideis: sed in tabulis cordis carnalibus. Habes ergo in te literas dei: & literas spiritus sancti. Si vero delinquas: ipse tibi cõscribis peccati chirographũ. Sed vide quia cum semel accessisti ad crucem Christi: & ad gratiã baptismi: chirographũ tuũ cruci affixũ: & in fonte baptismi deletum est. Non rescribas vltra: quæ deleta sunt: nec repares quæ abolita sunt: solas in te serua literas dei: sola in te permaneat scriptura spirit⁹ sancti. Sed redeam⁹ ad Ysaac: & fodiamus cũ ipso puteos aquæ viuæ etiã si obsistunt Philistini: etiam si rixantur: nos tamẽ perseuerem⁹ cum ipso puteos fodiẽdo: vt & nobis dicatur: bibe aquã de tuis fontib⁹: & de tuis puteis: & intantũ fodiamus: vt superabũdent aquæ putei in plateis nostris: vt non solum nobis sufficiat scientia scripturarum: sed & alios doceamus: & alios instruamus: vt bibant homines: bibant & pecora. Audiant prudentes: audiãt simplices quiq;: sapiẽtibus & insipiẽtibus debitor est doctor ecclesiæ: potare homines: potare debet & pecora: quia & ꝓpheta dicit: homines & iumẽta saluos facies domine: illuminãte nos/ & purgante corda nostra ipso domino Iesu Christo saluatore nostro: cui ẽ gloria imperiũ in sęcula sęculorum. Amen.

De eo: ꝙ apparuit domin⁹ Ysaac ad puteũ iuramenti: & de pacto: quod composuit Abimelech. Homilia Quartadecima: Secundæ patris. Cap. XXVI.

Criptũ est in propheta ex persona domini dicentis: & in manibus ꝓphetarũ assimilatus sum. Qui sermo illud indicat: qđ cũ vnus sit dominus noster Iesus Christus per substãtiã suã: & nihil aliud: q̃ fili⁹ dei sit: in figuris tamen: & formis scripturarũ: varius ac diuersus ostendit. Verbi gratia, sicut in superioribus exposuisse nos memini: ꝙ ipse fuisset in typo Ysaac: cũ offerret ad holocaustum: ipsius tamẽ & aries formã teneret. Ego amplius dico: ꝙ in angelo: qui locutus est ad Abraham: & dicit ei: ne iniicias manũ tuã in puerũ: ipse ostendit: quia iterũ dicit ad eum. Propterea ꝙ fecisti verbũ hoc: benedicens benedicam te: ouis: vel agn⁹: qui immolatur in pascha: ipse dicit & ouiũ pastor. Ipse signatur & pontifex: qui offert sacrificiũ: nihilominus ipse describit spõsus tanq̃ verbũ dei ipe appellat & tanq̃ sapiẽtia ipe rursus spõsa nominat: sicut & propheta dicit ex persona ipsius: tanq̃ sponso posuit mihi mitrã: tanq̃ sponsam adornauit me ornamẽto: & multa alia: quæ nũc interim ꝑsequi lõgum est. Sicut ergo ipse dñs ꝓ loco & tẽpore formã sui singulis quibusq; accõmodat causis: ita etiã sancti: qui ei⁹ typum gerebãt ꝓ locis & tẽporibus: & causis: mysteriorũ fuguras egisse credẽdi sunt: sicut & nũc fieri in Ysaac videmus: de quo recitatũ est nobis. Ascendit (inqt) inde ad puteũ iuramenti: & apparuit ei dñs nocte illa: & dixit. Ego sum deus Abraham patris tui: noli timere. Tecũ enim sum: & benedicam te: & multiplicabo semen tuũ propter Abraham patrẽ tuũ. Huius Ysaac duas nobis figuras exposuit apostolus Paulus: vnam/qua dixit: ꝙ Ismahel quidem filius Agar: populi secũdum carnẽ: Ysaac vero populi/qui ex fide est: formã tenet: & aliã qua ait: non dixit ex seminibus/quasi in multis: sed semini tuo tãq̃ in vno: qui est Christus. Tenet ergo Ysaac populi figurã: & Christi. Christũ autẽ tanq̃ verbũ dei non solum in euangeliis loqui: sed & in lege certum est & ꝓphetis. Verum in lege incipientes: in euãgeliis perfectos docet. Et Ysaac ergo formã nunc verbi quod in lege: vel prophetis est: tenet. Ascẽdit igitur Ysaac ad puteũ iuramenti: & apparuit illi dominus. Ascensionem legis & ante iam dixim⁹ ornatum templi esse: & eorum: quę inibi diuina gerebantur obsequia. Potest & augmẽtum prophetarum legis ascẽsio nominari: & propterea forte ad puteum iuramẽti ascendisse dicitur: & ibi apparuisse ei dominus. Nã per ꝓphetas iurauit domin⁹: & non penitebit: ꝙ ipse sit sacerdos in æternum secũdum ordinem Melchisedech. Ad puteum ergo iuramẽti visus est ei deus: futura in eo ꝓmissa confirmãs. Et ędificauit ibi altare Ysaac: & inuocauit nomen domini & fixit ibi tabernaculum suũ. Foderunt autem ibi pueri Ysaac puteum. Aedificat quidem Ysaac etiam altare in lege: & figit tabernaculũ suum. In euãgeliis vero non

tabernaculũ figit:sed domũ ædificat:& funda mentum collocat. Audi eñ dicentẽ sapientiã de ecclesia. Sapiẽtia (inquit) ędificauit sibi do mum:& supposuit septẽ columnas. Audi de hoc etiã Paulum dicentẽ. Fundamẽtum enim nemo potest ponere:pręter id qđ positum est: qui est Iesus Christus. Vbi ergo tabernaculũ est etiam si figatur/sine dubio resoluendũ est: vbi vero fundamenta sunt:& supra petrã ędi ficatur domus:nunq̃ resoluitur domus illa. Fũdata enim est supra petram. Fodit tamẽ & ibi puteũ Ysaac: nec vnq̃ cessat puteos fodien do/donec oriatur fons aquę viuæ:& fluminis impet⁹ lętificet ciuitatẽ dei. Sed & Abimelech ille:qui dudum honorauerat Abraham:venit nũc cũ amicis suis de Geraris ad Ysaac. Et di cit illis Ysaac. Quid venistis ad me? Vos enim odistis me: & eiecistis me a vobis. Ad hæc illi respondẽt. Vidẽtes (inquit) vidimus:quia est dominus tecũ & diximus:fiat cõiuratio inter nos & te:& constituamus tecũ pactum ne faci

A as nobiscum mala: & cætera. Iste Abimelech (vt video) nõ semper pacem habet cũ Ysaac: sed aliquãdo dissidet:aliquãdo pacẽ requirit. Si meministis quomodo in superioribus dixi mus de Abimelech: q̃ personã teneat studio sorũ:& sapientiũ sæculi:qui per eruditionem philosophiæ:multa etiã ex veritate cõpręhẽ derũt:intelligere potestis: quomodo hic cum Ysaac:qui verbum dei/quod in lege est: tenet figurã: neq; in dissensione semper potest esse: neq; semper in pace. Philosophia enim neq; in omnibus legi dei cõtraria est: neq; in omnib⁹ consona. Multi enim philosophorũ vnum esse deum:qui cũcta creauerit/scribũt:in hoc con sentiunt legi dei. Aliquãti etiam hoc addide runt:q̃ deus cũcta per verbum suũ & fecerit: & regat:& verbũ dei sit quo cuncta moderen tur. In hoc nõ solum legi/sed & euãgeliis con sona scribũt. Moralis vero & physica quę dici tur philosophia: pene omnia quæ nostra sunt sentiũt. Dissident vero a nobis:cũ deo dicunt esse materiã coęternam. Dissident:cũ negant deum curare mortalia: sed prouidentiã eius/ supra lunaris globi spatia cohiberi. Dissident a nobis: cum vitas nascẽtium stellarum cursi bus pẽdunt. Dissident:cum perpetuum dicũt hunc mundum:& nullo fine claudẽdum. Sed & alia plurima sunt: in quibus nobiscum vel dissident:vel concordant. Et ideo Abimelech secundum hanc figurã aliquando in pace esse cum Ysaac: aliquando dissidere describitur.

B Sed & hoc non puto q̃ ociose spiritui sancto: qui hæc scribit:curæ fuerit comprahendere: q̃ duo alii cũ Abimelech venerit: id est Ocho zach gener eius:& Ficol dux exercitus ei⁹. In terpretatur autem Ochozach tenẽs: & Ficol os omnium. Ipse autem Abimelech/pater me us rex. Qui tres (vt ego arbitror) imaginem totius philosophię tenẽt:quę apud eos in tres partes diuiditur. logicam. phisicam. ethicam id est rationalẽ. naturalem. moralem. Rationa lis est illa:quę deũ patrẽ omniũ confitetur:vt est Abimelech. Naturalis illa est: quæ fixa est & tenet omnia velut naturæ ipsius viribus ni tens:quã profitetur Ochozach:qui dicitur te nens. Moralis est:quę in ore est omnium:& ad omnes pertinet:& pro communi similitudine pręceptorum/in omniũ ore versatur:quã de signat iste Ficol: qui os omniũ interpretatur. Hi ergo omnes in huiuscemodi eruditiõibus instituti/veniũt ad legẽ dei:& dicunt. Viden tes vidimus:quia est dominus tecum:& dixi mus:fiat cõiuratio inter nos:& inter te:& cõ stituamus tecum pactum:ne facias nobiscum mala:sed queadmodum nos te non sumus exe crati:ita & tu benedict⁹ domino. Possunt qui C
dem isti tres:qui pacem requirũt a verbo dei: & præuenire cupiũt pacto societatẽ eius:figu ram tenere Magorũ:qui ex oriẽtis partib⁹ ve niunt:eruditi paternis libris: & institutioni bus maiorum:& dicunt:quia vidẽtes vidim⁹ natum regem: & vidimus quia deus est cũ ip so:& venimus adorare eum. Sed & siquis ille est: qui huiuscemodi eruditionib⁹ institutus videns quia deus erat in Christo mũdum re concilians sibi:& admiratus operũ eius maie statem dicat:vidẽtes vidimus/quia est domi nus tecũ:& diximus: fiat cõiuratio inter nos. Ascendẽs enim ad legem dei necessario dicit. Iuraui & statui custrdire mãdata tua. Sed qđ petunt? Ne facias nobis (inquiunt) mala: sed sicut nos te execrati non sum⁹: ita & tu bene dictus domino. Remissionẽ peccatorũ per hęc deposcere mihi videntur: ne recipiant mala. Benedictionem postulant:nõ retributionem. Deniq; vide quid sequit̃. Et fecit illis (inquit) D
conuiuiũ magnum Ysaac: & manducauerũt & biberunt. Certum est enim: quia qui mini strat verbũ sapiẽtibus & insipiẽtibus/debitor est:quia ergo conuiuiũ sapiẽtibus exhibet:ic circo dicit̃:quia non paruũ/sed magnũ conui uiũ fecit. Et tu si non sis adhuc paruulus: & la cte nõ indigeas:sed exercitatos deferas sensus & eruditione plurima p̃missa: ad intelligẽtiã verbi dei capacior venias:fit etiam tibi cõui uium magnũ. Nõ tibi olera languidorũ para bitur cib⁹:nec lacte nutrieris: quo paruuli nu triũtur:sed faciet tibi minister verbi cõuiuiũ magnũ. Loquetur tibi sapiẽtiã: quę inter per

fectos profertur: sapientiam dei in ministerio absconditam proferet tibi: quam nemo principum huius sæculi cognouit. Reuelabit tibi Christum secundum hoc: ꝙ in eo omnes thesauri sapientiæ: & sciẽtiæ absconditi sunt. Faciet ergo tibi cõuiuium magnũ: & ipse tecum epulabitur si te nõ inueniat talem: vt dicat tibi quia non potui vobis loqui: quasi spiritalibus: sed quasi carnalib⁹: tãq̃ paruulis in Christo lac vobis potum dedi non escam. Corinthiis hoc dicit: quib⁹ & addit. Cum enim sint inter vos contentiones: & dissensiones: nonne carnales estis: & secundũ hominẽ ambulatis? Istis non fecit magnũ conuiuiũ Paulus: intantum: vt cũ esset apud eos: & egeret: nulli oneri esset: nec panem gratis ab aliquo manducaret: sed sibi / & omnib⁹ / qui secum erant nocte & die laborantes manus suæ ministrarẽt. Tãtum ergo longe aberant Corinthii quib⁹ magnum conuiuium fieret: vt nec minimũ quidem: vel exiguum apud eos prędicator verbi
E dei potuerit habere cõuiuium. Qui vero sciunt audire perfectius: qui eruditos: & exercitatos ad audiendũ verbum dei deferunt sensus: istis fit magnum conuiuiũ: cum istis epulatur Ysaac: & non solum epulatur: sed & surgens cum iuramento eis pacẽ de futuris promittit. Oremus ergo & nos tali mente tali fide accedere ad audiendum verbum dei vt facere nobis dignetur conuiuiũ magnũ. Sapientia enim iugulauit hostias suas: miscuit in cratere vinũ suum: & misit seruos suos: qui omnes quotquot inuenerint: perducant ad cõuiuium suũ. Tãtũ est: vt & nos ingressi cõuiuiũ sapiẽtiæ nõ rursum nobiscũ indumẽta insipiẽtię deferamus: non infidelitatis veste circundati: nõ peccatorũ maculis fucati: sed in simplicitate & puritate cordis amplectamur verbum: & diuinæ sapientiæ famulemur: qui est Christus Iesus dominus noster: cui est gloria & imperium in ȩcula ȩculorum. Amen.

De eo: quod scriptum est: Et ascenderũt ex Aegypto: & venerũt in terrã Chanaan / ad Iacob patrem suũ: & nuntiauerunt ei dicentes: quia filius tuus Ioseph viuit: & ipse principatum agit totius terræ Aegypti. Homilia Quintadecima. Cap. XLV. & XLVI.

F Bseruandum nobis est scripturas sanctas legentibus: quomodo in singulis qbusꝗ locis ascendere cõmemoratur: & descẽdere. Si enim diligentius consyderemus: inueniemus quia nunq̃ fere in sanctũ quis locum dicitur descendisse: neq; ad vituperabilẽ conscendisse memoratur. Quę obseruationes ostendũt scripturã diuinã nõ (vt plurimis videtur) inerudito / & agresti sermone compositam: sed secundũ disciplinã diuinæ eruditionis aptatã: neq; tantum historicis narrationibus: quantũ rebus & sensibus mysticis seruiẽtem inuenies. Ergo scriptũ est eos: qui ex semine Abrahã nascũtur descendisse in Aegyptũ: & rursum filios israel ascendisse de Aegypto. Deniq; & de ipso Abrahã sic dicitur: ascendit autẽ Abrahã de Aegypto: ipse & vxor eius: & oĩa: quæ eius erãt: & Loth cũ ipso in desertũ. Tum deinde, & de Ysaac dicit: quia apparuit ei dñs: & dixit ei. Ne descẽdas in Aegyptum. Sed & Ismahelitæ: qui portabãt θυμιαματα: & resinã / & guttã & ipsi ex semine Abraham erãt: in Aegyptũ descẽdere referũtur: cũ quibus Ioseph descendisse in Aegyptũ dicit. Sed & post hęc vidẽs (inqt) Iacob quia est cõmercium frumẽti in Aegypto / dixit ad filios suos. Vt qd desides estis? Ecce audio qa est frumentũ in Aegypto. Descẽdite illuc: & emite nobis escas: vt viuamus: & nõ moriamur. Et paulo post. Descẽderũt (inqt) fratres Ioseph in Aegyptũ cõparare frumẽtũ. Sane cũ detẽt⁹ fuisset Symeon in Aegypto: & nouẽ fratres ei⁹ dimissi reuerterẽtur ad patrẽ: nõ est scriptũ qa G
ascẽderunt ex Aegypto: sed imponẽtes (inqt) frumentũ super asinos suos abierũt. Neq; em digne dicerẽtur ascendere: quorũ frater vinctus tenebatur in Aegypto: cũ quo & ipsi mẽte / & animo sollicititi: velut quibusdã charitatis vinculis cruciabantur adstricti. Cũ autem recepto fratre: & agnito Ioseph: sed & Beniamin in oculis eius oblato: cũ lętitia reuertuntur: tũc dicit quia ascẽderunt ex Aegypto: & venerũt ĩ terrã Chanaan ad Iacob patrẽ suũ: tũc etiã quãdo dicunt ad patrẽ: quia Ioseph filius tuus viuit: & ipe principatũ tenet & agit totius terrę Aegypti. Necessario enim ab infimis & humilibus dicunt ad ardua & excelsa conscẽdere: qui Ioseph viuere nuntiãt: & principatũ toti⁹ Aegypti gerere. Hæc interim ad pręsens nobis occurrere de ascẽsione: & descẽsione potuerũt: ex quib⁹ studiosi quiq; occasiones habere possũt: plura de scripturis sanctis pro huiusmodi assertione ꝓbamenta colligere. Videamus sane quomodo audire debeamus de eo: quod scriptũ est: quia Ioseph filius H
tuus viuit. Ego hæc nõ cõmuniter dicta suscipio. Si enim (verbi causa) ponamus: quia potuisset vinci a libidine: & peccasset cum vxore domini sui non puto ꝙ hoc a patriarchis

de eo nuntiatum fuisset patri eius Iacob: quia
filius tuus Ioseph viuit. Hoc enim si fecisset:
sine dubio non viuebat. Anima enim: quę pec-
cat: ipsa morietur. Sed & Susanna eadem do-
cet: cum dicit: Angustiæ mihi sunt vndiq;. Si
enim hoc fecero (id est si peccauero) mors mi
hi est: & si nō fecero / nō effugiā manꝰ vestras.
Vides ergo & ipsam mortē in peccato posuis-
se. sed & ad primū hominē a deo prolata sen-
tentia / eadē continet: cum dicit. Qua die mā-
ducaueritis ex eo: morte moriemini. Statim
nanq; vt pręuaricatus est mandatū: mortuus
est. Mortua est enim anima: quę peccauit: & ar
guitur serpens fefellisse: qui dixit non morte
A moriemini. Et hæc de eo: qđ dictum est a filiis
israel ad Iacob: quia Ioseph filius tuus viuit.
Quibus similia etiam in posterioribus referū
tur: cum dicitur: & resuscitatus est spiritꝰ Ia
cob patris eorum: & dixit: israel magnum mi
hi est: si adhuc Ioseph filius meus viuit. Quod
in latino dicitur resuscitatus est spiritus eiꝰ:
in græco ανεξεπυρωσεν scriptū est. Qđ non
tam resuscitare: q̄ reaccēdere (vt ita dicam)
significat: & reignire. Quod dici solet: cū for
te in aliqua materia ignis / eousq; deficit: vt ex
tingui videatur: & si forte fomentis adhibitis
reparet̃: reaccēsus dicit̃. Aut si lucernę lumen
eousq; perueniat: vt putet̃ extingui: si forte in
fuso oleo resuscitet̃: licet minus polito sermo-
ne / reaccēsa lucerna dicit̃. Similiter & de lāpa
de: vel aliis huiuscemodi luminibus appella-
bitur. Tale ergo aliquid: & in Iacob indicare
videbitur hic sermo / ꝙ donec longe fuit ab Io
seph: & non est ei annūtiatū de vita eius: velu
ti defecerat in eo spiritus eius: & lumen quod
in ipso fuit: fomentis deficientibus iam fuerat
obscuratum. Vbi vero venerunt: qui ei annū
tiarēt de vita eius: id est qui dicerēt: quia vita
erat lux hominū: reaccendit in se spiritū suū:
& reparatum est in eo fulgur luminis veri.
B Qꝫ autem possit interdū diuinus ignis extin
gui: etiā in sanctis / & fidelibꝰ: audi apostolum
Paulū præcipientem his: qui dona spiritus: &
gratiā merebantur accipere: & dicentē: spiri-
tum nolite extinguere. Tāq̄ ergo tale aliquid
passus fuerit Iacob: quale Paulus præcepit fie
ri non debere: & reparauerit se per ea: quæ ei
nuntiata fuerant de vita Ioseph: dicitur de eo
& reaccendit spiritū suū Iacob: & dixit israel:
Magnū mihi est: si adhuc filius meꝰ Ioseph vi
uit. Sed hoc obseruādum est: quia qui reaccē-
dit spiritum suū: eum scilicet / qui pene vide-
batur extinctus: Iacob dicitur. Ille autem qui
dicit. Magnum mihi est: si filius meus Ioseph
viuit: quasi intelligens / & videns magnā esse
vitam: quæ est in Ioseph: spiritalis iste nō iam
Iacob: sed israel scribitur: tanq̄ qui mente vi-
deat verā vitam: quæ est verus deus Christꝰ.
Non solum autē de hoc motus est: quod audi
uit: quia Ioseph filius tuus viuit: sed & de illo
maxime: quod annuntiatū est ei: quia ipse sit:
qui principatū teneat totiꝰ Aegypti. Hoc ēm C
vere magnū est ei: ꝙ in ditionem suam rede-
git Aegyptū. Calcare enim libidinem: fuge-
re luxuriā: omnesq; voluptates corporis pre-
mere: ac frenare: hoc est principatū gerere to
tius Aegypti. Et hoc est: quod apud israel ma
gnū ducitur: & in admiratione habet̃. Siquis
vero est: qui aliqua quidē vitia corporis sub-
iuget: aliis vero cedat & subiaceat: de isto non
integre dicit̃: quia principatū agit totius ter-
rę Aegypti: sed (verbi causa) vnius forte: aut
duarū: vel trium ciuitatū videbit̃ gerere prī
cipatum. Ioseph vero / cui nulla corporis libi-
do dominata est: totius Aegypti princeps / &
dominꝰ fuit. Dicit ergo nō iā Iacob: sed israel
reaccenso spiritu. Magnum mihi est: si adhuc
Ioseph filius meus viuit: ibo & videbo eum an
teq̄ moriar. Sed ne hoc quidem ociose relin- D
quēdum est: ꝙ non animā: sed spiritum / tanq̄
meliorē sui partem / resuscitatum: vel reaccen
sum dicit. Splendor etenim lucis: qui erat in
eo: etiā si extinctus in eo penitus non est: tunc
cū obtulerunt filii eius tunicam Ioseph / hœdi
sanguine maculatā: sed mēdacio eorum deci-
pi potuit: ita vt scinderet vestimēta sua: & po
neret saccum sup lumbū suū: & lugeret filiū
suū: nec vellet omnino consolari: sed diceret:
quia descendo ad filiū meum lugens in infer-
num: tūc etiam (sicut diximus) non erat peni
tus extinctum in eo lumen: maxima tamē ex
parte fuerat obscuratum: ꝙ decipi potuit: ꝙ
vestimenta scindere: ꝙ falso lugere: ꝙ implo-
rare mortem: ꝙ in infernum cuperet lugen-
do descendere. Propter hęc ergo nunc resusci
tat: & reaccendit spiritum suum: quia conse-
quens erat: vt lumē / quod in eo obscurauerat
fraus mēdacii: reaccēderet: & refoueret veri-
tatis auditus. Verum quia diximus ꝙ Iacob E
est: qui reaccendit spiritum suum. Israel vero
est: qui dicit Magnum mihi est: si adhuc filius
meus Ioseph viuit: Potes & tu: qui hæc audis:
incipiens ab eo loco vbi scriptum est: quia di-
xit ei. Iam nō Iacob vocabitur nomen tuum:
sed israel: quia inualuisti ad deum: & cū homi
nibus potens factus es: omnē scripturam de-
currens / inuenire huius vocabuli differentiā.
Verbi causa: vt cū dicit annūtia mihi nomen
tuum: hic is / qui ignorat nomē: non israel es-
se dicitur: sed Iacob. Vbi vero non edunt ner-

uum: qn obstupuit in latitudine fœmoris pa
triarchæ: non filii Iacob: sed filii Israel esse di-
cũtur. Ille vero: qui respiciens vidit Esau ve-
nientem: & cum ipso quadringentos viros: &
adorauit septies fornicatorem: & profanũ: &
eũ: qui pro vna esca vẽdidit primogenita sua:
nõ Israel: sed Iacob dicit. Sed & cum ei offert
dona: & dicit: si inueni gratiã corã te: suscipe
hęc munera de manibus meis: ꝓpter quod vi
di faciem tuam: sicut qui videt faciem dei: hic
non erat Israel: sed Iacob. Et vbi audiuit quia
cõtaminata est Dina filia eius: & tacuit Iacob
vsqꝫ quo cõuenirẽt filii eius: nõ dicitur Israel.
Sed & tu (vt dixi) similia si obserues / iuenies.
In pręsenti igitur lectione nõ Iacob: sed Israel
dicit. Magnum mihi est: si adhuc filius meus
Ioseph viuit. Sed & cũ venit ad puteum iura-
mẽti: & offert hostias deo patris sui Ysaac: nõ
Iacob dicitur: sed Israel. Verum si requiras:
cur in visu nocte loquens ad eum deus: nõ di
cit Israel / sed Iacob: forte propter hoc: qa nox
erat: & adhuc per visum: & nondũ palam vo-
cẽ dei audire merebat. Et cũ intrat in Aegy-
ptum non Israel: sed Iacob dicitur: & filii eius
cum ipso: & cum stat ante Pharaonem: vt be-
nedicat eum: nõ Israel: sed Iacob nominatur.
Neqꝫ eñ capiebat Pharao israelis benedictio-
nem: & Iacob non israel est: qui dicit ad Pha-
raonem: quia parui: & pessimi sunt dies vitæ
F suæ. Quod vtiqꝫ nunq̃ diceret israel. Post hęc
vero non de Iacob: sed de israel dicit: quia vo-
cauit filium suum Ioseph: & dicit ei. Si inueni
gratiam in conspectu tuo: pone manum tuam
sub fœmore meo: & facies super me misericor
diam: & veritatem: & qui adorauit super fa-
stigium virgę Ioseph: nõ erat Iacob sed israel.
Tum deinde cum benedicit filios Ioseph: is-
rael dicitur. Et cum cõuocat filios suos dicit.
Conuenite vt annũtiem vobis: quæ euenient
vobis in nouissimis diebus. Congregamini fi
lii Iacob: & audite israel patrem vestrum. Sed
fortasse requires: quare filii Iacob dicuntur:
qui conueniunt. Israel vero dicitur: qui bene-
dicit eos. Vide ne forte hoc indicetur: ꝙ ille
nondum eousqꝫ profecerant: vt israel meritis
ęquarentur. Et ideo illi filii Iacob dicũtur tã-
q̃ inferiores: ille vero: qui iam perfectus erat
& benedictiones futurorum conscius dabat / is
rael appellabatur. Sane quod dicitur: quia se-
pelierunt sepultores Aegyptii non Iacob: sed
israel: grandis videtur quæstio. Sed ego arbi-
tror ꝙ illorũ in hoc vitium exponatur: quib⁹
pro eo: qđ exosus est omnis intellectus bono-
rum & oĩs perspicacia intelligentiæ cœlestis:
israel ab eis sepeliri dicatur: quia apud impi-
os: sancti mortui sunt: & sepulti. Hæc inquan
tum ad præsens occurrere potuit de differen
tia Iacob / & israel / memorata sint nobis. Di- G
gnum sane post hæc videtur intueri: & ꝓspi-
cere: quæ ad ipsum deus loquatur & quomo-
do eum / velut ad quosdã agones proficiscen-
tem corroborãs: & cohortãs mittat ad Aegy
ptũ. Ait enim. Noli timere descendere in Ae-
gyptum. Hoc est dicere: congressurus aduer-
sus pricipatus: & potestates: & aduersus mũ-
di huius (qui figuraliter Aegyptus appella-
tur) rectores tenebrarũ harum: noli timere:
noli trepidare. Qꝫ si & causam scire vis: quia
timere nõ debeas: audi ꝓmissionẽ meã. In gen
tem eñ magnã faciã te ibi: & descendam tecũ
in Aegyptũ: & ego te reuocabo inde in finem.
Non ergo timet descendere in Aegyptũ: non
timet agones huius mũdi: & obsistẽtium dæ-
monum subire certamina: cum quo ĩ agones
descẽderit deus. Deniqꝫ audi apostolum Pau-
lum dicẽtem. Amplius (inquit) ego: q̃ omnes
illi laboraui: non autẽ ego: sed gratia dei me-
cum. Sed cũ Hierosolymis aduersus eũ cõmo
ta fuisset seditio: & agonem clarissimum pro
verbo & pręedicatione domini desudaret: asti
tit ei dominus: & dixit eadẽ: quæ nunc dicun
tur ad israel. Noli (inquit) timere Paule: quia
sicut testificat⁹ es de me Hierosolymis: ita te
oportet & Romæ testimoniũ dare. Verũ ego
ampli⁹ adhuc aliquid hoc in loco arbitror la H
tere mysterii. Mouet eñ me: qđ dixit: in gen-
tem magnam faciam te: & descendam tecum
in Aegyptũ: & inde te reuocabo in finẽ. Quis
est iste: qui factus est in gentem magnã in Ae-
gypto: & in fine reuocatus est? Quãtum ad Ia
cob illum spectat: de quo dici putatur: non vi-
debitur esse verũ. Non enim reuocatus est in
finem de Aegypto: quippe qui defunctus in
Aegypto est. Absurdum autem erit: siquis in
eo reuocatum dicit a deo Iacob: quia corpus
eius reportatũ est. Quod si recipiat: non erit
verum: ꝙ deus nõ est deus mortuorũ: sed vi-
uorum. Non ergo conuenit hoc de corpore
mortuo intelligi: sed super viuis: & vigẽtibus
approbari. Videamus ergo ne forte: vel do-
mini descendentis in hunc mũdum: & in gen
tem magnã: hoc est in ecclesiam ex gentib⁹ fa
ctam: consummatisqꝫ omnibus ad patrem re-
gressi: vel protoplasti in hoc figura formetur.
qui in agones descẽdit in Aegyptum: cum de
paradisi delitiis eiectus: ad huius mundi labo
res: erumnasqꝫ deducitur: proposito sibi cum
serpente certamine: cum dicitur. tu illius ob-
seruabis caput: & ipse tuum obseruabit calca
neum: & iterum cũ ad mulierẽ dicitur: quia

ponam inimicitias inter te: & ipsum: & inter semen tuum: & semen illius. Nec tamen eos in hoc certamine positos deserit deus; sed semper est cũ ipsis. Complacet in Abel. corripit Cain. Inuocatus adest Enoch. Noe mandat in diluuio arcam salutis extruere. Abraham deducit de domo patris sui: & de cognatione sua. Isaac & Iacob benedicit. filios Israel educit ex Aegy
A pto. Per Moysen legem literis scribit: per prophetas quæ deerant implet: hoc est esse cũ eis in Aegypto. Quod autẽ dicit reuocabo te inde in finem: hoc esse arbitror (sicut superi⁹ diximus) ꝙ in fine sæculorum vnigenitus filius eius pro salute mundi vsq; ad inferna descẽdit & inde protoplastum reuocauit. Quod eñ dixit ad latronem: hodie mecum eris ĩ paradiso hoc non illi soli dictũ / sed & oĩbus sanctis intellige: pro quibus in inferna descenderat. In hoc ergo verius: q̃ in Iacob adimplebitur / quod dictum est: quia reuocabo te inde in finẽ. Sed & vnusquisq; nostrum eodem ordine: atq; eadẽ via aegyptũ: & Agones ingreditur: & si mereatur: vt deus semp maneat cũ eo: faciet eũ in gentẽ magnam. Magna eñ gens est virtutum numerus & iustitiæ multitudo: in qua sancti quiq; multiplicari dicũtur & crescere. Cõpletur in eo etiã illud quod dictũ est: quia reuocabo te inde ĩ finem. Finis enim perfectio rerum: & virtutũ cõsummatio ponit̃. Propter hoc denique & alius quidã sanctorũ dicebat. Ne reuoces me in dimidio dierũ meorũ. Et iterum magno patriarchæ Abraham scriptura testimonium perhibet: quoniã defunctus est Abrahã plenus dierũ: hoc est ergo reuocabo te inde in finẽ velut si diceret: quoniã certamen bonum certasti: fidẽ seruasti: cursum consummasti: reuocabo te iã de hoc mundo ad beatitudinẽ futurã: ad pfectionẽ vitæ æternæ: ad iustitiæ coronã: quã reddet dñs in finẽ sæculorũ oĩbus: q diligũt eũ. Videamus aũt q̃d etiam inde sen-
B tiendũ sit quod dicit: Et Ioseph ponet manus suas super oculos tuos. Multa q̃dẽ intra hui⁹ sermonis velamen arcanæ intelligẽtiæ cõtegi arbitror sacramẽta: quę cõtingeret & pulsare alterius tẽporis est. Nunc interim nõ videbit absq; ratione dici quod & prioribus nostris q̃busdã visum est: prophetiã quandã in hoc designatã videri. Quoniã quidẽ de tribu Ioseph fuit Hieroboam ille: q fecit duas vaccas aureas vt seduceret populũ adorare eas: & per hoc velut impositis manibus suis excæcauit: & clausit oculos Israel: ne viderent impietatem suã: de quo dictũ est. Propter impietatẽ Iacob hæc oĩa: & ꝑpter peccatũ domus Israel. Quæ autem impietas Iacob? Nonne Samaria? Sed si quis forte neget debere ea: quæ sub specie pietatis / futura a deo dicta sunt ad partẽ vituperabilẽ flecti: dicemus quia & verus Ioseph dñs & saluator noster sicut corporalẽ manũ suam posuit super oculos cæci & reddidit ei visum: quẽ perdiderat: ita etiã spiritales manus suas posuit super oculos legis: qui per corporalem intelligẽtiã scribarũ: & pharisæorũ fuerãt excęcati: & reddidit eis visum: vt his quibus aperit dominus scripturas spiritales: ĩ lege visus & intellectus appareat. Atq; vtinam & nobis iniiciat dñs Iesus manus suas sup oculos: vt incipiamus & nos respicere nõ ea: quæ videntur sed quæ non vident̃: & aperiat nobis illos oculos: qui nõ intuent̃ præsentia: sed futura: & reuelet nobis cordis aspectum: quo de⁹ videt̃ in spiritu p ip̃m dominũ Iesum Christũ: cui gloria est & potestas in sæcula sæculorũ. Amen.

De eo quod scriptũ est: Et adquisiuit Ioseph oẽm terrã Aegyptiorũ Pharaoni. vendiderũt enim Aegyptii terram suã Pharaoni: quia obtinuit eos fames: & facta est terra Pharaonis: & populum sibi in seruitutem redegit: a summis finib⁹ Aegypti vsq; ad summos fines ei⁹.

Homilia.XVI. Cap.XLVII.

Ecũdũ scripturę fidẽ nullus Aegypti⁹ liber. Pharao eñ populũ sibi in seruitutem redegit: nec aliquem intra Aegyptiorũ fines liberũ dereliquit: sed in omni terra Aegypti adepta libertas est. Et ꝑpterea forte scriptũ est: ego sum dñs deus tuus: qui eduxit te de terra Aegypti: de domo seruitutis. Facta ẽ ergo Aegyptus domus seruitutis: & quod est infœlicius: voluntariæ seruitutis. Nã de Hebręis q̃uis legat̃: quia ĩ seruitutẽ redacti sunt: & quia iugũ dominationis (erepta libertate) ꝑtulerint: violẽter tamẽ ad hoc memorant̃ adducti. Scriptũ est eñ: quia Aegyptii abominabant̃ filios Israel: & per potentiã opprimebant Aegyptii filios Israel violenter: & affligebant vitam eorum in operib⁹ duris: luto & latere & oĩbus operib⁹ quę erãt in cãpis: in q̃bus oĩbus in seruitutẽ eos redigebant cũ vi. Intẽde ergo diligentius quomodo Hebræi scribunt̃ violẽter in seruitutẽ redacti. q̃bus naturalis inerat libertas: quæ non eis facile: vel per deceptionẽ aliquã: sed cũ vi extorquebatur: Pharao vero Aegyptiũ populũ facile sibi in seruitutem redegit. nec scribit̃ quia cum vi hoc fecerit. Procliues eñ sunt Aegyptii ad degenerem vitam & cito ad omnẽ famulatũ decidunt vitiorum: C

D Respice ad originem generis: & inuenies q pater eorũ Cham: qui nuditatẽ riserat patris/huiuscemodi sentẽtiã meruit: vt filius eius Chanaan seruus esset fratribus suis: quo in eo nequitiam morum argueret cõditio seruitutis. Non ergo immerito ignobilitatem generis de color posteritas imitatur. Hebræi vero etiam si in seruitutẽ rediganť: etiã si tyrannidem patiantur ab Aegyptiis: violenter & necessitate patiuntur. Idcirco ergo liberanť de domo seruitutis: & ad libertatẽ pristinam: quam inuiti amiserant: reuocanť. Deniq etiã diuinis legibus cauetur: vt si forte emerit qs Hebręum puerum: non eũ perpetua seruitute possideat: sed sex annis seruiat ei: septimo vero anno exeat liber. De Aegyptiis nihil tale cẽsetur: nec vsq diuina lex curã gerit libertatis Aegyptiæ: qui eã sponte pdiderant: sed ęterno eos cõditionis iugo: ac seruituti ppetuæ derelinquit. Hæc ergo si intelligamus spiritaliter quæ sit Aegyptiorũ seruitus: agnoscimus/ quia seruire Aegyptiis non aliud est: q obnoxium fieri carnalibus vitiis: & dæmonibus esse subiectũ. In qd vtiq vnũquẽq non extrinsecus illata necessitas cogit: sed segnities animi: & libido: ac voluptas corporis subigit: cui se animus per concordiam subdit. Qui vero libertatis animę curã gerit: & dignitatẽ mẽtis cœlesti cogitatiõe nobilitat: iste ex filiis Israel est. Qui etiã si violenter opprimatur ad tẽpus: nõ tñ libertatem suã in perpetuũ pdit. Deniq & saluator de libertate & seruitute in euangelio differẽs: ita loquiť. Omnis (inquit) q peccat: seruus est peccati. Et iterũ dicit. Si manseritis in verbo meo agnoscetis veritatem: & veritas liberos faciet vos. Q3 si quis forte dicat nobis: quomodo ergo per Ioseph oĩs terra in possessionẽ traditur Pharaoni: & cũ oĩs ista seruitus: quã superius exposuimus: ex peccati conditionẽ suscepta p hãc tẽporalẽ seruitutem significat: quomodo per sanctũ virũ in seruitutem oĩs terra addiciť Pharaoni: possumus ad hæc respondere: quia ipse scripturæ sermo excusat sancti viri ministeriũ: cum dicit: quia semetipsos vęndiderũt Aegyptii: & possessiones suas. Nõ ergo ad dispensantem culpa reflectitur: vbi digna dispensatorum meritis puidenť. Inuenies eñ tale aliquid & a Paulo fieri: cũ ab eo is: qui semetipm pro fœditate actuũ consortio sanctorum fecit indignũ: traditur Sathanæ: vt discat nõ blasphemare. In quo vtiq nemo dixerit Paulum dure egisse: qui hominem de ecclesia eiecit: & Sathanæ tradidit. Sed in illum sine dubio culpa referť quid pro actibus suis meruit: vt non ei esset in ecclesia locus: sed Sathanæ consortio mereretur adiungi. Ita ergo & Ioseph: cũ nihil Hebrææ libertatis: nihil Israeliticæ nobilitatis in Aegyptiis prouidisset: digna seruitia digno dominatui sociauit. Ego etiam amplius aliquid dico. Inuenies & in diuinis dispensationibus tale aliqd gestũ: in eo/ quod dicit Moyses. Cum diuideret excelsus gentes: & distingueret fines gentium: secundũ numerũ angelorũ dei posuit eas: & facta est pars domini Iacob/ funiculus hæreditatis eius Israel. Vides ergo quoniã pro meritis vnicuiq genti angelorũ statuiť principatus. Pars autẽ domini: gẽs efficiť Israel. Post hæc sequiť. Vęndiderũt (inquit) Aegyptii terrã suã Pharaoni: obtinuit enim eos fames. Vituperatio mihi videtur & in hoc Aegyptorũ cõtineri. Nõ eñ facile de Hebręis scriptum inuenies: quia obtinuit eos fames. Licet eñ scriptum sit: quia inualuit fames super terram: nõ tamẽ scriptũ est: quia obtinuit fames Iacob: aut filios eius: sicut de Aegyptiis dicitur: quia obtinuit eos fames. Q3uis eñ veniat etiã ad iustos fames: non tamen obtinet eos. Propter quod & gloriantur in ea: sicut Paulus inuenitur libenter gloriari huiuscemodi passionibus: cum dicit. In fame: & siti: & frigore: & nuditate. Quod ergo iustis exercitiũ virtutis est: hoc iniustis pœna peccati est. Deniq etiã Abrahæ temporibus scriptũ est. Quia facta est fames super terram. Descendit Abraham in Aegyptum habitare ibi: quoniam inualuerat fames super terrã: Et vtiq si (vt quidam putant) incaute: & imperite esset sermo scripturę diuinæ compositus potuerat dicere: quia descendit Abrahã in Aegyptum habitare ibi: quia inualuerat super eũ fames. Sed intuere quanta distinctione vtatur sermo diuinus/ quanta cautela. Cũ de sanctis refert: famem dicit inualuisse super terrã. Cum de iniustis ipos fame dicit obtẽtos. Neq ergo Abraham: neq Iacob: neq filios eorum obtinet fames. Sed & si inualescat/ super terram dicitur inualescere. Et temporibus Ysaac nihilomin⁹ scriptum est: quia facta est fames super terram præter illã famem priorẽ: quæ facta est tẽporibus Abrahæ. Intantũ aũt non potest obtinere fames Ysaac: vt dicat ad eum dominus. Noli descendere in Aegyptum: sed habita in terra: quãcũq ostendero tibi & in ea habita: & ego ero tecũ. Secundũ hãc (vt arbitror) obseruantiam longe post ista tẽpora propheta dicebat. Iuuenis fui: etenim senui: & non vidi iustũ derelictũ: nec semen eius quærens panẽ. Et alibi. Non occidet deus fame animã iusti. Ex quib⁹ omnibus declaratur terrã quidẽ posse pati famẽ: et eos qui terrena sapiunt. Quorũ autem

E F G

iste cibus: vt faciant voluntatem patris/qui in coelis est: & quorũ animam panis ille alit: qui de coelo descendit: nunq̃ possunt famis inedia laborare. Idcirco ergo obseruãter scriptura diuina: nõ dicit eos fame obtineri: quibus nouit esse scientiam Dei: & cibum coelestis praeberi sapientiae. Sed & in tertio regnorũ libro similẽ de relatiõe famis inuenies habitam esse cautelam: vbi cum fames inualuisset super terram dicentem audis Heliam ad Achab. Viuit dominus deus virtutum deus Israel: in cuius cõspectu sto: si in his annis ros: vel pluuia fuerit super terrã: nisi per sermonẽ oris mei. Et post haec mandatur a domino coruis vt pascãt prophetam: & vt aquã bibat de torrente Coraph: & iterũ in Sarephta Sidoniȩ mandatur mulieri viduae/pascere prophetam: vt cui nõ amplius: q̃ vnius diei supererat victus: largiendo ea indeficiens fieret: & multipliciter abundaret exhaust⁹. Hydria enim farinȩ: & capsaces olei secundum verbum domini non deficit pascẽdo prophetam. Similia quoq; inuenies etiã in temporibus Helisaei: cum filius Adadezer rex Syriae ascendit aduersum Samariam: & obsedit eam: & facta est (inquit) fames magna in Samaria: vsq; quo efficeretur caput asini quinquaginta siclis argenteis: & quartariũ stercoris columbini quinq; argenteis. Sed subito per verbum prophetae fit mira cõuersio dicentis. Audi verbũ domini. Hęc dicit dominus deus Sicut hac hora crastino: mensura similaginis siclo vno: & duae mensurae ordei siclo vno in portis Samariȩ erunt. Vides ergo ex his omni-
A bus quid colligatur. Quia cum terram fames obtineat: non solum nõ obtinet iustos: sed medela potius per eos intentatae cladi defertur. Cum ergo videas huiusmodi obseruãtiam in omnibus pene scripturae sanctae locis integre custodiri: conuerte haec ad tropicum & allegoricum sensum: quẽ ipsorũ nihilominus prophetarum sermonibus edocemur. Vnus enim ex duodecim prophetis/aperte: & euidenter spiritalẽ dici famẽ nudo sermone pronuntiat dicens. Ecce dies veniũt dicit dñs: & emittam famem super terrã: non famem panis: neq; sitim aquae: sed famen audiendi verbum dñi. Vides quae sit fames: quae obtinet peccatores? Vides quae sit fames: quae inualescat sup terrã? Qui enim de terra sunt & terrena sapiunt: & non possunt percipere quae sunt spiritus dei: famẽ verbi dei patiuntur: legis mãdata nõ audiunt correptiones prophetarum nesciunt: apostolicas cõsolationes ignorãt: nõ sentiũt euangelii
B medicinã. Et ideo de his merito dicitur: quia inualuit fames super eos. Iustis autem: & in lege domini meditantibus die ac nocte / sapientia praeparat mensam suam. Occidit victimas suas: miscuit in cratere vinũ suũ: & summa voce clamat: nõ vt omnes veniãt: nõ vt abundãtes: nõ vt diuites: neq; vt sapientes huius mũdi diuertant ad se: sed siqui sunt (inquit) inopes sensu: veniãt ad me: id est siqui sunt humiles corde: qui a Christo didicerunt mites esse: & humiles corde: quod alibi dicit spiritu pauperes: sed fide diuites: isti conueniãt ad epulas sapientiae: & dapibus eius refecti depellant famem: quae inualescit super terram. Vide ergo ne & tu forte inueniaris Aegyptius: & obtineat te fames: ne forte saeculi actibus occupatus: aut auaritiae vinculis strictus: aut luxuriae effusione resolutus: alienus efficiaris a sapientiȩ cibis: qui semper in dei ecclesiis exhibẽtur. Si enim auertas auditũ ab his: quae vel leguntur in ecclesia: vel disputãtur: sine dubio famem verbi dei patieris. Si uero de Abraham stirpe descendas: & nobilitatẽ Israelitici generis custodias: pascit te semper lex: pascũt prophetae: exhibent tibi & apostoli opulẽta cõuiuia. In sinibus quoq; Abraham, & Ysaac, & Iacob: in regno patris recumbere te inuitabunt euangelia: vt ibi manduces de ligno vitȩ: & bibas vinum de vite vera: vinũ nouũ cũ Christo in regno patris eius. Ab his enim cibis non possunt ieiunare, nec famem pati filii sponsi: donec cũ ipsis est sponsus. Refertur sane in cõ- C
sequentibus: quoniã terra sacerdotum Aegyptiorum nõ fit in seruitutẽ redacta Pharaoni: neq; cũ caeteris Aegyptiis vȩndiderint semet ipsos: sed quia extrinsecus acceperint: vel frumenta: vel munera: non a Ioseph: sed ab ipso Pharaone: & propter hoc tanq̃ familiariores cȩteris nõ vȩndiderint terrã suã Pharaoni: sed per hoc nequiores esse caeteris ostendunt: qui pro nimia familiaritate/quae erat eis cum Pharaone/nihil immutationis recipiunt: sed pmanent in mala possessione: & sicut his: qui in fide & sanctitate profecerãt dicit dominus iam non dico vos seruos: sed amicos: ita dicit & istis Pharao tanq̃ qui ad summũ gradũ nequitiȩ & ad sacerdotium perditionis ascenderint iam non dico vos seruos: sed amicos. Deniq; D
vis scire quid intersit inter sacerdotes Dei: & sacerdotes Pharaonis? Pharao terras concedit sacerdotibus suis: dominus autẽ sacerdotibus suis partẽ non cõcedit in terra: sed dicit eis: Ego sum pars vestra. Obseruate ergo qui haec legitis omnes domini sacerdotes: & videte quae sit differentia sacerdotum: ne forte qui partẽ habent in terra: & terrenis cultibus ac studiis vacant: non tam domini: q̃ Pharao-

nis sacerdotes esse videantur. Ille est enim: qui vult sacerdotes suos habere possessiones terrarũ: & exercere agri/nõ animæ culturam: ruri/ & non legi operam dare. Christus autẽ dominus noster sacerdotibus suis quid pręcepit: audiamus. Qui non abrenũtiauerit (inqt) omnibus quę possidet: non potest meus esse discipulus. Contremisco hæc dicens. Meus enim primo omnium: meus inquam ipse accusator ex isto: meas condẽnationes loquor. Negat Christus suum esse discipulum: quẽ viderit aliqd possidentem: & eũ qui nõ renuntiat omnibus quæ possidet. Et quid agimus? quomodo hæc aut ipsi legimus: aut populis exponimus: qui nõ solũ nõ abrenũtiamus his: quę possidemus sed acquirere volumus ea: quæ nunq̃ habuimus anteq̃ veniremus ad Christum. Nũquid nã quia nos redarguit consciẽtia: tegere & nõ proferre: quę scripta sunt possumus? Nolo duplicati criminis fieri reus. Confiteor hæc palã populo audiente: cõfiteor hęc scripta esse: etiã si nondum implesse me noui. Sed ex hoc saltẽ cõmoniti festinemus implere: festinemus trãsire a sacerdotibus Pharaonis: quibus terrena possessio est: ad sacerdotes domini: quibus in terra pars non est: quibus portio dominus est. Talis enim erat & ille: qui dicebat. Tanq̃ egentes: multos autem locupletantes. Vt nihil habentes: & omnia possidentes. Paulus hic est: q in talibus gloriatur. Vis audire quid etiam Petrus de seipso pronuntiet? Audite eum cum Ioanne pariter profitentem: & dicentem: Aurum & argentum non habeo: sed quod habeo hoc tibi do. In nomie Iesu Christi surge: & ambula. Vides sacerdotum Christi diuitias: vide nihil habentes/quãta & qualia largiuntur. Istas opes largiri non potest terrena possessio.

E Contulimus sacerdotes sacerdotibus: nunc (si videtur) & populum Aegyptium populo Israelitico conferamus. Dicitur enim in consequentibus: quia post famem/& seruitutem populus Aegyptius quintas offerat Pharaoni. Econtrario vero Israeliticus populus decimas offert sacerdotibus. Vide & in hoc scripturã diuinam ingenti ratione subnixam: vide Aegyptium populum quinario numero tributa pendentem. Quinq; enim sensus corporeis designantur: quibus populus carnalis deseruit. Semper enim Aegyptii visibilibus rebus: & corporalibus obsequuntur. At vero Israeliticus populus honorat decadem: perfectionis numerum. Decem enim verba legis accepit: & decalogi virtute instructus ignota mundo huic sacramenta diuina largitione suscepit. Sed & in nouo testamento similiter venerabilis est decas: sicut & fructus spiritus denis exponitur germinare virtutibus. Et seruus fidelis de negotiationis suę lucris decem mnas offert domino: & decem ciuitatum accipit potestatem. Verum quia vnus author est omniũ & fons: & initium vnus est Christus: idcirco & populus decimas quidem ministris: & sacerdotibus præstat. primogenita vero offert primogenito omnis creaturæ: & initia initio omnium. De quo scriptum est: qui est initium primogenitus omnis creaturæ. Vide ergo ex his omnibus differentiam populi Aegyptiorum & populi Israel: & differentiam sacerdotum Pharaonis: & sacerdotum domini: & discutiens temetipsum: peruide de quo populo sis: & cuius ordinis sacerdotium teneas. Si adhuc carnalibus sensibus seruis: si adhuc quinario numero vectigal exoluis: & respicis ea: quæ visibilia: & temporalia sunt: & nõ respicis ea q̃ inuisibilia/ & æterna/sunt de Aegyptio te populo esse cognosce. Si vero decalogum legis: & decadem noui testamenti quam supra exposuimus: semper ante oculos habes & de his decimas offers: & primogenita sensus tui in fide immolas primogenito ex mortuis: & initia tua refers ad initium omnium: verus Israelita es: in quo dolus non est. Sed & sacerdotes domini si semetipsos discutiant: vt terrenis actibus liberi sint: & possessione mundana: vere possunt dicere ad dominum: quia ecce nos dimisimus omnia: & secuti sumus te: atq; audire ab eo: quia vos: qui secuti estis me: in regeneratione omnium cum venerit filius hominis in regno suo sedebitis & vos super duodecim thronos: iudicãtes duodecim tribus Israel. Post hæc videamus qd dicit Moyses. Et habitauit (inquit) Israel in Aegypto: in terra Gessen. Interpretatur autem Gessen proximitas: vel propinquitas: per quod ostendit quia etiam si in Aegypto habitet Israel: non tamen lõge est a deo: sed proximus est ei: & cõiunctus sicut etiam ipse dicit. Quia ego descendam tecum in Aegyptum: & ego ero tecum. Et nos ergo etiam si videmur in Aegyptum descendisse: etiam si in carne positi/ agones mũdi huius/& certamina sustinem⁹: etiam si inter eos habitamus: qui deseruiunt Pharaoni: tamen si prope deum simus: si in mandatorum eius meditatione versemur: & præcepta eius: ac iudicia perquiram⁹ (Hoc ẽ enim prope esse deo semper: quæ dei sunt cogitare: quæ dei quærere) & Deus semper erit nobiscum. Per Iesum Christum dominum nostrum: cui est gloria in sæcula sęculorum. Amen.

De benedictionibus patriarcharum.
Homilia.XVII. Cap.XLIX.

A Sciendum est primo q in singulis quibusq locis vbi scriptura de duodecim patriarchis cōmemorat:multa fit ī ipsa ordinis cōscriptione diuersitas. Alius ordo est in ipsa eorum natiuitate cōscriptus:alius cum terram Aegypti vna cū patre suo Israel:& sobole posteritatis referunt intrare. Alius nūc cū benedictiones obituri parentis/excipiunt. alius cū egressæ de Aegypto tribus:vel cum in deserto cōmemorantur aliquid agere:vel terrā repromissionis ingressæ in monte Gebal pro benedictionib⁹ & maledictionibus statuunt. Alius etiā cū diuisionē terræ hæreditatis sorte suscipiūt:& in tātū ordo iste variat:vt interdū qdā ex ipsis:nec ascripti/īueniant in numero. Quod vtiq certū est nō absq aliqua ratione variari:& extare causas probabiles:qbus in alio loco ille/in alio vero alius preferat. Sed de his nobis nūc ꝓpositū nō ē:nisi ea tātūmō ꝓut deus dederit explicare:q̄ ī bñdictionib⁹ quas mortis tēpore a patre suscipiūt cōtinent. Quę
B qdē bñdictiōes ex eo fortasse solūmō appellari potuerūt:q in nouissimis dicit. Et hæc locut⁹ est eis pater eorū:& benedixit illos: vnūquēq secundū benedictionē suā benedixit illos. Cæterū in initiis vbi cōuocat eos pater: Non quasi ad benedictionē cōuocat: Sed ita scriptū est Vocauit aūt Iacob filios suos & dixit congregamini:vt annūtiem vobis: q̄ occursura sunt vobis ī nouissimis diebus. Quod vtiq magis ꝓphetiā significat per quā q̄ eis euentura sunt prefignant. In ipso autē corpore:& serie verborū:neq bñdictiones tātū:neq futurorꝫ sola ꝓnūtiatio:quātū mores vel propositū eorū:vel etiā quædā ab eis gesta notabiliter arguūtur. Quę res nobis tripertitā (vt in aliis fecim⁹) explanationis materiā subiicit:ita vt bñdictiones historiæ locū seruent:ꝓphetia vero mysticum:atq dogmaticū. Quorū correptio:& ob
C iurgatio moralē dirigat stilū. Ruben (īquit) primogenitus meus:virtus mea & initiū filiorū meorū:durus in cōuersatione:durus & temerarius cōtumelias irrogasti:Tanq̄ aqua nō feruescas. Ascendisti em̄ sup cubile patris tui Tu posuisti thorum vbi ascendisti:Incestus historia neminē latet: quomō Ruben cōcubinā patris ferbuerit flāma libidinis:& paternū maculauerit thorum:Sed q in initiis laudis ei aliqd videt ascribere dicens:tu virtus mea:Idcirco fit vt grauius notet in crimine; q cū virtus patris haberet:& initium filiorū:nesciit seruare reuerētiā patri. Quale est & illud qd̄ dicit p prophetā. Ego te plantaui vineā fructiferā totā feracē:quomō cōuersa es in amaritudinem vitis alienæ. Secūdū vero intelligentiā: Videt mihi Ruben prioris populi Iudęorꝫ ferre posse ꝑsonā:q & primogenitus est:& initiū filiorū sicut propheta dicit. Israel primogenitus meus Primo nāq illis data sunt eloquia dei. Qꝫ autē durus fuerit ille populus & temerari⁹ scripturę denūtiāt:dicit em̄ de eis ꝓpheta. Om̄e qd̄ loquit popul⁹ hic:durū est. Et iterū alibi de ipsis dicit: Vos semper dura ceruice: & incircūcisi corde:patri vero deo irrogauit iniurias. Cum conuertit ad eū dorsum:& nō faciē suā: thorū aūt cōcubinę polluit quē ascēdit:id ē legē veteris testamēti/quā sępe pręuaricādo maculauit quod aūt in cōcubinæ persona/lex veteris testamēti ponat:Paulus docuit dicēs. Abraham duos filios habuit:vnum de ancilla:& vnū de libera. Hæc autem sunt duo testamēta:In quo Agar quę cōcubina fuit:in veteris testamenti ponit typo: Vna etem̄ erat ꝑfecta columba genitricis suę:quæ virgo casta regina spōso regi ecclesia ꝑ euāgeliū iungit Christo. Sed & moralis nobis in hoc ita tractabitur locus:Ruben D
interpretatus est a maioribus/filius q videtur hoc est visibilis:& carnalis: ipse credo de quo dicit apostolus. Primus homo de terra terrenus. Et alibi:Si em̄ is q videt noster homo corrūpit:sed q intra est renouat:hūc eūdem q videt exteriorē hominē appellās. Et iterū dicit: quia nō prio qd̄ spiritale est: sed qd̄ aīale: prio ergo oīs hō in hoc mundo carnaliter viuit:& secūdū carnē mouet. Et prius est carnalis motus in cōcupiscētia libidinis:q cū primę iuuētutis tempus obsederit:durū & temerariū simul & lasciuū iuuenē reddit:Ascendentē etiā sup cubile patris:& polluētē thorū paternū.i. etiā p̄cepta & monita naturalis legis:q̄ in nobis est (& nūc patrius thorus dicit) ꝑuaricātē Est em̄ itra nos lex q̄dā naturalis q̄ arguit vnūquēq peccātē:& malū ei esse suggerit q delinquit:Cubile ergo legis hui⁹ temerat:ac sedē secreti eius maculat q p̄ceps & īfrenis fert ad vitia. Symeon & Leui fratres ꝑfecerūt iniqtatē E
volūtatis suæ. In cōsiliū eorū non introeat aīa mea:& in cōsilio eorū nō innitant viscera mea qm̄ in ira sua occiderunt hoīes: & in cupiditate sua subneruauerūt taurū:Maledictus furor eorꝫ qa temerari⁹ ē:& ira illorū:qa īdurata est. Diuidā illos in Iacob:& dispergā illos in Israel: Quantū qdē ad historiā ptinet:videt illud eorū culpare commissum:q Emor filiū Sichem/qui post sororis eorū concubitū familię Israel/

voluerat sociari:fraude & circũuentione iu-
gularũt:atq; oẽs ei⁹ pplos peremerũt qñ & di-
cebat eis Israel pr̃ eoꝝ:qa odibilẽ me fecistis in
hoc mũdo:maledictũ eorũ furori temeritatiq;
ĩprecat̃:& diuidẽdos eos p ppl'm Isrl' ꝑtestat̃ vt
pote ex ĩpis leuitas & sacerdotes futuros q for
te terrã ꝑpriã nõ habuerũt:spiritalis aũt de his
explanatio talis mihi qdã posse videt̃ aptari:ꝙ
Symeon & Leui/scribaꝝ & pharisæoꝝ Iudaici
ppl'i possint ferre ꝑsonã:de qb⁹ dictũ ẽ:qa cõsi
liũ fecerũt scribę & pharisęi vt Iesũ tenerẽt:de
quo cõsilio dicit sanct⁹ q/mẽte deũ videbat in
cõsiliũ eoꝝ nõ ĩtroeat aĩa mea:falsis testib⁹ ad-
hibitis cõdẽnabãt Iesũ. Nõ (ĩqt) in cõsilio eoꝝ
innitentur viscera mea:nõ tibi hoc videt̃ dice
re:mũdus ego sũ a sanguĩe iusti hui⁹:mũdus
ego sum a sentẽtia quã decernitis aduersus in
nocentẽ:qa ĩ ira sua (inqt) occiderũt hoĩes:& ĩ
F cupiditate sua subneruauerũt taurũ. Requiro
quos hoĩes occiderũt:cũ certũ sit ante passio-
nẽ dñi neminẽ credẽtiũ esse punitũ:ni forte qs
ĩpis ascribat ẽt sanguinẽ ꝓphetarũ:qa vt dicit
dñs ꝙ a sanguĩe Abel iusti vsq; ad sãguinẽ Za
charię oĩs q effusus est sanguis iustoꝝ ab ipsa
gñatione reqrat̃. Sed videam⁹ ne forte & illos
hoĩes occiderint quos ꝑsuaserũt clamare:sãguis
illi⁹ sup nos & sup filios nostros. Et ĩ cupidita
te sua subneruauerũt taurũ:taurũ appellari fi
liũ dei legim⁹ in scripturaꝝ figuris:nimirũ in
euãgelio vbi scriptũ ẽ:ex ꝑsona filii senioris di
cẽtis ad patrẽ:ego sẽp tecũ fui:& mãdatũ tuũ
nũq̃ ꝑteriui. Et nunq̃ dedisti mihi hœdũ vt cũ
amicis meis epularer. Cũ aũt venit fili⁹ tu⁹ hic
iunior q dilapidauit oẽm substãtiã suã occidi-
sti ei vitulũ saginatũ. Istũ ergo taurũ siue vitu
lũ cõsilio suo scribę & pharisęi subneruasse di
cunt̃:quoꝝ maledict⁹ furor (qa temerari⁹ ẽ) &
ira illoꝝ (qa ĩdurata est) diuidã illos ĩ iacob:&
G dispgã eos ĩ Isrl'. Videdũ ẽ ne forte diuisio ista
q̃ hic cõmẽorat̃ talis sit:q̃lis & illa de q ĩ euãge
lio dr̃:qa cũ venerit dñs serui illi⁹ diuidet eũ p
tẽq; illius cũ ĩfidelib⁹ ponet:vl' certe vt audiui
quedã ex sc̃tis pr̃ib⁹ dissererẽ:qa diuisio simul
& dispsio noĩat̃ ꝑ eo ꝙ nõnulli ex ipis dño cre-
diderũt:& alii ĩ ĩfidelitate ꝑmãserũt:diuisi dicã
tur hi q ab eis separãt̃:et veniũt ad fidẽ:et dis-
persi hi quoꝝ pr̃ia totũq; p orbẽ terrę ĩcredulũ
dispgit gen⁹. Videt̃ et p ipsos triptit⁹ iste mo-
tus toti⁹ aĩę designari:In qbus Ruben seruat
primã notã sãguĩs cũ macula effusi:sc̃dam irę
vel furoris/speciẽ tenet Symeon:q et ipe ex fu-
roris eius demõstrat̃ opprobrio. Tertiã formã
mot⁹ irrationabil' tenet Leui:qppe cui etiã legẽ
seruare ꝑmissum ẽ. Has ergo tres species videt̃
mihi oĩs ꝓpe aĩa q in hũc mundũ venit primis

motib⁹ culpabiliter agere:vsq; quo peccatorũ
vitiis pregrauata et malorũ societate fessa ad
locũ possit pœnitentię ꝑuenire. Iudas ẽm post H
hęc seqt̃ q purgat cõfessiõis pc̃tã:qa Iudas/cõ
fessio ĩterpretat̃ lĩgua Hebręa:ait ergo Iuda te
collaudãt fratres tui:man⁹ tuę sup dorsũ ĩimi
coꝝ tuoꝝ. põt hoc vel ad ipm Iudã:vel ad eos
q ex ipsi⁹ videt̃ eẽ ꝓgenie referri:q regnũ gẽtis
illi⁹ mĩstrãtes:ĩimicoꝝ terga domuerũt:sed et ĩ
Christo cõpetẽt accipit̃ q a fr̃ib⁹ suis.i.ab apl'is
quos ipe fr̃es ĩ euãgelio noĩauit merito collau
dat̃:ĩimici vero ei⁹ sup quoꝝ dorsa man⁹ eius
est:illi ĩtelligunt̃ quos pr̃ ꝓmittit sub pedes se
ei⁹ posituꝝ dicẽs:Sede a dextrꝭ meis donec po
nã ĩimicos tuos sub pedib⁹ tuis. Sũt ergo ĩimi
ci:donec ĩcreduli sũt:et ĩfideles. Et ideo cędũt I
ĩ tergo/q postea q̃ cõuersi fuerint:efficiunt̃ fra
tres:& collaudãt eũ q eos ĩ adoptionẽ pr̃is vo-
catos sibi & cohęredes fecit & fr̃es:bñ aũt ter-
ga inimicoꝝ cędi dixit a Christo. Oẽs ẽm q ad
orabãt idola terga dabãt deo:Sicut & p ꝓphe-
tã dñs exprobrat dicẽs:q cõuerterũt ad me dor
sa sua & nõ faciẽ. hęc ergo dorsa cędit vt cõuer
si aliqñ terga dẽt idolis:& faciẽ erigãt ad deũ:
& faciãt hoc qd̃ in cõsequentib⁹ scriptũ est:&
adorẽt te filii patris tui. Tũc ẽm eũ adorãt cũ
filii patris fuerint effecti:& spm̃ adoptiõis ac-
ceperint:ĩ quo clamẽt abba pr̃. Nemo ẽm dicit K
dñm Iesũ nisi ĩ spũ sc̃tõ. Iste sermo paulo duri⁹
referẽt ad Iudã:nisi abusiue dicam⁹ adoratos eẽ
q̃si reges a fratrib⁹ suis.i.a cęteris cõtribulib⁹:
filios Iuda. Catul⁹ leonis Iuda:de germine ei⁹
ascẽdit:Recubãs dormisti sicut leo:& sicut ca
tulus leonis:Quis suscitabit eũ? In his versicu
lis nõ iã cõcludimur:sed pene excludimur:nã
catulũ leonis si ponam⁹ Iudã dici posse ꝓ vir-
tute bellandi:quõ exponit̃ qd̃ de germine eius
dicitur ascẽdisse? germẽ aũt hic ĩ græco βλαϛοῦ
dr̃:qd̃ magis virgultũ:vel ramus rectius inter
ꝑtat̃:q de radice repullulare:vel de ipo robore
arboris solet. Ex quo ergo virgulto:vel ex quo
ramo Iudas ascẽdisse dr̃:vel quõ recũbens dor
misse vt leo:& vt catulus leonis. Ita vt q̃rat̃ qs
eũ suscitet:nisi forte aliqs vim faciens velit ita
asseuerare. Ex germĩe ꝓcessisse Iudã.i.vt supi⁹
dixim⁹:vel ex virgulto:vel ex ramo qd̃ de ipsa
pr̃is fortitudine:& virtute significet:q virtu-
tis cõfidentia recubet:& reqescat vt leo:& vt
catulus leonis? nec eũ ausus aliqs sit suscitare:
dũ ꝓ magnitudine viriũ de potẽtia bellatorũ
suscitare eũ null⁹ audeat ad ꝓlia. Sed multo cõ L
uenienti⁹ aptabit̃ huic loco mystica expositio
in q catulus leonis Christ⁹:nõ solũ tropic⁹ ve
rũetiã physicus designat̃:nã physiologus de
catulo leonis hęc scribit:ꝙ cũ fuerit natus tri-

bus diebus & tribus noctib⁹ dormiat: tũ deĩde přis gemitu: vł mugitu tãq̃ tremefact⁹ cubilis loc⁹ suscitet catulũ dormiẽtẽ. Iste catul⁹ ergo oñdit ex germine: ex virgĩe eñ nat⁹ ẽ: nõ ex semine: sed ex virgĩe absq; cõcubitu viri: & absq; semĩe naturali nascit̃ Christ⁹: velut virgultũ: siue ram⁹: ĩ quo mãifestissime & veritas carnis assũptæ ex virgĩe declarat̃. In sacro sctõ germine cõtagio hũani & carnał seminis excusat̃: recũbẽs dormisti sicut leo: & catul⁹ leõis manifeste r̃cubuisset: & dormisse dictũ de passiõe mortis oñdit: Sed videam⁹ q̃re vt leo: & vt catul⁹

A leõis dormit: De catuli qdẽ sõno iã supius dictũ ẽ: q; valde cõueniẽter aptat̃ ĩ Christo q tri b⁹ dieb⁹ & trib⁹ noctib⁹ ĩ corde terrę sepult⁹ sõnũ mort[ĩpleuit: vt leo aũt hoc mõ debeř ĩtelligi arbitror. Mors Christi oppssio & triũph⁹ dęmonũ fuit: oẽm nãq; pdã quã leo ille cõtrari⁹ ĩuaserat pstrato hoĩe & deiecto: hic leo iterripuit. Quiq; rediẽs ab ĩferis & ascẽdẽs ĩ altũ: captiuã duxit captiuitatẽ. Hoc ergo mõ & sõno suo leo fuit vincẽs oĩa: & debellãs: & destruxit eũ q habebat mort[ĩpiũ: Et velut catul⁹ leonis die tertia suscitat̃: qs suscitabit eũ: Recte q̃si ingrẽtis pphetę psonã q̃ suscitarit Christũ ꝭmo significat: Quia apłs qdẽ dicit qa de⁹ suscitauit eũ a mortuis: suscitabit & mortalia corpa vr̃a ppt ĩhabitãtẽ spm ei⁹ ĩ vobis: & iterq; Christ⁹ dicit ĩ euãgeliis: Soluite tẽplũ hoc: & ego ĩ trib⁹ dieb⁹ suscitabo illđ: hoc aũt dicebat de tẽplo corporis sui qa ergo & ĩpe se dicit suscitare tẽplũ suũ: & de⁹ illũ dr̃ suscitasse: Recte pphetę stu

B pore tãtę přis & filii vnitat[: atq; ĩdiscretiõis attonit⁹ est: qs suscitauit eũ: Nõ deficiet princeps ex Iuda: neq; dux de femorib⁹ ei⁹ vsq; quo veniant ea q̃ reposita sũt ei: vł (vt ĩ aliis exẽplarib⁹ hẽt) veniat is cui repositũ ẽ: & ĩpe erit expectatio gẽtiũ. hic loc⁹ manifeste refert̃ ad Iudã: cõstat enĩ vsq; ad natiuitatẽ Christi nõ defecisse prĩcipes ex gñe Iudę: nec duces de femorib⁹ ei⁹ vsq; ad Herodẽ regẽ q scđm historię fidẽ quã Ioseph⁹ scribit alienigena fuisse: & p ãbitionẽ ĩ regnũ Iudęoq; dr̃ irrepsisse. Stati ergo vt hoc factũ ẽ: & vt defecit dux de femorib⁹ Iudę aduẽit ille cui erat regnũ r̃positũ: In quo q̃õ gẽtes sperẽt: euangelii fides & eccłiaq; docet ppagatio. Reposita aũt dñr ea q̃ oportuno tp̃e pferenda sunt. Sicut & Christ⁹ ĩ finẽ sęculoq; aduenisse dr̃: cũ dicit apłs. Ecce nũc tp̃s acceptabile. s. ad salutẽ gẽtib⁹ inferẽdã. Si vero qs ĩ oĩb⁹ cupiat

C cursũ vtriusq; expositiõis aptare: põt extorq̃re fortassis: vt ẽt de Christo hęc hoc mõ videãt̃ ĩtelligi: qa nõ deficiet princeps ex Iuda. i. hic q p⁹ resurrectionẽ ei⁹ eccłiaq; princeps ordinet̃. Et dux de femorib⁹ ei⁹: duces quoq; Christianoq; de femorib⁹ christi hoc mõ expõit/mẽbra christi eẽ dicit apłs: Fideliũ ppł3 sine dubio ĩtelligẽdo spũałr iudicare eos q p firmitate & cõstãtia fortitudĩs oẽ corp⁹ eccłiæ sustẽtare vident̃ & ferre: vł qa hũani semĩs ĩdiciũ solet ĩ femoq; appellatiõe figurałr dici. Apud nos aũt q seminat verbũ seminat. Poteřt ergo q misteriũ verbi ecclesię exhibẽt de Christi femorib⁹ ĩtelligi duces vsq; quo veniãt q̃ reposita sũt. Et videbit̃ ita posse ĩtelligi quousq; ad cõsũmationẽ scłi ñ deerũt isti duces donec veniãt ea q reposita sũt q̃ p̃pauit de⁹ his q diligũt eũ: & ĩpe erit expectatio gẽtiũ (in die. s. iudicii) cũ oẽs gẽtes & ppłi Christũ iudicẽ ĩ pauore cord[: & tremoř cõsciẽtię expectabũt. Alligãs ad vitẽ pullũ suũ & ad D

palmitẽ asinã suã. hoc de Christo & pprię & singłarit dr̃. ĩpe. n. alligauit ad vitẽ pullũ suũ q dixit: Ego sũ vit[vera. Ad hãc vero vitẽ pullũ suũ alligauit & ad palmitẽ asinã suã. Pull⁹ ẽ ex gẽtib⁹ ppłs cui vtiq; nunq̃ adhuc leg[on⁹ fuerat ĩpositũ: & [sup quẽ nẽo nisi ĩpe Christ⁹ ĩsederat pull⁹ vero asinę sũt hi q de priore ppło q nũc ĩ figura asinę noĩat̃: electi sũt ad salutẽ: de qb⁹ ppħa dicit. Si fuerit filii Isrł q̃si arena maris reliqę salue fiẽt: abiecta ergo asina q̃ on⁹ legis ĩ ifidelitate portare maluit: pull⁹ ex ĩpa nat⁹ eligit̃. i. nouell⁹ ex vetere p fidẽ ppłs asciscit̃: ac ppło ex gẽtib⁹ sociat̃. vit[ergo Christ⁹ ex ea pte dr̃ q̃ naturã suscepit hũanã: ad quẽ de⁹ verbũ suũ pullũ alligat. i. pplm suũ cõiũgit & sociat ei cõuersatiõi quã ĩpe exegit ĩ carne: vt mutatõe ipsi⁹ pull⁹ q ad ĩpsã alligat⁹ ẽ efficiat̃ cũ illo & fili⁹ dei: & cohęres Christi. Palmitẽ vero de quo E

ĩ ĩitiis qd significaret exposuim⁹: ĩtelligere possum⁹ hoc mõ. Fides q̃ ĩ Christo ẽ & pñtis vitæ regulã tenet: & futurę spei fiduciã pstat: vit[ergo illđ videt̃ oñdere q; Christi ĩ carne positi gesta ĩ ĩpso credẽtes imitãt̃. Palmes vero illđ ĩtelligit̃: q; palmes arbori cõnectit̃ & cõfirmat̃ a lapsu: quo admĩculo fret⁹ vẽtos ac turbĩes cõtẽnit: & respuit: futuroq; bonoq; ĩdicat spẽ: qa fideles qq; nõ solũ ĩ his q̃ geřt sed & ĩ his q̃ sperãt & credũt futurã cõsũmationẽ salut[expectãt: In quo q̃si ad quẽdã patiẽtię ardorẽ spe iũcti & cõfirmati tẽtationũ pcellas ac turbines ferũt: qđ de historiali Iuda ĩterptari nulla mihi rõ videt̃ posse pmittere: nisi Iudaicis fabłis ãnuẽtes putem⁹ ita posse ĩtelligi: p eo qđ dicũt ptẽ trib⁹ Iudę quã ĩ terrę hereditate suscepit ita refertã eẽ vineis: vt tãq̃ nullo alterius gñis existẽti virgulto tãta vitis eẽ copia videt̃ vt ne aĩal q dẽ allігãdi ad aliđ gen⁹ arbor[deẽt facłtas. Sed F

hęc: vt dixim⁹: Iudaica magis cõmẽta videbũtur: nobis aũt mystica & pl⁹ ẽt si sola sit placeat expositio. Lauabit in vino stolã suã & ĩ sanguĩe vuę amictũ suũ: videbũt & hęc quãtũ ad historicã expositionẽ agrũ fertilẽ vitę vберa

βολικως vini abũdãtiã significat̃: sed nobilio
rẽ sẽsũ mystica ꝓducit expositio. Nã stola chri
q̃ lauat̃ i vino merito ei⁹ itelligit̃ eccl'ia: quã ip
se mũdauit sibi sãguĩe suo: nõ hñtẽ maculã aut
rugã: nõ.n.iqt apl's argẽto: vl' auro redẽpti estis
sed ꝑcioso sanguĩe vnigeniti a deo: i hui⁹.n.sã
guinis vino.i.lauacro regñatiõis a christo la
uat̃ eccl'ia. Cõsepelimur.n.ꝑ baptismũ i mortẽ
& i sãguĩe ipsi⁹.i.i morte ipsi⁹ baptisamur: In
sãguĩe aũt vuę quõ amictũ suũ lauit vidẽdũ ẽ.
Amict⁹ ꝓpinqor q̃dã: vl' secretior corpi vestis
videt̃ eẽ q̃ stola: hi ergo q pri⁹ ꝑ lauacrũ loti sto
la ei⁹ fuerãt effecti: posteaq̃ ad sacramẽtũ san
guinis vuę puenerint: vl' iterioris mysterii: se
cretiorisq̃ facti sũt ꝑticipes: amict⁹ ei⁹ eẽ dñr.
Lauat̃ eñ & ẽt i vuę sanguĩe aĩa: cũ sacramẽti
hui⁹ cœpit cape rõnẽ: agnita nãq̃ & intellecta
virtute sanguis verbi dei quãto capacior effe
cta fuerit aĩa: tãto purior fit & lauat̃ quottidie
ad sciẽ ꝑfectũ & iũgẽs se deo: nõ solũ amict⁹ ei⁹
verũ ẽt vn⁹ iã cũ ipo spũs fiet: huic cõtrarius
erat amict⁹ ille ppl'i Isrl': in quo vt gẽtis ipudici
tiã designaret nõ tã amictũ: q̃ ꝑcinctoriũ noĩa
uit qđ Hieremias circũdare lũbis suis & aufer
re rursus atq̃ i euphratẽ iubet̃ abscõdere: gra
tifici oculi ei⁹ a vino: & dẽtes ei⁹ lacte cãdidio
res. Vides quõ historialẽ itellectũ erga finẽ ꝑ
cipue ãputat: & abscindit: Si ei adhuc cõtẽtio
si⁹ agẽtes dicere velim⁹ qa gratifici sũt ocl'i Iu
dę ex vino: ꝑ abũdãtia (vt supra dixim⁹) vini:
& abũdãtia poculoꝝ. Quid de cãdidis dẽtib⁹
rñdebim⁹: & qualitati lactis ꝑlatis: i quo aduer
sum veritatẽ ipudẽter nõ est agẽdũ: sed iterru
ptiõe itelligẽtię historialis exclusi ad spiritalis
G expositiõis ordinẽ redeam⁹. Gratifici (iquit)
oculi ei⁹ a vino. Supi⁹ oñdim⁹ apl'ica authori
tate mẽbra Christi dici dignos quosq̃ fideliũ:
& diuersa singl'arit mẽbra noĩari ꝑ eo qđ vnus
q̃sq̃ oĩ eccl'ię corpi depẽdit officiũ. Erũt eñi pe
des Christi q currũt ad faciẽdã pacẽ: q pgũt ad
subueniẽdũ his q i necessitate sunt positi. Erũt
man⁹ Christi q̃ ad mĩaꝫ extẽdũt: q auxiliũ idi
gẽtib⁹ ferũt: q iualidis ad ãminiculũ porrigũt
Sic ẽt & ocl'i Christi q sciẽ lumẽ vniuerso cor
pori ꝑstãt. Sicut in euãgelio scriptũ ẽ. Lucerna
corpis tui ẽ ocl's tu⁹. Gratifici ergo sũt ocl'i isti
ꝫmo eñ sciẽ sale cõdit⁹ ẽ: vt det grãm audiẽti
b⁹: nõ ergo ꝑ hoc solũ gratific⁹ dr̃ qa sciẽ ꝫmo
nẽ mĩstrat: sed qđ hẽt i se grãm facit. His eñ (i
qt sapiẽs) auditis: Sapiẽs sapiẽtior erit: gratifi
ci ergo sũt ocl'i ei⁹ a vino: qa nihil ẽ aquatũ i ver
bo sciẽ: nihil fluidũ: nihil frigidũ. Sed vinũ qđ
lętificat cor hoĩs: & qđ ifundit vulnerib⁹ illi⁹
q icidit i latrões: quo sc3 audiẽtiũ vulnera pec
catoꝝ nõ solũ olei lenitate mitigẽt: verũ ẽt vi
ni austeritate purgẽt. Et qs ẽ (iqt apl's) q me lę
tificat nisi q cõtristat̃ ex me. Cãdidi dẽtes eius H
sup lac: sępius de mẽbrorũ Christi ordine & ra
tiõe iã dixim⁹: & eadẽ frequẽti⁹ i eis locis repe
tere absurdũ videt̃. dẽtes ergo ei⁹ sup lac cãdi
di erũt hi: q forte & solidũ cibũ verbi dei man
dere & cõminuere ad sũmã subtilitatẽ dẽtib⁹
possũt: de qb⁹ dicit apl's i epl'a ad hebręos. Per
fectoꝝ ãt ẽ cib⁹ solid⁹: q ꝑ possibilitate sumẽdi
exercitatos hñt sẽs⁹ ad discretionẽ bõi & mali.
Semipfectis aũt corĩthiis dicit: Lac vobis potũ
dedi: nõ escã: nũdũ.n. poteratis. Sup eos q lacte
alũt: dẽtes ei⁹ sũt cãdidi id ẽ hi q pfectũ cibũ ca
pere possint: & comedere sup illos sunt q tãq̃ ꝑ
uuli adhuc lacte idigẽt. Deniq̃ & i lege: ea aĩan I
tia q̃ ruminãt: & sũptũ cibũ ad dẽtes denuo re
uocãt quẽ subtiliter minutatũ sustẽtatiõi cor
pori tradũt: mũda eẽ aĩalia designant̃ aptissi
me: Sane ẽt cãdidos dẽtes ei⁹ dicit. Oẽs eñ q ꝑ
fecti sũt: & q scripturaꝝ cibos dignis & cõpetẽ
tib⁹ interꝑtationib⁹ explanãtes subtilẽ & mi
nutũ itellectũ (q spiritalis dr̃) eccl'ię corpi sub
ministrãt cãdidi debẽt eẽ: & puri: atq̃ oĩ malo
liberi: ne forte dicat̃ eis: q alios doces te ipm nõ
doces. Verũ qm̃ diuĩa scriptura nõ solũ sacra
mẽtoꝝ debet sciẽtiã cõtinere: verũ etiã mores
gestaq̃ iformare discẽtiũ. Sic ei & sapiẽtia ꝑ So
lomonẽ dicit: describe hęc tibi dupl'r: & tripl'r i
corde tuo: & arca q̃ cõstruebat̃ a Noe bicamera
ta & tricamerata fieri iubetur. conemur & nos
posteaq̃ dupl'r ista ꝑut potuim⁹ sentire descri
psim⁹.i.scđm historiã & scđm misticũ intelle
ctũ. nũc i quãtũ recipre loc⁹ põt: ẽt moralẽ i eo
discutere ꝫmonẽ: vt scripturaꝝ studiosi: nõ so
lũ qđ i aliis: vl' ab aliis gestũ sit: sed ẽt ipsi itra se
qđ gerere debeãt doceant̃: Iudas cõfessio inter
ꝑtat̃. Qui ergo vel pctã sua cõfessus pœnitẽtiã K
gerit: vel Christũ i ꝑsecutiõe corã hoĩbus cõfi
tet̃: collaudat̃ a fratrib⁹ suis. Lętitia eñi & gau
diũ est ãgelis i cœlo sup vnũ pctõrẽ pœnitẽtiã
agẽtẽ. Ab ipis ergo tãq̃ a fratrib⁹ (vni⁹ etẽñ &
creatoris: & pr̃s filii sũt & hoĩes: & ãgeli) col
laudant̃. Verũ is q cõfitet̃ dñm Iesum: qa i spũ
sctõ cõfitet̃: man⁹ ei⁹ sup dorsũ iimicoꝝ efficiũ
tur. Qui eñ ãte exhibuerat mẽbra sua seruire
iniqtati ad iniqtatẽ: nũc ea exhibẽs seruire iu
stitię i sctĩficationẽ: iã fugiẽtiũ se iimicorũ suo
rũ: id est dæmonũ terga vexat & cędit. Sic eñ
pugnat: nõ quasi aerẽ cędens: sed dæmones fu
gãs: quiq̃ ob nimios ꝑfectus velut dei iam i se
participiũ habẽs etiam adorari dicit̃ a filiis pa
tris sui: filios patris sui quasi i morali loco pos
sum⁹ intelligere minoris meriti fideles q in eo
maiores quosq̃ & perfectiores adorãt: qui coꝝ
opa humiles ac subiecti venerant̃ & laudãt. vñ
ad ecclesiã dicit̃: adorabũt vestigia pedũ tuoꝝ.

Explicit Homilia. XVII.

Incipit Tractatus Origenis in Exodū. Homilia prima. Capitu. Primi.

A Idetur mihi vnusquisq; sermo scripturæ diuinæ siłis esse alicui seminū: cui⁹ natura hæc ē: vt cū iactū fuerit ī terrā: regeneratū ī spicā: vel in quācūq; aliam sui gener[is] speciē m[u]ltipliciter diffundat: & tanto cumulatius: quāto vel peritus agricola plus seminibus laboris impenderit: vel beneficiū terræ fœcūdioris indulserit. Sic ergo efficit: vt culturæ diligētia exiguum semē (verbi causa) sinapis: qđ est minimū oīm: efficiat maius oībus oleribus: & fiat arbor: ita vt veniāt volatilia cœli: & habitēt in ramis ei⁹. Ita & hic sermo qui nūc nobis ex diuinis voluminibus recitatus est: si peritū inueniat: & diligētē colonū: cū primo attactu videatur exiguus & breuis: vt cœperit excoli: & spiritualiter retractari: crescit in arborē: in ramos: & in virgulta diffundit: ita vt possint venire disputatores: & rhetores huius mundi: qui velut aues cœli leuibus pēnis verborū dūtaxat pōpa: excelsa sectant & ardua: & rōnibus capti velint habitare in ramis istis: in q[ui]bus nō loquendi decor est: sed ratio viuendi. Quid ergo faciem⁹ & nos de his: q̄ lecta sunt nobis? Si mihi dn̄s cōcedere dignaret spiritalis agriculturę disciplinā: si peritiā colendi ruris donaret: vnus sermo ex his: q̄ recitata sūt in tantū possit lōge: lateq; diffundi: si tñ & auditorum capacitas fineret: vt vix nobis ad explicandū sufficeret dies. tentabimus tñ ꝓ viribus nostris aliqua disserere: etiam si neq; nobis vniuersa explicare: neq; vobis cuncta audire possibile est. Quia & hoc ipsum agnoscere: ꝙ supra vires nr̄as sit horū scientia: nō paruę arbitror esse peritiæ. Videam⁹ ergo qđ statim in initiis Exodi lectio cōtineat: & qua possumus breuitate quātū ad ædificationem auditorum sufficit: ꝓsequamur. Si tñ precib⁹ vestris iuuetis: vt adsit nobis sermo dei: & ipse

B dux nostri dignetur esse sermonis. Hæc sunt (inquit) nōia filiorū Israel: qui ingressi sunt in Aegyptū vna cū Iacob patre suo: vnusq[ui]sq; cum vniuersa domo sua intrauerūt. Ruben. Simeon: Leui. Iudas: & cæteri patriarchæ. Ioseph aūt (inquit) erat in ægypto. Erant autē oēs animæ de Iacob septuagintaquinq;. Simi

le huic mysterio & illud eē puto: qđ per ꝓphetam dicit̃ si q[ui]s aduertere pōt. In ęgyptū descēdit populus meus: vt habitaret ibi: & in Assyrios vi abductus est. Si quis ergo potest inuicem sibi ista conferre: & ex his quę vel a prioribus nostris: vel etiā ab ęqualibus: sed & a nobis nonnunq̄ disputata sunt / intelligere poterit quæ sit Aegyptus in quā popul⁹ dei nō tā ad habitandum: q̄ ad incolendum descendit: qui etiam sint Assyrii: qui eos vim facientes abduxerunt consequenter aduertet: quis sit patriarcharum numerus / & ordo / quæue eorum domus: & familiæ designentur: quæ vna cum Iacob patre suo ingressæ dicantur in Aegyptum. Descendit enim Ruben cū tota domo sua: & Leui cum tota domo sua: sed & cæteri omnes. Ioseph autem (inquit) erat in Aegypto: & vxorem de ægypto accepit: & licet ibi positus: tamen in patriarcharum numero habetur. Siquis ergo potest spiritaliter ista discutere: & apostoli sensum sequi: quo discernit: & segregat israel: & dicit esse quēdam secundum carnem israel: vt alium sine dubio indicet esse secundum spiritum: sed & siquis sermonem domini diligētius cōsyderet: quo hoc ipsum designat cum dicit de quodam. Ecce verus Israelita: in quo dolus non est: & dat intelligi esse aliquos veros israelitas: aliquos sine dubio non veros: poterit fortasse spiritalibus spiritalia conferens: & nouis vetera: ac veteribus noua componens: mysterium ægypti: & patriarcharum in eam descēsionem aduertere. Sed & differentias tribuum contemplabitur: vt coniiciat quid eximium visum sit in tribu Leui: ꝙ ex ea sacerdotes domini eliguntur ac ministri: quid etiam in tribu Iuda præcipuum dominus senserit: ꝙ ex ea Reges assumuntur: & principes: & quod est maius omnium: ꝙ ex ipa etiam dominus & saluator noster scđ carnē nascitur. Nescio eñ si huiusmodi priuilegia ad illorum meritū referenda sint ex quorū stirpe nomen: vel originem ducunt: id est vel ad ipsum Iudam: vel ad Leui: vel ad vnūquēq; eorū: qui tribui nomē dedit. Mouet eñ me in hac intētione & illud: quod Ioannes in Apocalypsi de populo hoc q Christo credidit scribit. Dicit enim quia ex tribu Ruben duodecim milia. ex tribu Simeon duodecim milia. similiter autem & ex singulis q[ui]busq; tribub⁹ duodena milia: quos simul omnes dicit esse centum quadragintaquatuor milia: qui se cum mulieribus non coinquinauerint: sed virgines ꝑmanserint. Qđ vtiq; cū dicitur: nec qualiscunq;: vel inepta potest esse suspitio: quin ad istas tribus iudæorum:

C

Simeon.& Leui:& cæteras quæ de Iacob genus ducũt:possint reuocari. Ad quos igitur patres iste numerus virginũ referẽdus sit: tã æqualis:tam integer:tamq̃ composit⁹:ita vt nullus altero supior:aut inferior numeretur Ego quidẽ pgredi vltra ingrẽdo non audeo: sed & hactenus pene cũ aliquo discrimine incedo. Apostolus tñ quasdã suspitiones his:q altius intueri possunt:subiecit/cũ dicit.Propter qđ flecto genua mea ad patrẽ dñi nostri Iesu Christi:ex quo oĩs paternitas in cœlis:& in terra noĩatur.Et quidẽ de terrenis paternitatibus intellectus nõ videtur esse difficilis. Patres etẽm tribuũ vel domorũ sunt:ad quos successio posteritatis referẽt: simul omnis paternitas appellaẽt. In cœlo vero qđ dicit quõ aut qualiter sint patres:aut pro qbus posteritatibus cœlestis paternitas noĩetur:ipsius est nosse solius:cui⁹ cœlum cœli est:terrã aũt de
D dit filiis hoĩm. Descenderũt ergo in ægyptũ patres. Ruben.Symeon.Leui. vnusquisq̃ cũ omni domo sua:quomõ quis & hoc differat: q̃ cum omni domo sua introierũt in ægyptũ quibus addiẽt.Et oẽs(inqt)animę:q̃ introierunt cũ Iacob.lxxv.Hic iam nominando aĩas pene nudauerat mysterium sermo pphetious qđ vbiq̃ cõtexerat:vt pderet q̃ nõ de corporibus:sed de aĩabus hæc dicit. Verũtamen habet adhuc velamẽ suũ.In vsu nãq̃ esse creditur:aĩas p hoĩbus appellari.Interim.lxxv.animæ descenderunt cũ Iacob in Aegyptũ. Istæ sunt animæ:quas genuit Iacob.Ego nõ puto q̃ quilibet hoĩm possit animã gignere: nisi si quis forte talis sit:qualis ille qui dicebat. Nã et si multa milia pędagogorũ habeatis ĩ Christo:sed nõ multos patres. Nã in Christo Iesu per euangeliũ ego vos genui. Isti tales sunt:q generãt animas:& parturiunt eas: sicut & alibi dicit.Filioli mei quos iterũ parturio donec formetur Christ⁹ in vobis.Alii eẽm huiusmodi generationis curam:aut nolũt habere:aut nequeunt.Deniq̃ statim in initiis ipse Adam qui dicit.Hoc nunc os de ossibus meis:& caro de carne mea.Nec tñ addidit & aĩa de anima mea.Sed velim mihi diceres o Adam si os de tuis ossibus agnouisti:&carnem de tua carne sensisti:cur non intellexisti etiam aĩam de tua anima pcessisse!Si eẽm oĩa quæ in te erant tradidisti:cur nõ etiam animę facis cũ cęteris mẽtionẽ:quæ melior totius hoĩs pars est!Sed videtur per hæc intelligentibus indiciũ dare:q̃ cum dicit os de ossibus meis:& caro de carne mea:quæ de terra sunt sua esse profiteri:non audere vero sua dicere quę scit nõ eẽ de terra Sed & Laban similiter cũ dicit ađ Iacob: quoniam os meũ & caro mea es tu.nec ipse amplius aliquid videtur audere suũ dicere:nisi qđ terrenæ cõsanguinitatis agnoscit. Alia quippe est animarũ cognatio:quæ vel Iacob descẽdenti in Aegyptum sociatur: vel cæteris patriarchis:& sanctis sub enumeratione mysticę posteritatis adscribitur.Sed qui vicinũ terrę nauigantes seruare disposuimus cursum: & ipsam quodãmodo oram litoris stringere: in altum nescio quomodo vndarũ nos violentior æstus abducit.Redeamus igitur ad ea:q̃ consequenter adduntur.Mortuus est (inqt) Ioseph & omnes fratres eius:& omnis generatio illa. Filii aũt israel creuerũt & mltiplicati sunt:& in multitudine magna: diffusi sunt: & inualuerunt multum valde:multiplicauit enim illos terra.Donec viueret Ioseph non refertur q̃ multiplicati fuerint filii Israel nec aliquid omnino in his de augmentis: & numerositate memoraẽt.Ego credens verbis dñi mei Iesu Christi in lege:& prophetis iota quidem vnum aut vnum apicem non puto esse mysteriis vacuum: nec puto aliquid horum trãsire posse:donec oĩa fiant. Verum quoniam exiguæ capacitatis sumus:ea nunc tantũ pulsemus:quibus tutius incedamus. Anteq̃ moreretur noster Ioseph: ille qui distractus est triginta argenteis ab vno ex fratribus suis Iuda valde pauci erant filii Israel.Cũ vero pro omnibus gustauit mortẽ per quam destruxit eũ: qui habebat mortis imperiũ/id est diabolum multiplicatus est fidelium populus: & diffusi sunt filii Israel:& multiplicauit eos terra:& creuerunt nimis valde. Nisi eẽm(sicut ipse dixit)cecidisset granum frumenti in terram:& mortuum fuisset:nõ vtiq̃ fructum hunc plurimum totius orbis terræ ecclesia attulisset. Igitur posteaq̃ cecidit granũ in terrã: & mortuum est:omnis hęc ex ipso surrexit fidelium seges:& multiplicati sunt filii Israel: & inualuerunt nimis valde.In omnẽ terrã exiuit sonus apostolorum:& in fines orbis terrę verba eorum.& per ipsos sicut scriptũ est: verbũ domini crescebat:& multiplicabaẽt. Hæc quantum ad mysticũ ptinet intellectũ.Sed & moralem in his non omittamus locum. Aedificat enim animas auditorum.Igitur & in te si moriatur Ioseph/id est si mortificationẽ Christi in corpore tuo suscipias:& mortifices mẽbra tua peccato:tunc in te multiplicabunẽt filii Israel:filii israel sensus boni:& spiritales accipiuntur.Si ergo sensus carnis mortificenẽt:sensus spũs crescũt:& quotidie emoriẽtib⁹ in te vitiis:virtutũ numer⁹ augeẽt. Sed & terra te multiplicat in opibus bonis:q̃ p officiũ corpis

E (margin, beside "Ioseph & omnes fratres eius")
F (margin, beside "enim animas auditorum")

ministrantur. Verum si vis vt ostendã tibi de scripturis: quis est quem terra multiplicauerit: intuere apostolum Paulum quomodo dicit. Si aũt viuerem in carne: hic mihi fructus operis est: & quid eligã ignoro. Coarctor eñ ex duobus desyderiũ habens dissolui: & esse cũ Christo. multo eñ melius pmanere in carne magis necessariũ propter vos. Vides quomodo hęc terra m'tiplicat? Dum eñ manet ĩ terra/id est in carne sua/multiplicat cõdẽdo ecclesias. multiplicatur acquirẽdo populum deo: & ab Hierusalẽ in circuitu vsq; ad Illyricum dei euangelium prædicando. Sed videamus quid additur in consequẽtibus. Surrexit

A autem (inquit) rex alius in Aegypto: qui nesciebat Ioseph: & dixit genti suę. Ecce gens filiorum israel grandis multitudo est: & valet super nos. Primo oĩm requirere volo quis est rex in Aegypto: qui scit Ioseph: & quis est rex qui nescit Ioseph. Dum eñ ille regnaret qui sciebat Ioseph: nõ referunt afflicti esse filii israel: neq; in luto: & latere cõsumpti: neq; masculi eorum necati: & fœminæ viuificatæ. Sed cũ surrexit iste: qui nõ nouerat Ioseph: & cœpit ipse regnare: tunc hæc oĩa gesta referunt. Quis ergo est iste rex: videamus. Si dñs regit nos: & sensus mentis nostræ illuminat a dño: si Christi semper memoriã tenet faciens illud qđ Paulus ad Timotheũ scribit: Memor esto Christum Iesum resurrexisse a mortuis. Dũ hic viui in Aegypto/id est in carne nostra: spiritus noster regnũ cum iustitia tenet: & filios Israel: quos supra diximus rationabiles sens⁹: vel animæ virtutes in luto: & latere: non consumit: nec curis eos terrenis: & solicitudinibus atterit. Si vero perdiderit horum memoriam sensus noster: declinauerit a deo: nescierit Christũ: tunc sapientia carnis: quæ inimica est deo: succedit in regnũ: & alloquitur ad gentem suam: corporeas scilicet voluptates: & vitiorum ducibus ad conciliũ vocatis/initur deliberatio aduersus filios israel: quomodo circunueniantur: quomodo opprimãtur: vt luto & lateribus affligantur: vt mares exponant: fœminas alant: vt ædificẽt ciuitates

B Aegypti: & ciuitates munitas. Nõ nobis hæc ad historiam scripta sunt: neq; putandum est libros diuinos ęgyptiorum gesta narrare: sed quæ scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt: & commonitionem: vt tu qui hæc audis: si forte iam gratiam baptismi consecutus es: & adnumeratus es inter filios israel: ac suscepisti in te deum regem: & post hæc declinare volueris ad opera sæculi: agere actus terræ: & lutea explere mysteria: scias & agnoscas: quia surrexit in te rex alius: qui nescit Ioseph: Rex ægypti & ipse te cogit ad opera sua & ipse te facit laterem sibi operari/& lutum: Ipse est qui te suppositis magistris: & compulsoribus ad opera terrena flagris ac verberib⁹ agit: vt ædifices illi ciuitates. Ipse est qui te facit discurrere per sęculũ maris ac terrę: elemẽta pro cupiditate turbare. Ipse est hic ægypti rex: qui te forum pulsare litibus facit & ꝓ exiguo terræ cespite propinquos iurgiis fatigare: & vt ita dicam, castitati insidiari: decipere innocentiam. domi fœda. foris crudelia. intra conscientiam flagitiosa commitere. Cum ergo tales videris actus tuos scito te regi ægyptio militare: quod est immundi spiritus imperio agi. Si vero & aliquid de hoc etiam altius sentiendum est: potest videri rex iste: qui C nescit Ioseph diabolus: insipiens ille qui dixit in corde suo non est deus gẽti suæ: hoc est apostaticis angelis colloqui: & dicere. Ecce genus filiorum Israel magna multitudo est. De his scilicet qui possunt mente deum videre & potentior est nobis. Venite itaq; circũscribam⁹ illos: ne forte increscant: & cum acciderit nobis bellum: consentiãt & hi cum aduersariis: & expugnantes nos exibunt de terra nostra. Sed vnde hoc sentit diabolus? Vnde intelligit quia magna gens sit israel: & ipso fortior: nisi quia sæpe congressus est: sæpe habuit luctamen: & sæpe superatus est? Scit enim & ipsum Iacob luctatum esse: & adiutorio angeli obtinuisse aduersariũ: & inualuisse cũ deo. Nõ dubito quin & aliorũ sanctorũ senserit luctamen: & spiritalia pertulerit sæpe certamina: & inde dicit quia gens filiorum Israel magna est valde: & valet super nos. Sed & illud quod timẽt: ne quando eueniat eis bellum: & consentiant aduersariis eius: & deuictis eis discedant de terra sua. Videt mihi ex his: quę sanctis patriarchis vel prophetis de aduentu Christi nonnunq̃ indicata fuerant præsensisse: & inde scire ꝙ sibi immineat bellum. Sentit venturum qui exuat principatus eius: & potestates: & cum fiducia triumphet eos: & affligat in ligno crucis suæ. Igitur conuocata omni gente sua circunuenire: & circunscribere D cupit in hominibus rationabilem sensum: q nunc figuraliter dicitur Israel: & ideo præfecit eis magistros operum: qui eos cogãt discere opera carnis: sicut & in psalmis dicit. Et admixti sunt gentibus: & didicerũt opera eorũ Docet eos & ciuitates ædificare. Pharaoni fithon: quæ in nr̃a lingua significat os defectionis: vel os abyssi & Raamses: quę interp̃tatur commotio tineæ: & æthon: id est Heliopolis.

quæ dicitur ciuitas solis. Vides quales sibi ciuitates ædificari præcipit Pharao? Os (inqt) deficiens deficit. Nãq; os cum mendacium loquitur: a veritate & pbationibus deficit. Ille enim ab initio mendax fuit: & ideo tales sibi ciuitates ædificari vult: vel etiam os abyssi: quia abyssus pditionis: & interitus est locus. Et alia ei⁹ ciuitas cõmotio tineæ est. Oẽs em̃ qui eũ sequunt: ibi cõgregãt thesauros suos: vbi tinea exterminat: & vbi fures effodiũt & furant. Sed & ciuitatẽ solis ędificant falso nomine: pro eo q conuertit se sicut angelus lucis. In his ergo pręuenit: in his occupat mentes: quæ ad hoc factę sunt: vt videant deum. Prospicit tamẽ imminere sibi bellũ: & maturum gentis suæ affuturũ sentit exitium: ideo
E dicit: quia gens Israel valet sup nos. Vtinam & de nobis hoc dicat: sentiat nos valere super se. Quomodo sentire hoc poterit? Si cũ mihi cogitationes iniicit malas: & cõcupiscentias pessimas: ego non suscipiam: sed iacula eius ignita scuto fidei repellã: si in oĩbus quæcunq; suggerit menti meæ: ego memor Christi mei domini: dicã. Vade retro Sathanas. Scriptũ est enim dominũ deũ tuum adorabis: & ipsi soli seruies. Si ergo hæc omni fide: omni constantia agamus: dicit & de nobis: quia gens Israel magna est: & valet sup nos. Sed & hoc: qđ dicit: ne forte accidat nobis bellum: & consentiant & hi cum aduersariis nostris: ex propheticis vocibus præuidit venturum sibi bellum: & derelinquendũ se a filiis Israel: & qa cõsentiant aduersario eius: & adiicientur ad dominũ. Hoc est em̃ quod de eo Hieremias propheta pdixerat. Clamauit perdix: congregauit: quæ nõ peperit: fecit diuitias suas: nõ cũ iudicio: in dimidio dierum eius derelinquent eum: & in nouissimis suis erit stultus. Intelligit ergo perdicẽ se dictum: quæ nõ peperit / cõgregasse: & q hi quos nõ cum iudicio cõgregauit: in dimidio dierũ suoꝝ derelinquent eũ & sequentur dominũ: & creatorẽ suum Christum Iesum: qui eos genuit. Ille aũt cõgregauit: quos nõ genuit. Et ideo remanebit stultus in nouissimis suis: cũ ad factorem & ad parentem suum vniuersa: quæ nunc pro huius tyrannide congemiscit: creatura confugerit & hoc indignatur: & dicit: ne expugnantes
F (inquit) nos / exeant de terra nostra. Nõ vult nos exire de terra sua: sed vult vt semp portem⁹ imaginẽ terreni. Si ad em̃ aduersariũ eius confugerimus: eum qui nobis præparauit regna cœlorũ: necesse est vt relinquamus imaginem terreni: & suscipiamus imaginẽ cœlestis. Propterea ergo Pharao statuit magistros operum: qui nos suas artes doceant: qui nos artifices malitiæ faciant: qui nobis magisterium malorũ præbeant. Et quia multi sunt isti magistri: & doctores malitiæ: quos pfecit Pharao: & est ingẽs multitudo huiuscemodi compulsorum: qui omnes exigunt: imperãt: & extorquẽt opera terrena: ideo veniẽs dñs Iesus: fecit alios magistros: & doctores: qui pugnantes aduersum illos: & subiicientes oẽs eorum principatus / & potestates / & virtutes: defendant a violentiis eorum filios Israel: & doceãt nos opera israelitica. Et rursum doceant nos mente deum videre: & relinquere opera Pharaonis: exire de terra ægypti: abiicere Aegyptios & barbaros mores: deponere totum veterem hoĩem cum actib⁹ suis: & induere nouum: qui scđm deum creat⁹ est: renouari semper de die in diem ad imaginem eius: qui fecit nos in gloriam: & laudem suam: cui ẽ gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

De obstetricibus secũdæ partis Capi. pri. Homilia secunda.

Multa quidẽ aduersum gentẽ Dei molit rex iste: q non nouit Ioseph: & artes nocẽdi nouas semp iquirit. Verum nũc calliditas ei⁹ supereminet modũ: cũ obstetricũ ministerio sobolẽ gẽtis conat extinguere: quarũ arte solet vita seruari. Quid em̃ dicit? Et dixit (inqt) rex ægyptiorũ obstetricib⁹ hebręorum: quarũ vni nomẽ erat Sephora: & nomẽ alteri⁹ Phua: & ait. Cũ obstetricabitis hebręas: & ppe partũ erũt: si mascul⁹ fuerit / occidite eũ: si fœmina viuificate. Sed his adiungit in consequentibus. Timuerũt aũt obstetrices deũ: & nõ fecerunt sicut pceperat illis rex ægypti: & viuificabant masculos. Si scđm historiæ narrationẽ suscipiẽda essent quæ scripta sunt: videretur hoc: quod dicit scriptura: quia nõ fecerunt obstetrices scđm quod præcepit eis rex Aegypti: stare non posse. Nõ em̃ inueniuntur obstetrices nõ viuificasse fœminas: quas pręcepit rex Aegypti viuificari. Sic em̃ ait: siquidẽ masculus est: occidite illum: si fœmina: viuificate. Et si nõ fecerunt obstetrices sicut præceperat rex ægypti: debuerãt vtiq; sicut masculos viuificabant cõtra præceptũ regis: ita fœminas occidere: vt & hoc esset cõtra præceptũ regis Nam fœminas viuificasse scđm præceptum est fecisse Pharaonis. Hæc interim ppter eos / qui amici sunt literæ: & non putant legem spiritalem esse: & spiritaliter intelligẽdam. Sed

ños qui omnia quæ scripta sunt: nō pro narrationibus antiquitatum: sed pro disciplina & vtilitate nostra didicimus scripta: hæc quæ leguntur: etiam nunc fieri nō solum in hoc mūdo: qui ægyptus figuraliter dicit̄: sed in vno quoq; nostrū depręhēdimus. Requiramus ergo quomodo rex ægypti: qui est princeps huius mundi viuificari mares non vult: fœminas vult. Si meministis / sæpe ostendimus disputantes:
A ꝙ in fœminis caro: & affectus carnis designat̄: vir aūt rationabilis sensus: & intellectualis sit spiritus. Sensum autē rationabilem: qui potest cœlestia sapere: qui potest intelligere deum: & quę sursum sunt quærere: hunc odit Pharao rex & princeps ęgypti hūc necari cupit: & interimi. Cupit aūt quæcunq; carnis sunt viuere: & quæ ad materiam pertinent corporalem: hæc nō solum viuere: sed & augeri & excoli cupit. Vult em̄ vt oēs carnalia sapiant: temporalia desyderent: quæ supra terram sunt quęrāt: nemo eleuet ad cœlū oculos suos: nemo reqrat vnde huc venerit: nemo patriā paradisum recordet̄. Cū ergo videris hoīes in voluptatibus: & delitiis vitam ducere: luxu fluitare, epulis, vino, conuiuiis, cubilibus: & impudicitiis operā dare: in istis scias ꝙ rex ægypti masculos necat: & viuificat fœminas. Si vero rarū quēq; videas vnū ex mille ad dominū conuerti: oculos sursum erigere: quæ ꝑpetua sunt / & æterna quærere: contēplari nō ea quæ vident̄: sed quæ nō videntur: odisse delitias, amare continentiā, luxuriam fugere, excolere virtutes, istū quasi masculum: quasi virum necari cupit Pharao: persequitur, insectatur, mille aduersus eum machinis pugnat. Odit tales, viuere eos ī ęgypto non sinit. Inde ergo est ꝙ in hoc mundo serui dei & oēs qui deū quærunt: despectui habentur: & contemptui. Inde contumeliis expositi sunt: inde replent̄ opprobriis: inde odia ī eos & ꝑsecutiones agitant̄: quia odit eos Pharao:
B odit huiusmodi mares: q fœminas amat. Iste etiam obstetrices corrumpere aggreditur: & per ipsas implere quod desyderat: quarū etiā noīa nobis per prouisionē spiritus sancti: qui hæc scribi voluit: indicant̄. Sephora (inquit) vna: quæ interpretat̄ passer: & Phua: q̄ apud nos: vel rubens: vel verecūda dici potest. Per has igitur necari mares: & viuificari solas fœminas quærit. Sed qd dicit scriptura? Et timebant (inqt) obstetrices deū: & nō fecerunt sicut ꝑcepit eis rex ægypti. Istas obstetrices dixerunt ante nos quidā: rōnabilis eruditionis formam tenere. Obstetrices enim mediæ quædam sunt: & tam masculos nascentes: q̄ fœminas fouent. Eruditio ergo ista cōmunis rationabilis scientiæ: ad omnē propemodū peruenit sensum. Omnes instruit, omnes fouet. Siquis in ea virilis animi fuerit: & voluerit cœlestia quærere: & diuina sectari: veluti medicatus / & fotus per huiusmodi eruditiones: ad diuinorū intelligentiam paratior veniet. Est enim vna velut passer quæ celsiora docet: & rationabilibus doctrinæ pennis in altū volare prouocat aīos. Alia quæ rubens est: vel verecunda moralis est: mores cōponit: verecundiam docet: instituit honestatē. Mihi tñ quoniā C
dicit de his scriptura: quia timebant deum: & nō fecerunt ꝑcepta regis Aegypti: videntur obstetrices istæ duę vtriusq; testamēti figurā seruare: & Sephora quæ passer interꝑtatur / legi: quæ spiritalis est: posse conferri. Phua vero quæ rubens: vel verecūda est: indicare euāgelia quæ Christi sanguine rubent: & per vniuersum mundū passionis eius rutilant cruore. Ab his ergo animæ: quæ nascuntur in ecclesia: velut obstetricibus medicantur: quia ex scripturarū lectiōe cuncta in ea eruditiōis medicina confertur. Tentat tñ Pharao ꝑ hæc necare ecclesiæ masculos: cum studiosis quibusq; in scripturis diuinis hæreticos sensus: & peruersa dogmata suggerit. Sed stat immobile fundamentum dei. Timent em̄ obstetrices deū, id est timorē dei docēt: qa initiū sapiētiæ timor dñi. Sic deniq; cōpetentius aptari puto & illud: quod in posterioribꝰ scriptum est: vbi dicit: quia timebāt obstetrices deū: fecerunt sibi domos. Quod dictū nullam cōsequentiā scdm literā habere potest. D
Quis em̄ ordo est: vt dicat quia timebant obstetrices deum: fecerunt sibi domos: quasi ꝓpterea domus fiat: quia timetur deus? Hoc si ita accipiatur (vt scriptū est) nō solū nihil consequētiæ: sed & inanitatis plurimum habere videbitur. Sin autē videas quomodo scripturę noui ac veteris testamēti timorem dei docentes domos ecclesiæ faciant: & vniuersum orbem terræ orationū domibus repleant: tunc quod scriptū est rationabiliter scriptū videbit̄. Sic ergo istæ obstetrices quia timent deum & timorem dei docēt: nō faciūt præceptum regis Aegypti: sed viuificāt masculos suos: nec tñ dicitur: qa paruerint ꝑcepto regis ægypti: vt viuificarēt fœminas. Ego cōfidēter audeo dicere scdm scripturę sensus: obstetrices istę nō viuificant fœminas. Neq; em̄ vitia docent̄ in ecclesiis: aut luxuria ꝑdicat̄: aut peccata nutriunt̄. Hoc em̄ vult Pharao: cū viuificari fœminas iubet: sed sola virtus excolit̄: & ipsa sola nutritur. Verū hęc ad vnūquēq; nostrum

referamus. Et tu si times deum: non facis præceptum regis ægypti. Ille enim tibi præcipit: vt in delitiis viuas: vt diligas præsens sæculũ vt præsentia cõcupiscas. Tu si deum times: & exhibes obstetricis officium animæ tuæ: si ei salutem conferre cupis: nõ facis hæc: sed viuificas masculum: qui in te est: interiorẽ tuum hominẽ medicaris & foues: & ipsi pactꝰ: aut intellectus bonos vitam conquiris æternam.

E Sed post hęc vbi vidit Pharao: ꝙ ꝑ obstetrices nõ posset necare masculos Israel: præcepit (inquit) omni populo dicens. Omne masculinũ quodcunqꝫ natum fuerit Hebræis / in flumen proiicite: & omne fœmininum viuificate. Videte quid princeps huius mundi præcipit suis: vt infantes nostros rapiant: & in flumen ꝓiiciant: primę statim natiuitati nostrorum insidiantes continuo / vt vbera ecclesię prima cõtigerint: irruant: diripiant: persequantur: vndis & fluctibus huius sæculi absorbeant. Videte quid audiatis: sapientia dei per Salomonem dicit. Intelligibiliter intellige quæ apponuntur tibi. Vide statim vt natus: immo vt renatus fueris quid tibi imminet. Hoc illud est: quod in euangelio legis: quia Iesus statim vt ascendit de baptismo: ductus est ab spiritu in tentaretur a diabolo. Hoc ergo est: quod & desertũ vt hoc loco Pharao ꝓcepit pplo suo: hebræos infantes statim vt nati fuerĩt inuadãt: diripiant: aquis submergant. Hoc fortassis ẽ: quod & per prophetam dicitur: Quia intrauerunt aquæ vsqꝫ ad animam meam. Defixꝰ sum in limo profundi: & non est substantia. Sed propterea Christus superauit & vicit: vt tibi vincendi iter aperiret. Propterea ieiunãs vicit: vt & tu scias huiusmodi genus dæmoniorum ieiuniis: & orationibus superãdum. Propterea & oblata sibi omnia regna mundi: & gloriam eorum contemnit: vt & tu contẽnens gloriam mundi possis superare tentantem. Aegyptii ergo: quibus Pharao dedit pręcepta: fœminas tantum viuificant, oderunt masculos. oderunt nanqꝫ virtutes: vitia tantum: & voluptates nutriunt. Et nunc igitur insidiantur Aegyptii: si forte hebræis nascatur aliquis masculus: vt statim persequantur & interficiant: nisi caueant: nisi obseruent: & occultẽt germen masculinum. Denique refert scriptura ꝙ de tribu Leui q̃dã genuit masculinum: & vidit infantem esse elegãtem: occul-

F tauit eum mensibus tribus. Vide si non propterea nobis præcipitur: ne bonos actus in publico geramus: ne iustitiam nostram corã hominibus faciamus: sed vt clauso ostio oremus patrem in occulto: & ꝙ facit dextera nostra nesciat sinistra. Nisi enim in occulto fuerit: diripietur ab Aegyptiis: inuadetur: in flumen iactabitur: vndis & fluctibus submergetur. Ergo si facio elemosynam: quia opus dei est / masculum genero. Sed si ita faciam: vt hominibus innotescat & ab hominibꝰ laudem quęram: & non eam occultauero: rapta est ab ęgyptiis elemosyna mea: & in flumen demersa ẽ: & tanto labore: tantoqꝫ studio ægyptiis masculum genui. Propterea o vos populus dei q̃ hæc auditis: nolite putare (vt sæpe iam diximus) veterum vobis fabulas recitari: sed doceri vos per hæc: vt agnoscatis ordinem vitę instituta morum: fidei: virtutisqꝫ certamina Videntes ergo isti de tribu Leui elegantem esse infantẽ: cælauerunt eum mensibus tribus. Cumqꝫ non possent amplius cęlare eum: sumpsit (inquit) mater eius tibin: & liniuit bitumine: & iniecit infantem in eam: & posuit in palude secus flumẽ: & obseruabat soror eius de longe: vt videret quid accideret ei. Descendit autẽ filia Pharaonis: vt lauaretur in flumine: & audiuit plorantem infantem: & misit (inquit) & assumpsit eum: & dixit filia Pharaonis. Quia de infantibus hebręorũ est hic. Post hæc iam refertur quomodo soror eius dixit: vt matrem pueri vocaret: quæ eum nutriret. Et dixit (inquit) ad illã filia Pharaonis. Custodi mihi hunc infantẽ: & nutri eum mihi: ego autẽ dabo tibi mercedẽ. Cumqꝫ nutrisset eum: & fortior factus esset: induxit illum ad filiam Pharaonis: & factꝰ est ei in filium: & nominauit nomen eius Moysen dicens: quia de aqua eum assumpsi. Singula hęc immensis repleta mysteriis: tempus exigũt grande: & totius diei spatia si in his consumamus: vix fortasse sufficiat. Breuiter tñ aliqua nobis ꝓ ecclesiæ ędificatione pulsanda sunt. Puto filiam Pharaonis ecclesiã: quę cõgregatᷣ ex gentibus videri posse: quæ q̃uis impium & iniquũ habeat patrẽ: tamen dicitur ad eam per prophetam. Audi filia & vide: & inclina aurem tuã & obliuiscere populũ tuum: & domũ patris tui: quia concupiuit rex speciem tuam: hęc ergo est: quæ exiit de domo patris: & venit ad aquas: vt lauaretur a peccatis: quæ contraxerat in domo patris sui. Denique statim viscera misericordiæ suscipit: & miseratur infantem. Hæc ergo ecclesia ex gentibus veniens: in palude inuenit iacentem Moysen: abiectum a suis & expositum: dat eum nutrici: & nutritur apud suos: ibi agit infantiam. Cum autẽ fortior factus est: tunc inducitur ad eam: & adoptatur in filium. Moyses autẽ quia lex appellatur: in multis locis iam sæpe disertum

est. Veniens ergo ecclesia ad aquas baptismi suscepit etiam legem: q̄ tamen lex erat intra tibin conclusa: pice & bitumine oblita. Tibis gen⁹ est tegminis ex virgis/aut ex papyro cō textum: vel etiam ex arborum cortice formatum, intra quod iniectus infans videbat expositus. Iacebat ergo lex cōclusa intra huiusmodi tegmina: & pice ac bitumine oblita: vilib⁹/ & terris iudæorū sensibus sordebat obsepta: vsquequo ecclesia veniret ex gentibus: & adsumeret eam de luteis: & palustribus locis: atq; intra sapiētiæ aulas & regalia tecta cōsciscere ret. Hæc tamē lex infantiam suam apud suos transigit. Apud illos enim qui spiritaliter eā intelligere nesciunt: paruula est & infans & lactentium habens cibos. Cum vero ad ecclesiā venit: cum ecclesiæ ingreditur domum: fortior est & validior Moyses. Amoto enim velamine literæ: prefectus in lectione eius cib⁹: &
A solidus inuenitur. Quid tamen est q̄ & mercedem nutrimentorum a filia percipit Pharaonis: illa apud quam lex & nata est: & nutrita? Quid est quod synagoga accipit de ecclesia? Puto illud intelligi posse: quod idem Moyses scribit dicens. Ego in nongentem: in æmulationē vos inducam: in gentem insipientem: in ira vos concitabo. Et synagoga ergo de ecclesia istud mercedis accipit: vt vltra idola nō colat. Videns enim eos qui ex gentibus sunt: ita ad deum conuersos esse: vt vltra idola nesciant: deum pręter vnū neminem venerentur: ipa erubescit idola vltra iam colere. Istud ergo recipit beneficii de ecclesia synagoga: q̄ ei paruulam nutrisse visa ē legem. Sed & nos etiam si Pharaonem habuimus patrem: etiam si nos in operibus malis genuit princeps hui⁹ mundi: cum venimus ad aquas assumam⁹ ad nos legem dei nec nobis sordeat literæ eius vile tegumen: & obscurum: quæ parua ei⁹ sunt/ & lactentia concedamus: quæ perfecta & valida sunt: sumamus: atq; hæc intra cordis nostri tecta regalia collocemus. Grandem & validum habeam⁹ Moysen: nihil de eo paruum: nihil humile sentiamus: sed magnificum totum: totum egregium: totum elegans. Totū em̄ magnū est quicquid spiritale: quicqd sublimis intelligentiæ. Et oremus dominum Iesum Christum: vt ipse nobis reuelet: & ostendat quomodo magnus est Moyses: & quomodo sublimis. Ipse enim reuelat quibus vult p spiritum sanctum: ipsi gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

De eo quod scriptū est. Ego aūt gracili voce sum: & tardus lingua.

Homilia. III. Cap. IIII.

Onec esset Moyses in ægypto: & erudiret omni sapiētia ægyptiorū: nō erat gracili voce: nec tard⁹ lingua: nec p̄fitet se esse loquētem. Erat em̄ quātū ad ęgyptios & sonorę vocis: & eloquētię incōparabilis. Vbi aūt cœpit audire vocē dei: & eloquia diuina suscipere: tūc sensit exilē: & gracilē vocē suā: tardāq; & impeditā eē suā intelligit linguā: tūc se p̄nuntiat mutū: cū cœpit agnoscere verū illud verbū: qđ erat in principio apud deū. Sed quo facili⁹ qđ dicim⁹ possit aduerti: vtamur huiusmodi similitudine. Mutis aīalibus/q̄uis sit imperitus & indoct⁹/ rationabilis homo si comparet: videbitur eloquens ad cōparationē eoꝝ: quæ & rationis & vocis expertia sunt. Si vero eruditis & eloqntibus viris: atq; in omni sapiētia p̄batissimis conferat: ineloquēs & mut⁹ videbit. At si ipm quis cōtempletur diuinū verbū: ipsamq; diuinam respiciat sapientiā: quātęuis sit eruditionis: & quātęcūq; sapientiæ: multo amplius q̄ apud nos sunt pecudes: ipse apud deū mutū se aīal p̄fitebit. Hoc nimirū erat Moyses: qđ & beatus Dauid intuēs/ & tali ordine semetipm ad diuinā sapientiā librans dicebat. Vt iumētum factus sum apud te. Scđm hoc ergo & p̄phetarū maximus Moyses in p̄senti lectione dicit ad deū: q̄ gracili voce sit: & tardus lingua: & q̄ non sit eloquens. Oēs enim hoīes ad comparationem verbi diuini: nō solū ineloqntes: sed & muti putādi sunt. Quia igitur in id ītelligētię p̄fecit: vt agnosceret semetipsum: in quo ē pars maxima sapiētiæ: remunerat eū diuina dignatio. Audi q̄ opimis: magnificisq; muneribus. Ego (inquit) aperiam os tuū: & C
instruam te quæ oporteat te loqui. Beati sūt: quorum de⁹ os aperit vt loquantur. Prophetis deus apit os: & replet illud eloqo suo sicut in pręsenti dicit. Ego aperiam os tuum & instruam te quæ oporteat te loqui. Sed & p Dauid dicit deus. Dilata os tuum: & replebo illud. Similiter & Paulus dicit. Vt detur mihi sermo in adapertionē oris mei. Eorum ergo: qui verba dei loquunt: os deus aperit. Vereor autē ne sint aliqui: quorū ecōtrario os diabolus aperiat. Nā qui loqtur mendacium: certum est qa diabolus aperiat os eius: vt mendacium loqueret. Qui falsum testimoniū dicit: qui scurrilitates ac turpitudines: & cætera huiusmodi de ore suo p̄ferunt: diabolus ape-

tuit os eorum. Vereor ne & susurronū/et de
tractatorum os diabolus aperiat: sed et eorū/
qui ociosa verba pferunt: pro quibus redden
da in die iudicii ratio est. Iam vero qui iniqui
tatem in excelso loquunt: qui negant domi-
num meū Iesum Christū in carne venisse: vel
qui spiritūsanctū blasphemant: quibus neq;
in præsenti: neq; in futuro seculo remittetur:
quis dubitet q os eorū diabolus aperiat? Vis
tibi & hoc de scripturis ostendam: quomodo
huiusmodi hominibus/qui aduersum Chri-
stum loquunt: os diabolus aperit? Vide quid
scriptū est de Iuda: quomodo refertur: quia in
troiuit in illum Sathanas/& quia misit in cor
eius diabolus: vt traderet dominum. Ipse er-
go aperuit os eius: vt loqueretur cum princi-
pibus: et pharisæis: quomodo eum traderet:
accepta pecunia. Vnde mihi videtur nō esse
paruæ gratię intelligere os: quod aperit deus
et intelligere os/quod aperit diabolus. Nō est
sine sancti spirit⁹ gratia huiusmodi os: & ver
ba discernere. Et ideo in diuisionibus spirita-
lium gratiarū addit etiā hoc: q datur quibus
dam discretio spirituū. Ergo spiritalis est gra
tia per quam spiritus discernitur: sicut et ali-
bi dicit apostolus. Probate spiritus qui ex deo
sunt. Sed sicut deus aperit os sanctorum: ita
puto q & aures sanctorum De⁹ aperiat/ad au
dienda verba diuina. Sic enim dicit Esaias p-
D pheta. Dominus mihi aperuit aurem: vt sciā
quādo oporteat dici verbū. Sic et oculos ape-
rit dominus: sicut aperuit oculos Agar et vi-
dit puteū aquæ viuę. Sed & Eliseus propheta
dicit Aperi dn̄e oculos pueri: vt videat quia
plures nobiscū sunt q̄ cū aduersariis. Et ape-
ruit (inquit) dominus oculos pueri: et ecce to
tus mons plenus erat equitibus: et curribus:
auxiliisq; cœlestibus. Circūdat enim angelus
dn̄i in circuitu timētium eum: vt eripiat eos.
Aperit ergo (vt dixim⁹) deus/et os/et aures
& oculos: vt vel loquamur: vel cernamus: vel
audiamus quę dei sunt. Sed & illud non ocio-
se accipio: quod dicit propheta. Eruditio (in-
quit) dn̄i aperuit mihi aurem: hoc mihi vide
tur ad nos, id est cōmuniter ad oēm dei eccle-
siam pertinere. Si em̄ in dn̄i eruditione verse-
mur: aperit & nobis aurem dn̄i eruditio. Au
ris vero quę per eruditionē dn̄i aperitur: non
semp aperta est: sed aliquādo aperta: aliquan-
do clausa est. Audi legislatorē dicentē. Ne re-
spexeris auditū vanum. Si quando ergo vana
dicuntur: si quando inania/inepta/turpia/
profana/scelesta pferunt: qui nouit dn̄i eru-
ditionē/claudit aures: & auertit auditū: et di
cit. Ego aūt sicut surdus non audiebam: et si
cut mutus/qui nō aperuit os suū. Si vero ad
vtilitatē animæ pertinent quæ dicuntur: si de
deo sermo est: si mores docet: virtutes inuitat
vitia resecat: patere debēt aures huiuscemo-
di eloqis/& nō solū aures: sed & cor & mens:
& tota ad huiuscemodi auditū/animæ ianua
pandēda est. Summa tn̄ moderatione pcepti E
vsa est lex: vt nō diceret non audies auditum
vanū: sed non recipies. Nā vana frequēter au-
dimus. Marcion quæ loqtur vana sunt. Valē
tinus quæ loqtur vana sunt: & oēs qui contra
creatorē deū loquunt: vana sunt quæ loquun
tur. Sed tn̄ frequenter nos audimus ea: vt ad-
uersum ea respondere possimus: ne forte sub
ripiant simplicioribus quibusq; fratrum no-
strorum per sermonis ornatū. Audimus ergo
hæc: sed nō recipimus. Dicta sunt em̄ de ore il
lo qđ diabolus aperuit. Et ideo orandū nobis
est: vt dignetur dn̄s aperire os nostrū: vt pos
simus & contradicentes reuincere: & obtura
re os: quod diabolus aperuit. Hęc de eo quod
scriptum est: ego aperiam os tuum: & instru-
am te: quæ oporteat te loqui. Non solum aūt
Moysi promittitur os aperiri a domino: sed
& Aaron. Dicitur em̄ & de ipso. Ego aperiam
os tuum: & os illius: & instruā vos quæ facia
tis. Occurrit em̄ & Aaron Moysi: & exiit de
Aegypto. Occurrit aūt ei. Vbi? In quali loco?
Interest enim vbi occurrat Moysi is/cuius os
aperiendū est a deo. Occurrit enim (inquit)
in montē dei. Vides quia merito aperitur os
eius: qui potest occurrere in montem dei. Pe- F
trus & Iacobus & Ioannes montē dei ascende
runt: vt transformatū Iesum videre mereren
tur: & Moysen cū ipso: atq; Heliam viderent
in gloria. Et tu ergo nisi ascenderis ad montē
dei: & ibi occurreris Moysi/id ē nisi excelsum
legis ascēderis sensum: nisi ad spiritalis intel-
ligentiæ cacumen euaseris: non est os tuū ap-
tum a domino. Si in humili loco literæ stete-
ris: & historiæ textum iudaicis narrationi-
bus innectas: non occurristi Moysi in mōtem
dei: nec os tuum aperuit deus: neq; instruxit
te: quæ oporteat te loqui. Nisi ergo Aaron oc
currisset Moysi in mōte: nisi eius sensum sub
limem vidisset: & arduum: nisi excelsam eius
intelligentiam perspexisset: nunq̄ ei locutus
fuisset verba dei: neq; virtutē signorū: prodi-
giorumq; tradidisset: neq; participē eum tan
ti mysterii consciuisset. Verum quoniam lon
gum est de singulis per ordinē dicere: Videa-
mus ingressi ad Pharaonē Moyses: & Aaron
quid dicunt: hæc dicit dn̄s. Dimitte populū G
meum: vt seruiant mihi in eremo. Non vult
Moyses vt populus in Aegypto positus ser

niat dño: sed vt exeat in desertũ: & ibi seruiat
domino. Hoc est sine dubio qđ ostendit: quia
donec quis in tenebris sæcularibus manet: &
in negotioꝝ obscuritate versatur: non potest
seruire domino. Non enim potest duobus do
minis seruire: nõ potest dño seruire/ & Mam
monę. Exeundũ igitur nobis est de Aegypto:
relinquẽdus ẽ mũdus si volumꝰ dño seruire.
Relinquẽdus autẽ dico: non loco: sed animo:
Non itinere proficiscẽdo: sed fide proficiẽdo.
A Audi hæc eadem Ioannem dicentẽ. Filioli no
lite diligere mundum: neqꝫ ea quæ in mundo
sunt. Quoniam omne qđ in mundo est: desy
derium carnis est: & desyderium oculorum.
Et quid tamẽ dicit? Quomodo: vel quatenus
proficisci iubet ex Aegypto: videamꝰ. Viam
(inquit) trium dierũ ibimus in eremo: & ibi
immolabimꝰ domino deo nostro. Quę est via
trium dierum: quæ nobis incedẽda est: vt ex
eũtes de Aegypto peruenire possimus ad lo
cum/ in quo immolare debeamus? Ego viam
illum intelligo qui dixit. Ego sum via/ & veri
tas/ & vita. Hæc via triduo nobis icedẽda est.
Qui enim confessusꝰ fuerit in ore suo dominũ
Iesum: & crediderit ĩ corde suo: ꝙ deus illum
suscitauit a mortuis tertia die: saluꝰ erit. Hęc
ergo est tridui via: per quã peruenitur in lo
cum: in quo domino immoletur: & reddatur
sacrificium laudis. Hæc/ quantum ad mysti
cum pertinet intellectum. Si vero etiã mora
lem: qui nobis perutilis est/ requirimus locũ:
iter tridui de Aegypto ꝓficiscimur: si ita nos
ab omni inquinamento animę & corporis: ac
spiritus cõseruemus: vt quemadmodũ dixit
apostolus: integer spiritus vester & anima: &
corpus in die Iesu Christi seruet̃. Tridui iter
proficiscimur de Aegypto: si rationalem/ na
turalem/ moralem sapientiam de rebus mun
dialibus auferentes ad statuta diuina conuer
timus: tridui iter de Aegypto proficiscimur
si purificãtes ĩ nobis dicta/ facta/ vel cogitata.
Tria sunt enĩ hæc: per quæ peccare hoĩes pos
sunt: efficiamur mũdi corde: vt possimꝰ deũ
B videre. Vis autem videre ꝙ huiusmodi sunt:
quæ in scripturis indicat spiritꝰ sanctus? Pha
rao hic/ qui est princeps Aegypti: vbi se videt
vehemẽtius perurgeri: vt dimittat populum
dei: secundo loco hoc cupit impetrare ne lon
gius abeant: ne totũ triduũ ꝓficiscãtur: & di
cit nõ lõge abeatis. Non vult lõge a se fieri po
pulũ dei: vult eũ si nõ in facto/ vel in sermone
peccare: si non in sermone/ vel in cogitatione
delinquere. Nõ vult vt totũ a se triduũ ꝓfici
scant̃. Vult ĩ nobis vel vnũ diẽ suũ habere: in
aliis duos: in aliis totũ triduũ ipse possidet.
Sed illi beati qui integrum ab eo triduũ secẽ
dunt: & nullã in eis suã possidet diẽ. Nõ ergo
putetis: quia tunc tãtũmodo eduxit Moyses
populũ de Aegypto. Et nunc Moyses: quẽ ha
bemus nobiscũ: habemus enim Moysen: & ꝓ
phetas: id est lex dei vult te educere de Aegy
pto: si audiamus eã: vult te lõge facere a Pha
raone. eruere te cupit de opere luti: & palea
rum. si tamen audias legem dei: & spiritaliter
intelligas. Non vult te in carnis: & tenebrarũ
actibus permanere. Sed exire ad eremũ: veni
re ad locũ perturbationibus: & fluctibus sæ
culi vacuũ: venire ad quietem silentii. Verba
enim sapientiæ in silentio & quiete discũtur.
Ad hunc ergo locũ quietis cũ veneris: ibi po
teris immolare domino: ibi legem dei: & vir
tutẽ diuinæ vocis agnoscere. Propterea ergo
cupit te Moyses eiicere: de medio fluctuantiũ
negotiorũ: & de medio perstrepentiũ populo
rum. Propterea cupit te exire de Aegypto: id
est de tenebris ignorantię: vt legẽ dei audias:
& lucem scientiæ capias. Sed obsistit Pharao:
relaxare te nõ vult/ rector tenebrarum harũ:
nõ vult te abstrahi de tenebris suis: & ad sciẽ
tiæ lumẽ adduci: & audi quid dicit. Quis est
(inquit) cuius audiam vocem? Nescio domi
nũ: & Israel non dimittam. Audi quid respon C
dit princeps huius mũdi. nescire se deum di
cit. Vides quid agit cruda superbia? Donec
in laboribus hominũ non est: & cum homini
bus non flagellatur: propterea tenuit eum su
perbia. Deniqꝫ videbis eum paulopost quan
tum proficit in flagellis: quanto melior verbe
ratus efficitur. Iste qui modo dicit: nescio do
minũ postea cum vim senserit verberum: di
cturus est: orate pro me dominũ: & nõ solum
hoc: sed etiam contestãtibus magis fatebitur:
quia digitus dei est in virtute signorum. Ne
mo ergo ita ineruditus diuinæ sit disciplinę:
vt flagella diuina perniciem putet: vt verbe
ra domini pœnalem credat interitum. Ecce
Pharao durissimus: tamen ꝓficit verberatus.
Ante verbera dominũ nescit: verberatus sup D
plicari pro se dominũ rogat. Est profectus in
pœnis: hoc ipsum agnoscere ꝙ merueris pœ
nam. Nescio ergo (ait) dominũ: & Israel non
dimitto. Sed vide in euãgeliis: quomodo ver
beratus emendet hanc vocem. Scriptũ est enĩ
quia clamauerũt dæmones ad dominũ/ & di
xerũt. Quid venisti ante tẽpus torquere nos?
Scimus te qui sis: tu es filiꝰ dei viui. Vbi tor
menta senserunt/ sciũt dominũ. Ante flagella
dicit nescio dominũ: & Israel nõ dimitto. Sed
postea Israel dimittit: & nõ solũ dimittit: sed
& ipse perurgebit eum exire. Nulla enim so

cietas lucis ad tenebras: nulla pars fideli cum infideli. Sed quid adhuc addit ĩ respõsis suis? Quare (inquit) Moyses: & Aaron peruertitis populũ ab operibus? Discedite vnusquisq̧ ad opus vestrum: donec secum est populus: & lutum operatur: ac laterẽ: donec in paleis occupatus est, non putat eũ esse peruersum: sed recto itinere incedere. Si vero dicat volo ire viam triũ dierũ: & seruire dño/ peruerti populum dicit per Moysen/ & Aaron. Hoc quidem
E dicebatur antiquis. Sed & hodie si Moyses/ & Aaron: id est propheticus: & sacerdotalis sermo animã solicitet ad seruitiũ dei: inuitetq̧ eam exire de sæculo: renũtiare omnibus quæ possidet: operã dare diuinæ legi: & sequi verbũ dei: cõtinuo audies dici ab his: q Pharaoni vnanimes: & amici sunt. Videte quomodo seducuntur hoĩes: & peruertũtur: quales adolescẽtes ne laborẽt: ne militẽt: ne agãt aliquid qđ eis prosit: relictis rebus necessariis/ & vtilibus/ ineptias sectanť & otiũ. Quid est seruire dño? Laborare nolunt: & inertis otii occasiones requirũt. Hæc erãt tũc verba Pharaonis: hæc & nũc amici eius/ & familiares loquũtur. Nõ solũ verbis res agitur: sequunť & verbera: flagellari iubet scribas Hebræoꝝ: paleas nõ dari: opus exigi: hæc ꝑtulerũt patres: ad quorũ figurã sæpe etiã populus dei qui est in ecclesia patitur. Inuenies eñ si cõsyderes eos qui se ex integro principi huius mundi tradiderũt: prosperis successibus agere: oĩa eis (vt ipsi putant) feliciter euenire. Seruis autẽ dei sæpe: nec hæc quidẽ humani victus humilia & parua succedere. Istas enim puto videri paleas: quæ a Pharaone ministranť. Fit ergo sæpe: vt deum timentes/ vili hoc etiã & paleis simili indigeant victu. Sæpe etiã ꝑsecutiones sustinent tyrãnorum: perferunt cruciatus: & sæua tormenta: ita vt fatigati nõnulli dicant ad Pharaonem. Vt quid tu affligis populum tuũ? Superati nãq̧ verberibus nonnulli a fide decidunt: & cõfitẽtur se esse populũ Pharaonis. Nõ eñ oẽs: qui ex Israel/ hi sunt Israelitæ: nec qa sunt semẽ/ sunt oẽs & filii. Isti ergo qui dubii sunt: & in tribulationibus fatiganť: etiã contra Moysen/ & Aaron loquũtur: & dicũt.
F Ex qua die intrastis: & existis vos ad Pharaonem: execrabilẽ fecistis odorẽ nostrũ corã eo. Verum dicunt isti: licet ignorent fortasse qđ dicunt: sicut & Caiphas ille verum dicebat: quia expedit vobis: vt moriať vnus pro populo: sed quid diceret/ nesciebat. Nã (vt apostolus dicit) Christi bon⁹ odor sumus. Sed aliis (inquit) odor de vita in vitam: aliis aũt odor de morte in mortem. Ita & ꝓpheticus sermo suauis odor est credẽtibus. Dubiis vero: & incredulis: & his qui se populũ confitentur esse Pharaonis: odor execrabilis efficitur. Sed & ipse Moyses dicit ad dominũ. Quia ex quo lo- G
quutus sum cum Pharaone: afflixit populum tuũ. Certũ est enim: quia anteq̃ sermo dei audiatur: anteq̃ prædicatio diuina nascatur: nõ est tribulatio: nõ est tentatio. Quia nisi buccinet tuba: non cõmittitur bellũ. Vbi vero signum belli tuba prædicationis ostẽderit: ibi (inquit) seqtur afflictio: ibi oĩs tribulationũ pugna cõsurgit. Ex quo ergo loq cœpit Moyses/ & Aaron ad Pharaonẽ: affligitur populus dei. Ex quo ĩ animã tuã sermo dei ꝑlatus est necessario certamẽ intra te virtutibus aduersum vitia suscitatur. Prius vero q̃ veniret sermo q argueret: vitia intra te ĩ pace durabãt. Sed vbi sermo dei facere cœpit vniuscuiusq̧ discrimen: tũc ꝑturbatio magna cõsurgit: & sine fœdere nascitur bellũ. Cum iniustitia eñ quãdo potest cõuenire iustitia? Impudicitia cũ sobrietate? cũ veritate mendacium? Et ideo nõ magnopere ꝑturbemur: si videť odor noster execrabilis esse Pharaoni. Execrationi nãq̧ & vitiis duciť virtus. Quin potius vt in H
posterioribus dicit: quia stetit Moyses ante Pharaonem: stemus etiã nos cõtra Pharaonẽ & nõ flectamur: sed stemus succincti lumbos nostros in veritate: & calciati pedes in ꝑparatione euangelii pacis. Sic eñ nos hortať apostolus/ dicens. State ergo & nolite iterũ iugo seruitutis inhærere. Iterũ dicit. In quo stam⁹: & gloriamur in spe gloriæ dei. Stamus autẽ confidẽter si dominũ deprecemur: vt statuat pedes nostros super ꝑtrã: ne nobis illud eueniat: qđ idem propheta dicit. Mei autẽ paulo minus moti sunt pedes: & paulominus effusi sunt gressus mei. Stemus ergo ante Pharaonem: id est obsistamus ei in certamine: sicut & Petrus apostolus dicit. Cui resistite fortes in fide. Sed & Paulus nihilominus dicit. State in fide: & viriliter agite. Si eñ fortiter steterimus: consequetur illud qđ orabat Paulus pro discipulis dicens. Quia deus conteret Sathan sub pedibus vestris velociter. Quanto enim nos constãtius & fortius steterimus: tãto infirmior & inualidior erit Pharao. Si aũt nos vel infirmi cœperimus esse: vel dubii: ille aduersum nos validior & constantior fiet. Et vere illud impletur in nobis: in quo Moyses dedit figurã. Cum enim ipe eleuaret manus: vincebať Amalech. Si vero velut lassas deiiceret: & brachia infirma deponeret: inualescebat Amalech. Ita ergo etiam nos in virtute crucis Christi extollamus brachia: & ele-

uemus in oratione sanctas manus in omni lo co sine ira & disceptatione: vt dñi mereamur auxiliũ. Hoc idem nanq; & Iacobus apostolus cohortatur dicẽs. Resistite aũt diabolo: & fu giet a vobis. Agamus ergo omni fide: vt non solũ fugiat a nobis: sed & conterat Sathanas sub pedibus nostris: sicut & Pharao demersus est in mare: & in profundo abyssi extinctus. Nos autẽ si recedamus de Aegypto vitiorũ: fluctus sæculi tanq̃ iter solidũ euademus: per Iesum Christũ dominũ nostrũ: cui est gloria & imperiũ in sæcula seculorum. Amen.

De decem plagis: quibus percussa est Aegyptus. Homilia. IIII. Cap. VII.

A Istoria quidẽ famosissima nobis recitata est: & quæ p sui magnitudine vniuerso mundo fit cognita: per quã designatur q ingẽtibus si gnorũ: ac pdigiorũ verberibus Aegyptus cũ Pharaone rege castigata sit: vt Hebræorũ populũ: quẽ ex liberis patribus natũ violenter in seruitutẽ redegerat: in genitæ redderet libertati. Verum ita gestorũ cõtexta narratio est: vt si singula diligẽter in spicias: plura in quibus hæreat intellectus: q̃
B in quibus expedire se possit: inuenias. Et quia longũ est singula per ordinẽ scripturæ dicta proponere: cõtinẽtiã totius historiæ cõpẽdio sius recẽsebimus. Igitur primo signo proiecit virgam suã Aaron: & facta est draco: & cõuo cati incãtatores / & malefici Aegyptiorũ fece rũt similiter ex virgis suis dracones. Sed dra co qui ex virga Aaron fuerat effectus: absor buit dracones Aegyptiorũ. Qđ cum stupori esse debuerit Pharaoni: & ad credulitatẽ pro ficere: in contrarium versum est. Dicit enim scriptura: quia induratũ est cor Pharaonis: & nõ exaudiuit eos. Et hic quidẽ dicit: quia in duratũ est cor Pharaonis. Sed & in prima ni hilominus plaga: vbi aqua in sanguinẽ verti tur / similiter rescriptũ est: & i secũda cũ ranæ debulliũt: sed & in terra cũ scnipes ingruũt. In quarta quoq; cum cynomyia educitur: & in quinta vbi manus dñi fit super pecora Ae gyptiorũ: paria super hoc dicũtur & similia. In sexta vero vbi sumpsit fauillam de fornace Moyses: & respersit: & facta sunt vlcera: & ve sicæ feruẽtes in hoibus: & in quadrupedibus: & iam nõ poterãt stare malefici in conspectu Moysi: non dicit / qa induratũ est cor Pharao nis: sed terribilius aliqd dicit. Scriptũ est em̃ quia idurauit dñs cor Pharaonis: & nõ audi uit illos: quemadmodum cõstituit dominus. Rursum in septima: cũ grãdo & ignis Aegy ptum vastat vniuersam: induratur quidẽ cor Pharaonis: sed nõ a dño. In octaua: vbi locusta producit: dñs dicit indurare cor Pharaonis. Sed & in nona cũ tenebræ palpabiles fiũt per totã terrã Aegypti: Pharaonis cor dñs scribi tur idurare. Ad vltimũ quoq; cum extinctis primogenitis Aegyptiorũ: Hebræus populus C discessisset: post multa dicitur. Et indurauit dñs cor Pharaonis regis Aegypti: & seruorũ eius: & isecutus est post filios Israel. Sed & cũ Moyses de terra Madian ad Aegyptum mit titur: & pcipitur ei facere omnia pdigia: quæ dedit dñs in manu ei9: additur. Facies (inqt) ea in conspectu Pharaonis. Ego autẽ induro cor Pharaonis: & non dimittet populũ meũ. Hic primo dictũ est a domino ego induro cor Pharaonis. Sed & secũdo vbi enumerati sunt principes Israel: post pauca addit ex persona domini. Ego (inqt) induro cor Pharaonis & multiplico signa mea. Q; si credim9 diuinas esse has literas: & per spiritũ sanctũ scriptas: non puto q tã indigne de diuino spiritu sen tiamus: vt fortuitu in tanto hoc opere facta sit ista varietas: vt nunc quidẽ dominus dica tur indurasse cor Pharaonis: nunc autem nõ a domino: sed quasi sponte induratũ dicatur. Equidẽ confiteor me minus idoneũ: & minus D capacem: qui valeam in huiuscemodi varieta tibus diuinæ sapientiæ secreta rimari. Paulũ tamen apostolũ video: qui propter inhabitã tẽ in se spiritũ dei dicere confidẽter audebat. Nobis autẽ reuelauit dominus p spiritũ suũ. Spiritus em̃ oĩa scrutatur: etiã alta dei. Hũc inquã video tanq̃ intelligẽtem quid differat iuduratũ esse cor Pharaonis: & indurasse cor Pharaonis / dominũ dicere. Alibi quidẽ dicit. An diuitias bonitatis eius & patientiæ / & lõ ganimitatis contemnis? Ignoras quia patien tia dei ad pœnitentiam te adducit? Secundũ duritiam autẽ tuam: & cor impœnitens the saurizas tibi irã in die iræ: & reuelationis iu sti iudicii dei: per qđ eũ sine dubio: qui sponte induratus est: culpat. Alibi vero velut quæ stionem super hoc quandam proponẽs dicit. Ergo cui vult miseretur: & quẽ vult idurat. Dicis itaq; mihi. Quid igitur adhuc conque ritur? Voluntati em̃ eius quis resistit? Addit etiã his. O homo tu quis es qui cõtra respon deas deo? Per qđ de eo: qui a domino dicitur induratus non tam quęstionis absolutione: q̃ apostolica authoritate respondit. Credo non iudicans dignum pro incapacitate audito rũ: chartis / & atramento huiuscemodi abso

lutionũ secreta committere. Sicut & in alio loco de quibusdam verbis ipse dicit: audisse se quædam: quæ nõ licet hominibus loqui. Unde & in cõsequẽtibus eũ: qui non tam studiorum merito: q̃ sciẽdi cupiditate secretiorib⁹ se quæstionibus curiosus immergit magnifici doctoris seueritate deterret: cũ dicit. O homo: tu quis es: qui cõtra respõdeas deo. Nunquid dicit figmẽtum ei: qui se finxit. quid me fecisti sic? & cætera. Unde & nobis hæc obseruasse tantum: & inspexisse sufficiat: atq̧ ostendisse auditoribus quãta sint in lege diuina ꝑ
E fundis dimersa mysteriis: pro q̃bus dicere in oratione debeamus. De ꝓfundis clamaui ad te dñe. Sed & illa non minus mihi intuẽda videtur obseruatio: cum quedã verbera Aaron inferre dicitur Pharoni vel Aegypto: quædã Moyses: quædam vero ipse dñs. Nam in prima plaga: cũ aquas vertit in sanguinẽ: Aaron dicitur eleuasse virgam: & percussisse aquã. Sed & in secunda cum percussit aquas: & eduxit ranas: & in tertia cũ extẽdit manu sua virgam: & percussit puluerẽ terræ: & facta sunt Scnipes. In his tribus verberibus Aaron ministeriũ fuit. In quarto vero dñs fecisse dicit: vt adueniret cynomyia: & repleret domos Pharaonis. Sed & quinto cũ extinguunt pecora Aegyptiorũ: dñs nihilominus fecisse dicitur verbũ hoc. In sexto vero Moyses aspergit fauillã de fornace: & fiunt vlcera: & vesicę cũ feruore in hoĩbus & pecoribus. Sed & in septimo Moyses eleuat manũ suã in cœlũ: & fiunt voces in cœlo: & grando: & discurrit ignis super terrã. In octauo quoq̧ idem Moyses extendit manũ suã in cœlũ: & dominus induxit vẽtũ tota die: & tota nocte: & adducit locustas. Sed & in nono idem nihilominus Moyses extendit manum suam in cœlum: & fiunt tenebrę: & caligo super omnem terram Aegypti. In decimo vero: finis & perfectio toti⁹ operis a domino ministratur. Ita enim scriptum est. Factum est enim circa mediam noctem: & dominus percussit omne primogenitũ in terra Aegypti: a primogenito Pharaonis: qui sedebat super thronum eius: vsq̧ ad primogenitum captiuæ: quæ est in lacu: & omne primo
F genitũ pecoris. Est & alia ĩ his differẽtia: quã obseruauimus: ꝙ in prima quidem plaga: cũ aqua in sanguinẽ fluit: nondũ dicitur Moysi: vt intraret ad Pharaonem: sed dicitur ei. Vade in occursum eius ad ripam fluminis: cum ꝓcedit ad aquã. In secũda vero plaga posteaq̃ prima ab eis constãter & fideliter ministrata est: dicitur ad eum. Intra ad Pharaonẽ: & ingressus dicit. Hæc dicit dominus: & reliqua.

Iam vero in tertia: vbi Scnipes infertur: magi qui prius obstiterãt cedũt confitẽtes: quia digitus dei est hic. In quarta quoq̧ vigilare iubetur Moyses mane: & stare cõtra Pharaonem procedẽtẽ ad aquam: cum cynomyia replentur Aegyptiorũ domus. In quinta nihilo minus: vbi pecora Aegyptiorũ delẽtur: intrare iubetur ad Pharaonẽ Moyses. In sexta sane contemnitur Pharao: & nõ refertur ꝙ intrauerit Moyses: vel Aaron ad Pharaonem: quia facta sunt vlcera: & vesicæ cũ feruore etiã super maleficos Aegypti: & nõ poterãt resistere Moysi. In septima vigilare iubetur mane valde: & stare cõtra Pharaonẽ: cum grandinẽ & ignẽ producit: & voces. In octaua præcipitur intrare ad eum cũ locusta producitur. In nona rursum cõtemnitur Pharao: & pręcipitur ad cœlum manus extendere Moyses: vt fiant in tota terra Aegypti palpabiles tenebræ: & G
non quidem per se intrat: sed vocatur a Pharaone. Similiter & in decima cum primitiua delẽtur: & cogitur cum festinatione exire de Aegypto. Sunt & aliæ permultæ obseruationes: in quibus singulis diuinæ demonstrãtur indicia sapiẽtiæ. Inuenies enim ꝙ primo non flectitur Pharao: nec diuinis verberib⁹ cedit: cum aquæ in sanguinẽ versæ sunt. In secũdo vero parũ quid molliri videtur. Vocauit eñ Moysen & Aaron: & dixit ad eos. Orate ꝑ me ad dominum vt tollat ranas a me et a populo meo: et dimittã populũ. In tertio magi cedũt: et dicunt ad Pharaonem. Digitus dei est hic. In quarto per cynomyiam verberatus dicit. Euntes immolare domino deo vestro: sed nõ longius tẽdetis iter. Orate igitur pro me ad dominũ. In quinto nece pecudum cęditur: et nõ solum nõ cedit: sed et amplius induratur. Similiter et ĩ sexto super plagas vlcerũ facit. In septimo vero cũ grandine vastatur: et ignibus: misit (inquit) Pharao: et vocauit Moysen et Aaron: et dixit illis. Peccaui et nũc dominus iustus est: ego autem et populus meus impii. Orate igitur pro me ad dominum. In octauo cum locustis vrgeretur. Et festinauit (inq̃t) Pharao: et vocauit Moysen et Aaron dicens. Peccaui ante dominum deum vestrum: et in vos: suscipite peccatũ meũ etiam nunc: et orate pro me ad dominũ deũ vestrũ. In nono cũ tenebris offunditur. Vocauit (inquit) Pharao Moysen et Aaron dicens. Ite seruite domino deo vestro. Iam vero in decimo cum primitiua hominum extinguũtur: et pecorum. Vocauit (inquit) Pharao Moysen et Aaron nocte: et dixit illis. Surgite: et exite de populo meo: et vos et filii Israel: ite: seruite

domino deo vestro: sicut dicitis: oues/ & boues vestros adsumētes pergite: sicut dixistis. Benedicite autem & me. Et cogebant Aegyptii populū q̄celerrime exire de terra Aegypti. Dicebāt enim. Quoniam omnes nos moriemur. Quis est ille: quem repleat illo spiritu deus: quo repleuit Moysen/ & Aaron: cū hæc prodigia/ & signa perficerent vt eodē spiritu illuminatus possit/ quæ p illos sunt gesta: disserere? Aliter enim non arbitror has ingētiū rerum varietates: ac differētiās explanari: nisi eodem spiritu: quo gesta sunt: disserantur. Quia & Paulus apostolus dicit ꝙ spiritus ꝓphetarū prophetis subiectus sit. Nō ergo qui buscūq; ad explanandum dicta prophetarum sed prophetis dicunē esse subiecta. Verū quoniam idem beatus apostolus huius gratiæ/ id est prophetalis doni: tāq̄ ex parte sit: & in potestate nostra: imitatores nos fieri iubet/ dicens. Aemulamini autē dona meliora: magis autē vt prophetetis. tentemus & nos æmulationem suscipere bonorū: et si quid est in nobis a nobis exigere. A domino vero plenitudinē muneris expectare. Pro hoc enim dicitur a domino per prophetā. Aperi os tuū: & replebo illud. Pro illo vero alia scriptura dicit. Pūge oculum/ & producit lachrymā: punge cor/ & producit sensum. Ne ergo ex desperatione silentio nos tradamus: qđ vtiq; nō ędificat ecclesiam dei. De quibus possumus: & inquantum possumus: breuiter repetamus. Puto ergo (vt sentire possum) ꝙ Moyses ad Aegyptum veniens: & deferens virgam: qua castigat & verberat Aegyptū decem plagis: Moyses hic lex dei sit: quæ data est huic mundo: vt eum decem plagis: id est decem mandatis: quæ in Decalogo continentur: corripiat: & emendet. Virga vero per quam gerūtur hæc omnia: per quā Aegyptus subiicitur & Pharao superatur: crux Christi sit: per quam mūdus hic vincitur: & princeps huius mundi cū principatibus: & potestatibus triumphatur. Qđ autē virga proiecta sit draco: vel serpēs: & deuorat Aegyptiorum magorum serpentes: qui id similiter fecerant: serpentem pro sapientia poni: vel prudentia: indicat euangelicus sermo cum dicit. Estote prudentes tanq̄ serpentes. Et alibi. Serpens erat prudentior omnibus animalibus/ & bestiis/ quæ erāt in paradiso. Crux ergo Christi: cuius prædicatio stultitia videbatur: quā Moyses: id est lex continet: sicut dominus dixit: de me enim ille scripsit: hæc inquam crux: de qua Moyses scripsit: postq̄ in terra proiecta est: id est posteaq̄ ad credulitatem: & fidem hominum venit: conuersa est in sapientiam. Et tantam sapientiam: quæ omnem Aegyptiorum: id est huius mundi sapientiam deuoraret. Intuere ergo quomodo stultam fecit deus sapientiam huius mundi: posteaq̄ manifestauit Christū: qui crucifixus est: Dei virtutem esse: & dei sapientiam: & vniuersus iam mundus comprehensus est ab eo qui dicit. Comprehendens comprehendam sapientes in astutia eorum. Qꝫ vero aquæ fluminis vertuntur in sanguinem: satis conuenienter aptatur. Primo quidem vt is fluuius: cui Hebræorum paruulos crudeli nece tradiderant: authoribus sceleris poculum sanguinis redderet: & cruorem polluti gurgitis quem parricidali cæde maculauerant: potādo sentirent. Tum deinde: vt allegoricis legibus nihil desit. Aquæ vertūtur in sanguinem: & sanguis suus Aegypto propinatur. Aquæ Aegypti: erratica: & lubrica philosophorum sunt dogmata: quæ paruulos quoq; sensu: & pueros intelligentia deceperunt: vbi crux Christi mundo huic veritatis lumen ostēdit: necis eorum pœnas: & reatum sanguinis exigunt. Ita enim & ipse dominus dicit: quia omnis sanguis qui effusus est super terram: a sanguine Abel iusti vsq; ad sanguinem Zacharię requiretur a generatione hac. Per secundam vero plagam: in qua ranæ producūtur: indicari figuraliter arbitror carmina poetarum: qui inani quadam: & inflata modulatione: velut ranarum sonis: & cantibus mundo huic deceptionis fabulas intulerunt. Ad nihil enim aliud animal illud vtile est: nisi ꝙ sonum vocis improbis/ & importunis clamoribus reddit. Post hoc Sciniphes producuntur. Hoc animal pennis quidē suspenditur per aera volitans: sed ita subtile est: & minutum: vt oculi visum: nisi acute cernentis/ effugiat: corpus tamen cum insederit: acerbissimo terebrat stimulo: ita vt quē volitantem videre quis non valeat: sentiat stimulantem. Hoc ergo animalis genus dignissime puto arti dialecticæ cōparari. Quæ minutis: & subtilibus verborum stimulis animas terebrat: & tanta calliditate circūuenit: vt deceptus nec videat: nec intelligat vnde decipitur. Quarto quoq; in loco cynomyiam cynicorum sectæ comparauerim: qui ad reliquas deceptiones suæ improbitatis: etiam voluptatem: & libidinem summū prædicant bonum. Quoniam igitur per hæc singula prius deceptus est mundus: adueniens sermo/ & lex dei huiuscemodi eum correptionibꝰ arguit: vt ex qualitate pœnarum: qualitates proprii agnoscat erroris. Quod vero quinto in loco

animalium nece: vel pecudum Aegyptus verberatur: vecordia in hoc arguitur: stultitiaq mortaliũ: qui tanq̃ irrationabilia pecora cultum: & vocabulum dei: diuersis imposuerũt figuris: non solum hominũ: sed & pecudum: ligno & lapidibus impressis. Hammonẽ Iouẽ in ariete venerantes: & Anubin in cane. Apin quoq colẽtes in tauro. Cætera quoq quæ Aegyptus deorum portenta miratur: vt in quibus cultum credebatur inesse diuinũ: in his

G viderent miserãda supplicia. Vlcera post hęc & vesicæ cum feruore sexto in verbere producũtur. Et videtur mihi q in vlceribus arguatur dolosa: & pruruléta malitia: in vesicis tumẽs: & inflata superbia: in feruore scilicet irę ac furoris insania: hucusq per error suorum figuras: mundo supplicia temperantur. Post hæc vero verbera veniunt de supernis: voces (inqt) tonitrui sine dubio: & grando: & ignis discurrens in grandine. Vide temperamentum diuinæ correptionis: non cũ silentio verberat: sed dat voces: & doctrinã cœlitus mittit: per quam possit culpam suam castigatus agnoscere mundus. Dat & grandinẽ per quã & tenera adhuc vastantur nascentia vitior. Dat & ignẽ: sciens eẽ spinas & tribulos: quos debeat ignis ille depascere. De quo dicit dominus. Ignem veni mittere in terrã. Per hũc enim incentiua voluptatis: & libidinis consumuntur. Q autem locustarum in octauo loco fit mentio: puto per hoc genus plagæ: diffidentis semper a se: & discordantis humani generis inconstãtiam cõfutari. Locusta enim cum regem non habeat: sicut scriptura dicit: vna acie ordinatũ ducit exercitum: homines vero cum rationabiles a deo facti sunt: neq se metipsos ordinate regere potuerũt: neq dei regis patiẽter moderamina pertulere. Nona

H plaga tenebræ sunt: siue vt mentis eorũ cæcitas arguatur: siue vt intelligãt diuinæ dispẽsationis: & prouidentiæ obscurissimas esse rationes. Posuit enim deus tenebras latibulum suũ: quas illi audacter: & temere perscrutari cupientes: & alia ex aliis asserentes in crassas & palpabiles errorũ tenebras deuoluti sunt. Ad vltimũ primitiuorum infertur interitus in quo sit fortassis aliquid supra nostrã intelligentiam: q cõmissum ab Aegyptiis videatur in ecclesia primituorũ: quæ adscripta est in cœlis. Vnde & exterminator angelus ad huiuscemodi ministerium mittitur: qui parcat illis tantũ: qui vtrosq postes agni sanguine inuenti fuerint habere signatos. Delentur interim primogenita Aegyptiorum: siue hos principatus & potestates: & mundi huius rectores tenebrarum dicamus: quos in aduẽtu suo Christus dicitur traduxisse: hoc est captiuos duxisse: & triumphasse in ligno crucis: siue inuentores falsarum: siue authores: quæ in hoc mundo fuerunt religionũ dicamus: quas Christi veritas cũ suis extinxit: & deleuit authoribus. Hæc/quantũ ad locũ mysticum spe-

ctat. Iam vero si etiã moralis nobis figura tractãda est: dicemus q vnaquæq anima in hoc mundo: dum in erroribus viuit: & ignorãtia veritatis in Aegypto posita ẽ. Huic si appropinquare cœperit lex dei: aquas ei vertit ĩ sanguinem: id est fluidam: & lubricam iuuẽtutis vitam cõuertit in sanguinẽ veteris/ vel noui testamenti. Tum deinde educit ex ea vanam & inanẽ loquacitatem: & aduersum dei prouidentiam ranarum similem querelam. Purgat etiã malignas cogitationes eius: & scnipum mordacitatẽ similis calliditatis aculeos discutit. Libidinum quoq morsus cynomyiæ spiculis similes depellit: stultitiamq in ea: & intellectum pecudibus similem delet: per quã homo cum in honore esset: non intellexit: sed comparatus est iumentis insipientibus: & similis factus est illis. Arguit eñ & vlcera peccatorum atq arrogãtiæ tumorem: feruorẽq in ea furoris extinguit. Adhibet post hęc etiã voces filiorum tonitrui: id est euãgelicas/apostolicasq doctrinas. Sed & castigationem grãdinis admouet: vt luxuriam: voluptatesq coerceat. Adhibet simul & ignem pœnitentiæ: vt & ipsa dicat. Nonne cor nostrum ardens erat intra nos? Nec locustarum ab ea subducit exempla: quibus mordeantur: & depascãtur omnes ĩquieti motus eius: & turbidi: quo & ipsa discat: quod apostolus docet: vt omnia sua secundum ordinem fiant. Vbi vero sufficienter fuerit castigata pro moribus: & pro emẽdatioris vitæ correptione coercita: cum authorem verberum senserit: & cõfiteri iam cœperit: quia digitus dei est: & parum quid agnitionis acceperit: tũc præcipue gestorum suorum tenebras videt: tunc errorum suorũ caliginem sentit. Cũq in hoc venerit: tũc me- K

rebitur: vt extinguantur in ea primogenita Aegypti. In quo tale aliquid intelligi posse arbitror. Omnis anima cũ ad supplementũ ætatis aduenerit: & velut naturalis in ea quædã lex cœperit sua iura defendere: primos sine dubio motus secũdũ desyderiũ carnis producit: quos ex concupiscentię vel iræ fomite vis incẽtiua commouerit. Vnde quasi præcipuũ & quod non sit commune cum cæteris hominibus de solo Christo propheta dicit. Butyrũ & mel manducabit: priusq̃ faciat: aut pferat

maligna: eligit bonū. Quoniam priusq̄ sciat puer bonū: aut malum: resistit malitiæ: vt eligat qđ bonū est. Alius autem propheta tanq̄ de semetipso loquens: dicebat. Delicta iuuentutis meæ & ignorantiæ meæ ne memineris. Quia ergo primi isti animæ motus secūdum carnē prolati in peccatū ruūt: merito in mortali loco Aegyptioꝝ primitiua ponūtur: quæ eatenus extinguuntur: si reliquæ vitæ cōuersatione emēdatiorē dirigat cursum. Sic ergo in anima quā lex diuina ab errorib⁹ susceptam castigat: & corrigit: etiā primogenita Aegyptiorū intelliguntur esse deleta: nisi post hæc omnia: in infidelitate perduret: & nolit adiūgi Israelitic̨ plebi: vt exeat de profundo: & vadat incolumis: sed ī iniquitate permaneat: & descendat tanq̄ plumbū in aquā validissimā. Iniquitas enim secundū Zachariæ prophetæ visum super talentum plumbi sedet. Et ideo qui permanet in iniquitate: tanq̄ plumbū demergi dicitur in profundū. Sane ꝙ in superio-
A ribus obseruauimus: quædā prodigia per Aaron: quædā per Moysen: quædā vero per ipm̄ dominū ministrata intelligi eatenus possunt vt agnoscamus in quibusdā per sacrificia sacerdotū: & obseruationes pōtificum nos esse purgādos: qđ Aaron persona designat. In quibusdam vero per scientiā diuinæ legis emendādos: qđ Moysi designat officiū. In aliis autem sine dubio: quæ difficiliora sunt: ipsi⁹ domini egere virtute. Sed ne illud quidē putan-
B dum est nobis inaniter obseruatum: ꝙ primo quidem Moyses nō intrat ad Pharaonem: sed occurrit ei exeunti ad aquas. postmodū vero intrat ad eum. post hoc non intrat: sed accersitus accedit. Et in hoc ita arbitror intelligi posse: ꝙ siue nobis in verbo dei: & religionis assertione certamen est aduersum Pharaonē siue etiā obsessas ab eo animas a potestate ei⁹ conamur eripere: & est nobis in disputatione luctamen: non statim in prima fronte ingredi debemus ad vltima quæstionū loca: sed occurrendum nobis est aduersario: & occurrēdum ad aquas suas. Aquæ enim suæ sunt auhores gentilium philosophorum. Ibi ergo nobis primū disputare volentibus: occurrendum est: vt ipsos arguamus: & ipsos errasse doceam⁹. Post hoc iam ingrediendū nobis est: & ad interiora certaminis. Dicit eñ dñs. Nisi prius quis alligauerit fortem nō potest introire in domum eius: & vasa eius diripere. Prius ergo nobis alligandus est fortis: & quæstionū vinculis constringendus: & ita introeundum ad diripiendum vasa eius: & liberandas animas: quas deceptionis fraude possederat. Qđ cum sæpius fecerimus: & steterimus contra ipsum steterimus autem eo modo: quo apostolus dicit: state ergo succincti lumbos vestros in veritate. Et iterum. State in domino: & viriliter agite cum ergo hoc modo steterimus aduersum ipsum ille artifex antiquus: & callidus etiam vinci se simulabit & cedere: si forte per hoc negligentiores nos efficiat ad certamen. Sed & pœnitentiam simulabit: & deprecabitur nos discedere quidem: sed non lōge discedere. Vult nos esse sibi aliqua ex parte vicinos: vult nos a suis finibus non longe discedere. Sed nos nisi ab eo longius recedamus: & transeamus mare: & dicamus quantum interiacet ortus ab occasu: elongabit a nobis iniquitates nostras: salui esse non possumus. Propter quod deprecemur misericordiam domini: vt & nos eripiat de terra Aegypti: de potestate tenebrarum: & Pharaonem cum exercitu suo: tanq̄ plumbum demergat in aquam validissimam. Nos autem liberati cum gaudio: & exultatione: hymnū cantemus domino: gloriose enim honorificatus est. Quia ipsi gloria: & honor in sæcula sęculorum. Amen.

De profectione filiorum Israel. De terra Aegypti. Homilia. V. Cap. xii. xiii. xiiii.

Doctor gētium in fide & veritate apostolus Paulus tradidit ecclesiæ: quam congregauit ex gentibus: quomodo libros legis susceptos ab aliis: sibiq; ignotos prius: & valde peregrinos deberet aduertere: ne aliena instituta suscipiens: & institutorum regulam nesciens: in peregrino trepidaret instrumento. Propterea ergo ipse in nonnullis intelligentiæ tradit exempla: vt & nos similia obseruemus in cæteris: ne forte pro similitudine lectionis & instrumenti: Iudæorū nos effectos esse discipulos crederemus. Hoc ergo differre vult discipulos Christi a discipulis synagogæ: ꝙ legem: quā illi male intelligendo Christum non receperūt: nos spiritaliter intelligendo ostēdamus eam ad ecclesiæ instructionē merito datā. Iudęi ergo hoc solū intelligebant: quia profecti sunt filii Israel de Aegypto: & prima profectio eorum fuerit ex Ramesse: & inde profecti venerūt in Soccoth & de Soccoth profecti venerūt in Othon: ad Epauleū iuxta mare. Tum deīde ꝙ ibi nubes eos pręcesserit: & secuta sit petra: de qua bibe rūt aquā: transierunt etiā per mare rubrū: & C D

venerunt in desertũ Syna. Nobis autẽ qualẽ tradiderit de his Paulus apostolus intelligentiæ regulam/videamus. Corinthiis scribẽs in quodam loco ita dicit. Scimus enim quia patres nostri omnes sub nube fuerunt: & omnes mare transierũt: & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari: & omnes eãdem escã spiritalem manducauerunt: & omnes eũdem potum spiritalẽ biberũt. Bibebãt aũt de spiritali cõsequẽti eos petra: petra vero erat Christus. Videtis quantũ differat ab historica lectione Pauli traditio. Q͂d Iudęi trãsitũ maris putant: Paulus baptismũ vocat: quã illi existimant nubem: Paulus spiritum sanctũ ponit: & huic simile intelligi vult illud: q͂d dominus in euangeliis præcepit dicens: nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto: nõ potest intrare in regnũ dei. Et rursum manna: quod Iudæi cibum ventris & satietatem existimãt gulæ: escam spiritalẽ nominat Paulus: & non solũ Paulus: sed & dñs de eodem in euangelio dicit. Patres vestri manna manducauerũt in deserto: & mortui sunt. Qui autem mãducauerit de pane quẽ ego do ei: non morietur in æternum. Et post hoc dicit. Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi. Tum deinde de sequenti petra aperte pronuntiat Paulus: & dicit. Petra vero erat Christns. Quid igit̃ agẽdum nobis est: qui huiusmodi a Paulo ecclesiæ magistro: intelligentiæ instituta suscepimus? Nonne videtur iustum: vt traditam nobis huiusmodi regulam simili in cæteris seruemus exemplo? An (vt quidam volũt) hæc quæ tantus: ac talis apostolus tradidit: relinquentes: rursum ad Iudaicas fabulas conuertamus? Mihi quidẽ si hæc aliter: q͂ Paulo videtur: exponã. hoc puto esse manus dare inimicis Christi: & hoc esse q͂d propheta dicit. Væ qui potat ꝓximũ suũ subuersione turbulẽta. Accepta ergo a beato Paulo apostolo semina spiritalis intelligentiæ: inquantũ nos dñs precibus vestris illuminare dignabit̃: excolam⁹.

E Et leuãtes (inqt) filii Israel de Ramesse venerũt in Soccoth: & profecti de Soccoth/venerũt in Othon. Siquis est qui ꝓficisci de Aegypto parat: siquis est qui cupit obscuros mũdi huius actus/& errorũ tenebras derelinquere primo oĩm ex Ramesse ei ꝓficiscendũ est. Ramesse vero interpretat̃ cõmotio tineæ. Si ergo vis venire in Soccoth: vt dñs tibi dux sit: & in columna nubis te p̃cedat: & sequatur te petra: q͂ tibi escã spiritalẽ: & potũ nihilominus p̃beat spiritalẽ. Proficiscere: & exi ex Ramesse: nec thesaurizes ibi: vbi tinea extermiat: & vbi fures effodiunt: & furant̃. Hoc est: q͂d aperte & dñs in euãgeliis dicit. Si vis perfectus esse: vade vende omnia quæ habes: & da pauperibus: & habebis thesaurũ ĩ cœlo: & veni sequere me. Hoc est ergo ꝓficisci de Ramesse: & sequi Christũ. Videamus aũt quis sit & castrorũ locus: ad quem venitur ex Ramesse. F

Venerũt (inquit) in Soccoth. Soccoth tabernacula intelligi apud Hebræos tradũt interpretes nominũ. Cũ ergo derelinquens Aegyptum discusseris abs te tineas totius corruptelæ: & vitiorũ incitamẽta reieceris: habitabis in tabernaculis. Habitamus enim in tabernaculis: ex q͂bus nolumus expoliari: sed super uestiri. Habitatio autẽ tabernaculorũ expeditum: & absq; vllis impedimentis indicat esse eum: qui festinat ad deum. Sed nec in hoc quidem standũ est: vrgenda est profectio. Mouenda sunt castra etiã de Soccoth: & festinãdum est: vt veniamus in Othon. Othon vero in nostram linguã versum: dicunt signa eis. Et merito. Hic enim audiẽs dici: q͂a deus antecedebat eos per diẽ in colũna nubis: & per noctẽ in columna ignis. Nõ hoc inuenis factum apud Ramesse: nec apud Soccoth: quæ secũda ꝓficiscentibus castra dicuntur: sed tertia castra sunt: in q͂bus fiunt signa diuina. Recordare q͂ superi⁹ lecta sunt: cũ dicebat Moyses ad Pharaonem. Iter triũ dierum ibimus ĩ deserto: & immolabimus dño deo nostro. Hoc ergo erat triduũ: ad q͂d festinabat Moyses: & contradicebat Pharao. Ille enim dicebat: non eatis longius. Non permittebat Pharao ad locũ signorũ peruenire filios Israel: nõ permittebat eos in tãtũ proficere: vt possent tertii diei mysteriis perfrui. Audi enim prophetã quid dicit. Resuscitabit nos deus post biduũ: & ĩ die tertia resurgemus: & viuemus in cõspectu eius. Prima dies nobis/passio saluatoris est: & secũda qua descendit in infernũ: tertia autẽ/resurrectionis est dies. Et ideo in die tertia deus antecedebat eos: per diem in columna nubis: per noctem in columna ignis. Q̃ si secũdũ ea quę superius diximus: in his verbis recte nos apostolus docet baptismi mysteria contineri: necessariũ est: vt qui baptizantur in Christo: in morte ipsius baptizentur: & ipsi cõsepeliant̃: & cũ ipso die tertia resurgãt a mortuis: quos & secũdũ hoc: q͂d dicit apostolus simul secum suscitauit: simulq; fecit sedere in cœlestibus. Cũ ergo tibi tertii diei mysteriũ fuerit susceptũ: incipiet te deducere deus: & ipse tibi viã salutis ostẽdere. Sed videamus quid post hæc dicitur ad Moysen: quæ via p̃cipit̃ eligenda. De Othõ (inqt) cõuersi iter facite iter Epauleũ: & iter Magdalũ: q͂d est cõtra Beelsephon H

Hęc autē sic interp̃tantur. Epauleū quidē ascęnsio tortuosa. Magdalū turris. Beelsephon ascēsio speculę: vel habēs speculā. Tu fortasse credebas: quia iter: quod deus ostendit planū esset: & molle: & nihil p̃rsus haberet difficultatis: aut laboris. Ascensio est: & descēsio tortuosa. Nō em̃ procliue iter est: quo tendit ad virtutes: sed ascēditur: & anguste / ac difficulter ascendit. Audi etiā dn̄m in euangelio dicentem. Quia arcta: & angusta via est: quę ducit ad vitā. Vide ergo quantū cōsonat euāgeliū cū lege. In lege ostendit virtutis viā: ascensio tortuosa. In euangeliis dicitur arcta: & angusta via quæ ducit ad vitā. Nonne hęc aperte etiā cęci videre possunt: q̄ legē & euangelia vnus / atq̄ idē spiritus scripsit? Est ergo iter: quod incedūt ascēsio tortuosa: & ascensio speculę: vel habēs speculā. Ascensio ad actus pertinet: specula ad fidem. Ostendit ergo quia & in actibus / & ī fide multa est difficultas: & multus labor. Multæ em̃ tentationes nobis occurrunt: multa in fide offendicula volentibus agere quæ dei sunt. Tū deinde in fide multa inuenies tortuosa: plurimasq̄ quęstiones: multas obiectiones hæreticorū: multas contradictiōes

A infidelium. Hoc ergo iter agendū est sequentibus deū. Sed est & turris in hoc itinere. Quæ est ista turris? Illa nimirum: quā dn̄s in euāgelio dicit. Siquis vestrū volens turrim ędificare: nonne prius sedebit: & cōputabit sumptus: si habet vnde perficiat? Ista est ergo turris: sedes ardua: & excelsa virtutū. Sed videns hæc Pharao: audi quid dicit. Errant (inquit) isti. Apud Pharaonē qui deū sequitur / errare dicitur. Quia (vt diximus) sapientiæ iter tortuosum est: multos habēs flexus: multas difficultates: plurimos anfractus. Deniq̄ cū confitearis vnum deū: eademq̄ cōfessione patrem: & filium: & spiritū sanctū: asseris vnū deū: q̄ tortuosum: q̄ difficile: q̄ inextricabile videt̃ hoc esse infidelibus. Tū deinde cū dicis dn̄m maiestatis crucifixum & filiū hoīs esse: qui descendit de cœlo: q̄ tortuosa hæc videntur: & q̄ difficilia? Qui audit: si nō cum fide audiat: dicit. Quia errāt isti. Sed tu fixus esto: nec dubites de huiusmodi fide: sciens quia deus tibi ostendit hanc fidei viam. Ipse enim dixit. Tollētes de Othon castra: collocate ea inter Epaleum: & intra Magdalō contra Beelsephon. Fugiēs ergo Aegyptum venis ad hæc loca: venis ad has operum ascensiones: & fidei: venis ad ędificium turris: venis etiam ad mare: & occurrunt tibi fluctus. Non enim iter vitæ sine tentationū fluctibus agitur. Sicut & apostolus dicit. Omnes qui volunt pie viuere in Christo: persecutiones patientur. Sed Iob nihilominus pronuntiat: quia tētatio est vita nostra super terram. Hoc est ergo venisse ad mare. Sed si Moysen: id est legē dei sequens agas hoc iter Aegyptius te quidem persequit̃: & insectat̃. B

Sed vide q̄d fiat. Leuauit (inq̄t) angelus dn̄i: q̄ antecedebat castra israel: & abiit post illos. Eleuauit & columna nubis a facie eorū: & stetit post illos: & intrauit iter castra Aegyptiorū: & israelitarū. Hæc columna nubis populo quidē dei efficitur murus. Aegyptiis vero obscuritatē imponit / & tenebras. Non em̃ transfertur colūna ignis ad Aegyptios: vt videāt lucem: sed in tenebris permanēt: quia dilexerūt tenebras magis q̄ lucem. Et tu ergo si ab Aegyptiis recedas: & de potestate demonum fugias: vide quanta diuinitus tibi p̃parantur auxilia: vide quātis adiutoribus vteris. Tantū est: vt p̃maneas fortis in fide: nec te Aegyptiorū equitatus: & quadrigarū formido perterreat: nec reclames contra legem dei & Moysen: & dicas: sicut quidā ex illis dixerūt. Tanq̄ C nō essent sepulchra in Aegypto: ita eduxisti nos: vt in deserto hoc moriamur: melius fuerat nos seruire Aegyptiis: q̄ mori in deserto hoc. Hæc fatiscentis in tentatione animi verba sunt. Sed quis ita beatus est: qui sic tētationū pondus expediat: vt nulla menti eius cogitatio ambiguitatis obrepat? Vide magno illi ecclesiæ fundamento: & petrę solidissimę: sup quā Christus fundauit ecclesiā: quid dicatur a dn̄o. Modicæ (inquit) fidei / quare dubitasti? Verūtamē q̄a dicūt melius fuerat nos seruire Aegyptiis: q̄ mori in eremo: tētationis & fragilitatis hæc verba sunt. Alioquin falsum est. Longe em̃ melius est in eremo mori: q̄ seruire Aegyptiis: Qui em̃ in eremo morit̃: hoc ipso q̄ separatus est ab Aegyptiis: & discessit a rectoribus tenebrarū: & de potestate Sathanæ: habuit aliquem profectū etiam si ad integrū peruenire nō potuit. Melius enim perfectā vitam quærenti: est in itinere mori: q̄ ne proficisci quidem ad perfectionem quærendam. Vnde & eorum falsa videtur opinio: qui dum nimis arduum iter virtutis exponunt: dumq̄ multas eius difficultates: multaq̄ pericula: & lapsus enumerant: ne ineundū quidem id: aut incipiendum iudicant. Sed multo melius est me in hoc itinere / vel mori: si ita necesse est: q̄ inter Aegyptios permanentem necari: & salsis: atq̄ amarissimis fluctibus obrui. Sed interim clamat Moyses ad dominum. Quomodo D clamat? Nulla eius vox clamoris auditur: & tamen dicit ad eum deus. Quid clamas ad me? Velim scire quomodo sancti sine voce

clamant ad dominũ. Apostolus docet. Quia dedit deus spiritum filii sui in cordibus nostris: clamantem abba pater. Et addit. Ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Et iterũ. Qui aũt scrutatur corda scit quid desyderet spiritus: quia secũdũ deũ postulat pro sanctis. Sic ergo interpellãte spiritu sancto apud deũ: p silentiũ sanctorũ clamor auditur & quid post hoc? Iubetur Moyses virga percutere mare: vt ingredienti populo dei dehiscat & cedat: ac voluntati diuinæ elementorũ famulentur obsequia: & aquæ: q̃ timebant dextra lęuaq́ famulis dei murus effectæ: nõ solũ perniciẽ nesciant: sed & munimen exhibeant. Cogitur ergo fluct⁹ in cumulũ: & vnda in semetipsam repressa curuatur. Soliditatẽ recipit liquor: & solũ maris arescit in puluerẽ: vt sicca planta populus dei transiret. Bonitatẽ dei creatoris intellige: si volũtati eius obtẽperes: si legẽ eius sequaris: ipẽ tibi elemẽta etiã cõtra suã naturã seruire cõpellit

E Audiui a maiorib⁹ traditum quod in ista digressiõe maris: singulis qbusq́ tribubus filiorũ israel: singulæ aquarũ diuisiones factę sint: & propria vnicuiq́ tribui in mari aperta sit via. Idq́ ostẽdi ex eo: quod in psalmis scriptũ est. Qui diuisit mare rubrũ in diuisiones. Per quod multæ diuisiones docent factę: nõ vna. Sed & p hoc quod dicit: Ibi Beniamin iunior in stupore. Principes Iuda duces eorũ/principes Zabulon: & principes Neptalim: nihilominus vnicuiq́ tribui ꝓprius enumerari videt ingressus. Hæc a maioribus obseruata in scripturis diuinis: religiosum credidi nõ tacere. Quid ergo nos docemur p hæc? Iã superius dixim⁹ quis sit in his ap̃li sensus. Baptismũ hoc nominat in Moyse cõsummatũ in nube: & in mari: vt & tu: q baptizaris in Christo in aqua: & in spiritu sc̃tõ: scias insectari quidẽ post te Aegyptios: & velle te reuocare ad seruitiũ suũ: rectores scilicet hui⁹ mũdi: & spiritales neqtias: qbus antea deseruisti. Quæ conant quidẽ te insequi: sed tu descẽdis in aquã & euadis incolumis: atq́ ablutis sordib⁹ peccatorũ hõ nouus ascendis: paratus ad cantandũ canticũ nouũ. Aegyptii vero post te insequentes demergẽtur in abyssum: etiã si videtur rogare Iesum: ne iterim mittat eos ĩ abyssum. Sed & aliũ ex his accipere possumus in-

F tellectũ. Si Aegyptũ fugias: si ignorãtiæ tenebras relinquas: & sequaris legem dei Moysen obuiet aũt tibi mare & contradicentium tibi fluctus occurrant: percute tu obluctantes vndas virga Moysi: id est verbo legis: & vigilantia scripturarũ iter tibiipsi disputando p aduersarios pande. cedent vndæ cõtinuo: & superati fluctus locũ victoribus dabunt. Mirantibusq́ & attonitis: ac stupore defixis: his qui paulo ante aduersabant: legitimis tu disputationũ lineis: rectũ fidei iter secabis. Et in tãtũ doctrinę verbo ꝑficies: vt auditores tui: quos in virga legis erudisti: ipsi iam contra Aegyptios: velut fluctus maris insurgãt & nõ solũ impugnẽt eos: sed & superent: & extinguant. Extinguit nãq́ Aegyptiũ: q nõ agit opera tenebrarũ. Extinguit Aegyptiũ: qui nõ carnaliter: sed spiritualiter viuit. Extinguit Aegyptiũ: q cogitationes sordidas: & impuras: vel depellit ex corde: vel omnino nõ recipit: sicut & apostolus dicit. Assumentes scutũ fidei: in quo possimus oĩa iacula maligni ignita extinguere. Hoc eñ modo possumus etiam hodie Aegyptios videre mortuos: & iacentes ad littus: submergi quadrigas eorũ & equos. Possumus etiam ipsum Pharaonẽ videre demergi: si tanta fide viuamus: vt deus cõterat Sathanan sub pedibus nostris velociter per Iesum Christum dominum nostrum: cui est gloria: & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

De cantico: quod cãtauit Moyses cũ populo & Maria cũ mulieribus. Homilia Sexta. Finis. Cap. XV.

Vlta quidẽ cantica fieri legimus in scripturis diuinis horũ tñ oĩm primũ istud est cãticũ: quod Aegyptiis: & Pharaone submerso pp̃lus dei post victoriam cecinit. G
Moris qppe sanctorũ est: vbi aduersari⁹ vincit: tã q̃ q sciãt nõ sua virtute: sed dei gr̃a victoriã factã: hymnũ deo gratulationis offerre. Accipiũt tñ hymnũ canentes: etiã tympanũ ĩ manibus suis: sicut de Maria sorore Moysi: & Aarõ refert. Et tu ergo si mare rubrũ trãsieris: si Aegyptios mari submergi videris: & extingui Pharaonẽ: atq́ ĩ abyssi profundũ p̃cipitari: potes hymnũ canere deo potes vocẽ gratulationis emittere: & dicere. Cãtem⁹ dño: gl'iose eñ honorificat⁹ est: equũ & ascẽsorẽ ꝓiecit ĩ mare. Meli⁹ aũt: & digni⁹ hæc dices: si habueris tympanũ in manu tua id ẽ si carnẽ tuã crucifixeris cũ vitiis: & cõcupiscẽtiis: & si mortificaueris mẽbra tua: quæ sunt sup terrã. Et tñ videam⁹ qd dicit. Cãtemus dño: gl'iose eñ honorificatus est. Quasi non sufficeret honorificatus est: sed addidit gl'iose honorificatus est. Eqdẽ quãtũ possum H
coniicere videt mihi aliud esse glorificari: ali

ud gloriose glorificari. Nam dominus meus Iesus Christus: cũ carnẽ ex virgine Maria ꝓ salute nostra suscepit: glorificatus est quidẽ: quia venit quęrere quod perierat: nõ tñ gloriose glorificatus est. Dicit enim de ipso. Quia vidimus eũ: & nõ habebat speciẽ: neq; decorẽ: & vult⁹ eius ignobilis sup filios hoim. Glorificat⁹ est & cũ ad crucẽ venit: & pertulit mortẽ. Vis scire quia glorificatus est? Ipse dicebat. Pater venit hora: clarifica filiũ tuum: vt filius tuus clarificet te. Erat ergo ei gloria: etiã ipsa passio crucis. Verũ gloria hæc: non erat gloriosa: sed humilis. Deniq; dicit de eo: humiliauit se vsq; ad mortẽ: mortẽ autem crucis. De quo etiam ꝓpheta ꝓdixerat: morte turpissima cõdemnemus eũ. Sed & Esaias dicit de eo. In humilitate iudiciũ ei⁹ sublatũ est. In his ergo oĩbus glorificatus est dñs: sed (vt ita dicã) humiliter nõ gloriose glorificatus est. Verũ quia hæc oportebat pati Christũ: & sic introire in gloriã suã. Cũ venerit in gloria patris: & sanctorũ angelorũ: cum venerit in maiestate sua iudicare terrã: quñ & verum Pharaonem: id ẽ diabolũ interficiet spiritu oris sui: cum ergo refulgebit ĩ maiestate patris sui: & post aduẽtum humilitatis: secundũ nobis in gloria ostẽdet aduentum: tunc non solũ glorificat̃ dominus: sed & gloriose glorificatur: cũ oẽs ita honorificãt filiũ: sicut honorificant patrẽ. Equũ: & ascensorem proiecit in mare: adiutor: & ꝓtector factus est mihi in salutem. Hoĩes qui nos insequuntur: equi sunt: & (vt ita dicã) oẽs qui in carne nati sunt: figuraliter equi sunt. Sed hi habent ascensores suos. Sunt equi: quos dominus ascendit & circueũt omnẽ terrã: de quibus dicit̃: & equitatus tuus salus. Sũt autem equi: qui ascensorẽ habent diabolũ: & angelos eius. Iudas equus erat: sed donec ascensorem habuit dominũ: de equitatu fuit salutis. Cum cæteris enim apostolis missus: ęgrotis salutẽ: & sanitatem languentibus ꝓstabat. Sed vbi se diabolo substrauit: post buccellam enim introiuit in illum Sathanas & ascensor ipsius effectus est Sathanas: & illius habenis ductus: aduersus dominum: & saluatorem nostrum cœpit equitari. Oẽs ergo qui persequuntur sanctos: equi sunt hinnientes. Sed habent ascẽsores: quibus agũtur: angelos malos: & ideo feroces sunt. Si ergo videris aliquando persecutorẽ tuũ nimiũ sæuientẽ: scito/ quia ab ascensore suo dæmone perurget̃: & ideo sæu⁹: ideo truculentns est. Dominus ergo equum: & ascensorem proiecit in mare: & factus est mihi in salutẽ. Hic deus meus & honorificabo eũ: deus patris mei: & exaltabo eum. Hic ergo & meus est deus: & patris mei. Pater noster qui nos fecit: & genuit Christus est: & ipse dicit. Vado ad patrem meum & patrem vestrum: deum meũ: & deum vestrũ. Si ergo agnoscam ꝙ deus meus sit deus: glorificabo eum. Si vero etiam istud agnoscã: quõ patris mei Christi sit deus: exaltabo eum. Altior nanq; intellectus est: quõ Christus vt vnius dei cõstringat: & muniat veritatem: deum suum dicit: quem natura patrem vocat. Deus conterens bella: dominus nomẽ est illi. Nolo putes: quia tantum visibiles pugnas conterit dñs: sed & illas conterit: quę nobis sunt: nõ aduersus carnẽ: & sanguinẽ: sed aduersus principes: & potestates: & aduersus mundi huius rectores tenebrarum harum. Dominus enim nomen est illi. Non est enim vlla creatura: cuius dominus non sit. Quadrigas Pharaonis: & exercitum ei⁹ proiecit in mare. Electos ascensores: ternos statores demersit in rubrũ mare. Pharao velut potentior in malitia: & regnum nequitię tenens: quadrigas agit. Nõ illi satis est vnum equum ascendere: sed plures simul agitat: plures simul plagis torti verberis cogit. C Quoscunq; videris in luxuria turpiores: incredulitate sæuiores: in auaritia tetriores: in impietate flagitiosiores/ scito hos de quadrigis esse Pharaonis. Ipsis sedet: ipos currui suo subiungit. In ipsis fertur: & volitat: & ꝑ apertos scelerũ cãpos effusis eos agit habenis. Sũt & alii electi ascẽsores: electi sine dubio ad malitiam. Sed iam de ascensoribus supra diximus nunc etiam qui sunt terni statores videamus Mihi videntur terni statores ꝓ eo dici: ꝙ triplex est hoĩbus peccandi via. Aut enim in facto: aut in dicto: aut in cogitatione peccatur. D Et ideo terni statores per singulos quosq; dicuntur: qui tres istas in nobis peccandi obsideant vias: & speculentur semper atq; in insidiis agant: vt aut ille ex misero hoĩe sermonẽ malum eliciat: aut ille iniquum opus extorqueat: aut ille cogitationẽ pessimam rapiat. Deniq; & semen verbi dei vbi cadit: & deperit: triplex describitur locus. Vnus secus viã refert̃: qui cõculcat̃ ab hoĩbus: alius in spinis: alius in petrosis. Et econtrario terra bona afferre dicitur triplicem fructũ: vel centesimũ: vel sexagesimũ: vel tricesimũ. Triplex nãq; est etiam bene agendi via: nihilominus enim vel opere: vel cogitatione: vel verbo boni aliquid agitur. Hoc enim significat & apostolus cum dicit. Qui autem ædificat supra fundamentum hoc: aurum, argentum, lapides præciosos: triplicem bonorum indicãs viam: subiungit nihilominus triplicem etiam malorũ:

cum dicit.ligna.fœnũ.stipulam.Isti ergo terni statores sunt angeli nequã de exercitu Pharaonis:qui stãt in huiuscemodi viis:obseruãtes vnumquemq; nostrum per hęc iter agere in peccatũ:quos demergit dominus in rubrũ mare:& ignitis eos in iudicii die fluctibus:tradet:ac pœnarum pelago teget.Si tu deum sequens de eorum te potestate subtraxeris.Deciderunt in ꝓfundum quasi lapis. Quare
E deciderunt in profundum tanq lapis? Quia nõ erant tales lapides: de quib⁹ suscitari possent filii Abrahę:sed tales:qui amarent profundũ: & liquidũ diligerent elementũ:id est qui amarã/& fluxã pñtiũ rerũ caperẽt voluptatem. Vnde & ipsis dicitur. Demersi sunt tanq̃ plũbum in aquã validissimã. Peccatores graues sunt.Deniq; & iniquitas super talentũ plumbi sedere monstratur:sicut Zacharias propheta dicit. Vidi(inquit)mulierẽ sedentẽ super talentum plumbi:& dixi.Quæ est hęc? Et respondit:iniquitas. Inde est ergo ꝙ iniqui demersi sunt in profundum sicut plumbum in aquã validissimã.Sancti autẽ nõ demergunt: sed ambulãt sup aquas:quia leues sunt:& peccati pondere non grauant.Deniq; dñs & saluator nr̃ sup aquas ambulauit.Ipse est em̃:qui vere peccatũ nescit.Ambulauit & discipulus eius Petrus:licet paululũ trepidauerit. Non enim tantus erat:ac talis: q nihil oĩno de specie plumbi i se haberet admixtum.Habuit: licet parum.Propter quod dicit ad eũ dñs.Modicę fidei quare dubitasti?Iccirco igit̃ qui saluus fit:per ignẽ saluus fit.Vt si quid forte de specie plumbi habuerit admixtũ:id ignis decoquat:& resoluat:vt efficiant̃ oẽs aurum bonũ. Quia aurum terræ illius bonũ esse dicit:
F quã habituri sunt sancti:& sicut fornax ꝓbat aurum:sic homines iustos tentatio.Veniẽdũ ergo est oĩbus ad ignem : veniendũ est ad conflatoriũ.Sed etem̃ dñs & conflat: & purgat filios Iuda:Sed & illuc cõuenitur:siquis multa opera bona:& parũ aliquid iniquitatis attulerit:illud parũ tãq̃ plumbum igni resoluit: ac purgatur:& totum remanet aurum purum. Et siquis plus illuc plũbi detulerit:plus exuritur:vt amplius decoquatur: vt & si parũ aliquid sit auri:purgatũ/tamen resideat.Quod si aliquis illuc(totus)plumbeus venerit : (fiet de illo hoc:quod scriptũ est.Demerget̃ in profundum tanq̃ plumbum in aqua validissima.
G Sed longum est si per ordinem velimus exponere:sufficiat pauca pstringere. Quis(inqt) similis tibi in diis domine:qs similis tibi?Gloriosus in sanctis:mirabilis in maiestatibus: faciẽs prodigia. Quod dicit quis similis tibi in

diis:non simulacris gentiũ cõparat deũ : nec demonibus: qui sibi falso deorum nomen adsciscunt:sed deos illos dicit:qui per gratiã/ & participationẽ dei/dii appellant̃. De quib⁹ & alibi scriptura dicit.Ego dixi dii estis.Et item Deus stetit in cõgregaaione deorũ.Sed hi q̃uis capaces sunt dei: & hoc nomine donari ꝑ gratiam videantur:nullus tamen deo similis inuenitur:vel in potentia:vel in natura. Et licet Ioannes apostolus dicat. Filioli nondũ scimus quid futuri simus:si autem reuelatũ nobis fuerit de domino scilicet dicens:similes illi erimus.Similitudo tamen hęc:nõ ad naturam:sed ad gratiã reuocatur.Verbi causa:vt dicamus picturam similem esse ei:cuius imago in pictura videtur expressa.Quantum ad gratiam pertinet visus:similis dicitur.Quãtum ad substantiã:longe dissimilis. Illa enim species carnis est: & decor corporis viui: ista colorum fucus est:& cæra tabulis sensu carẽtibus superposita. Nullus ergo in diis similis domino:nullus enim inuisibilis: nullus incorporeus:null⁹ immutabilis:nullus sine initio: & sine fine:nullus creator oĩm:nisi pater cũ filio & spiritu sancto.Extendisti dexterã tuam:
deuorauit eos terra.Impios quidem & hodie H
deuorat terra.An non tibi videtur? terra deuorari illũ:qui semper de terra cogitat? Qui semper terrenos habet actus?Qui de terra loquitur:de terra litigat:terram desyderat : & oẽm spem suam ponit in terra? Qui ad cœlũ non respicit?qui futura non cogitat? qui iudicium dei non metuit:nec beata eius promissa desyderat:sed semper de pñtib⁹ cogitat : & terrena suspirat: Talem cum videris: dicito quia deuorauit eum terra. Sed & si quem videris luxuriæ carnis:& voluptatibus corporis deditum:in quo animus nihil valet:sed totum libido carnis obtinuit : dicito & de hoc: quia deuorauit eum terra.Adhuc me mouet quod ait:extendisti dexteram tuam:& deuorauit eos terra: quasi vt deuorarentur a terra:hæc causa fuerit ꝙ extẽdit dñs dexteram suã. Si cõsyderes quõ dñs exaltatus in cruce tota die extendit manus suas ad populũ non credentem/sed contradicentẽ/& qualiter infidelẽ populũ:qui clamauit crucifige crucifige eum:mors admissi sceleris oppressit/euidenter inuenies quomodo extendit dexterã suã: & deuorauit illos terra. Nec tamen penitus desperandum est.Possibile nanq; est : vt si forte resipiscat : qui deuoratus est: rursum possit euomi : sicut Ionas. Sed & omnes nos puto ꝙ aliquando terra deuoratos in inferni penetralibus retinebat. Et propterea dominus

noster descendit nõ solum vsq; ad terras: sed vsq; ad inferiora terræ: & ibi nos inuenit deuoratos: & sedentes sub vmbra mortis: & inde educens non iam locum terræ: vt iterum deuoraremur: sed locum præparat nobis regni cœlorum. Deduxisti in iustitia tua popu-
A lũ tuũ hunc: quem liberasti. Consolatus es in virtute tua: in requie sancta tua. Dñs populũ suum: quem liberauit per lauacrum regenerationis deducit in iustitia: consolatur etiam eum per cõsolationẽ spiritus sancti in virtute sua: & in requie sua. Futurorũ nãq; spes: laborãtibus requiẽ parit: sicut & in agone posi-
B tis: dolorũ vulnerũ mitigat spes coronæ. Audierunt gentes: & iratę sunt: dolores cõphenderunt habitatores Philistiim. Tunc festinauerunt duces Edom: & principes Moabitarũ: apphendit illos tremor. Tabuerũt omes inhabitantes Chanaam. Quãtum ad historiã pertinet: nullum ex his gẽtibus interfuisse mirabilibus: quæ facta sunt: constat. Quomodo ergo videbũtur tremore deterritæ: vel festinasse (vt dicit) vel iratas esse Philistiim: & Moabitæ: & Edom: & reliquæ: quas enumerat nationes? Sed si redeamus ad intelligentiam spiritalem: inueniem⁹ quia Philistini: idest cadẽtes populi: & Edom: qui interptatur terren⁹ trepidant: & horũ omniũ principes cursitãt: & pauent constricti doloribus: cũ vident regna sua: q̃ in inferno sunt penetrata ab eo: qui descẽdit in inferiora terræ: vt eriperet eos: q possidebãt a morte. Hinc eos cõphẽdit timor & tremor: quia senserunt magnitudinẽ brachii eius. Hinc etiam tabuerunt omes inhabitantes Chanaan: qui mutabiles interptant: & mobiles: cũ vident moueri regna sua: alligari fortẽ: & vasa eius diripi. Veniat ergo sup eos timor: & tremor magnitudinis brachii tui. Quid timẽt dęmones? Quid tremũt? Sine dubio crucem Christi: in qua triũphati sunt: in qua exuti sunt principatus eorũ: & potestates Timor ergo & tremor cadent super eos cũ signũ in nobis viderint crucis fideliter fixũ: & magnitudinẽ brachii illius: quod dñs expandit in cruce: sicut dicit. Tota die expandi manus meus ad populũ non credentem & cõtra dicentem mihi. Nõ te ergo aliter timebunt: nec aliter tremor tuus veniet sup eos: nisi videãt in te crucem Christi: nisi & tu potueris dicere: mihi autẽ absit gloriari: nisi in cruce dñi mei Iesu Christi: per quem mihi mundus
C crucifixus est: & ego mundo. Fiant tanq̃ lapis donec transeat populus tuus dñe: donec trãseat populus tuus hic: quem adquisisti. Fieri tã q̃ lapidẽ: non est natura esse lapidẽ. Non enim fieret: nisi quod non erat. Hoc pter illos dicimus: qui malæ naturę Pharaonẽ: vel Aegyptios dicunt fuisse: & non ex arbitrii libertate in hoc esse deductos. Sed & pter eos: q creatorem deum accusant tanq̃ sæuũ: q; homines vertat ĩ lapides. Hi ergo priusq̃ blasphemẽt: consyderent summa libratiõe: q̃ scripta sunt. Non enim dixit fiant tanq̃ lapis: & tacuit: sed tempus statuit: & mensuram condemnatiõis decernit. Ait enim. Donec transeat populus tuus dñe. Quo scilicet post transitum populi non sint tanq̃ lapides. In quo mihi videt̃ prophetiæ aliquid latere. Video enim: quia prior populus: qui fuit ante nos: factus est tanq̃ lapis durus / & incredulus. Verũ nõ eaten⁹: vt in lapidis natura permaneat: sed donec transeat populus hic: populus hic: quem adqsiuit. Cæcitas enim ex parte contigit in israel secũ dum carnẽ: donec plenitudo gentiũ subintro iret. Cum enim plenitudo gentium subintrauerit: tunc etiã omnis israel: q per incredulitatis duritiam factus fuerat / sicut lapis: saluabitur. Et vis videre quomodo saluabit̃? Potens est (inquit) deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Manent ergo lapides nunc: donec transeat populns tus dñe: populus tuus hic: quem adquisisti. Sed si ipẽ dñs creator est D omniũ: vidẽdum est quomodo hic adquisisse dicatur: quæ sua esse nõ dubium est. Dicitur & in alio cantico Deuteronomii. Nõne hic ipse deus tuus: qui fecit te & creauit te: & adqsiuit te? Videtur enim vnusquisq; illud acquirere: quod non fuit suum. Inde deniq; & hęretici dicunt de Saluatore: quia non erant sui: quos adquisiuit. Dato etenim precio mercatus est homines: quos creator fecerat. Et certum est (aiunt) vnumquemq; non illud emere: quod suum est. Apostolus enim ait. Precio enim empti estis. Sed audi quid dicit propheta. Peccatis vestris vęnundati estis: & p iniqtatibus vestris dimisi matrem vestrã. Vides ergo: quia dei quidem creatura omnes sum⁹. Vnusquisq; vero peccatis suis vęnũdatur: & pro iniquitatibus suis a proprio creatore discedit. Dei igitur sumus: secundum q; ab eo creati sumus. Effecti vero sumus serui diaboli: secundum q; peccatis nostris vęnundati sumus. Veniens autẽ Christus redemit nos cũ seruirem⁹ illi dño: cui nosmetipos peccando vęndidim⁹: & ita videtur tanq̃ suos quidem recepisse: quos creauerat: tanq̃ alienos autem adquisisse: quia alienũ sibi dominũ siue errando: siue peccando quęsiuerãt. Et fortasse recte quidẽ dicit̃ redemisse nos Christus: qui pretiũ nostri sanguinẽ suum dedit. Quid tale au E

tem:vt nos marcaretur etiã diabolus dedit? Ergo (si videtur) ausculta. Homicidium/pecunia diaboli est. Ille enim ab initio homicida est. Fecisti homicidium: diaboli pecuniam suscepisti. Adulterium/diaboli pecunia est. Diaboli enim in eo imago est: & superscriptio. Cõmisisti adulterium/ accepisti diaboli numisma. Furtum/falsum testimonium/ rapacitas/ violentia: hæc omnia diaboli census est: & diaboli thesaurus. Talis enim pecunia de ei⁹ moneta ꝓcedit. Hac igit̃ pecunia emit ille: quos emit & efficit sibi seruos omnes: qui de huiuscemodi sensu eius quantulũcunq; susceperũt. Verũ ego vereor: ne etiã aliquos de astantibus/quos nescimus: diabolus mercet̃ occulte: ne etiã aliquibus nostrorũ hanc pecuniã/quã supra enumerauimus: ingerat: & faciat illos rursum suos: & rursum pro eis tabulas seruitutis/ & peccati chirographum scribat: atq; immisceat seruis dei eos: quos peccati precio sibi fecerit seruos: Solet em̃: quia inimicus homo est: tritico miscere zizaniam. Et tamen si quis forte huiusmodi pecuniam a diabolo deceptus accepit: nõ vsq;quaq; desperet: misericors enim est: & miserator domin⁹: & creaturæ suæ non vult mortem: sed vt cõuertatur: & viuat. Pœnitẽdo/flendo/satisfaciẽdo deleat/ quod admissum est. Dicit em̃ ꝓpheta. Quia si conuersus ingemueris: tunc saluus eris. Paulo latius progressi sumus: dum volum⁹ exponere quomodo deus quæ sua sunt dicatur adquirere: & redimere Christus sanguine precioso quos emerat diabolus: vili mercede peccati inducens. Planta eos in monte hæredita-
F tis tuæ. Non vult nos deus in Aegypto plantare: nec in deiectis & in humilibus locis: sed in monte hæreditatis suæ vult plantare quos plantat. Tũ p̃terea quod addit inducens: plãta eos num tibi videtur tanq̃ de pueris dicere? qui inducuntur ad scholas: inducunt̃ ad literas: inducuntur ad omnem eruditionem? Intellige ergo per hæc: si tamen habes aures audiendi quomodo deus plantat: ne forte cũ audis eum inducere: & plãtare: putes eum ficus in terra: aut alia huiusmodi virgulta defigere. Audi & alibi quomodo plantat deus. Propheta dicit. Vineam ex Aegypto transtulisti: & expulisti gentes: & plantasti eam. Per uiũ iter fecisti ante eã: plantasti radices eius: & replesti terrã. Operuit montes vmbra ei⁹: & arbusta eius cedros dei. Aduertisti iã quomodo plantat deus: & vbi plantat? Non plantat in vallibus: sed in mõtibus excelsis: & sublimibus locis. Quos em̃ educit de Aegypto: quos de sæculo adducit ad fidem: nõ vult eos iterum in humilibus collocare: sed conuersationem eorum vult esse sublimem. Vult nos G
in montibus habitare: sed in ipsis nihilomin⁹ montibus non vult nos super terram repere: nec vltra vult vineã suã humi deiectos habere fructus: sed vult palmites eius sursum duci: in alto collocari: traduces fieri: & traduces nõ in quibuscũq; humilibus arboribus: sed in excelsis: & ĩ altissimis cedris dei. Cedros dei/ ego prophetas & aplõs puto: quib⁹ nos si adiungamur vitis/ quã de Aegypto transtulit deus: & per ramos eorum nostri palmites diffundantur: atq; ipsis innixi traduces quædã efficiamur charitatis adinuicem vinculis cõnexi: fructũ sine dubio plurimum adferem⁹. Nam omnis arbor/quæ nõ facit fructum excidetur: & in ignẽ mittet̃. In p̃parata habitatione tua: quã p̃parasti domine. Vide clementis dñi bonitatem: non vult te inducere ad laborẽ: nõ vult vt ipse tibi facias habitaculũ. Iã te ad p̃paratã deducit habitationẽ. Audi deum dicentẽ in euangelio. Alii laborauerũt: & vos in labores eorũ introistis. Sanctimoniũ domi- H
ne: quod p̃parauerũt manus tuæ. Sanctimonium dicitur tabernaculũ dei/vel tẽplum: ab eo q̃ sanctificat accedentes. Hoc nõ dicit manu hominis factũ: sed manu dei. Quid ergo? propter te deus & plantat: & ædificat/agricola efficit̃: structor efficit̃: ne tibi aliquid desit. Audi & Paulum dicentem. Dei agricultura: dei ædificatio estis. Quod ergo istud est sanctimoniũ quod non manu hoĩs factum est: sed manibus dei paratum? Audi sapientiam dicentẽ: quia ędificauit sibi domũ. Ego aũt hoc de incarnatione dñi rectius intelligendũ puto. Nõ em̃ manu hoĩm factũ est: id est nõ opere humano templũ carnis ædificat̃ in virgine: sed sicut p̃dixerat Daniel: Lapis sine manibus excisus creuit: & factus est mons magn⁹. Istud est sanctimoniũ carnis adsumptę: & sine manib⁹: idest absq; opere hoĩm de monte humanæ naturæ: & substantiæ carnis excisum. Domine: qui regnas in sæculũ: & in sęculũ: & adhuc. Quoties in sæculũ dicitur: longitudo quidẽ tẽporis: sed esse finis aliquis indicatur: & si in aliud sæculum dicatur: aliquis fine dubio longior quidem: tamen ponitur finis: & quoties sæcula sæculorum nominantur: forsasse licet ignotus nobis: tamen a deo statut⁹ aliquis terminus indicat̃. Quod vero addit in hoc loco & adhuc: nullũ sensum termini alicuius/aut finis reliquit. Quodcunq; enim illud cogitaueris: in quo fine putes posse consistere: semp tibi dicit sermo ꝓpheticus: & adhuc: velut si loquat̃ ad te: & dicat. Putas in sę

culum sæculi dominum regnaturum? & ad-
huc. Et quodcunq; dixeris illud de regni eius
spatiis: semper tibi dicit propheta: & adhuc.
Quoniam intrauit equitatꝰ Pharaonis cum
quadrigis: & ascẽsoribus in medium mare: &
induxit sup eos dñs aquas maris. Filii autem
Israel ambulauerũt ꝑ siccũ in medio mari. Et
tu si filius israel es potes ambulare per siccũ
in medio mari. Si fueris in medio natiõis pra
uæ: & peruersę: sicut lumẽ solis verbũ vitę cõ
tinens ad gloriã. Potest fieri: vt in medio pec
catorũ incedentẽ te nõ infundat humor pec-
cati? Potest fieri: vt transeuntẽ te per hũc mũ
dũ: nulla libidinis vnda respergat: nullus cu-
piditatis æstus euerberet? Qui Aegyptiꝰ est:
& sequit̃ Pharaonẽ: ille vitiorꝫ fluctibꝰ mergi
tur. Qui vero sequit̃ Christũ: & sicut ipse am
bulauit: ita & ipse ambulat: aquæ ei murꝰ fiũt
dextra/ lęuaq;: ipse autẽ media via incedit per
siccũ. Nõ declinat ad dexterã: neq; ad sinistrã
vsq;quo exeat ad libertatẽ: & hymnũ victorię
dño concinat dicens. Cantemus domino: glo
riose enim honorificatus est: per Iesum Chri
stum dominũ nostrum: cui est gloria: & impe
rium in sæcula sæculorum. Amen.

De amaritudine aquæ myrrhæ. Homilia
Septima. Finis. Cap. xv.

A Ost trãsitũ maris rubri: &
magnifici secreta mysterii
post choros: & tympana:
post triũphales hymnos ve
nitur ad myrrhã. Myrrha
autẽ aqua erat amara: quã
non poterat populus dei bibere. Quid ergo
post tanta & tã mirifica mirabilia ad amaras
aquas: & periculum sitis adducitur populus
dei? Ait enim. Et venerunt filii israel in myr-
rham: & non poterant aquam bibere de myr
rha: quia amara erat: & ꝓpter hoc appellatũ
est nomen loci illiꝰ amaritudo. Sed qd addit
post hęc? Clamauit (inquit) Moyses ad dñm:
& ostendit illi dñs lignũ: & misit illud ĩ aquã:
& facta est dulcis aqua. Et ibi (ĩqt) posuit illi
deus iustitias/ & iudicia/ ibi/ vbi amaritudo/
vbi sitis: & quod est grauius: sitis in abũdãtia
aquarũ: ibi posuit ei deus iustitias & iudicia.
Alius nõ erat locus dignior/ aptior/ vberior: q̃
iste: in quo amaritudo est. Tũ ꝑterea quod di
xit: ostẽdit illi dñs lignũ: & misit illud ĩ aquã:
& facta est dulcis aqua. Mirum admodũ est:
vt deus lignum ostenderet Moysi: quod mit-
teret in aquã: & faceret eam dulcem: efficere
deus aquã dulcẽ sine ligno non poterat? Aut
Moyses nesciebat lignum: vt ei deus ostende-
ret? Sed videndũ est. Quid decoris in his in- B
terior habeat sensus? Ego puto q lex si secun
dũ literã suscipiatur satis amara sit: & ipsa sit
myrrha. Quid ẽm tã amarũ: q̃ vt puer octa-
ua die circũcisionis vulnꝰ accipiat: & rigorẽ
ferri tenera patiatur infantia? Amarũ satis: &
ꝑamarum est huiusmodi poculũ legis: intã
tum vt populus dei non ille: qui in Moyse ba-
ptizatus est in mari: & in nube: sed iste q ĩ spi-
ritu & aqua baptizatus est/ non possit bibere
de ista aqua: sed ne gustare quidem de circũ-
cisiõis amaritudine potest: neq; hostiarꝫ ferre
amaritudinẽ valet: nec sabbati obseruantiã.
Si vero ostendat deus lignum: quod mittitur
in hãc amaritudinẽ: vt dulcis aqua fiat legis:
potest de illa bibere. Quod est istud lignũ: qđ
dñs ostẽdit Moysi? Salomon edocet nos: cũ di
cit de sapientia: quia lignũ vitæ est omĩbꝰ am
plectentibus eã. Si ergo lignum sapiẽtię Chri
stus missum fuerit in lege: & ostenderit nobis
quõ intelligi debeat circuncisio: quõ sabbata/
quõ lex lepræ seruanda sit: qualiter mundi/ &
immundi discrimen habeatur: tunc efficitur
aqua myrrhę dulcis: & amaritudo literæ le-
gis conuertitur in dulcedinem intelligentiæ
spiritalis: & tunc potest bibere populus dei.
Si enim non interpretentur hæc spiritaliter
populus/ qui idola dereliquit: & ad deũ confu
git: si audiat legẽ de sacrificiis præcipiẽtem:
continuo refugit: & non potest bibere: amarꝫ
quippe hoc sentit & asperũ. Si ẽm (inquit apo
stolus) quæ destruxit: hæc iterum reædifico:
præuaricatorem me constituo. Et in hac er-
go amaritudine myrrhę: idest in ista litera le C
gis: posuit deus iustitias: & testimonia. Non
tibi hoc videtur dicere: quia velut in vasculo
quodam: ita in legis litera sapientiæ/ & scien-
tiæ suæ thesauros condiderit deꝰ? Hoc est er
go: quod dicit: & ibi posuit eis deus iustitias:
& testimonia. Hoc erat quod & apostolus di-
cebat. Habemus autem thesaurum hũc in va
sis fictilibus: vt sublimitas virtutis dei sit: &
non ex nobis. Vt ergo possit bibi aqua hæc de
myrrha: ostẽdit deus lignũ quod mittat̃ in eã
vt qui biberit non moriatur: non amaritudi-
nem sentiat. Vnde constat quod siquis sine li
gno vitæ: id est sine mysterio crucis/ sine fide
Christi/ sine intelligentia spiritali bibere vo-
luerit de legis litera: per amaritudinẽ nimiã
moriet̃. Hęc sciens Paulus apostolus dicebat:
quia litera occidit. Hoc est aperte dicere: qa
aqua myrrhæ occidit: si nõ mutata bibatur:
& in dulcedinẽ versa fuerit. Sed quid addit. D
Postq̃ posuit illis Deus iustitias: & iudicia:

& ibi(inquit)tentabat eum dicens. Si audi-
tu audieris vocem domini dei tui:& quæ pla
cent coram illo feceris: & audieris præcepta
eius &custodieris:omnem infirmitatē/quam
induxeram Aegyptiis: nō inducam super te.
Ego enim sum dominus tuus qui sano te. Vi
detur mihi quo prospectu datæ sint iustifica-
tiones:& iudicia: & testimonia legis expone-
re:vt tentaret(inquit)eos deus:si audirēt vo
cem dñi:& q̄ mandabanť:custodirēt. Nā quā
tum ad priorem populū spectat: quid eis bo-
ni:aut perfecti murmurantibus: & contradi-
centibus mādareť? Deniq̧ paulo post etiā ad
idola cōuertuntur: & obliti beneficiorum/ &
mirabiliū dei/caput vituli statuūt.Propterea
ergo dantur eis præcepta:in quibus tentenť.
Inde est:ꝙ & per Ezechielem prophetam di-
cit dominus ad eos. Quia dedit vobis præce
pta:& iustificationes non bonas:in quibus nō
viuetis in eis. Tentati enim in præceptis do-
mini non inueniuntur fideles. Ideo enim in-
uentum est eis mandatum:quod erat ad vitā
hoc esse ad mortem:quia vnum/atq̧ idē man
datum si seruetur:vitam/si non seruetur/ge-
nerat mortem. Secundū hoc ergo ꝙ non ser-
uantibus generat mortem: dicuntur manda
ta non bona:in quibus nō viuat in eis. Sed qa
admiscuit eis lignum crucis Christi:& ĩ dul-
cedinem versa sunt: & spiritaliter intellecta
seruanť:eadē ipsa mandata vitę appellantur.
Sicut & alibi dicit. Audi israel mandata vitę.
E Sed videamus quid eis ꝓmittiť si seruentur.
Si(inquit)seruaueritis præcepta mea:nō in-
ducā sup vos om̄es egritudines: quas induxi
Aegyptiis.Quid ergo videtur dicere? siquis
seruet mādata nullā ægritudinē patiať? Hoc
est neq̧ febriat:neq̧ alios dolores corporis fe
rat? Non puto ꝙ hæc sint:quæ promittanť di
uina mandata seruantibus. Alioquin indicio
nobis est Iob iustissim⁹: & totius pietatis ob-
seruantissimus:qui a capite vsq̧ ad pedes re-
pletur vlcere pessimo.Non his carere dicun-
tur infirmitatibus qui mandata custodiunt:
sed nō habebūt illas infirmitates:quas Aegy
tii habēt. Aegyptus nanq̧ mūdus figuraliter
appellať.Diligere ergo mundū:& ea q̄ in mū
do sunt:Aegyptius langor est.Dies obserua-
re:& menses/& tēpora/signa requirere/stella
rū cursib⁹ adherere/Aegypti⁹ lāgor est. De
seruire carnis luxuriæ & voluptatibus operā
dare:vacare delitiis:Aegyptius langor ē. Ca
ret ergo his infirmitatibus & langoribus: q
F mādata custodit.Post hæc dicit. Quia vene-
rūt in Helim:& erāt ibi duodecim fōtes aqua
rū:&.lxx.arbores palmarū. Putasne habet ali
quid rationis:ꝙ non ante in Helim duciť po-
pulus: vbi erant duodecim fontes aquarum:
quibus nihil amaritudinis inerat:imo potius
vbi erat amœnitas plurima ex densitate pal
marū:sed primo ductus est ad aquas salsas:&
amaras:qbus ꝑ lignū monstratū a dño dulci-
bus effectis: postea venitur ad fontes? Si histo
riam solam sequamur: nō multū nos ędificat
scire ad quē locū primo venerint: & ad quem
secūdo. Si vero rimemur in his mysterium la
tens:inuenimus ordinē fidei. Primo em̄ duci
tur populus ad literā legis:ab hac litera legis
donec ꝑmanet in amaritudine sua/recedere
nō potest.Cū vero per lignū vitæ dulcis fue-
rit effecta:& ĩtelligi lex spiritaliter cœperit:
tūc de veteri testamēto trāsiť ad nouū:& ve-
niť ad duodecim apostolicos fontes.Ibi etiam
arbores reperienť.lxx.palmarū.Nō enim soli
duodecim apostoli fidē Christi ꝑdicauerunt:
sed & alii septuaginta missi ad ꝑdicandū ver
bum dei referūtur:per quos palmas victoriæ
Christi mundus agnosceret.Nō ergo sufficit
populo dei aquam myrrhæ bibere: q̄uis ĩ dul
cedinem versa sit:q̄uis per lignū vitę/ & my-
sterium crucis om̄is literæ amaritudo depul
sa sit:solum vetus instrumentum non sufficit
ad bibendum:sed veniendum est ad nouū te-
stamētū:de quo absq̧ scrupulo bibitur: absq̧
vlla difficultate potatur.Iudęi etiā nūc apud
myrrham sunt:etiā nunc adsidēt aquas ama-
ras.Nondū enim eis deus ostendit lignum:ꝑ
quod dulces fierent aquæ ipsorum: & em̄ prę
dixit eis propheta:quia nisi credideritis:neq̧
intelligetis.Post hęc scriptum est. In secundo G
mēse(inquit) postq̄ de Aegypto ꝓfecti sunt:
quintadecima die mensis murmurauit popu
lus aduersum Moysen dicēs. Vtinam morti
fuissemus in terra Aegypti:cū sederemus su-
per ollas carnis: & manducaremus panes ad
satietatem: qm̄ eduxisti nos in desertum hoc/
necare omnem synagogam fame.Esto ꝙ pro-
pter correptionē legentium indicetur popu-
li peccatum:quia murmurauerit: & ingrat⁹
fuerit beneficiis diuinis: cum cœleste manna
susciperet.Quid etiam dies describiť: in qua
murmurauerit populus? Secundo(inqt)mē-
se:quintadecima die mensis.Quod vtiq̧ non
absq̧ ratiōe scriptū est.Recordare de legibus
paschæ q̄ scripta sunt:& inuenies ibi hoc esse
tempus:quod statuiť ad secundū pascha faciē
dū:his qui immundi in anima fuerint: vel oc
cupati in negociis peregrinis. Qui ergo non
fuerunt immūdi in aĩa: vel nō longe peregri-
nabātur: quartadecima die primi mensis pa-
scha fecerūt. Qui aūt longe peregrinabātur:

et immũdi erant:secundum pascha in hoc tẽpore faciunt:quo & manna de cœlo descẽdit. In die quo primũ pascha fit:non descẽdit manna de cœlo:sed in hoc / quo secundum pascha fit. Videamus ergo nũc quis sit ĩ his ordo mysterii. Primũ pascha:primi populi est. Secundum pascha:nostrum est. Nos eñ fuimus immundi in anima:qui colebamus lignum & lapidẽ:& ignorantes deum:his qui natura non erant dii seruiebamus. Nos enim eramus:qui longe peregrinabamur : de quib⁹ dicit apostolus. Qui fuim⁹ hospites:& peregrini testamẽtorum dei spem nõ habẽtes: & sine deo in hoc mundo errantes. Verũtamen non datur mãna de cœlo in illa die:qua primum pascha fit: sed in illa qua secundum. Panis eñ qui de cœlo descendit:non venit ad illos:qui primam solemnitatẽ celebrabant : sed ad nos:qui secundam suscepimus. Nostrum eñ pascha immolatus est Christus:q verus nobis panis de cœlo descendit. Sed interim videamus quid est:

A qđ in hac die gestum mõstrat. Quintadecima (inquit) die mensis secundi murmurauit populus:& dixit. Quia meli⁹ fuerat nos mori in Aegypto:quando sedebamus super ollas carnium. O populus ingratus:desyderat Aegyptum:qui Aegyptios vidit extinctos. Carnes ægypti requirit: qui ægyptiorum carnes vidit maris piscibus:& cœli alitib⁹ datas. Murmur ergo aduersum Moysem:imo aduersum deum leuant:sed hoc primo quidem ignoscitur: ignoscitur & secundo: fortassis & tertio.

B Verũtamen si non desinãt:sed persistant. Audi quid post hæc murmurantem populum cõsequatur. In Numerorũ libro refertur : qđ & in suis scripturis retexuit apostolus dicens. Neq; murmuraueritis : sicut quidam eorum murmurauerunt:& a serpentibus perierunt. Murmurãtem populum venenatus in eremo depascitur serpẽtum morsus. Videamus nos: qui hæc audimus:nos inquã pro qbus scripta sunt. Illis enim ad correctionẽ facta sunt:scripta sunt autem propter nos:in quos fines sæculorum deuenerunt. Si non desinimus murmurantes : si non cessamus a querelis nostris: quas frequenter habemus aduersus deum:ob seruemus:ne simile offensionis ĩcurramus exemplum. etenim cum de cœli intẽperie. de ĩnfœcunditate fructuum/de raritate imbrium/ de prosperitatibus aliorum & de aliorum improsperitate causamur:hoc est aduersus deũ murmur attollere. Sed hæc initia habentibus ignoscitur:in eos vero:qui non desinunt:grauiter vindicatur. Mittuntur nãq; in eos serpẽtes:id est immundis spiritibus traduntur:venatisq; dæmonibus:qui eos morsib⁹ occultis: ac latẽtibus perimãt atq; internis:& intra cordis penetralia conclusis cogitationibus assumãt. Sed obsecro vos prosint nobis præmissæ correptionis exempla:illorũ pœna/emẽdatio nostra sit. Dicit enim de⁹:qui audiui murmurationẽ filiorum Israel. Videtis quia non latet deum murmuratio nostra. audit omnia: & q; non statim punit/pœnitẽtiam nostræ conuersationis expectat. Sed quid post hęc recitatum est? Dixit (inquit) dominus ad Moysen. Ecce C ego pluam vobis panes de cœlo : & exibit populus:& colliget vnius diei in diem:vt tentẽ illos si ambulãt in lege mea:an non. Et erit in die sexto parabunt quicq; intulerint: & erit duplum quodcunq; intulerint:quotidianũ in die. Ego quidẽ super hac scriptura velim primo cum Iudęis habere sermonẽ:quibus credita dicuntur eloquia dei:quid illis videatur de eo:qđ dicit sex diebus cõtinuis colligetis. Die autem sexto duplum colligetis. Apparet autẽ sextam diem nominari illam:quæ ante sabbatum ponitur:quæ apud nos parasceue appellatur. Sabbatum autẽ:septima dies est. Quæro ergo qua die cœperit manna cœlitus dari : et volo comparare dominicã nostram cum sabbato Iudęorum. Ex diuinis nãq; scriptnris ap D paret:qđ in die dominica primo in terris datum est manna. Si eñ (vt scriptura dicit) sex diebus continuis collectum est. Septima autẽ die:quę est sabbati/cessatum est:sine dubio initium eius a die prima quæ est dies dominica: fuit. Qđ si ex diuinis scripturis hoc cõstat: q; die dominica deus pluit manna de cœlo:& in sabbato non pluit:intelligant iudæi iam tunc pręlatam esse dominicam nostrã iudaico sabbato iam tunc indicatum:q; in sabbato ipsoꝝ gratia dei ad eos de cœlo nulla descenderit: panis cœlestis/qui est sermo dei:ad eos nullus venerit. Dicit enim & alibi propheta. Diebus multis sedebunt filii Israel sine rege. sine principe. sine propheta. sine hostia. sine sacrificio. sine sacerdote. In nostra enim dominica die semper dominus pluit manna de cœlo. Sed et hodie ego dico:quia pluit dominus manna de cœlo. Cœlestia namq; sunt eloquia ista : quæ nobis lecta sunt:& a deo descenderunt verba: quæ nobis recitata sunt:& ideo nos fœlices q tale manna suscepimus: semper manna nobis datur de cœlo. Illi infœlices dolent : & suspirant:& se miseros dicunt:quia mãna/sicut acceperunt patres ipsorũ:ipsi non merentur accipere. Illi nunq̃ manna manducãt : non enim possunt illud manducare:qđ est minutum sicut semen coriandri:& candidũ sicut pruina.

Nihil enim in verbo dei minutum: nihil subtile: nihil sentiũt spiritale: sed totum pingue: totum crassum. Incrassatum est enim cor populi illius.
E Sed & interpretatio nominis hoc idem sonat. Mãna enim interpretatur: Quid est hoc? Vide si non ipsa nominis virtus ad discendum te prouocat: & cum audis legem dei recitari: inquiras semper: & interroges: & dicas doctoribus. Quid est hoc? Hoc enim est qđ indicat manna. Tu ergo si vis manducare mãna: id est si cupis suscipere verbum dei: scito illud minutum esse: & valde subtile sicut semẽ coriandri. Habet enim aliquid in se holeris: quo nutrire: & recreare possit infirmos: quia qui infirmus est: holera manducat: habet aliquid rigoris: & ideo vt pruina est. Candoris autem & dulcedinis habet plurimum. Quid enim candidius? Quid splendidius eruditione diuina? Quid dulcius? quidve suauius eloquiis domini: quæ sunt super mel & fauũ? Sed quid est: qđ dicit: vt in die sexto duplum colligatur in repromissione: quantũ sufficiat etiã sabbato? Hoc secundum nostram intelligentiam non otiosi: nec securi prçterire: vel trãsire debemus.
F Sextus dies est hæc: in qua nunc sumus vita. In sex enim diebus dominus fecit hunc mundum: hac ergo die tantum reponere: & recondere debemus: quantum sufficiat et in futuro die. Siquid eñ hic boni operis adquiras: siquid iustitiæ: misericordiæ: & pietatis recondas: hoc tibi in futuro sæculo erit cibus. Nunquid non ita in euangelio legimus? quia qui adquisiuit hic decem talenta: ibi accepit decẽ ciuitates? & qui adquisiuit quatuor: accepit quatuor ciuitates? Hoc est qđ & per aliam figuram apostolus dicit. Qđ enim seminauerit homo: hoc & metet. Quid ergo agimus nos qui amamus illud recondere: qđ corrumpatur: non qđ permaneat: & perduret in crastinum? Diuites huius sæculi ea recondũt: quæ in hoc sæculo: immo cum sçculo corrumpuntur. Siqua autem bona opera recondunt: illa permanent vsq; in crastinũ.
G Deniq; sic scriptũ est: qđ qui infideles fuerunt: seruauerunt (inquit) de mãna: & ebullierũt ex eo vermes: et computruit. Illud autem: qđ pro die sabbati reponebatur: non est corruptum: neq; vermes ebullierunt in eo: sed permanet integrũ: et tu ergo si propter prçsentem vitam tantũmodo: & propter amorem sçculi thesaurizes: cõtinuo vermes ebulliunt. Quomodo vermes ebulliũt? Audi de peccatoribus: & iis: qui prçsens sæculum diligunt: quç sit prophetç sentẽtia. Vermis enim (inquit) eorum non morietur: & ignis eorum non extinguetur. Isti sunt vermes: quos generat auaritia: isti sunt vermes: quos generat diuitiarum cçca cupiditas iis/ qui habent pecunias: & videntes in necessitate fratres suos: claudũt ab eis viscera sua. Propterea & apostolus dicit. Diuitibus autẽ huius sæculi prçcipe non superbe sapere: neq; sperare in incerto diuitiarum: sed diuites sint in operibus bonis: facile tribuant: cõmunicẽt: et thesaurizẽt sibi veram vitam. Sed dicit aliquis. Si manna verbum dei esse dicis: quomodo vermes facit? Nec aliunde fiunt vermes in nobis: nisi ex verbo dei. Sic enim dicit ipse. Nisi venissem & loquutus eis fuissem: peccatum non haberent. Post susceptum ergo verbũ dei siquis peccet/ efficitur ei ipsum verbũ vermis/ qui eius semper conscientiam fodiat: & arcana pectoris ei9 rodat.
H Sed quid nos adhuc amplius docet sermo diuinus? & ad vesperam (inquit) scietis: quia ego sum dominus: mane autẽ videbitis maiestatem domini: & de hoc velim mihi iudçi responderent: quomodo ad vesperã agnoscitur dominus: mane autem videtur maiestas ei9. Vbi dominus agnitus est ad vesperã: & eius maiestas visa est mane? Respõdete nobis qui erudimini ab ĩfantia vsq; ad senectutem semper discentes: & nunq̃ ad scientiã veritatis peruenientes. Quare non intelligitis hæc prophetice dici? Sed si vis ista intelligere non potes: nisi per euangelium. Ibi nãq; inuenies scriptum: quia vespere sabbati: quæ lucescit ĩ prima sabbati: venit Maria Magdalene: & Maria Iacobi ad sepulchrum: & inuenerunt lapidẽ reuolutum a monumẽto. Ibi audies terrçmotum factum: monumenta disrupta: centurionem & milites: qui ad custodiam positi erant: dicentes. Vere: hic filius dei erat. Agnitus ergo est per hæc in vespera dominus quia ipse dominus est agnitus ĩ virtute resurrectionis. Sed quomodo mane gloria eius visa est? Cum venissent aliç mulieres prima sabbati valde mane: inuenerunt angelos cum ingẽti claritate ad sepulchrum sedentes: & dicentes. Non est hic: resurrexit a mortuis. Venite & videte locum vbi positus erat: & ite dicite discipulis ei9: quia resurrexit & prçcedet vos in Galileam. Visa est ergo mane maiestas domini: cũ per angelos resurrectio nuntiata est.
I Additur autẽ in consequentibus. Vespere (inquit) manducabitis carnem: & mane replebimini panibus: & de hoc velim scire: quali ordine iudçi prophetç dicta suscipiunt. Quid eñ consequentiç videbitur: vt aut vespere carnes sine panibus comedant: aut mane panes absq; pulmenti adiectione manducẽt? Quid in hoc diuini muneris: quid temperamenti gratiæ

cœlestis ostenditis? Hoccine est in quo agnosci deum ponitis quod carnes in vespera sine panibus comedantur: & maiestatem dei dicitis apparere: si rursum panes sine carnibus comedantur? Sed vobis ista seruate: & iis, qui adquiescunt vobis: & in coturnicibus agnosci posse deum putāt. Nos autem: quibus in fine sæculi: & ad vesperam mūdi Verbum caro factum est: in illa carne agnosci dicimus deum: quā suscepit ex Virgine. Istas enim verbi dei carnes: neq; mane aliquis: neq; meridie manducauit: sed ad vesperam. Aduentus enim domini in carne: ad vesperam factus est. Sicut et Ioannes dicit. Pueri nouissima hora est: sed et mane (inquit) replebimini panibus. Nobis in quo positus est panis: verbum dei est. Ipse est enim panis viuus: qui de cœlo descendit: & vitam dat huic mundo. Sed quomodo dicit mane dari hunc panem: cum aduentum eius in carne factum dixerimus ad vesperā? Hoc modo intelligendum puto: q̄d ad vesperam quidem vergentis mundi: & prope finem cursus sui positi dominus venerit: sed aduentu suo: quoniam ipse est sol iustitiæ: nouum credentibus reparauerit diem. Quia ergo nouum mūdo scientiæ lumen accendit: suum quodā modo mane effecit: & suum mane: tanq̄ iustitiæ sol produxit: & in hoc mane replentur panibus: qui eius pręcepta suscipiūt. Nec mireris: quia verbū dei: & caro dicitur: & panis: & lac dicitur: & holera dicitur: & pro mensura credentium: vel possibilitate sumentium diuerse nominat. Potest tamen & hoc intelligi q; post resurrectionem suam: quā mane ostendimus factam: credentes repleuerit panibus: pro eo quod libros legis: & prophetarum ignotos prius: & incognitos dederit nobis: & ad instructionem nostram hæc ecclesiæ instrumēta cōcesserit: vt ipse sit panis in euangelio. Cæteri vero libri legis vel prophetarum: vel historiarum: plures appellati sint panes: ex quibus repleantur: qui ex gentibus credunt. Q d tamen non sine prophetica authoritate factum docemus: Prædixerat namq; Esaias propheta hoc modo. Ascendent in montem: bibent vinum: vngentur vnguento. Trade hæc omnia gentibus: consilium enim domini omnipotentis est hoc. Sic ergo competenter & carnes ad vesperam accepimus: & panibus replemur mane: quia nec possibile erat nobis mane carnes edere: nondum enim tempus erat: sed nec meridie poteramus. Vix enim angeli edūt carnes meridie: & illi fortassis ordini meridianū conceditur tempus. B Præterea & illud intelligere possumus: quod vnicuiq; nostrum mane est: et initium diei illud tempus: quo primum illuminamur: & ad lucē fidei accedimus. In hoc ergo tempore: quo adhuc in pricipiis sumus: carnes verbi dei comedere non possumus: id est perfectæ: & consummatæ doctrinæ nondum capaces existimus. Sed post longa exercitia: post profectum plurimum: cum iam proximi sumus ad vesperam: & ad ipsum finē perfectionis vrgemur: tunc demū solidioris cibi: et perfecti verbi capaces fieri possumus. Nūc ergo festinemus cœleste māna suscipere. Istud enim manna: prout vult quisq;: talem saporē reddit in ore eius. Audi enim & dominum dicentem iis: qui accedunt ad se: Fiat tibi secundum fidem tuam: & tu ergo si verbum dei: q̄d in ecclesia prędicatur: tota fide: tota deuotione susceperis: fiet tibi ipsum verbum quodcūq; desyderas. Verbi gratia. Si tribularis: consolatur te dicens. Cor contritum: & humiliatum deus non spernit. Si lętaris pro spe futura: cumulat tibi gaudia dicēs. Lętamini in domino: et exultate iusti. Si iracūdus es: mitigat te dicens. Desine ab ira: & derelinque indignationem. Si in doloribus: sanat te dicēs. Dominus sanat omnes langores tuos. Si paupertate consumeris: consolatur te dicens. Dominus alleuat de terra inopem: & de stercore erigit pauperem. Sic ergo māna verbi dei reddit in ore tuo saporem quēcunq; volueris. Hoc tamen si C quis infideliter suscipiat: & non comedat: sed abscondat: vermes ex eo ebulliunt. Putasne eo usq; deducendum est verbum dei: vt etiā vermis fieri putetur? Non te hic turbet auditus: audi prophetam ex persona domini dicētem. Ego autem sum vermis: & non homo. Sicut enim ipse est: qui fit aliis in ruinam: aliis autē in resurrectionem: ita & ipse est: qui nunc in manna, fidelibus quidem dulcedo mellis: infidelib⁹ autē vermis efficitur. Ipse est enim sermo dei: qui iniquorum mentes arguit: & corruptionum spiculis peccatorum conscientias terebrat. Ipse est: qui & ignis efficitur ī cordibus illorum: quibus adaperit scripturas: qui dicunt. Nonne cor nostrum ardens erat intra nos: cum aperiret nobis scripturas? & aliis ipse ignis est: qui conflagrat spinas de terra mala: id est qui malignas cogitationes ī corde cōsumit: & ideo peccatoribus quidem: neq; vermis arguens inique moritur: neq; ignis exurens aliquando restinguitur. Iustis autem: et fidelibus permanet dulcis: & suauis. Gustate enim & videte: quoniam suauis est dominus. Ipse dominus, & Saluator noster Iesus Christus: cui est gloria: & imperium: in sæcula sæculorum. Amen.

De initio Decalogi. Homilia octaua.
Cap. XX.

D Omnis: qui didicit contẽnere presens sæculũ: qđ figuraliter Aegyptus appellatur: & per verbũ Dei: vt secũdũ scripturas dicas trãslatus est: & non inuenitur: quia ad sæculum futurũ festinat: ac tendit. De huiusmodi aĩa dicit dñs. Ego sum dñs deus tuus: qui eduxi te de terra Aegypti: de domo seruitutis. Nõ ergo hęc ad illos tantũ dicunť: qui de ægypto ꝓfecti sunt: sed multo magis ad te: qui nũc audis ista: si tamẽ proficiscaris ex ægypto: & ægyptiis vltra non seruias: dicit hęc deus. Ego sum dominus deus tuus: qui eduxi te de terra ægypti: de domo seruitutis. Vide si nõ negotia sc̃li: & actus carnis: dom⁹ est seruitutis. Sicut rursum ecõtrario relinquere sęcularia: & secundũ deũ viuere: dom⁹ est libertatis. Sicut & dominus in euãgelio dicit. Si permãseritis in verbo meo: vos agnoscetis veritatem: & veritas liberabit vos. Ergo ęgyptus dom⁹ est seruitutis. Iudęa vero & Hierusalẽ domus est libertatis. Audi & Apostolũ de his secundũ sapientiã: q̃ ei ĩ ministerio data fuerat: pronũtiantẽ. Quę autem sursum est (ĩquit) Hierusalẽ libera est: quę est mater omniũ nostrũ. Sicut ergo ægyptus ista terrena prouincia filiis Israel domus dicit̃ seruitutis / ad cõparationẽ Iudeæ: & Hierusalem quę eis domus efficit̃ libertatis: ita ad cõparationẽ cœlestis Hierusalẽ: quę (vt ita dicã) mater est libertatis: totus hic mundus: & oĩa quę in hoc mũdo sunt: dom⁹ est seruitutis. Et quoniam de paradiso libertatis pro pœna peccati ad huiusmodi ventũ fuerat seruitutẽ: idcirco primus sermo Decalogi: id est prima mãdatorũ dei vox de libertate proferť: dicẽs. Ego sum dñs deus tuus: qui eduxi te de terra Aegypti

E de domo seruitutis. Hãc vocẽ in Aegypto positus: audire nõ poteras: etiã si tibi iniũgatur vt pascha facias: etiã si accingaris lũbos: & sandalia accipias ĩ pedib⁹: etiã si virgã teneas in manu: & azima cũ amaritudine comedas. Et quid dico in ægypto positus hęc audire nõ poteras? Sed ne inde quidem profectus in prima statim mansione hęc audire potuisti: nec in secũda: nec in tertia: nec cũ transires rubrũ mare: etiam si ad myrrham veneris: & fuerit ibi amaritudo ĩ dulcedinẽ versa: etiã si in Helim veneris ad duodecim fontes aquarũ: & .lxx. arbores palmarum: etiã si Raphidin pręterieris cæterosq; profectus ascẽderis: nondum ad huiuscemodi verba idoneus iudicaris: sed cũ per ueneris ad montem Syna. Multis ergo ante laboribus peractis: multis ærumnis: & tentationibus superatis. vix aliquãdo mereberis præcepta suscipere libertatis: & audire a domino. Ego sum dominus deus tuus: qui eduxi te de terra Aegypti: de domo seruitutis. Verũ hic sermo nondũ sermo mandati est: sed q̃ sit: qui mandat ostendit. Nunc ergo videamus quid sit initium decẽ mandatorũ legis: etiã si nõ occurrimus ad omnia initia: saltẽ prout dñs dederit: explicemus. Primum ergo mãdatũ est. F
Non erũt tibi Dii alii: pręter me. Et post hoc sequitur. Non facias tibi idolum: neq; vllã similitudinẽ quæcunq; in cœlo sursum sunt: et quæcunq; in terra deorsum sunt: & quęcunq; sunt in aquis subtus terrã: & non adorabis illa: neq; coles illa. Ego em̃ sum dñs deus tuus: deus zelans: qui reddo peccata patrũ in filios in tertiã & quartã progeniẽ iis / q oderũt me: et faciẽs misericordiã in milia iis / qui diligũt me: & qui seruãt pręcepta mea. Hęc omnia simul nõnulli putãt vnũ esse mandatum. Qđ si ita putetur nõ cõplebitur decẽ numerus mãdatorũ. Et vbi iam erit decalogi veritas? Sed si eo modo dirimatur: quo & nos in superiori pronũtiatione distinximus: integer decẽ mandatorũ numerus apparebit. Est ergo primum mãdatũ. Non erũt tibi dii alii p̃ter me. Secundũ vero. Non facies tibi idolũ: neq; vllã similitudinẽ: & cętera. Incipiam⁹ ergo a primo mãdato. Sed & ego auxilio indigeo ipsius: q hæc pręcepit dei: ad dicendũ: & vos purgatiorib⁹ egetis auribus ad audiendum. Siquis ergo vestrũ habet aures audiẽdi: audiat: quomodo dictũ est: nõ erũt tibi dii alii: p̃ter me. Si dixisset: nõ sint dii p̃ter me: absolutior sermo videreť. Nũc autẽ quia dicit: non erunt tibi dii alieni: pręter me: nõ negauit quia sint: sed ne illi sint cui hęc pręcepta dantur: inhibuit. Hinc puto et Apostolũ Paulũ sumpsisse illud: qđ ad Corinthios scripsit: dicẽs. Siquidẽ sunt: qui dicũtur dii: siue in cœlo: siue in terra: & addidit: & sicut sunt dii multi: & dñi multi: Nobis tamẽ vnus deus pater: ex quo omnia & nos per ipm et vnus dñs Iesus Christus per quẽ oĩa: & nos per ipsum. Sed ĩ multis aliis inuenies scripturę locis Deos noĩari: sicut & alibi dicit. Quoniam deus summus: terribilis: & rex magnus super omnes deos: & deus deorũ dominus locutus est: & in medio autẽ deos discernit. De dominis idẽ Apostolus dicit. Siue throni: siue dominationes: siue potestates. Oĩa per ipsum et in ipso creata sunt. Dominationes autẽ nihil aliud sunt: q̃ ordo quidã: & multitudo dominorũ. In quo (vt mihi videť) sensum legis

lucidiorē fecit Apostolus Paulus. Tale est em: qđ dicit. Licet sint multi domini: qui aliis gentibus dominētur: & dii multi: qui ab aliis colātur: sed nobis vnus de⁹: & vnus dñs. Quid autē causę sit in diis multis: vel dominis multis: si intēte/& patienter auditis: ipsa nos scriptura poterit edocere. Ait enim idem Moyses in Deuteronomii cantico. Cū diuideret(iquit) excelsus gentes: & dispergeret filios Adę: statuit terminos gētium secundū numerū angelorū dei. Et facta est portio dñi populus ei⁹ Iacob funiculus hęreditatis eius Israel. Angelos igitur/quibus regēdas gētes cōmisit excelsus vel deos appellari: vel dominos constat. Deos quasi a deo datos: & dominos: quasi a domino sortiti sint potestatē. Vnde & dñs dicebat ad angelos: qui non seruauerunt suū principatū. Ego dixi dii estis: & filii excelsi omnes. Vos autē vt hoīes moriemini: & sicut vnus de principibus cadetis: imitātes scilicet diabolum: qui princeps omniū factus est ad ruinā. Vnde cōstat ꝙ execrabiles illos fecit pręuaricatio: non
A natura. Tibi ergo o populus Israel: q pars dei es: qui funiculus hæreditatis eius effectus es: non erunt tibi(inquit)alii dii: ꝑter me. Quia vere deus vnus est deus: & vere dominus vn⁹ est dominus. Cæteris vero: qui ab ipso creati sunt: cōtulit nomen istud: non natura: sed gratia: Verum ne existimes hæc tantū ad illū dici Israel: qui secundū carnem natus est: multo magis hæc ad te dicuntur: qui Israel effectus es: mēte deum vidēdo: & circūcisus es corde: non carne. Nam & si in carne gētes sumus: in spiritu Israel sumus: propter eū qui dixit. Pete a me: & dabo tibi gētes hęreditatē tuam: & possessionē tuam terminos terræ: & propter eū: qui iterū dixit: pater omnia mea tua sunt: et tua mea sunt: & glorificatus sum ī his: si tamen ita agas: vt dignus sis pars esse dei: & in funiculo hæreditatis eius metiri. Alioquin si indigne agas: exemplo sint tibi illi: qui ad hoc vocati fuerāt: vt eēnt pars dei: & peccatis suis hoc meruerunt: vt dispergerētur per oēs gentes. Et qui prius educti fuerāt de domo seruitutis: nūc rursum(quia qui peccat seruus est peccati)nō iam ęgyptiis solis: sed omnibus gētibus seruiunt. Ergo dicitur & tibi: qui per Iesum Christum existi de Aegypto: & de domo seruitutis eductus es: non erūt tibi dii alii: pręter
B me. Post hæc videamus quid etiā secundū videtur continere mādatū. Non facies tibi ipsi idolum: neq; omnē similitudinē eoꝝ: q̄ sunt in cœlo: vel quę in terra: vel quę in aquis: & q̄ subtus terrā. Longe aliud sunt idola: & aliud dii: sicut ipse nos nihilominus Apostolus docet. Nam de diis dixit: sicut sunt dii multi: et domini multi. De idolis autem dicit: quia nihil est idolum in mundo. Vnde mihi videtur nō transitorie hęc legisse quæ lex dixit. Vidit em differentiam deorum: & idolorum: & rursum differētiam idolorū: & similitudinū. Nā qui de idolis dixit quia non sunt: non addidit quia & similitudines nō sunt. Hic autē dicit: non facies tibi ipsi idolū: neq; similitudinē omniū. Aliud est ergo facere idolum: aliud similitudinē. Et si quidē dominus nos ad ea: quę dicēda sunt: illuminare dignet: Ego sic arbitror accipiendū qđ(verbi causa)siquis in quolibet metallo auri: vel argēti: vel ligni: vel lapidis faciat speciem quadrupedis alicuius: vel serpentis: vel auis: & statuat illā adorandā: nō idolū: sed similitudinē fecit. Vel etiam si picturā ad hocipsum statuat: nihilomin⁹ similitudinem fecisse dicendus est. Idolum vero facit ille: qui secundum Apostolum dicentem/quia idolum nihil est: facit quod non est. Quid est autem qđ non est? Species: quā nō vidit oculus: sed ipse sibi animus fingit. Verbi gratia: Vt siquis humanis mēbris caput canis: aut arietis formet: vel rursum in vno hominis habitu duas facies fingat: aut humano pectori postremas partes equi: aut piscis adiungat: hæc & iis similia q facit: non similitudinē: sed idolū facit. Facit em qđ non est: nec habet aliqd simile sui et idcirco hæc sciens Apostolus/dicit: qa idolū nihil est in mūdo. Non em aliqua ex rebus extantibus adsumitur species: sed qđ ipsa sibi otiosa mens: & curiosa repererit. Similitudo vero est: cū aliquid ex his: quę sunt vel in cœlo: vel in terra: vel in aquis formatur: sicut superius diximus. Verūtamen non sicut de iis: qui in terra sunt: vel in mari similitudinibus: in prōptu est pronuntiare: ita etiā de cœlestibus: nisi siquis dicat de Sole/& Luna/& stellis
D hoc posse sentiri. Et horū nāq; formas exprimere gētilitas solet. Sed qa Moyses eruditus erat in omni sapientia ægyptiorū: etiā ea quę apud illos erāt: ī occultis/& reconditis prohibere cupiebat: sicut(verbi causa)vt nos quoq; appellationibus vtamur ipsorū Hecatē: quam dicūt: aliasq; dęmonū formas: quæ Apostolus spiritalia nequitię ī cœlestibus vocat. De ipsis fortassis & ꝑpheta dicit. Quia inebriatus est gladius meus in cœlo: his em formis/& similitudinibus īuocare dęmonia moris est iis: quibus talia curæ sunt: vel ad repellenda: vel etiā ad vitanda mala: quę nunc sermo dei vniuersa complectens simul abiurat/& abiicit: & nō solum idolum fieri vetat: sed & similitudinē omnium: quæ in terra sunt: & in aquis: & in

E cœlo. Addit autem & dicit. Non adorabis ea: neq; colles ea. Aliud est colere: aliud adorare. Potest quis interdum & in vitiis adorare: sicut nonnulli regibus adulantes: cũ eos ad huiuscemodi studia deditos viderint: adorare se simulant idola: cum in corde ipsorum certum sit: quia nihil est idolum. Colere vero est: toto his affectu: & studio mancipari. Vtrunq; ergo resecat sermo diuin⁹: vt neq; affectu colas neq; specie adores. Sciendum tamen est: quod cum decreueris præcepti eius seruare mandatum: & omnes cæteros deos: & dominos repudiare: & præter vnum deum: & dominum neminem habere: vel deum: vel dominũ: hoc est bellum sine fœdere denuntiasse omnibus cæteris. Cum ergo venimus ad gratiam baptismi: vniuersis aliis diis: & dominis renuntiantes: solum cõfitemur deum patrem: & filium: et spiritum sanctum. Sed hoc confitentes: nisi toto corde diligamus dominum deũ nostrũ: & tota anima: & tota virtute adhæreamus ipsi: non sumus effecti pars domini. Sed velut in confinio quodam positi: & illos offensos patimur: quos refugimus & dominum: ad quẽ cõfugimus propitium nõ efficimus: quẽ non ex toto: & integro corde diligimus: & ideo luget nos propheta: quos videt huiuscemodi inconstantia fluctuare: & dicit. Væ duplices corde et aĩo. Et iterum. Vsq; quo claudicatis vtrisq; genib⁹ vestris? Sed & apostolus Iacobus dicit. Vir duplex animo: & inconstans est in omni-

F bus viis suis. Sumus ergo nos: qui nõ integra: nec perfecta fide sequimur deum nostrũ: & ab alienis recessimus diis: velut in medio quodã confinio positi: & ab alienis: quasi fugaces cædimur: & a nostro domino tanq̃ instabiles: et dubii non defendimur: aut nõ hoc est: quod & prophetę spiritaliter imaginantur de amatoribus Hierusalem: cum dicũt: quia amatores tui ipsi inimici facti sunt tibi? Ita ergo intellige & animæ tuæ multos fuisse amatores: q delectati sunt decore eius: cum quibus meretricata est. De quibus & dicebat. Post amatores meos ibo: qui dant mihi vinum meum: & oleũ meum: & cætera. Sed venit iã illud tẽpus: vt diceret. Reuertar ad virum meum priorem: quia melius mihi erat tunc: q̃ modo. Regressa es ergo ad virum tuum priorem: offendisti sine dubio amatores tuos: cum quibus adulteria cõmittebas. Nisi ergo nũc tota fide permaneas cum viro tuo: & toto ei ore glutineris: ex multis sceleribus: quæ cõmisisti suspecta es ei: omnis motus tuus: & aspectus tuus: ipse etiã incessus si fuerit negligentior: displicebit. Nihil vltra ĩ te lasciuum videre: nihil dissolutũ: et prodigũ potest. At vbi parum quidem a viro tuo diuerteris oculos: statim necesse est memoriam fieri priorum: vt ergo priora deleas: & fides tibi possit haberi in reliquis: nõ modo agendum tibi nihil est impudicũ: sed ne cogitandum quidem. Vide enim qđ scriptum est.

G Cũ (inquit) immundus spiritus exierit ab homine: vadit per loca arida: quęrit requiem: et non inuenit. Tunc dicit. Reuertar in domum meam vnde exiui: & si veniens inuenerit eam vacantẽ: mundatã & ornatam: vadit: & adducit secũ alios septẽ spiritus nequiores se: & intrans in domũ illam habitat in ea Et erũt nouissima hominis illius: peiora prioribus. Hęc si aduertamus: quomodo possumus vel in paruo negligentiæ locum dare? Habitauit em̃ in nobis immundus spiritus: anteq̃ crederemus anteq̃ veniremus ad Christum: cũ adhuc (vt superius dixi) fornicaretur aĩa nostra a Deo: et esset cum amatoribus suis dęmonibus. Sed posteaq̃ dixit: reuertar ad virum meum priorem: & venit ad Christum: qui eam ex initio ad imaginẽ suam creauit: necessario locum dedit adulter spiritus: vbi vidit legitimũ virũ. Suscepti ergo sumus a Christo: & mũdata est domus nostra a peccatis prioribus: & ornata est ornamẽtis sacramẽtorum fidelium: quę norunt: qui initiati sunt. Sed non statim domus hęc habitatorem habere Christum meretur: nisi sit vita eius: & conuersatio ita sancta: ita pura: & incontaminabilis: vt templum Dei esse mereatur. Non enim domus adhuc: sed tẽplũ esse debet in quo habitet deus. Si ergo acceptam gratiam negligat: & implicet se negotiis sęcularibus: continuo spiritus ille immundus redit: & vendicat sibi domum vacantẽ. Et ne iterum possit expelli: alios secum septẽ spiritus adhibet nequiores: & fiũt nouissima huiusmodi hominis peiora prioribus. Quia tolerabilius fuerat nõ rediisse ad virum priorem animam semel meretricãtem: q̃ egressam post confessionem viri: rursum adulteram fieri. Nulla ergo societas: sicut dicit Apostolus: tẽplo Dei cum idolis: nulla consonantia Christo: & Belial. Si Dei sumus: tales esse debemus vt compleatur illud: quod dicit de nobis Deus. Quia habitabo in eis: & in eis ambulabo: & ipsi erunt mihi in populum. Et sicut alio loco propheta dicit. Exite de medio eorum: & separamini dicit dominus: qui portatis vasa domini. Exite: & immundum nolite contingere: & ego recipiam vos: & ero vobis in patrem: & vos eritis mihi in filios: & filias dicit dominus omnipotens. Propterea ergo dicit non erũt tibi dii alii præter me: nec facies tibi ipsi idolũ:

neq; similitudinem vllam quaecunq; in coelo sunt: & quęcunq; in terra: & quae in aquis: nō
A adorabis eos: neq; coles eos. Ego enim sum dominus deus tuus: deus zelans: Vide benignitatē dei: quomodo vt nos doceat: & perfectos faciat: ipse fragilitatem humanorum non recusat affectuum. Quis enim audiens deum zelantem non continuo miretur: & humanę fragilitatis vitium putet? Sed omia propter nos agit: & patitur deus: & vt possimus edoceri notis & vsitatis affectibus: nobis loquitur. Videamus ergo quid est hoc qđ dicit: quia deus zelans ego sum. Sed vt contēplari facilius possint diuina: de humanis: secundum ea quę superius disseruimus doceamur exemplis. Omnis mulier aut sub viro est: & subiecta legibus viri: aut meretrix est: & vtitur libertate peccādi. Qui ergo ingreditur ad meretricem: scit se ad eam ingressum esse mulierem quae prostituta est: & cunctis volentibus patet. & ideo indignari non potest: si cum ea: & iam alios videat amatores. Qui vero legitimo vtitur matrimonio non patitur in vxore potestatē peccandi: sed accenditur zelo ad castitatem matrimonii conseruandam: quo possit ex ea fieri legitimus pater. Hoc ergo exemplo intelligamus omnem animam: aut prostitutam esse dę
B monibus: & habere plurimos amatores: ita vt intret ad eam modo quidem spiritus fornicationis: illo discedente intret spiritus auaritię. Post hunc veniat superbiae spiritus: inde irae: inde inuidiae: post etiam vanę glorię: aliiq; cū eis plurimi spiritus immundi. Isti autem omnes ita cum infideli anima meretricantur: vt alter alteri non inuideat: nec zelotypia moueantur: ad inuicē. Et quid dico φ alter alterum non excludat? immo & inuitant seinuicem: et sponte se conuocant. sicut paulo ante iam diximus: qđ in euangelio scriptum est de illo spiritu qui exiit ab homine: & regressus adduxit secum septem alios nequiores se spiritus: vt in vna anima simul habitarent. Sic ergo nullam zelotypiam amatorum suorū patitur anima: quae daemonibus prostituta est. Si vero legitimo cōiuncta sit viro: illi viro cuius matrimonio Paulus animas cōiungit & sociat: sicut et ipse dicit: statui enim vos vni viro virginem castā exhibere Christo: & de quo in euangeliis scriptum est. quia rex quidam fecit nuptias filio suo. In huius ergo viri nuptias: cum se anima dederit: & legitimo eum sortita fuerit matrimonio: etiam si fuit aliquando peccatrix: etiam si meretricata est: tamen si se huic viro tradidit: vltra eam peccare non patitur. Non potest ferre vt rursum anima quę se sortita est virum alludat cum adulteris: quia excitatur super eam zelus eius viri: & defendit coniugii castitatem. Et ideo zelans dicitur dominus: C
quia animā sibi mancipatam non patitur daemonibus admisceri. Alioquin si eā viderit temerantem iura coniugii: & occasionem quaerere ad peccādum: tunc (vt scriptum est) dat ei libellum repudii. & dimittit eā dicens. Vbi est libellus repudii matris vestrae quo dimisi eam? Quibus etiam addit & dicit. Ecce peccatis vestris vęnundati estis: & propter iniquitates vestras dimisi matrem vestram: hęc qui loquitur zelans est: & zelo commotus haec dicit: post agnitionē enim sui: post illuminationem verbi diuini: post gratiam baptismi: post confessionem fidei: & tot tantisq; sacramentis matrimonium confirmatū: nō vult nos vltra peccare. Non patitur animam cuius ipse vel sponsus: vel vir appellatur cum daemonibus ludere. scortari cum immundis spiritibus: cū vitiis: & immunditiis volutari. Qđ & si forte aliquando eueniat infoeliciter: saltē vt conuertatur: & redeat: & poeniteat miseratus expectat. Nouum enim hoc bonitatis eius est genus: vt etiam post adulterium reuertentē: tamen ex toto corde poenitentem suscipiat animam. Sicut & ipse per prophetam dicit: Nunquid mulier si exierit a viro: & dormierit cū alio viro/reuertetur ad virum suum? Nonne contaminatione contaminabitur? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: & reuertebaris ad me. Item alibi dicit. Et posteaq̄ fornicata es in omnibus his: dixi reuertere ad me et nec sic reuersa es dicit dominus. Hic ergo deus zelans si requirit & desyderat animam tuam adhęrere sibi: si te seruat a peccato: si corripit: si castigat: si indignatur: si irascitur: et velut zelotypia quadā erga te vtitur: spem tibi esse salutis agnosce. Si vero castigatus non resipiscis: correctus non emendaris: verberatus contēnis: scito φ si eousq; peccando profeceris: discedit a te zelus eius. & dicetur tibi illud: qđ per Ezechielem prophetam ad Hierusalem dicitur. Propterea discedet zelus meus a te: & non irascar vltra super te. Vide misericordiam & pietatem boni dei: quādo vult misereri: indignari se dicit: & irasci: sicut per Hieremiam dicit. Dolore & flagello castigaberis Hierusalē: vt ne abscedat anima mea abs te. Hęc si intelligis: miserantis dei vox est. vbi E
irascitur & zelatur. vbi adhibet dolores & verbera. Flagellat enim omnem filium quem recipit. Vis autem audire indignantis dei terribilem vocem? Audi qđ dicit per prophetam. Cum enumerasset multa nefanda quae cōmi

ferat populus: addit etiã hæc. Et propter hoc (inquit) non visitabo super filias vestras: cum fornicantur: neq; super nurus vestras cũ mœchantur. Hoc est terribile: hoc extremũ: cum iam non corripimur pro peccatis: cum iã non corrigimur delinquentes. Tunc enim cum excesserimus peccandi modũ: Deus zelans auertit a nobis zelum suum: sicut superius dixit. Auferetur enim zelus meus a te: & nõ irascar
F super te vltra. Hæc de eo: quod dictum est deus zelans. Videamus nunc & quod sequitur: quomodo reddi dicuntur peccata patrum in filios: in tertiam & quartã progeniem. In hoc enim sermone solent nos hæretici suggilare: q non sit boni dei sermo: qui pro peccatis alterius alium plecti dicat. Sed secundum ipsorum rationem: qui dum legis mandatum: licet non bonum: iustum tamen dicunt: ne ipsi quidem possunt ostendere quomodo secundũ sensum suũ iustitiæ suæ conuenire videatur: si alius alio peccãte puniatur. Superest igitur vt dominum deprecemur: & ostendat nobis quomodo pręcepta hæc iusto: bonoq; conueniant deo. Sæpe iam diximus quod scripturæ diuinæ non omnia ad exteriorem hominem: sed perplura ad interiorem loquuntur. Interior igitur homo noster: aut Deum dicitur habere patrem: si secundum deum viuit: et quę Dei sunt: agit: aut diabolum si in peccatis sit: & voluntates illius gerit. Sicut euidenter in euangeliis Saluator ostẽdit: cum dicit. Vos de patre diabolo estis: & desyderia patris vestri facere vultis. Ille homicida fuit ab ĩitio: et in veritate nõ stetit: Sicut ergo semẽ dei in nobis dicitur manere: cum verbum dei seruãtes in nobis non peccamus (vt Ioannes dicit) qui autẽ ex deo est: non peccat: quia semen dei manet in eo: ita etiam cũ a diabolo ad peccandum suademur: semen eius efficimur. Cũ vero etiam opere implemus qđ suaserit: tunc iã & genuit nos. Nascimur enim ei filii per peccatum. Verum quoniam peccantes vix fere accidit: vt sine adiutore peccemus: sed aut ministros peccati: aut adiutores semp requirimus. Verbi causa. Si adulterium quis molitur: non potest hoc solus admittere. Sed necesse est etiã adulteram consortem fieri: sociamq; peccati. Tunc pręterea & si non plures: esse tamen necesse est aliquẽ: vel aliquã in ministeriis ad societatem peccati: qui omnes velut vnus ex altero secundum persuasionis ordinem generati: ex patre diabolo noxiæ natiuitatis proge-
G niem ducunt. Et vt ad ea: quæ scripta sunt veniamus: domin⁹ maiestatis Iesus Christus saluator noster crucifixus est: huius piaculi auctor: & pater sceleris: sine dubio diabolus est. Sic enim scriptum est. Cum autem introiisset diabolus in cor Iudæ Scariothis: vt traderet eum. Pater ergo peccati diabolus est. Iste in hoc scelere primum filium generat Iudam: sed solus hoc Iudas ĩplere non poterat. Quid ergo scriptũ est? Abiit (inquit) Iudas ad scribas: & pharisæos: & ad pontifices: dicens eis. Quid mihi datis: & ergo vobis eum tradam? Nascit̃ ergo ex Iuda generatio tertia: & quarta peccati. Et hunc ordinẽ depręhendere poteris etiã in singulis quibusq; peccatis. Nũc ergo videamus secundũ hanc: quã diximus pgeniem: quo modo deus peccata patrum reddat in filios in tertiam / & quartam progeniem: et in ipsos non reddat patres. Nihil enim de patribus dixit deus. Diabolus ergo: qui peccandi iam modũ excessit: sicut propheta dicit. Quẽadmodum vestimentum in sanguine concretũ non erit mundum: ita & ipse non erit mundus in hoc sæculo: neq; corripitur pro peccato: neq; flagellatur. Oĩa namq; ei seruata sunt in futurũ. Vnde & ipse sciens sibi illud statutum tempus esse pœnarum: dicebat ad Saluatorem. Quid venisti ante tẽpus torquere nos? Dũ ergo stat hic mundus: peccata sua non recipit diabolus: qui est peccantium pater. Redduntur autẽ in filios: id est in eos: quos genuit per peccatum. Etenim homines in carne positi: corripiuntur a domino: verberãtur: flagellantur. Non enim vult dominus mortem peccatoris: sed vt reuertatur: & viuat. Et ppterea benignus: & misericors domin⁹ reddit peccata patrum in filios. Vt quoniam patres: id est diabolus: & angeli eius: cæteriq; principes mũdi huius ac rectores tenebrarũ harũ: & ipsi eñ efficiuntur patres peccati: sicut & diabolus. Quoniam inquã patres isti indigni sunt: qui in p̃senti sæculo corripiantur: sed in futuro recipiẽt quę merẽtur. Filii eorũ: id est quos peccare persuaserint: & qui nihilominus per ipsos adsciti fuerint ad cõsortium: societatẽq; peccati: hic recipiunt quę gesserunt: vt purgatiores ad futurum sæculum pergant: & vltra diabolo socii nõ efficiantur in pœna. Quia ergo misericors est dominus: & omnes homines vult saluos fieri: propterea dicit. Visitabo in virga ferrea facinora eorum: & ĩ flagellis peccata eorum. Misericordiam autem meam non auferã ab eis. Visitat ergo domin⁹ animas: et requirit: quas iste pessimus persuasione peccati genuerit pater: & dicit ad vnãquanq; earũ: Audi filia: & vide: & inclina aurẽ tuã: & obliuiscere populum tuum: & domum patris tui. Visitat ergo te post peccatum: & commonet

te:& in flagello: & virga te visitat pro peccatis: quæ tibi pater diabolus suggessit:vt reddat tibi illud in sinum:id est dũ in corpore degis.Et sic cõpletur:reddit pcccata patrũ in sinus filiorũ:in tertiã & quartã progeniẽ.Deus enim zelans est & animã: quã sibi despõdit in fide:nõ vult illã permanere in cõtaminatione peccati:sed vult eã cito purgari:vult eã velociter abiicere oẽs immũditias suas:sicui forte subreptũ est.Si vero pmanet in peccatis:& dicit.Nõ audiemus vocẽ dñi:sed faciẽtes faciemus volũtates nostras:& incẽdemus ignẽ regine cœli:sicut exprobrat per prophetã. Tũc seruãtur etiã ipsi ad illã sapiẽtiæ sententiam: quæ dicit.Quoniã quidẽ vocabã: & nõ obaudiebatis:sed irridebatis sermones meos. Itaq; & ego vestrę pditioni supridebo. Vel illã quæ
A posita est illis in euãgelio:dicẽte dño. Discedite a me in ignẽ æternũ: quẽ præparauit deus diabolo: & angelis eius. Ego opto vt dum in hoc sęculo sum:visitet dñs peccata mea:& hic mihi restituat:vt ibi dicat etiam de me Abrahã:sicut dixit de paupere Lazaro ad diuitem. Memẽto fili q recepisti bona in vita tua:& Lazarus similiter mala. Nũc autẽ hic requiescit: tu vero cruciaris.Propterea ergo cũ corripimur:cũ castigamur a dño:esse nõ debem⁹ ingrati: sed intelligamus ppterea nos in psenti sęculo corripi:vt in futuro requiem cõsequamur:sicut & Apostolus dicit.Cũ autẽ castigamur a dño: corripimur: ne cũ hoc mũdo dãnemur.Propterea deniq; & beatus Iob libẽter suscipiebat cũcta supplicia:& dicebat.Quia si bona accepim⁹ de manu dñi:nõne & mala tolerabimus?Dñs dedit: dñs abstulit: sicut dño placuit ita factũ est:sit nomẽ dñi benedictum. Reddit aũt & misericordiã in milia iis qui diligunt eũ.Qui enim diligũt:correptione non indigẽt:neq; enim peccant: sicut & dñs dicit. Qui diligit me:mãdata mea custodit: & ideo pfecta dilectio foras mittit timorẽ. Ob hoc ergo diligẽtib⁹ sola misericordia posita est.Beati eñ misericordes:quia ipsis miserebit deus: in Christo Iesu domino nostro: cui est gloria & imperium in sęcula sęculorum. Amen.

De Tabernaculo. Homilia.IX.
Cap.XXVI.XXVII.&.XXVIII.

B SIquis digne ĩtelligat:vel ex Aegypto hebręorum profectionem:vel transitũ maris rubri:sed & omnẽ hanc viam:quæ agitur per desertum: & metationes singulas quasq; castrorũ: si horum ita extiterit capax:vt etiam legem dei suscipiat scriptã: non atramẽto:sed spiritu dei viui. Siquis inquam ad hæc ita per ordinem profectuũ perfecte veniat:vt singula quæq; implens in spiritu affecutus sit:& ea quæ in his indicant augmenta virtutũ:ille poterit consequẽter etiã ad visionem: & intelligẽtiam tabernaculi peruenire. De quo tabernaculo multis quidem in locis memorant scripturæ diuinæ: & indicare quędam videntur: quorum vix capax esse possit humanus auditus. Præcipue tamẽ apostolus Paulus de intelligẽtia tabernaculi quædã nobis prodit scientię excellsioris indicia.Sed nescio quo pacto fragilitatẽ fortassis intuens auditorum:claudit quodammodo ipsa quæ pan
dit.Dicit namq; ad hebræos scribens.Taber- C
naculum enim factum est primũ: in quo erat candelabrũ:& propositio panum: quod dicebatur sancta sanctorũ.Post secundum autẽ velamen: tabernaculum quod dicitur sanctum habens aureum altare incensi:& arcam testamenti:& intra eam duas tabulas:& manna:& virgam Aaron:quæ fronduerat.Sed iis addidit:de quibus non est modo dicendum per singula.Quod ergo ait: de quibus non est modo dicendum:quidam ad illud tempus referunt: quo hebręis scribebat epistolam.Aliis vero videtur:q pro mysteriorum magnitudine omne tempus præsentis vitæ ad hæc explananda idoneum neget. Verum non vsquaq; tristes nos relinquit Apostolus:sed vt sibi moris est:aperit pauca de multis: vt clausum sit quidem negligentibus: inueniatur autem a pulsantibus: & quærentibus aperiatur. Repetit ergo rursum de tabernaculo:& dicit. Nõ eñ in sancta manu facta ingressus est Iesus exemplaria verorum:sed in ipsum cœlum:vt appareat nunc vultui dei:per velamen: id est p carnem suam. Qui ergo velamẽ interioris tabernaculi:carnem Christi interpretatus est:sancta autem ipsum cœlum:vel cœlos. Dominũ vero Christum pontificem:eũq; dicit introiisse semel in sancta: æterna redemptione inuenta.Ex his paucis sermonibus:siquis intelligere nouit Pauli sensum:potest aduertere quantum nobis intelligentiæ pelagus patefecerit.
Sed qui satis amant literam legis Moysi:spiri D
tum vero eius refugiunt: suspectum habent apostolum Paulũ interpretationes huiusmodi proferẽtem. Videamus ergo si non etiã veterum sanctorum aliqui opinionem tabernaculi: longe aliam: q̃ isti nunc existimant: habuere. Dauid namq; eximius prophetarum q̃ magnifice de tabernaculo sentit: ausculta

Dum dicitur(inquit)mihi per singulos dies vbi est deus tuus? hæc memoratus sum: & effudi in me animã meam: quoniam ingrediar in locum tabernaculi admirabilis: vsq; ad domum dei. Et iterũ quartodecimo psalmo dicit. Domine qs habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula: & operatur iustitiã: et cætera. Quis ergo est iste locus tabernaculi admirabilis: ex quo peruenitur vsq; ad domum dei? cuius quia memor factus est: Effusa est in ipso anima eius: & velut quodã intolerabili desyderio resolutus est. Ita ne tandem credendum est: quia istud tabernaculum: qđ ex pellibus & cortinis: atq; operimentis ciliciis: aliisq; nostri vsus materiis constabat: propheta desiderãs effunderetur animo: ac tota mẽte corrueret? Vel certe quomodo verum erit de isto dici tabernaculo ꝙ non habitet in eo: nisi innocens manibus: & mũdo corde: qui nõ accepit in vanum animã suam cum regnorũ prodat historia habitasse in tabernaculo dei sacerdotes pessimos filios pestilẽtiæ: & ipsam quoq; arcam testamenti ab Apollophylis captam: apud impios: & profanos fuisse detẽtã. Ex quibus oĩbus constat longe alio sensu Prophetam sentire de tabernaculo hoc: in quo dicit ꝙ non habitet in eo: nisi innocens manib⁹: & mundo corde: & qui non accepit in vanum animam suam: nec fecit proximo suo malum: & opprobrium nõ accepit aduersus proximũ suum. Talem ergo oportet esse huius habitatorem tabernaculi: qđ finxit dominus & non

E homo. Sed veniamus etiam ad euangelia siqd in ipsis dici de tabernaculis inuenimus vt per sentẽtiam domini indubitatum possit esse: qđ quærimus. Inuenim⁹ ergo ipsum saluatorem Iesum Christum tabernaculũ: non vnum: sed plura memorantẽ: & non temporalia: sed ęterna/cum dicit. Facite vobis amicos de iniquo Mammona: vt cum defeceritis: recipiant vos in æterna tabernacula. Audisti pronunciantem dominum æterna esse tabernacula? audi nunc & apostolum dicentem. Tabernaculum nostrum qđ de cœlo est: & superindui cupientes. Nondũ tibi ex his omnibus iter aperitur: ꝙ derelicta terra sequens propheticũ: & apostolicum sensum: (& ꝙ omnium maximũ est) sequens verbũ Christi tota mente: & toto sensu ascendas in cœlum: atq; ibi æterni tabernaculi magnificentiam queras: cuius figura per Moysen adumbratur in terris: Deniq; sic ad

F eum etiam dominus dicit. Vide(inquit)omnia facito secundum figuram: quæ tibi ostensa est in monte. Verum humana mens: & nostra: præcipue qui nos minimos: aut etiã nullos in diuina sapientia nouimus: eousq; fortassis possit accedere: vt sentiat quidem hęc: quę diuinis voluminibus inferuntur: non de terrenis: sed de cœlestibus dici: & formas esse nõ præsentium: sed futurorũ bonorum: non corporalium: sed spiritalium rerum. Quomodo autem horum narratio aptari possit cœlestibus & æternis: nec nostræ mensurę est dicere: nec vestræ(vt opinor)capacitatis audire. Pauca tamen si nos orantibus vobis/ domin⁹ illuminare dignetur: quæ ad ecclesiæ ædificationem pertineant: aperire tentabimus. Iubetur ergo vniuersus populus: vnusquisq; ꝓ viribus conferens facere tabernaculum: vt quodãmodo omnes simul vnum sint tabernaculum. Consolatio vero ipsa non fit necessitate sed sponte. Ait enim dominus ad Moysen: vt vnusquisq; sicut visum fuerit cordi eius: aurum: argentum: lapides pretiosos: æs. Tũ pręterea byssum: coccum: iacynthum: & purpuram: pelles etiã arietũ rubras: & pelles iacynthinas: sed & ligna imputribilia: pilos quoq; caprarũ ad cõstructionẽ tabernaculi offerat. Mulieres quoq; sapiẽtes ĩ arte textrina requiruntur: & fabri qui aurũ: vel argentũ: vel æs: lapides etiã aptare nouerint: aurum: & ligna formare. Tum deinde mẽsuræ tradũtur atriorum. Quę atria extenta tentoriis: columnis erecta: seris stabilita: & funibus distẽta firmãtur. Fiunt pręterea quædã velaminib⁹ distincta: quæ appellanť sancta: & alia nihilominus secũdo dirępta velamine: quæ dicũtur sancta sanctorum. Collocatur intrinsecus arca testamenti: supra quã Cherubin extensis alis: seq; inuicẽ cõtingẽtibus statuũtur: ibiq; ex auro: velut basis eis quædã collocatur: ac sedes: qđ appellatur ꝓpitiatoriũ: sed & altare aureum incensi. Tum pręterea in exteriori loco candelabrum ponitur aureum in parte austri: vt respiciat ad aquilonem. In parte vero aquilonis mẽsa collocatur: & ꝓpositio panum super eã: necnon & altare holocaustorũ iuxta velamen interius ponitur. Sed quid ego de his reuol- H
uo per singula? Vix ad hæc tantum enarrãda sufficimus: vix nobis ipsa rerũ materialiũ forma adduci ante oculos potest. Et quomodo qs latẽtia in his mysteria expedire sufficiet? Verũtamen causa pro qua fieri deberet tabernaculũ: in superioribus inueniť prædicta: dicẽte domino ad Moysen. Facietis(inqt)mihi sanctificationẽ: & inde videbor vobis. Vult ergo deus: vt faciamus ei sanctificationem. Promittit enim: quia si fecerim⁹ ei sanctificationem: possit a nobis videri. vnde & apostolus ad He

bræos dicit. Pacem ſequimini:& ſanctificatio
nem: ſine qua nemo videbit deum. Hæc ergo
eſt ſanctificatio:quã iubet dominus fieri; quã
et Apoſtolus in virginib⁹ eſſe vult:vt ſint ſan
ctæ corpore:& ſpiritu. Sciẽs ſine dubio:ꝙ qui
fecerit domino ſanctificationẽ per cordis ſui:
& corporis puritatem:ipſe videbit deum. Fa
ciamus ergo & nos ſanctificationem domino:
et omnes vnã:& vnuſquiſꝙ per ſingulos vnã:
vt omnes ſanctificationẽ eccleſiam faciamus:
quæ eſt ſancta: non habens maculam: aut ru=
A gam. Hoc modo ſi columnas habeat docto=
res:& miniſtros ſuos: de quibus dicit Apoſto
lus. Petrus. Iacobus:& Ioannes: qui videban=
tur columnæ eſſe: dextras dederunt mihi: &
Barnabæ ſocietatis. In tabernaculo ergo hoc:
columnæ ſeris interiectis iunguntur:dum in
eccleſia doctores/ datis ſibi dextris ſociamur.
Sed colũnæ iſtæ inargentatæ ſint: & baſes ea=
rum inargentatæ. Binæ autem baſes colum=
nis ſingulis deputentur. Vna quæ caput dici
tur:& ſuperponitur. alia quæ vere baſis appel
latur:& columnæ velut fundamentũ ſubiici=
tur: Inargentatæ ergo ſunt columnæ: idcirco
quia qui verbũ dei prædicãt:accipient per ſpi
ritum eloquia domini:quę ſunt eloquia caſta:
argentum igne probatum. Iſti autem prædi=
cationis ſuæ baſes habent ꝓphetas. Sup fun=
damentũ enim apoſtolorũ & prophetarũ col=
locantur:quorum teſtimoniis vtentes: fidem
Chriſti confirmant. Caput autem columna=
rum eſt ille (vt opinor) de quo dicit Apoſto=
lus:quia caput viri Chriſt⁹ eſt. Seras vero co
lumnarum:ſocietatis apoſtolicę datas ſibi in=
uicem dextras ſupra iam diximus. Tentoria
quę anſulis aſſuta:& circulis ſuſpenſa:atꝙ in=
nexa funibus:ad modum cortinarum viginti
et octo in longum: atꝙ in latum quatuor cu=
bitis diſtenduntur: habeatur reliqua creden=
tium plebs:quę hæret & pendet in funibus fi=
dei. Funis enim triplex nõ rũpitur:quę eſt tri
nitatis fides:ex qua dependet:& per quã ſuſti=
B netur oĩs eccleſia. Viginti autẽ & octo cubito
rum:ꝙ in longum diſtẽditur:& in latum qua
tuor. atrii vnius menſura. puto ꝙ inſerta lex
euangeliis deſignetur. Septenarius namꝙ nu=
merus legẽ ſignificare ſolet:pro multis ſepti=
mi numeri ſacramentis. Si cõſociatur ad qua=
tuor. Quater ſeptem conſequenter. xxviii. nu
merum faciunt. Decem vero hæc atria fiunt
vt integrum perfectionis numerũ teneant:&
legis decalogum ſignent. Iam vero cocci:& ia
cynthi:byſſi:ac purpuræ ſpecie: multa ac di=
uerſa opera explicant. Inde tentoria: inde ve=
lum exterius: & interius:inde tota ſacerdota

talis:& pontificalis veſtis auro:& gẽmis expe
ditur adiunctis. Sed ne diutius per ſingularũ
demoremur ſpecies virtutum: poſſumus bre
uiter dicere illa ſignificari per hæc:quibus or
naretur eccleſia. fides enim auro conferri po=
teſt. Sermo prædicationis eius argento:lapi=
dibus pretioſis. æs patientiæ. lignis imputri=
bilibus ſcientia:quæ per lignum venit: aut in
corruptio caſtitatis:quę nũꝗ veteraſcit. Byſ=
ſo virginitas:cocco confeſſionis gloria purpu
ræ charitatis fulgor. Iacyntho ſpes regni cœ= C
lorũ. Iſtę ſint interim materiæ: ex quib⁹ omne
tabernaculum cõſtruatur. Induantur ſacer=
dotes:ornetur & pontifex. Quorum indumẽ
ta quæ ſint:vel qualia in alio loco pronuntiat
propheta:& dicit. Sacerdotes tui induantur
iuſtitiã. Sunt ergo oĩa iſta indumenta iuſtitię
& iterum Paulus apoſtolus dicit. Induite vos
viſcera miſericordiæ. Sunt ergo indumenta
miſericordiæ. Sed & alia nihilominus Apoſto
lus indumenta nobiliora deſignat:cum dicit.
Induite vos dominum Ieſum Chriſtũ: & car=
nis curam ne feceritis ad concupiſcẽtias. Iſta
ſunt ergo indumenta:quib⁹ ornatur eccleſia.
Poteſt autem & vnuſquiſꝙ noſtrum etiam in
ſemetipſo conſtruere tabernaculum deo. Si D
enim (vt quidam ante nos quoꝙ dixerũt) ta=
bernaculum hoc totius mũdi tenet figuram:
mũdi autem etiam ſinguli quiꝙ habere ima=
ginem poſſunt: Cur non & tabernaculi vnuſ=
quiſꝙ in ſemetipſo formã poſſit explere? Has
ergo debet columnas ſibi aptare virtutũ: co=
lumnas argenteas: id eſt patientiam rationa=
bilem. Poteſt enim eſſe quidẽ in homine: quæ
videatur patientia: ſed quæ rationabilis non
ſit. Nam & qui non ſentit iniuriã:& propter=
ea non reddit:patiens videtur;ſed non eſt ra=
tionabilis iſta patientia. Iſte ergo habet qui=
dem columnas:ſed non ſunt argentatæ. Qui
vero propter verbum dei patitur: & fortiter
fert: iſte columnis argenteis decoratus eſt &
munitus. Poteſt in ſe & atria diſtendere:cum
dilatauerit cor ſuum ſecundum Apoſtoli vo=
cem dicentis ad Corinthios. Dilatamini &
vos. Poteſt ſe & ſeris munire: cum ſe vnani=
mitate dilectionis adſtrinxerit. Poteſt ſuper
argenteas baſes ſtare: cum ſuper ſtabilitatem
verbi Dei:verbi prophetici & Apoſtolici col=
locatur. Poteſt habere in columna deaura=
tum caput: ſi caput aureum ſit ei fides Chri=
ſti. Omnis namꝙ viri caput: Chriſtus eſt. De
cem vero atria poteſt in ſemetipſo diſtende=
re: cum non in vno tantum verbo legis dila=
tatur:neꝙ duobus:aut tribus:ſed in toto de=
calogo legis ſpiritalis intelligentiæ dilata=

re amplitudinem potest:aut fructum spirit⁹ gaudium:pacem. patientiam. benignitatem: bonitatem. modestiam.fidem. continentiam. adiecta:quę est mater omniū:charitate/protulerit: habeat adhuc in se anima ista:quę nō dederit somnū oculis suis:nec palpebris suis dormitationē:nec requiem temporibus suis: donec inueniat locū domino: tabernaculum deo
E Iacob: Habeat inquā in se defixū & altare: in quo orationum hostias:& misericordiæ victimas/offerat deo. In quo continentiæ cultro superbiam:quasi taurum immolet:iracundiam quasi arietem iugulet.luxuriam:omnemq̧ libidinem tanq̄ hircos/& hœdos litet. Sciat tamen ex his etiā sacerdotibus separare/dextrū brachium: & pectusculum: & maxillas: id est opera bona:& opera dextra. Nam sinistrū nihil reseruet. Pectusculū quoq̧ integrū: quod est cor rectum:& mens deo sacrata: & maxil-
F las ad verbum dei loquendū. Sciat sibi in sanctis etiam candelabrum luminis collocādum vt sint ei lucernæ semper ardentes: & lumbi succincti:& ipse tanq̄ seruus:qui expectat dominum suum redire de nuptiis. De his enim lucernis:& dominus dicebat. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Sed istud cādelabrum lucernarū in austro collocet:vt ad aquilonem respiciat. Accenso etenim lumine: id est vigilanti corde respicere semper debet ad aquilonem:& obseruare eum:qui ab aquilone est. Sicut & propheta videre se dicit succensum lebetem:vel ollam:& faciem eius a facie aquilonis: Ab aquilone enim accenduntur mala vniuersæ terræ. Vigilans ergo & sollicitus:& ardens intueatur semp astutias diaboli: & semper aspiciat vnde sit ventura tentatio. Vnde hostis irruat: vnde inimicus obrepat. Dicit enim & Petrus apostolus. Quia aduersarius vester diabolus sicut leo rugiens: circuit quæ
G rens quem transuoret. Mensa quoq̧ ꝓpositionis habens duodecim panes in parte collocetur aquilonis:respiciens ad austrū. Panes isti: apostolicus ei tam numero: q̄ virtute sit sermo:quo indesinenter vtimur quotidie. Nāq̧ hos ante dominū iubetur apponere. Rursum respiciat ad austrū vnde dominus venit. Dominus enim ex Theman veniet: sicut scriptū est:quod est de austro. Habeat in penetralib⁹ pectoris sui etiam altare incensi:vt ipse dicat: quia Christi bonus odor sumus. Habeat & arcam testamēti:in qua sint tabulæ legis: vt ī lege dei meditetur die ac nocte:& memoria ei⁹ arca & bibliotheca efficiat̄ librorū dei. Quia et propheta beatos dicit eos:qui memoria tenent mandata eius:vt faciant ea. Sit intra ipsum vrna mannæ reposita: intellectus verbi dei subtilis & dulcis. Sit & virga Aaron intra eum doctrina sacerdotalis: & florida seueritas disciplinæ. Supra omnē vero gloriā: sit ei pontificalis ornatus. Potest enim intra se age H
re pontificatū pars illa quę in eo est preciosissima omniū:qđ quidā principale cordis appellant alii rationabilē sensum: aut intellectualē substantiā:vel quocūq̧ modo appellari potest in nobis portio nostri illa:per quā capaces esse possumus dei. Ista ergo pars ī nobis:velut quidam pontifex exornetur indumentis:& monilibus pretiosis:ac Podere byssino. Indumenti hoc genus est: quod vsq̧ ad pedes deducitur: totū contegēs corpus. In quo designat̄: vt primo omniū totus sit castitate vestit⁹: accipiat postmodū & humerale gēmatum: in quo fulgor operum collocatur:vt videntes homines opera vestra bona magnificēt patrē vestrum: qui in cœlis est. Accipiat & logium:qđ rationale dici potest:pectori superpositum: quaterno lapidū ordine distinctū. Sed & aurea lamina in fronte resplendeat:qđ petalum appellatur:in quibus vtrisq̧ veritas: & manifestatio dicitur collocata. Ego in his quæ in pectore locari dicuntur: sermonem euāgelicum sentio. qui quadruplicato ordine veritatem fidei nobis:& manifestationē trinitatis exponit. Cuncta referens ad caput: ad vnius scilicet dei naturam. In his est ergo omnis veritas:& omnis manifestatio veritatis. Igitur si recte vis pōtificatum gerere deo:euangelicus sermo: & trinitatis fides semper tibi habeatur in pectore. Cui conuenit etiā apostolicus sermo tam virtute:q̄ numero:tantum vt nomen dei semper habeatur in capite:& ad vnum deū cuncta referātur. Habeat etiā in interioribus pontifex I
partibus operimenta sua:habeat pudenda cō tecta:vt corpore:& spiritu sanctus sit:& cogitationibus:& operib⁹ purus sit:habeat etiam per indumēti circuitū tintinnabula: vt ingrediens(inquit)sancta:det sonitū:& non intret cū silentio. Et hæc tintinnabula: quæ semp sonare debēt: in extremo vestimēti sunt posita: idcirco credo:vt de extremis tēporibus:& fine mundi nunq̄ sileas: sed inde semper sones: inde disputes:& loquaris secundum eum:qui dixit. Memor esto nouissimorū tuorum:& nō peccabis. Ad hūc ergo modū homo noster interior deo pontifex adornet̄: vt introire possit non solum in sancta:sed in sancta sanctorū: vt possit adire propiciatoriū:vbi sunt Cherubim:& inde appareat ei deus. Sancta possunt esse ea: quæ in præsenti sæculo habere sancta conuersatio potest. Sancta vero sanctorum:in

quæ semel tantūmodo intratur, ad cœlū esse transitum puto: vbi est ꝓpitiatoriū: & Cherubim: vbi & mūdis corde apparere poterit deus. Vel quia domin⁹ dicit. Ecce regnum Dei intra vos est. Hæc interim quantū ad p̄sens in trāscursu occurrere sensib⁹ nostris potuit: quantūcūq; moderari auribus potuimus auditorū de tabernaculo dicta sint: & vnusquisq; nostrū studeat facere intra se tabernaculū deo. Nō enim frustra de patribus refert: quia
A in tabernaculis habitauerūt. Ego sic intelligo Abraham habitasse in tabernaculis: & Ysaac: et Iacob. Construxerūt nāq; isti intra se tabernaculū deo: qui se tantis ac talibus virtutum spendoribus adornauerūt. Refulgebat nanq; in eis insigne regium purpura: ꝓpter qd dicebatur ad Abrahā a filiis Heth: a deo rex in nobis tu es. Splendebat & coccus: ꝓpterea enim ad iugulādum duxit deo vnicū: & propterea dextram illius angelus tenuit. Splendebat iacynthus cum cœlū semper intuēs: cœli dominum sequebatur. Sed & in cæteris similiter ornabatur. Ego sic intelligo & diem festū tabernaculorū qui mādatur in lege: vt exeat populus certa die anni: & in tabernaculis habitet: habens ramos palmarū: & frondes salicis: ac populi: & ramos arboris frōdosæ. Palma victoriæ / signū est illius belli: qd inter se caro & spiritus gerit. Arbor autē populus: & salix: tā virtute q̄ noīe virgulta sunt castratis. Quę si integre conserues: habere potes & nemorosę: ac frondētis arboris ramos: quæ est ęterna & beata vita: cum te dominus in loco viridi collocauerit super aquā refectionis. Per Christū Iesum dominū nostrum cui est gloria & imperium in sęcula sęculorum. Amen.

De muliere prægnāte: quæ duob⁹ viris litigātibus abortiuerit. Homilia. X. Ca. XXI.

B QVod si litigabūt duo viri: & percusserint mulierem prægnantē: & exierit infans ei⁹ nondū formatus: detrimentum patietur quantū indixerit vir mulieris: & dabit cū honore. Q; si formatus fuerit: dabit animā pro anima. oculū pro oculo. dentē pro dente. manū pro manu. pedē pro pede. cōbusturam pro cōbustura. vuln⁹ pro vulnere. liuorē pro liuore. Primo omniū in his requirēdū esse puto: sub quo legis titulo huiusmodi statuta censentur. Nō enim (vt simplicioribus videt̄) cūcta quæ statuūtur lex dicitur: sed quædā quidem lex. quędā testimonia. alia mādata: & iustitiæ: quædā iudicia appellātur. Qd euidentius in vnū collectū: octauus decimus edocet psalmus: cū dicit. Lex domini inrepræhēsibilis: conuertēs animas: testimoniū domini fidele: sapientiā præstās paruulis. Iustitiæ dn̄i rectę: lætificātes corda: præceptū dn̄i lucidū: illuminās oculos. Timor domini sanct⁹ permanens in sæculū sæculi: iudicia domini vera: iustificata in semetipsa. Cū ergo istę diuersitates eorū: quæ in lege statuta sunt: habeant: nunc sermo qui habetur in manib⁹ sub titulo iustitiarum: vel iustificationū script⁹ est. Sic enim dicit superius: & hæ iustitię: quas ꝓpones palam eis. Non est autē p̄sentis tēporis vniuscuiusq; horū exponere differētias: exigimur enim ad explanationē horum: quæ lecta sunt. Sciendū sane est: q; pars aliqua ex his: de quibus differendū nobis est: in euāgelio secūdum Matthęum posita est: dicēte domino hoc modo. Audistis quia dictū est antiquis. Oculum pro oculo. dētem pro dente. Ego autē dico vobis nō resistere malo. Sed siquis te percusserit in dextram maxillam conuerte ei & alteram. Sed fortassis qui scripturas attentius legit: dicat ea quę de euāgelio scripta memorauim⁹: non de hoc Exodi assumpta loco: sed magis Deuteronomii: vbi nihilomin⁹ hoc modo q̄dam scripta referūtur. Q; si steterit (inquit) testis iniquus: testimonium ferens aduersum hominē de impietate: statuentur vtriq; homines: quib⁹ est cōtrouersia: ante dominū & ante sacerdotes: & ante iudices: quicunq; illi fuerint in diebus illis: & discutient iudices diligenter: & examinabūt. Et si inuenerint: quia testis iniquus testatus est iniuste: & surrexit aduersum fratrem suum: facietis ei: quemadmodū ipse conatus est facere fratri suo: & auferetis malignum de medio vestrum: vt cæteri audiētes metū habeāt: & nō adiiciāt vltra facere secundū verbū hoc malū inter vos. Nō parcet oculus tuus sup eū: animā pro anima. dentē pro dente. manum pro manu. pedē pro pede: Videtur quidē in vtroq; loco similia dici: non tamē euidēter ostēditur ex quo potissimū loco: sermo: qui in euāgelio positus est: videatur assumptus: quem dicit. Quia audistis q; dictum est. Oculū pro oculo. dentē pro dente. Verūtamen nunc ad ea quæ nobis in Exodo scripta sunt: sermo vertendus est: vbi duo viri litigant: & percutiūt mulierē prægnantē et ita percutiūt: vt exeat infans ex ea: vel formatus iam: vel nōdum formatus. Primū quidem videamus de eo: qui nondum formatus exierit: quomodo iubetur dāno pecuniæ percuti vnus ex his: qui litigāt: cum ab scriptura

culpa litis:non ad vnum: sed ad vtrumq; refe ratur. Quid etiam q vir mulieri indicit: vel imponit ei/& nõ eis: & dabit: & non potius da bunt cum honore? Et quis iste est honor? Qz si infans iam formatus exierit: percussa a liti gantibus viris prægnante muliere: animã da ri p anima/facile intelligimus: hoc est vt mor te vindicetur admissum. Quę sequuntur au tem: operępretium est explicare. Oculum pro oculo: dentem pro dente. Neq; enim videtur esse possibile: vt infans: quem percussa mulier abortierit: q̃uis formatus exierit: intelliga mus: q viri litigantis calce percussus oculum in ventre perdiderit: pro quo orbari oculo a iudicib9 debeat. Sed pone: sit & hoc quia iam formatus refertur. Quid & de dente dicem9? Nunqd in ventre matris dentes habuit: quos percutientis ictus excuteret? Si vero hoc refe ramus ad eam: quæ abortierit: quomodo rur sus conueniet: vt abortiens mulier oculũ per dat: aut dentes doleat? Sed pone quia percussa dicatur in oculo: aut in dẽte & inde causa ab orsus exorta sit: pone liuorem: pone vuln9 ac ceperit: Quid etiam dicemus combusturam pro combustura? Nunquid litigantibus viris assistens mulier comburi potuit: vt cõbustu ra pro cõbustura soluatur? Quę tamen singu la videntur mihi: nec in Deuteronomii quidẽ locis: vbi similiter scripta referũtur: facilẽ ha bere exitum posse. Ponamus enim & ibi exsur rexisse testem iniquũ: testimoniũ falsum dicẽ tem aduersum hominem de impietate. Adhi beatur vterq; iudicio: inquirãt iudices diligẽ ter: depræhẽdãt accusatorẽ: vel testem illum/ falsa dixisse. Quomodo iudex qui parcere nõ debet falso testi: & animam rei pro innocẽtis anima dãnare? Quomodo inquã poterit etiã oculum pro oculo eximere? Quasi vero is qui iniuste accusabatur: in oculo lædendus fuerit ab accusatore: aut in dente: vel manu: vel pe de. Hæc autẽ a nobis dicta sunt: ostẽdere volẽ tibus: q in vtroq; loco quæ scripta sunt: ediste ri non facile queant. Oportebat eñ nos prius scđm historiã discutere quę legunť: & sic quo niam lex spiritalis est: spiritalẽ in his intelligẽ
E tiam quærere. Verum quantũ ad præsens spe ctat: etiã ipsa nobis allegoriæ pars/ quæ semp patere latius solet: in angustum cogitur. Ta men (prout possumus) quid nobis in hoc lo co videatur: explanare tentabimus. Frequen ter dixim9 q in scripturis eisdem vocabulis: eisdemq; officiis: membra animę nominẽtur: quibus vtunť: vľ appellãtur corporis mẽbra. Verbi causa. Vt cum dicitur: vides festucam in oculo fratris tui? & ecce in oculo tuo tra bes subiacet. Certum est enim q non de oculo corporis dicat: in quo trabes iaceat: sed de o culo animæ. & cum dicit: qui habet aures au diendi audiat: & q̃ speciosi pedes euangelizan tium pacem: & multa his similia. Hæc autẽ idcirco præmisimus: vti ne super mẽbrorum nos vocabulis similitudo cõturbet. Sint ergo duo viri isti: qui litigant/duo disputantes: & de dogmatibus: vel quæstionibus legis secum inuicem conquirentes: & (vt apostoli sermo ne dicamus) rixantes circa verborũ pugnas. Vnde & idem Apostolus sciens inter fratres huiusmodi lites exurgere: præcipit & dicit. Noli verbis contẽdere: ad nihil enim vtile est: nisi ad subuersionẽ audiẽtium. Et alibi. Quę stiones autẽ legis deuita: sciens q generant li tes. Seruum autem dei non oportet litigare. Quia ergo isti qui in quęstionibus litigant ad subuersionem audiẽtium litigãt: idcirco per cutiunt mulierẽ prægnantẽ: & eiiciunt infan tem eius: vel formatũ iam: vel nõdum forma tum. Mulier prægnans dicitur anima: quę nu per dei concepit verbum. De tali autẽ conce ptione legimus in alio loco scriptum. A timo re tuo domine in vtero concepimus: & peperi mus. Qui ergo concipiunt: & statim pariunt: isti nec mulieres existimandæ sunt: sed viri: & perfecti viri. Deniq; audi & pphetã dicẽtem. Si peperit terra in vna die: & nata est gens de Semel: ista est generatio perfectorum: quæ sta tim sub die/vt cõcepta fuerit: nascitur. Verũ ne tibi nouũ videatur: q viros parere dixim9 Iamdudũ præmisimus quomodo membrorũ appellationem suscipere debeas: vt recedas a corporeis sensibus: & interioris hominis capi as intellectũ. Si autem vis vt adhuc & in hoc de scripturis tibi satisfaciam: audi Apostolũ dicentẽ. Filioli mei: quos iterum parturio: do nec Christus formetur in vobis. Perfecti ergo sunt: & viri fortes: qui statim vt concipiũt pa riunt: id est qui conceptũ fidei verbũ in opera producunt. Anima autem quę concepit: & in ventre retinet: & nõ parit: ista mulier appella tur: sicut & ppheta dicit. Dolores partus ad uenerũt ei: & virtus pariẽdi nõ est in ea. Hæc ergo anima: quæ nũc pro infirmitate sui mu lier appellať: duobus inter se litigantibus vi ris: & in certamine scãdala pferẽtibus: qđ ha bere semp verborũ cõtentio solet: percutitur & scãdalizatur: ita vt verbũ fidei: qđ tenuiter cõceperat: abiiciat: & perdat. Et hæc est lis: & contentio ad euersionem audiẽtium. Si ergo nõdum formatũ anima: quæ scandalizata est: abiecerit verbũ: qui scandalizauit: damnũ di citur pati. Vis scire quia est in aliquib9 forma

tum verbum: in aliquibus nondum formatum? Euidenter nos docet Apostoli sermo: quem supra memorauimus: cum ait. Donec formetur Christus in vobis. Christus autem est verbū dei: per quod ostendit: quia eo tempore quo scribebat: nondū erat in illis formatum verbum dei. Si ergo nondum formatum
A exierit: damnum patietur. De damnis doctorum etiam apostolus docet: cum dicit. Si cuius autem opus arserit: damnum patietur. Ipse autem saluus erit: sic tamen quasi per ignē. Sed & dominus in euāgeliis dicit. Quid enim prodest homini: si vniuersum mundum lucretur: animam autem suam perdat: aut damnū faciat? Vnde videtur ostendi ꝙ quædam peccata ad damnum quidem pertineant: non tamen ad interitum: quia qui damnum passus fuerit: ipse tamen saluari dicitur: licet per ignem: Vnde credo: & Ioannes apostolus in epistola sua dicit quędam esse peccata ad mortem: quædam non esse ad mortem. Quæ autem sint species peccatorum ad mortem: quæ vero non ad mortem sed ad damnum: non puto facile a quoq̄ hominum posse discerni. Scri
B ptum namq; est. Delicta quis intelligit? Verūtamen ex his quæ in euangelio per parabolas referuntur ex parte aliqua cognoscere possumus cuiusmodi sint: quæ damna nominantur: cum ibi iterum videamus ad lucrum deputari quædam: quæ per negociationē quæsita dicuntur. Verbi gratia. Cum referuntur super quinq; mnas acquisitæ esse aliæ quinq;: vel super duas acquisitę alię duę. Aut cū dragma: vel denarius: vel talentum ponitur: & quasi pecunia quædam in quæstu operum nominatur. Sed & cum dicitur paterfamilias ponere rationem cum seruis suis: & offertur ei vnus: qui debebat decem milia talenta. Talis ergo quædam ratio damni est. Vt verbi gratia. Qui pro mercede sua accepturus erat decem mnas: non accipiat decem sed octo: vel sex: aut etiam minus: & hoc damno percuti dicitur is: qui causam scādali infirmiori: & mu
C liebri præbuit animæ. Dabit autem (inquit) secundū ꝙ indixerit: vel imposuerit vir eius: & dabit cum honore. Animæ discenti: si vir magister eius est: secundum ꝙ indixerit. Ergo vir iste: vel Christus qui omnium magister est: vel qui pro Christo ecclesiæ præest doctor animarum. Ille qui ad subuersionem audientium verbis contēdit: patietur damnum pro anima illa: quæ nōdum formatum abiecit infantem. Qđ potest forte de scandalo cathecumini accipi nondum formati. Potest enim fieri vt rursum ipse qui læsit: instruat: reparet: restituat animæ ea / quæ perdidit: & hæc iam faciet cum honore: cū modestia: cum patientia: sicut Apostolus dicit. Cum mansuetudine corripientes eos: qui resistunt veritati. Non cum lite: sicut prius: cum scandalum intulit. Q2 si formatus iam fuerit infans: dabit animam pro anima. Formatus infans potest videri sermo dei in corde eius animę: quę gratiam baptismi consecuta est: vel quæ euidentius: & clarius verbum fidei cōcepit. Hæc ergo si nimia contentione doctorum percussa abiecerit verbum: & inuenta fuerit esse de illis: de quibus dicebat Apostolus. Iam enim quędam conuersæ sunt retro post Sathanam: animam pro anima dabit: vel in die iudicii accipiendum est apud eum iudicem: qui potest animam: & corpus perdere in gehennam. Quia & alibi dicit Propheta ad Hierusalem. Dedi commutationem tuam Aegyptum: Aethiopiam: & Sidonem pro te. Vel certe potest fortassis etiam illud aptari: vt qui sibi conscius tanti scandali fuerit: ponat animā suam pro anima illius: quam scandalizauerit: & vsq; ad mortem det operam quomodo redeat: quomodo reparetur: quomodo restituatꝰ ad fidem. Ponat etiam oculum pro oculo: si oculum læsit animæ: id est intellectum eius turbauit: auferatur oculus ipsius ab eo: qui ecclesiæ præest: & intellectus eius ille turbulentus: & ferox qui scandalum generat: deferetur. Sed & si dentem læsit auditoris: quo suscipiens cibum verbi dei: vel comminuere: vel molaribus terere solitus erat: vt subtilem ex his ad ventrem animæ transmitteret sensum: si hunc dentem ille vexauit: & euellit: vt contentione ipsius non possit anima subtiliter: & spiritaliter suscipere verbum dei: Auferatur dens eius: qui non bene scripturarum comminuit: & attriuit cibos. Fortassis enim propter hoc & alibi dicitur a domino. Dentes peccatorum contriuisti. Et alibi nihilominus scribitur. Qui manducat vuā acerbam: obstupescent dentes eius. Et alibi. Molas leonum confregit dominus. Sic ergo per mēbra dicitur lædi anima: & percuti manum quoq; pro manu: & pedem pro pede deposcitur. Manus est animæ virtus: qua tenere aliquid: & constringere potest: velut si dicamus actus eius: & fortitudo: & pes quo incedit ad bona: vel mala. Quia ergo si scandalum patiatur anima: non solum in fide: sed & in actibus deiicitur: qui per manum significantur: & pedes auferentur illius: qui offendicu

lum præbuit manus: quib⁹ nõ bene operatur et pedes: quib⁹ non bene incedit. Recipiet etiã combusturã pro combustura: qua combussit: et gehennæ tradidit animã. Per quæ singula ostenditur: vt iste percussor omnibus detruncatus mẽbris / a corpore excidatur ecclesię: vt cæteri (inquit) videntes timorem habeant: & non faciant similiter. Idcirco & Apostolus cũ doctorem describit ecclesiæ: inter cætera præcipit eum non esse percussorẽ. Ne percutiens: prægnantes mulieres animos incipientes: ponat animã pro anima oculum pro oculo: dentem pro dente: Tales sunt & illæ animæ quas etiam dominus in euãgelio deflet cum dicit. Vę prægnantibus: & nutrientib⁹ in illis diebus: in quibus scandalizabuntur (si fieri po-
G test) etiam electi. ¶Sciendum tamen est: ꝙ nõ est perfectorum scandalizari: sed aut mulierum: aut paruulorũ. Sicut & dominus in euãgelio dicit. Si quis scandalizauerit vnũ de pusillis istis minimis. Pusillus ergo est: & minimus: qui scandalizari potest. Spiritalis autem diiudicat omnia: & omnia probat: & quod bonũ est: continet: & ab omni se specie mala abstinet. ¶Hęc (prout nobis occurrere potuerũt) in præsenti capitulo diximus. Poscamus vero a domino: vt quæ perfecta sunt: ipse nobis reuelare dignetur per Christum Iesum dominum nostrum: cui est gloria: & imperiũ in sæcula sæculorum Amen.

De siti populi in Raphidin: & de bello Amalechitarum: & de præsentia Iethro. Cap. XVII. & XVIII.

Homilia vndecima.

H Voniam oĩs qui vult pie viuere in Christo: ꝑsecutionẽ patitur: & ab hostib⁹ impugnatᷣ: agens iter vitæ huius semp debet esse armatus: & stare semp in castris. Ideo & de poplo dei referẽ. Profecta est (inqt) oĩs synnagoga filiorũ israel de deserto Syn: scd̃m castra sua: per verbũ dñi. Est ergo vna quidẽ synnagoga dñi: sed hæc in quatuor castra diuiditur. Quatuor nãq; castra describuntur circa tabernaculũ dñi posita (sicut refertur in Numeris.) Et tu ergo si semp vigiles: & semp armatus sis: & scias te in castris dñi militare: obserua illud mãdatũ: quia nemo militans deo: implicat se negociis sæcularib⁹: vt ei placeat: cui se ꝓbauit. Quia si ita milites: vt a reb⁹ sęcularib⁹ liber sis: & ĩ castris domini agas sem per excubias: & de te dicetᷣ. Quia per verbum domini exeas de deserto Syn: & venias in Raphidin. Syn eñ tẽtatio interpretatur. Raphidin vero sanitas iudicii. Qui bene exiit de tentatione: & quẽ tentatio ꝓbabilẽ reddit: iste venit ad sanitatẽ iudicii. In die eñ iudicii sanus erit: & sanitas cũ eo erit: qui in tentatione nõ fuerit vulneratus. Sicut & in Apocalypsi scriptum est. Qui autem vicerit: dabo ei de ligno vitæ: quod est in paradiso dei mei. Venit ergo ad sanitatem iudicii: qui bene disponit sermones suos in iudicio. Sed quid est qđ sequi- I
tur? Sitiit ibi (inquit) populus aquã: & murmurabant aduersum Moysen. Videatur fortasse ex superfluo dictũ: quod dixit: quia aquã sitierit populus: Suffecerat enim dicere: quia sitiit: quid opus fuit addere aquam sitiit? Nõ est superflua adiectio. Sunt enim diuersę sites: et vnusquisq; habet propriam sitim? Qui beati sunt scd̃m verbũ domini esuriũt: & iustitiã sitiunt: & alii nihilominus dicũt. Sitiuit anima mea ad te de⁹. Qui vero peccatores sunt: patiuntur / non sitim aquę: neq; famem panis: sed sitim audiendi verbum dei. Idcirco igitur et hic addit. Quia populus sitiit aquam: qui debuit deum sitire: qui debuit sitire iustitiã. Verum quia deus vere eruditor est infantiũ & magister insipientium / corripit culpas: & emẽdat errores: & dicit ad Moysen: vt sumat virgam: & percutiens petrã / educat eis aquã Vult enim eos iam de petra bibere: vult eos ꝓficere: & ad interiora venire mysteria. Mur- K
murauerũt enim aduersus Moysen: & ꝓpterea iubet dominus vt ostendat eis petram: ex qua bibant. Si quis est: qui legẽs Moysen murmurat aduersus eum: & displicet ei lex: quę secundum literã scripta est: ꝙ in multis non videtur seruare cõsequẽtiam. Ostendit ei Moyses petram: quæ est Christus: & adducit eum ad ipsam: vt inde bibat: & reficiat sitim suam. Sed hæc petra / nisi fuerit percussa: aquas non dabit. Percussa vero fontes producit. Percussus enim Christ⁹: & in crucẽ actus / noui testamenti fontes produxit. Et propterea dictum est de eo: quia percutiã pastorem: & dispergentur oues. Necesse ergo erat illum percuti. Nisi enim ille fuisset percussus: & exisset de latere eius aqua & sanguis: omnes nos sitim verbi dei pateremur. Hoc ergo est: qđ & Apostolus interpretatus est: quia omnes eundẽ manducauerunt cibum spiritalem: & omnes eundem spiritalem biberunt potum. Bibebũt autem de spiritali: sequente petra. Petra vero L
erat Christus. Obserua tamẽ qđ dixit hoc in

loco Deus ad Moysen. Antecede populum: & duc tecum maiores natu: id est presbyteros populi. Non solus Moyses ducit populum ad aquas petræ: sed & seniores populi cũ ipso. Non enim sola lex adnuntiat Christum: sed & prophetæ/ & patriarchæ/ & omnes maiores natu. Post hæc bellum describitur gestum: cũ Amalechitis: pugnasse refertur po-
A pulus & euicisse. Anteq̃ manducaret panem de cœlo: & biberet aquam de petra: non refertur populus pugnasse. Sed dicitur ad eũ. Dominus pugnabit pro vobis: & vos tacebitis. Est ergo tempus quando dominus pugnat ꝓ nobis: nec permittit nos tẽtari supra id: quod possumus: nec impares viribus sinit ad fortis venire congressum. Deniq; & Iob omne illud tentationis suæ famosissimum certamen iam perfectus impleuit. Et tu ergo cum cœperis manducare manna: panem cœlestẽ verbi dei: & bibere aquam de petra: Cunq; ad interiora doctrinæ spiritalis accesseris: sperato pugnã: & præpara te ad bellum. Bello igitur imminente: videamus quid præcipiat Moyses. Dixit (inqt) ad Iesum. Elige tibiipsi viros: & exi:
B & conflige cũ Amalech crastino. Vsq; ad hũc locum beati nominis Iesu: nusq̃ facta est mentio. Hic primum vocabuli huius splendor effulsit. Hic primum vocauit Moyses Iesum: & dixit ei. Elige tibiipsi viros. Moyses vocat Iesum. Lex vocat christum: vt eligat sibiipsi viros potẽtes de populo. Nõ poterat Moyses eligere: sed Iesus solus est: qui possit potentes viros eligere: qui dixit. Nõ vos me elegistis: sed ego vos elegi. Ipse em̃ est electorum dux: ipse potentium princeps: ipse qui confligit cum Amalech. Ipse est enim qui intrat in domum fortis: & alligat fortem: & vasa eius diripit. Sed interim videamus quid nũc historia præsens retexat. Ascendit (inquit) Moyses in ver-
C ticem collis. Nondum ascendit in verticem montis: sed in verticem collis. Seruabatur enim ei tunc ascendere in verticem mõtis: cũ ascensurus erat Iesus: & cum ipso Moyses: & Helias: & ibi transformandus in gloria. Nũc ergo velut nondum glorificatus ex transformatione Iesu: nondum ascendit in verticem montis: sed ascendit in verticem collis. Et factum est (inquit) cum eleuaret Moyses man⁹ superior fiebat israel. Moyses quidem eleuat manus: non extendit. Iesus autem qui vniuersum orbem terræ exaltatus in cruce complexurus erat brachiis suis/ dicit. Extendi manus meas ad populum non credentem: & contra-
D dicentẽ mihi. Moyses ergo eleuat man⁹ suas: & cum eleuaret manus vincebatur Amalech

Eleuare manus: hoc est opera & actus eleuare ad deum: & non habere actus deorsum deiectos: & humi iacentes: sed deo placitos: & ad cœlum erectos. Eleuat ergo man⁹: qui thesaurisat in cœlum: vbi enim thesaurus eius: ibi bi & oculus eius: ibi & manus eius. Eleuat manus & ille qui dicit: eleuatio manuum mearũ sacrificium vespertinũ. Si ergo eleuẽt actus nostri: & non sint in terra: vincitur Amalech Sed & apostolus præcipit leuare sanctas manus sine ira: & disceptatione: & ad quosdã dicebat. Demissas manus: & dissoluta genua erigite: & rectos gressus facite pedibus vestris. Si ergo seruat populus legem: eleuat Moyses manus: & aduersarius vincitur. Si non seruat E
legem: inualescit Amalech. Quia igiẽ & nobis pugna est aduersus principes: & potestates: & mundi huius rectores tenebrarum: si vis vincere: si vis obtinere: eleua man⁹: & eleua actus tuos: & conuersatio tua nõ sit in terris. Sed sicut dixit Apostolus. Super terram ambulantes: conuersationem habemus in cœlo. Et ita poteris superare populum aduersantem tibi Amalech: ita vt dicatur de te etiam quia in manu occulta expugnabat dominus Amalech. Eleua et tu manus ad deum: imple mandatum: quod apostolus dicit. Sine intermissione orantes: et tunc fiet: quod scriptum est. Quia sicut vitulus ablingit in campis herbam viridem: ita ablinget populus hic populum: qui super terram est. Per quod (vt a maioribus accepimus) indicari dicitur: quia populus dei non tam manu: et armis: q̃ voce/ et lingua pugnabat: id est orationem fundẽs ad deum: prosternebat inimicos. Ita ergo et tu si vis vincere inimicos: eleua actus tuos: clama ad deum (vt dicit apostolus) Orationi instantes et vigilantes in ea. Hæc enim est christiani pugna: qua superat inimicum. Puto au- F
tem ꝙ per hanc figuram etiam duorum populorum Moyses formam designet: et ostendat vnum esse populum ex gentibus: qui eleuet manus Moysi: et erigat eas: id est qui in sublimi extollit ea: quæ scripsit Moyses: et in excelso eorum intelligentiam statuat: et per hoc vincat. Alium esse qui quoniam non eleuat manus Moysi: nec extollit eas a terra: nec altum in eo aliquid et subtile considerat: vincitur ab aduersariis: et prosternitur. Post hęc G
venit ad montem dei Moyses: et ibi occurrit ei Iethro socer suus. At ille exit ei obuiam de castris: et non eum ducit ad montem dei: sed ducit eum ad tabernaculum suum. Nõ enim poterat sacerdos Madian ascendere ad montem dei: sed nec in Aegyptum descendere po

tuit vel ipse: vel vxor Moysi. Sed nūc ad eum venit cum filiis eius. Non enim potest descendere in Aegyptum: & subire agones Aegyptios: nisi qui fuerit athleta probabilis: & talis qualem dicit Apostolus. Quia omnis qui in agone contendit: ab omnibus se abstinet: Et illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant: nos autem incorruptam. Ego igitur sic curro: non quasi in incertum. Sic pugno: non quasi aerem verberans. Moyses ergo quia magnus erat & potens athleta: descēdit in Aegyptum: descendit ad agones & exercitia virtutum. Sed & Abraham descendit in Aegyptum: quia erat & ipse magnus: & potēs athleta. Nam de Iacob quid dicam: qui ipso nomine athleta est? Luctator enim & supplantator interpretatur: & ideo cum descendisset in septuaginta quinq animabus in Aegyptum: Iacob/ factus est sicut stellæ cœli in multitudinem. Sed non oēs qui descendūt in Aegyptum ita pugnant: & ita expediunt agones: vt in multitudinem fiant: & vt stellæ cœli multiplicentur. Aliis in contrarium cedit descendisse in Aegyptum. Scio ego Ieroboam fugientem a Salomone descendisse in Aegyptum: & non solum non creuisse in multitudine: sed & scidisse et corrupisse populū dei. Quia descendens in Aegyptum accepit a Susachim rege vxorē Thecimene vxoris eius sororē. Sed interim venit Iethro ad Moysen:
H adducens secum filiam suam vxorem Moysi: & filios eius. Et venit (inquit) Aaron: & omnes presbyteri de israel manducare panem cum socero Moysi in conspectu dei. Non omnes panem manducant in conspectu dei: sed qui presbyteri sunt: qui seniores: qui perfecti sunt & meriti probati. Ipsi manducant panē in conspectu dei: q obseruant illud quod Apostolus dicit: vt siue manducatis: siue bibitis: siue aliud quid facitis: omnia ad gloriam dei facite. Omnia ergo quæ faciunt sancti: in conspectu dei faciunt. Peccator autem a conspectu dei fugit. Deniq scriptum est quia Adam postq̄ peccauit: fugit a conspectu dei: & interrogatus respondit. Audiui vocem tuā & abscondi me: quia eram nud⁹. Sed & Caim post q̄ pro parricidio condemnatus a deo est: exiit (inquit) a facie dei: & habitauit ī terra Naim Exiit ergo a facie dei: qui indignus est conspectu dei. Sancti autem manducāt & bibunt in conspectu dei: & omnia quæ agunt in conspectu eius agunt. Ego amplius adhuc locum p̄-
I sentem discutiens: video quia qui pleniorem scientiam dei accipiunt: & plenius diuinis imbuti sunt disciplinis: isti etiam si malum faciunt: coram deo faciunt: & in conspectu eius faciūt. Sicut ille qui dixit: tibi soli peccaui: & malum coram te feci. Quid ergo plus habet qui malū coram deo facit? Illud profecto quod continuo pœnitet: & dicit. Peccaui. Qui autem discedit a conspectu dei: nescit conuerti: & peccatum pœnitendo purgare. Hoc ergo interest malum coram deo facere: & a dei conspectu discessisse peccantem. Sed vt video Iethro non frustra venit ad Moysen: nec frustra manducauit panem cum senioribus populi in conspectu domini. Dat enim consiliū Moysi probabile satis & vtile: vt eligat viros & cōstituat principes populi: viros deum colentes: viros potentes: & odientes superbiam. Tales enim oportet esse principes populi: qui nō solum superbi non sint: sed & qui oderint superbiam. Id est non solum ipsi absq vitio sint: sed & vt in aliis oderint vitia. Non homines dico odisse: sed vitia: & ordinabis (inquit) eos tribunos: & centuriones: & quinquagenarios & decanos: & iudicabunt populum omni hora. Verbum autem quod grauius fuerit: referent ad te. Audiant principes populi: & presbyteri plæbis: quia debent omni hora populum iudicare: semper & sine intermissione sedere in iudicio/ dirimere lites: reconciliare dissidētes in gratia recordare discordes. Discat vnusquisq ex scripturis sanctis officium suū Moyses (inquit) vt sit in his quę ad deū sunt: L & verbum dei edisserat populo. Cæteri autē principes quos appellant tribunos. Tribuni enim ex eo dicuntur: q tribui præsint. Cæteri ergo tribuni: vel centuriones: vel quinquagenarii: pręsint minorib⁹ iudiciis: quæ ad singulos quoq pertinent dirimentes. Puto autē hanc ipsam figuram nō solū in præsenti sęculo ecclesię datam: verumetiā in futuro seruandam. Audi deniq quid dominus dicat ī euāgelio. Cum sederit (inquit) filius hominis super thronū gloriæ suæ: sedebitis & vos super duodecim thronos: iudicantes duodecim tribus israel. Vides ergo quia non solum dn̄s iudicat cui omne iudiciū pater dedit: sed & constituit sibi & alios principes qui iudicent populum de minoribus causis. Verbum autem quod grauius fuerit: referāt ad ipsum. Idcirco dicebat & domin⁹ de quodā quidem quia reus erit consilio: de alio autem reus erit iudicio: & de alio reus erit gehennæ ignis. Sed & de alio verbo ocioso dicimur præstaturi rationem: & nō dixit: quia deo præstabimus rationem. Sicut de periurio dicit. Reddes autē dn̄o iuramenta tua. Verum & regina Austri surget in iudicio cū viris gn̄ationis huius: &

cōdemnabit eos. Ecce et aliud iudicii genus. Qui habet aures audiendi audiat, Hęc enim omnia typus: et vmbra sunt cęlestium et imago futurorum. Verum sicut scriptum est legimus: quia non satiatur oculus visu: nec auris auditu: nec nos satiari possumus intuendo: et considerando q̄ scripta sunt. Quot ex partibus nos ędificēt: quātis nos instruāt modis. Etenim cum perspicio ꝙ Moyses propheta deo plenus: cui deus facie ad faciē loquebatur: consilium accepit a Iethro sacerdote Ma
A dian. Admiratione nimia stuporem mētis incurro. Dicit enim scriptura. Et audiuit Moyses vocē soceri sui: et fecit quęcūq; dixit ei: Nō dixit quia mihi deus loquitur: et quid agere debeam: cœlesti ad me sermone defertur: et quō consilium ab homine accipiam: et ab homine gētili alieno: a populo dei. Sed audit vocem eius: et facit omnia quæ dicit: et nō quis dicat: sed quid dicat: auscultat. Vnde et nos si ferte aliquando inuenimus aliquid sapienter a gentilibus dictum: non continuo cū authoris nomine spernere debemus et dicta: nec pro eo ꝙ legem a deo datā tenemus: conuenit nos tumere superbia: et spernere verba prudētiū. Sed sicut apostolus dicit. Omnia probantes: quod bonum est tenentes. Quis autem hodie
B eorum qui populis præsunt: non dico si iam aliqua ei a deo reuelata sunt: sed si ī legis sciētia aliquid meriti habet: cōsiliū dignatur inferioris saltem sacerdotis accipere? Nedū dixerim laici: vel gentilis. Sed moyses qui erat homo mansuetus super omnes: accepit consilium inferioris: & vt formam humilitatis populorum principib⁹ daret: & futuri sacramēti designaret imaginem. Sciebat enim futurū quandoq; vt gentiles bonum consilium ꝓferrent apud Moysen: vt bonum: & spiritalē intellectum adferrēt ad legē dei: & sciebat quia audiet eos lex: & faciet omnia sicut dicūt. Nō enim potest facere lex: sicut iudæi dicūt: quia infirmatur lex in carne: id est in litera. Et nihil potest secundum literam facere: nihil em̄ ad perfectū adduxit lex. Secundū autem consilium: quod nos afferemus ad legem: possunt oīa spiritaliter fieri. Possunt & sacrificia spiritaliter offerri: quæ modo carnaliter non possunt. Potest & lex lepræ spiritaliter seruari: q̄ secundū literā nō potest. Sic ergo quō nos intelligimus: quomodo nos sentimus: & cōsiliū damus: oīa facit lex. Secundū literam autē
C non omnia: sed admodum pauca. Post hæc iautem cū profectus esset Iethro: & venisset Moyses ex Raphidin: in desertum Syna: ibiq; in columna nubis descendisset dominus ad Moysen: vt videns popul⁹ crederet ei: & verba ei⁹ audiret. Ait dominus ad Moysen. Descende protestare populo: & purifica illos hodie: & cras: & lauent vestimēta sua: & sint parati in diem tertium. Siquis est qui ad audiēdū verbum dei conueniat: audiat quod pręcepit dominus. Sanctificatus venire debet ad audiendum verbum. Lauare debet vestimēta sua. Si enim sordida huc detuleris vestimēta: audies & tu. Amice quomodo huc introisti non habēs vestem nuptialem? Nemo ergo potest audire verbum dei: nisi prius fuerit sanctificat⁹ id est nisi fuerit sanctus corpore & spiritu: nisi vestimēta sua lauerit. Ingressurus est enim paulopost ad cœnam nuptialem: manducaturus est de carnibus agni: potaturus est poculum salutaris. Nemo intret ad hanc cœnam sordidis vestimentis. Hoc enim & alibi sapiētia præcepit dicens. In omni tempore sint vestimenta tua munda. Lota sunt enim semel vestimenta tua cum venisti ad gratiam baptismi: purificatus es corpore: mūdatus es ab omni inquinamento carnis: & spiritus. Quæ ergo deus mundauit: tu immūda ne feceris. Audi igitur nunc & sanctificationis genus. Ne accesseritis (inquit) ad mulierē hodie: & crastina: vt die tertia audiatis verbum dei. Hoc est quod & apostolus dicit. Bonum est homini mulierem non tangere. Saluo tamen remedio his: qui pro infirmitate sua remedio indigent nuptiali. Veruntamen consilium audiamus apostoli dicētis. Quia tempus breue est: superest vt & qui habent vxores: tanq̄ non habentes sint: & qui emunt: tanq̄ non possidentes: & qui vtuntur hoc mundo: tanq̄ non vtātur. Præterit enim habitus huius mundi: pręterit temporale regnum: vt perpetuum veniat: & æternum. Sicut & in oratione dicere iubemur. Adueniat regnum tuum: in Christo Iesu domino nostro: cui est gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

De vultu Moysi glorificato: & velamine: quod ponebat in facie sua. Homilia duodecima. Cap. XXXIIII.

Ectio nobis Exodi recitata est: quę nos ad intelligētiæ inqsitionē: vel īcitet: vel repellat. Incitat mētes studiosas: & liberas: desides: & occupatas repellit. Scriptū ē em̄. Quia vidit Aaron: & oēs filii israel Moysen: & erat gl'ificata facies ei⁹: & color vultus ei⁹ & timuerūt accedere ad illū. Et p⁹ pauca

Ponebat (inquit) Moyses velamē super faciē
suam. Cū aūt introierit in cōspectu dñi: vt lo
queret̄ illi: deponebat velamē. Hęc autē Apo
stolus differēs magnifico illo sensu: quo in cæ
teris vtit̄: de quo dixit. Nos aūt sensum Chri
sti habemus (ait) Q̄ȝ si ministeriū mortis in
literis: formatū in lapidibus: fuit ad gloriam:
ita vt nō possent intēdere filii israel in faciem
Moysi ꝑpter gloriā vultus eius: q̄ abolet̄: quō
nō magis ministeriū spirit⁹ erit in gloria? Et
iterū paulopost dicit: et nō sicut Moyses pone
bat velamen super faciem suā: vt nō intende-
rent filii israel in faciē vultus ei⁹. Obtusi sunt
enim sensus eorū: vsq; in hodiernū diē. Cum
enim legitur Moyses: velamen est positum su
per cor eorum. Quis nō admiretur mysterio
F rū magnitudinē? quis non pertimescat vela-
mē obtusi cordis? Glorificata est facies Moy
si: sed non poterant intendere in faciē vultus
eius filii israel: non poterat intendere popu-
lus synagogæ. Siquis autē cōuersationē: et vi
tā potest habere eminentiorē q̄ reliquum vul
gus: iste potest intueri gloriā vultus eius: et
nunc em̄. sicut dixit Apostolus. Velamen est
positum in lectione veteris testamenti: et nūc
Moyses glorificato vultu loquitur: sed gloriā
quæ est in vultu eius nō possumus intueri. Id
circo autem non possumus: quia adhuc popu
lus sum⁹: & nihil studii: nihil meriti: plusq̄ re
liqua plæbs habemus. Verū quia dicit sanct⁹
Apostolus: idipsum autem velamen in lectio
ne veteris testamenti manet: amputaret no-
bis omnē intelligentię spem tanti: & talis apo
stoli ꝓlata sententia: nisi addidisset. Cum aūt
quis conuersus fuerit ad dominū: auferet̄ ve-
lamen. Igitur causam auferendi velaminis: cō
uersionē nr̄am eē dicit ad dñm. Ex quo colligē
da sunt nobis indicia: ꝙ donec legentes scri-
pturas diuinas latet nos intellectus: donec ob
scura sunt nobis: & clausa: quæ scripta sunt:
nondum conuersi ad dominum sumus. Si em̄
conuersi essemus ad dominum: sine dubio au
ferretur velamen. Sed & hoc ipsum conuerti
G ad dominum quale sit: videamus. Et vt euidē
tius scire possumus quid sit conuersus: dicen
dū nobis prius est quid sit auersus. Om̄is qui
cū recitant̄ verba legis: cōmunib⁹ fabulis oc-
cupat̄: auersus est. Oīs q cū legitur Moyses:
de negociis sæculi: de pecunia: de lucris solici
tudinē gerit: auersus est. Oīs qui possessionū
curis stringit̄: & diuitiarū cupiditate distēdi
tur: qui gloriæ sæculi: & mundi honorib⁹ stu
det: auersus est. Sed & qui ab his quidē videt̄
alienus: assistit autem & audit verba legis: &
vultu: atq; oculis intentus: corde tamen & co
gitationibus euagatur: auersus est. Quid er-
go est cōuerti? Si his omībus terga vertam⁹:
& studio/actibus/mēte solicitudine: verbo dei
operam demus: & in lege eius die ac nocte me
ditemur. Omissis oībus deo vacem⁹: exercea-
mur in testimoniis ei⁹: hoc est conuersum es-
se ad dñm. Tu ergo si volueris filiū tuū scire
literas quas liberales vocant: scire grammati
cā: vel rhetoricā disciplinā: nunqd nō ab oīb⁹
eū vacuū: & liberū reddis? Nunquid nō omis
sis cęteris: huic vni studio dare operam facis?
Pædagogos: magistros: libros: impēsas: nihil
prorsus deesse facis: quoadusq; ꝑfectum ꝓpo-
siti studii opus reportet. Quis nostrum ita se
ad diuinę legis studia cōuertit: Quis nostrū
ita operam dedit? Quis tanto studio ac labo-
re: diuina quærit studia: quanto quæsiuit hu
mana? Et quid conquerimur si quod nō didi-
cimus: ignoramus? Aliqui vestrū vt recitari
audierint quæ legunt̄: statim discedunt. Nul
la ex his q̄ dicta sunt inquisitio adinuicē: nul- H
la collatio: nusq̄ memoria mandati illius: quo
te diuina lex cōmonet. Interroga patres tuos:
& dicent tibi. Presbyteros tuos: & annuncia-
bunt tibi. Alii ne hoc ipsum quidem patiēter
expectant: vsquequo lectiones in ecclesia reci
tent̄. Alii vero nec si recitant̄: sciunt: sed ī re-
motioribus dominicæ domus locis: seculari-
bus fabulis occupātur. De quibus ego ausus
sum dicere: quia cum legitur Moyses iam nō
velamē super cor eorum: sed paries quidam:
& murus est positus. Si em̄ ille qui adest: q au
dit: & intentus est: & quæ audit retractat: &
discutit: & q̄ assequi non potest: percūctat̄: &
discit: vix potest ad libertatem sciētiæ perue-
nire. Ille qui abscōdit aures suas ne audiat: &
terga in faciem legentis obuertit: quomodo
dicendus est velamen habere superpositū cor
di: ad quem ne ipsum quidem velamen literę:
quo sensus velatur: qui est sonus vocis: acces-
sit. Euidens igitur figura est: quomodo glo-
riosa efficitur facies Moysi. Habent enim glo
riam ea quæ loquitur: sed hæc tegitur: & oc-
cultatur: & est omnis gloria eius intrinsecus.
Illud quoq; intuere quale sit: ꝙ in lege vultus
quidem Moysi glorificatus refertur: licet ve-
lamine contegatur. Manus autem eius intra
sinum missa: leprosa facta memoratur: sicut I
nix. In quo mihi videtur forma toti⁹ legis ple
nissime designari. In vultu enim eius / sermo
legis: in manu / opera designantur. Quia ergo
ex operibus legis nullus erat iustificādus: nec
aliquē ad perfectum adducere poterat lex: id
circo manus Moysi leprosa fit: & in sinum re
conditur: tanq̄ nihil perfecti operis habitura:

facies vero eius glorificata est: sed velamine tegitur: quia sermo eius habet scientiæ gloriam: sed occultam. Vnde & propheta dicit. Nisi audieritis occulta: plorabit anima vr̄a: & dauid dicit. Incerta & occulta sapiētię tuæ manifestasti mihi. In lege ergo Moyses solam faciem habet glorificatam: neq̧ manus ei⁹ ha
A bent gloriam: immo potius & contumeliam: sed neq̧ pedibus: deniq̧ soluere iubetur calciamentum suum: sic nulla erat gloria in pedibus eius: licet & hoc fieret non sine alicuius forma mysterii. Nouissima namq̧ pars hominis pedes sunt. Ostendebatur ergo ꝙ in nouissimis temporibus solueret Moyses calciamentum suum vt acciperet alius sponsam: & illa vocaretur dom⁹ discalciati vsq̧ in hodiernū diem. Nihil ergo aliud in lege gloriosum habet Moyses: nisi solam faciem. In euāgeliis autem tot⁹ glorificatur ex integro. Audi enim quid dicatur in euangeliis. Cū ascendisset iesus in montem excelsum: assumens secum Petrū: & Ioannem: & Iacobum: transformatus est ibi coram ipsis: & ecce apparuerūt (inqt) Moyses: & Elias in gloria: colloquentes cum eo: hic non refertur: quia glorificatus est vultus eius: sed quia tot⁹ apparuit in gloria: colloquens cū Iesu: & ibi ei cōpletur illa promissio: quam accepit in mōte Syna: cum dictum est ei. Posteriora mea videbis. Vidit ergo posteriora eius. Vidit enim quę in posteriorib⁹: & nouissimis diebus facta sunt: & gauisus est. Sicut enim Abrahā concupiuit videre diem
B dn̄i: & vidit & gauisus est: ita & Moyses cōcupiuit videre diem dn̄i: & vidit & gauisus est: & necessario gauisus est: quia iam non solum vultu glorificatus descendit de monte: sed totus glorificatus ascendit in mōtem. Gauisus est sine dubio Moyses: ꝙ eum: de quo dixerat prophetam vobis suscitabit dominus de⁹ vester ex fratribus vestris: sicut meipsum audietis per omnia: nunc adesse cernebat: & fidē facere sermonibus suis: & ne cunctaretur in aliquo: audit paternam vocē dicentem. Hic est filius meus dilectus: in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Moyses dudum dixit: illū audietis. Nunc pater dicit: hic est filius me⁹: ipsum audite: & pręsentē de quo dicit: ostendit. Gaudere etiam mihi pro hoc videt̄ Moyses quia & ipse quodammodo nunc deponit velamen conuersus ad dominum: cum euidēter quæ prædixit: implentur: vel cum temp⁹ aduenit: vt per spiritum sanctum quę obtexerat: reuelentur. Retractandus tamen est san
C cti Apostoli sensus: & cōsyderandum quid ei visum sit: cum dixisset. Si autē cōuersus quis fuerit ad dominum: auferet̄ velamē: vt adderet: dn̄s aūt spiritus est: per quod quasi interpretari videtur quid est dn̄s. Quis eñ nescit ꝙ dn̄s spiritus est? Sed nūquid in hoc loco de dn̄i vel natura: vel substantia tractabatur: vt diceret quia dominus spiritus est? Videamus ergo: ne non solum cum Moyses legitur: sed & cum Paulus legitur velamen sit positū sup cor nostrum. Et manifeste: si negligenter audimus: si nihil studii ad eruditionem: & intelligentiam conferimus: nō solum legis: & prophetarum scriptura: sed & apostolorū: & euāgeliorum grādi nobis velamine tegitur. Ego D
autem vereor ne per nimiam negligentiā: & stoliditatē cordis: nō solum velata sint nobis diuina volumina: sed & signata. Vt si detur ĩ manus hoīs nescientis literas liber legendus: dicat: quia nescio literas. Si detur in man⁹ hominis sciētis literas: dicat: quia signatus est. Vnde ostenditur non solum studiū nobis adhibendum esse ad discendas literas sacras: verum & supplicandum domino: & dieb⁹ ac noctibus obsecrandum: vt veniat agnus ex tribu Iuda: & ipse accipiens librum signatū: dignetur aperire. Ipse est enim q scripturas adaperiens: accendit corda discipulorum: ita vt dicāt. Nōne cor nr̄m erat ardēs intra nos: cū aperiret nobis scripturas? Ipse ergo etiā nūc nobis aperire dignetur quid est: quod apostolo suo inspirauit: vt diceret. Dominus autem spiritus est. Vbi autem spiritus domini: ibi libertas. Ego quidem quantum pro paruitate intelligentiæ meę sentire possum: puto ꝙ ver E
bum dei pro eo quod auditoribus interest (vt sæpe iam diximus) nūc via/nunc veritas/nūc vita/nunc resurrectio nominatur. Nunc etiā caro/nunc vero spiritus dicitur. Quis enim vere & virgine substantiam carnis acceperit: in qua & crucem pertulit: & resurrectionem initiauit: tamē est vbi Apostolus dicit: & si cognouimus Christum: secundum carnem: sed nunc iam non nouimus. Quia ergo & nunc sermo eius ad subtiliorem/& spiritalem intelligentiam prouocat auditores: & vult eos nihil carnale in lege sentire: dicit vt qui vult auferri velamen de corde suo: conuertat̄ ad dominū. Non quasi ad carnem dominū. Est eñ & hoc quia verbum caro factum est: sed quasi ad spiritū dominum. Si enim quasi ad spiritū dominum conuertatur: de carnalibus ad spiritalia veniet: & ad libertatem de seruitute trāsibit. Vbi eñ spiritus domini: ibi & libertas. Et vt adhuc euidentius fiat: q̄d dicit̄: vtamur & aliis apostoli sensib⁹. Ad quosdā dicit: F
quos senserat incapaces: quia nihil me iudica

ni aliud scire inter vos: nisi Christum Iesum & hunc crucifixum. Istis talibus non dicebat: quia dominus spiritus est: nec dicebat eis: qa Christus dei sapientia est. Nõ enim poterant agnoscere Christum secundum hoc: ꝙ sapientia dei est: sed secundum hoc ꝙ crucifixus est. Illi autem quibus dicebat: sapientiam loquimur inter perfectos: Sapientiã aũt non huius saeculi: neq; principũ huius mũdi: q destruuntur: sed loquimur dei sapientiam in mysterio absconditã: nõ indigebãt: vt verbũ dei scd̃m hoc susciperent: ꝙ caro factum est: sed secundũ hoc: ꝙ sapientia in mysterio abscõdita est. Sic ergo & ĩ hoc loco iis: qui de carnali ad spiritalem intelligentiam prouocant̃: dicit̃: dominus aũt spiritus est. Vbi aũt spiritus domini: ibi & libertas. Vt aũt ostenderet: quia ipse
G iã puenit ad sciẽtię libertatẽ: & exutus est de velaminis seruitute: addit his: & dicit. Nos aũt oẽs reuelata facie gloriã dñi speculantes. Si ergo & nos dñm depcemur: vt velamen de corde nostro dignetur auferre: capere possumus intelligentiam spiritalem: si tamen conuertamur ad dñm & libertatẽ scientiae requiramus. Sed quomodo inuenire possum⁹ libertatem: qui seruimus saeculo? qui seruimus pecunię? q seruimus desyderiis carnis? Ego meipsum corripio: meipm iudico: ego meas culpas arguo: viderint qui audiunt: qd de semet ipsis sentiant. Ego interim dico: quod donec alicui horũ deseruio: nõ sum cõuersus ad dominũ: nec vllã cõsecutus sum libertatẽ: donec talia me negocia: & solicitudines stringũt. Illius cui⁹ cõstringor negocii: & solicitudinis seruus sum. Scio em̃ scriptũ esse: quia vnusqsq; a quo vincit̃: huic & seruus addicit̃: etiã si me amor pecuniae nõ superet: etiã si possessionũ: & diuitiarũ cura non stringit: laudis tñ cupidus sum: & gloriam sector humanã. Si de hominũ vultibus & sermonib⁹ pẽdeo: qd de me ille sentiat: quõ ille me habeat: ne illi displiceã si illi placeam: donec requiro ista: seruus hoꝝ sum. Sed volebã ex hoc saltẽ satis agere si possim liber fieri: si possim de iugo huius seruitutis absolui: & peruenire ad libertatẽ secundũ Apostoli cõmonitionẽ dicẽtis. In libertate vocati estis: nolite fieri serui hoĩm. Sed quis mihi dabit hanc manumissionẽ? quis me ab hac seruitute turpissima liberabit? nisi ille qui dixit. Si vos filius liberauerit: vere liberi eritis? Etem̃ scio: quia seruus nõ potest libertate donari: nisi fideliter seruiẽs: nisi dominũ diligẽs Et ideo etiam nos fideliter seruiamus: & ex toto corde: & ex toto animo: & ex tota virtute nostra diligamus dñm deum nostrum: vt mereamur libertate donari a Christo Iesu filio eius domino nostro: cui est gloria & imperiũ in saecula saeculorum. Amen.

De his quae offeruntur ad tabernaculum. Homilia. XIII. Cap. XXV.

Tam quidẽ & prius de tabernaculo ꝑ virib⁹ dixeramus. H Verũ qm̃ saepe in Exodi libro repetit̃ ipsa descriptio: dicit̃ em̃ & cum dñs ꝑcepit Moysi: qualiter fieri debeat. Et iterũ cũ Moyses ꝑcepit populo: vt offerat: construendo operi materias: sicut haec lectio cõtinet: q̃ nobis modo recitata est: sed & post modum enumerantur singula: cum per Beselehel: & caeteros sapientes viros fabricantur. Et iterum. Cũ ad conspectum Moysi deferuntur. Et rursum. Cũ praecepto dñi dedicãtur. Fit ꝑterea & in aliis vel libris: vel locis: horũ commemoratio: & frequẽter repetitur: vt potè: quod necessario cõmonet̃. Nunc ergo recitat⁹ ẽ nobis ille sermo: vbi dicit: & dixit Moyses ad oẽm synagogã filiorũ israel dicẽs. Hoc est verbum quod ꝑcepit dñs dicens. Sumite a vobis ipsis redẽptionem dño: oĩs qui cõcepit corde: offerat initia dño aurũ: argentum: ęramentũ: iacynthũ: purpurã: coccũ duplicatũ: & byssum tortã. Pilos caprarũ: & pelles arietum rubricatas: & pelles iacynthinas: ligna ĩputribilia: & lapides sardinos: & lapides ad sculpturam: in humerali: & podere: et omnis sapiens corde in vobis veniat: et operet̃ oĩa: q̃ ꝑcepit dñs. Cũ cõsydero meipsum primũ: et I discutio: piget ad hęc aperienda manũ mittere. Vereor em̃ ne forte etiam si dñs reuelare dignetur alicui: sicut forte dignatur. (De me enim nõ sum ausus dicere.) Vereor inquã: et valde dubito si inueniam auditores. Et cũ ita sit: ne forte ab eo qui explanare conabitur: requirant dñicae margaritae: vbi vel quõ: vl'ante quos mittant̃. Verũ qm̃ magnopere expectatis: vt aliqua ex his q̃ lecta sunt: disserãt̃: et ꝑcepit mihi dñs me⁹ dicens. Oportebat te dare pecuniã meã ad mensam: et ego veniẽs cũ vsuris vtiq; exegissem eam: ipsum rogabo: vt verbũ meũ suã pecuniã facere dignet̃: vt nõ meã pecuniã: nõ meũ aurũ vobis: sed ipsi⁹ foenerem: ipsius vobis verbo: et ipsius sensu loquar: et ad auditus vestri haec deferam mensam. Vos iã videritis suscipientes dominicã pecuniã quõ vsuras eius venienti dño ppparetis. Vsurae autem sunt verbi dei: habere in vsu vitę: et actuũ ea q̃ praecępit sermo dei. Si ergo audientes verbum vtimini eo: et agitis secundũ ea quae auditis: et secundũ haec viui

tis:vsuras dño ꝑparatis:& pōt fieri:vt vnusq̃sq̃ vr̃m de q̃nq̃ talētis faciat decē & audiat a dño.Euge serue bone & fidelis:eris potestatē hñs sup decē ciuitates.Tantū illud videte: ne q̃s vr̃m acceptā pecuniā aut in sudario colliget:aut diffodiat in terrā q̃a huiusmodi hominis in aduētu dñi q̃s sit exitus:bene nostis. Tentabimus igiẽ pauca de multis:immo pauciora de paucis: q̃ppe quibus & noster sermo
A librandus sit:& vester auditus. Primo igitur oĩm videamus quid est:qđ dicit Moyses ad filios Israel.Sumite a vobisipsis redēptionē domino:omnis qui conceperit corde:offerat initia dño.Non vult Moyses: vt aliquid offeras Deo:quod extra te est: a vobis ipsis (inquit) sumite & initia offerte dño: prout vnusquisq̃ concepit corde.Aurum iubetur: & argentum deferri:æs & cæterę materiæ. Quō hoc possum ego de meipso offerre? Nūquid intra me aurū nasciẽ aut argentū:& cætera quæ iubentur? Nōne hoc vnusquisq̃ de promptuariis & de scriniis suis ꝓfert?Quid est ergo qđ dicit Moyses:afferte a vobis ipsis:& vnusq̃sq̃ sicut concepit corde?Illud quidē aurum & argentum cæterisq̃ materiæ vnde tabernaculū constructum est: constat de scriniis & promptuariis vniuscuiusq̃ prolatū. Spiritalis aūt
B lex aurum requirit ad tabernaculū: quod intra nos est: & argentū qđ intra nos est: & oēs reliquas materias illas deposcit:quas & intra nos habere possumus & proferre de nobis.Dicit em̄ scriptura.Quia prope est verbū in ore tuo & in corde tuo:quia si confessus fueris in ore tuo dñm Iesum & credideris ĩ corde tuo: q̃ deus illū suscitauit a mortuis: saluus eris. Si ergo credideris in corde tuo. Cor tuum & sensus tuus aurū est.Obtulisti igiẽ aurū ad tabernaculū:id est fidē cordis tui.Si vero cōfessus fueris:sermonē obtulisti:sermonē cōfessionis argentū.Iccirco ergo dicit Moyses: q̃a est lex spiritalis:sumite a vobisipsis.Hęc a teipso sumis:hæc intra te sunt:hęc etiā si nudus sis: hr̃e potes.Sed & qđ addidit vnusq̃sq̃ sicut cōcepit corde:huc respicit.Nō em̄ poteris aliq̃d de sensu tuo offerre deo:vel de verbo tuo:nisi prius q̃ scripta sunt corde conceperis:nisi intētus fueris:& diligenter audieris.Nō potest aurū tuū ꝓbatū esse nec argentū:requiriẽ em̄ vt probatū sit.Audi scripturā dicentē.Eloq̃a dñi:eloquia casta:argentū igne ꝓbatū:purgatū septuplū.Si ergo quę scripta sunt corde cōceperis:erit aurū tuū idest sensus tuus ꝓbus: & argentū tuū:q̃ est sermo tu⁹/ꝓbatū. Quid etiā de ære dicemus?opus est & ære ad tabernaculi cōstructionē.Videtur quidē æs ꝑ fortitudine suscipi: & loco poni posse fortitudinis:& cōstantiæ. Sed ne quis dicat:hoc diuinare magis est:q̃ explanare:vbi quod dicitur: nō de scripturarū authoritate munitur. Puto ergo æs accipi posse ꝓ voce.Aliud enim est sermo:aliud vox: sermo dicitur loquela rationi subnixa.Vox vero est (verbi causa) si latine:si græce dicaẽ:si eleuatius: si pressius. Sed hæc neceßario:vt de scripturis ꝓbemus exigitis.Audi qđ dicit Apostolus. Si linguis hominū loquar:& angelorū: charitatē aūt nō habeā:factus sum vt ęramentū sonans: vt cymbalū tinniēs.Ita ergo loqui linguis:& interp̄tari ex alia in aliā linguā:ęris oblatio est. Necesse est em̄ oĩa habere tabernaculū dei:& nihil deesse in domo dñi. Est igiẽ (vt diximus) æris oblatio vox. Vox aūt est:q̃ alterius sensum in alterā linguā vertit.Sermo vero est:q̃ sensum propriū refert.Oĩa ergo offeranẽ deo & sensus:& sermo & vox.Quid de cæteris dicemus? Multa sunt enim/& singula discutere
opus est ingens.Verū quid ꝓderit: vt nostro quidē ingenti labore dicanẽ:ab occupatis vero auditoribus:& vix vnius horę puncto verbo dei assistentibus spernanẽ & pereant? Nisi em̄ dñs ædificauerit domū in vanū laborauerūt:qui ędificāt eā. Verūtamē nos (vt supra iā dictū est) tradim⁹ ad mensam pecuniā dñi videat em̄ vnusquisq̃ auditorū quo mō suscipiat q̃ traduntẽ.Vnusquisq̃ autē (inq̃t) nr̃m sicut corde cōcepit:offerat ĩitia dño. Q̃ dixit initia:q̃ro quę sint initia auri: vel q̃ primitiæ argenti?Quō aūt de cocco & purpura & byssovidenẽ cōferri primitiæ?Aut quō sicut corde cōceperit q̃s offert?Hoc iam singulos nr̃m pulsat:videamus simul & quō corde concepimus.Quanti modo hic p̄ntes sum⁹:& sermo dei tractatur.Sunt qui concipiunt corde quę
D lecta sunt:sunt qui oĩno nō concipiunt:quę dicuntur:sed est mens eorū & cor:aut in negotiis:aut in actibus sęculi:aut sup putationib⁹ lucri:& p̄cipue mulieres quomodo putas corde concipiunt:quę tm̄ garriunt:quę tm̄ fabulis obstrepunt:vt nō sinant esse silentiū?Iā qđ de mente earū:quid de corde discutiam?Si de infantibus suis aut de lana cogitēt aut de necessariis domus. Vereor magis ne sequantur illas:de quibus dicit Apostolus.Quæ discunt circumire domos: non solum verbosæ sed & curiosæ: loquentes quæ non oportet. Quomodo ergo istæ tales corde concipiunt? Non concipit corde quis:nisi vacet corde:nisi sit mente liber & totus intentus: nisi corde vigilet:non potest corde concipere: & offerre dona deo. Quod si hactenus neglexim⁹:

ex hoc saltem attentiores simus: & sollicite in
E tendamus: vt possimus mente concipere. Iustum est enim vt in tabernaculo domini inueniatur vnusquisque habere portionem suã. Nõ enim latet deum vnusquisque quid ei offerat. Quã gloriosum tibi est: si dicatur in tabernaculo domini. Aurum istud (verbi causa) quo arca testamenti obtegitur: illius est. Argentum ex quo bases: & columnæ sunt: illius est: æs/de quo anuli: & candelabrum: & nonnullæ columnarum bases factę sunt: illius est. Sed & lapides isti humerales: et logii illius sunt. Purpura: qua ornat pontifex: illius est: et coccus: illius est: et cætera quæque per singula. Et rursum quã indecorum: quã miserũ erit: si dominus veniẽs requirere ædificium tabernaculi: nihil muneris tui inueniat in eo: nihil a te cognoscat oblatum! Sic indeuotus: sic infidelis vixisti: vt nihil memoriæ tuæ in tabernaculo dei esse gestieris! Sicut enim princeps huius mundi venit ad vnumquemque nostrum: & quærit siquid de suis actibus inueniat in nobis: & siquidem iuenerit: sibi nos vẽdicat. Ita & ecõtrario si veniens dñs inueniat aliquid tuũ in tabernaculo suo sibi te defendit: & suum te dicit. Domine Iesu præsta mihi: vt aliqd munimẽti habere merear in tabernaculo tuo. Ego
F optarem (si fieri posset) esse aliquid meum in illo auro: ex quo propitiatorium fabricatur: vel ex quo arca contegitur: vel ex quo candelabrum fit luminis & lucernæ. Aut si aurum non habeo: aut argentum: saltem aliquid inueniar offerre: qđ proficiat in columnas: vel in bases earum. Aut certe vel æris aliquid habere merear in tabernaculo vnde circuli fiãt: & cætera quę sermo diuinus describit. Vtinã mihi esset possibile vnum esse ex principibus: & offerre gẽmas ad ornamentũ pontificis humeralis: & logii. Sed quia hæc supra me sunt: certe vel pilos caprarum habere merear in tabernaculo dei: tñ ne in omĩbus ieiunus: & infœcũdus inueniar. Vnusquisque ergo sicut cõcepit corde. Videte si concipitis: videte si te-
G netis: ne forte effluant quæ dicũtur: & pereãt Volo vos ammonere religionis vestræ exemplis nostris: qui diuinis misteriis interesse cõsuestis. Quõ cũ suscipitis corpus domini: cũ omni cautela: & veneratiõe seruatis: ne ex co parũ quid decidat: ne consecrati muneris aliquid dilabatur. Reos enim vos creditis: & recte creditis: siquid inde per negligentiam decidat. Quã si circa corpus eius conseruandum tanta vtimini cautela: & merito vtimini: quomodo putatis minoris esse piaculi verbũ dei neglexisse: quã corpus eius! Initia ergo iubẽtur offerre: hoc est primitias: qui offert quod primum est: necessario habeat ipse quod reliquũ est. Vide quantum nos oportet abundare auro: quantũ argento: ac reliquis omĩbus quę iubentur offerri vt & dño offeramus: & nobis supersit. Primo eñ oĩm debet sensus meus itelligere deum: & ipsi offerre primitias intellectus sui: vt cũ deum bene intellexerit: reliqua consequenter agnoscat. Hoc etiam sermo faciat. Hoc & omnia quæ in nobis sunt: agant. H
Sed videamus & cætera. Iacynthum & purpurã: & coccũ duplicatũ: & byssum tortam. Quatuor ista sunt ex quibus conficiũtur: vel pontificis indumẽta: vel cætera quæ ad sacrũ parantur ornatum. De his dixerunt quidam ante nos: & sicut non decet aliena furari: ita conueniens puto benedictis alterius nõ abuti fatentem. Ista ergo (vt de priorib9 visum est) quatuor elementorum: ex quibus & mundus constat: & corpus humanum tenet figuram: id est aeris: ignis aquæ: & terræ. Iacynthus ergo ad aerem refertur. Hoc enim ipse indicat color: sicut & coccus ad ignem: purpura quæ tenet figuram: quasi quæ de aquis accipiat fucum. Byssus terræ: quia oritur ex terra. Habemus ergo & nos hęc omĩa in nobis: & qa ex his primitias dño iubemur offerre: ideo dicit Sumite ex vobis ipsis & offerte primitias domino. Verũ illud cõsyderandũ puto: qđ cũ de I
cæteris simpliciter dixit Moyses: tãtũ de cocco addidit duplicatum: & byssum tortã. Requiritur ergo cur alias quidem materias: ex quibus & cætera indicantur elementa/simpliciter dixerit: coccũ quo ignis designatur: solũ posuerit duplicatum! Difficilia hæc ad intelligendũ: & ad proferendum multo difficiliora. Veruntamen prout dominus dederit: tentabimus explanare. Oportet enim & dici aliqua: & aliquanta seruari. Videam9 ergo qua ratione coccũ dixerit duplicatum. Color iste (vt diximus) ignis indicat elementum. Ignis aũt duplicẽ habet virtutẽ. Vnam qua illuminat: aliã qua incedit. Hæc est historiæ ratio. K
Veniamus & ad intellectũ aliũ. Etiã ignis ipse duplex est. Est ignis quidã in hoc sæculo: est & in futuro Dñs Iesus dicit. Ignem veni mittere in terram. Ignis iste illuminat. Item rursus dominus dicet in futuro operariis iniquitatis. Ite in ignẽ ęternũ: quẽ pparauit pr̃ me9 diabolo: & angelis eius. Ille ignis incẽdit. Verũtamẽ iste ignis: quẽ venit mittere Iesus illuminat quidẽ omnẽ hominẽ venientem in hũc mundũ. Habet tamẽ aliquid & quod incẽdat sicut cõfitentur illi qui dicunt: nonne cor nostrũ ardẽs erat intra nos: cũ adaperiret nobis

scripturas? Simul ergo & incendebat: & illuminabat adaperiẽs scripturas. Nescio autẽ si & ille ignis in futuro sæculo: qui incendit: habeat aliquid & qđ illuminet. Est ergo (vt ostẽdimus) natura ignis duplex. Et ideo iubetur
A offerri coccus duplicatus. Quomodo ergo nos offerre possumus ignem illum duplicatũ ad ædificiũ tabernaculi: videamus. Si doctor es: extruis tabernaculum: ædificas ecclesiam dei: dicit ergo & ad te deus: qđ & ad Hieremiam dixit. Ecce dedi verba mea in os tuum: id est ignem. Si ergo docens/ & ædificans ecclesiam dei: increpes tantũmodo: & arguas: & castiges: & peccata populi exprobres: nihil autem consolationis proferas de scripturis diuinis: obscurũ nihil explanes: nihil sciẽtiæ profundioris attingas: nec aliquid intelligentiæ sacratioris aperias: obtulisti quidẽ coccũ: sed non duplicatũ. Ignis enim tuus incẽdit tãtũmodo: & non illuminat. Et rursum si docens: mysteria legis aperias: secretorũ arcana discutias: peccantẽ vero nõ arguas: negligẽtem nõ corripias: seueritatẽ disciplinæ nõ teneas: obtulisti quidẽ coccũ: sed nõ duplicatum. Ignis enim tuus tantum illuminat: non accendit. Qui ergo recte offert: & recte diuidit: coccũ offert duplicatũ. Vt cũ scientiæ lumine: igniculum seueritatis admisceat. Quid autẽ sibi
B velit & byssus torta: videamus. Et hic enim dedit aliquid additamẽti præ cæteris elemẽtis. Byssum diximus terræ habere formã: qđ est caro nostra. Carnem ergo non vult offerri deo fluitãtem luxu: & delitiis resolutam: sed torqueri iubet eã: & cõstringi. Quis ergo est: qui torqueat carnẽ suã? Ille nimirũ: qui dixit. Macero corpus meũ: & in seruitutẽ subiicio: ne forte cũ aliis pdicauerim: ipse reprobus efficiar. Sic ergo est offerre & byssum tortam: carnẽ abstinẽtia: vigiliis: & meditationũ labore cõficere. Offerũtur & pili caprarũ. Hoc genus pecudis in lege pro peccato iubetur offerri. Pilus vero species est emortua: exanguis & exanimis. Hanc qui offert: ostendit in se sensum peccati iam mortuũ: nec in membris suis vltra viuere aut regnare peccatũ. Pelles quoq; offeruntur arietũ. Arietẽ etiã ante nos quidã p furore posuerunt. Et quia pellis mortui animalis indiciũ est: ostendit in se furorẽ mor
C tuũ: qui deo offert arietũ pelles. Post hæc: & viri (inquit) acceperũt a mulieribus suis oẽs quibus visus est sensus: & attulerunt gẽmas: & inaures: & anulos: & discriminalia: & dextralia. Vides & hic quomodo illi afferunt dona deo: qui corde vident: qui intellectũ corde cõcipiũt: qui mẽtẽ intẽtã: & deditã habent ad verbũ dei. Isti ergo afferũt munera: & afferũt etiã a mulieribus suis: inaures (inquit) & gẽmas: & dextralia. Mulieres secũdũ allegoricã rationẽ (sæpe iã diximus) ꝙ caro accipitur: & vir rationabilis sensus. Bonę sunt ergo istę mulieres: quæ obediũt viris suis. Bona est caro: quę iã spiritui nõ repugnat: sed obtẽperat & cõsentit: & ideo si duobus/vel tribus in vobis cõuenerit ex quacũq; re petieritis: fiet vobis: dicit dñs. Offerũt ergo a mulieribus suis inaures. Vides quomodo dño offertur auditus: sed & dextralia domino offeruntur. Opera dextra: & opera bona: quæ p carnẽ geruñt. Hæc dño offerat rationabilis sensus. Sed & discriminalia offeruñt. Offert discriminalia: qui bene scit discernere qđ agẽdũ sit: qđ vitãdũ. Quid deo placeat: quid ve displiceat: quid iustũ sit: quid iniustũ. Ista sunt discriminalia: quæ dño offeruñt. Hę ergo mulieres inaures D
domino offerũt: quia sunt mulieres sapiẽtes. Venerũt enim (inquit) mulieres sapiẽtes: & fecerũt quæcũq; necessaria erãt ad indumẽta põtificis. Illę vero mulieres: quæ inaures suas obtulerũt: vt fieret vitulus: insipientes erant: quæ a veritate quidẽ auerterũt auditũ: ad fa culas autẽ impietatẽq; se cõuerterũt: & ideo obtulerunt inaures suas: vt fieret caput vituli. Sed & in Iudicum libro aliud nihilominus idolũ inuenimus ex mulierũ inauribus factũ. Istæ ergo beatę mulieres. Beata ista caro: quæ domino offert inaures suas: & dextralia sua: & anulos suos: & omnia opera manuũ suarũ quæ in mandatis dñi agit. Additur post hęc.
Quia & apud quẽ inuẽta sunt ligna imputribilia obtulit deo. Siquis diligit Christũ dñm in incorruptione: lignũ ĩputribile offert dño. E
Beatus ergo apud quẽ inuenitur: vel sensus incorruptus: vel corpus ĩcorruptũ: & hoc offert deo. Vnde et bene valde dixit. Apud quẽ inuẽta sunt ligna imputribilia. Nõ eñ apud oẽs inueniuntur ligna imputribilia. de auro nõ dixit: neq; de argẽto: apud quẽ inuẽtũ est. Potest eñ apud oẽs inueniri sensus/ & sermo. Sed nec de quatuor coloribus hoc dixit. Oĩm nãq; est ex quatuor constare secũdum corpus elemẽtis. Ligna aũt imputribilia: id est incorruptionis: & virginitatis gratia: apud rarũ quẽq; inueniri potest: sicut & dñs dicit. Non oẽs capiũt verbum istud: sed quibus datũ est. Sed & principes (inquit) obtulerũt dona sua.
Quæ sunt ista dona: quæ principes offerunt? F
Gẽmas (inqt) obtulerũt: & lapides Smaragdos: et lapides repletionis: et lapides adhumerales. Lapides repletionis dicũtur: qui ponũtur in logio: hoc est: qui in pectore pontificis

collocātur: scripti per nomina tribuū filiorū Israel. Hoc: qđ dicitur logion: id est rationale. qui est pannus exiguus ex auro/& gēmis: coloribusq́ variis: & super humerali contra pectus pontificis annectebatur: formam habet sensus rationabilis: qui in nobis est. In hoc positi dicūtur lapides repletionis: qui tamen cohærēt: & connexi sunt ad lapides humerales: atq́ ex his continentur adstricti. Humeralis ornatus indicium est actuū bonorum. Actus ergo cum ratione: & ratio cum actibus socia-tur: vt sit consonantia in vtroq́. Qui enim fecerit & docuerit: hic magnꝰ vocabitur in regno cœlorum. Sit ergo in nobis sermo de actibus pendēs: & sermonem actus exornent. Hic enim pontificis refertur ornatus. Sed ad hæc explenda principes requirūtur. Iste ornatus eorum est: qui in tantum profecerunt: vt præesse populis mereantur. Offerunt etiam oleū

G principes ad vsus duplices profuturum: lucernis: chrismati. Debet enim lucerna eorum qui populis præsunt: nō abscondi: aut sub modio poni: sed super candelabrū: vt luceat omnibus: qui in domo sunt. Sed & incēsi compositionem principes offerunt: quæ componatur per Moysen in odore suauitatis domino: vt & ipsi dicant: quia Christi bonus odor sumus: & posteaq̄ obtulit populus: vocauit (inquit)

H Moyses omnem sapientem ad fabricandum: & architectum: vt componerent: & fabricarentur singula quæq́: quæ scripta sunt. Sed & mulieres (inquit) sapientes vocauit: vt facerent: quæ conuenirent in tabernaculo domini. Vides ergo omnia quæ fiunt: a sapiētibus fieri: & mulieres sapientes vocantur: & viri sapientes. Omnia enim opera domini in sapientia fiunt. Venit ergo vnusquisq́ sapiēs sensu: & facit opera domini. Non sufficit nobis si offeramus tantum: sed opus est: vt cum sapiētia ea: quæ in nobis sunt: operemur: sciamus miscere aurū cum bysso: & coccum duplicare: vel miscere cum purpura. Quid em̄ tibi prodest si habeas hæc: & vtī his nescias: neq́ agnoscas quomodo vnūquodq́ in suo tempore: & in suo loco aptare debeas: & proferre? Et ideo danda nobis est opera: vt sapientes simus: & hæc: quæ audimus de scripturis sanctis proferre in tempore: & aptare possimus: & componere: atq́ ex his adornare tabernaculum deo Iacob. Per Iesum Christū dominū nostrum: cui est gloria: & imperium in sęcula sæculorum. Amen.

Expliciunt Homiliæ Origenis in Exodum.

Incipit Tractatus in Leuiticum.

Homilia Prima. Super. I. Cap.

Sicut ī nouissimis diebus verbū dei ex Mariæ carne vestitū ꝓcessit in hūc mūdū: & aliud quidē erat: qđ videbatur in eo: aliud qđ intelligebatur. Carnis nā̄q́ aspectus ī eo patebat oībus: paucis vero: & electis dabať diuinitatis agnitio. Ita & cū per ꝓphetas: vel legislatorē verbū dei ꝓferť ad hoīes: nō absq́ cōpetētibus ꝓferť indumētis. Nā sicut ibi carnis: ita hic literæ velamine tegitur. Vt litera qdē aspiciať tāq̄ caro: latēs vero intrinsecus spiritalis sensus: tanq̄ diuinitas sentiať. Tale ergo est qđ & nūc inuenimus librū Leuitici reuoluētes: in quo sacrificiorū ritus: & hostiarū diuersitas: ac sacerdotū ministeria ascribūtur. Sed hæc secūdū literā: quę tāq̄ caro verbi dei est: & indumentū diuinitatis eius: digni fortasse: vel aspiciāt: vel audiāt & indigni. Sed & beati sunt illi oculi: qui velamine literæ obtectū intrinsecus diuinū spiritū vidēt: & beati sunt: q ad hæc audiēda mūdas aures interioris hoīs deferūt. Alioqn aperte in his sermonibus occidēte literā sentiēt. Si em̄ secūdū quosdā etiā nostrorū intellectū simplicē sequar: & absq́ vlla (vt ipi ridere nos solēt) stropha verbi: & allegoriæ nubilo: vocē legislatoris excipiā: ego ecclesiasticus sub fide Christi viuens: & in medio ecclesiæ positus: ad sacrificādū vitulos: & agnos: & ad offerēdā similā cum thure: & oleo: diuini ꝓcepti auctoritate cōpellor. Hoc em̄ agūt: q deseruire nos historiæ: & seruare legis literā cogunt. Sed tēpus est nos ad K
uersus improbos presbyteros vti sanctæ Susannæ vocibus: quas illi qdē repudiātes: historiā Susannę de cathalogo diuinorꝫ voluminū desecarūt. Nos aūt & suscipimꝰ: & opportune cōtra ipos ꝓferimꝰ/dicētes. Angustię mihi sunt vndiq́. Si em̄ hoc cōsensero vobis: vt legis literā sequar: mors mihi erit. Si aūt nō cōsensero: nō effugiā manus vestras. Sed melius est me sine nullo gestu incidere in manus vestras: q̄ peccare in cōspectu dn̄i. Incidamus ergo & nos (si ita necesse est) in obtrectationes vestras: tātū vt veritatē verbi dei sub literæ tegmine coopertā ad Christū iā dn̄m cōuersa cognoscat ecclesia. Sic em̄ dixit Apostolus.

Quia si cõuersus quis fuerit ad dominũ: au-feretur velamen. Vbi enim spiritus dñi: ibi libertas. Ipse igitur nobis dñs: ipse sanct⁹ spiritus depcãdus est: vt omnẽ nebulã: omnẽq; caliginẽ: quæ peccatoꝝ sordibus cõcreta: visum nostri cordis obscurat: auferre dignet: vt possimus legis eius intelligẽtiã spiritalẽ: et mirabilẽ cõtueri: secũdũ eũ: qui dixit. Reuela oculos meos: et cõsiderabo mirabilia de lege tua. Igit q̃ possumus breuiter pauca pstringam⁹ ex multis: nõ tã singulorũ verboꝝ explanationi studẽtes. Hoc em̃ facere p otiũ scribẽtis est. Sed q̃ ad ædificationẽ ecclesiæ ptinẽt: pferentes: vt occasiones potius intelligentiæ auditoribus demus: q̃ expositionũ latitudinẽ prosequamur: secũdũ illud: qđ scriptũ est. Da occasionẽ sapiẽti: et sapiẽtior erit. Principiũ ergo
A Leuitici dicit. Quia vocauit dñs Moysen: et locutus est illi de tabernaculo testimonii: vt promulgaret filiis Israel sacrificiorũ leges: et munerũ: et ait. Si homo munus offerat dño: offerat ex bobus vel pecoribus: id ẽ agnis: vel hœdis. Si vero ex auibus turtures: vel pullos colũbarũ. Si vero nõ homo: sed anima offerat munus deo: ex simila (inqt) offerat panes azimos coctos in clybano: vel certe similã ex sartagine ĩ oleo cõsperſam: aut ex craticula: oleo nihilominus subactã. Tum deinde edocemur quia fermẽtatũ nihil oĩno oportet offerri ad altare dei: neq; mellis qcq̃ sacrificiis admisceri: sed sale saliri omne sacrificiũ: vel mun⁹. Secũdo in loco de primitiarũ pcepit sacrificiis: quæ recentia tosta: bene purgata offerri dño iubet. Post hæc sub eadẽ legis cõtinẽtia de sacrificiis salutaribus iniũgit. Primo ex bobus. secũdo ex ouibus: in qbus tamẽ liceat: siue in agnis: siue in hœdis: vel fœminas offerre: vel mares: & nihil pter hæc animalia decernit in
B sacrificiis salutaribus offerẽdũ. Sed repetam⁹ paululũ: & videam⁹ primo oĩm qdẽ qđ dicit. Homo ex vobis si offerat munus: quasi vero possit alius aliqs offerre: q̃ homo: & vtiq; suffecisset dicere: siquis ex vobis offerat munus: sed nũc dicit. Si homo ex vobis offerat mun⁹.

In cõsequẽtibus vero dicit. si aũt anima offerat munus. In posterioribus porro: cũ secũdo iam loquit dñs ad Moysen: & mãdat de sacrificiis p peccato offerẽdis: ita dicit. Si pontifex peccauerit: offerat illud: & illud. Vel si oĩs synagoga peccauerit: vel si principes peccauerint: vel si anima vna peccauerit: mandat singulis qbusq; qd offerãt? Quid ergo? Inanem putamus esse istã psonarũ distinctionẽ: vt aliud qdẽ offerendũ sub hoĩs appellatione: aliud sub animæ: aliud sub põtificis: aliud vero sub synagogæ: aliud etiam sub principis: vel sub vnius animę cognominatione mãdetur? Ego C
interim pro exiguitate sensus mei: hoc ĩ loco hominẽ: quẽ appellauit: & primũ in omnibus posuit ad offerendũ munus deo: intelligendũ esse omne humanũ arbitror genus: & ipsum dici hominẽ: q holocaustũ offerat. Vitulũ ex bobus sine macula. Iste autem vitulus sine macula: vide si nõ ille saginatus est vitulus: quẽ pater regresso ac restituto sibi illo: qui perierat filio: quiq; omnẽ eius substãtiam dilapidauerat: iugulauit: & fecit cõuiuiũ magnũ: & lętitiã habuit. Ita vt lætarentur angeli in cœlo super vno peccatore pœnitentiã agente. Homo ergo iste: qui perierat: & inuẽtus est: quoniã nihil habuit propriæ substantiæ qđ offerret: cuncta nanq; dilapidauerat viuens luxuriose: inuenit istum vitulum cœlitus quidem missum: sed ex patriarcharũ ordine: & connexis ex Abraham generationũ successionibus venientem: & idcirco non dixit vitulum: & siluit: vt videatur vitulus quicũq; mandatus: sed vitulũ ex bobus: id est ex patriarcharum generatione veniẽtẽ. Est autem masculus sine D
macula. Masculus vero est: qui peccatum: qđ est fœmineæ fragilitatis ignorat. Solus ergo ille masculus: solus sine macula est: qui peccatum non fecit: nec dolus inuentus est in ore eius. Et qui acceptus contra dominũ: offeratur ad ostium tabernaculi. Ad ostium tabernaculi: non est intra ostium: sed extra ostium. Extra ostium etenim fuit Iesus: quia in sua ppria venit: & sui eum non receperunt. Nõ est ergo ingressus tabernaculum illud: ad quod venerat: sed ad ostium eius oblatus est in holocaustum: quia extra castra passus est. Nam & illi mali coloni venientem filium patrisfamilias eiecerunt foras extra vineam: & occiderunt. Hoc est ergo: qđ offertur ad ostium tabernaculi: acceptum contra dominũ: & quid tam acceptum: q̃ hostia Christi: qui seipsum obtulit deo: & tamen imponẽt manum suam (inquit) super caput hostiæ: & iugulabũt vitulum contra dominũ: & offerent filii Aaron E
sacerdotes sanguinem: & effundent sanguinem ad altare in circuitu: quod est ad ostium tabernaculi testimonii. Potest quidem videri ob hoc dictum: qđ de filiis Aaron erãt Anna & Cayphas: & cæteri omnes qui consiliũ agẽtes contra Iesum pronũtiauerunt eum reum mortis: & effuderunt sanguinẽ eius circa basim altaris tabernaculi testimonii. Ibi enim effunditur sanguis: vbi erat altare: & basis ei⁹: sicut ipse dominus dixit. Quia non capit perire prophetã extra Hierusalem. Posuit ergo

et manũ suam super caput vituli. Hoc est pec cata generis humani iposuit super caput suũ. Ipse est enim caput corporis ecclesiæ suæ. Sed & hoc fortasse non sine causa fit: qđ cum superius dixisset: applicabit eum ad ostium taber
F naculi testimonii. In posterioribus repetit: & iterum dicit: ad altare: qđ est ad ostium tabernaculi testimonii. Quasi non eundem locum sub eadem narratione semel designasse suffecerit. Nisi quia forte hoc intelligi voluit qđ sanguis Iesu nõ solum in Hierusalem effusus est: vbi erat altare: & basis eius: & tabernaculum testimonii: sed & qđ supernum illud altare: qđ est in cœlis: vbi & ecclesia primitiuorũ est idẽ ipse sanguis aspersus erit: sicut & Apostolus dicit: quia pacificauit per sanguinẽ crucis suæ: siue quæ in terra sunt: siue quæ in cœlis. Recte ergo secundo nominat altare: qđ est ad ostium tabernaculi testimonii: quia non solum pro terrestribus: sed etiam pro cœlestib[9] oblatus est hostia Iesus: & hic quidem pro hominibus ipsam corporalem materiam sanguinis sui fudit: in cœlestibus vero ministrantibus: siqui illi inibi sunt sacerdotibus: vitalem corporis sui virtutem: velut spiritale quod-
G dam sacrificium immolauit. Vis autem scire quia duplex hostia in eo fuit conueniẽs terrestribus: & apta cœlestibus? Apostolus ad Hebręos scribens dicit. Per velamen: id est carnẽ suam. Et iterum. Interius velamen interpretatur cœlum: qđ penetrauit Iesus: vt adsistat nunc vultui dei pro nobis: semper (inquit) viuens ad interpellandũ pro his. Si ergo duo intelliguntur velamina: quæ velut pontifex ingressus est Iesus: consequẽter & sacrificiũ duplex intelligendum est: per qđ & terrestria saluauerit: & cœlestia. Deniq; & ea quę sequunť
H plus cœlesti sacrificio: q̃ terreno videnť aptãda: & decoriantes (inquit) holocaustum diuident illud mẽbratim: & imponent filii Aaron sacerdotis ignẽ super altare: & constipabunt ligna in ignem: & imponent filii Aaron sacerdotis diuisa membra: & caput: & adipes: & ligna: quæ sunt super altare. Interanea vero: & pedes lauabũt aqua: & imponet sacerdos oĩa super altare: hostia est: & sacrificiũ: odor suauitatis dño. Quomodo decorietur caro verbi dei: qđ hic vitulus nominatur: & quomodo mẽbratim diuidatur a sacerdotib[9]: operępretium est aduertere. Ego puto qđ ille sacerdos detrahit corium vituli oblati in holocaustum: & deducit pellẽ: qua mẽbra eius contegũtur: qui de verbo dei abstrahit velamẽ literæ: & interna eius: quæ sunt spiritalis intelligẽtiæ mẽbra denudat: & hęc mẽbra verbi interioris scientiæ: nõ in humili aliquo loco ponit: sed in alto: & sancto: id est super altare collocat: cum non indignis hominibus: & humilem vitam: ac terrenã ducẽtibus pandit diuina mysteria: sed illis: q altare dei sunt: in quibus semper ardet diuinus ignis: & semper cõsumitur caro. Super hos ergo tales mẽbratim diuisus iste holocausti vitulus collocatur. Di I
uidit nãq; membratim vitulũ: qui explanare per ordinẽ potest: & competenti distinctione differere qui sit ꝑfectus/ Christi fimbriam cõtigisse: qui vero pedes eius lauisse lachrymis & capillis capitis extersisse. Quãto autem iis potius sit caput eius vnxisse myrrha: sed & in pectore eius recubuisse quid habeat eminentiæ? Horum ergo singulorũ causas differere: & alia quidem incipientibus: alia vero iis: qui iam proficiũt in fide Christi: alia aũt illis: qui iã perfecti sunt in sciẽtia: & charitate ei[9] aptare: hoc est mẽbratim vitulum diuisisse. Sed & qui nouit ostendere quæ fuerint legis principia: qui etiã in prophetis profect[9] accesserit: quæ vero in euãgeliis plenitudo perfectionis habeatur: vel qui docere potest: quo verbi lacte alẽdi sunt paruuli in Christo: & quo verbi olere refouẽdi sint: qui infirmãtur in fide: qs etiã sit cibus solidus/ & fortis: quo impinguãdi sint athletæ Christi: qui hæc singula nouit spiritali ratione diuidere: potest huiusmodi doctor ille sacerdos videri: q imponit super altare holocaustũ per mẽbra diuisum. Addit & K
ligna altari: quo ignis animetur: & ardeat his a quo non solum de corporalibus virtutibus Christi: sed etiã de diuinitate ei[9] sermo miscetur. Desursum eñ est diuinitas Christi: quo ignis iste festinat. Conueniẽter ergo oĩa hæc: quæ in corpore a Saluatore gesta sunt: cœlestis ignis adsumpsit: & ad diuinitatis eius naturam cũcta restituit. Lignis tamẽ adhibitis: ignis iste succenditur. Vsq; ad lignum enim carnis passio fuit Christi. Vbi autẽ suspensus in ligno est: dispẽsatio carnis finita est. Resurgens enim a mortuis: ascendit in cœlum: quo iter eius natura ignis ostendit. Vnde & Apostolus dicebat: quia & si cognouimus Christũ secũdum carnem: sed nunc iam nõ nouimus. Holocaustum nãq; carnis eius per lignũ crucis oblatũ: terrena cœlestibus: & diuinis humana sociauit. Interanea sane cum pedibus L
aqua dilui iubet sermo p̃cepti: sacramẽtũ baptismi sub figurali p̃dicatione denũtians. Nã interanea diluit: qui conscientiã purgat. Pedes abluit: q cõsummationẽ suscipit sacramẽti: & scit quia qui mũdus est: non indiget: nisi vt pedes lauet: & quia partẽ quis habere non

A potest cũ Iesu: nisi lauerit pedes eius. Verum si hæc etiã ad moralẽ locũ inclinare velis: habes & tu vitulũ: quẽ offerre debeas. Vitulus est: & qdẽ valde superbus: caro tua. Quã si vis munus dño offerre: vt eã castã: pudicãq̃ custodias: adduc eã ad ostium tabernaculi: idest vbi diuinorũ librorũ suscipere possit auditũ. Masculinũ sit munus tuũ: fœminam nesciat: cõcupiscẽtiã respuat: fragilitatẽ refugiat: nihil dissolutũ reqrat: aut molle. Impone etiam manũ tuã super hostiã tuã: vt sit accepta dño & iugula illã contra dominũ. hoc est impone ei cõtinẽtiæ frenũ: & manũ disciplinę ne aufe ras ab ea: sicut imposuit manũ carni suæ: ille qui dicebat: macero corpus meũ: & seruituti subiicio: ne forte cum aliis pdicauero: ipse reprobus efficiar. Et iugula eã contra dominũ: mortificans sine dubio membra tua quę sunt

B super terrã. Sed & filii Aaron sacerdotis offerant sanguinẽ eius. Sacerdos in te est: & filii eius: mens quæ in te est: & sensus eius: q merito sacerdos: & filii sacerdotis appellãtur. Soli eñ sunt: q intelligũt deũ: & capaces sunt sciẽtię dei. Vult ergo sermo diuinus: vt rationabili sensu carnẽ tuam in castitate offeras deo: secundũ qđ Apostolus dicit. Hostiam viuam/ sanctam/placentem deo: rationabile obsequiũ vestrũ. Et hoc est per sacerdotem: vel filios sacerdotis offerre sanguinẽ ad altare: cũ & corpore & spiritu quis castus efficit. Sunt eñ & alii: qui offerunt quidẽ holocaustũ carnẽ suã: sed nõ per ministeriũ sacerdotis. Nõ eñ sciẽtes: nec secũdũ legẽ: quæ in ore sacerdotis est:

C offerunt. Sed sunt quidẽ casti corpore: anima autẽ inueniũtur incesti. Aut enim gloriæ humanæ cõcupiscẽtia maculãtur: aut cupiditate auaritiæ polluũtur: aut inuidiæ: ac liuoris infelicitate sordescunt: vel furẽtis odii: & iræ immanitate vexantur. Quicunq̃ ergo tales sunt: licet corpore casti sint: tamẽ nõ offerũt holocausta sua per manus: & ministeria sacerdotis. Non est enim in eis cõsiliũ: & prudẽtia: quæ sacerdotio fungitur apud deũ. Sed sunt ex illis quinq̃ virginibus stultis: quę virgines quidem fuerunt: & castitatem corporis seruauerunt: oleum autẽ charitatis: & pacis: & reliquarũ virtutũ: in vasis suis cõdere nescierũt: & idcirco exclusæ sunt a thalamo sponsi: quoniã sola carnis cõtinentia ad altare dominicũ nõ potest peruenire: si reliquis virtutibus: & sacerdotalibus ministeriis deseratur. Et ideo qui hæc legimus: vel audimus: in vtrãq̃ partem operam dare debemus: casti esse corpore/ recti mente: mũdi corde: moribus emẽdati: p ficere in operibus: vigilare in scientia: fide: & actibus/gestis/& intellectibus esse perfecti: vt ad similitudinem hostiæ Christi conformari mereamur. Per ipsum dominũ nostrũ Iesum Christum: per quem deo patri omnipotenti cum sancto spiritu est gloria: & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

De sacrificiorum ritu: hoc est de muneribus salutaribus: & pro peccatis: & quomodo offert pontifex pro peccato suo: & pro peccato synagogæ: vel pro anima: quæ ex populo terræ peccauerit: non voluntate. Homilia Secunda. Cap. I. & II.

Vperior qdẽ de principio Leuitici disputatio edocuit nos legẽ sacrificiorũ: quę munera appellãtur: vt si homo mun⁹ offerat ex animalibus: id offeret ex bobus: vel ouibus: vel etiã capris. Si vero ex auibus: turturũ par: aut duos pullos colũbinos adhiberet. Si vero anima offerat munus: similam offeret ex clybano: id est panes ex simila azimos: aut similã oleo conspersam ex sartagine: vel etiã craticula. Si aũt sacrificiũ offerat primitiarũ: de primitiis frugũ: vt simila sit recẽs id est noua: igni quoq̃ eã torreri vult: & medio fractam esse: ne multũ minutatũ sit: quia primitię sunt: & bene purgata sit. Oleũ quoq̃ & thus: vt imponãtur sup eã: & sic offeratur. At vero siquis offerat sacrificium salutare: ex bobus iubetur offerre: vel etiã ex ouibus: siue capris: & exceptis his nullum aliud sacrificii genus substituitur in salutaribus hostiis. Nã pro peccatis nõ volũtariis: generaliter quidẽ anima iubetur offerre. Et post hæc per diuersas itur: variasq̃ personas: & iubetur. siquidẽ pontifex sit: qui deliquit: & offert sacrificiũ p peccato: vt vitulũ in holocaustum offerat: sed nõ eo ritu: quo illum pro munere obtulit. De hoc enim tãtum adipes: & duos renes cũ adipibus suis: & adipem: qui tegit interiora: imponet super altare holocaustorum. De sanguine quoq̃ eius intingens digitum suũ: respergit septies contra dominũ: & linit ex eo cornua altaris incensi. Cæteras aũt carnes cũ corio: & interaneis: & stercore: extra castra igni cremari iubet in loco mũdo. Obseruãdũ sane est: qđ in peccato pontificis non addidit legislator: quia per ignorantiam: aut non voluntate peccauerit. Neq̃ enim cadere ignorantia poterat in eũ: qui vt cæteros doceret: prouectus est. Si aũt totius synagogæ peccatũ fuerit: vitulum nihilominus in holocaustũ syna

Right margin letters: D (beside "Vperior qdẽ de principio"), E (beside "anima iubetur offerre. Et post hæc per diuer"), F (beside "ctus est. Si aũt totius synagogæ peccatũ fue").

goga iubetur offerre. Sed in peccato synago-
gæ dicitur: si ignorauerit: & latuerit verbum
ab oculis synagogæ: & fecerit vnũ ab omnib⁹
mandatis domini: qđ non fiet: vnde apparet
etiam omnẽ synagogam posse delinquere per
ignorantiam: qđ & dominus cõfirmat in euã
geliis: cum dicit. Pater remitte illis: non enim
sciunt quid faciũt. Qđ si princeps fuerit: qui
offert hostiam pro peccato: hircũ ex capris iu
betur offerre: Non holocaustũ: sed tãtum vt
de sanguine eius imponat sacerdos super alta
re: & omnẽ adipem eius offerat in altari. Reli
quũ autẽ sacerdotibus remaneat ad edendũ:
sanguine tantũ ad basim altaris effuso. Si ve-
ro anima fuerit (inqt) vna quæ offert pro pec
cato: capram fœminã offerat: ritu scilicet eo-
dem: quo hircũ superius diximus immolatũ.
Qđ si nõ valuerit (inquit) manus eius ad ca-
pram: vel ad agnũ: par turturum offerat: aut
duos pullos columbarum. Qđ si nec hoc inue
niet: decimã partẽ offæ similaginis sine oleo
& sine thure mãdatur offerre. Hæc quidẽ no
bis singula priori lectione recitata sunt: verũ
explanatio eorũ: quoniã tempore excludeba-
mur: omissa est: de qua nũc paucis cõmonere
studiosos quosq;: & eos qui etiã præteritarũ
meminerint lectionũ: absurdum nõ puto: q̃q̃
ad ea: quæ nuper recitata sunt: vrgeamur: &
G primo velim videre quę sit ista differentia: q̄
alia quidẽ hominẽ dicit offerre: alia animam:
alia pontificẽ: alia synagogã: alia principem:
alia vnam animã ex populo terræ: & puto qui
dem hominẽ illũ debere intelligi: qui ad ima-
ginẽ: & similitudinẽ dei factus: rationabiliter
viuit. Hic vero munus offert deo vitulũ: cũ
carnis superbiam vicerit. Ouem: cum irratio
nabiles motus: insipientesq; correxerit. Hœ-
dum: cũ lasciuiã superauerit. Offert etiã par
turturum: cũ nõ fuerit solus: sed mentẽ suam
verbo dei velut viro coniugi sociauerit: sicut
hoc genus auiũ: vnũ dicitur: & castũ seruare
coniugium. Offert etiã & duos pullos colum
batum: cũ & ipse intellexerit mysterium: quo
oculi sponsæ sicut colũbæ dicũtur ad plenitu
dines aquarũ: & collũ ei⁹ sicut turturis. Hæc
ergo sunt hoĩs secũdũ qđ supra exposuimus:
H munera. Animæ autẽ munera: lõge inferiora
describit. Anima hæc neq; vitulũ habet: neq;
ouẽ: neq; hœdũ: quẽ offerat deo: sed ne par q̄-
dem turturũ: aut duos pullos inuenit colũba
rũ. Similam tãtũ habet: ex ipsa panes azimos
offert a clybano: ex ipsa in sartagine opus fa-
ctũ: vel in craticula oleo permixtũ. Videtur
mihi hæc: quæ anima appellata est: homo ille:
quem Paulus animalem hominem nominat:
intelligẽdus: qui etiã si peccatis nõ vrgeatur:
nec sit præceps ad vitia: non tamen habet ali-
quid in se spiritale: & quod figuraliter carnes
verbi dei reputentur. Sic enim de eo ipse Pau
lus apostolus dicit. Quia animalis homo non
percipit ea: quæ sunt spirit⁹ dei. Stultitia em̃
est illi: & non potest intelligere: quia spiritali
ter diiudicatur. Spiritalis autẽ examinat oĩa.
Iste ergo: qui anima nominatur: non potest of
ferre omnia: quia examinare nõ potest omnia
sed offert solã similam: & panes azimos: id est
communẽ hanc vitam. Verbi gratia. In agri-
cultura: aut in nauigãdo: aut in aliquibus cõ
munis vitæ vsibus posita: offert tamẽ etiam
ipsa munus deo: licet solã similã dicat offerre
oleo tantum conspersam. Omnis enim anima
eget oleo diuinæ misericordiæ: nec præsentẽ
vitam euadere quispiam potest: nisi ei oleum
cœlestis miserationis adfuerit. Secũdo in lo- I
co: primitiarũ: id est de initiis frugum man-
datur oblatio. Qđ si bene meministis: in die
pentecostes fieri lex iubet. In quo illis plane
vmbra data est. Nobis autem veritas reserua
ta est. In die em̃ Pentecostes oblato oratio-
nũ sacrificio: primitias aduenietis sancti spi-
ritus apostolorũ suscepit ecclesia. Et vere hęc
fuerũt recẽtia: quia erat nouũ: vnde & musto
repleti dicebantur. Igni tosta: igneæ nãq; lin-
guæ supra singulos consederũt: & medio fra-
cta. Frãgebãtur enim media: cũ litera separa-
batur ab spiritu: & bene purgata. Purgat nã-
q; oẽs sordes præsentia sancti spiritus: remis-
sionẽ tribuens peccatorũ. Oleum quoq; mise-
ricordiæ huic sacrificio infundit: & thus sua
uitatis: per qđ Christi bonus odor efficimur.
Post hæc de sacrificiis salutarib⁹ dicit: quę K
ex animalibus: id ẽ bobus: vel capris: atq; oui-
bus offerũtur: & nihil his vltra substituit ad
immolandũ: sed ne de auibus quidẽ: quæ supe
rius in offerendis muneribus fuerant substi-
tutæ. Iste enim: qui salutares hostias offert: si
ne dubio iam suæ salutis est cõscius: & ideo q̄
ad salutẽ peruenit: necesse est: vt quæ magna
& perfecta sunt: offerat. Sic enim & Aposto-
lus dicit. Perfectorum autẽ est cibus solidus.
Dehinc ad offerendas p̄ peccatis victimas sa
crificiorũ ordo dirigitur: in quo & secũdo di
citur. Locutus est domin⁹ ad Moysen/dicẽs.
Anima quæcũq; peccauerit corã dño: nõ vo-
lũtate. Recte animã dicit: quã peccare descri-
bit. Non enim spiritũ vocasset: quem diceret
peccatorem. Sed ne hominẽ quidem hũc dice
ret: in quo nequaq̃ imago dei peccato interue
niente cõstaret. Non ergo est spiritus ille: qui
peccat. Fructus enim spirit⁹ est (vt describit

Apostolus) charitas/gaudium/pax/patiētia. & cætera his similia:quæ etiā fructus vitæ appellantur. Deniq; & alibi dicit. Qui seminat in carne:de carne metet corruptionē. Et qui seminat in spiritu: de spiritu metet vitā æternam. Quoniam ergo alius est:qui seminat:& alius est: in quo seminatur. Seminat autē vel in carne:cū peccatur:vt metat corruptio: vel in spiritu:cū secūdū deū viuitur: vt metatur vita æterna. Cōstat animā esse:quę vel in carne:vel in spiritu seminat: & illā esse: quæ vel in peccatū ruere possit: vel cōuerti a peccato. Nā corpus sequela eius est:ad quodcūq; delegerit:& spiritus dux eius est ad virtutē: si eū
A seq velit.Sed hæc generaliter dicta sunt.Nūc vero per species diuidunt. Si pōtifex(inquit) qui vnctus est:peccauerit:& populum fecerit peccare:offerat pro peccato suo vitulū de bobus sine macula domino. Terror simul:& misericordia in diuinis legibus ostētatur: ita ne tādem nihil tutū est:nec pontifex quidem? & qui pontifex? Ipse:qui vnctus est: ipse:qui sacris ignib⁹ diuina succēdit altaria:q deo munera:& salutares hostias imolat: qui īter deū & homines medius quidā repropitiator īteruenit. Nec iste inquā ipse īmunis manet a cōtagione peccati.Sed vide misericordiam dei: & plenius eam(Paulo docēte) cognosce. Ipse eñ ad Hebræos scribēs dicit.Oīs nāq; pontifex ab hoībus adsumptus: pro hoībus cōstituit:ad offerendas hostias deo.Et paulo post. Lex(inquit)hoīes cōstituit sacerdotes īfirmitatē habētes: vt possint: sicut pro sua:ita etiā pro populi īfirmitate offerre.Vides ergo dis
B pensationē diuinæ sapientiæ. Sacerdotes statuit. Nō eos:qui omnimodo peccare non possent:alioquin nō essent homines. Sed eos: qui imitari quidē debeant illum:qui peccatū non fecit. Offert autē hostias primo pro suis:post ea pro populi delictis. Sed quid præcipue in huiusmodi sacerdote mirandū est: non vt nō peccet: qđ fieri non potest: sed vt agnoscat:& intelligat peccatum suū.Nunq̄ enim se emendat:qui peccasse se nō putat.Simul quia & facilius pōt indulgere peccātibus: is q alicuius
C infirmitatis suæ cōsciētia remordet.Quæ est autē oblatio sacerdotis pro peccato? Vitulus (inqt) ad holocaustū. Secūdo inuenimus offerri a pontifice vitulum in holocaustū:semel pro munere:semel pro peccato.Sed ille:qui offertur in munere:super holocausti altare cōsumitur.Qui vero pro peccato:extra castra: cū corio:& interaneis:ac stercore:in loco mūdo iubetur exuri:adipibus solis in altare oblatis:& renib⁹.Quæ singula diuidere:ac discernere: q̄uis & supra nostras vires sit: & supra auditū vestrū: tamē aliquas vobis ad intelligēdum occasiones conquirere: atq; in mediū proferre tētabimus. Vide ergo ne forte Iesus quē Paulus dicit pacificasse per sanguinē suū: nō solū quæ in terris:sed & quę in cœlis sunt idem ipse sit vitulus,qui in cœlis quidem: nō pro peccato:sed ꝓ munere oblatus est. In terris autē: vbi ab Adam:vsq; ad Moysen regnauit peccatū:oblatus sit pro peccato:& hoc est passum esse extra castra. Extra illa (opinor) D
castra: quæ viderat Iacob: angelorum dei castra cœlestia.De quibus scriptū est in Genesi. Et suspiciens Iacob vidit castra dei in apparatu:& occurrerūt illi angeli dei: & dixit Iacob cum videret eos:castra dei sunt hæc.Extra illa ergo castra cœlestia:est omnis: in quo habitamus nos: locus iste terrenus: in quo in carne passus est Christus.Qđ vero dicit:quia cū stercore exuritur:& interaneis:vide ne forte ad comparationem cœlestium corporum corpus;istud humanę naturę:stercus figuraliter appelletur.Terra eñ est: & de terra sumptū. Sed & cophinus ille stercoris: qui ad radices succidendæ ficulneæ mittitur: quid aliud: q̄ mysterium susceptæ in corpore dispēsationis ostēdit? Nec tamen ei interanea deesse dicuntur. Quis enim vilem serui gesserit formā / plenitudo tamen in eo diuinitatis habitabat. Hæc q̄uis audacter discussa sint: tamen fideliū quorūq; nutriri semp ad maiora debet auditus. Eadē quoq; etiam de synagogæ vitulo accipiēda sunt.In morali aūt loco:potest pōtifex iste sensus pietatis: & religionis videri: q E
in nobis per orationes:& obsecrationes: quas deo fundimus:velut quodam sacerdotio fongitur.Hic si in aliquo deliquerit: omnē continuo:qui intra nos est: bonorum actuū peccare populum facit. Neq; enim recti operis aliquid gerim⁹:cum in prauū declinauerit dux bonorū operū sensus: & ideo ad huius emendationem non qualiscūq; hostia:sed ipsius saginati vituli regritur sacrificiū. Similiter & synagogæ culpa:hoc est omniū:quę intra nos sunt:virtutū emēdatio:non aliter:q̄ ex Christi mortificatiōe reparatur. Si vero princeps F
(inquit) peccauerit: hircū offerat ex capris. Princeps iste potest videri vis rationis quę intra nos est. Quæ si peccet ī nobis:& stultū aliquid agamus:pertimescēda nobis est illa sententia Saluatoris:quæ dicit. Vos estis sal terræ. Si autē sal infatuatū fuerit: ad nihil valet nisi vt proiiciat foras:& cōculcetur ab hominibus.Habet ergo & iste hostiā suā.Sed & anima (inquit) vna si peccauerit:caprā fœminā

similiter offerat: secundũ illã substitutionem hostiarum: quã superius memorauimus. Sed
G fortasse dicãt auditores ecclesiæ. Melius fere agebatur cum antiquis: q̃ nobiscum: vbi oblatis diuerso ritu sacrificiis: peccantibus venia prestabat. Apud nos vna tãtũmodo venia est peccatorũ: quæ per lauacri gratiã in initiis datur. Nulla post hæc peccãti misericordia: nec venia vlla cõceditur. Decet quidẽ districtioris esse disciplinę Christianũ: p quo Christus oblatus est. Pro illis oues/hirci/boues/iugulabantur: & aues: & simila cõspergebatur: pro te dei filius iugulatus est: & iterũ te peccare delectat? Et tamen ne tibi hæc nõ tam erigãt animos pro virtute: q̃ pro desperatione deiiciant: audisti quãta sint in lege sacrificia pro peccatis: audi nũc quãtæ sint remissiones pec
H catorũ in euãgeliis. Est ista prima: qua baptizamur in remissionẽ peccatorum. Secũda remissio est in passione martyrii. Tertia est: quę pro elemosyna daẽ. Dicit enim Saluator. Verũtamẽ date elemosynam: & ecce omnia mũda sunt vobis. Quarta nobis fit remissio peccatorũ: per hoc: quod & nos remittimus peccata fratribus nostris. Sic enim dicit ipse dominus & Saluator noster: quia si dimiseritis fratribus vestris ex corde peccata ipsorum: & vobis remittet pater vester peccata vestra. Q2 si nõ remiseritis fratribus vestris ex corde: nec vobis remittet pater vester: & sicut in oratione nos dicere docuit. Remitte nobis debita nostra: sicut & nos remittimus debitoribus nostris. Quinta peccatorũ remissio est: cũ cõuerterit qs peccatorẽ ab errore viæ suę. Ita eñ dicit scriptura diuina: quia qui cõuerti fecerit peccatorẽ ab errore viæ suæ: saluat animã eius a morte: & cooperit multitudinẽ pctõrũ. Sexta quoq͡ fit remissio per abũdãtiã charitatis: sicut & ipse dñs dicit. Amen dico tibi: remittunẽ ei peccata multa: quoniã dilexit multũ: & Apostolus dicit. Quoniam charitas cooperit multitudinẽ peccatorum. Est adhuc & septima: licet dura: & laboriosa per pœnitentiã remissio peccatorũ: cũ lauat peccator in lachrymis stratum suũ: & fiunt ei lachrymæ suæ panis: die: ac nocte: & cũ nõ erubescit sacerdoti domini indicare peccatũ suũ & querere medicinam secũdum eum: qui ait. Dixi: pnũtiabo aduersum me iniustitiã meã domino: & tu remisisti impietatẽ cordis mei. In quo impletur & illud: qđ Iacobus apostolus dicit. Si quis autẽ infirmatur: vocet presbyteros ecclesiæ: & imponant ei manus: vngentes eum oleo in nomine domini: & oratio fidei saluabit infirmũ: & si in peccatis fuerit: remittentur ei. Et tu ergo cũ venis ad gratiã
I baptismi: vitulũ obtulisti: qa in morte Christi baptizaris. Cũ vero ad martyriũ duceris: hircũ obtulisti: quia authorẽ peccati diabolũ iugulasti. Cum vero elemosynã feceris: & erga indigentes affectũ misericordiæ sollicita pietate dependeris: altare sacrum hœdis pinguibus onerasti. Nam si ex corde remiseris peccatum fratri tuo: & iracũdiæ tumore deposito: mitem intra te: & simplicem recollegeris animũ: immolasse te arietem: vel agnũ in sacrificium obtulisse confide. Porro autem si diuinis lectionibus instructus meditando sicut columba: & in lege dñi vigilãdo die/ac nocte: ab errore suo cõuerteris peccatorẽ: & abiecta nequitia ad simplicitatẽ eũ columbæ reuocaueris: atq͡ adhærẽdo sanctis: feceris eum societatem turturis imitari: par turturũ: aut duos pullos columbarũ domino obtulisti. Q2 si illa quę spe: & fide maior ẽ charitas: abundauerit in corde tuo: ita vt diligas proximũ tuũ: non solum sicut teipsum: sed sicut ostẽdit ille: qui dicebat. Maiorem hac charitatẽ nemo habet q̃ vt animam suã ponat quis pro amicis suis. Panes similagineos ĩ charitatis oleo subactos sine vllo fermento malitiæ/& nequitiæ: in azimis synceritatis/& veritatis te obtulisse cognosce. Si autẽ in amaritudine fletus tui fueris: luctu: lachrymis: & lamentatione confectus: si carnẽ tuã maceraueris: & ieiuniis: ac multa abstinẽtia aridã feceris: & dixeris: quia sicut frixoriũ confrixa sunt ossa mea: tunc sacrificiũ similã a sartagine: vel a craticula obtulisse te noueris. Et hoc modo inueneris tu verius: & perfectius secundũ euangeliũ offerre sacrificia: quæ secũdum legem iam offerre nõ potest Israel. Sed videamus quid etiam de K
his: quæ nuper recitata sunt: sentiendum sit. Si autẽ (inquit) vna anima peccauerit: volẽs ex populo terræ faciẽdo vnũ ab omnibus mãdatis domini: qđ non fiet: & deliquerit & notum factum fuerit illi peccatum: qđ peccauit: & adducet donũ suũ: capram de hœdis fœminam sine macula adducet pro peccato: qđ peccauit. Et omnẽ post hæc sacrificii ritum: secũdũ qđ supra exposuimus: enarrauit. De anima: quã sub peccato factam dicit offerre: qualiter sentiẽdum sit: in superioribus (prout po L
tuimus) explanauimus. Quod vero in hoc loco addidit: dicens. Anima si peccauerit ex populo terræ: non mihi videtur otiosum. Quis enim dubitaret: quin ea: quæ dicit lex: ad animas: vel ad populũ: q sunt in terra: diceretur? Quid ergo necessarium fuit: vt ad hoc: quod dixit: anima vna si peccauerit: adderet ex po

pulo terræ? Sed videndũ est; ne forte ad distinctionem alterius populi; qui non est de terra hæc anima/quæ peccauit: de populo terrę esse dicatur. Neq; enim conuenire dictum hoc potest illis; qui dicebat: nostra aũt conuersatio in cœlis est: vnde & Saluatorẽ expectamus dñm Iesum. Quomodo ergo istam animam merito dixerim de populo terræ: quæ nihil habet cõmune cũ terra; sed tota in cœlis est: & ibi conuersat̃ vbi Christus est: in dextera dei sedens: quo & redire desiderat: & esse cum Christo: Multo enim melius: sed permanere in carne necessarium ducit propter nos: hæc enim anima/quæ peccat: de populo terrę est: faciẽs vnũ ab oĩbus mandatis dñi: quod non fiet: diu me in hoc sermone quidã stupor attonitũ tenuit:
A Non enim consequenter dictum video: quod peccauerit anima: & fecerit vnum ex mandatis domini: quod non fiet. Si enim mandatum domini est: quomodo fieri non debuit: cum vtiq; ad hoc dentur mãdata domini: vt fiant: Et quomodo hic dicit̃ peccasse animã quæ fecerit vnũ de mandatis domini: quod non fiet: Et fortassis aliquib⁹ videbitur errorẽ locutionis per interpretes factũ: sed mihi curiosius inquirenti: cõpertũ est oẽs interpretes similiter protulisse: & ideo nõ elocutionis error: sed profundioris intelligentiæ requirẽdus est sensus. Inquãtũ ergo nobis occurrere potest hæc mihi videtur absolutio. Mandata domini quędã data sunt: vt fiant: quædam vt non fiant. Sed ea quæ fieri debent: necessitas poposcit humana: vt inserta illis proferrent̃: quę fieri non deberent. Verbi gratia: vt de his ipsis: quæ nunc habemus in manib⁹: sacrificiis: ꝓferam⁹ exemplũ. Agnus immolari iubetur in pascha. Non quo vere agni hostiam per singulos annos requireret deus: sed ꝙ designaret immolari debere illum agnũ: qui tolleret peccata mundi. Hoc ergo fieri voluit: illud noluit. Sic enim ꝑ Esaiam dicit. Quo mihi multitudinem sacrificiorum vestrorũ dicit dominus? Plenus sum holocaustis arietũ: & adipẽ agnorũ: & sanguinem hircorum: & taurorũ nolo. Audisti quomodo non vult hostiam arietum: nec adipes agnorũ? dedit tamen mandatũ quomodo vel taurorũ: vel agnorum hostia deberet offerri. Sed qui legem spiritaliter intelligit: spiritaliter hæc quærit offerre. Si vero quę secundum speciẽ mandati carnalis obtulerit: hæc anima vna ex populo terræ: quæ peccauit nolens faciendo vnũ ab oĩbus mandatis dñi: quod non fiet: & deliquit: & ideo adiungit in subsequentibus: & cum notũ factũ fuerit illi peccatũ: qđ
B peccauit; adducet munus suũ ante deum. Debet enim munus offerre anima: cum ei innotuerit: quia deus nõ quærit carnale sacrificiũ. Quia sacrificiũ deo: est spiritus cõtribulatus. Notum fit ergo ei peccatũ suũ: cũ didicerit a domino dicente. Misericordiã malo: ꝗ sacrificium: & cum agnouerit immolare sacrificiũ laudis in ecclesia: & reddere altissimo vota sua per Christum dominum nostrum: cui laus & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

De eo: quod scriptũ est. Si aũt anima peccauerit: & audierit vocẽ iuramenti: & hic testis sit aut viderit: aut conscius fuerit: si nõ indicauerit: & ipsa accipiet peccatũ eius. Et anima quæcũq; tetigerit omnẽ rẽ immundã: aut morticinum: aut a fera captum: & cætera. Homilia Tertia. Cap. III.

E sacrificiis/ quæ offerũtur ab iis: q per ignorãtiam/ vel qui non voluntate peccauerint: sermo est. Vnde & ĩ superioribus: cum de pontificis sacrificio diceremus: obseruauimus non esse scriptũ de eo: quia ignorauerit. Sed siquis bene meminit eorũ: quæ dicta sunt: potest nobis dicere: quia sacrificium: quod pontificẽ pro peccato diximus obtulisse figurã Christi tenere posuimus: & conueniẽs non videbit̃ vero Christo: qui peccatũ nescit vt ꝓ peccato dicatur obtulisse sacrificiũ: licet per mysteriũ res agatur: & idem ipse põtifex: idem ponatur & hostia. Vide ergo si & ad hoc possumus hoc modo occurrere: quia Christus peccatũ quidẽ non fecit: peccatũ tamẽ pro nobis factus est. Dum qui erat in forma dei: in forma serui esse dignaretur: dum qui immortalis est/moritur: & impassibilis/ patit̃: & inuisibilis/ videt̃: & quia nobis hominibus/ vel mors: vel reliqua omnis fragilitas in carne ex peccati conditione superducta est: ipse etiã: qui in similitudinem hominum factus est: & habitu repertus: vt homo: sine dubio pro peccato: quod ex nobis susceperat: quia peccata nostra portauit: vitulum immaculatum: hoc ẽ carnem incõtaminatã obtulit hostiam deo. Sed quid faciemus de eo: quod in sequentibus iungitur? Vbi enim dicit. siqdẽ pontifex: qui vnctus est: peccauerit: ibi addit̃: vt populum faceret peccare: offerret pro peccato suo. Quomodo ergo conueniet: quia per carnem suã: quã suscepit ex nobis Iesus: ipse peccatũ factus est: peccare fecerit populum? Ausculta & de hoc: si forte cũ aliqua cõsonantia posumus respõdere. Passio Christi credẽtibus qdẽ vitam: mortem ve-

h.

Marginal letters: C (beside "E sacrificiis"), D (beside "Vbi enim dicit").

ro non credentibus confert. Quis enim salus
gẽtibus sit per crucem eius: & iustificatio: iu-
dæis tamen interitus est: & cõdẽnatio. Sic enĩ
& scriptum est in euangelio. Ecce hic natus est
ad ruinã: & resurrectionem multorum: & hoc
modo per peccatum suũ: hoc est per carnem in
cruce actam: in qua nostra peccata susceperat:
nos quidem credentes liberauit a peccato: po-
pulum vero non credentem peccare fecit: qui-
bus ad incredulitatis malum: etiam sortilegii
accessit impietas: & hoc modo põtifex iste per
suum peccatum peccare populum fecit. Dũ in
carne positus & teneri potuit: & occidi. Nam
ponamus (verbi grã) Si dñs maiestatis nõ ve-
nisset in carne: nõ arguisset Iudæos: nõ eis fuis
set grauis: etiam ad videndum: non vtiq; tene
ri potuisset: & neq; ad mortẽ tradi: nunq̃ sine
dubio venisset sanguis eius sup ipsos: & super
filios eorum. Sed quia venit in carne: & pro no
bis peccatũ factus est: & hæc pati potuit: idcir
E co ipse dicitur peccare populum fecisse: qui
fecit eum in se posse peccare. Sed videamus iã
quid agit & ista anima: quæ audit vocem iura
menti: & testis est: vel quę vidit aliqd: & cõscia
est: & non indicat: ex quo accepit etiam ipsa
peccatum eius: sine dubio: qui inique aut egit
aliquid: aut iurauit. Hoc etiam secundũ histo
riam nos ædificat: & docet: ne vnq̃ in peccatis
alterius polluamus cõscientias nostras: ne cõ-
sensum male agentibus præbeamus. Consen-
sum autẽ dico: non solum pariter agendo: sed
etiam quę illicite gesta sunt: reticendo. Vis au
tem scire quia cõsentiant hæc etiã euangelicis
præceptis? Ipse dñs dicit. Si videris fratrẽ tuũ
peccare: argue eum inter te: & ipsum solum. Si
te audierit: lucratus es fratrẽ tuũ. Qꝫ si te non
audierit: adhibe tecum alios duos: vel tres.
Qꝫ si nec ipsos audierit: dic ecclesiæ. Si vero
nec ecclesiam audierit: sit tibi sicut ethnicus:
& publicanus. Sed euangelicũ præceptũ in eo
perfectius datum est: q̄ indicandi peccatum
F modũ disciplinãq; constituit. Non vult enim
te: si forte peccatũ videris fratris tui: continuo
euolare ad publicũ: & proclamare passim: ac
diuulgare aliena peccata: quod esset vtiq; non
corrigentis: sed potiꝰ infamãtis. Solus (inqt)
inter te: & ipsum solum corripe eum. Vbi enĩ
seruare sibi mysteriũ viderit ille: qui peccaue-
rit: seruabit & ipse emendationis pudorem. Si
vero diffamari se videat: illico ad denegandi
impudentiã cõuertet: & non solum nõ emen-
daueris peccatum: sed & duplicaueris. Disce
ergo ex euãgeliis ordinẽ. Primo (inquit) solus
iter te / & ipsum. Secundo adhibe tecum alios
duos / vel tres. Quare duos / vel tres. In ore enĩ
(inquit) duorum: vel trium testium stabit
omne verbum quoniam quidem tertio corre-
ptionẽ mandat ad ecclesiã deferendam. Secun
do vult duos: vel tres testes adhiberi: quibus
præsentibus correptus: si emendare se nõ vult
cum ad ecclesiam delatum fuerit eius peccatũ
possit duobus adhibitis testibus confutari: fre
quenter enim accidit: vt nolens quis euangeli
cum implere mandatũ: calumniator videatur
si crimen deferat ad ecclesiam: & deficiat testi
bus. Ne ergo hoc accidat: idcirco duos / vl' tres
testes in secunda conuentione iussit adhiberi.
Cũ ergo euãgelii tale mãdatũ sit: & lex præci- G
piat: qa si tacuerit: accipiet peccatũ eius: scien
dum est: q̄ siquis ea quæ videt in delicto pro-
ximi sui: vel nõ indicat secundum regulam su
perius datam: vel in testimonium vocatus: nõ
quę vera sunt dixerit: peccatũ quod commisit
ille: quẽ cęlat: ipse suscipiet: & pœna commissi
reuoluetur ad conscium. Sufficienter ergo in
hoc capite: ipse nos ædificauit textus histo-
riæ. Puto tamen quod & illa anima: quæ legit
scriptũ in lege dei: quia iurauit dñs: nec eum
pœnitebit: tu es sacerdos in ęternũ secundum
ordinem Melchisedech: audit vocẽ iuramenti
vt faciunt scribæ / & pharisęi semper hæc me-
ditantes: sed tacẽt: & enuntiare ad populũ no
lunt: ne Christi testenť aduentum. Propterea
ergo ipsi accipient peccatũ: in quo nõ enuntiã
tes ad populum quæ vera sunt: peccare faciãt
Israel. Post hæc alia lex promulgatur. Anima H
(inquit) quæcũq; tetigerit omnẽ rem immũ-
dam: aut morticinũ iumentorũ immũdorum
& latuerit eum: & inquinatus est: aut si tetige
rit ab immunditia hominis: ab omni immũdi
tia: ex qua inquinetur: & cætera. Hæc quidem
apud Iudæos indecenter satis & inutiliter ob-
seruãtur. Vt qd enĩ immundus habeatur q cõ
tigerit (verbi causa) animal mortuũ: aut cor-
pus hominis defuncti? Quid si prophetæ cor-
pus sit? Quid si patriarchæ: vel etiam ipsius
Abrahæ corpus? quid si & ossa Samuelis con-
tigerit immundus erit? Quid si Helisæi ossa
contingat quæ & mortuũ suscitãt? Immũdus
erit ille qui cõtingit: & immũdũ faciũt ossa ꝓ
phetæ etiã illũ ipm: quẽ a mortuis suscitant?
Vide q̃ inconueniens sit Iudaica intelligen-
tia. Sed nos videamus primo quid sit tangere
& quis sit tactus: qui faciat immundum: q ve-
ro sit tactus: qui faciat mundũ. Apostolus di-
cit. Bonum est homini mulierem nõ tangere.
Hic tactus: immũdus est. hoc est enĩ illud: qđ
dominus in euãgelio dixit. Siquis viderit mu
lierem ad concupiscendum iam: mœchatus ẽ
eam in corde suo. Tetigit enim cor eius con-

cupiscentiæ vitium: & immunda facta est anima eius. Si quis ergo hoc modo tangit aliquã rem: id est vel per mulieris concupiscẽtiã: vel per pecuniæ cupiditatẽ: vel alio quolibet peccati desiderio immundum tetigit: & inquinatus est. Oportet ergo te siquid tale contigeris: scire quomodo offeras sacrificiũ: secundũ ea: quæ in superioribus memorauimus: vt mun-
A dus effici possis. Vis tibi ostendam quę est anima: quæ tetigit immundum: & immũda facta est: & rursum tetigit mundum: & facta est mũda. Illa: quæ profluuium sanguinis passa est: & erogauit omnẽ substãtiam suam in medicos: nec aliquid proficere potuit: per immunditiã peccati in hoc deuoluta est. Tetigerat ẽm peccatũ: & idcirco flagellũ carnis acceperat. Sed posteaq̃ fide plena tetigit fimbriam Iesu: stetit fluxus sanguinis eius: & repente facta est mũda: quæ ante per tantũ tempus vixit immũda: & queadmodũ cum tetigisset dominũ: & Saluatorẽ: dixit ipse. Quis me tetigit? Ego enim sensi virtutẽ exisse de me. Illam sine dubio virtutẽ: quæ mulierem sanauerat: & fecerat eam mundam: sic intelligẽdũ est: quia siquis contigerit peccatum: & exeat ex ipso peccato virtus quædam maligna: quæ eum qui se contigit: faciat immũdũ: & hoc est vere cõtigisse immundum. Simili ratione etiã de morticino hominis: vel de morticino pecoris mundi: aut immundi dicendũ est. Morticinũ nãq̃ hominis contingit is: qui in peccatis suis mortuũ quempiã vel sequit̃: vel imitat̃. Sed quia singulorũ
B differẽtiæ requirẽdę sunt: singula recẽseam⁹. Hominis morticinũ (sicut supradiximus) illud possumus dicere: quod Apostolus ad Corinthios dicit. Scripsi (inquit) vobis ĩ epistola vt non cõmisceamini fornicariis. Nõ vtiq̃ fornicariis huius mundi: aut auaris: aut rapacibus: aut idolis seruientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exisse. Nũc aũt scripsi vobis vt non cõmisceamini. Siq̃s frater nominat̃ fornicator aut immũdus / aut auarus: aut idolis seruiens: aut maledicus: aut ebriosus: aut rapax: cũ huiusmõi nec cibũ q̃dẽ sumere. Istud est ergo hominis morticinũ contingere q ei se sociũ saltẽ in cibo prębuerit: q ĩ Christo homo effectus: rursum in peccatis est mortuus. Nã & illa vidua: de qua dicit Apostolus: quę in deliciis viuens mortua est: morticinũ hominis dici potest. Sed & animalia morticina nihilominus quæ sunt in ecclesia reqrẽda sunt. Si simpliciores quiq̃ ad hoc: quod nihil prudentiæ egerũt: etiã in peccatorum sordibus voluentur: hos siquis sequat̃: vel tãgat: eo tactu: quo supra exposuimus: morticinũ animal tetigit

Q aũt ecclesia habeat & animalia: audi quo modo dicit in psalmis. Homines: & iumenta saluos facies domine. Hi ergo: q verbi dei: & rationabilis instituti studiũ gerunt / homines appellantur. Qui vero absq̃ huiusmodi studiis viuũt: & sciẽtiæ exercitia nõ requirũt: fideles tamen sunt: animalia quidem: sed munda dicuntur. Sicut enĩ sunt quidam homines dei: ita sunt quidam & oues dei. Scriptum est ẽm quia Moyses non erat ouis dei: sed homo dei. Et Helias non erat ouis dei: sed homo dei. Sic enim ipse dicit. Si homo dei sum ego: descendat ignis de cœlo: & cõsumat te: & quinquaginta tuos. Vis autẽ audire de ouibus dei? dicit per ꝓphetã. Oues meæ: oues sanctæ sunt: dicit dominus. Et iterũ Saluator dicit in euangelio. Oues meæ vocem meã audiũt: & nõ puto eum dixisse de hominibus quia vocem meã audiunt homines: sed oues. Sed hæc qui habet aures audiendi audiat: quomõ vocẽ audiunt oues? homines aũt verba eius audiunt. Ista ergo sunt animalia munda quidẽ propter Christũ: morticina autẽ ꝓpter peccatũ. Quæ siq̃s tetigerit: hoc est si secutus fuerit quis in peccato: immũdus erit. Et siquis huiusmodi hominis morticinũ cõtigerit: id est eius: qui secũdũ rationem viuens primo: & in verbo dei semet ipsum exercens: postmodum decidit in peccatum: siquis eũ sequat̃: aut imitetur: hominis contigit morticinũ: & erit immũdus. Sed & a fera captum si contigeris: immũdus eris. Quę est fera? leo est: an lupus: quæ rapit homines: vel iumenta? Illa (credo) fera est: de qua dicit Petrus apostolus: quia aduersarius vester diabolus: sicut leo rugiens: circuit: quærẽs quem deuoret: Cui resistite fortes in fide. Et rursum de quibus dicit Apostolus Paulus. Intrabunt ẽm post discessum meũ lupi rapaces non parcentes gregi. Ab istis ergo feris si captum videris: noli eos sequi: noli contingere: ne & tu efficiaris immũdus: Sunt præterea & alia immunda animalia: quorum morticinum vetat contingi. Immunda animalia: sunt homines: qui extra Christum sunt in quibus neq̃ ratio: neq̃ religio vlla est. Horum ergo omniũ morticina: id est peccata si videas: dicit tibi Legislator ne contigeris: ne adtaminaueris: ne adtrectaueris. Et istæ sunt ĩmunditię: quæ merito fugiendæ sunt. Hominis autẽ tactum noli refugere: vel mortui corporis: cui magis sepultura religiose defferenda est: Iudaicæ istæ sunt & inutiles fabulæ: speciem quidem pietatis habẽtes: virtutẽ vero ipsius denegãtes. Prima ergo lex de immunditiis data est. Siquis iuramenti alicuius: vel delicti testis fuit: & nõ iu

dicabit: & per hoc immũdus quodãmodo effe ctus est etiam ipse societate peccati. Secunda lex: qua cõtingere immũdum aliquid: ac mor
F ticinũ vetatur. Tertia nunc lex promulgatur huiusmodi: & anima (inquit) quę iurauerit ꝓ nuntiãs labiis suis malefacere: aut benefacere secundũ omnia quæcũq; dixerit homini cum iuramento: & latuerit eum: & hic cognouerit & peccauerit vnũ aliquid de istis: pronuntiet peccatũ: quod peccauit: & offeret pro his: quæ deliquit domino pro peccato: quod peccauit: fœminam de ouibus: & cætera. Quomodo q dem si pronũtiauero labiis meis: vel iurauero benefacere: & non faciã: peccati reus sim: diffi cultas nõ est ostendere. Quomodo autẽ si iu rem: vel pronuntiem malefacere: & non fecero peccauerim: verbo adsignare difficile est. Ab surdum enim videtur (verbi gratia) vt si p ira cundiam dixero me hominem occisurum: & non fecero: ne periurare: aut fallere videar: co gar ad explendũ opus: quod temere & illicite
G promisi. Quæramus ergo quæ sit res: in qua si ꝓmittimus nos malefacere: & nõ fecerimus peccamus: si vero fecerimus: excusemur a pec cato: vt rationabiliter stare pcepti veritas pos sit. Quantũ in hoc loco intelligendũ videt ma lefacere: aduersari alicui est: & non indulgere ei: vt faciat quod vult. Et nos ergo cum veni mus ad deũ: & vouemus ei nos in castitate ser uire: ꝓnuntiamus labiis nostris: & iuram⁹ nos castigare carnem nostram: vel male ei facere: atq; in seruitutẽ eam redigere: vt spiritũ saluũ facere possimus. Sic enim & ille iurasse se dixit q ait. Iuraui: & statui seruare oĩa pcepta tua. Quia ergo carnis vox est: quę dicit. Non enim quod volo ago: sed quod odi illud facio. Affli cta sine dubio ab spiritu: & coarctata est: resi stit enim: & repugnat aduersum spiritũ: & ni si male ei fiat: vt affligatur: & infirmet: nõ po test dicere spirit⁹: cũ infirmor: tũc potẽs sum Huic ergo carni resistenti: & repugnãti aduer sum spiritum: siquis iurauerit: & pronũtiaue rit malefacere: & affligere: ac macerare eam: & non fecerit: peccati reus est: in quo iurauit cru ciare se carnem suam: & seruituti subiicere: & non fecerit. Eodem autẽ iuramẽto: & spiritui decernit benefacere. In quo enim carni malefa cit: spiritui benefacit. Siquis ergo hoc iuraue
H rit: & nõ fecerit: peccati efficitur reus. Vis au tem scire: quia nec potest vni eorum benefieri: nisi alii malefeceris. Audi etiã dominũ ipsum dicentẽ. Ego occidam: & viuere faciam. Quid occidit deus? Carnem vtiq;. Et quid viuere fa cit? Spiritum sine dubio. Et rursum in sequẽti bus dicit. Percutiam: & ego sanabo. Quid per cutit? carnem. Quid sanat? Spiritum. Prorsus vt illa deficiat: iste proficiat: vt faciat te: Mor tificatũ carne: viuificatum spiritu: ne forte: & tu mente seruias legi dei: carne aũt si mortifi cata non fuerit: obstringatur legi peccati. Si er go istum ordinẽ ꝓmiseris: & seruare nõ quiue ris audi qd legis ordo pręcipiat. Si peccauerit (inquit) vnũ aliqd de istis? ꝓnuntiet: peccatũ: quod peccauit. Est aliquid in hoc mirabile se cretũ: quod iubet pronuntiare peccatũ. Etenĩ omni genere pronuntianda sunt: & in publicũ proferẽda cuncta quę egerimus: Siqd in occul to gerimus: siquid in sermone solo: vel etiam intra cogitationũ secreta commisimus: cũcta necesse est publicari: cuncta ꝓferri. Proferri au tẽ ab illo: q & accusator peccati est: & incẽtor. Ipse enim nunc nos: vt peccemus: instigat: ipse etiam cum peccauerimus: accusat. Si ergo in I
hac vita pręueniamus eum: & ipsi nostri accu satores simus: nequitiam diaboli inimici no stri: & accusatoris effugimus. Sic enim & ali bi propheta dicit. Dic tu (inquit) iniquitates tuas prior: vt iustificeris. Nonne euidẽter my steriũ de quo tractamus ostendit: cũ dicit. Dic tu prior? Vt ostendat tibi quia præuenire illũ debeas: qui paratus est ad accusandum. Tu er go (inquit) dic prior: ne te ille pręueniat: quia si prior dixeris: & sacrificiũ pœnitentiæ obtu leris: secundũ ea: quę in superioribus diximus offerenda: & tradideris carnẽ tuã in interitũ: vt spiritus saluus fiat in die domini: dicetur & tibi: quia percepisti & tu in vita tua mala: nunc vero hic requiesce. Sed & Dauid eodem spiritu loquitur in psalmis: & dicit. Iniquitatẽ meã notam feci: & peccatũ meũ non cooperui. dixi ꝓnuntiabo aduersum me iniustitiã meã: & tu remisisti impietatem cordis mei. Vide er go quia pronũtiare peccatũ: remissionem pec cati meret. Præuentus enim diabolus in accu satione: vltra nos accusare nõ poterit: & si ipsi nostri simus accusatores: ꝓficit nobis ad salu tem. Si vero expectemus: vt a diabolo accuse mur: accusatio illa cedit nobis ad pœnam ha bebit enim socios in gehenna: quos conuicerit criminum socios. Multum erit nũc hostiarum K
diuersitates: & sacrificiorum ritus: ac varieta tes exequi: & longe alterius operis: q̃ eius ver bi: quod in communi auditorio vulgus excipi at. Verum vt aliqua in transcursu perstringe re videamur. Omnis quidem pene hostia: quæ offertur: habet aliqd formæ: & imaginis Chri sti. In ipsum nanq; omnis hostia recapitulatur intantum vt postq̃ ipse oblatus est: omnes ho stię cessauerint: quæ eum in typo: & vmbra p cesserant: de quibus: prout potuimus: in su

perioribus diximus: quomodo vitulus a pontifice oblat⁹: siue in munere: siue pro peccato: formam eius habere: ostendimus: adipes vero qui offeruntur in munere: operiẽtes interiora & renibus cohærentes: potest sancta illa eius anima intelligi: quæ interiora quidẽ: id est diuinitatis eius secreta velabat: Renibus autem hoc est corporali materiæ: quæ ex nobis caste sumpta fuerat: cohærebat: & media inter carnem: deũq posita: deificandam: sanctificandã sacris altaribus: & diuinis ignibus illustrandã & conseruandam secum ad cœlos: naturã carnis imponit. Renunculi autem ignibus traditi: quis dubitet q nullos in Christo fuisse indicent genitalium partium motus? Quod vero de sanguine hostiæ septies ante dominum sacerdos respergere memoratur: euidenter sancti spiritus virtus septemplicis gratiæ sub mysterio designatur. Quatuor cornua altaris: q̃ sanguine liniuntur: Christi passionem referri quatuor euangeliis indicant. Qui penna iecoris offertur: in iecore ira iugulatur. In penna: velox: & concita vis furoris ostenditur. Reliquus autem sanguis: qui ad basim altaris effunditur: puto q illius gratiæ formam designet: quia in nouissimis diebus posteaq̃ plenitudo gẽtiũ subintroierit: omnis: qui reliquus fuerit Israel: ad vltimum velut ad basim altaris positus: effusionem Christi sanguinis etiã ipse suscipiet: De agnis vero: & hœdis: turturibus: & columbis: sed & similia conspersa in oleo aut in panibus azimis cocta: quantum res pati potuit: supradictum est. Videamus nunc quæ lex proponitur in offerendis hostiis pro peccato. Et locutus est (inquit) dominus ad Moysen dicens. Anima si qua latuerit: & peccauerit non volens: a sanctis domini offerat pro delicto suo arietem immaculatum de ouibus: emptum pretio argẽti siclo sancto in eo quod deliquit: & quod peccauit a sanctis: reddet: & quintas adiiciet ad illud: & dabit illũ sacerdoti: & sacerdos exorabit pro eo ĩ ariete delicti: & remittetur ei. In superioribus legibus quæ de immunditiæ sacrificiis referebatur sicubi dixit offerendum (verbi causa) Ouem: aut hœdum: addit: Quod si non sufficit manus ei⁹ ad hœdum: aut ad agnum: offerat par turturum aut duos pullos columbinos. Et iterũ. Quod si nec ad hoc sufficiet: offerat similiaginem. In hac vero lege: vbi de peccato: quod in sanctis committitur: differit: nullã substitutionẽ inferioris hostię secundæ/vel tertiæ subrogauit sed statuit solum arietem offerendum. Nec aliter ostendit solui posse peccatum: quod in sancta committitur: nisi arietẽ iugulauerit: & nõ simpliciter arietem: sed arietẽ pretio emptum & certo pretio: siclo (inquit) sancto. Quid igitur? si quis pauper fuerit: & non habuerit siclũ sanctum vnde mercari possit arietem: peccatum eius non soluetur? Quærendæ sunt ergo vnicuiq & diuitiæ: vt peccatum ei⁹ possit absolui verum si dignetur domin⁹ vel nobis oculos ad videndum: vel vobis ad audiendum aures cordis aperire: quid sibi velit Legislatoris sensus apertis mysteriis requiremus. Et primo quidem videamus hoc ipsum: quod recitatum est: secundum literam quale sit. Videtur enim de his dicere: in quorum manibus sancta commissa sunt: id est quæ in domini donis oblata sunt: verbi gratia. Vota & munera quæ in ecclesiis dei ad vsus sanctorum: & ministerium sacerdotum: vel quæ ob necessitatẽ pauperum a deuotis & religiosis mentibus offeruntur. De his si quis qualibet præsumptione subtraxerit: decernit lex: vt si rememorat⁹ fuerit peccasse se: & sponte compunctionem cordis acceperit: Deo enim qui non sponte cõpungitur: sed alio arguente conuincitur: difficilius remedium est. Hic ergo: qui sponte recordatus fuerit peccatum suum: reddet (inquit) illud ipsum: quod subtraxerat. Et addet ad illud quintas: & offeret arietem pro peccato emptum pretio siclo sancto. Quod dicit addet ad illud quintas: simpliciores quinq existimant ita dictum: vt verbi causa. Si quinq numi subtracti sunt: vn⁹ addatur: vt pro quinq sex reddere videatur. Sed qui in disciplina numerorum peritiam gerunt: longe aliter istius vocabuli numerum supputant. Nam & in græco non habet πεμπτον: quod simpliciter quintas facit: sed habet ἐπίπεμπτον: quod nos quidem possumus dicere superquintas: nisi diceretur istud specialis cuiusdam numeri apud illos esse vocabulum: quo indiceretur pro quinq alios quinq dandos: & vnum super: vt verbi gratia intelligatur: qui furatus sit quinq numos: ipsos quidem quinq restituere: & alios quinq vno superaddito. Nec tamen hæc continuo pro furtis: aut fraudibus intelligenda sũt: sed quod etiam si quis pro vsibus necessariis sibi de sanctis pecunia sumpsit: & moras attulit in restituendo: huiusmodi lege constringitur. Quæ lex etiam secundum literam ædificare debet audiẽtes. Valde enim vtilis: & necessaria est obseruatio his præcipue: qui ecclesiasticis dispensationibus pręsunt: vt sciant sibi ab his quæ in vsum sanctorum oblata sunt: cautius: & diligentius obseruandũ. Sed & nos: quibus ista forte non accidunt: videamus qua ex parte sermo legis ædificet. Et

ego hodie: licet peccator sim: tamen quia dispensatio mihi verbi dominici credita est; sancta Dei videor habere commissa. Neq; nunc primum: sed sæpe iam & olim dispensatione hac erga vos vtimur. Siquis ergo ex vobis suscipiat a me dominicam pecuniam: & (vt fieri solet) egressus ecclesiam: & diuersis occupationibus sæculi raptus: obliuioni quæ audierat: dedit: nec opus aliquod ex verbo: quod suscepit/impleuit: iste est: qui pecuniam de sanctis susceptam: non reddidit. Vnde vel his auditis in memoriam reuocet; q ea quæ dudum sibi fuerant in verbo dei commissa neglexit; reddat ergo & hoc: quod accepit: & addat ad id quintas eo modo: quo ante iam diximus: id est
G vt bis quina sint: & vnus superaddatur. Videamus ergo quomodo quinq; isti reddantur. Quinq; numerus frequenter: immo pene semper pro quinq; sensib9 accipitur. Scire ergo debemus hoc modo istos quinq; sensus in sanctis actibus posse restitui: vt si forte præsumpsim9 abuti eis in sæcularibus actibus: & impendimus vsum eorũ in his: quæ nõ secũdũ deũ gessimus: restituamus nũc & ipsos quinq; sanctis actib9 religiosisq; ministeriis: & alios his quinq; addamus: qui sunt interioris hoïs sensus: p quos vel mundi corde effecti deũ videmus: vl' aures habemus ad audienda ea quæ docet Iesus: vel odorẽ capimus illum: quem dicit apostolus: quia Christi bonus odor sum9 deo: vel etiã gustũ sumimus illũ: de quo dicit propheta. Gustate: & videte: quoniam suauis est dominus: vel tactum illum: quem dicit Ioannes: quia oculis nostris inspeximus: & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ. His autẽ omnib9 vnum superaddimus: vt ad vnum deum hæc cuncta referamus. Et hæc quidem de restituendis his: quæ qualibet culpa ex sanctis ablata fuerant: dicta sint. Quid vero dicemus
H de sacrificio arietis pretio empti: & pretio sicli sancti: qui pro peccati expiatione iubetur offerri? Diues futurus est qui pretio arietis possit delicta purgare. Quæ sunt istæ diuitiæ: requiramus. Docet nos sapientissimus Salomon dicens. Redẽptio aïæ viri: pprię diuitiæ ei9. Audis verba sapientię quomodo necessariis cum proprietatib9 vim vniuscuiusq; sermonis enũtiat? Diuitias dicit aptas ad aïæ redẽptionem: & diuitias nõ alienas: neq; cõmunes: sed diuitias pprias? Per quod ostẽdit esse quasdã diuitias pprias: quasdã vero nõ proprias. Sed hoc euidentius dñs in euangeliis declarauit: cũ dixit. Quod si in alieno fideles non fuistis: qđ vestrũ est: quis dabit vobis? Ostendẽs per hoc pręsentis sæculi diuitias non esse nostras pprias: sed alienas. Transeunt enim: & sicut vmbra pætereunt. Propriæ vero sunt illæ diuitię: de quibus propheta dicit. Et ad te congregabo diuitias gentium. Ex his fortasse diuitiis & Abraham diues factus est valde in auro: & argento: & pecoribus: atq; omni supellectili. Vis tibi ostendam ex quibus thesauris descendant istę diuitiæ? Audi Apostolum Paulum dicentem de domino Iesu Christo. In quo sunt (inquit) omnes thesauri sapientiæ: & scientiæ absconditi. Sed & in euangeliis dominus dicit: Quia scriba diues profert de thesauris suis noua: & vetera. De his & Apostolus Paulus dicit. quia in omnibus diuites facti estis in illo: in omni verbo: & in omni scientia. Ex his ergo diuitiis: quæ de thesauris sapientiæ: & scientiæ proferuntur: mercãdus nobis est iste aries qui offerri debeat pro peccatis: illis scilicet quæ in sancta commissa sunt: & sicli sancti adnumeratione mercãdus. Iam superius dixim9 I
q omnis hostia typum gerat: & imaginẽ Christi: multomagis aries: qui & pro Isaac quondã a deo substitutus est immolãdus. Siclo igitur sancto comparandus nobis est Christus: q pec cata nostra dissoluat. Siclus sanctus fidei nostræ formam tenet. Si enim fidem obtuleris tã q̃ pretium: Christo velut ariete immaculato in hostiam dato: remissionem accipies peccatorum. Sentio q in explanando/vires nostras mysteriorũ superat magnitudo. Sed q̃uis non valeamus cuncta disserere: tamen sentimus cuncta repleta esse mysteriis. Et ideo studiosis quibusq; indicia posuisse sufficiat: quibus excitati ad altiora horum: profundiora perueniant: & intelligant ex quibus eis gregibus quæratur vitulus ad hostiam: ex quibus ouibus aries prouidẽdus sit. Habeo enim (inquit Iesus) & alias oues: quæ non sunt de hoc ouili: & illas oportet me adducere vt fiat vnus grex: & vnus pastor. Sciant etiã vbi turtures: K
vbi colũbæ requirẽdę sunt. Oculi (inquit) tui sicut columbæ super plenitudines aquarum. Ad aquarũ ergo plenitudines properandũ est: in his enim sponsæ describitur pulchritudo: & collũ (inquit) tuũ sicut turturis. In columbis oculi prædicantur. Quod enim dixit columbæ super plenitudines aquarũ: ferunt hoc genus auis: cum ad aquas venerit: quia ibi solet accipitris insidias pati: veniente desup inimicũ: volitantis vmbrã aquis inspectã depræhẽdere: & oculorum perspicatia fraudem periculi imminentis euadere. Q; & si tu ita prospicere potueris insidias diaboli: & cauere: sacrificium deo colũbas obtuleris. Sed & quib9 L
talia curæ sunt: illud etiã requirant: ex quib9

eis agris similia debet offerri. Ego arbitror ꝙ ex illius terræ segetibus: quæ facit aliū cēntesimū: aliū sexagesimū aliū tricesimū fructum: requirant etiā: nisi plusꝗ debet: curiosum videt̄: quibus molentibus simila ista ad sacrificia p̄paretur. Nec eos lateat duas esse: quę molunt: quarū vna adsumit̄: & alia relinquitur. Ex illi⁹ ergo mola: quæ adsumenda est: similā oportebit offerre. Sed & siculus sanctus: q ad arietis p̄

A ciū necessarius dicit̄: vide vnde: & quomodo ꝑquirēdus sit. Siculus pecunię dn̄icę nomē est: & in multis scripturarū locis: diuersis appellationū noībus pecunia dominica memorat̄. Sed quædā proba: quædā vero reproba dicit̄. Proba erat illa pecunia: quā pater familias peregre profecturus: vocatis seruis suis dedit vnicuiꝗ secundū virtutem suā. Proba erat & illa pecunia: quæ denarius noīat̄: q cū mercēnariis pactus est: & a nouissimis datus est vsꝗ ad primos. Scire ergo te oportet: quia est & alia pecunia reproba. Audi prophetā dicētē. Argētū vestrū reprobū. Quia ergo est quędā proba: quædā vero reproba: propterea Apostolus: velut ad ꝓbabiles trapezitas: ꝓbantes (inqt) oīa: qđ bonū est / obtinentes: Solus enim est dn̄s noster Iesus Christus: qui te huiusmodi artem possit edocere: per quā scias discernere quæ sit pecunia: quæ veri regis imaginē tenet: quę vero sit adulterina: & (vt vulgo dicit̄) extra monetam formata: quæ nomen qdē habeat regis: veritatē aūt regię figurę nō teneat. Multi nāꝗ sunt: qui nomen Christi habēt: sed veritatē non habēt Christi. Et ꝑpter hoc dicit Apostolus Paulus. Oportet em̄ & hæreses esse: vt ꝓbati manifesti fiāt inter vos. Idcirco igit̄ & in præsenti lectione legislator totus ad mysticū: & spiritalē respiciens sensum: addidit vt aries iste: qui ob hoc comparat̄: vt peccatū possit absoluere: nō qualicūꝗ siclo: hoc est non qualicūꝗ pecunia: sed siclo sancto comparetur. Qꝫ si non respiciebat ad mysteriū: quid rationis esse videbat̄: vt aries emptus offerretur ad hostiā: & certo pręcio? Et non sufficit nomē pecuniæ siclo noīasse sed addidit & sancto siclo? Quid si haberet aliquis in gregibus suis arietes optimos: & diuinis sacrificiis dignos? Aut quid si aliquis ita pauper esset: vt siclū sanctū habere non possit. Hæc est ergo legislatoris moderatio: vt nisi quis habeat certum pecuniæ modum: peccatum eius non possit absolui. Quod aperte secundum literam quidē videtur absurdum. Secundū spiritalē vero intelligentiā certū est: qđ remissionem peccatorū nullus accipiat: nisi detulerit integrā: probā: & sanctā fidē: per quam mercari possit arietem. Cuius natura hæc est: vt peccata crēdetis abstergat: & hic est siclus sanctus: probata (vt diximus) & syncera fides id est vbi nullus perfidiæ dolus: nulla hæreticæ calliditatis ꝑuersitas admiscetur: vt syncerā fidē offerētes precioso Christi sanguine: tanꝗ immaculatæ hostię diluamur: Per quem est deo patri omnipotēti cū spiritu sancto gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

De eo: quod scriptum est: Si peccauerit anima: & præteriens præterierit præcepta domini: & mentietur proximo suo super deposito: aut societate & cætera. Homilia quarta Capit. VI.

SI secundū diuinæ legis fidē hæc quæ legunt̄ nobis: dn̄s locutus est ad Moysen: puto ꝙ tanꝗ dei verba non debeāt secundū incapacitatē audientiū: sed secundū maiestatem loquētis intelligi. Dominus (inquit) locutus est. Quid est dominus? Apostolus tibi respondeat: & ab ipso disce ꝙ dominus / spiritus est. Qꝫ si tibi apostoli sermo non sufficit: audi ipsum dominū in euangeliis loquentem: quia dn̄s spiritus est. Si ergo & dn̄s: & deus spiritus est: quæ spiritus loquitur: spiritaliter debemus audire. Ego adhuc: & amplius aliquid dico: qa quæ dn̄s loquitur: nō spiritalia tantū: sed & spiritus esse credēda sunt. Nō meo sensu hæc: sed de euangeliis approbabo. Audi dn̄m & Saluatorē nostrū ad discipulos suos dicentē. Verba / quæ locutus sum vobis: spiritus: & vita sunt. Si ergo ipsius Saluatoris voce didicimus: quia verba: quæ locutus est apostolis: spiritus & vita est: nequaꝗ dubitare debeam⁹ ꝙ etiā quæ per Moysen locutus est: spūs: & vita credēda sint. Sed videamus: quę sint: de qb⁹ nūc prout possumus: aliqua dicere debemus. Et locutus est (inquit) dn̄s ad Moysen dicens. Anima q̄cūꝗ peccauerit: & p̄teriens p̄terierit præcepta dn̄i: & mentiet̄ ꝑximo sup deposito: aut societate: aut rapina: aut nocuit aliqd proximo: aut inuenit perditionē: & mentietur de ea: aut iurauerit inique de vno ab oībus quæcūꝗ fecerit homo: vt peccet in his: & erit cum peccauerit: & deliquerit: & reddet rapinā: quā rapuit: aut iniuriam: qua nocuit: aut depositum: quod commodatum est ei: aut perditionem, quam inuenit: ab omni re: pro qua iurauerit iiuste: & restituet ipm caput: & quintas insuper augebit: & cuius est / ei reddet: qua die conuictus fuerit: Hucusꝗ enim peccati species exponuntur: postea vero purgatio ei⁹ per

hostias imperatur. Sed qui infirmi sunt: & íca
paces profundioris mysterii: ædificentur ex li
tera: & sciant quia siquis præteriens præterie
rit: præcepta domini: & mentitus fuerit proxi
mo super deposito: aut societate / aut rapina:
peccati ingentis statuetur reus. Sed absit hoc
ab ecclesia dei: vt ego credam esse aliquem in
cœtu isto sanctorũ: qui se tã infœliciter agat:
vt depositũ proximi sui neget: aut societatem
fraude contaminet: aut vel ipse aliena diripi
at: aut ab aliis rapta suscipiat: & pro his si ab
eo requirat: cõtra cõscientiã iuret. Absit absit
inquam: vt hæc ego de aliquo fideliũ sentiam.
Confidenter ergo de vobis dico: quia vos non
ita didicistis Christum: neq̃ ita docti estis: sed
neq̃ lex ipsa hæc sanctis: & fidelibus pręcipit.
Vis scire: quia non ad sanctos: & iustos ista di
cantur? Audi apostolũ ista distinguentẽ. Iusto
(inquit) lex non est posita: sed iniustis: & non
subditis / scelestis / & contaminatis / patricidis:
matricidis: & horum similibus. Quia ergo hu
iusmodi hominibus Apostolus legem dicit
impositam: ecclesia dei quã absit in huiusmo
di facinoribus maculari: relicta aliis litera: san
E ctius ædificetur a spiritu. Videam⁹ itaq̃ nũc
quod est depositum: quod fideliũ vnusquisq̃
suscepit. Ego puto q̃ & ipsam animam nostrã
& corpus depositum accepimus a deo. Et vis
videre maius aliud depositum: quod accepi
sti a deo? Ipsi animæ tuæ deus imaginem suã:
& similitudinẽ cõmẽdauit. Istud ergo deposi
tũ tam integre tibi restituendũ est: q̃ a te con
stat esse susceptum. Si enim sis misericors si
cut pater tuus in cœlis misericors est: imago
dei in te est: & integrũ depositũ seruas. Si per
fectus es: sicut pater tuus in cœlis pfectus est:
imaginis dei in te depositum manet similiter
& cętera oĩa: si pius / si iustus es / si sanctus / si mũ
dus corde: & omnia: quæ in deo præsto sunt
per naturam: si tibi per imitationem subsistãt:
depositũ apud te diuinæ imaginis saluum est.
Si vero ecõtrario agas: & pro misericorde cru
delis: pro pio impius: pro benigno violentus:
pro quieto turbulẽtus / pro liberali raptor exi
stas: abiecta imagine dei: diaboli in te imaginẽ
suscepisti: & bonum despositum tibi diuinitus
commendatum abnegasti. Aut non hoc erat
quod sub mysterio Apostolus electo discipu
lo mandabat Timotheo dicens. O Timothee:
bonum depositum custodi. Ego etiã illud ad
F do: quod & Christũ dominũ depositũ suscepi
mus: & sanctũ spiritũ depositũ habemus. Vi
dendum ergo nobis est: ne hoc sancto deposito
non sancte vtamur. Et cum nos in consensum
sui peccata sollicitant: iuremus nos non susce

pisse depositũ. Quod vtiq̃ si habeamus in no
bis: peccato consentire nõ possum⁹. Sed & ipse
sensus rationabilis: qui in me est: cõmendatus
mihi est: vt eo vtar ad intelligentiã diuinorũ.
ingeniũ / memoria / iudiciũ / ratio: & omnes: qui
intra me sunt motus: cõmendati mihi viden
tur a deo: vt eis vtar in his: quæ præcepit lex
diuina. Si vero ad malas artes solers: & perspi
cax vertamus ingeniũ: & rebus dei abutamur
in his: quæ non vult deus: hoc est abiurare de
positum & beneficia vertere in perfidiam. Vi G
deamus nunc quid etiam societas intelligen
da sit. Putas est aliquis: qui secundũ literã cõ
moneri debeat: ne forte in ratione pecunię: vel
qualibet alia specie societatis: socium fraude
decipiat? Vltimæ misericordiæ est aĩa illa: in
qua cadere adhuc fraudis hoc genus põt. Ve
rũtñ quoniã multa est in hoĩe fragilitas: etiam
de his cõmoneam⁹: quia nec Apostolũ piguit
ista mandare: dicit eñ. Neq̃s circunscribat in
negotio fratrẽ suũ: quoniã vindex est de his oĩ
bus deus. Nũc vero requiramus quę sit etiã so
cietas spiritus. Audi de his ipsis verbis Apo
stolũ dicentẽ. Si qđ solatiũ charitatis: siqua so
cietas spiritus: siqua viscera miserationis: ĩple
te gaudiũ meum. Vides societatis legem: quo
mõ intellexit apostolus Paulus. Audi & Ioan
nẽ quomodo vno: eodẽq̃ spiritu proloquatur.
Et societatẽ (inquit) habemus cũ patre: & cũ
filio eius Iesu Christo. Et iterum Petrus dicit.
Consortes (inq̃t) facti estis diuinæ naturę: qđ
est socii. Et iterũ dicit apostolus Paulus. Quæ
enim societas luci ad tenebras? Quod si luci
ad tenebras societas nulla est: põt ergo societa
tem lux habere cũ luce. Igitur si nobis cum pa
tre / & filio / & spiritu sancto: societas data ẽ: vi
dendũ nobis est: ne sanctã istã: diuinãq̃ socie
tatẽ peccando abnegemus. Si eñ agamus opa
tenebrarũ: certũ est: quia societatẽ negauim⁹
lucis. Sed & sanctorũ socios nos dicit Aposto
lus: nec mirũ. Si enim cum patre / & filio dicit
nobis esse societas: quomodo non & cũ sanctis
non solũ: qui in terra sunt: sed & qui in cœlis:
quia & Christus per sanguinẽ suũ pacificauit
cœlestia / & terrestria: vt cœlestibus terrena so
ciaret: qđ euidenter indicat: vbi dicit gaudiũ
esse in cœlis sup vno peccatore pœnitẽtiã agẽ
te. Et rursum cũ dicit eos: q resurgunt a mor
tuis: futuros esse sicut angelos dei in cœlo: &
cũ ex integro hoĩbus cœlorũ regna promittit.
Hãc ergo societatẽ dirũpit: & abnegat: quicũ
q̃ malis actib⁹ suis: malisq̃ sensib⁹ ab eorũ con
iunctione separat. Post hæc de rapina dicitur.
Raptores sunt mali: & boni. & boni quidem il H
li: de quibus dicit Saluator: quia regnum cœ

lorum diripiunt. Sũt autem & mali raptores: de quibus dicit propheta: & rapina pauperũ in domibus vestris est. Apostolus vero abrupte pronuntiat dicens. Nolite errare quia neꝗ adulteri: neqꝫ molles: neqꝫ masculorũ cõcubitores: neqꝫ fures: neqꝫ rapaces: regnum Dei possidebũt: & tamẽ aliqui sciunt: & scdm spiritalem intelligentiam culpabiliter rapere: sicut illi laudabiliter rapiunt regna cœlorum. Vt verbi causa dicamus. Si homo nondũ purgatus a vitiis: nondum segregat⁹ a profanis: & sordidis actibus: velit se coetui sanctorum & perfectorum latenter ingerere: & sermonẽ quo perfecta & mystica tractantur audire: huiusmodi homo secretorũ: & perfectorum sciẽtiam nõ bene rapit. Meminisse enim oportet ꝑcepti saluatoris quo dicit. Quia nemo mittit vinum nouum in vtres veteres: alioquin & vtres rumpent: & vinũ peribit. Ostendens ꝙ animę nondũ renouatę: sed in vetustate malitię perdurãti: nõ oporteat nouorum mysteriorũ: quę per Christũ mũdus agnouit: secreta committi. Addit dehinc legislator: Aut
A siquid nocuit ꝓximo: vel inuenit perditionem lex literæ hoc videtur mandare: vt siquis inuenit quod alius perdidit: & requisitũ fuerit reddat: nec piuret pro eo. Est & hæc vtilis audientibus ædificatio. Multi eñ sine peccato putant esse: si alienum qđ inuenerint teneãt & dicunt. Deus mihi dedit: cui habeo reddere? Discant ergo peccatũ hoc esse simile rapinæ: siquis inuenta non reddat. Veruntamẽ si hoc tantũ: ꝙ scdm literam putatur legislator voluisset intelligi: potuerat dicere si inuenit
B quod perierat: vel qđ aliquis ꝑdiderat. Nunc autem cum dicit: inuenit perditionẽ: amplius nos aliquid voluit intelligere. Qui nimis peccant in scripturis: perditio appellantur: sicut in Ezechiele propheta legimus dictũ. Perditio (inquit) factus es: & nõ subsistes in æternum tempus. Est ergo ostẽdere qui multum quęrendo inuenit perditionẽ: vt verbi gratia: dicamus. Hæretici ad cõstruenda: & defendẽda dogmata sua multũ perquirũt: & discutiunt in scripturis diuinis: vt inueniãt perditionem. Cũ eñ multũ quęsierint testimonia: qbus adstruãt: quę praue sentiũt: perditionẽ sibi inuenisse dicendi sunt. Sed si forte aliqs horum audiens in ecclesia verbum dei catholice tractari: resipiscat & intelligat: quia qđ inue-
C nerat ꝑditio est: reddet (inqt) qđ inuenit. Et is qui ꝑditionẽ inuenit: & ille qui rapinã: sed & ille qui depositũ abnegauit: & oĩs quicũqꝫ aliqua ex parte animę nocuit ꝓximo: aut iurauit iniuste: restituet (inquit) ipsum caput: & quintas supaugebit: & ei cuius est: reddet: secundũ eam dũtaxat expositionẽ: quã de quintis addẽdis ante iam diximus. Et offeret (inquit) dño arietẽ de ouibus sine macula: ꝑtio in id quod deliquit: & orabit ꝓ eo sacerdos cõtra dominũ: & remittetur ei ꝓ vno ab omnibus q̃ fecit: & delinqt in eo. Diximus in supioribus qd est offerre arietẽ: & hunc pretio sicli sancti emptũ. Nũc superest: vt differentiã illã dicamus: ꝙ ibi pretiũ posuit sicli sancti. Hic tantũmodo pretiũ dicit: nec quantitatem pretii: nec nomẽ pecunię designauit. In superioribus eñ vbi ꝓ peccato qđ in sancta cõmissum fuerit: lex dabatur: siclum sanctum dixim⁹ nominatum: & siclũ nomen esse pecunię: vt alibi obolus: alibi dragma: alibi mna: vel talẽtum: vel minutum ęs/denari⁹ dicit. Hic ergo nihil horũ noĩatur: sed tantũ pretiũ quo offerẽdus aries dicit. Interest eñ peccare ĩ sanctis. & peccare extra sancta. Vis & alibi videre hanc ipsam distinctionẽ? Audi quomõ in regnorũ libris dicit Heli sacerdos ad filios suos. Si enim peccauerit quis in hoĩe: exorabit pro eo sacerdos. Si aũt in deũ peccauerit: quis exorabit ꝓ eo? Similiter & Ioãnes apostol⁹ dicit. Est peccatũ ad mortẽ: nõ pro illo dico vt oret. Quia D
ergo diuersitates peccatorũ discere ex spiritali lege debemus: in qbus peccatis tantũmodo emendus sit aries: in quibus vero siclo sancto mercãdus: qui etiã sint isti: qui vendant arietes: reqramus. Ego arbitror ipsos eẽ istos: qui arietes ad sacrificiũ distrahunt: qui sunt & illi: qui oleũ ad lãpadas virginũ vendũt: de quibus dicebãt illę prudẽtes stultis virginibus: ite ad vendẽtes: & emite vobis. Vendũt ergo vel oleũ luminibus: vl' arietes sacrificiis. Qui alii: nisi ꝓphetæ sancti & apostoli: qui mihi cũ peccauero ostendũt: & consiliũ dant quomõ debeã corrigere errores meos: & emẽdare peccata. Vendit mihi Esaias arietẽ ad sacrificandum ꝓ peccato: cũ mihi dicit: tanq̃ ex dei persona. Holocausta arietũ: & adipes agnorum & sanguinẽ hircorũ: & taurorũ nolo. Et paulo post subiũgit. Auferte neqtias ab animis vestris: a cõspectu oculoꝝ vestroꝝ: discite bonũ facere: eripite iniuriã accipientẽ: iudicate pupillo: & iustificate viduam: & venite disputemus dicit domin⁹. Et si fuerit peccata vestra: vt fœnitiũ: vt niuẽ de albabo. Si aũt vt coccinum: vt lanam cãdidam efficiã. Vendit mihi arietẽ & Daniel cũ dicit: qa nõ est locus ad sacrificandũ in cõspectu tuo: vt possimus inuenire misericordiã. Sed in aĩa contribulata: & spiritu humiliatis suscipiamur velut ĩ multitudine agnorũ pinguiũ: sic fiat sacrificium

nostrū in conspectu tuo hodie. Vendit nobis & Dauid arietē sacrificii: cū dicit. Sacrificiū deo spūs cōtribulatus: cor cōtritū et humilia tū deus nō spernit. Cū ergo singuli propheta rum: vel etiā apostolorū cōsiliū his qui delinquunt: dederint: quo possint corrigere: vel emendare peccatū: merito his vendidisse arietes ad sacrificiū videbunt. Quid autē pretii a cōparātibus sumāt: illud opinor: legendi studium: vigilias audiēdi verbi dei: & sup oīa dignissimū pretiū obedientiam puto: de qua di
E cit dñs. Obediētiā malo: q̃ sacrificiū: & dicto audientiā magis: q̃ holocausta. Post hæc subsequtur: & locutus est (inqt) dñs ad Moysen dicens. Præcipe Aaron: & filiis eius dicens. Hæc est lex holocausti. Hoc holocaustū in crematione sua erit sup altare tota nocte: vsq; in mane: & ignis altaris ardebit sup illud: nec extinguetur: & induet se sacerdos tunicā lineā: & campestre lineū induet circa corpus suum: & auferet hostiā: quā consumpserit ignis: & holocaustū de altari: & ponet illud secus altare & dispoliabit se stola sua: & iduet stola alia & eiiciet hostiam: quæ cremata est extra castra in locū mundū: & ignis super altare ardebit: nec extinguet: & cōburet sup illū sacerdos ligna mane: & cōstipabit in illud holocaustum & imponet sup illud adipē salutaris: & ignis semp ardebit sup altare: nec extinguetur. Au
F di semp debere esse ignē sup altare: & tu si vis eē sacerdos dei: sicut scriptū est. Oēs em̄ vos sacerdotes dñi eritis: & ad te em̄ dicitur gens electa regale sacerdotiū popul⁹ in adqsitionē. Si ergo vis sacerdotiū agere animæ tuæ: nunq̃ recedat ignis de altari tuo. Hoc ē quā & dominus in euangeliis præcipit: vt sint lumbi vestri accincti: & lucernæ vestræ ardētes. Semper ergo tibi ignis fidei: & lucerna scientiæ accēsa sit. Sed & qđ dixit lumbi vestri præcincti dominus in euāgelio: hoc idem est: qđ & nūc legislator præcepit: vt cāpestri lineo ꝑcingat sacerdos: & ita veteri cinere deposito: īnouet sacros ignes. Oportet em̄ etiam nos dicere ecce vetera transierūt: & facta sunt omnia noua Campestri em̄ lineo cingit: vel (sicut alibi dicitur) fœmoralibus vtit: qui luxuriam fluxæ
G libidinis: cingulo restrinxerit castitatis. Ante oīa em̄ sacerdos: qui diuinis assistit altaribus castitate debet accingi: nec aliter purgare vetera: & instaurare poterit noua: nisi lineis indutus. De lineis sæpe iam dictū est: & tūc maxime: cū de indumētis sacerdotalibus dicebamus: q; species ista formam teneat castitatis. Quia origo lini ita e terra ducitur: & de terra editur: vt ex nulla admixtione concepta sit.

Obseruandū tamen est q; aliis indumentis sacerdos vtitur: dum est in sacrificiorū ministerio: & aliis: cum ꝓcedit ad populū. Hoc faciebat & Paulus sciētissimus pontificum: & peritissimus sacerdotū. Qui cū esset in cœtu perfectorum: tanq̃ intra sancta sanctoꝝ posit⁹: & stola pfectionis indutus / dicebat. Sapientiam loquimur inter perfectos. sapientiā aūt nō huius mundi: neq; principū huius mūdi: qui destruunt: sed loqmur dei sapientiam in mysterio abscōditā: quā nemo principū huius sæculi cognouit. Si em̄ cognouissent: nunq̃ dominū maiestatis crucifixissent. Sed post hæc tanq̃ ad populum exiēs mutat stolā: & alia induitur longe inferiore: q̃ illa. Et quid dicit? Nihil aliud (inquit) iudicaui me scire inter vos: nisi Iesum Christum: & hūc crucifixum. Vides ergo istum doctissimū sacerdotē: quomodo indutus sit cum est iturus inter perfectos: velut in sancta sanctorū: alia vtitur stola doctrinæ. Cum vero exit ad eos: qui incapaces sunt: mutat stolam verbi: & inferiora docet: & alios lacte potat: vt paruulos: alios oleribus nutrit: vt infirmos. Aliis vero fortes ꝑparat cibos. His scilicet qui pro possibilitate sumēdi excitatos habent sensus: ad discretionem boni: vel mali. Sic sciebat Paulus mutare stolas & alia vti ad populū: alia in ministerio sanctorum. Ipse autem pontificū pontifex: & sacerdotum sacerdos dñs: & saluator noster de quo dicit Apostolus: quia pontifex sit futurorū bonorū. Audi quomodo primus hæc fecerit: & ita discipulis suis hæc imitanda reliquerit. Euāgeliū refert de eo: & dicit. Quia in parabolis loquebat ad turbas: & sine parabolis nō loquebat eis. Seorsum autē soluebat ea discipulis suis. Vides quomō ipse docuit aliis indumentis vti debere pontificē: cum ꝓcedit ad turbas: aliis cū eruditis & pfectis ministrat in sanctis. Vnde optandū nobis est: & agendū: ne tales nos inueniat Iesus: ita imparatos: & ita sæculi solicitudinibus alligatos: vt cum turbis loquatur nobis in parabolis vt videntes non videamus: & audientes non audiamus: sed potius inter eos inueniri mereamur: ad quos dicit: vobis datum est nosse mysteriū regni dei. Post hoc: hæc ē (inqt) lex sacrificii: quod offerēt filii Aaron sacerdotis ante altare cōtra dominū. Auferet ab eo plenā manum de similagine sacrificii cum oleo eius: & cum omni thure eius: quæ sunt ad sacrificiū: & imponet super altare hostiā odorem suauitatis: memoriale eius domino. Qđ autem superfuerit ex ea: māducabit Aaron: & filii ei⁹. Azima edetur in loco sancto: in atrio taberna

(Right margin letters: H, I, K)

tabernaculi testimonii manducabũt eã. Non
coquetur fermentatũ: partem illis hanc dedi
ab hostiis dñi: sancta sanctorum sunt: sicut est
pro peccato: & pro delicto: oẽs masculi sacer-
dotum edent eam. Legitimum æternũ in pro
genies vestras ab hostiis dñi. Omnis qui teti
gerit ea sanctificabitur. In his quæ proposita
sunt: mos quidem sacrificandi sacerdotib⁹ da
tur: & obseruantiæ quibus coli deus: vel puri
ficari populus videretur. Vel etiam in neces-
sariis victus causa cõsuleret sacerdotib⁹ & mi
A nistris. Offerendę em̃ similæ in sacrificio men
sura posita est: quæ decima pars ephi appella-
tur: huic oleum superfunditur: & thus super
ponitur. Sed cum ad altare peruenerit: sacer-
dos (inquit) plenam manum ex ea sumet: ita
vt intra plenitudinẽ manus cõcludat: & oleũ:
quod ĩfusum est: & thus quod superpositum
est: vt sit hoc libamen: & sacrificiũ deo: in odo
rem suauitatis. Cætera (inquit) maneant sa-
cerdotibus ad edendũ: sed edenda ea tradidit
lex in loco sancto: in atrio tabernaculi: ita vt
nihil fermentetur ex eis. Hanc enim (inquit)
dedi partem sacerdotibus: & hæc sunt sancta
sanctorum. Sed & illud obseruari voluit vt so
li masculi edãt ex eo: fœmina nulla cõtingat.
B Addit & hoc: ꝙ qui tetigerit ea: sanctificetur.
Sed si velimus nunc ab iis: qui in manifesto iu
dęi sunt: requirere de singulis qua ratione il-
lud hoc modo dictũ sit: aut illud alio mõ: ab-
soluta nobis responsione satis facient dicen-
tes. Ita visum est legem danti: nemo discutit
dominum suum. Et ideo cedentes eis in cæte
ris: de hoc nouissimo sermone requiramus vt
dicant quomodo omnis: qui tetigerit ex sacri
ficio sanctorum sanctificetur? Si homicida te
tigerit: si profanus: si adulter: si incœstuosus:
sanctificatus erit? Non em̃ excepit aliquẽ sed
dixit: omnis q tetigerit ea: sanctificabitur. Po
namus em̃: ꝙ etiam nũc integer sit status illi-
ius tẽpli: offerãtur hostię: sacrificia cõsumã-
tur. Ingressus est aliquis tẽplum scelestus: ini
quus: ĩpurus: inuenit carnes ex sacrificiis ꝓ-
positas: & tetigit eas: sanctificatus continuo
prõũtiabit? Em̃uero nullo modo: vel rei na-
tura: vel veritas religionis hoc recipit: & ideo
redeundũ nobis est ad expositiones euangeli-
cas: atq; apostolicas: vt lex possit intelligi. Ni
si enim velamen abstulerit euangeliũ de facie
Moysi: nõ põt videri vultus eius: nec sensus
C eius intelligi. Vide ergo quomodo in ecclesia
apostolorum discipuli adsunt his: quę Moy-
ses scripsit: & defendũt ea: quod & impleri q̃-
ant: & rationabiliter scripta sint. Iudæorũ ve
ro doctores: & impossibilia hæc: & irrationa-
bilia / sequentes literam faciunt. Igitur sacrifi
ciũ: pro quo hæc omnia sacrificia in typo: &
figura præcesserant: vnum: & ꝑfectũ: immo-
latus est Christus. Huius sacrificii carnẽ siqs
tetigerit: cõtiuuo sanctificat. Si ĩmundus est:
mũdat: si in plaga est: sanat. Sic deniq; intelle-
xit illa: de qua pauloantę memoraui: quæ pro
fluuiũ sanguinis patiebat. Quia ipse esset ca-
ro sacrificii: & caro sancta sanctorũ: & quia ve
re intellexit quę esset caro sancta sanctoꝝ: id
circo accessit: & ipsam quidẽ carnẽ sanctã con
tingere nõ audet. Nondũ em̃ mundata fuerat
nec quæ ꝑfecta sunt: apprẹhenderat. Sed fim-
briã tetigit vestimenti: quo sancta caro tege-
batur: & fideli tactu virtutẽ elicuit ex carne:
quæ se & ab immũditia sanctificaret: & a pla-
ga: quã patiebatur: sanaret. Nõ tibi videt isto
magis ordine stare posse dicta Moysi: quibus
dicit. Oĩs qui tetigerit ex carnib⁹ sanctis san-
ctificabitur. Has em̃ carnes: quas nos exposui
mus: tetigerũt oẽs: q ex gentibus crediderũt.
Has tetigit & ille: qui dicebat. Fuimus em̃ & D
nos aliq̃n stulti: & increduli: errantes: seruien
tes desideriis: & voluptatibus variis: in mali
tia: & inuidia agẽtes: odibiles odiẽtes inuicẽ.
Sed cũ benignitas: & humanitas inluxit Sal-
uatoris nostri dei: saluos nos fecit ꝑ lauacrum
regenerationis: & renouatiõis spũs sancti. Et
alibi dicit. Et hæc (inqt) quidẽ fuistis: sed iu-
stificati estis: sed sanctificati estis: in noĩe dñi
nostri Iesu Christi: & in spũ dei nostri. Si enim
(vt dixim⁹) tãgat qs carnẽ Jesu eo modo quo
supra exposuim⁹ tota fide: omni obedientia:
accedat ad Iesum: tanq̃ ad verbũ carnẽ factũ:
iste tetigit carnẽ sacrificii: & sanctificatus est.
Tangit autẽ carnes verbi & ille: de quo dicit
Apostolus. Perfectorũ aũt est cibus solid⁹: eo-
rum qui pro possibilitate sumẽdi exercitatos
habẽt sensus ad discretionẽ boni: ac mali. Tã-
git ergo & ille carnẽ verbi dei: q interiora ei⁹
discutit: et occulta potest explanare mysteria
Et nos si haberemus talem intellectum: vt pos
semus singula: quæ scribunt in lege: spiritali
interpretatione discernere: & obiectum vni-
uscuiusq; sermonis sacramentum in lucẽ sciẽ
tiæ subtilioris educere. Si ita docere possem⁹
ecclesiam: vt nihil ex his quæ lecta sunt: rema
neret ambiguum: nihil relinqueret obscurũ.
Fortassis & de nobis dici poterat: qa tetigim⁹
carnes sanctas verbi dei: & sanctificati sum⁹.
Sic autem accipio & illud quod dictum est:
quia omnes masculi ex sacerdotibus edẽt eã. E
Nulla em̃ fœmina nec remissa: & dissoluta
aĩa: poterit edere carnes sanctas verbi dei. Mas
culus quærit: q eas edat. Masculi deniq; sunt:

qui perducunt vt ad numerū: nusq̄ fœminæ:
nusq̄ paruuli numerant. Vnde & Apostolus
dicebat. Cū autē factus sum vir: deposui quæ
erant paruuli. Talis ergo iste masculus: & ta-
lis vir quærit: qui carnes sanctas possit com-
edere: & comedere non in quocunq; loco: sed
in loco sancto: intra atrium tabernaculi. Au-
diant hæc qui scindūt ecclesiā: & peregrinas
ac prauas inducentes doctrinas: putant se sa-
cras carnes extra templū dei: & extra aulā do
F minicam posse comedere. Profana sunt eorū
sacrificia: quæ contra mandati legem gerunt
In loco sancto edi iubentur: intra atria taber-
naculi testimonii sint. Atria tabernaculi testi
monii sunt quæ fidei murus ambit: spei colū-
næ suspendūt: charitatis amplitudo dilatat.
Vbi hæc nō sunt: carnes sanctę nec haberi pos
sunt: nec comedi. Bene aūt qd̄ & ea: quæ ex sa
crificio similaginis offerūt: plena manu cum
oleo offerunt & thure: in odorem suauitatis
dño. Istum locū breuiter explanauit Aposto-
lus Paulus ad Philippēses dicēs. Replet⁹ sum
accipiēs ab epaphrodito ea: quæ a vobis missa
sunt in odorē suauitatis: hostiā acceptam: pla
centē deo. In quo ostēdit: ꝙ misericordia qui-
dem: quæ erga pauperes fit: oleū infundit in
sacrificio dei. Ministeriū vero: qd̄ sanctis de-
fertur: suauitatē thuris imponit. Sed hoc ple
na manu fieri debere præcipit. Sic eñ idē apo
stolus dicit. Quia qui parce seminat: parce &
metet. Qui aūt seminat in bñdictione: de be-
nectione & metet vitam æternā. Est tamen ali
G quid in ipso sacrificio: qd̄ memoriale appellat
qd̄ offerri dño dicit. Ego si possem die: ac no-
cte in lege domini meditari: & omnes scriptu
ras memoria retinere: mēoriale sacrificii mei
dño obtulissem. Certe si nō oīa possumus: sal
tem ea quæ nunc docent in ecclesia: vel quæ
recitant: memorię cōmendemus: vt exeuntes
de ecclesia: & agentes opera misericordiæ & ī
plentes diuina præcepta: sacrificiū cum thu-
re: & oleo offeramus in memoriā domino. Ex
his ergo edocemini: vt quæ auditis in ecclesia
tanq̄ munda animalia: veluti ruminantes ea
reuocetis ad memoriā: & cū corde vestro quę
H dicta sunt: cōferatis. Qꝫ si aliqua memoriæ su
perfuerint: & intellectū vestrū superauerint:
facite ꝙ præsentis mandati authoritas præ-
cipit: dicens. Quod autē supfuerit ex iis man
ducabit Aaron: & filii eius. Si quid superaue
rit: & excesserit intellectū tuum: vel memori
am tuā: serua Aaron: hoc est reserua sacerdo-
ti: reserua doctori: vt ipse hæc manducet: ipse
discutiat: ipse exponat: sicut & alibi ipse Moy
ses dicit. Interroga patres tuos: & annuntia-
bunt tibi: presbyteros tuos: & dicent tibi: Ipsi
eñ sciunt quomodo hæc azima debeant man
ducari: & in azimis synceritatis: & veritatis
exponi: additur in sequētibus. Et locutus est I
dñs ad Moysen dicens. Hoc munus Aaron &
filiorum eius: quod offerēt dño in die qua vn
xeris eum: decimā partem ephi similaginis in
sacrificio. Semper dimidium eius mane: & di
midium eius post meridiem. In sartagine ex
oleo fiet cōspersa: offeret eā tenerā: sacrificiū
de fragmentis: in odorē suauitatis dño: sacer
dos qui vnctus fuerit pro eo ex filiis eius: faci
at ea: lege æterna: omnia consummabuntur.
Et omne sacrificiū sacerdotis holocaustū erit
& non edetur. In cæteris quidē pręceptis pon
tifex in offerēdis sacrificiis populo præbet of-
ficium. In hoc vero mandato quę ꝓpria sunt:
curat: & quod ad se spectat: exequitur. Iube-
tur eñ ex die: qua vnctus fuerit: semper & in
perpetuū offerre similaginē oleo cōspersam: te
neram ex sartagine. Idq; cognominat sacrifi-
cium ex fragmētis: in odorē suauitatis: & hoc
lege æterna permanere: & trāsmitti ad poste-
ros iubet. Addit sane obseruandū: ne vllū sa-
crificium sacerdotis: hoc est quod pro seipso K
offert: edatur a quoq̄: sed holocaustum fiat:
quod est igni absumi. Præceptū quidē scd̄m li
teram clarum est. Velim tamen videre qui in
hoc typus: & quæ figura formetur: dimidiū
sacrificii huius mane vult offerri: & dimidiū
vespere: certa mensura similę oleo conspersæ
tenerę a sartagine. Vide si non (vt ego suspi-
cor) sacrificii sacerdotis hæc ipsa sit lex: quæ
per Moysen promulgat: cuius dimidiū mane
iubet offerre: dimidiū vero ad vesperā. Quā
legem in duas partes diuidi præcepit. In lite-
ra videlicet: & spiritu: & dimidiā quidē par-
tem: quæ est litera: offerri iubet mane: primo
scilicet legis tēpore: qd̄ illis quibus tūc secun
dum literā data est: nouā lucem: & nouum ꝓ
tulit diem. Dimidium vero eius offerri iussit
in vesperā. In vespera eñ nobis datus est Sal-
uatoris aduētus: ī quo pars illa dimidia: hoc
est sensus: vel spiritus legis: scd̄m ꝙ lex spiri-
talis est: offeratur oleo cōspersa tenera. Oleū
ad misericordiā reuocat: quæ debet in sacer-
dotibus abundare. Tenera ad subtilē: & purā
intelligentiā pertinet. Qꝫ aūt a sartagine di-
citur: puto ꝙ districtum: & multa continen- L
tia: aridum: & torridū velit esse sacerdotē. In
quo nihil remissnm haberi ad luxuriā: nihil
fluitans ad libidinē possit. Quod autē sacrifi
cium ipsum ex fragmētis nominauit in odo-
rem suauitatis: puto ꝙ fragmenta sacerdotū
velit intelligi: cum legis per eos litera fran-

gitur: & cibus ex ea latēs: intrinsecus spiritalis elicit: vt audientes turbę reficiant: sicut & dñs fecisse refert in euangeliis: vbi benedixit panes: & dedit discipulis: & discipuli cōfringentes apposuerunt turbis. Et cū satiati fuissent omnes superfuerūt (inquit) fragmētorū cophini. xii. Istud est ergo sacrificium ex fragmentis: cū minutatim quę sunt legis sancta discutimus: vt spiritalē ex his cibū: purumq; capiamus. Et hæc (inqt) est lex æterna. Ioannes quidē apostolus in Apocalypsin dicit esse
A euangeliū æternū. Inuenimus & hic scriptū esse legē æternā: sed isti qui legem scdm literā sequi volunt: velim mihi nunc dicerent quomodo lex huius sacrificii esse possit æterna. Cum vtiq; destructo templo: subuerso altari: & oībus quę dicebantur sancta: profanatis: ritus iste sacrificiorū non potuerit permanere? Quomodo ergo æternū dicent: q; olim cessasse: & finitū esse iam cōstat? Restat vt scdm eā partē lex hæc æterna dicat: qua nos dicimus legem esse spiritalē: & per eam spiritalia posse offerri sacrificia: quæ neq; irrumpi vnq̄: neq; cessare possunt. Nō em̄ in loco est: qđ subuertitur: aut in tpe qđ mutat: sed in fide credentis: & in corde sacrificātis. Sane qđ ait: nō edetur de sacrificio sacerdotis: sed holocaustum erit: certū est ad dñi & saluatoris nostri persο
B nam referri. De illius em̄ sacrificio nō edetur sed holocaustū erit. Hoc in loco sacrificium: verbum ipsum accipiendū est: & doctrina: de qua nullus edet: hoc est nullus disputat: nullus retractat: sed holocaustum est. Quicquid em̄ dixit: quicqd statuit: æterna cōsecratione pdurat: nec aliqs ita insanus inuenitur: aut pfanus: qui retractare de eius sermonibus possit: quos tanq̄ holocaustū: sacrificiū deo oblatum: in omni cultu: & veneratione habere debemus. Quia cœlū & terra transibunt: verba aūt eius non trāsibunt: sed semp manēt: sicut & ipse semp manet: per ipsum deo patri cum spiritu sancto gloria: & imperiū in sæcula sæculorum. Amen.

De eo quod scriptū est hæc lex peccati: in loco/quo iugulabunt holocausta: occident & id quod peccati est: & cætera.

Homilia. V. Cap. VII.

C ET locut⁹ est dñs ad Moysen dicēs. Loqre ad Aaron: & ad filios ei⁹ dicēs. Hęc ē lex peccati: in loco quo iugulabunt holocausta: occidēt & id qđ peccati est cōtra dñm: sancta sanctorū sunt. Sacerdos q offert illud in loco sancto edet: in atrio tabernaculi testimonii: omnis qui tangit de carnibus eius: sanctificabit: & cuicūq; aspersum fuerit ex sanguine eius: super vestimētum quodcūq; respersum fuerit: & ipsum lauabit in loco sancto: & vas fictile in quocūq; coctum fuerit: confringetur. Si autē in vas ęreū coctū fuerit: defricabit illud: & diluet aqua. Oīs masculus ex sacerdotibus edet ea: sancta sanctorū sunt dño: & oīa quæ pro peccato sunt: ex quib⁹ illatum fuerit a sanguine eorum in tabernaculo testimonii deprecari in loco sancto: nō edent sed igni comburentur. Hæc oīa nisi alio sensu accipiamus: q̄ literę textus ostendit: sicut sæpe iam diximus: cum in ecclesia recitant: obstaculum magis: & subuersionē christianæ religioni: q̄ rationē: ædificationēq; pręstabunt. Si vero discutiant: & inueniāt quo sensu hæc dicta sunt: & digne deo: qui hęc scribit aduer D tantur: fiet quidem iudæus: qui hæc audit: sed non ille qui in manifesto: sed qui in occulto iudæus est. Secūdum illā differētiā iudęi: quā distinguit Apostolus dicēs. Nō em̄ qui ī manifesto iudęus est: neq; q̄ manifeste in carne est circūcisio: sed qui in occulto iudæus est circuncisione cordis: qui spiritu / nōn litera. Cuius laus nō ab hoībus: sed ex deo est. Quā differentiā iudæi visibilis: & iudæi inuisibilis non intelligētes impii hęretici: non solum ab his scripturis refugerunt: sed & ab ipso deo: qui legē hāc: & scripturas diuinas hominib⁹ dedit: atq; aliū sibi deū: præter illum qui cœlum & terrā condidit: confinxerūt: cū vtiq; si dei veritas vnū: eundēq; deum legis: & euangeliorū teneat: visibiliū & inuisibiliū creatorē. Quia & cognationē plurimā visibilia: cū inuisibilibus seruant: ita vt Apostolus dicat. Quia inuisibilia dei a creatura mundi per ea quæ facta sunt: intellecta conspiciunt. Sicut E ergo cognationē sui adinuicem gerunt visibilia: & inuisibilia: terra & cœlum: anima & caro: & corpus & spiritus: ex horum coniūctionibus cōstat hic mūdus: ita etiā sanctam scripturam credendū est ex visibilibus & inuisibilibus constare: veluti ex corpore quodam literæ: scilicet quæ videt: & animę sensus: qui intra ipsam dephendit. Ex spiritu: secundū id quod etiam quædam in se cœlestia teneat (vt Apostolus dicit) quia exēplari: & vmbræ deseruiunt cœlestinm. Quia ergo hæc ita se habent: inuocantes deū: qui fecit scripturæ animam & corpus: & spiritū. Corp⁹ quidem iis qui ante nos fuerunt: anima vero nobis: spiritum autem iis qui in futuro hæreditatem vitæ æternæ consequentur: per quam perueniant ad regna cœlestia. Eam nunc: quā dixi-

mus legis animā: requiramus quātum ad pręsens interim spectat. Nescio autē si possumus etiā ad spiritū eius ascēdere in his: quæ nobis de sacrificiis lecta sunt. Debemus enim eum: quē diximus in occulto iudęū: sicut ostēdim⁹ quia nō carne: sed corde circūciditur: ita ostēdere: quia & sacrificat nō in carne: sed corde: & quia edet de sacrificiis: non carne: sed spiritu.
F Sed videamus iam quæ sunt illa: quæ referuntur in lege. Et locutus est (inquit) dn̄s ad Moysen dicens. Loquere ad Aaron: & filios eius dicens. Hæc lex peccati: & cætera q̄ paulo ante recitata sunt. Et ante iam dixisse nos memini: quia lex non semꝑ eisdem datur: sed alia quidē datur filiis israel: alia autem filiis Aaron: alia etiā (sicut iampridem obseruauimus) Mosi & Aaron. Est & alia lex: quæ soli Mosi datur: ita nec Aaron legis ipsius particeps fiat. Quarum per singula distinctiones & diuersitates: quis ita scientiæ dono illuminatus a deo est: vt possit integre: aperteqꝫ dis serere? Inuenimus em̄ in cōsequētibus præceptum dn̄i ad solū Mosen dari: & iuberi: vt pectusculum arietis pfectiōis Mosi detur: sicut præcepit (inquit) dn̄s Mosi. In qua portione neqꝫ Aaron: neqꝫ filii eius patticipes fiunt & inuenitur lex: quæ pertinet ad arietem perfectionis non posse peruenire vsqꝫ ad Aaron: neqꝫ ad filios eius: multomagis nec ad reliquos filiorū israel: sed ad solū Mosen: qui erat amicus dei. Verum quid opus est: quæ postmodū recitanda sunt: pręuenire? Nunc interim lex recitata est: quæ ad Aaron & filios eius promulgatur: lex peccati: hoc est hostiæ: quæ offertur pro peccato: in loco (inqt) in quo iugulantur holocausta: ibi occidēt: & id quod pro peccato est: in conspectu dn̄i: sancta sanctorū sunt. Multa quidē iam (deo iuuante) de sacrificiorum ritu scd̄m spiritalem intelligentiā: i
G supioribus dicta sunt. Sed & nūc si gratia domini nos visitare dignetur: & vos orationib⁹ annitamini: addemus quæ dederit dn̄s. Hostiarum quædā quidem sunt dei solius: ita vt nullus hominū participet ex ipsis. Quædam sunt Aaron sacerdotis: & filiorum eius: quædam ipsius: & filiorū: & filiarū eius: ita vt etiā vxorem sacerdotis edere liceat ex his. Quædam sunt sacerdotū: & filiorū: ac filiarū eorū sed de quibus edere liceat etiam filios israel: & in illis quidem hostiis: de quibus licet edere filios israel: sine dubio habent participium etiam sacerdotes: & filii sacerdotum: non tamen ex omni hostia: quā edet sacerdos: etiam filios israel edere licebit. Igitur cum istæ sint hostiarum differētiæ: illam quā diximus: solius dei esse: ex qua neqꝫ Mosen: neqꝫ Aaron: neqꝫ filios eius participare fas est: aliquando quidē holocaustomata nominari inuenim⁹: Aliquādo vero non holocaustomata: sed holocalpomata: veluti si dicamus: q̄ totus fructus sit ille: scilicet qui deo offertur. Est ergo prima legis latio de sacrificiis: si tamen vel obseruastis vel retinetis diligenter quæ lecta sunt: ac diserta: & nō trāscurrūt aures vestras in vanū: vel quæ a nobis dicuntur: vel quæ ex diuinis voluminibus recitantur. Prima ergo est hostia: holocaustomata. Neqꝫ em̄ oportebat aliā primo hostiam nominari: nisi eam quæ oīpotenti deo offerebat̄. Secunda hostia est: quę ad edendū sacerdotibus mancipatur. Tertia: de qua etiā filios israel cōtingere: vel edere: ipos scilicet qui offerunt: fas est. Sed filios israel nō omnes: nisi illos tantum: qui mundi sunt. Soli enim qui mundi sunt: de sacrificiis edere iubentur. Verum istas oēs hostias tu qui in occulto iudæus es: nolo in animalibus requiras visibilib⁹: nec in mutis pecoribus inueniri putes: quod offerri debeat deo. Istas hostias itra teipsum require: & inuenies intra animā tuā. Intellige te habere intra temetipsum greges boum: illos qui benedicūtur in Abraham. Intellige habere te & greges ouium: & greges caprarum: in quibus benedicti: & multiplicati sunt patriarchę. Intellige esse intra te etiam aues cœli. Nec mireris q̄ hæc intra te esse dicimus. Intellige te & alium mundum esse paruum. & esse intra te solem: esse Lunam etiam stellas. Hoc em̄ si ita nō esset: nunq̄ dixisset dominus ad Abrahā. Aspice ad cœlum: & vide stellas: si dinumerari possunt a multitudine: sic erit semen tuum. Nec mireris inquā si dicitur ad Abraham: quia sic erit semen tuum: sicut stellę cœli. De illis scilicet qui ex fide ei⁹ geniti rationabiliter viuant: ac diuinas leges: & præcepta custodiant. Audi amplius aliqd Saluatorem ad discipulos dicētem. Vos estis lux mundi. Dubitas ne eē intra te solē: & Lunam: ad quem dicit̄: quia lux sis mundi? Vis adhuc amplius aliqd de teipso audire? ne forte parua de te: & humilia cogitans: tanq̄ vilem negligas vitā tuā? Habet hic mundus gubernatorem suū: habet qui eū regat: & habitet in ipso oīpotentē deum: sicut ipse per prophetā dicit. Nonne cœlū: & terrā ego impleo dicit dn̄s? Audi ergo: ipse omnipotens deus quid etiam de te: hoc est quid de hoīb⁹ dicat. Habitabo (inquit) in eis: & in ipsis ambulabo. Plus aliquid adhuc audi erga personā tuam. Et ero (inquit) eis in patrem: & ipsi erunt mihi in filios: & filias: dicit dominus. Habet

hic mūdus filium dei: habet spiritū sanctum: scdm quod dicit ꝓpheta. Verbo domini cœli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtꝰ eorum. Et iterum alibi. Spiritꝰ eñ domini repleuit orbē terrarum. Audi & tibi quid dicit Christus. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi. Et de spiritu sancto dicit. Effundā de spiritu meo super omnē carnem: & ꝓphetabunt. Cū ergo videas habere te oīa: quę mūdus habet: dubitare nō debes ꝙ etiam animalia: quæ offeruntur in hostiis habeas intra te: & ex ipsis spiritaliter offerre debeas hostias. Sed de illis (prout potuimꝰ) in supiorībꝰ explanauimꝰ. Nūc
A vero illud addimus: qđ dicit. Quia in loco: in quo iugulanť holocausta: ibi etiā hostiæ pro peccato. Vide q̄ multa misericordia: & benignitas dei est: vt vbi holocaustū iugulatur illud quod soli deo offertur: ibi etiam hostia: q̄ pro peccato est immolari iubeatur. Quo scilicet intelligat se qui peccauit: & pœnitet & cōuersus ad dominum contribulati spiritus hostiam iugulat: in loco iam sancto stare: & sociari his quæ pertinēt ad deum. Ibi ergo immolatur hostia pro peccato: vbi & holocaustum in conspectu (inquit) domini: est fortassis in cōspectu dñi offerre sacrificiū: & non offerre in cōspectu dñi. Quis ergo est qui offert in cōspectu dñi? Ille (vt opinor) qui nō exiit a conspectu dñi: sicut Cayn: & effectus est timens & tremēs. Siquis ergo est qui habet fiduciam adstare in conspectu dñi: & non fugit a facie eius: nec aspectum eius peccati cōsciētia declinet: iste in cōspectu dñi offert sacrificium. Hanc ergo hostiā quæ offertur pro peccatis: dicit esse sancta sanctorū. Maius aliquid audere vult sermo: si tamen & vester sequatur au-
B ditus. Quæ est hostia quę pro peccatis offertur: & est sancta sanctorum? nisi vnigenitus filius dei: dominꝰ meus Iesus Christus. Ipse solus ē hostia ꝑ peccatis: & ipse est hostia sancta sanctorum. Sed quid addit? Sacerdos (īquit) qui offert illud: edet illud. Videť difficile esse ad intellectū. Illud eñ qđ edēdū dicit: ad peccatum referri videtur: sicut & alibi dicit de sacerdotibus ꝓpheta: quia peccata populi mei manducabunt: Vnde & hic ostendit sacerdotem peccatū offerentis comedere debere. Sæpe ostendimus ex diuinis scripturis Christū esse & hostiā: quę pro peccato mūdi offertur: & sacerdotē qui offerat hostiam. Qđ vno verbo Apostolus explicauit: cum dicit. Qui seipsum obtulit deo. Hic ergo est sacerdos: qui peccata populi comedit: & consumit: de quo dictum est. Tu es sacerdos inæternum scdm ordinem Melchisedech. Saluator ergo & do- C
minus meus peccata populi edit. Quomodo edit peccata populi? audi quid scriptū est Deus (inquit) noster ignis cōsumens est. Quid consumit deus ignis? Nunquid tam imperiti erimus: vt putemus ꝙ deus ignis ligna cōsumat: aut stipulam: aut ferrū? sed consumit deus ignis humana peccata: illa absumit: illa deuorat: illa purgat: secundum ꝙ & alibi dicit. Et purgabo te igni ad purū. hoc est manducare peccatū eius qui offert sacrificiū pro peccato. Ipse eñ peccata nostra suscepit: & in semet ipso ea: tanq̄ ignis comedit: & absumit. Sic deniq; ecōtrario eos / qui permanēt in peccatis: mors dicitur deglutisse: sicut scriptum est. Deglutiuit mors prꝫualens. Hoc puto eē quod in euangelio saluator dicebat. Ignem veni mittere in terram: & q̄ volo vt accēdatur. Atq; vtinā & mea terra accendatur igni diuino vt vltra non afferat spinas: & tribulos. Sic intelligere debes & illud: quod scriptum est. D
Ignis accensus est ab ira mea: comedet terrā: & generationes eius. Dicit ergo lex. Sacerdos qui obtulerit: edet illud in loco sancto: ī atrio: tabernaculi testimonii. Consequēs eñ ē: vt secundū imaginē eius qui sacerdotium ecclesię dedit: etiā ministri eius sint: & sacerdotes ecclesiæ peccata populi accipiant: & ipsi mutantes magistrum: remissionē peccatorū populo tribuant. Debent ergo & ipsi ecclesię sacerdotes ita perfecti esse: & in officiis semp sacerdotalibus eruditi: vt peccata populi in loco sancto in atriis tabernaculi testimonii ipsi nō peccando consumāt. Quid aūt est in loco sancto manducare peccatum? Locus erat sanctus: in quē ꝑuenerat Moses: scdm qđ dictum est ad eum. Locus eñ in quo stas: terra sancta est. Similiter ergo & in ecclesia dei locus sanctus ē: fides perfecta: & charitas de corde puro: & cōscientia bona. Qui in his stat in ecclesia in loco sancto stare se cognoscat. Neq; enim in terra quærendus est locus sanctus: in qua semel data sentētia est a deo dicēte. Maledicta terra in opere tuo. Fides ergo integra: & sancta cōuersatio: locus est sanctus. In hoc itaq; loco E
positus sacerdos ecclesiæ: populi peccata consumit: vt hostiā iugulans verbi dei: & doctrinæ sanæ victimas offerens: purget a peccatis cōsciētias auditorū. Edit ergo sacerdos carnes sacrificii in atrio tabernaculi testimonii: cum intelligere potuerit quę sit ratio in iis: q̄ve mysteria: quę describunť de atriis tabernaculi testimonii. Ad hæc eñ atria secreta: & recōdita nullꝰ accedit: nulli hæc nisi sacerdotibut patēt. Si tamen pateant: si sciētia sua: & ī

tellectu mystico potuerint eorū secreta penetrare. Scio aūt esse & alia quædam in ecclesia dogmata secretiora: quæ adire nec ipsis sacerdotibus liceat. Illa dico vbi arca reconditur: vbi vrna: vbi manna: & tabulæ testamēti. Illic nec ipsis quidē sacerdotibus datur accessus: sed vni tantū pontifici: & huic semel in anno certis quibusq;: & mysticis purificationibus conceditᷣ istud intrare secretum. Sunt & alia ecclesiæ dogmata: ad quæ possunt peruenire etiā leuitæ: sed inferiora sunt ab iis: quæ sacerdotibus adire concessum est. Scio & alia esse: ad quæ possunt accedere etiā filii israel: hoc est laici: nō tñ alienigenæ: nisi adscripti iā fuerint in ecclesia dñi. Aegypti⁹ enim tertia generatione intrabit in ecclesiā dei. Credo fidē patris: & filii: & spiritus sancti: in quā credūt omnes: qui socientᷣ ecclesiæ dei: tertiā generationem mystice dictam. Veruntamē sciendū est ꝙ ex hostiis: quæ offeruntᷣ: licet concedantur sacertotibus ad edendū: non tamē omnia concedunᷣ: sed pars ex ipsis aliqua deo offertur: & altaris ignibus traditᷣ: vt sciamus etiā nos quod etsi conceditur nobis aliqua ex diuinis scripturis appręhēdere: & agnoscere: sūt tamē aliqua: quæ deo reseruāda sunt. Quę cū intelligentiā nostrā superāt: sensusq; eorū supra nos fit: ne forte aliter a nobis: q̄ se habet veritas: proferantur: melius igni ista seruemus. Et ideo etiam in hoc loco: quæ quidem concessa sunt hoībus ad edendū: prout potuim⁹ intra tabernaculū dñi consumpsimus. Si qua vero supersunt: & vel vos in audiendo: vl' nos superant in dicendo: seruemus igni altaris: tā q̄ eam partē: quæ pro peccato super altare domini iubetur offerri. Et hæc est (inquit) lex arietis: qui pro delicto est: sancta sanctorum ī loco: in quo iugulantur holocaustomata: iugulabunt & arietē qui pro delicto est contra dominū: & cætera. Videtur quidē in scripturis diuinis frequenter peccatū pro delicto: & delictū pro peccato indifferenter: & absq; aliqua distinctione nominari: in hoc tamen loco inuenitur esse discretū. Nam cum superi⁹ in hostia pro peccato ritū sacrificii: atq; ordinē tradidisset: nunc separatim mandat sacrificium pro delicto: & q̄uis eodē ordine: atq; eadē obseruantia cuncta mandentur: & addat in nouissimis: sicut id quod pro peccato est: ita & id qđ pro delicto est: lex vna erit eoꝝ: tamen voluit ostendere esse aliqđ differentiæ in his: q̄bus sacrificia diuisa mandauit: In quo puto ego delictum quidē cōmissum esse leuius aliquanto: q̄ peccatū. Nam inuenimus de peccato dici: ꝙ sit peccatum ad mortem. De delicto nō legimus ꝙ esse dicatur ad mortē. Scio tamen & illam differentiam: quæ nōnullis sapientium visa est: ꝙ delictum quidem sit: cū non facimus ea: quæ facere debemus: Peccatum vero sit: cum committimus ea: quæ committere non debemus. Sed hæc quoniam non semper in scripturis diuinis sub ista distictione īuenim⁹: idcirco generaliter affirmare nō possumus. Igitur eodem modo: atq; eadē traditiōe de sacrificio: quod pro delicto offertur: accipiēdum est: quo & supra exposuimus de eo quod pro peccato est. Similiter enim iubentur adipes arietis/ii: qui circa renes sunt: & ii qui interiora operiūt imponi super altare: vt & tu qui hæc audis: scias omne quod est ītra te crassius: & operit interiora tua: debere te offerre igni altaris: vt purgentur oīa interiora tua. & dicas & tu: sicut & Dauid dicebat: Bñdic aīa mea dñm: & oīa interiora mea nomen sanctū eius. Nisi enim ablata fuerit crassitudo illa quę tegit interiora tua: nō possunt subtilem & spiritalē capere sensum. Nec possunt intellectum capere sapientiæ: & ideo dominum laudare nō possunt. Q; si ablatū fuerit omne quod pingue est de renibus: & de oībus interioribus viscerū: tunc vere purgatus omni vitio libidinis iugulasti hostiā pro delicto: & obtulisti sacrificium deo in odorem suauitatis. Sacerdotis (inquit) qui offert illud & repropiciabit pro delicto: ipsius erit. Discant sacerdotes domini: qui ecclesiis pręsunt: quia pars eis data est cū his: quorū delicta ropropiciauerint. Quid aūt est repropiciare pro delicto? Si assumpseris peccatorē: & monēdo: hortando: docendo: instruendo: adduxeris eum ad pœnitentiam: ab errore correxeris: a vitiis emendaueris: & effeceris eū talem: vt ei conuerso ꝓpitius fiat deus: pro delicto repropiciare diceris. Si ergo talis fueris sacerdos: & talis fuerit doctrina tua: & sermo tuus: pars tibi dabitᷣ eorū quos correxeris: vt illorū meritum: tua merces sit: & illorū salus: tua gloria. Aut nō & Apostolus hæc ostēdit: vbi dicit. Quia qđ supædificauerit quis mercedem accipiet. Intelligāt igitur sacerdotes dñi: vbi est his data portio: & in hoc vacent: atq; his operā dent. Nō se inanibus: & supfluis actib⁹ implicēt: sed sciant se in nullo alio partē habituros apud deum: nisi ī eo quod offertur pro peccatis: id est qđ a via peccati conuerterint peccatores. Notandū etiā illud est: ꝙ quæ offeruntur in holocaustū: interiora sunt: quod vero exterius est: dño non offertur. Pellis domino nō offertur: nec cedit in holocaustomata. Talis fuit & ille filius Iuda: qui dicebatur

Her:quod interpretatur pellis. Propterea & Her pessimus erat:& occidit eũ deus:quia isti tales domino non offeruntur: & omne sacrificiũ:quod fiet in clibano:& omne qđ fiet in craticula:vel in sartagine sacerdotis: qui offeret illud ipsius erit. Quid dicim⁹? Putamus ne ꝙ omnipotens deus q responsa Mosi cœlitus dabat:de clibano & craticula:& sartagine præciperet:vt disceret populus per Mosen: quia per hæc deus his propitius fiet. Si quædam in sartagine frixerint:quędã in clibano coxerint quædã in craticula assauerint:sed non ita ecclesiæ pueri Christũ didicerunt:nec ita in eũ per Apostolos eruditi sunt:vt de domino maiestatis aliquid tam humile & tam vile suscipiant. Quin potius secundũ spiritalẽ sensum:
A quẽ spiritus donat ecclesiæ. Videamus qđ sit istud sacrificiũ:quod coquatur in clibano:vel quis iste clibanus intelligi debeat. Sed vbi inueniam modo ad subitũ scripturã diuinã:quę me doceat quis sit cliban⁹? Dominum meum Iesum inuocare me oportet:vt quærẽtem me faciat inuenire:& pulsanti aperiat:vt inueniã in scripturis clibanũ:vbi possim coquere sacrificium meũ:vt suscipiat illud deus. Et quidẽ inuenisse me puto ĩ Osee propheta vbi dicit. Omnes mœchantes:sicut clibanus succensus ac cõburendũ. Et iterũ. Incaluerunt(inquit) sicut clibanus corda eorũ. Cor ergo est hominis clibanus. Istud autẽ cor:si vitia succenderint:vel libido inflãmauerit:non coquet: sed exuret. Si vero ille id succenderit: qui dixit. Ignẽ veni mittere in terrã: panẽ scripturarũ diuinarũ:& sermonũ dei:quos in corde suscipio:non exuro ad perditionẽ:sed coquo ad sacrificiũ. Et fortassis illa coqui dicuntur in clibano:quę interiora sunt:& recondita nec proferri facile ad vulgus possunt. Sunt eñ multa in scripturis diuinis huiusmodi: sicut apud Ezechielẽ:cum vel de Cherubim:vel de deo: et de illa magnifica visione describitur:hæc si in clibano non coquantur: comedi ita vt sunt cruda nõ possunt. Neqꝫ eñ credendũ est:ꝙ sit animal quoddã in forma leonis positũ:quo vehatur deus:vel aliud ĩ forma vituli:aut aqui-
B lę. Hęc ergo & si qua huiusmodi sunt:nõ sunt cruda proferẽda:sed ĩ cordis clibano sunt coquẽda. Tria itaqꝫ sunt hæc:in quibus dicit sacrificia debere pręparari. In clibano:in sartagine:in craticula:& puto ꝙ clibanus secundũ sui formã profundiora:& ea quę sunt inenarrabilia significet ĩ scripturis diuinis. Sartago vero ea quæ si frequẽter ac sæpe versentur:intelligi:& explicari possunt. Craticula autẽ ea quæ palã sunt:& absqꝫ aliqua obtectione cernuntur. Triplicem nãqꝫ in scripturis diuinis intelligentiæ inueniri sæpe diximus modum historicũ:moralem:& mysticũ. Vnde & corpus inesse ei:& animam:ac spiritum intelleximus. Cuius intelligentiæ triplicẽ formã sacrificiorũ:triplex hic apparatus ostendit. Sed et alibi inuenimus:id est in his ipsis:quę de sacrificiis memorantur: dici canistrum sanctum perfectionis:in quo tres panes haberi mãdantur. Vides consonare sibi sacramentorũ omnium formas? Canistrum perfectionis:in quo tres panes poni iubẽtur:quid aliud debemus accipere:nisi scripturas diuinas:cibos auditoribus tripliciter apponẽtes. Vis tibi & de euãgeliis similis mysterii proferamus exẽpla? Recolamus domini vocẽ:vbi dicit. Quia medio noctis venit quidã ad amicũ suũ pulsans ostiũ eius:& ait. Amice commoda mihi tres panes quoniã amicus mihi superuenit de via:& non habeo qđ ponã ei. In quibus(vt breuiter perstringamus)nox est tẽpus hoc vitę:& tres panes sunt:vnus qui in clibano:alius qui in sartagine:tertius qui in craticula coquitur. Post hęc(inquit)& omne sacrificium factũ in oleo C
siue non factũ omnibus filiis Aaron erit. Singulis æqualiter ꝙ sacrificiũ factũ est in oleo: vel quod est non factum in oleo. Sacrificiũ salutaris in oleo fieri iubetur:sicut supra iã diximus. Sacrificium vero pro peccato nõ fit in oleo. Dicit eñ. Non superponet ei oleum:quoniam pro peccato est. Quod ergo pro peccato est:nec oleum lętitiæ ei:nec thus suauitatis ĩponitur. De peccantibus eñ dicit Apostolus: et lugeã eos:qui ante peccauerunt:& nõ egerunt pœnitentiã:nec odor ĩ eo suauitatis est: quia ex persona peccatoris dicitur: cõputruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ. Hęc interim a nobis obseruata sunt de superiori capitulo:vbi lex sacrificii scribitur pro delicto. Non autẽ dubito multa esse:quę nos latent:& sensum nostrum superent. Non eñ sumus illius meriti:vt & nos dicere possimus. Nos autẽ sensum Christi habemus. Ipse enim plus est sensus Christi:cui patent vniuersa:quæ in legibus sacrificiorum:intra literæ continentur arcanum. Si eñ mererer:vt daretur mihi sensus Christi:etiam ego in his dicerem:vt sciamus quę a deo donata sunt nobis:quę & loquimur. Sed nunc contenti paruitate sensus nostri:secundi capituli videamus exordiũ. Hæc est(inquit)lex sacrificii salutaris:qđ offerent domino. Si quidem pro laudatione offerent il- D
lud:& offerent ad sacrificium panes laudationis ex simila factos ĩ oleo. Et lagana azima vncta oleo:& similaginem consperſam in oleo su

per panes fermentatos offeret munera sua: qa sacrificium laudationis salutaris eius est: & offeret ab eo vnum de omnibus muneribus suis separationem domino sacerdoti: qui effundit sanguinem salutaris: & carnes sacrificii laudationis salutaris ipsi erũt: & in qua die donum offertur: manducabunt: & non derelinquent ex eo vsq; in mane. Sacrificium hoc: qđ salutare appellatur: in duas diuidit partes: & vnam quidem laudationis nominat: alteram voti.
E Vtrunq; tamen sacrificium: salutare nominatur. Verum quoniam non est nobis nunc secũdũ literam instaurare sacrificia: requiramus in nobis quisnam est tantus: ac talis: qui sacrificium salutare: & sacrificium laudis offerat deo. Ego illũ esse arbitror: qui ĩ omnibus actibus suis facit laudari deũ: & impletur per eũ illud qđ dominus & Saluator noster dicit: vt videant homines opera vestra bona: & magnificent patrem vestrum: qui in cœlis est. Ille ergo obtulit sacrificium laudis: pro cuius actibus: pro cuius doctrina: verbo: & moribus: et disciplina: laudatur & benedicitur De⁹: sicut e contrario sunt illi: de quibus dicitur. Quia per vos nomen meum blasphematur inter gẽtes. Obserua tamen & hic quomodo panes ex simila facti in oleo: & lagana azima vncta oleo et simila conspersa in oleo ponitur. Et triplici iterũ sacramento hostia salutaris offertur.
F Et ad vltimum sacerdoti (ĩquit) qui effundit sanguinẽ sacrificii salutaris ipsi erit. Superius dixit sacerdoti: qui propiciabit ipsi erit. Hic sacerdoti qui effundit sanguinem sacrificii salutaris: ipsi erit. Digno ordine vtitur: prius enim repropitiatio quærenda est: & post hæc offerendum sacrificium salutaris. Neq; enim salus esse cuiq̃ potest: nisi prius sibi propitium faciat deũ. Sed & carnes (inquit) sacrificii laudationis salutaris ipsi edunt. Sępe iã diximus ꝙ carnes in scripturis solidum indicant cibũ: perfectamq; doctrinam. Secundum scripturas scio esse animæ cibum quendam lactis: et alium cibum animæ olerum: & alium carnis: sicut ipse Apostolus de quibusdã dicit. Quia lacte vos potaui: non esca. Nondum enim poteratis: sed nec adhuc potestis. Adhuc estis carnales. Et iterum alibi dicit. Alius quidem credit manducare omnia. Qui autẽ infirmus est olera manducet. Et rursum alibi. Perfectorum autem est: cibus solidus: & cętera. Hic ergo carnes sacrificii salutaris: qđ offertur pro laudatione: ipsius iubentur esse sacerdotis. Ex simila vero tripliciter oblata (vt supra diximus) vnum tantum: qđ placuerit sacerdoti: deputatur. Cætera offerentis sunt laici: ita tamen vt sub die comedantur: nec remaneat ex his aliquid in mane. Carnes ergo in quibus solidus cibus est: & pfecta scientia: sacerdotibus deputantur: quia debent in omnibus esse perfecti: in doctrina: in virtute: in moribus. Si eñ hoc in se non habuerint: de sacrificiorum carnibus non edent. Vnum vero illud qđ separatur: tanq̃ præcipuum ex tribus: quæ ex simila pręcepta sunt: in hoc illam partem scientię arbitror designari: de qua superius dixim⁹: quę perfectam indicat profundamq; doctrinã. Sed requires fortasse: cum superius fermẽtum penitus abiecerit de sacrificiis: quomodo nũc super panes fermentatos sacrificium mãdat imponi? verum diligentius intuere: quia non ad sacrificium: sed ad ministerium sacrificii fermẽtatus panis assumit. Quid ergo hic sit agẽdum: videamus. Dominus in euãgeliis humanam doctrinã pharisęorum: qui tradebãt traditionẽ: præcepta hominum fermentũ appellat: cum dicit discipulis. Obseruate a fermẽto Pharisęorum. Similiter ergo humana doctrina est: verbi causa. Grãmatica ars: vel rhetorica: vel etiam dialectica. Ex qua doctrina ad sacrificium quidẽ: hoc est in his quę de deo sentienda sunt nihil suscipiendum est. Sermo vero lucidus: & eloquentiæ splendor: ac disputãdi ratio: ad ministerium verbi dei decẽter iubetur admitti. An non super hoc fermẽtũ habebat verbi dei sacrificium positum ille qui dicebat. Corrumpunt mores bonos colloquia mala: & Cretenses semper mendaces: malę bestiæ: vẽtres pigri? Et alia his similia ex fermẽto sumpta gręcorum. Q; autẽ dicit: sub die comedetur: nec derelinquetur ab eo vsq; in mane: conferamus cũ cæteris sacrificiis: & videamus quę sit ratio ꝙ in hoc quidẽ sacrificio salutari: eadem die quæ offeruntur pręcepit comedẽda. In alio vero sacrificio: etiam in secundam diem seruari ĩdulget: & vsq; in tertiam. Tertia vero iam die igni tradi quæ superfuerint: ne polluant offerentẽ. Quid ergo habeat ista differẽtia: videamus. Sed vere indigemus auxilio dei: qui omnes adipes contegentes interiora nostra dignetur abscindere. Et omne crassioris sensus velamẽ auferre: vt hęc secundum id qđ a deo mãdari dicitur: possimus aduertere. Cõferamus igitur ipsam sibi scripturã diuinã: & quã aperuerit nobis: absolutionis semitã subsequamur. Inuenimus eñ de sacrificio paschæ: qđ in vespera immolari iubetur: dari mandatũ similiter: vt nihil remaneat ex carnibus vsq; ĩ mane. Non est hoc otiosum ꝙ hesternas carnes vesci nõvult nos sermo diuin⁹: sed recẽtes semp & nouas. Eos vero maxie

qui sacrificium paschę: vel sacrificium laudis immolant deo: nouas vero carnes: & recentes
A ipsius diei edere iubet: hesternas prohibet. Recordatus sum simile aliquid & prophetã Ezechielem dicere: cum ei dominus præcepisset: vt coqueret sibi panes ĩ stercore humano. Respondit eñ domino: & dixit. O domine: nunq̃ cõtaminata est anima mea: & morticinũ: aut immundũ nõ introiuit in os meum. Sed neq̃ caro hesterna introiuit in os meũ. De quo sæpe apud memetipsum requirebã quænam esset ista prophetæ exultatio: qua velut magnũ aliquid ante deum proferret: & diceret: quia nunq̃ carnẽ hesternam manducaui. Sed vt video hic edoctus: & ex istis imbutus mysteriis. Hęc propheta loquebatur ad dominum: quia non ita abiectus: & degener sum sacerdos: vt
B hesternis: id est veteribus carnib⁹ vescar. Audite hæc omnes domini sacerdotes: & attentius intelligite quæ dicuntur. Caro quæ ex sacrificiis sacerdotibus deputatur: verbum dei est qđ in ecclesia docent. Pro hoc ergo figuris mysticis cõmonentur: vt cum proferre ad populum sermonem cœperint: nõ hesterna proferant: non vetera: quæ sunt secundum literã proloquantur: sed per gratiam dei noua semper proferant: & spiritalia semper inueniant. Si eñ ea quæ didiceris a iudęis hesterno: hæc hodie in ecclesia proferas: hoc est hesternã carnem facrificii edere: si meministis etiã in oblationem primitiarum eodem sermone vsus est legislator: vt sint (inquit) noua & recẽtia. Vides vbiq̃ ea: quæ ad laudes dei pertinent: hoc eñ est sacrificium laudis: noua: & recẽtia esse debere: ne forte cum vetera profers ĩ ecclesia: labia tua loquanẽ: & mens tua sine fructu sit. Sed audi quid dicit Apostolus. Si (inquit) loquar linguis: spiritus meus orat: sed mẽs mea sine fructu est. Quid igitur est: orabo (iquit) spiritu: orabo & mẽte: psalmũ dicam spiritu: psalmũ dicã & mẽte. Ita ergo & tu siue ex eruditione spiritali: & ex dono gratiæ dei: pręsentẽ & recentem protuleris sermonem in laudibus dei: os quidem tuum offert sacrificiũ laudis: sed mens tua pro sterilitate hesternę carnis arguitur. Nam & dominus panem: quem discipulis dabat: dicebat eis: Accipite & mãducate. Non distulit: nec seruari iussit in crastinum. Hoc fortasse mysterii continetur etiam in eo: qđ panẽ portari non iubet in via: vt semper recẽtes: quos ĩtra te geris: verbi dei panes proferas. Deniq̃ Gabaonitæ illi propterea cõdẽnantur: & ligni cæsores: vel aquæ gestatores fiunt: quia panes veteres ad Israelitas detulerunt: quibus lex spiritalis iubebat semper vti recentibus: & nouis. Alia sane sacramẽtorum figura est: quæ iubet etiam in altera die: C
qđ superfuerit edi: nihil vero in tertiã diẽ reseruari: de qua suis locis videbimus. Sed ne illud quidẽ nos lateat esse quoddam tempus: in quo benedictio fit veteribus vesci. Nam de anno septimo: qui remissionis annus: vel sabbaticus nominatur: ita dicit. Mãducabis (inquit) vetera: & vetera veterum. Tunc sub septimi anni mysterio (vt diximus) benedictio est vetera mãducare: nunc vero prohibet: sed multus est excessus habere per hæc singula: & ex occasione testimoniorũ longius euagari: cum explanationẽ sacrificiorũ habeamus in manibus. Dicitur ergo in sequẽtibus q̃ si votũ fuerit: aut si voluntarium sacrificauerit: munus suũ quacunq̃ die obtulerit: sacrificium suum edetur & altera die. Et q̃ superfuerit de carnibus sacrificii vsq̃ in diem tertium igne cremabitur. Si autẽ manducãs manducauerit ex carnibus die tertia: non erit acceptũ ei: qui offert illud: nõ reputabitur ei: coinquinatio est. Anima autẽ siqua manducauerit ex eo: peccatũ accipiet. Hoc est nimirũ: qđ & Dauid dicit in psalmis. Fiat oratio eius in peccatũ: quãdo non solum nihil meriti: sed etiã culpæ: multũ ex sacrificiis quæritur. Audis eñ Legislatorẽ decernere: quia siquis mãducauerit ex eo: qđ superfuerit in tertiam diem: peccatum accipiet. Vnde cognoscẽdum est quanta humanę conditioni peccatorum labes immineat: cum oriatur etiã inde peccatum: vnde hostia propitiationis offertur. Hæc credo consyderans beatus Dauid: dicebat ĩ psalmis. Peccata quis intelligit? Voti igitur vel voluntatis sacrificium est: quo & secũda quidẽ die vesci fas est: penitus vero abiuratur in tertiam: sed dat remedium negligentibus. Si (inquit) inualidus D
fueris: & nõ potueris omnes carnes sacrificii secunda finire die: nihil de his in die tertia comedas: sed igni trade: qđ superest. Si enim volueris post duos dies mãducare de sacrificio: peccatũ accipies. Ego (prout sensus mei capacitas habet) in hoc biduo puto duo testamẽta posse intelligi. In quibus liceat omne verbum: qđ ad deum pertinet: hoc eñ est sacrificiũ requiri: & discuti: atq̃ ex ipsis omnẽ rerũ scientiam capi. Siquid autẽ superfuerit: qđ non diuina scriptura decernat: nullã aliam tertiam scripturã debere ad authoritatẽ scientię suscipi: quia hæc dies tertia nominaẽ: sed igni tradamus: qđ supest: id est deo reseruemus. Neq̃ eñ in præsenti vita deus scire nos omnia voluit: maxime cũ id: & Apostolus dicat. Quia ex parte scimus: & ex parte prophetamus. Cũ

venerit autẽ qđ perfectum est: destruentur illa: quę ex parte sunt. Iste est ergo ignis: cui quę in tertiũ diem superfuerint: seruare debemus et non temeritate pręsumpta assumamus nobis cunctorum scientiam: vt merito nobis dicatur ab eodẽ Apostolo. Nescientes neq̄ quæ loquuntur: neq̄ de quibus affirmãt. Ne forte ergo non fiat acceptũ sacrificium nostrum: & hoc ip̄m q̄ ex diuinis scripturis cupimus sciẽtiam capere: vertatur nobis in peccatũ: seruemus eas mensuras: quas nobis per Legislatorẽ lex spiritalis enuntiat. Et carnes quæcunq̄ tactę fuerint ab omni immundo: non manducabuntur: igni cremabunt. Omnis mundus mãducabit carnes: & anima quęcunq̄ manducauerit carnes sacrificii salutaris: qđ est dño & ĩmũditia eius in eo fuerit: peribit anima illa de populo suo. Et anima quæcunq̄ tetigerit oẽm rem immundã: vel ab immunditia hominis: vel quadrupedum immũdorum: vel ab omni abominato immundo: & mãducauerit ex carnibus sacrificii salutaris: quod est dñi: peribit
E anima illa de populo suo. Triplices immunditię causas hic Legislator exposuit. Vnã: ne carnes sacrificiorum aliqua immunditia contingantur. Aliam ne is qui edit carnes sacrificii: immundus sit: & immunditia eius in ipso sit. Tertiam q̄ & si carnes mundę sint: & ipse qui edit mundus sit: tamẽ ne contigerit aliquid ĩmũdum: vel a pecoribus: vel ab auibus: vel ex omnibus quæ immunda pronuntiata sunt. Et hæc quidẽ voluntas est Legislatoris de ritu sacrificiorũ corporaliũ sancientis. Secundũ nostrę vero expositiõis ordinẽ: vbi carnes sanctę verba intelligãtur esse diuina: huiusmodi habẽda est obseruatio: quia sępe accidit mundas carnes contingi ab aliquo immundo (vt verbi causa dixeri) Siquis de deo patre: ac de vnigenito ei9: & spiritu sancto: digno deitatis mysterio purũ faciat: syncerumq̄ sermonẽ: similiter & de om̄ibus creaturis rationabilib9 tanq̄ a deo factis: ad hoc vt caperẽt: & intelligerent eum: nõ autẽ consequẽti mysterio afferat etiã carnis resurrectionẽ: Primus quidẽ sermo ei9 quẽ perfecte & sancte disseruit: solidus cib9 est carnes sanctę sunt. Hoc vero qđ his addit resurrectionis carnis: negando gloriã: quia aliẽnũ a fide est: superiorib9 iunctũ perfectis: & fidelibus verbis: sanctas carnes cõtaminauit: et polluit. Ideo ergo pręcepit Legislator ne manducẽtur huiusmodi carnes: quibus immunditia infidelitatis alicuius adiungitur. Propterea & apostolus dicit. Etenim diem festum celebremus: non in fermẽto veteri: neq̄ in fermẽto malitię: & nequitię: sed in azimis syncerita-tis: & veritatis. Secundũ immunditiæ genus
F est: ne ipse qui carnes edit: immũdus sit: & immunditia eius in ipso sit: qđ hoc modo intelligi potest: verbi gratia. Si sit aliquis naturę florentis: & ardẽtis ingenii: non continuo aptus videbitur ad suscipienda verbi dei mysteria. Sed quæritur etiã hoc: vt prius a p̄fanis actibus: & immũdis operibus separetur: & ita demũ eruditiõis capax fiat: si prius capax fuerit sanctitatis: simile his innumeris legimus scriptũ: vbi dominus carnes cœlit9 dedit filiis Israel: & dicit. Sanctificamini in crastinũ: vt mãducetis carnes. Hoc ostendẽs q̄ nisi sanctificati essent prius: & mũdi effecti: & carnes eis nõ daret deus. Bene autẽ clęmẽtiam domini Legislator ostẽdit: vt nõ diceret: quia non mãducet carnes: in quo fuit ĩmunditia: sed ait: ĩ quo immunditia eius in ipso est. Nemo etẽm fere inuenitur: ĩ quo nõ fuit immunditia. Inueniri autẽ potest: in quo fuerit qdem: sed audita lege dñi vltra iam nõ sit. Qz si permanet ĩ eo ĩmũditia sua: & his auditis cõuerti nõ vult: et emẽdari: peribit (inquit) anima illa de populo suo. Tertia est immũditię species: qua is qui
G mũdus est si aliquid cõtigit immũdum: & nõ tam suo peccato: q̄ aliena cõtagione polluitur vt puta: si quis societur amicitiis: & cõsortio hominis liuidi: vel iracũdi: vel adulteri: & ip̄e quidẽ propriis actibus non inserat̃ sceleribus eius: videat tamẽ eum: & intelligat quomodo fratrẽ suũ odit & homicida est: vel quomodo insidiat̃ alienę mulieri: & adulter est: vel quomodo in cęteris q̄busq̄ sacrilegus est: ne dep̄hẽsus: is discedat ab eius cõsortio. Iste est q cõtingit ĩmundũ: vel animal: vel auẽ: vel morticinum: & aliena immũditia ipse pollutus est. De diuersitatibus autẽ immũdorũ: prout occurrere potuit: in superioribus diximus. Aut nõ & Apostolus secũdum hanc eandẽ præcepit formã: cũ dicit. Nunc autẽ scripsi vobis in epistola: vt non cõmisceamini fornicariis. Siquis frater nominatur fornicator: aut auarus aut idolis seruiens: aut ebriosus: aut rapax: cũ huiusmodi: nec cibum sumere. In q̄bus omnibus quid est aliud: qđ præcepit: nisi ne nos ab alienis peccatis: & immũditiis polluamur? Et locutus est (inquit) dñs ad Moysen dicens. Loquere filiis Israel dicẽs. Omnẽ adipẽ boum: et
H ouium. & caprarũ: nõ edetis: & adeps morticinorum: & a fera captorum: nõ erit ad omne opus & in esca non edetur. Omnis qui adipem edet ex pecoribus: ex quibus offertis ab eis hostiã domino: peribit anima illa de populo suo: et omnem sanguinem non edetis in omni habitatione vestra: a pecoribus: & a volatilibus

Omnis anima quęcunq; mãducauerit sanguinem: peribit: anima illa de populo suo: Adipes quidem eorum animalium: quæ in sacrificiis offeruntur: & aliorum nonnullorũ edi: vel in vsu haberi abnegat Legislator. Sanguinem vero omnis carnis comedi vetat. In superiorib⁹ locũ mysticum pertractantes. vbi vitulus ĩ holocaustum dabatur pro peccato: & adipes imponebantur altari: sanguinẽ quidẽ quo ex parte aliqua cornua liniebãtur: reliquus vero ad basim effundebatur altaris: in eorum accipimus figuram: qui residuus dicitͬ Israel: & post q̃ plenitudo gẽtium subintroierit salutem: in nouissimis sperant. Adipes vero animam diximus Christi: quæ est ecclesia amicorum eius: pro quibus animam suam posuit. Potest ergo fieri & in hoc loco: vt quod mandatur ne quis adipes edat ex his: quæ domino offeruntͬ: hoc fit: quod & dominus dicit. Ne quis scãdalizet vnum ex his minimis: qui credunt in me. Q2 autem sanguis nullius animalis edi iubetur: illud fortasse fit: qđ de Israelitis dicit Apostolus. Dicis ergo si fracti sunt rami: vt ego inserar bene: propter incredulitatem fracti sunt. Tu autẽ fide stas: noli altum sapere: sed time. Et iterum. Noli gloriari aduersus ramos quo scilicet casui eorum nullus insultet. Ne forte sicut idem Apostolus dicit: & tu excidaris: et illi si non permanserint in incredulitate inserantur. Sanguis autem puto ꝙ populus ille cõpetenter intelligatur. Non enim ex fide neq; ex spiritu Abraham: sed tantum ex sanguine eius descẽdunt. Post hæc. Et locutus est dominus ad Moysen dicens: filiis Israel loquere dicẽs. Qui offert sacrificium salutaris sui domino: offeret munus suum domino in sacrificio salutaris sui: manus eius offerẽt hostiã domino: adipem: qui super pectusculum est: & pinnã iecoris: offeret ea ita: vt ponatur donũ contra dominum: & imponet sacerdos adipẽ: qui est super pectusculum super altare. Et erit pectusculum Aaron: & filiis eius: & brachiũ dextrum dabitis separationem: sacerdoti a sacrificiis salutaribus vestris: qui offert sanguinẽ salutaris: & adipẽ ex filiis Aaron: ipsi erit brachium dextrum in parte: pectusculumq; enim impositionis: & brachium demptionis accepi a filiis Israel a sacrificiis salutaribus vestris & dedi ea Aaron sacerdoti: & filiis ei⁹: legitimũ æternũ: a filiis Israel. Et est sacrificium qđ dicitur salutare. Qđ sacrificiũ nemo offert domino: nisi qui sanus est: & salutis suę conscius: gratias domino refert. Nemo ergo qui æger est animo: & languidus in operibus offerre potest sacrificium salutarę. Vis videre quia nemo æger: & languidus potest istud offerre sacrificium? leprosus ille: quem in euangelio dominus curasse describitur: non poterat offerre hostiam: donec lepræ ægritudine tenebatͬ. Cum autẽ accessit ad Iesum: & mundatus est: tunc iubetur ei a domino offerre munera ad altare: qđ præcepit (inquit) Moses in testimonium illis. Audisti quis sit: qui offerre debeat hostiam salutaris. Audi nũc quomodo debeat offerre. Manus (inquit) eius offerent hostiam domino. Nunquid non euidenter clamat Legislator: quia nõ homo est qui offert hostiam: sed manus eius: id est opera ei⁹. Opera namq; sunt: quæ commendant hostiam deo. Si enim attracta sit manus tua ad dandum: & expansa ad accipiendum: intra te est adhuc lepra tua: et offerre non potes hostiam salutaris. Manus E ergo eius offerent sacrificium salutaris: & manus eius offerent ea: quæ dño offerenda sunt: id est adipẽ qui super pectusculum est: & pinnam iecoris: In hoc loco vbi nos habemus manus eius offerent hostiam domino: in græcis habetur pro hostia ολοκαυτωματα: quod intelligitur omnem fructum: per quod ostendit non posse domino offerre omnem fructum eũ qui infructuosus est: qui non affert fructũ iustitię: fructum misericordię: vel etiam fructus spiritus: quos enumerat Apostolus. Charitatem: gaudium: pacem: patientiam: vnanimitatem: & cætera his similia. Vnde & in alio loco propheta dicit: & holocaustum tuum pingue fiat. Offeret ergo adipes: qui super pectusculum sunt: & pinnam iecoris: quæ superponantur altari. De adipibus sępe iã diximus. Quod autẽ dicit adipes: qui super pectusculum sunt: Pectusculum tuum intellige esse cor tuum: de quo tibi auferendæ sunt omnes malæ cogitationes: inde enĩ procedunt: & altaris igni tradendæ sunt: vt possit cor tuum mundum effectum deum videre. Sed & pinnam iecoris pręcepit offerẽdam. Diximus & ante iecoris pinnam: loca iracundiæ: vel cupiditatis exponi. Offert enim pinnam iecoris: qui ex se omne vitium irę: & furoris excidit. Adipes igitur qui sunt super pectusculum imponuntur altari. Ipsum vero pectusculum: Aaron & filiis eius. Sed & brachium dextrum separari præcepit: & esse eis muneris loco ex sacrificio salutari. Vide quibus munerib⁹ honoratur sacerdos. Pectusculum accipit: & brachiũ: sed brachiũ dextrum: putamus non esse aliquid rationis: ꝙ ex omnibus membris animalium: quæ iugulantur in sacrificiis: hęc potissimum membra delecta sint? Ego puto ꝙ si quis dicit se esse sa- G cerdotem dei: nisi habeat pectus ex omnibus

membris electum:non est sacerdos:& nisi habeat brachium dextrum:non potest ascẽdere ad altare domini:nec sacerdos nominari. Qđ ergo est sacerdotis pectus:aut quale? Tale ego puto esse:qđ plenum sit sapientia:plenũ scientia:plenũ omni diuina intelligẽtia:& quid dico plenũ intelligentia? immo quod plenum sit deo. Quale est & brachiũ sacerdotis:qđ ei offerunt filii Israel pro salute sua : qua saluantur. Formæ sunt singula ista:quæ scribuntur in lege eorũ quę in ecclesia geri debeant. Alioquin nec fuisset necessarium legi hæc in ecclesia:nisi ex his ædificatio aliqua audientibus preberet. Si ergo sacerdos ecclesię per verba:& doctrinã:& multam sollicitudinẽ suam:& laborem vigiliarum:conuertere potuerit peccatorem:& docere eum:vt meliorem viam sequatur:vt ad timorẽ dei redeat:cogitet spem futuram:a malis actibus desinat:& cõuertatur ad bonos. Si inquã tale opus fecerit:consequẽs est eum:qui in ipsius labore saluatur: deo gratias agere:& offerre hostiam salutaris:pro eo ꝙ salutem consecutus sit:in qua hostia pars efficitur sacerdotis:pectusculum & brachiũ dextrũ:vt sit indicium qđ pectus eius & cor qđ ante mala cogitabat:sacerdotis labore cõuersum:recepit cogitationes bonas:& ita mũdatũ est:vt etiam deum possit videre. Similiter
H
et in brachio illud indiciũ est:ꝙ mala eius opera & sinistra:quæ sunt vtiq; praua:& non bona:conuertit in dextrã:vt essent secundũ deũ & hoc est dextrũ brachiũ:in quo pars esse dicitur sacerdotis. Sed & vos deprecamur:qui hæc auditis:detis pectuscula:offeratis pectora vestra sacerdotibus dei : vt auferant ex his omne qđ crassum est: vt sacerdotalẽ eã faciãt portionẽ. Date nobis etiã brachia:sed dextra a vobis poscimus brachia:sinistrũ nihil volumus:dextra a vobis opera requirimus. Sed et hoc:qđ addit pectusculũ dici appositionis : et brachiũ demptionis:nõ mihi sine causa dictũ videť. Et ideo velim requirere quid est qđ apponẽdũ est pectusculũ:vt fiat pectusculũ appositionis? Posteaq̃ ablatũ fuerit a corde tuo omne:qđ crassum est:& emundatũ fuerit ab omni operimẽto:vel inquinamẽto:qđ igni tradẽdũ est:restat : vt apponatur ei gratia spiritus sancti:& tũc fiet pectusculũ appositionis : sed et brachiũ separationis:siue dẽptionis. Quomodo erit & brachium separationis? Si scias:
I
et ĩtelligas discernere quæ sint opera lucis:et quę sint opera tenebrarũ:& separes actus tuos de tenebris:vt sint opa tua in lumine:brachiũ tuũ efficitur brachiũ separationis:vel cũ separaueris te ab omni fratre inquiete ambulãte: vel certe cũ secundum prophetã separãt se:& exeunt de medio peccatorum:qui portant vasa domini:deniq; vernacula quadã consuetudine scripturę cõmune esse dicitur:qđ immũdũ est. Sicut & ad Petrum vox de cœlo dicit. Qđ deus mũdauit:tu cõmune ne dixeris. Cõsequẽter ergo si id qđ immundum est:cõmune appellatur:qđ sanctum est:nominabitur separatũ. Sed & illud addim⁹. Siquis dei solius seruus est:cõmunis nõ potest dici. Siquis autem cõmunis est:dubiũ nõ est:ꝙ multorũ sit: et ideo cõmunis dicatur. Grãde est in hoc ser K
mone mysterium:ꝙ Israel secundũ carnem in vsu sensum quidẽ habet:sed intellectũ non habet. Communẽ dicunt & illi hominẽ immundum: Sed cur communis dicatur : ignorant. Discant ergo ab ecclesia:quia qui sanctus est: solius dei est:& cũ nullo ei cõmunio est. Qui autem peccator est:& immundus:multorum est. Multi eñ dæmones possident eum:& ideo communis appellatur. Deniq; & ille:qui & in euangeliis a domino curatus est:cum interrogatus esset:qđ tibi nomẽ est? Dixit Legio:multi eñ sumus. Hęc licet in excessu quodã:necessario tamen addita videntur:vt mysteriũ pectusculi appositionis:& brachii separationis: quare scriptũ sit:dissereremus:quę est ęterna portio sacerdotibus data:ĩ qua dignos nos facere dignetur:vt per cordis puritatẽ:& operũ probitatẽ:in diuino sacrificio habere participium mereamur:per ęternum pontificem dominum:& Saluatorẽ nostrum Iesum Christum:per quẽ est deo patri cum spiritu sancto gloria & imperium in sęcula sęculorũ. Amen.

De indumentis pontificis:& sacerdotum.
Homilia. VI. Cap. VIII.

Ausam:qua quidẽ hęc q̃ nobis recitanť:aut ĩtelligi possunt:aut non intelligi:breuiter ostẽdit Apostolus dicẽs: ab ei⁹ oculis posse veteris testamẽti velamẽ auferri:q cõ L
uersus ad deũ fuerit:ex quo sciri voluit:ꝙ quãto minus hęc nobis plana sunt:tãto minus est ad deũ nostra cõuersio. Et ideo omni virtute nitendũ est:vt ab occupationibus sæculi : & a mũdanis actib⁹ liberi: & ipsas etiã (si fieri potest) superfluas sodalium fabulas relinquẽtes: verbo dei operã demus:& in lege eius meditemur die ac nocte:vt toto corde conuersi:reuelatã:& apertã Moysi faciem possimus aspicere:& maxime in his:quę nũc recitata sunt:vel de sacerdotalibus indumentis : vel de conse

cratione pontificis: in quibus talia quædã dicũtur: vt etiam illum ipsum carnalẽ israel: ab historica ĩtelligẽtia penitus excludát: & ideo nobis ad hęc exponenda: non humani ingenii viribus nitendum est: sed orationibus: & precibus ad deum fusis: in quo etiam vestri adiutorio indigemus: vt deus pater verbi: det nobis verbum in adapertionem oris nostri: vt possimus consyderare mirabilia de lege eius. Est ergo initium eorũ: quę hodie recitata sunt
A in his verbis. Hæc vnctio Aaron: & vnctio filiorũ eius ab hostiis domini: qua die applicuit eos sacrificare domino: sicut præcepit dominus dare illis: qua die vnxit eos a filiis Israel: legitimum æternum in progenies eorum. Hæc lex est holocaustorũ: & pro peccato: & pro delicto: & cõsummationis: & sacrificii salutaris: sicut mandauit dominus Moysi in monte Syna: qua die pręcepit filiis Israel offerre munera sua corã domino in deserto Syna. Cũ proposuerit dicere Legislator: hæc vnctio Aaron: et hæc vnctio filiorũ eius: nõ subiunxit quę esset vnctio: nec qualiter vnxisset: exposuit: sed hoc quidẽ in sequẽtibus facit. Nunc vero post ea q̃ dixit hęc vnctio Aaron: & filiorũ eius nihil de vnctione subiunxit. Profecto vt ostenderet: quia hęc quę supra dixerat: id est pectusculum ĩpositionis: & brachium separationis: ipsa esset vnctio Aaron: & filiorum ei⁹: ne putaremus illa pro carnib⁹ dicta: sed vt doceret etiã ipsa sub sacramento vnctionis inserta. Deniq; in consequẽtibus repetit ea: quæ superius exposuerat: & dicit. Hæc lex holocaustorũ & sasacrificii: & pro peccato. Hęc: id est quę supra exposita est: & videtur esse αρακεφαλαιοσισ: id est recapitulatio sacramẽtorum: quę in superioribus latius fuerãt enarrata. Post hæc vero subiũgit. Et locutus est dominus (inquit)
B ad Moysen dicens. Sume Aaron: & filios eius: et stolas: & oleum vnctionis: & vitulum qui est pro peccato: & duos arietes: & canistrum azimorũ: & omnẽ synagogã conuoca ad ianuam tabernaculi testimonii. Et fecit Moyses sicut præcepit ei dominus. Et cõuocauit synagogã ad ianuã tabernaculi testimonii. Et dixit Moyses ad synagogam. Hoc est verbum qđ mãdauit dñs facere: & applicuit Moyses Aaron fratrem suum: & filios eius: & lauit eos aqua: et vestiuit eum tunica: & pręcinxit eum zona: & vestiuit eũ tunica interiore. & imposuit ei humeralẽ: & cinxit eum secundũ facturã humeralis: & constrinxit eũ in ipso: & imposuit sup eum logium: & imposuit super logium manifestationẽ: & veritatẽ: & ĩposuit mitrã super caput eius: & posuit super mitrã ante faciem eius laminã aureã sanctificatã. sanctã sicut pręceperat dñs Moysi. Intẽtis auribus: & vigilãti corde consecrationẽ pontificis: vel sacerdotis audite. Quia & vos secũdũ promissa dei: sacerdotes dei estis: gens eñ sancta: & sacerdotium sanctũ estis. Accepit (inquit) Moses scđm pręceptũ dñi Aaron & filios eius: & primo quidẽ lauat: postea vero induit eos. Cõsyderate diligẽtius ordinẽ dictorũ: primo lauat: postea induit. Non eñ potes indui: nisi ante lotus fueris. Lauamini ergo: & mundi estote: & auferte nequitias ab animis vestris. Nisi eñ hoc modo lotus fueris nõ poteris ĩduere dñm Iesum C
Christum secũdũ qđ dicit Apostolus. Induite dominũ Iesum Christum: & carnis curã ne feceritis in cocupiscẽtiis. Lauet te igitur Moses ipse te lauet: & ipse te induat. Quomodo te lauare potest Moses: frequẽter audisti. Sæpe eñ diximus ꝙ Moses ĩ scripturis suis pro lege ponatur: sicut in euãgelio dictũ est. Habẽt Moysen: & prophetas audiãt illos. Lex ergo dei est quę te lauat: ipsa sordes tuas diluit: ipsa si audias eã peccatorum tuorũ maculas abstergit: ipse est Moses: hoc est lex quæ sacerdotes consecrat: nec potest sacerdos esse: quẽ non lex cõstituerit sacerdotẽ. Multi enim sunt sacerdotes: sed quos nõ lauit lex: neq; puros reddidit verbũ dei: neq; abluit a peccatorum sordibus sermo diuinus. Sed & vos: qui sacrum baptisma desideratis accipere: & gratiã spiritus promereri: prius debetis ex lege purgari: pri⁹ debetis: audito verbo dei: vitiorũ germina resecare: & mores barbaros: ferosq; cõponere: vt mãsuetudine: & humilitate suscepta: possitis etiã gratiã sancti spiritus capere. Sic eñ dicit dñs per prophetã. Super quẽ requiescã: nisi super humilẽ: & quietum: & trementẽ sermones meos? Si humilis nõ fueris: & quietus nõ põt inhabitare in te gratia spiritus sancti: si nõ cũ tremore suscipis verba diuina. Superbã nãq; et cõtumacẽ animam: & fictã refugit spiritus sanctus. Debes ergo prius meditari legẽ dei: vt si forte actus tui intẽperati sunt: & mores incõditi: Lex dei te emẽdet: & corrigat. Vis videre: qa Moses semp cũ Iesu est. Hoc est lex cũ D
euãgeliis? Docet te euãgeliũ: quia cũ trãsformatus esset ĩ gloriã Iesus etiã Moyses: & Elias simul cũ ipso apparuerunt in gloria: vt scias: quia lex & prophetę: & euãgelia: in vnũ semp cõueniunt: & in vna gloria pmanẽt. Deniq; et Petrus cũ vellet eis tria facere tabernacula imperitię notatur: tanq̃ qui nesciret quid diceret. Legi eñ & prophetis: & euangelio non tria: sed vnũ est tabernaculum: quę est ecclesia dei. Lauat ergo primo Moses sacerdotem dñi:

et cum eũ lauerit: & purgatum reddiderit/a
E sordibus vitiorũ: post hæc induit eum. Sed cõ
syderemus quę sint ista indumẽta: quibus in-
duit Moses Aaron fratrẽ suum pontificẽ pri-
mum si forte possibile sit etiam tibi indui eis-
dem indumentis: & esse pontificem. Est quidẽ
vnus pontifex magnus dominus noster Iesus
Christus: sed ille non solum sacerdos: sed & sa
cerdotum sacerdos est: & nõ solum pontifex:
sed pontificum pontifex: nec sacerdotum pri-
ceps: sed priceps principũ sacerdotũ. Sicut et
rex non dicitur plębis: sed regum rex: & domi
nus nõ seruorũ: sed dñs dominorũ. Potest er-
go fieri: si & tu lot⁹ fueris per Mosen: & fueris
ita mũdus: quasi quẽ Moses lauerit tãtus ac ta
lis: vt possis etiã peruenire ad hæc indumẽta:
quæ profert Moyses: & stolas istas: quibus in-
duit Aaron fratrẽ suum: & filios eius. Sed nõ
solum indumẽtis opus est ad sacerdotales ĩsu
F las: verum & cingulis. Sed priusq̃ de specie ip
sa indumẽtorũ dicere incipiamus. Velim con
ferre illa infœlicia indumẽta: quibus primus
homo cum peccasset: indutus est cum his san-
ctis: & fidelibus indumẽtis. Et quidẽ illa dici-
tur deus fecisse. Fecit eñ (ĩquit) deus tunicas
pelliceas: & induit Adam & mulierẽ eius. Illæ
ergo tunicę de pellib⁹ erãt ex animalibus sum
ptę. Talibus enim oportebat indui peccatorẽ:
pelliciis (inquit) tunicis quæ essent mortalita
tis: quã pro peccato acceperat: & fragilitatis
eius: quę ex carnis corruptione veniebat indi
cium. Si vero iã lotus ab his fueris: & purifica
tus per legẽ dei: induet te Moses indumẽto in
corruptionis: ita vt nusq̃ appareat turpitudo
tua. Et vt absorbeatur mortale hoc a vita. Vi
G deamus ergo quali ordine pontifex constitui-
tur. Conuocauit (inquit) Moses synagogã: et
dicit ad eos: Hoc est verbum: qđ pręcepit dñs.
Licet ergo dominus de constituendo pontifi-
ce pręcepisset: & dominus elegisset: tamẽ con
uocatur & synagoga. Requiritur eñ in ordi-
nãdo sacerdote & præsentia populi: vt sciant
omnes: & certi sint: quia qui pręstantior est ex
omni populo: qui doctior: qui sanctior: qui in
omni virtute eminẽtior: ille eligitur ad sacer
dotium: & hoc adstãte populo: ne qua postmo
dũ retractatio cuiq̃: ne quis scrupulus reside-
ret. Hoc est autẽ qđ & Apostolus pręcipit ĩ or
dinatione sacerdotis dicẽs. Oportet autẽ illũ:
& testimoniũ habere bonũ ab his: q foris sunt.
Ego tamen & amplius aliquid video in eo: qđ
dicit: quia conuocauit Moses omnẽ synagogã
et puto ꝙ conuocare synagogam: hoc sit col-
ligere omnes animi: & in vnũ congregare vir
tutes: vt cum sermo de sacerdotalibus sacra-
mentis habetur: vigilent omnes animi virtu-
tes: & intentæ sint: nihil in eis sapientiæ: nihil
scientię: nihil desit industrię: sed adsit oĩs mul
titudo sensuum: adsit omnis congregatio san
ctarũ cogitationum: vt quid sit pontifex: quid
vnctio: quæ indumenta eius: conferẽs intra sa
crarium cordis sui possit aduertere. Lauit er-
go eum: & induit. Quali idumẽto? Tunica (in
duit) & pręcinxit eum zona: & iterum vesti- H
uit eum tunicam talarẽ: vel (vt alibi legim⁹)
interiorẽ. Duabus (vt video) tunicis per Mo-
sen induitur pontifex. Sed quid faciemus ꝙ Ie
sus sacerdotes suos: apostolos nostros prohibi
buit vti duabus tunicis? Dixeramus ꝙ Moses
et Iesus: id est lex: & euangelia sibi inuicẽ con-
sonarẽt. Posset fortasse dicere aliquis: quia qđ
pręcepit Iesus duas tunicas non habendas: nõ
est cõtrarium legi: sed perfectius lege: sicut et
cum lex homicidium vetat: Iesus autem etiã
iracundiam resecat: & cum lex prohibet adul
terium: Iesus etiã cõcupiscẽtiam cordis absci
dit. Sic ergo videbitur & duabus ibi tunicis
pontificẽ: & hic vna apostolos induisse. Sit qui I
dẽ etiam iste sensus probabilis si videtur. Ego
tamen non intra huius intelligentię angustiã
pontificalia sacramenta concludo. Amplius
mihi aliquid ex ista forma videtur ostẽdi. Pon
tifex est: qui scientiam legis tenet: & vniuscu-
iusq; mysterii intelligit rationes. Et vt bre
uiter explicem: qui legem & secundum spiri-
tum: & secundum literam nouit. Sciebat ergo
pontifex ille: quem tũc ordinabat Moses: quia
esset circũcisio spiritalis: seruabat tamẽ & cir
cuncisionem carnis: quia incircuncisus pon-
tifex esse non poterat: habebat ergo iste duas
tunicas. Vnam ministerii carnalis: & aliam in
telligentiæ spiritalis. Sciebat quia & sacrifi-
cia spiritalia offerri debent deo: offerebat ta-
men nihilominus & carnalia. Non enim pote
rat esse pontifex eorũ: qui tunc erant: nisi ho-
stias immolaret. Ita ergo cõuenienter ille pon
tifex duabus indutus tunicis dicitur. Aposto
li vero qui dicturi erant: quia si circundami-
ni: Christus vobis nihil proderit: & qui dictu
ri erant: nemo vos iudicet in cibo: aut in potu
aut in parte diei festi: aut neomœnia: aut sab-
bato: quæ sunt vmbra futurorum. Isti ergo vt
huiusmodi secundum literam legis obseruan
tias penitus repudiarẽt: nec occuparent disci
pulos iudaicis fabulis: & imponerent his iu-
gum: qđ neq; ipsi: neq; patres eorum portare
potuerũt: merito duas tunicas habere prohi-
bẽtur: sed sufficit eis vna: & hæc interior. Nã
istam: quæ foris est: & quę desuper apparet: le
gis tunicam nolunt. Vnam namq; eis Iesus: &

A ipsam interiorem habere permittit. Imponet tamē Moyses pōtifici & humeralē: qui est humerorū quidā ex circūductiōe vestis ornat⁹. Humeri aūt operū figurā tenēt: ac laboris indicia. Vult ergo pontificē esse etiā in operib⁹ ornatū. Nec sufficit sola sciētia: quia qui fecerit: & docuerit: hic magnus vocabit̄ in regno cœlorum. Et cinxit (inquit) eum secūdum facturā humeralis. Iam & superi⁹ dixerat: quia cinxit eū zonam super tunicā: & modo iterū cingitur secūdū facturā humeralis. Quod est istud duplex cingulū quo constrictū vult esse ex omni parte pōtificem! Cōstrictus sit in verbo: constrictus in opere: expeditus ad oīa: nihil remissum: nihil habeat dissolutū. Accinctus sit animi virtutibus: constrictus sit a corporalibus vitiis: nullū animæ lapsum: nullū corporis timeat: vtroq; cingulo semp vtatur: vt sit sanctus corpore: & spiritu. Bene autē & secūdū facturā humeralis cingitur. Secundū facta em̄ sua: & secundū opera sua cingulo virtutis
B vtit̄. Et post hæc (inqt) imposuit super eū logium: quod est rationale: & imposuit super logium manifestationē / & veritatē. Et imposuit mitrā super caput eius. Sed videamus quid logiū: quod est rationale significet. Posteaq̄ nuditas tecta est: & indumētis turpitudo velat̄: posteaq̄ munitus operibus: & cingulo vtroq; firmatus est: logiū ei: id est rationale tunc traditur. Logiū: sapiētiæ indiciū est: quia sapientia in ratione cōsistit. Sed quæ sit sapiētiæ huius & rationis virtus ostendit. Imponit enim super rationalē: manifestationē / & veritatem. Non enim sufficit pōtifici habere sapiētiā / & scire omniū rationem: nisi possit etiā populo manifestare quæ nouit. Ideo ergo imponitur rationali manifestatio: vt possit respōdere omni poscēti se rationem de fide / & veritate. Ponitur autē sup illud & veritas: vt non illa adstruat: quæ pprio excogitare pōt ingenio: sed quæ veritas habet. Nec vnq̄ a veritate discedat: vt in omni sermone ei⁹ semp veritas maneat. Hoc est ergo supposuisse rationali mani
C festationem / & veritatē. Infœlices illi: qui hæc legētes omnē intelligentiam suā erga sensum vestimenti corporalis effundūt. Dicāt nobis quale est vestimentū manifestationis: aut indumētū quale est veritatis. Siquis vnq̄ vidit: siqs audiuit manifestationē: & veritatē vestimenta nominari: dicāt nobis quæ sint mulieres quæ ista texuerint: in quo hæc vnq̄ sint cōfecta textrino. Sed si verū vultis audire sapiētia est: quæ huiusmodi cōfecit indumēta. Illa occultorū manifestationē: illa texit rerū omnium veritatē. Hāc ergo oremus ad dominū vt accipere mereamur: & ipsa nos talibus circūdabit indumētis. Sed & ipse ordo rerum q̄ sanctus sit: & q̄ mirabilis: intuere. Nō ante logium: & postea humerale: quia nō ante sapiētia: q̄ opera: sed prius opera haberi debent: & postea quærēda sapiētia est. Tum deinde non ante manifestatio: q̄ rationale: quia non ante alios docere: q̄ nos instructi: & rationabiles esse debemus. Super hæc autē additur veritas: D
quia veritas est summa sapiētia. Deniq; & ppheta hunc eundem ordinē seruat cum dicit. Seminate vobis ad iustitiā: & metite fructum vitæ: illuminate vobis lumen scientiæ. Vides quomodo non dicit: primo illuminate vobis lumen scientiæ: sed primo seminate vobis ad iustitiam: & non sufficit seminare: sed metite (inqt) fructū vitæ: vt post hæc possitis īplere: quod sequit̄. Illuminate vobis lumen scientię. Sic ergo etiā hic imponit̄ humeralis ornatus: & nō sufficit solus ornat⁹: sed & zona cōstringitur. Sed ne hoc qdē satis est: secundo adhuc cingitur: vt ita demū ratiōale possit imponi: vt post hæc manifestatio subsequatur: & veritas. His indumētis pōtifex vtat̄. Tali ornatu debet indui: qui sacerdotiū gerit: sed nōdū finiuit. Et adhuc ornat⁹ addēdus est: necesse est E
vt accipiat etiā coronā. Propterea accipit primo cidarim: qđ est vel operimentū quoddam capitis: vel ornamētū. Et post hæc superimponitur ei mitra. Ante faciem: id est a frōte pōtificis. lamina aurea sanctificata: in qua sculptū dicit̄ vocabulū dei. Verū iste capitis ornatus: vbi nomē dei impositū dicit̄: post illa omnia: quibus inferiora corporis mēbra fuerāt exornata: superponit̄. In quo mihi indicari videt̄: q̄ super omnia: quæ de mundo: vel de cæteris creaturis sentiri: aut intelligi possunt: eminētior tanq̄ authoris omnium sciētia dei sit. Et quia ipse caput est omniū: ideo & ornatus iste super omnia capiti superponitur. Nihil enim post hæc adiicit̄ pontificis capiti: & ideo miseri sunt illi: de quib⁹ dicit Apostolus. Quia nō tenent caput: ex quo omnis iunctura cōnexa: & cōpaginata crescit in incrementū dei in spiritu. Sed nos si bene intelleximi⁹ quis sit sacerdotis ornat⁹: quive sup omnia honor capitis eius: mysterioꝶ diuinorū profunda rimātes: non scire tantū hæc: & audire: sed & implere desyderem⁹: & facere: qa non auditores legis iustificabunt̄ apud deum: sed factores. Potes F
enim & tu (vt sępe iā dixim⁹) si studiis: & vigiliis tuis huiuscemodi tibi pparaueris īdumēta: si te abluerit: & mūdū fecerit sermo legis: & vnctio charismatis & gratia in te baptismi incōtaminata durauerit: si indut⁹ fueris indu

mẽtis duplicibus literæ:ac spiritus: si etiã du pliciter accingaris: vt carne: & animo castus sis:si humerali operũ: & sapiẽtiæ rationali or neris:si etiã mitra tibi: & lamina aurea:pleni tudo sciẽtiæ dei caput coronet. scito te etiã si apud homines lateas: & ignoreris: apud deũ tamẽ agere pontificatũ intra animæ tuæ tem plum. Vos enim estis templũ dei viui:si spiri tus dei habitat in vobis. Post hæc:quæ de con secratione ei⁹ dicunt̃:& de vnctione: sparsim
G a nobis:& sæpe diserta sunt. Quod autẽ dicit & applicuit Moses filios Aaron: & induit eos tunicas:& pręcinxit eos zonas:& imposuit eis cidaras:sicut præcepit dominus Mosi: atten dendum est: quæ sit differentia minorum sa cerdotum:ad maiora sacerdotia. Istis neq; bi na indumenta tradũtur:neq; humeralis:neq; rationalis:neq; capitis ornatus:nisi tãtum ci daris/& zonæ:quæ tunicam stringant. Et isti ergo accipiunt sacerdotii gratiam: & isti fun gũtur officio. Sed nõ vt ille qui:& humerali: & rationali ornatus est:qui manifestatione:& veritate resplendet: qui aureæ laminæ orna mento decoratur: vnde arbitror aliud esse in sacerdotibus officio fungi:aliud instructũ es se in omnibus: & ornatum. Quiuis enim po test solẽni ministerio fungi ad populum. Pau ci autẽ sunt:qui ornati moribus:instructi do ctrina:sapientia eruditi: ad manifestãdam ve ritatem rerum peridonei:& qui scientiã fidei non sine ornamẽto sensuum: & adsertionum fulgore depromãt:quod aureæ laminæ:capi
H ti impositus designat ornatus. Vnum igitur est sacerdotii nomen:sed non vna: vel pro vi tæ merito: vel pro animi virtutib⁹ dignitas. Et ideo in his:quæ lex diuina describit:veluti in speculo inspicere se debet vnusquisq; sacer dotũ & gradus meriti sui inde colligere: si se videat in his oĩbus:quæ supra exposuim⁹ po sitũ pontificalib⁹ ornamẽtis:si cõscius sibi sit: q; vel in scientia:vel in actibus: vel in doctri na tantus:ac talis sit:sciat se summũ sacerdo tium nõ solũ nomine:sed & meritis obtinere. Alioquin inferiorẽ sibi gradũ positũ nouerit:
I etiã si primi nomẽ acceperit. Nos sane nõ de bet præterire etiã hoc:quod potest ab studio so lectore proferri: in quo & ego sæpe mecum ipse hæsitaui. In Exodo enim legens: vbi de sa cerdotalib⁹ mandat̃ indumẽtis: inuenio octo esse spæcies:quę põtifici pręparãtur. Hic vero septẽ tantũmodo numerantur. Requiro ergo quid sit: quod omissum est: octaua species: ibi ponitur cãpestre:siue(vt alibi legimus)femo ralia linea:de quo hic inter cætera siluit indu menta. Quid ergo dicemus? obliuionem dabi mus in verbis spiritus sancti: vt cũ cætera oĩa secũdo enarrauerit:vna eũ species superi⁹ di cta latuerit? Non audeo hæc de sacris sentire sermonibus. Sed videamus ne forte: quoniam in superioribus diximus hoc genus indumen ti indicium castitatis videri: quo vel femora operiri:vel cõstringi renes videtur: ac lumbi ne forte inquã nõ semper in illis:qui tũc erant sacerdotes has partes dicat eẽ cõstrictas. Ali quãdo eñ & de posteritate generis:& de suc cessu sobolis indulgetur. Sed ego in sacerdoti bus ecclesiæ huiusmodi intelligentiam nõ in troduxerim. Aliã nãq; rem video currere sa cramẽto. Possunt enim & in ecclesia sacerdo tes:& doctores filios generare:sicut & ille:qui dicebat. Filioli mei: quos iterum parturio:do nec formetur Christus in vobis. Et iterũ alibi dicit. Tametsi multa millia pædagogorũ ha beatis in Christo:sed nõ multos patres. Nam in Christo Iesu per euãgelium ego vos genui. Isti ergo doctores ecclesiæ in huiusmodi gene rationibus procreandis aliquando cõstrictis femoralibus vtuntur:& abstinẽt a generãdo: cũ tales inuenerint auditores:in quib⁹ sciant se fructũ habere nõ posse. Deniq; & in actibus K
Apostolorũ refertur de quibusdam:q; nõ po tuerunt(inquit)in Asia verbũ dei loqui: hoc est imposita habuisse femoralia:& continuisse se ne filios generarẽt: quia scilicet tales erant auditores:in quib⁹ & semẽ periret:& non pos set haberi successio. Sic ergo ecclesiæ sacerdo tes:cũ in capaces aures viderint: aut cũ simu latores inspexerint: & hypocritas auditores: imponãt campestre: vtantur femoralibus:nõ pereat semẽ verbi dei:quia & dñs eadẽ mãdat & dicit. Nolite mittere sanctum canib⁹:neq; margaritas vestras ante porcos:ne forte con culcent eas pedibus: & cõuersi dirũpant vos. Propterea ergo siquis vult põtifex: non tã vo cabulo esse:q̃ merito: imitet̃ Mosen:imitetur Aaron. Quid eñ dicit̃ de eis? q̃a nõ discedunt de tabernaculo dñi. Erat ergo Moses indesinẽ L
ter ĩ tabernaculo dñi. Q̃d autẽ opus ei⁹ erat: vt aut a deo aliq̃d disceret:aut ipse populũ do ceret. Hæc duo sunt pontificis opera:vt aut a deo discat legẽdo scripturas diuinas & sępius meditãdo:aut populũ doceat. Sed illa doceat: quæ ipse a deo didicerit: non ex ꝓprio corde: vel ex humano sensu:sed q̃ spiritus sanct⁹ do cet. Est & aliud opus: q̃d facit Moses: ad bella nõ vadit:non pugnat cõtra inimicos. Sed q̃d facit? Orat:& donec ille orat: vincit populus eius. Si relaxauerit:& dimiserit manus: popu lus eius vincitur:& fugatur. Oret ergo & sa cerdos ecclesiæ indesinẽter: vt vincat popul⁹

qui sub ipso est hostes inuisibiles Amalechitas: qui sunt dæmones: impugnãtes eos: qui volũt pie viuere in Christo. Et ideo nos meditantes in his: & hæc die: ac nocte ad memoriã reuocantes: & orationi instãtes: ac vigilãtes in ea: depcemur dñm: vt nobis ipse horũ: quæ legimus scientiã reuelare dignet: & ostẽdere quo modo spiritalẽ legẽ non solũ in intelligentia: sed & actibus obseruemus: vt spiritalẽ gratiã cõsequi mereamur illuminati per legẽ spirit⁹ sancti: in Christo Iesu dño nostro: cui est gloria / & imperiũ in sæcula sæculorũ. Amen.

De eo: quod mãdatũ est Aaron: & filiis eius: vt vinũ: & siceram nõ bibãt: cũ ingrediũtur tabernaculũ testimonii: vel cũ accedunt ad altare: & de pectusculo appositiõis: & de brachio separationis: & de mũdis: & immũdis animalibus: vel cibis. Homilia Septima. Cap. X.

A Lura quidẽ superiori lectione fuerũt recitata: ex quib⁹ tẽporis breuitate constricti pauca admodum diximus. Non eñ nũc exponẽdi scripturas: sed ædificandi ecclesias ministeriũ gerimus: quis & ex his: quæ a nobis ante tractata sunt: prudens quisq; auditor euidẽtes ad intelligẽdũ possit semitas inuenire. Et ideo ex his quoq;: q̃ nunc lecta sunt: quoniã cũcta non possumus: aliqua tamẽ: quæ ædificent auditores: velut agri pleni: quẽ benedixit dominus: flosculos colligemus. Quid ergo sit: quod nobis nunc lectũ est: videamus.

Et locutus est dominus ad Aaron dicẽs. Vinum: & siceram nõ bibetis: tu: & filii tui tecũ: cum intrabitis in tabernaculũ testimonii: aut cum acceditis ad altare: & non moriemini: legitimũ æternũ in progenies vestras: discernere inter mediũ sanctorũ: & contaminatorũ: & inter mediũ immũdorũ: & inter mediũ mundorum: & instruere filios israel oĩa legitima: quæ locutus est dominus ad eos per manum Moysi. Lex euidens datur: & sacerdotibus: & principi sacerdotũ: vt cum accedunt ad altare: vino abstineãt: & omni potu: quod inebriare potest (Quod scripturę diuinę appellatiõe B vernacula: siceram moris est nominare) vult ergo sermo diuinus sobrios in oĩbus esse domini sacerdotes: vtpote: qui accedentes ad altare dei orare pro populo debeãt: & ꝓ alienis interuenire delictis: qui portionẽ in terra nõ habeant: sed ipse dominus portio eorum sit. Sic enim dicit de his scriptura. Filiis (inquit) Leui nõ dabitis partem in medio fratrũ suorum: quia ego portio eorũ dñs deus ipsorum. Vult ergo istos: quibus ipse dñs portio est: sobrios esse: ieiunos: vigilantes in oĩ tẽpore: maxime autẽ cũ ad exorãdũ dominũ: & sacrificãdũ in cõspectu eius altaribus ꝓsto sunt. Quæ mãdata intantũ vim sui seruãt: & omni obseruantia custodienda sunt: vt & Apostolus hæc eadem noui testamenti legibus firmet. In quo similiter etiã ipse sacerdotibus: vel principibus sacerdotũ vitæ regulas ponens: dicit eos non debere esse vino multo seruientes: sed sobrios esse. Sobrietas enim omniũ virtutũ mater est: sicut e cõtrario ebrietas omniũ vitiorũ. Aperte enim ꝓnũtiauit Apostolus dicens. C Vinũ: in quo est luxuria: vt ostẽderet ex ebrietate: veluti primogenitã filiã generari luxuriã. Tũ ꝑterea & Saluator: dñi & regis auctoritate: sacerdotib⁹ simul: & populis: leges / ac iura cõstituẽs: Attẽdite (inquit) ne forte grauẽtur corda vestra in ebrietate: & crapula: & in solicitudinib⁹ sęculi: & veniat sup vos subitaneus interitus: Audistis edictũ regis æterni: & lamentabilẽ finẽ ebrietatis: vel crapulæ didicistis. Siquis vobis peritus: & sapiens medicus his ipsis verbis ꝑciperet: & diceret attẽdite vobis: ne quis: verbi gratia: de illius: vel illius hęrbæ succo auidius sumat: quod si fecerit: subitus ei veniet interitus: non dubito q̃ vnusquisq; ꝓpriæ salutis intuitu pręmonẽtis medici pręcepta seruaret. Nũc vero animarũ & corporũ medicus: simulq; & domin⁹: iubet ebrietatis hærbam: & crapulæ vitandã. Similiter & solicitudinũ sæculariũ: velut mortiferos succos cauẽdos. Et nescio si qs nostrũ non in his consumitur: vti ne dixerim sautiatur. Est ergo ebrietas vini perniciosa: in omnib⁹ sola nãq; est: quę simul cũ corpore & animã debilẽ reddat. In cęteris etenim põt fieri: vt secũ D dũ Apostolũ: cũ infirmat corpus: tunc magis potẽs fit spirit⁹: & vbi is qui deforis est homo: corrumpit: ille qui intus est: renouet. In ebrietatis vero ægritudine: corp⁹ simul / & anima corrumpit: spirit⁹ pariter cũ carne vitiat. Oĩa mẽbra debilitat / pedẽ / manũ / linguã resoluit: oculos tenebrat / mentem velat obliuio: ita vt hominem se nesciat esse: nec sentiat. Habet ergo istud primo dedecoris / corporalis ebrietas. Iam vero si discutiam⁹ quot modis mens inebriatur humana: inueniem⁹ ebrios etiam eos: qui sibi sobrii videntur. Iracũdia inebriat animã: furor vero eam plusq̃ ebriam facit. Siquid tamen esse ebrietate amplius potest: cupiditas: & auaritia: non solũ ebriũ: sed & rabidũ hoĩem reddunt: & obscœnæ concupiscẽtię inebriãt animã: sicut e contrario: & sanctę cõ-

cupiscētiæ inebriāt eam. Sed ebrietate sancta illa de qua dicebat quidā sanctorū: & poculū tuum inebrians q̄ pręclarū est. Sed postmodū de ebrietatis diuersitate videbimus. nunc interim vide quāta sunt: quę inebriāt animam: & formido inebriat eā: & vana suspicio. Inuidia autē: & liuor: supra omnem ebrietatē macerant eam. Sed enumerari non possunt quanta sunt: quę infœlicem animā vitio ebrietatis
E afficiant. Nūc interim de sacerdotibus videamus: quos accedētes ad altare: vino lex præcipit abstinere. Et quidem quantum ad historicum pertinet præceptū: sufficiant ista: quę dicta sunt. Quantū autem ad intelligentiā mysticam spectat: in superioribus tenetur nostra professio. Quod secundū authoritatem Pauli Apostoli: dominus: & saluator noster futurorū bonorū pontifex dicit. Ipse est ergo Aaron: filii vero eius / Apostoli eius sunt: ad quos ipse dicebat. Filioli: adhuc modicū vobiscum sum. Quid ergo præcepit lex: Aaron: & filiis eius? vt vinū: & siceram non bibant: cum accedunt ad altare. Videamus quomodo id vero pontifici Iesu Christo domino nostro: & sacerdotibus eius: ac filiis: nostris vero Apostolis possimus aptare: & perspiciendum primo est: quomodo prius quidem: q̄ accedat ad altare verus hic pontifex: cum sacerdotibus suis bibit vinum. Cum vero incipit accedere ad altare: & ingredi in tabernaculū testimonii: abstinet vino. Putas possum⁹ inuenire tale aliquid ab eo gestū? Putas possumus veteris instrumēti formas: noui testamenti gestis: & sermonibus coaptare? Possumus: si nos ipsum dei verbum
F & iuuare: & inspirare digneť. Quærim⁹ ergo quomodo domin⁹: & Saluator noster: qui est verus pontifex: cū discipulis suis: qui sunt veri sacerdotes: anteq̄ accedat ad altare Dei: bibebat vinū: cum vero accedere cœperit: nō bibebat. Venerat in hūc mundū Saluator: vt ꝓ peccatis nostris carnem suam offerret hostiā deo. Hanc priusq̄ offerret: inter dispēsationū moras vinū bibebat. Deniq; dicebatur homo vorax: & vini potator: amicus publicanoꝝ: & peccatorū. Vbi vero tēpus aduenit crucis suę & accessurus erat ad altare: vbi imolaret hostiam carnis suæ: accipiens (inquit) calicē: benedixit: & dedit discipulis suis dicens: Accipite: & bibite ex hoc. Vos (inqt) bibite: quia modo accessuri non estis ad altare. Ipse autē tanq̄ accessurus ad altare dicit de se. Amē dico vobis: quia non bibam de generatione vitis huius: vsq; quo bibam illud vobiscum nouum in regno patris mei. Siquis vestrum auribus ad audiendū purificatis accedit: ineffabilis mysterii intueatur arcanū. Quid est quod dicit: quia non bibam ex generatione vitis huius: vsq; quo bibam illud vobiscum nouum in regno patris mei? Dicebam⁹ in superiorib⁹ pro missionē sanctis bonę huius ebrietatis datam: cū dicūt: & poculū tuū inebrians: q̄ præclarū est. Sed & in aliis multis scripturæ locis similia legimus: vt ibi. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ: & torrente bonitatis tuę potabis eos. In Hieremia quoq; dicit dn̄s: Et inebriabo populū meum. Et Esaias dicit. Ecce qui seruiunt mihi bibent: vos autē sitietis. Et multa de huiuscemodi ebrietate in scripturis diuinis inuenies memorari. Quę ebrietas sine dubio pro gaudio animæ: & lætitia mētis accipitur: sicut & alibi distinxisse nos meminimus aliud esse nocte inebriari: & aliud die inebriari. Si ergo intellexim⁹ sanctorū / quæ sit ebrietas: & quomodo hæc ꝓ lætitia sanctis in ꝓmissionibus datur: Videamus nūc quomodo Sal- G
uator noster non bibit vinum: vsq; quo bibat illud cū sanctis nouum in regno dei. Saluator meus luget etiam nūc peccata mea. Saluator meus lętari nō potest: donec ego in iniquitate permaneo. Quare non potest? quia ipse est aduocatus pro peccatis nostris apud patrem: sicut Ioannes symmysta eius pronūtiat dicens. Quia & siquis peccauerit: aduocatū habem⁹ apud patrē Iesum Christū iustū: & ipse est repropitiatio ꝓ peccatis nostris. Quomodo ergo potest ille: qui aduocat⁹ est ꝓ peccatis meis bibere vinū lętitiæ: quē ego peccādo cōtristo? Quomodo potest iste: qui accedit ad altare: vt repropitiet me peccatorē esse ī lætitia: ad quē peccatorum meorū mœror semper ascendit? Vobiscū (inqt) illud bibā ī regno patris mei. Q̄diu nos non ita agimus: vt ascendam⁹ ad regnum: nō potest illud vinū bibere solus: qđ nobiscum se bibere promisit. Est ergo tādiu
H in mœrore: q̄diu nos persistimus in errore. Si enim Apostolus ipsius luget quosdam: qui ante peccauerūt: & nō egerūt pœnitētiā in his que gesserūt: quid dicam de ipso: qui filius dicitur charitatis? qui semetipsum exinaniuit propter charitatem: quā habebat erga nos: & nō quęsiuit: quę sua sunt: cū esset ęqualis deo: sed quęsiuit quę nostra sunt: & ꝓpter hoc euacuauit se. Cum ergo ista: quæ nostra sunt: quę fierit: nūc iam nos nō quærit: nec quæ nostra sunt: cogitat: nec de errorib⁹ nostris mœret: nec perditiones nostras: & cōtritiones deflet: qui fleuit sup Hierusalē: & dixit ad eam. Quoties volui congregare filios tuos: sicut gallina congregat pullos suos: & noluisti? Qui ergo vulnera nostra suscepit: & ꝓpter nos doluit:

tanq̃ animarū nostrarū: & corporū medicus:
modo vulnerū nostrorū putredines negligit?
cōputruerūt eñ (vt ait ꝓpheta) & corruptæ
sunt cicatrices nostrę: a facie insipiētię nostrę.
Pro his ergo oībus adsistit nūc vultui dei: in-
terpellans ꝓ nobis. Adsistit altari: vt repropi-
tiationē ꝓ nobis offerat Deo: & ideo dicebat
tanq̃ accessurus ad istud altare: quia iā nō bi-
bā de generatione vitis huius: donec bibam il
A lud vobiscū nouū. Expectat ergo vt conuerta
mur: & ipsius imitemur exēplū: vt sequamur
vestigia eius: & lętetur nobiscū: & bibat vinū
nobiscū in regno patris sui. Nūc eñ quia mi-
sericors est: & miserator dñs: maiore affectu
ipse: q̃ Apostolus suus flet cum flētibus: cupit
gaudere cū gaudentibus. Et multo magis lu-
get ipē eos: qui ante peccauerūt: & nō egerūt
pœnitentiā. Neq; eñ putādum est: ꝙ Paulus
quidē lugeat ꝓ peccatorib⁹: & fleat pro delin
quētibus: dñs autē meus Iesus abstineat a fle-
tu: cū accedit ad patrē: cū assistit altari: & ꝓpi
tiationem pro nobis offert: & hoc est acceden
tem ad altare non bibere vinū lętitię: quia ad-
huc peccatorū nostrorū amaritudines patiť.
Nō vult ergo solus in regno dei bibere vinū:
nos expectat: Sic enim dixit. Donec bibā illud
vobiscū. Nos sumus igiť: qui vitā nostrā negli
gētes: lætitiā illius demoramur. Expectat nos
vt bibat de generatione vitis huius. Cuius vi
tis? Illius vtiq;: cuius ipse erat figura: dicens.
B Ego sum vitis: vos palmites. Vnde iterum di
cit. Quia sanguis meus vere est potus: & caro
mea vere est cibus. Vere eñ in sanguine vuæ
lauit stolā suā. Quid ergo est? expectat lętitiā.
Quādo expectat? Cū cōsummauero (inquit)
opus meū. Quādo cōsummat hoc opus? Quā
do me qui sum vltim⁹: & nequior oīm pecca-
torū cōsummatū fecerit: & pfectū: tūc cōsum
mat opus suū. Quādo me qui sum vltimus &
nequior oīm peccatorū cōsummatū fecerit &
perfectū. Nunc enim adhuc impfectū est opus
eius: donec ego maneo impfectus. Deniq; do-
nec ego non sum subditus patri: nec ipē diciť
patri esse subiectus. Non quo ipse subiectione
indigeat apud patrē: sed ꝓ me: in quo op⁹ suū
nōdū cōsummauit: ipse diciť nō esse subiect⁹.
Sic eñ legim⁹: quoniā corpus sumus Christi:
& mēbra ex parte. Quid autē est: qđ diciť ex
parte: videamus. Ego nūc verbi grā: subiect⁹
sum Deo secūdū spiritū: hoc est ꝓposito: & vo
luntate: Sed quādiu in me caro cōcupiscit ad
uersus spiritū: & spirit⁹ aduersus carnem: &
nōdū potui subiicere carnē spiritui: subiectus
quidē sum deo: verum non ex integro: sed ex
parte. Si autē potuero etiā carnē meam: & oīa
mēbra mea in consonātiā spirit⁹ trahere: tūc
perfecte videbor esse subiectus. Si intellexisti C
quid sit ex parte: & qđ sit ex integro esse subie
ctum: redi nunc & ad id: qđ de subiectione do
mini ꝓposuimus: & vide qa cū oēs corpus ip-
sius: & mēbra esse dicamur: donec sunt aliqui
in nobis: qui nondū perfecta subiectione subie
cti sunt: ipse diciť non esse subiectus. Cū vero
cōsummauerit op⁹ suum: & vniuersam crea-
turā suā ad summā pfectionis adduxerit: tūc
ipse dicetur subiectus in his: quos subdidit pa
tri: & in qbus opus: quod ei pater dederat cō-
summauit: vt sit deus oīa in oībus. Verū hæc
quorsum spectāt? vt intelligamus id quod su-
pra tractauimus: quomodo nō bibit vinū: vel
quomodo bibit anteq̃ intraret in tabernacu-
lum: anteq̃ accederet ad altare. Non bibit au-
tem nunc: quia adsistit altari: & luget peccata
mea: & rursum bibet post hęc: cum subiecta ei
fuerint omnia: & saluatis oībus: ac destructa
morte peccati: vltra iā necessariū non erit of-
ferre hostias pro peccato. Tūc enim erit gau-
diū: & lætitia: & tunc exultabunt ossa humi-
liata: & implebitur illud: qđ scriptum est. Au
fugiet dolor: & tristitia: & gemitus. Sed & il- D
lud non omittamus: ꝙ non solū de Aaron di-
citur: vt non bibat vinum: sed & de filiis eius
cum ingrediuntur ad sancta. Nondum enim
receperunt lætitiā suā: ne Apostoli quidē: sed
& ipsi expectāt: vt & ego lætitiæ eorum parti
ceps fiam. Neq; enim decedentes hinc sancti:
cōtinuo integra meritorū suorū prēmia cōse
quūtur / sed expectant etiā nos: licet morātes:
licet desides. Nō enim est illis perfecta lætitia:
donec pro erroribus nostris dolent: & lugent
nostra peccata. Hoc fortasse mihi dicenti non
credas. Quis eñ ego sum: qui cōfirmare sen-
tētiam tanti dogmatis audeam? Sed adhibeo
horum testem: de quo nō potes dubitare. Ma-
gister enim gētium est in fide: & veritate apo
stolus Paulus: ipse igiť ad Hebræos scribens:
cū enumerasset omnes sanctos patres: qui per
fidē iustificati sunt: addidit post oīa etiā hoc
Sed isti (inquit) oēs testimoniū habētes per fi
dem: nōdum adsecuti sunt repromissionem:
deo ꝓ nobis meli⁹ aliqd ꝓuidente: vti ne sine
nobis perfectionē consequerētur. Vides ergo:
quia expectat adhuc Abrahā: vt quæ perfecta
sunt: cōsequatur. Expectat & Ysaac: & Iacob:
& oēs prophetæ expectant nos: vt nobiscū: per
fectam beatitudinē capiant. Propter hęc ergo
etiam mysteriū illud in vltimā diem dilati iu
dicii custoditur. Vnū enim corpus est: qđ iu-
stificari expectatur: vnum: qđ resurgere diciť
in iudicio. Licet enim sint multa membra: sed

vnum corpus. Non potest dicere oculus ma-
nui: nõ es mihi necessaria: etiã si sanus sit ocu
lus: & nõ sit turbatus. Quantũ pertinet ad vi
dendũ: si desint ei reliqua mẽbra: quę erit ocu
lo lætitia? aut quę videbit esse perfectio si ma-
nus nõ habeat? si pedes desint: aut reliqua mẽ
bra non adsint? Quia & si est præcellẽs aliqua
oculi gloria: in eo maxime est: vt vel ipse dux
sit corporis: vel cæterorũ membrorũ non de-
seratur officiis. Hoc autẽ nos & per illam Eze
chielis prophetæ visionẽ doceri puto: cum di
cit congregandũ esse os ad os: & iũcturam ad
iuncturã: & neruos / ac venas: & pellem: ac sin
E gula locis suis esse reparanda. Deniq; vide qd
addit ꝓpheta. Ossa (inquit) ista: non dixit oẽs
homines sunt: sed dixit ossa ista domus israel
est. Habebis ergo lætitiam de hac vita disce-
dens: si fueris sanctus. Sed tũc erit plena læti-
tia: cum nullũ tibi membrorũ corporis deest.
Expectabis enim & tu alios: sicut & ipse expe-
ctatus es. Q si tibi: qui membrum es: non vi-
detur esse perfecta lætitia si desit aliud mẽbrũ
quãto magis domin⁹: & Saluator noster: qui
caput & auctor est totius corporis: nõ sibi per
fectam dicit esse lætitiã: donec aliquid ex mẽ-
bris deesse corpori suo videt? Et ꝓpterea for-
te orationem fundebat ad patrẽ dicens. Pater
sancte glorifica me illa gloria: quã habui apd
te priusq̃ mundus esset. Non vult ergo sine te
recipere perfectã gloriã suam: hoc est sine po-
pulo suo: qui est corpus eius: & qui sunt mem
bra eius. Vult ẽm in isto corpore ecclesiæ suæ
& in istis mẽbris populi sui / ipse velut anima
habitare: vt oẽs motus: atq; oĩa opera secũdũ
ipsius habeat voluntatẽ: vt vere cõpleatur in
nobis illud prophetæ dictũ. Habitabo in eis:
& ambulabo. Nunc autẽ: donec perfecti nõ su
mus omnes: sed adhuc sumus in peccatis: ex
parte in nobis est: & ideo ex parte scim⁹: & ex
parte prophetamus: donec qs peruenire me-
reatur ad illam mensuram: quã dicit Aposto
lus. Viuo autẽ iam non ego: viuit vero in me
Christus: Ex parte ergo (vt dicit Apostolus)
nunc membra eius sum⁹: & ex parte ossa eius
F sumus. Cũ autẽ cõiuncta fuerint ossa ad ossa:
& iuncturæ ad iũcturam secũdum hoc: quod
supra diximus: tunc etiam ipse dicet de nobis
illud propheticũ. Omnia ossa mea dicent: do-
mine qs similis tibi? Oĩa nãq; ossa ista loquun
tur: & hymnũ dicũt: & gratias agũt deo. Me-
minerunt enim beneficii eius: & ideo oĩa ossa
mea dicent: domine quis similis tibi? Eripiens
pauperem de manu fortioris eius. De istis ossi
bus cum adhuc essent dispersa: anteq̃ veniret:
qui ea colligeret: & cõgregaret in vnũ: dictũ
est & illud propheticũ. Dispersa sunt ossa no-
stra secus infernum. Quia ergo dispersa erãt
propterea dicit per aliũ prophetã. Congrege
tur os ad os: & iũctura ad iũcturã: & nerui: &
venæ: & pelles. Cum enim hoc factum fuerit:
tunc oĩa ista dicent. Domine quis similis tibi?
Eripiens inopem de manu fortioris ei⁹. Vnũ
quodq; enim os ex istis ossibus inops erat: &
atterebatur fortioris manu. Non enim habe-
bat iuncturam charitatis: non neruos patien
tiæ: nõ venas vitalis animi: & fidei vigorem.
Vbi vero venit: qui dispersa colligeret: & qui
dissipata cõiungeret: cõsociãs os ad os: & iun
cturã ad iuncturã: ædificare cœpit sanctũ cor
pus ecclesiæ. Hęc inciderunt qdẽ extrinsecus G
huic disputationi: sed necessario explanata
sunt: vt manifestior fieret põtificis mei igres-
sus in sancta: nõ bibentis vinũ vsq; quo sacer-
dotio fungeret. Post hæc tamẽ bibit vinũ: sed
vinum nouũ. & vinũ nouũ in cœlo nouo: & in
noua terra: & in nouo homine: cum homini-
bus nouis: & cum his: qui cantant ei cãticum
nouũ. Vides ergo: quia impossibile est de no-
ua vite: nouũ poculum bibi ab eo: qui adhuc
indutus est veterem hominẽ cum actib⁹ suis.
Nemo enim (inquit) mittit vinum nouum in
vtres veteres. Si vis ergo & tu bibere de hoc
nouo vino: innouare: & dic. Quia & si exteri-
or homo noster corrũpitur: sed qui intus est:
renouatur de die in diẽ. Et quidẽ de his suffi-
cienter dictum. Multa sunt & alia: quę recita-
ta sunt. Sed quoniã cuncta non possumus: eli-
gendũ est: de quib⁹ dicere debeamus. Et quo-
niam quid esset bibere: & non bibere vinum:
pro viribus diximus. Nũc quid sit etiã come- H
dere pectusculũ separationis: & brachiũ abla-
tionis: videamus. Post hæc de mundis: & im-
mũdis: vel cibis: vel animalibus: inquantũ do
minus dederit: & tẽporis spaciũ fuerit: disse-
rem⁹. Dicit ergo scriptura. Pectusculũ segre
gationis: & brachiũ ablationis mãducabis in
loco sancto tu: & filii tui: & domus tua tecum
legitimũ ẽm tibi: & legitimũ filiis tuis datum
est de sacrificiis salutaribus filiorũ israel: bra-
chiũ ablationis / & pectusculũ segregationis.
Nõ omne pectusculũ: segregatiõis est pectus-
culũ: nec omne brachiũ: ablationis vel separa
tiõis est brachiũ. Sed quoniã ad dominũ meũ
Iesum personã põtificis reuocauimus: & ad fi
lios eius sanctos Apostolos: videamus quomo
do ipse quidẽ pectusculũ segregationis mãdu
cat: & filii eius. Alii autẽ non omnes possunt
segregatiõis pectusculũ mãducare. Quid igi-
tur est: quod a reb⁹ omnib⁹ segregatur? Nec
est cõmune cum reliquis: nisi sola substantia

A trinitatis. Si ergo intelligam quidē rationem mūdi: nō possim autē etiā de Deo intelligere: sicut dignū est: neq; reuelata mihi fuerit sciētia dei: manduco quidē pectusculum: sed non pectusculum segregationis: etiam si potuero dicere: ipse enim mihi dedit omniū: quę sunt: scientiam veram: vt sciam rationem mundi: & virtutē elementorū initium: & finē: medietatem tēporū / permutationū vicissitudines: & cōuersiones temporū: anni circulos: & stellarū dispositiones: horum omniū sciētia: quia rationabilis est: pectusculi cibus est: sed non pectusculi segregationis. Si autē potuero de deo sentire quæ magna / quę sancta / quę vera sunt: & secreta: tūc māducabo pectusculū segregatiōis: cū id: quod ab omni creatura eminet: & segregatur: agnouero. Primus ergo pectusculum istud verus pōtifex meus comedit. Quo modo comedit? Nemo (inqt) nouit patrē: nisi filius. Secundo in loco manducant & filii eius. Nemo enim nouit patrē: nisi filius: Et cui voluerit filius reuelare: quibus autem aliis nisi Apostolis suis reuelat? Sed & brachium separationis: vel ablationis: sicut & superius diximus: actus sunt: & opera eminentiora cęteris: quæ vtiq; primus ipse Saluator: & dominus meus īpleuit. Quomodo impleuit? Meus (inquit) cibus est: vt faciam volūtatem eius: qui me misit: & perficiam opus eius. Cum ergo facit volūtatem eius: qui misit eum: in hoc non pectusculum: sed brachiū separationis comedit. Similter autē & Apostoli eius: cū faciunt opus euangelistæ: & efficiunt operarii incōfusibiles: recte tractātes sermonē veritatis: separationis: vel ablationis brachium comedunt.

C Vis adhuc planius videre quomodo Saluator separationis brachium comedat? Audi quid dicat ad iudæos. Si feci (inqt) opera in vobis: quæ null9 alius fecit: pro quo horū vultis me occidere? Vides quomodo ipse vere manducat brachiū separationis: qui opera tam segregata: & tam sublimia fecit: q̄ nullus alius fecit? Sed iā videamus aliqua etiā ex his: quę de mundis: atq; immūdis: vel de cibis: vel animalibus lecta sunt: & sicut in explanatione poculi de vmbra ascendimus ad veritatē spiritalis poculi: ita etiā de cibis: qui per vmbrā dicuntur: ascēdamus ad eos: q per spiritū veri sunt cibi. Sed ad hæc inuestiganda: scripturæ diuinæ testimoniis indigemus: ne qs putet (amāt enim homines exacuere linguas suas: vt gladium) ne quis inquā putet: quod ego vim faciam scripturis diuinis: & ea: quæ de animalibus: quadrupedibus / vel etiā auibus: aut piscibus mūdis: siue immūdis: in lege referuntur: ad homines traham: & de hominibus hæc dicta esse confingā. Fortassis enim dicat quis auditorū: cur vim facis scripturæ? Animalia dicūtur: animalia intelligātur. Ne ergo aliquis D hæc deprauari humano credat ingenio: Apostolica in eis authoritas euocāda est. Audi ergo primū omniū Paul9 de eis qualiter dicat. Omnes enim (inquit) per mare transierūt: & omnes in Mosen baptizati sunt in nube: & in mari: & omnes eādem escam spiritalem manducauerūt: & omnes eundē potū spiritalē biberunt. Bibebant autē de spiritali consequēti eos petra. Petra autē erat Christus. Paul9 hęc dicit. Hebręus ex hebræis: secundū legē Pharisæus: & doctus secus pedes Gamalielis: qui vtiq; nunq̄ auderet spiritalem escam: & spiritalem potū appellare: nisi hūc esse sensum legislatoris per traditam sibi verissimæ doctrinæ scientiam didicisset. Vnde & illud addit: tanq̄ cōfidens: & certus de ciborū ratione mūdorum: vel immūdorum: quod nō secundum literam: sed spiritaliter obseruanda sint: & dicit. Ne quis ergo vos iudicet ī cibo: aut in potu: aut in parte diei festi: aut neomæniæ: aut sabbatorum: quę sunt vmbra futurorum. Vi E des ergo quomodo hæc omnia: quæ de cibis: vel potu loquitur Moses: Paulus / qui melius ista didicerat: q̄ hi: qui nunc iactant se esse doctores: omnia hæc vmbram dicit esse futurorum. Et ideo (sicut dixim9) ab hac vmbra ad veritatē debemus ascendere Christiani: & ad Christianos sermo est: quibus apostolicorū dictorum chara esse debet authoritas. Siqs vero arrogātia tumidus Apostolica dicta contēnit aut spernit: ipse viderit. Mihi autem: sicut deo & domino nostro Iesu Christo: ita & Apostolis eius adhęrere bonū est: & ex diuinis scripturis secundū ipsorū traditionem intelligētiā capere. Erit autē opportunū fortasse tempus: si tamē dei voluntas in hoc fuerit: & rerū tranquillitas fuerit. (Nescimus enim qd pariat superuētura dies) vt etiā ex veteri testamento adsignemus secūdū eam: quæ Apostolis visa est: rationē ciborū mūdorū: vel immūdorū: sed & animaliū: vel auium: vel piscium: de quibus in lege scribitur: intelligentiam ad homines referendā. Sed nunc quoniam latio F re vti explanatione non est tēpus: duobus luminibus Apostolorū Petro & Paulo testibus contenti simus. Et quidem Paulus quæ senserit: iam protulim9. Petrus vero apostolus cū esset in Ioppe: & orare vellet: ascendit in superiora. Ergo statim & hoc ipsum: q; noluit in inferioribus orare: sed ascendit ad superiora. Neq; enim tanti apostoli consilium ex super-

fluo superiora delegit ad orandum: sed quantum ego arbitror: vt ostenderetur ꝙ Petrus quia mortuus erat cum Christo: quæ sursum sunt: quærebat: vbi Christ⁹ est in dextera dei sedens: & nõ quę super terram. Illuc ascendebat: ad illa tecta: ad illa fastigia: de quibus dicit & dominus.
G Qui in tecto est: non descẽdat tollere aliquid de domo. Deniq; vt scias quia non hæc suspitiose de Petro dicimus: quia ad superiora conscenderit: ex consequentibus approbabis. Ascẽdit (inqt) ad superiora: vt oraret: & vidit cœlum apertum. Nõdum tibi videtur Petrus ad superiora non solum corpore: sed & mente: ac spiritu conscendisse? Vidit (inquit) cœlũ apertũ: & vas quoddam deponi: vt linteũ in terra: in quo erant omnia quadrupedia: & reptilia: & volatilia cœli: & audiuit vocẽ dicentem sibi. Surge Petre: occide: & mãduca. De his sine dubio imperãs mãducandis quadrupedibus: & serpentibus: & volatilibus: quæ supposita linteo ad eũ cœlitus sunt delata. At ille. Dñe (inqt) tu scis: qa nunq̃ cõmune: aut immũdum introiuit in os meũ. Et vox (inquit) ad eũ secũdo. Quod deus mũdauit: tu cõmune ne dixeris: & hoc factũ est per
H ter. Et post hoc (inquit) receptũ est linteũ in cœlis. De mũdis hic: & immũdis animalibus ratio est. De quibus: rerũ scientia cœlitus docetur Apostolus. Quoniã quidem eminentiorem se: & maiorem non habebat in terris: edocetur: nõ vna voce: nec vna visione: sed trina. Ego nec hoc ipsum: ꝙ tertio hæc dicunẽ: ocio se dicta suscipio. Tertio ei dicitur: & per illũ omnibus nobis. Quod deus mundauit: tu cõmune ne dixeris: quæ enim mundauit: nõ sub vna appellatione mundantur: neq; sub secunda: sed nisi & tertia appellatio nominetur: nemo mundatur. Nisi enim in patre: & filio: & spiritu sancto fueris mundatus: mundus esse nõ poteris. Propterea ergo quę ꝓ emundatione ostendebãtur: nõ semel: neq; iterũ: sed tertio ostẽduntur: & tertio præcipiũtur. Erãt ergo omnia in illo linteo quadrupędia: & reptilia: & volucres cœli. Et post hæc cogitabat (inquit) intra semetipsum Petrus: qd hoc esset.
I Et adhuc eo cogitante supuenerũt (inqt) hi: qui a Cornelio centurione missi fuerant ex hac ciuitate: id est a Cæsarea in Ioppe. Ibi nãq; erat Petrus: & hospitabatur apud Simonem quẽdam Coriarium. Bene autem Petr⁹ apud Coriarium manet: illũ fortasse: de quo dicit Iob: quia pelle me: & carne induisti. Sed hęc in excessu dicta sint. Interim superueniunt: qui missi fuerant a Cornelio ad Petrum: quos ille suscipiens: audit ab eis: quę sibi Cornelius mãdat. Et descendens de superioribus: venit ad Corneliũ. Descẽdit (dicit) adhuc enim deorsum erat Cornelius: & in inferioribus manebat. Venit ergo Cæsareã: inuenit multos apđ Cornelium cõgregatos: & ait ad eos post multa. Et mihi (inquit) ostẽdit deus neminẽ commune: aut immundũ dicere hominẽ. Non videtur tibi Petrus Apostolus quadrupedia illa oĩa: & reptilia: & volatilia dilucide ad hominem trãstulisse: & homines intellexisse ea: quæ sibi in linteo cœlitus lapso fuerant demõstrata? Sed fortasse dicat aliquis. De quadrupedibus quidẽ: & reptilibus: & auibus reddidimus rationẽ: ꝙ homines intelligi debeant: K
da etiam de his: quæ in aquis sunt. Quoniam quidem lex etiam de ipsis munda esse quædã: & alia designat immũda. Nihil in his: vt verbis meis credatur: exposco: nisi testes idoneos dedero. Ipsum vobis dominũ: & Saluatorẽ nostrum Iesum Christum testem horum & authorẽ dabo: quomodo pisces homines esse dicantur. Simile est (inquit) regnum cœlorum reti misso in mare: qđ ex omni genere pisciũ colligit: & cum repletum fuerit: sedentes supra littus condunt eos: qui boni sunt in vasis: qui autẽ mali: foras mittũtur. Euidenter edocuit eos: qui retibus colligi dicũtur pisces: vel bonos hoĩes esse: vel malos. Isti ergo sunt: qui secundũ Moysen pisces: vel mũdi / & immũdi nominãtur. His igitur ex authoritate apostolica / atq; euãgelica cõprobatis: videam⁹ quomodo vnusquisq; hominũ vel mũdus / vel im- L
mũdus possit ostendi. Omnis homo habet aliquem in se cibum: quem accedenti ad se proximo præbeat. Nõ enim potest fieri: vt cum accesserimus ad inuicem nos homines: & conseruerimus sermonẽ: non aliquẽ: vel ex respõsione / vel ex interrogatione / vel ex aliquo gestu aut capiam⁹ inter nos gustũ / aut prębeamus. Et si quidẽ mundus homo est: & bonæ mentis is: de quo gustũ capimus: mundũ sumimus cibum. Si vero immũdus sit: quem cõtingimus immũdũ cibum secũdum ea: quæ supra dicta sunt: sumimus. Et propterea puto Apostolus Paulus de talibus: velut immũdis animalibus dicit: cum huiusmodi nec cibum sumere. Ve- M
rum vt euidentius tibi patescãt ad intellectũ quæ dicimus / de maioribus sumamus exemplum: vt inde paulatim descendentes vsq; ad inferiora veniamus. Domin⁹: & Saluator noster dicit / Nisi manducaueritis carnẽ meã: & biberitis sanguinẽ meũ / non habebitis vitã in vobis ipsis. Caro eñ mea vere est cibus / & sanguis meus vere est potus. Iesus ergo qa totus ex toto mũdus est: tota eius caro cibus est / &

totus sanguis eius potus est: quia omne opus eius sanctũ est: & omnis sermo eius verus est. Propterea ergo & caro ei⁹ verus est cibus: & sanguis eius verus est potus. Carnibus enim & sanguine verbi sui tanq̃ mundo cibo: ac potu: potat: & reficit omne hominũ genus. Secũdo in loco post illius carnem: mũdus cibus est Petrus/ & Paulus: & omnes apostoli. Tertio loco discipuli eorum: & sic vnusquisq; pro quãtitate meritorum: vel sensuũ/ puritate: proxi
A mo suo mundus efficitur cibus. Hæc qui audire nescit: detorqueat fortassis: & auertat auditum: secundum illos: qui dicebant: quomodo dabit nobis hic carnem suam manducare? Quis potest audire eum? & discesserũt ab eo. Sed vos si filii estis ecclesiæ: si euangelicis imbuti mysteriis: si verbũ caro factũ habitat in vobis: agnoscite quæ dicimus: quia dñi sunt: ne forte qui ignorat: ignoretur. Agnoscite: quia figurę sunt: quæ in diuinis voluminibus scripta sunt: & ideo tanq̃ spiritales: & nõ tãq̃ carnales examinate: & intelligite quæ dicuntur. Si enim quasi carnales ista suscipitis: læ
B dunt vos: & non alunt. Est enim & in euangeliis litera quæ occidit: non solum in veteri testamento occidẽs litera deprehenditur. Est & in nouo testamẽto litera: quæ occidat eũ: qui nõ spiritaliter quę dicũtur: aduerterit. Si em̃ secundum literam sequaris hoc ipsum: qđ dictũ est: nisi manducaueritis carnem meã: & biberitis sanguinem meum: occidit hæc litera. Vis tibi & aliã de euangelio ꝓferã literã: quæ occidit? Qui nõ habet (inquit) gladium: vendat tunicam suã: & emat gladiũ. Ecce & hæc litera euãgelii est: sed occidit. Si vero spiritaliter eã suscipias: nõ occidit: sed est in ea spiritus viuificãs. Et ideo siue in lege: siue in euangeliis quæ dicunt: spiritaliter suscipe: qa spiritalis diiudicat oĩa: ipse vero a nemine diiu
C dicatur. Vt ergo dixim⁹: omnis homo habet in se aliquem cibum: ex quo qui sumpserit si qdem bonus est: & de bono thesauro cordis sui profert bona: mundum cibum præbet proximo suo. Si vero malus: & profert mala: immũdũ cibũ prębet proximo suo. Potest enim quis innocens & rectus corde: mundũ animal ouis videri: & præbere audienti se cibũ mũdũ: tãq̃ ouis: quæ est animal mundum. Similiter & in cæteris: & ideo omnis homo (vt diximus) cũ loquitur proximo suo: & siue prodest ei ex sermonibus suis: siue nocet: & mundũ ei: aut immũdum efficitur animal: ex quibus vel mundis vtendũ: vel immũdis præcipitur abstinẽdum. Si secundũ hanc intelligentiã dicamus deũ omnipotẽtem leges hominibus promulgasse: puto ꝙ digna videbitur diuina maiestate legislatio. Si vero adsideamus literæ: & secundum hoc: vel qđ Iudæis: vel id: qđ vulgo videtur: accipiamus: quę in lege scripta sunt: erubesco/ dicere: & confiteri: quia tales leges dederit deus. Videbuntur enim magis elegãtes: & ratiõabiles hominũ leges: verbi gratia: vel Romanorum: vel Atheniensium: vel Lacedæmorium. Si vero/ secundum hanc intelligẽtiam: quam docet ecclesia: accipiatur dei lex: tunc plane omnes humanas supereminet leges: & vere dei lex esse credetur. Itaq; his ita præmissis: spiritali (vt commonuimus) intelligentia: de mundis & immundis animalibus aliqua perstringamus. Omne (inquit) pecus D
qđ vngulam diuidit: & vngulas habet: & reducit ruminationẽ in pecoribus: hæc mãducabitis. Præterea ab his nõ mãducabitis: qui reducũt ruminationem: & nõ diuidũt vngulas: & habẽt vngulas. Camelus: quoniã reducit ruminationem: & vngulã nõ diuidit: immũdũ erit hoc vobis. Et lepus: quoniam reducit ruminationem: & vngulam non diuidit: immundum hoc erit vobis: & erinacius: quia reducit ruminationem: & vngulam non diuidit: immundum hoc vobis: & sues: & cætera. Decernit ergo ne mãducẽtur huiusmodi animalia: quæ ex parte videtur esse munda: & ex parte immunda: sicut camelus: ex eo: ꝙ ruminat: mũdus videtur: ex eo autem: ꝙ vngulas diuisas nõ habet: immũdus dicitur. Post hæc iam nominat & leporem: & erinacium: sed & ipsos dicit ruminare quidem: sed vngulas nõ diuidere. Alium vero ordinẽ facit eorũ: qui e contrario vngulã quidẽ diuidunt: sed non ruminant. Primũ ergo videamus q sunt isti: qui E
ruminãt: & vngulã diuidũt: quos mũdos appellat. Ego arbitror illum dici ruminare: qui operã dat scientiæ: & in lege domini meditatur die: ac nocte. Sed audi quomodo dictũ est: qui diuidit (inquit) vngulam: & reuocat ruminationem. Reuocat ergo ruminationem: qui ea: quæ secundũ literam legit: reuocat ad sensum spiritalem: & ab infimis: & visibilibus ad inuisibilia: & altiora conscẽdit: sed si mediteris legẽ diuinã: & ea: quæ legis: ad subtilem & ad spiritalem intelligentiam reuoces: vita autem tua: & actus tui non sint tales: vt habeãt discretionẽ vitæ præsentis: & futurę: huius sæculi: & sæculi superuẽturi: si nõ ista cõpetenti ratione discernas/ & diuidas: camelus es tortuosus: qui cum intellectũ acceperis ex meditatione legis diuinæ: nõ diuidis: neq; segregas præsentia/ & futura: nec angustã viã a F
via spatiosa secernis. Sed adhuc manifestius

quod dicitur: explanemus. Sunt qui adsumũt testamẽtum dei per os suũ: & cum legem dei in ore habeant: vita: & actus sui lõge a verbis eorũ: & sermonibus discrepant. Dicũt enim: & nõ faciũt: de quibus & propheta dicit. Peccatori autẽ dixit deus. Quare tu enarras iustitias meas: & adsumis testamẽtum meũ per os tuum? Vides ergo quomodo iste ruminat qui testamentũ dei habet in ore suo. Sed quid in sequentibus ad eum dicitur. Tu aũt odisti disciplinã: & abiecisti sermones meos post te. In quo euidenter ostendit istum ruminãtem quidem: sed vngulam: non diuidentẽ: & ideo
G immũdus est qcũq; est talis. Et iterũ est alius: vel ex his: qui extra religionem nostrã sunt: vel ex his: qui nobiscũ sunt: q diuidunt quidẽ vngulas: & ita incedunt in viis suis: vt actus suos ad futurũ sæculũ præparẽt. Multi enim ita & ex philosophis sapiũt: & futurũ esse iudicium credũt: immortalẽ nãq; animam sentiunt: & remunerationẽ bonis quibusq; positam confitẽtur. Hoc & hæreticorũ nõnulli faciunt: & quantũ spectat: timorem futuri iudicii gerũt / & actus suos tãq̃ in diuino examine requirẽdos cautius tẽperant: sed horũ vterq; non ruminat: nec reuocat ruminationẽ. Non enim ea: quæ in lege dei scripta sunt: audiẽs: meditatur: ac reuocat ad subtilẽ: & spiritalẽ intelligentiã: sed statim vt audierit aliqd: aut cõtemnit: aut despicit: nec reqrit q in vilioribus verbis pretiosis lateat sensus: & habẽt isti diuidentẽ quidem vngulam: sed ruminationem non reuocant. Tu autẽ: qui vis esse mundus: conuenientẽ habeto vitã: & consonã sciẽtiæ: & actus intellectui: vt sis in vtroq; mundus: vt & reuoces ruminationẽ: & vngulã diuidas. Sed & vngulas vt pducas: siue abiicias.
H Requiramus & huius rei testimoniũ quomodo vngulas producim⁹: vel (vt alibi legitur) abiicimus. Scriptum est in Deuteronomio. Si (inquit) exieris ad bellũ aduersum inimicos tuos: & videris ibi mulierem decora specie: & cõcupieris eam: adsumes eã: & rades omnem pilum capitis eius: & vngulas eius: & indues eam vestimentis lugubribus: & sedebit in domo lugens patrem suũ: & matrem suã: & domũ paternã suã: & post triginta dies erit tibi vxor. Sed nunc non hoc est propositũ: vt hęc: quæ in testimoniũ vocata sunt: explanentur. sed propterea diximus: quia & hic de vngulis mentio facta est. Veruntamen & ego frequenter exiui ad bellũ contra inimicos meos: & vidi ibi in prædam mulierẽ decora specie. Quæcũq; eñ bene: & rationabiliter dicta inuenimus apud inimicos nostros: siquid apud illos sapiẽter / & sciẽter dictũ legim⁹: oportet nos mundare id: & ab scientia: quę apud illos est: auferre: & resecare: omne quod emortuũ & inane est. Hoc eñ sunt oẽs capilli capitis: & vngulæ mulieris ex inimicorum spoliis adsumptæ: & ita demũ facere eam nobis vxorẽ. cũ iam nihil ex illis: quæ per infidelitatẽ mortua dicũtur: habuerit: nihil in capite habeat mortuum: nihil in manibus / vt neq; sensibus: neq; actibus: immũdum aliquid: aut mortuũ gerat. Nihil enim mundũ habẽt mulieres hostiũ nostrorũ: quia nulla est apud illos sapientia: cui immũditia aliqua nõ sit admixta. Velim tamẽ dicerẽt mihi Iudæi quomodo apud eos ista seruẽtur. Quid causæ: qd rationis est decaluari mulierẽ: & vngulas ei⁹ demi: verbi causa. Ponamus q̃ ita inuenerit eam is: qui dicitur inuenisse: vt neq; capillos: neq; vngulas habeat. Quid habuit: qđ secundum legem demere videretur? Nos vero: quibus militia spiritalis est: & arma non carnalia: sed potentia deo ad destruẽda consilia: decora mulier si reperta fuerit apud hostes: & ratiõabilis aliqua disciplina: hoc modo purificabimus eam quo superius diximus: oportet ergo eum: qui mũdus est: non solum diuidere vngulas: & nõ solum præsentis sæculi: & futuri actus: & opera discernere: sed & vngulas pducere: vel (vt alibi legimus) abiicere: vt purificãtes nos ab operibus mortuis: permaneam⁹ in vita. Hæc quidem generaliter dicta sint de animalibus. Illa vero: quæ in aquis sunt: quia dicũtur si qdem habeant pinnas: et squamas: munda esse. Si vero nõ habeant: immũda: nec edi debere: illud in his ostẽdit: vt si quis est in aquis istis: et in mari vitæ huius: atq; in fluctibus sæculi positus: tamẽ debeat satis agere: vt nõ in profundis iaceat aquarũ. sicut sunt isti pisces: qui dicũtur nõ habere pinnas: neq; squamas. Hęc nãq; eorũ natura perhibetur: vt in imis semp et circa ipsum cœnũ demorentur: sicut sunt anguillæ: et huic similia: quæ nõ possunt ascẽdere ad aquæ summitatẽ: neq; ad eius superiora peruenire. Illi vero pisces: q pinnulis iuuãtur: ac squamis muniũtur: ascẽdũt magis ad superiora: et aeri huic viciniores fiũt: velut q libertatẽ spiritus quærant. Talis est ergo sanctus quisq;: qui intra ræthia fidei cõclusus: bonus piscis a Saluatore nominat: qui etiã mittitur in vas: veluti pinnas habẽs / et squamas. Nisi enim habuisset pinnas: non resurrexisset de cœno incredulitatis: nec ad ræte fidei peruenisset: nisi pinnis adiutus ad superiora venisset. Quid est autem: q̃ et squamas habere dicitur? tanq̃ qui paratus sit vetera in-

dumēta deponere. Hi enim: qui squamas non habēt: velut ex integro carnei sunt: & toti carnales: q deponere nihil possunt. Siqs ergo habet pinnas: qbus ad supiora nitať: mūdus est. Qui vero nō habet pinnas: sed in iferioribus permanet: & in cœno semp versať: imūdus ē. Similiter aūt de auib⁹. Nō māducabis (inqt) hæc: qa imūda sunt. Aquilā: & vulturē: & cætera his similia. His etenim auibus semp mortuorū corporū cibus est: & ex mortuis cadaueribus viuūt. Oēs ergo: qui huiusmodi vitā gerūt: immūdi habēdi sunt. Ego puto & illos in his nominari: q alienis incubāt mortib⁹: & arte quadā: vel fraude: testamenta subiiciūt. Huiusmodi em̄ homines: vultures: & aquilæ merito appellantur: velut mortuorū cadaueribus inhiantes. Scio et alia volatilia: quæ raptu viuūt. Hæ sunt animæ: quæ secundū hoc quidem: qđ rationabiles: et imbutæ sunt liberalibus institutis: vel rationabilibus disciplinis: volatilia vidētur. Legūt enim et reqrunt: vel de ratione cœli: vel quomodo mūdus dei prouidentia gubernetur: secūdum hæc ergo volatilia nominātur. Si vero huiusmodi homines inique agant: et contra legē faciāt: diripiant proximos: vt cū in verbis esse videatur eruditio cœlestis: in actibus carnalia et mortua opera gerāt: recte vultures: vel aquilæ dicēdi sunt: quæ de excelsis ad carnes mortuas ac fœtidas dilabūtur. Ad hoc referēda est: et accipitris rapacitas: et cæterorū omniū: ex qbus quædā sunt volatilia rapacitati studētia: quædā vero nō tā rapacitatē: q̄ obscuritatem et tenebras amantia. Omnis em̄: q male agit: odit lucē: et nō venit ad lucē: vt sunt noctuæ: et vespertiliones: et cætera quę lex pnūtiauit immūda. A quibus omnibus spiritali nos obseruātia custodiētes: & cibū ex mūdis animalibus appetentes: etiam ipsi puri efficiemur: & mūdi: per Christū dominiū nostrū: per quē est deo patri cum spiritu sancto gloria: & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

De eo: qđ scriptum est. Mulier quæcunq; conceperit semen: & pepererit masculum: immunda erit septem diebus: & de diuersitatibus lepræ ac purificationibus leprosi. Homilia Octaua. Cap. XII. & XIII.

C Edicū dici in scripturis diuinis dominū nostrum Iesum Christū: etiā ipsi⁹ dn̄i sentētia perdocemur: sicut dicit in euāgeliis. Nō indigēt sani medico: sed q male habēt. Non enim veni vocare iustos: sed peccatores in pœnitētiā. Omnis aūt medicus ex hærbarū succis: vel arbo℞: vel etiā metallorū venis: vel animantiū naturis: ꝓfutura corporibus medicamēta cōponit. Sed hærbas istas siquis forte anteq̄ p ratione artis cōponātur: aspiciat: siqdē in agris: aut mōtibus: velut fœnū vile conculcat: & prærerit. Si vero eas itra medici scholā dispositas per ordinē viderit: licet odorē tristē forte: & austerū reddant: tamē suspicabiť eas curæ: vel remedii aliqd continere: etiā si nondū quæ: vel qualis sit sanitatis ac remedii virtus: agnouerit. Hæc de cōmunibus medicis diximus. Veni nunc ad Iesum cœlestem medicū intra ad hanc statiōnē D medicinæ eius ecclesiā. Vide ibi languētiū iacere multitudinē. Venit mulier: quę ex partu immūda effecta est: venit leprosus: qui extra castra separatus est ꝑ imūditia lepræ: quęrūt a medico remediū quomodo sanētur: quomodo mūdētur: & qa Iesus hic: qui medicus est: ipse est & verbū dei: ægris suis nō hærbarum succis: sed verborū sacramētis medicamenta conqrit. Quæ verbo℞ medicamēta siqs incultius per libros tāq̄ p agros videat eē dispersa: ignorans singulorū dictorū virtutē: vt vilia hęc: & nullū sermonis cultū habētia ꝓteribit. Qui vero ex aliqua parte didicerit animarū apud Christum esse medicinā: intelliget profecto ex his libris: q in ecclesia recitantur tāq̄ ex agris: & montibus: salutares hærbas adsumere vnūquēq; debere sermonū dūtaxat vim vt siquis ille est in anima languor: nō tam exterioris frondis: & corticis: q̄ succi interioris hausta virtute sanetur. Videam⁹ ergo aduersum immūditiam partus: & contagionem lepræ: præsens hæc lectio: q̄ diuersa: & q̄ varia purificationū medicamenta conficiat. E Et locutus est (inquit) dominus ad Moysen dicēs. Loquere filiis Israel: & dices ad eos. Mulier q̄cunq; conceperit semen: & pepererit masculum: immūda erit septem diebus. Primo consyderemus secundū historiam: si non videtur quasi ex superfluo additum: mulier: quæ conceperit semen: & pepererit masculū: quasi possit aliter masculum parere: nisi semine concepto. Sed non ex superfluo additur. Ad discretionē nāq; illius: quæ sine semine concepit: & peperit: istū sermonē præ cæteris mulieribus Legislator adiecit: vt non omnem mulierem quæ peperisset: designaret immūdam / sed eā: quæ concepto semine peperisset. Addi quoq; ad hoc etiā illud potest / quod lex ista / quæ de immunditia scribitur: ad mulierem pertinet. De Maria autē dicitur: quia virgo concepit:

et peperit. Ferant ergo legis onera mulieres. Virgines vero ab his habeant imunes. Sed si nobis aliqs occurrat argutus: et dicat: quia et
F Maria mulier i scripturis noiat. Sic em dicit Apostolus. Vbi autẽ venit plenitudo tẽporũ misit deus filiũ suũ: factũ ex muliere: factum sub lege: vt eos qui sub lege erant: redimeret: respõdebimus ei: qa i hoc Apostolus mulierẽ: nõ ꝑ corruptela integritatis: sed pro sexus indicio noiauit: vt qa dicebat filiũ dei missum simul & illud: qa pro cõmuni omniũ vita ingressus: in hũc mũdũ venisset: exponeret. Est porro & ætatis istud vocabulum: eius scilicet qua fœminino sexui de annis pubertatis exceditur: & ad id tẽpus: quo habilis viro videat esse trãsitus. Sicut & e contrario vir appellat is: q adolescẽtiæ tẽpus excesserit: etiã si vxorẽ nõdũ habeat: cuius vir esse dicat: quo nomine appellari solent etiã hi: quos fœmineæ admixtionis macula nulla perstringit. Si ergo recte dicitur: vir ille ꝑ sola tẽporis ætate: etiã is: q nulli⁹ admixtionẽ fœminæ nouerit: quo modo nõ eadẽ cõsequẽtia etiã virgo: quæ intemerata pemansit: ꝑ sola ætatis maturitate
G mulier nominet? Denicq & Abrahã cũ puerũ mitteret Mesopotamiã in domũ Batuelis: vt inde acciperet Isaac filio suo vxorem: & puer curiosius percõtaretur: ait ad eum. Q2 si noluerit mulier sequi me: reducam filium tuũ illuc? Et nõ dixit: q si noluerit virgo sequi me. Hæc ergo dicta sint nobis de eo: qđ obseruauimus scriptũ: quia nõ superfluo addidit Legislator: mulier si conceperit semen: & pepererit filium: sed esse exceptionẽ mysticã: quæ solam Mariam a reliqs mulieribus segregaret: cui⁹ partus nõ ex cõceptione seminis: sed ex ꝑsentia sancti spiritus: & virtute altissimi fuerit.
H Nunc ergo reqramus etiã illud qd causæ sit: q mulier: quæ in hoc mundo nascentibus ministeriũ præbet: non solũ: cũ semen susceperit immũda fieri dicit: sed & cũ pepererit. Vnde & pro purificatione sua iubet offerre pullos colũbinos: aut turtures pro peccato: ad ostiũ tabernaculi testimonii: vt repr9pitiet ꝑ ipsa sacerdos: quasi quæ repropitiationẽ debeat: & purificationem peccati: pro eo: qđ nascenti in hoc mũdo: homini ministeriũ præbuit. Sic em scriptũ est. Et repropitiabit pro ipsa sacerdos: & mundabit. Ego in talibus nihil audeo dicere: sentio tamẽ occulta in his quædã mysteria cõtineri: & esse aliqd latẽtis arcani: pro quo & mulier quæ cõceperit ex semine: & pepererit: immũda dicat: & tãq peccati rea: offerre iubeatur hostiã pro peccato: & ita purificari: sed & ille ipse: qui nascitur siue virilis: siue fœminei sexus sit: ꝑnũtiat de eo scriptura: quia nõ sit mũdus a sorde: etiã si vni⁹ diei sit vita eius: & vt scias esse in hoc grande nescio qd: & tale: qđ nulli sanctorũ ex sententia venerit. Nemo ex omnibus sactis inuenit diẽ
festũ: vel conuiuiũ magnũ egisse in die natalis sui. Nemo inuenitur habuisse lætitiam in die natalis filii: vel filiæ suæ. Soli peccatores sup huiusmodi natiuitate lętãtur. Inuenimus etenim in veteri qdẽ testamẽto Pharaonẽ regẽ Aegypti: diem natalis sui cũ festiuitate celebrãtẽ: in nouo vero testamẽto Herodẽ. Vterq tamẽ eorũ ipsam festiuitatẽ natalis sui pro fusione humani sanguinis cruentauit. Ille em præpositũ pistorũ: hic sanctũ prophetã Ioãnẽ obtrũcauit in carcere. Sancti vero nõ solũ nõ agũt festiuitatẽ in die natalis sui: sed & spiritu sancto repleti execrãtur hũc diẽ. Neq em tãtus: ac talis propheta (Hieremiã dico: q in vtero matris sanctificatus est: & propheta in gẽtibus cõsecratus) libris in æternũ mãsuris aliqd inaniter cõdidisset: nisi secretũ qd cõtineret: & ingẽtibus mysteriis plenũ: vbi dicit. Maledictus dies: in quo natus sum: & nox in qua dixerunt: ecce masculus: maledictus: q adnũtiauit patri meo dicẽs. Natus est tibi masculus: lætetur homo ille sicut ciuitates: quas dominus destruxit in furore: & nõ pœnituit.
Videtur ne tibi hæc tã grauia: & tam onerosa imprecari propheta potuisse: nisi sciret cẽ aliquid in ista natiuitate corporea: qđ & huiusmodi dignũ maledictionis videret: & pro quo Legislator tot immũditias accusaret: quibus congruas purificationes cõsequẽter imponeret? Longũ est aũt: & alterius tẽporis: vt testimonia: quæ de ꝑpheta adsumpsimus: explanemus: quia nũc nõ Hieremiæ: sed Leuitici nobis ꝓpositũ est differere lectionẽ. Sed & Iob non sine spiritu sancto loquens maledicebat diẽ natiuitatis suæ dicẽs. Maledicta dies: in qua natus sum: & nox: in qua dixerũt ecce masculus: nox illa sit tenebrę: & non requirat eã dominus denuo: neq veniat in dies anni: nec numeretur inter dies mensium. Q2 si tibi
nõ videtur hæc Iob prophetico: & diuino spiritu loqui: ex his cõsydera quæ sequũtur. Addidit em. Sed maledicat eã: qui maledixit illũ diem: in quo magnũ cetũ interempturus est. Vides ergo quomodo in spiritu sancto prædixit de magno cetu quem interfecturus esset dñs: cuius typus erat cetus ille Ionæ! Vnde & dñs: qui interfecturus erat cetum istũ: diabolũ dicit. Sicut enim Ionas tres dies: & tres noctes fuit in ventre ceti: ita oportet & filiũ hominis esse trib⁹ diebus: & tribus noctibus

in corde terræ. Qđ si placet audire quid etiã alii sancti de ista natiuitate senserit: audi Dauid dicẽtẽ. In iniqtatibus (inqt) cõcept⁹ sum & in peccatis peperit me mater mea. Ostẽdẽs ꝙ qcũq; anima in carne nascit: iniquitatis: & peccati sorde polluit: & ꝓpterea dictũ esse illud: quod iam superius memorauimus. Quia nemo mũdus a sorde: nec si vnius diei sit vita eius. Addi his etiã illud põt: vt reqratur qd causæ sit: cũ baptisma ecclesiæ in remissionẽ peccatoꝝ detur: secũdũ ecclesiæ obseruãtiam etiã paruulis baptismũ dari: cũ vtiq; si nihil esset in paruulis quod ad remissionẽ deberet & indulgẽtiã pertinere: gratia baptismi superflua videret. Mulier ergo quæcũq; conceperit semen: & pepererit masculum: immunda erit septẽ diebus: sicut & illa: quæ secũdũ dies purgationis suæ septẽ dieb⁹ segregatur ab omni mũdo. Quia in sanguine immũdo facit septẽ dies: in sanguine autẽ mundo triginta & tres dies. Sed hoc in masculi natiuitate: duplos autẽ dies facit in natiuitate fœminæ. Incipit ergo esse in sanguine mũdo ab octaua die: & est in sanguine mũdo dieb⁹ triginta tribus: hoc est tribus decadis: & tribus monadis. Et cum cœperit esse in sanguine mundo illa: quæ peperit: tũc circũcidit infantẽ. Octaua enim die circuncides (inqt) carnẽ præputii eius. Hæc est lex literæ: sed require tu quã circuncisionẽ Apostolus ꝑdicet: quã nos & suscipere: & habere iubet. Nos ẽm (inqt) sumus circuncisio: qui spiritu deo seruimus. Et qđ in psalmo ait. Alienati sunt peccatores a vulua. Consydera si nõ de illis hoc dicit: q illã circũcisionẽ suscipiunt: qua nos circuncidi Apostolus vetat: & tũc est quãdo alienantur peccatores a vulua: cũ nõ spiritu: sed carne circũcidũtur. Quia q in lege circũcidũtur: a gratia exciderũt. Igit immũda fieri mulier dicitur: quæ & cõcepto semine peperit masculũ. quæ autẽ fœminã pepererit: nõ solũ imũda erit: sed dupliciter immũda. Bis ẽm septenis diebus in immũditia scribitur permanere. Sed interim quæ peperit masculũ octaua die & q natus est: circũcidit: & illa fit mũda. Satis operosa res ẽ: in hac breuitate tẽporis ista cõtingere. Tamẽ vt in trãscursu aliqua dicamus: septimana hæc pꝛ̃sentis vitæ tempus videri potest. In septimana nãq; dierũ cõsummatus est mundus. In quo donec sumus in carne positi: ad liquidũ puri esse nõ possumus: nisi octaua venerit dies: id ẽ nisi futuri sæculi tempus affuerit. In quo tamen die qui masculus est: & viriliter egerit: statim in ipso aduẽtu futuri sæculi purgatur: & statim mũda efficit mater: quæ genuit eũ. Purgatã nãq; vitiis carnẽ ex resurrectione recipiet. Si vero nihil in se habuit virile aduersum peccatũ: sed remissus: & effœminatus fuit in actib⁹ suis: cuius peccatũ tale est: ꝙ nõ remittat neq; in pꝛ̃senti sæculo: neq; in futuro. Iste trãsit & vnã & aliã septimanã in imũditia sua: & tertia demũ incipiẽte oboriri septimana: purgatur ab imũditia: quã fœmina pariendo cõtraxit. Hostiæ vero: quæ ꝑ huiusmodi imũditia iubent adhiberi dupliciter distinguũtur. Primo iubet agnus offerri anniculus sine macula in holocaustum: aut pulli columbini: aut turtures ꝑ peccato. Secũda vero mandat hostia: si (inqt) nõ inuenerit manus ei⁹ qđ sufficiat ad agnũ: accipiet duas turtures: aut duos pullos columbarũ: vnũ ad holocaustum: & aliũ pro peccato. Vnde & mirũ videt ꝙ oblatio Mariæ nõ habuerit hostiam primã: id est agnũ anniculũ: sed secũdã tãq̃ cuius man⁹ nõ suffecerit ad primã. Sic ẽm scriptũ est de ea. Venerũt (inqt) parẽtes eius: vt offerrẽt ꝑ eo hostiã secũdũ qđ scriptũ ẽ in lege dñi: par turturũ: aut duos pullos colũbarũ. Sed & in hoc ostẽdit verum esse illud: qđ scriptũ est. Quia Christus Iesus cũ diues esset: pauper fact⁹ est. Ideo ergo & matrẽ: de qua nasceretur elegit pauperẽ: & patriã pauperẽ: de qua dicitur. Et tu Bethleẽ minima es in milibus Iuda: & reliqua. Verũ hęc breuiter trãscurrere cogimur nec singula: q̃ scripta sunt discutere valem⁹. quoniã qdẽ festinamus aliquid etiã de legib⁹ lepræ q̃ recitata sunt: pertractare. Inuenimus ergo sex species positas esse de hominũ lepra: quæ sex species hoc modo describunt. Aut .n. in cute corporis fit cicatrix: & signũ exalbidũ & tũc fit in cute corporis eius cõtagio lepræ. aut efflorẽs efflorebit lepra: & cõteget omnẽ cutẽ cõtagio a capite vsq; ad pedes eius. Vel tertia species: in carnis cute fit vlcus: & sanat & fit ĩ loco ipso vlceris: cicatrix alba: aut ĩ carnis cute fit adustio ignis: & post hæc sanata: adustio erit lucida alba: aut cũ rubore cãdida Quinta species: cũ viro/aut mulieri fit in capite: aut in barba cõtagio lepręs. Vltima vero scribit spẽs: cũ fit ĩ caluitie: vel ĩ recaluatiõe. Cõtagio lepræ rubicũdæ: q̃ est lepra efflorẽs in caluitio: vel in recaluatione. Hæc vt cõpendio expositiõis vtamur: quoniã qdẽ nũc ꝓpositũ nobis est breuiter auditores ex his q̃ recitata sunt: ammonere: nec est tẽporis ad liqdũ singula queq; discutere: referẽda mihi vident ad vnãquãq; speciem peccatorũ: & in his aĩæ maculæ: quæ ex peccatis ei accidũt: intuẽdæ. Dicẽdũ igit primo ẽ designari ꝑ hæc peccata: quę ĩ hac vita positi cõmittim⁹. Ex qb⁹ aliqua

curari nūc possunt: aliqua vero non possunt. Secūdo vero & de illis ipis: quę post hāc vitā nobiscū trāseūt significari ītelligēdū est: & eē in ipsis q̄dā ita aīalib⁹ infixa: vt nequeāt aboleri. Alia vero esse: q̄ purgationē possint recipere secūdū inspectionē: & iudiciū pōtificis illius: quem occulta latere non possunt. Quiq̄ dispēsabit animas singulorꝝ secūdū hoc: q̄d in eis maculas lepræ: aut expiabiles: aut inexpiabiles viderit. Cuius rei differētias de præsenti lectione colligere: & per singula secundum scripturæ huius iudiciū: quę possunt nos mouere: rimari extemporaneus (vt iam superi⁹ dixi) iste sermo nō patitur. Vix eñ hæc multis possent voluminibus digesta componi ab his: quibus dominus de lectione veteris testamēti velamen abstraxit. Nos ergo pro virib⁹ nostris: quātū proferri in mediū cōuenit: exequamur: apostolo nobis Paulo pandente intelligētiæ viam: qua dicit: legem vmbram futurorum habere bonorum: non ipsam imaginē rerū: & secundū id: q̄d ea: quæ de bobus intelligi videntur scripta: non de bobus: quorum deo cura non sit: sed de apostolis aduertenda pronūtiat. In quo cōsequēti vtiq̄ ratione edocemur: q̄d & ea: quæ de lepra scribuntur vmbra sint: & in aliis habeant imaginē veritatis.

G Igitur adhibeamus primo (si videtur) ipsam scripturæ vmbrā: & tūc de eius veritate requiramus. In vulneribus corporū posteaq̄ curata fuerint: remanet interdum ipsius vulneris signū: q̄d cicatrix appellatur. Vix eñ est: qui ita curet: vt nullū suscepti vulneris residere videat indiciū. Trāsi nūc ab ista legis vmbra ad veritatē eius: & ītuere quomō aīa quæ peccati vulnus acceperit: etiam si curet: tñ habet peccati cicatricē in loco vulneris residentem. Quę cicatrix nō solū a deo videatur: sed & ab eis: q acceperunt ab eo gratiā: qua præuidere possint animæ lāguores: & discernere quę sit aīa ita curata: vt omni genere vestigiū illati vulneris abiecerit: & quæ curata sit qdē: sed ferat adhuc veteris morbi in ipso vestigio cicatricis indicia. Q₂ autē sint quædā animæ vulnera: Esaias docet dicēs. A pedib⁹ vsq̄ ad caput nō est vulnus: neq̄ liuor: neq̄ plaga cū feruore: de delictis hæc ꝓculdubio populi loquēs. Quia sunt aliqui q̄bus possit adhuc medicamētū malagmatis īponi: alii vero q̄ sint in tantū peccatores: vt eis nec cura possit adhiberi: hoc modo idē propheta designat. Nō est (inquit) malagma imponere: neq̄ alligatu

H ras. Q₂ autē cōtritio: & plaga doloris per correptionē curæ causa imponātur animæ: Hieremias docet dicens. Sic dicit dñs. Suscitaui cōtritionē plagæ tuæ cū dolore: nō est: qui iudicet iudiciū tuū: cū dolore curata es: vtilitas nō est in te. Omnes amici tui obliti sunt tui: nec iā interrogabūt de te: q̄a plaga inimici ꝑcussi te correptione valida ꝓ oī iniq̄tate tua: quoniā multiplicata sunt peccata tua. Quid vociferaris sup cōtritione tua? Violētus ē dolor tu⁹. Propter multitudinē iniq̄tatū tuarū præualuerūt peccata tua: & fecerūt tibi hæc. Propterea oēs: qui deuorāt te: deuorabūtur: & oēs inimici tui carnes suas deuorabunt. Et erunt: qui te afflixerūt in afflictione: & omnes qui deuastauerunt te: dabo in deprædationē: quoniā reuocabo sanctitatē tuā: & a vulneris tui dolore reuocabo te dixit dñs. Memēto diligentius quæ audieris a propheta de vulneribus: & de cicatricibus: & de tumoribus dici. Hæc eñ nobis necessaria sunt ad expositionē cicatricū: vel vulnerū: vel aliorū huiuscemodi: q̄ in lepræ inspectionib⁹ memorant. Addemus tñ adhuc quæ & in alio loco idē Hieremias ad aīæ vulnera: & curas: in q̄b⁹ tñ vestigia vulnerū resederit: post obductā cicatricē his sermonib⁹ memorat. Ecce ego adducā cicatricē eius: & simul curabo eos: & manifestabo eis pacē: & fidē: & cōuertā captiuitatē Iudæ: & captiuitatē Hierusalē. Si ergo sufficiēter a ꝓpheta didicim⁹ de vulneribus: & cicatricibus aīaꝝ: & curis: ac sanitatib⁹: q̄ deo medicāte inserūtur: ītuere nūc illā aīam: de qua dicit dñs. Quia ego adduxi cicatricem eius. Post vulnera sine dubio cicatricē adducit: & sanitatē: & curabo eos: & manifestabo eis pacē: & fidē. Si ergo post cognitionē: & medicinam dei: si post manifestationē pacis/ & fidei: quā p Christū suscepim⁹: rursum in istā cicatricē ascēdat aliquod peccati prioris indiciū: aut signū aliquod erroris veteris inouet: tūc fit ī cute corporis nostri cōtagio lepræ: q̄ ispicīeda est p pōtificē: secūdū ea: q̄ Legislator exposuit. Secunda vero species est lepræ: si efflo ruerit (inquit) in cute ita vt regat oēm cutē corporis a capite vsq̄ ad pedes: per oīa quæcunq̄ sacerdos inspexerit. Cum ergo omnem cutem corporis obtexerit: tūc mundū eū esse sacerdos a contagione pronūtiat. Sed in quacūq̄ die aprparuerit in eo color viu⁹: rursum iudicat īmūdus per hoc: q̄ color in eo viuus apparuit: quē ante non habuit. De hoc quidā etiā ante me dixerūt: colorē viuū indicari rationē vitæ: quæ in hoīe est: qua nōdū in aīa posita siquid illud peccati fiat: non reputatur: ꝑ eo quod videatur nōdum rationis capax esse is: qui delinquit. Cum autē ratio in eo: locum ac tēpus inuenerit: si quid iam cōtra rationē

agat: videri eũ iure culpabilẽ. Nos autẽ dili-
gẽtius quę scripta sunt cõtuẽtes: arbitramur
magis hæc de illis accipienda: qbus vel phre-
nesi: vel furore: vel quocũq; ex pacto occupa-
tus: vel oppssus est sensus: & agũt cõtra ratio
nẽ. Mundi ergo isti a lepra: id est immunes ap
pellant a peccato: qa actus sui: vel motus: non
habent sensum. Qđ si forte apparuerit in eo
viuus color corporis: hoc est sensus sui repa-
rata in eo fuerit sanitas: & post hæc aliqd cõ-
tra rationẽ recti: iustiq; gerat: reputari ei pec
catũ dicit ex ea parte qua viuus color: id ẽ sen
sus in eo viuæ rationis apparuerit. Tertia lex
de leprosis est cum in cute corporis vlcus effi
citur: & in loco vlceris cicatrix alba cũ rubo-
re inuenitur. Vlceris autẽ causa est: cũ in cor
pore humor sordidus abũdat: & noxi⁹. Ita er
go & in anima vlcera intelligũtur ea: quæ ex
immũdis cupiditatibus: vel sordidis cogita-
tionibus efferuescũt. Quæ si forte p fidei gra
tiã & remissionẽ curata sunt peccatorũ: & sa-
na facta est aĩa: residet tamen cicatrix: et si ipa
cicatrix nõ habet similẽ corporis colorẽ: sed ẽ
albidior: lepra esse pnuntiatur. Ita enim luci-
da est: & clara cupiditas: vt etiã porro videti
bus peccati in se residentis ostẽdat indicia: &
fortassis peccati talis: qđ ad mortẽ sit: & ideo
non solum alba cicatrix esse: sed & rubicunda
describitur. Qđ vero humiliorẽ ipsam cica-
tricem dicit videri: certũ est: quia huiusmodi
macula peccati humilem: & deiectã animam
faciat. Quarta est lex: vbi dicit: quia si in cute
fiat adustio ignis: & post hæc cum sanata fue-
rit adustio: ipsa splendida fiat: & alba: cum ru
bore: vel certe ex albida: & visio ei⁹ humilior
reliqua cute: & hanc dicit esse lepram: quæ in
adustionem effloruerit. Vide ergo si nõ adu-
stio est in omni anima quæcunq; recipit iacu
la maligni ignita: aut si non igni aduritur oĩs
qui ardet in amore carnali. Istę sunt ergo adu
stiones: & succensiones ignis. Sed & ille adu-
stionẽ patitur: qui gloriæ humanę cupiditate
succendit: & qui iræ: vel furoris æstibus inflã
matur. Qꝫ si forte curetur ab his vulneribus
anima p fidẽ: & post sanitatẽ receptã cõtẽpto
eo q dixit. Ecce iam sanus factus es: noli pecca
re: ne qd tibi deterius contingat: incipiat ve-
teris vitii fruct⁹ ex obducta cicatrice pferre:
nec exæquet cicatrix ad reliqui corporis cu-
tẽ: sed sit humilior: & illũ adhuc retineat co-
lorẽ: quẽ habuit lepræ tẽpore: lepra ei⁹ in adu
stione refloruit: & ideo immundus a sacerdo
te iudicat. Quinta species lepræ est: cũ in ca-
pite cõtagio efficit: aut in barba viri: siue mu
lieris: ita vt visio cõtagionis ipsius humilior
sit a cute corporis: & hæc est lepra capitis: vel
barbæ. Vide ergo si põt fieri: vt lepra capitis
putet in eo: qui non habet caput Christũ: sed
aliũ aliquẽ: verbi causa. Epicurũ voluptatem
summũ bonũ prædicantẽ: nõ tibi & caput: &
barba talis hominis videt immũda? Sed & is
qui cũ debeat esse vir: & agere tanq̃ pfectus: si
forte facile: & tãq̃ puer vincat a peccato: etiã
ipse leprã barbæ habere dicendus est: quia cũ
vincere deberet malignum: & sacerdotali ho
nore: q in barba designat, incedere: adolescen-
tiæ vitiis impeditus: leprã barbæ perpetitur.
Mulierẽ aũt animã in scripturis indicari eã:
quæ non tã proferre semen verbi: q̃ suscipere
potest: sæpe dictũ est: quæ lepram habere desi
gnatur in capite: si virũ: q caput mulieris est
id est doctorẽ pollutũ habeat: & immundum:
vt Martionẽ: aut Valẽtinũ: aut aliquem eius
modi sequens. Sexta iam & vltima species le- D
præ ponit quæ fit in caluitio: vel recaluatio-
ne: quæ res quantũ in seipsis est: mundæ sunt.
Sic em̃ dicit & lex. Si cuius (inquit) defluxe-
rint capilli capitis: caluus est: mũdus est. Si au
tẽ a frõte eius defluxerint: recaluus est: & mũ
dus est: & cõueniẽter hæc referunt ad aĩam:
vt cũ ea quæ sui natura mortua sunt abiicit:
ac deponit: mũda eẽ dicat. Sed post hæc si ea:
quę prius purificata fuerãt: repullulare cœpe
rint: sordidius: & humilius: q̃ dignitas puri-
tatis expetit: videbunt immũda: ac leprosam
animã reddẽt. Ex hoc iã generaliter de omni
leproso: in quo fuerit cõtagio lepræ: & humi-
lior videbit a reliqua cute. Humilius nãq; est
omne animæ vitiũ: a reliqs ei⁹ virtutib⁹. Lex:
quæ spiritalis est: alia qđã decernit. Vestimẽ- E
ta (inqt) eius dissuta sint: & caput eius reue-
latũ: & os eius adopertũ. Per quæ designat eũ
qui in anima leprosus est: id est: q peccatis cõ-
fixus est: nõ oportere assuere sibi tegumenta:
& turpitudines operire peccati. Sicut em̃ is:
cuius vestimẽta dissuta sunt: nudã: atq; inte-
ctã gerit turpitudinẽ corporis: ita oportet eũ
qui peccatis aliquibus obseptus est: mala sua:
& flagitia nullis verboꝝ assumẽtis: nullis ex-
cusationũ velaminibus operire: vti ne fiat se-
pulcrũ dealbatum: qđ deforis quidẽ apparet
hominibus speciosum: intus autem plenũ est
ossibus mortuorũ: & omni immũditia. Vult
ergo lex diuina peccatorem non solum vesti-
mẽta nõ assuere: sed et caput nõ cõtegere: vt
si qđ est capitis delictũ: id ẽ si in deũ aliqd cõ-
missum est: si in fide peccatũ est: ne hæc quidẽ
habeant obtecta: sed omnibus publicẽtur: vt
interuentu: & correptione omniũ emẽdetur:
et veniã mereatur. Verũtamen leprosus iste: F

os tantūmodo iubet obtegere. Quid est hoc: ꝙ omnes corporis partes nudas habere præcipitur: & os solū operire iubet? Nōne palā est: & in aperto positum: ꝙ ei: qui in lepra peccati est: clauditur sermo: clauditur & os: vt fiducia sermonis: & docendi auctoritas excludat? Peccatori enim dixit deus. Quare tu enarras iustitias meas: & adsumis testamētum meum per os tuū? Clausum ergo habeat os peccator quia qui seipsum non docuit: docere aliū non potest & ideo os suū iubetur operire: q male

G agēdo: loquendi perdidit libertatē. Immūdus (inqt) erit: & separatus sedebit foris extra castra erit cōuersatio eius. Clarū est: ꝙ oīs īmūdus abiiciat a cōuētu bonorū: & segregetur a cœtu: castrisq̧ sanctorū: & ideo dicit qa extra castra erit conuersatio eius. Qđ si forte mundatus fuerit: sponte quidē: & a semetipso nō venit ad sacerdotē: sed offert (inquit) ab alio: nec intrat in castra. Neq̧ eñ conueniēs erat: vt ea die: qua mūdabatur: priusq̄ fierēt ꝓ eo: quæ cōpetebāt: introiret ī castra. Propter qđ sacerdos (inquit) exibit ad eū foras extra castra. Semp. n. ad eū: q nōdū pōt introire in castra: exit ille: q pōt exire extra castra. Qui dicit ergo a deo exiui: & veni in hūc mūdū. Exit ergo ad eū sacerdos: & cōsyderat si iam recepit sanitatē: si a lepræ cōtagione purgat⁹ est. Cū autē viderit eū sacerdos: præcipit vt accipiant duæ gallinæ viuæ ei: q mūdat: & lignū cedrinū: & coccū tortū: & Isopū. Vident mihi etiā hic duæ istæ gallinæ habere similitudinē quādā duorū hircorū: ex qbus vnus dño offertur: alius in eremū emittit: ita eñ & hic ex duabus gallinis: vna immolatur: & alia in cāpū dimittit. Dat ergo & hic: q purgatur a lepra aliquā partē: quæ abiiciatur in eremū. Alia aūt pars dño offertur ꝓ eo. Nōdū tamē hic: q purgatur a lepra: & offert gallinas: etiā ipsa illa: quę ꝓ eo dño offert: ad altare offert: sicut turtures: aut columbæ. Nōdū eñ eadē die is: q purgat a lepra diuino altari dignus efficitur: ꝑpter qđ mādat Legislator: vt eadē die: qua purgatur: accipiātur duæ gallinæ ad purificationē eius. Puto autem ꝙ & hic illius gallinæ intellectus latēter habeat: per quā purificatio effici peccatoris: de qua scriptū est.

I Quoties volui congregare filios tuos: sicut gallina congregat pullos suos sub alis suis: & noluisti: indiget tamen: vt per lignū cedrinū purificet is: q purificat. Impossibile nāq̧ est: sine ligno crucis peccati leprā posse purgari: nisi adhibeatur & lignū: ī quo saluator (sicut apostolus Paulus dicit) exuit principatus: & potestates: triumphās eos in ligno. Iungitur tamē ad emūdationē lepræ huius: etiā coccū tortū: sociat & Isopū. Coccus tortus figurā sacri sanguinis cōtinet: q de ei⁹ latere p lanceæ vulnus exortus est: & Isopū. Hoc gen⁹ herbæ naturā habere medici ferunt: vt diluat: & expurget si q̄ illæ pectori hominū sordes ex corruptione noxii humoris insederint. Vnde & necessario in expurgatione peccatoꝝ huiusce modi graminis figura suscepta est. Coccū vero: qđ sæpe sumptū sit ad salutis subsidia: ī diuinis referri voluminibus inuenim⁹: sicut in partu Thamar: cū vnus (inqt) prior protulit manū. Accipiēs autē obstetrix coccum: alligauit in manu eius dicens. Hic exibit prior. Sed & Rahab meretrix: cū exploratores suscepisset: & pactū ab eis salutis acciperet: & illi. Pone (inquiunt) signū testiculā coccineā: & alligabis eā in fenestra ista: p quā deposuisti nos. Obserua tamen & illud: qđ non ipse sacerdos K immolare gallinā dicit: nondū eñ dignus est hic: q fuit leprosus: vt ipse sacerdos ꝓ eo immolet. Propter qđ nec sanguis gallinæ offert ad altare: sed dicit qa occidet gallina in vasculo fictili: in quo vase aqua viua sit missa: vt & aqua adsumatur ad purificationē: & cōpleat plenitudo mysterii in aqua & sanguine qđ dicitur exisse de latere saluatoris: & illud nihilominus qđ Ioānes ponit in epistola sua: & dicit purificationē fieri in aqua/ & sanguine/ & spiritu. Vñ & hic video oīa ista cōpleri. Spūs eñ est gallina istius: q̄ occidit: & aqua viua: q̄ in vase est: & sanguis: q super eā diffusus est: nō ꝙ p hęc iteradā baptismi gratiā sentiam⁹ sed ꝙ oīs purificatio peccatoꝝ etiā hæc: q̄ per pœnitētiā q̄rit illi⁹ ope indiget: de cui⁹ latere aqua ꝓcessit/ & sanguis. Vide ergo quomodo & viua gallina: & lignū cedrinū: & coccū tortū: & Isopū tingit ī sanguine pulli: & aqua viua: vt ex hoc aspsus: & purificatus ex aqua: & sanguine: in quo tincta est & illa gallina: q̄ in cāpū dimittit: & septies cōtra dñm respersus is: q purificat: mūd⁹ efficiat ab omni īmūditia: qua fuerat ex lepræ cōtagiōe possessus.

L Sed & illud aduerte: quomō cū supi⁹ dixerit hęc lex leprosi: in qua die mūdatus fuerit: nūc his oīb⁹ addit: & dicit. Et mūdus erit. Si. n. semel abiecta lepra mūdatus est: quomō adhuc mūdus erit? Sed vide qa etiā si mūdetur qs a peccato: & nō sit iam in ope peccati: ipsa tñ vestigia sceleris cōmissi purificatione indigēt: & ea: quā exposuim⁹: & alia nihilominus: quę mandātur in consequētibus. Obseruauimus eñ & hoc: qđ scriptum est de lepra: in qua die mundatus fuerit: post hæc inter cætera: quæ mandantur tertio dictū esse: & mundus erit:

Et iterũ ad vltimũ scriptũ esse: & mundabit.
Vnde mihi videt esse quasdã: & in ipsa puri=
ficatiõe differentias: &(vt ita dixerim) pro=
fectus quosdã purgationũ. Potest eñ & de il=
lo: qui cessat a peccato dici: & mũdus erit: sed
nõ statim ita mundus videbit: vt ad summã
A puritatis accesserit. Denique addit his quæ di=
xerat. In quacũq; die mundat⁹ fuerit: & emit
tet (inquit) viua gallina in campũ: & lauabit
vestiméta sua is: q purificat. Post hęc aũt oẽm
(inqt) pilũ radet & addit: & lauabit in aqua.
Et post hæc addit. Et mũdus erit: Neq; enim
sufficit: ꝙ in responsione dixerat mund⁹ erit:
nisi adiecisset etiã hæc. Sordida ergo vestimẽ
ta habuit vsq; adhuc iste: q purificat a lepra:
etiã post aspertionem: & nunc lauare ea iubet
Quæ tñ vestiméta nõ mihi ꝑ oĩa malę textu=
ræ videnť fuisse. Alioquin abiici ea magis ꝗ
lauari ꝑciperet: in quo ostẽdit: neq; ꝑ oĩa alie=
nã fuisse a deo cõuersatiõné eius: neq; pure in
dño: & integre custoditã. Nõ eñ lauaret ve=
stiméta: nisi fuissẽt sordida. Nec iterum lotis
eis vteret si fuissent textrini in oĩb⁹ alieni. Qz
autẽ radi iubet oẽm pilũ: puto ꝙ oĩne quicqd
B emortui operis animæ positæ in peccatis ex=
ortũ est. Hoc eñ nunc pili noĩe iubet abiicere
Peccatorum enim omne: quod ei siue in consilio
natũ est: siue in verbo: siue in opere: expedit si
vere purificari vult: vt eradat: & abiiciat: nec
residere aliquid patiat. Sanct⁹ aũt seruare de
bet oẽm capillũ: & si possibile est: nec ascende=
re debet ferrũ super caput eius: nec abscinde=
re aliquid de cogitationibus suis sapientibus
aut dictis: aut operibus possit. Inde denique est:
ꝙ & Samueli ferrũ dicitur / nõ ascendisse sup
caput: sed & oĩbus nazareis; qui sunt iusti:
quia iustus sicut scriptũ est: oĩa quæcũq; fece=
rit: ꝓsperabunt & folia eius nõ decidẽt. Hinc
& discipulorũ dñi etiã capilli capitis dicũtur
esse numerati hoc est oẽs actus: oẽs sermones:
omnes cogitationes eoꝝ seruanť apud deum
quia iustæ: quia sanctæ sunt. Peccatorũ vero
omne opus: omnis sermo: omnis cogitatio de
bet abscindi: & hoc est quod dicit: vt oĩs pilus
corporis eius radatur; & tunc erit mundus.
Sed & hoc obserua ꝙ nõ sufficit ei post puri=
ficationẽ: vel vestiméta lauisse: vel omnẽ pilũ
C rasisse: nisi & lotus fuerit in aqua. Oportet nã
ꝙ eum abiicere oĩes sordes: omnẽ immundi
tiã: nõ solum de vestimẽtis: sed & de proprio
corpore: vt nulla in eo macula extinctæ leprę
resideat. Tertio ergo nunc purificatus ita de
mum dignus efficitur ingredi castra dñi: nõ
tamen continuo permittit ei introire domũ
suam: sed dicitur vt extra domum suam ma=
neat septem diebus: & radat oẽm pilum capi=
tis: & barbæ: & superciliorũ: quasi non sufficie
rit ꝙ prius oẽm pilum raserat: nunc additur:
vt oẽm pilũ capitis: & barbæ; & superciliorũ
radat. Idem nãq; videbatur dictũ in eo: quod
dixerat oẽm pilum radendũ. Sed nõ mihi vi=
det inanis esse ista repetitio. Vult eñ pecca=
torẽ postea ꝗ fuerit mundatus: postꝗ remis=
sionem per pœnitentiam acceperit peccatoꝝ
de purgatiõe capitis ammonere: & barbæ: &
superciliorum: velut si diceret ei. Ecce sanus
factus es. Vide ne vltra capitis contrahas cul
pam. Capitis eñ peccatũ est: aliter ꝗ fides ec=
clesiæ cõtinet: de diuinis sentire dogmatibus
In barba vero: vt meminerit semp virilis æta
tis deposuisse peccata: & conuersus fiat: sicut
infans. In superciliis autẽ arrogantiã deiiciat:
& male elatum: vt ad humilitatem Christi in
clinet supercilium. Secundo ergo ad huc mo= D
dũ oĩs pilus corporis raditur. Et sicut hæc
geminantur: ita & vestiméta semel in prima
purificatione lauisse non sufficit: sed secundo
pręcipitur: vt lauet vestimenta sua: & corp⁹
suum aqua: & tunc quarto additur & mũdus
erit. Hęc aũt fiunt intra castra quidem posito
eo: adhuc tñ extra domum suam. Dicit enim
post septẽ dies: ĩ die octaua assumet sibi duos
agnos. Iam non alius assumit: sed ipse sibi assu
mit. Duos (inquit) agnos ĩmaculatos: & ouẽ
vnam anniculã immaculatã: & tres decimas
similaginis conspersæ in oleo: & cyathũ olei
vnum: post hæc quinta purificatione purifi=
catus consummet. Ex his ergo duob⁹ agnis:
vnus quidem immolatur: & dicitur pro deli
cto: in loco (inquit) in quo iugulatur pro pec
cato: & vbi holocaustomata fiunt in loco san=
cto. Ecce iam dignus efficitur; vt offerat sa=
crificium: qui potuit ad quintam purificatio
nem peruenire: & hostia eius sancta sanctorũ
fit. Alius aũt agnus holocaustũ efficit: in quo
& repropitiari pro ipso sacerdos dicit: vt pur E
getur. Igitur primus agnus: qui pro delicto
est; videtur mihi virtutis ipsius formam te=
nere: quam assumpsit is: qui erat in peccatis
per quam potuit a se propellere affectum pec
candi & malorum veterũ pœnitudinẽ gere=
re. Secundus vero agnus figurã tenere illius
iã recuperatæ virtutis: per quã abiectis: et ꝓ=
cul fugatis omnibus vitiis: integrum se: et in
integro obtulit deo: vt dignus extitit diuinis
altaribus. Ouis autẽ quæ post agnos assumi=
tur quantum conicere in tam difficilibus lo
cis valemus: fœcunditatem puto ꝙ designet
eius: qui conuersus est a peccato: et totum se
obtulit Deo: qua post omnia in bonorũ operũ

fœtib⁹ vtitur: & innocẽtiæ fructib⁹ pollet. In tria ergo purificationis hui⁹: id est cõuersionis a peccato ratio diuidit. Prima est hostia: q̃ peccata soluunt. Secũda est: qua aïa conuertit ad deũ. Tertia est fœcunditatis: & fructuum: quos in operib⁹ pietatis is/qui dicit cõuersus ostendit. Et qa tres istę sunt hostię idcirco subiungit. Et tres mẽsuras decimę similaginis as
F sumendę sunt. Vbiq; intelligam⁹ purificationẽ fieri non posse sine mysterio trinitatis. Vide autẽ q̃ hic in quinta purificatione nõ assumit farina: sed iã similã habet iste qui purificat a peccatis: simila ei adscribitur: vnde habeat iam panẽ mundũ: & hæc oleo cõspergit: sed & oleũ ei⁹ ad duos vsus diuidit. Vnũ quo simila cõspergit: aliũ quo sacerdos accipit integrã mẽsurã cyathi: vt ait in quo vt ego sentio: & panis ei⁹ pinguis efficit pro misericordia: & oleũ quo lux vera & scientiæ ignis accendit p manus sacerdotis: capiti eius imponit. Ita eñ dicit. Et statuet (inqt) eũ sacerdos qui mũdat eũ in cõspectu dñi: ad ostiũ tabernaculi testimonii. Vides qa sacerdotis est statuere eũ qui cõuertit a peccato: vt stabilis esse possit: & vltra nõ fluctuare: nec moueri oï
G vento doctrinæ. Statuit ergo eũ nõ solum intra castra: sed ad ipsum ostiũ tabernaculi testimonii ante dominũ. Et postea q̃ secundũ ea: q̃ superius dicta sunt: offeruntur hostię pro purificatione: adhibet (inquit) & cyathũ olei: & separat illud ante dñm. Et accipiet (inquit) sacerdos de sanguine: & ponet super extremã auriculam eius dextram: & super extremam manum eius dextram: & super extremum pedem eius dextrũ. Et post hæc (inqt) accipiet sacerdos nõ ipsum cyathũ olei: sed ex ipso. Et defundet (inquit) in manũ suã sinistrã: & intinget digitũ suũ sacerdos in oleo: qd est ĩ manu eius sinistra: & aspget septies ante dñm: & iterũ ex eo quod superest in manu ei⁹ sinistra imponet super auriculã eius: qui purificatur
H dextrã: & ponet super extremã manum eius dextram: & sup extremũ pedẽ eius dextrũ. Et post hæc id quod relictũ fuerit ex oleo: imponet (inquit) sacerdos de manu sua sup caput eius qui purificat. Vides quõ vltimæ & summe purificatiõis est: aurẽ purificari vt purus/& mũdus seruetur auditus. Et manũ dextrã: vt mũda sint opera nostra: nec aliqd immundũ his admisceat & sordidũ. Sed & pedes purificãdi sunt: vt ad opus bonũ tantũmodo dirigant: nec vltra lapsus iuuẽtutis incurrant. Septies aũt respergit sacerdos cõtra dñm ex oleo. Post oĩa etẽm q̃ p purificato celebrata sunt: postq̃ cõuersus & reconciliatus est deo: post immolatas hostias: ordinis erat: vt & virtutẽ super eũ septẽplicẽ sancti spiritus inuitaret: secundũ eũ qui dixerat. Redde mihi lętitiã salutaris tui: & spiritu principali cõfirma me. Vel certe qm̃ peccatorũ corda dñs in euãgelio testatur a septẽ demonib⁹ obsideri: competenter septies ante dñm sacerdos in purificatiõe respergit: vt expulsio septẽ spirituum malignorũ de purificati corde: septies excusso digitis oleo declaretur. Sic ergo cõuersus a peccato: purificatio quidẽ per illa oĩa dat: q̃ superius diximus. Donũ autẽ gratiæ spirit⁹ per olei imaginẽ designat: vt nõ solum purgationẽ consequi possit is/qui cõuertit a peccato: sed & spiritu sancto repleri. Quo & recipere priorẽ stolã: & anulũ possit: & per oĩa reconciliatus patri in locũ filii reparari: per ipsum dominũ nr̃m Iesum Christum: cui est gloria & imperiũ in sæcula sæculorũ. Amen.

De sacrificiis repropiciationis: & de duobus hircis: quorũ vnus sors est dñi: & vn⁹ apopompæi: qui dimittit in eremũ: & de igressu pontificis in sancta sanctorum.

Homilia. IX. Ex cap. XVI.

Die propitiationis indigent oẽs: qui peccauerũt: & ideo inter solennitates legis: quę figuras cõtinẽt cœlestium mysteriorũ: vna quędã solẽnitas habet: quę dies propitiationis appellat. Hæc ergo q̃ nunc recitata sunt legislatio est solennitatis ipsius: q̃ dies (vt diximus) ꝓpitiationis vocitata est. Sed videam⁹ primo qd sibi velit literæ ipsius cõtinentia: vt orantibus vobis: si tñ ita dño supplicetis: vt exaudiri mereamini: possimus accipere gratiã spiritus per quã explanare valeam⁹ mysteria: q̃ cõtinent in lege. Defuncti sunt duo filii Aaron Nadab & Abiu: cũ offerrẽt ignẽ alienum ad altare dñi. Necesse erat: vt cœlesti doctrina instrueret Aaron quõ oportet eũ ad altare accedere: & quo supplicationũ ritu propitiũ faceret deũ: vti ne in ea ipse incurreret: in q̃ incurrerãt filii sui: incaute & incõuenienter accedẽtes ad altare dei: alienũ ignẽ: & non illũ qui diuinit⁹ datus fuerat: offerẽtes. Propterea ergo de his hoc modo p̃fata est lex. Et locutus est dñs ad Moysen posteaq̃ defuncti sunt duo filii Aarõ K
dũ offerent ignẽ alienũ ante dñm. Et dixit domin⁹ ad Moysen. Loquere ad Aaron fratrem tuũ: vt nõ intret oï hora in sancta interiora: qd est intra velũ ante cõspectũ propiciatorii

qđ est supra arcã testimonii:et nõ moriet. Ex quo ostendit ꝙ si oĩ hora introeat in sctã non pparatus:nõ indutus pontificalibus indumẽ tis:neq; hostiis:q̃ statutæ sunt pparatis: neq; propiciato prius deo moriet. Et iuste quidẽ: tanq̃ qui nõ fecerit ea:q̃ conuenit fieri:anteq̃ accedat ad altare dei. Oẽs nos iste sermo constringit:ad oẽs ptinet:qđ hic loquit lex:præcepit em̃ vt sciamus quõ accedere debeam⁹ ad altare dei. Altare em̃ est super qđ oratiões nostras offerimus deo:vt sciamus quõ debeam⁹ offerre:scilicet vt deponamus vestimenta sordida q̃ est carnis immunditia:morũ vitia: inquinamẽta libidinũ. Aut ignoras tibi quoq;: idest omi ecclesiæ dei:et credentiũ populo sacerdotiũ datũ? Audi quõ Petrus dicit de fidelibus. Gen⁹ (inquit) electũ:regale sacerdotiũ gens sancta:populus in acquisitionem. Habes
A ergo sacerdotiũ:quia gens sacerdotalis es: et ideo offerre debes deo hostiam laudis: hostiã orationũ:hostiã misericordię: hostiã pudicitiæ:hostiam iustitię:hostiã sanctitatis. Sed vt hæc digne offeras:indumẽtis tibi op⁹ est mũdis:et segregatis a reliquorũ hoĩm communibus indumẽtis:et ignẽ diuinũ necessariũ habes:nõ aliquem alienum a deo:sed illum qui a deo hoĩbus datur:de quo filius dei dicit. Ignẽ veni mittere in terrã: & q̃ volo vt accendat? Si enim nõ hoc:sed alio & huic cõtrario igni vtamur:illo qui se trãsfigurat sicut angelum lucis:eadẽ sine dubio patiemur: q̃ Nadab passus est:& Abiu. Præcepit ergo mandatũ diuinũ: vt instruat Aaron, ne oĩ hora intraret in sancta ad altare. Sed cum fecerit prius ea, quę fieri mãdant:ne forte moriat. Sed primo oĩm
B ostendamus quõ hæc q̃ de sacrificiis conscribunt:figuras esse Apostolus dicit: & formas: quarũ veritas in aliis ostendat:ne forte auditores psumere nos arbitrent: & legẽ dei ĩ aliũ sensum:q̃ scripta est:violẽter inflectere:quippe si nulla in his quę asserimus apostolica pręcedat authoritas. Paul⁹ ergo ad hebręos scribens:eos scilicet qui legẽ quidẽ legerẽt: & hęc meditata haberent: & bene nota: sed indigerẽt intellectu:qualiter sentiri de sacrificiis debeat:hoc modo dicit. Non enim in sancta manus facta introiuit Iesus exemplaria verorũ: sed in ipsum cœlum:vt appareat nunc vultui dei pro nobis. Et iterum dicit de hostiis. Hoc enim fecit semel seipsum offerendo. Sed quid de his sigillatim quærimus testimonia? Oẽm epistolam ipsam ad Hebręos scriptam siquis recenseat:& pricipuæ eum locum:vbi pontificem legis confert pontifici repromissionis: de quo scriptum est. Tu es sacerdos in ęternũ secundum ordinem melchisedech: inueniet quõ hic locus oĩs apostoli exemplaria: & formas ostendit esse rerum viuarũ:& verarũ: illa quæ in lege scripta sunt. Oportet ergo nos quærere pontificẽ:qui semel in anno: id est p omne hoc psens sęculũ sacrificiũ obtulit deo: indutus veste:cuius dño iuuante: quę sit qualitas:ostendemus. Tunica (inquit) linea sanctificata induetur. Linũ de terra oritur:tunica ergo sanctificata linea induitur verus pontifex Christus:cũ naturã terreni corporis sumit. De corpore em̃ dicitur:quia terra sit: & in terrã ibit. Volẽs ergo dñs & saluator me⁹ hoc:qđ in terrã ierat suscitare:terrenũ suscepit corpus:vt id eleuatũ de terra:portaret ad cœlũ. Et huius mysterii tenet figurã hoc: qđ in lege scribitur:vt linea tunica põtifex induatur. Sed qđ addidit sctificata:nõ ociose audiẽ dũ est. Sãctificata nãq; fuit tunica carnis christi:nõ em̃ erat ex semine viri concepta:sed ex sctõ spiritu generata:& femoralia (inquit) linea sint super corpus eius. Femorale indumẽ tũ est:quo pudẽda corporis cõtegi:& cõstringi solent. Si ergo aspicias saluatorẽ meũ suscepisse quidẽ corpus:& in corpore positũ egisse humanos act⁹: id est vescẽdi:& bibendi:& cętera similia. Hoc aũt solum opus nõ egisse qđ ad pudenda corporis pertinet:carnẽq; ei⁹:neq; nuptiis:neq; filiorũ procreatione patuisse: inuenies qualiter femoralia linea sanctificata habuerit: vt vere de ipso dici debeat:quia inhonestiora nostra abundantiorem habent honorẽ. Cõsydera tñ & ipsum põtificis habitũ: quia qđ per naturã minus in eo honestũ videtur:indutis femoralib⁹ lineis: & zona cõstrictis:etiã scdm literã de eo cõuenit dici:qa inhonestiora nostra abundãtiorẽ honestatẽ habẽt. Ita ergo & oĩs q in castitate viuẽs imitat Christũ: hoc solũ de humanis actib⁹ nesciẽtẽ:etiã ipse lineis femoralib⁹ sctificatis indutus est:& inhonestioribus suis abundantiorẽ circũdedit honestatẽ. Tunica ergo linea sanctificata induitur:& femoralia linea sup corpus eius sunt. Sed ne forte femoralia hæc quibus pudenda conteguntur resoluta defluant & turpitudinẽ reuelent:aut retegant:adiungit. Nõ em̃ (inqt) facies gradus ad altare: ne forte reuelet in his turpitudo tua. Ne ergo turpitudo tua defluentibus femoralib⁹ reueletur:zona (inquit) femoralia constringãtur. Quodã tẽpore exponẽtes Ioannẽ baptistã: & alias Hieremiã: ꝙ Hieremias quidẽ zonã: Ioannes vero pelliceã zonã circa lũbos habuisse diceret:sufficiẽter ostẽdimus quõ per hæc declaret indicari illa pars corporis apud hoĩ

viros ita emortua: vt neq; vl' leuis mot⁹: neq; alius quisq; in lăbis eorꝫ fuisse crederet: sed so
E la castitas: & pura pudicitia. Zona ergo pontifex linea cingit: & cidarim lineā imponit sup caput suū: oīa linea. Cidaris qđ dicit ornatus quidā est: q capiti superponit: quo vtit pontifex in offerendis hostiis: vel cęteri sacerdotes Sed vnusqsq; nřm ornare debet caput suū sacerdotalibus ornamentis. Etenī qa oīs viri caput Christus est: quicūq; ita agit: vt ex actib⁹ suis conferat gloriā christo: caput suū qui est christus: ornauit. Potest & alio mō ī nobis intelligi capitis ornatus. Qm̄ quidē qđ est in nobis primū: ac summū: & caput oīm mēs est: ad dignitatē pontificis excolit caput suū: siqs mētem suā adornauerit sapiētiæ disciplinis. Ista igit sunt: quib⁹ indui pcipit pōtifex: & ita demū introire in sancta ne hęc nō habēs moriat
F Iam vero de hostiis quędā quidē ipsi⁹ mandātur debere esse pontificis: qdā vero a populo sumenda. Ipsius eñ dicit vitul⁹: qđ est in aīalibus pciosius & robustius. Et scđm aīal aries: qđ in ouibus sine dubio pciosius est. A populo vero munera iubēt offerri / aries a principib⁹ Et hirci duo a populo. Vnus qui dimittat in eremū: q & apopompæus nominat: & vnus q dño offerat. Si esset oīs populus dei sanctus: & oēs essent beati: nō fierent duæ sortes sup hircis: & vn⁹ quidē sortē ferret: vt dimitteret in eremū: alius vero vt dño offerretur: sed esset sors vna: & hostia vna dño soli. Nūc vero qm̄ in multitudine eorꝫ qui accedūt ad dñm sunt quidā dñi: alii aūt sunt qui mitti ad eremū debeant: idest qui abiici merēt: & separari ab hostia dñi. Propterea pars hostiæ q̄ offert a populo: idest vnus solus hircus dño immolatur alius aūt abiicit: & in eremū dimittit: & apopompæus noīatur. Sors tñ cadit sup vtrūq;:
G & ille quidē: qui in eremum dimittit: dicit q ipse auferat super se peccata filiorꝫ israel; & in iustitias eorꝫ: & iniquitates ipsorꝫ. Nō eñ ille hircus qui dñi sors efficit: sed ille cuius sors est: vt in eremum dimittatur: auferre ea dicitur: secundū illud credo: quod scriptū est. Dedi commutationē tuam Aegyptū: & Aethiopiam: & Syenen pro te: ex quo tu honorabilis factus es in conspectu meo. Peccata igitur eorū qui pœnitentiā egerunt: & eorꝫ qui dereliquerunt malitiā super capita sua suscipiūt hi qui effecti sunt in sorte ei⁹: qui in eremum dimittitur: qui seipos dignos tali ministerio: vl' huiusmodi sorte fecerunt. Conueniet autem: velut econtrario aptari his: & illud quod dictum est: qui habet dabitur ei. Sicut enim qui habet iustitias: dabitur ei: ita & qui habet peccata: intantum vt in sorte apopompæi inueniatur illius: qui in eremum emittitur: addētur ei ea quæ abstergentur a sanctis: vt & in ipsis compleatur: quod scriptum est. Ab eo autem qui non habet: etiam quod habet auferetur ab eo: vt ei addatur: qui habet multas mnas peccatorum. Verum quoniam is qui in sorte domini est spem gerit: non in præsenti sęculo: sed in futuro: & cuius sors domin⁹ est quotidie moritur: propterea is quidem: super quem sors domini ceciderit: iugulatur: & moritur: vt sanguine suo purificet populum dei. Ille autem qui in sortem contrariam ceciderit: non est dignus vt moriatur: quia qui in sorte domini est: non est de hoc mundo: ille vero de hoc mundo est: qui in mundo dimittit: & mundus quod suum est: diligit. Ideo nō occiditur: nec dignus est iugulari ad altare dei: nec sanguis eius ad basim altaris meretur effundi. Sed videamus quis est hic: qui accepit eum: cuius sors apopompæi facta est: vt eum eiiciat in eremum. Homo (inquit) paratus accipiet hircum qui venerit in sortem eius: cui H
ceciderit sors apopompæi: & adducet eum in eremum. Finis sortis istius erem⁹ est: id est locus desertus: desertus virtutibus: desert⁹ deo desertus iustitia: desertus Christo: desertus omni bono. Et nos ergo singulos manet sors vna e duabus. Aut enim bene agētes: sors domini sum⁹: aut male agentes: sors nostra nos ducit ad eremum. Vis tibi euidenter ostendā quomodo istæ duæ sortes semper operentur: & vnusquisq; nřm aut sors dñi: aut sors apopompæi vel eremi fiat! Consydera in euangeliis illū diuitem viuentē splēdide: & luxuriose: & Lazarū ad ianuā eius iacentē: vlceribus plenū: & cupientem saturari de micis: quę cadebant de mensa diuitis: quis finis designatur vtriusq;. Mortuus est (inquit) Lazarus: & abductus est ab angelis in sinum Abrahæ. Similiter autem & diues: & abductus est ad infernum: in locum tormēti. Animaduertis euidēter loca sortis vtriusq; distincta. Vide etiā qui sunt q adducant: angeli (inquit) qui semper parati sunt ad adducendum. Ministri eñ I
dei sunt ad hoc ipsum destinati: qui impleant sortem: quam tibi ipse parauerís. Si enim bene vixeris: si fregeris esuriēti panē tuū ex aīo: & nudū vestieris: rectum iudicium iudicaueris: iniquo aduersum inigtatē suā restiteris: nec posueris cōsiliū tuū cū his: qui laqueos innocentibus parant: sortem tuam facies dñm. Si vero libidini seruias: voluptatis amator sis magis q̄ dei: sęculum diligas: vt malitiam nō oderis: sortē tuā fecisti apopōpæi: vt abduca

ris in eremū p manū ministri dei: q in hoc ipsum a deo ordinatus est: & ideo parat⁹ appellat: quia personā nulli⁹ erubescit: nec diuitis: nec potētis: nec regis: nec sacerdotis. Vis aūt scire qa ad nos ptinēt: q̄ dicunt? Aīalia hæc q̄ sortes istas excipiunt: nō sunt immunda: nec aliena ab altaribus dei: sed munda sunt: & quę in sacrificiis offerri solent: vt scias hęc figurā tenere: non eorū: qui extra fidē sunt: sed eorū qui in fide sunt. Hirc⁹ em̄ animal mundū est: & diuinis altaribus consecratū. Et tu ergo p gratiā baptismi cōsecratus es altarib⁹ dei: & animal factus es mundū. Sed si non custodias mandatum illud domini: quod dixit. Ecce sanus factus es iam noli peccare: ne quid tibi deterius contingat sed cum esses mundus: rursum te peccati inquinamento maculasti: & ex virtute ad libidinem: ex puritate ad immunditiam declinasti tuo vitio: cum animal mundū fueris: sorti te apopompæi: eremiq; tradidisti. Potest fortassis & alio modo homo paratus & immundus: qui abducit eum: cui⁹ sors venit in eremū: & eoipso quo educit eū: quasi qui immundū contigerit: dicitur lauare vestimenta sua ad vesperam & esse mūdus: etiā ipse dn̄s: & saluator noster intelligi ex ea parte: qua naturæ nostræ: idest carnis: & sanguinis vestimenta suscepit: quæ in vespera latuerit. Propter quod & dudū propheta de eo dixerat. Et vidi Iesum sacerdotē magnū: īdutū vestimenta sordida: & diabolū stantē a dextris eius: vt cōtradiceret ei. Lauit ergo in vino: id est in sanguine suo stolam suam in vespera: & factus est mūdus. Et inde fortassis qđ post resurrectionē Mariæ volenti pedes eius tenere: dicebat: noli me tangere. Vis autē adhuc videre: & aliā duarū sortium formā? Cōsydera duos illos: qui tempore crucis ei⁹: vnus a dextris: & vnus a sinistris eius pependerūt latrones: & vide illū qui confitebatur dn̄m sortem factū esse dn̄i: & abductū esse sine mora ad paradisum? Illū vero aliū blasphemantē sortem factum esse apopompæi: qui in eremū abduceretur inferni. Sed & in eo qđ dicit: quia affixit cruci suæ principatus: & potestates cōtrarias: & triumphauit eas: sortem in eis apopōpæi compleuit: & tanq̄ homo paratus abduxit eas in eremū. Deniq; & in euangelio dominus dicit. Quia cū exierit de homine immundus spiritus: vadit per loca deserta: quærens requiem: & non inuenit. Si ergo potest & Saluator noster homo paratus intelligi: qui sortem quidē domini: ecclesiam suam fecerit: eāq; diuino consecrarit altario: sortē vero apopompæi contrarias fecerit potestates: spirit⁹ nequitiæ: & mundi huius rectores tenebrarū harum: quos (sicut dicit Apostolus) cum potestate traduxit: triumphans eos in semetipso. Traduxit? Quo traduxit: nisi ad eremum ad loca deserta? Sicut em̄ illi qui confessus est aperuit paradisi ianuas: dicendo: hodie mecū eris in paradiso. Et per hoc omnibus credentibus: & confitentibus ingrediēdi aditum dedit: quem prius Adam peccante concluserat. Quis enim alius rhompheam flammeā & versatilem: quæ apposita est: custodire lignum vitæ: & fores paradisi poterat dimouere? Quis alius Cherubim peruigili excubans custodia valebat inflectere: nisi ipse solus: cui data est omnis potestas in cœlo & in terra: vt inquam præter ipsum nemo alius hæc facere potuit: ita principatus & potestates: & rectores mūdi: quos enumerat Apostolus: nemo alius poterat triūphare: & abducere in eremum īferni: nisi ipse solus qui dixit. Confidite & ego vici mundum. Idcirco ergo necessariū fuit dn̄m & Saluatorem meum: nō solū inter homines hominem nasci: sed etiam ad inferna descēdere: vt sortem apopompæi tanq̄ homo parat⁹ in eremum inferni deduceret: atq; īde regressus: opere consummato ascenderet ad patrē: ibiq; plenius apud altare illud cœleste purificaretur vt carnis nostræ pign⁹: quod secum euexerat: perpetua puritate donaret. Hic ergo est verus dies propiciationis: cū propiciatus est deus hoībus sicut & Apostolus dicit. Qm̄ deus erat in Christo: mundū recōciliās sibi. Et iterum de Christo dicit. Pacificās per sanguinē crucis suæ: siue quæ in cœlo sunt: siue q̄ in terra. Mandatur ergo in lege: vt ī die repropiciationis oīs populus humiliet animam suā. Quō humiliet populus animā suā ipse dicit. Venient (inquit) dies: cum auferet ab eis sponsus: & tunc ieiunabunt in illis diebus. Plures ergo aguntur dies festi scđm legē Est quidam solennis dies in mense primo: est & alius in secūdo. Sed & in mense primo alia solennitas paschæ: alia azimorū: licet coniuncta videatur azimis paschę solēnitas. Principiū enim azimorū ad finē paschæ coniungitur. Pascha autem ille solus dies appellatur: in quo agnus occiditur. Reliqui vero azimorum dies appellantur. Sic enim dicit. Facies solennitatem azimorum septem diebus. Hæc ergo est prima solennitas. Post hæc (inqt) cū demessueris messem tuā: & cōgregaueris natiuitates ex agro tuo: facies diem festū de initiis fructuū tuorū: qui dies est post septē septimanas paschæ: id est pentecostes: cum etiā dici iubetur: & mundabis sancta de domo mea.

Post hæc in septimo mense aliæ aguntur solennitates: primo die mensis neomœnia tubarum: sicut dicit in psalmo. Tuba canite in initio mensis tubæ. Decima vero die septimi mẽsis est solennitas repropiciationis. In hac sola die pontifex induitur om̄ibus pontificalibus indumentis: tunc induitur manifestationem: & veritatẽ: tunc ingreditur ad illa inaccessibilia: quo semel in anno accedi tantummodo licet: id est in sancta sanctorũ. Semel em̄ in anno pontifex populum derelinquens: ingreditur ad illum locum: vbi est repropiciatoriũ: & superpropiciatorium Cherubim: vbi est & arca testamenti: & altare incensi: quo nulli introire fas est: nisi pontifici soli. Si ergo cõsyderẽ verum pontificẽ meũ dominũ Iesum Christum quõ in carne quidem positus: per totum annum erat cum populo: Annum illũ: de quo ipse dicit. Euangelizare pauperibus misit me & vocare annũ dñi acceptũ: & diem remissio

F nis. Aduerte quomodo semel in anno isto: in die repropiciationis intrat in sancta sanctorũ: hoc est cũ impleta dispensatione penetrat cœlos: & intrat ad patrem: vt eum propitiũ humano generi faciat: & exoret pro omnib⁹ credentibus in se. Hanc repropiciationẽ ei⁹: qua hoĩbus repropitiat patrẽ sciens Ioannes apostolus dicit. Hæc dico filioli: vt non peccem⁹. Q2 & si peccauerimus: aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum: iustum: & ipse est repropiciatio pro peccatis nostris. Sed & Paulus similiter de hac repropiciatione commemorat: cum dicit de Christo: quem posuit deus propiciatorem in sanguine ipsius per fidem. Igitur dies propiciationis manet nobis vsq̄quo occidat Sol: id est vsq̄quo finem mũdus accipiat. Stamus enim nos ꝑ foribus: operientes pontificem nostrum cõmoratẽ intra sancta sanctorum: id est apud patrem: & exorantẽ pro peccatis eorũ: qui se expectant: non pro omniũ peccatis exorantẽ. Non enim exorat pro his: qui in sortẽ veniunt ei⁹ hirci: qui emittitur in desertum. Pro illis exorat tantũ: qui sunt sors dñi: qui eũ pro foribus expectãt: qui nõ recedũt de tẽplo: ieiuniis: & oratiõib⁹ vacantes. An tu putas qui vix dieb⁹ festis ad ecclesiam venis: nec intentus es ad audienda verba diuina: nec das operã ad implenda mãdata: q2 possit sors dñi venire super te? Optamus tamen vt vel his auditis operã detis: nõ solum in ecclesia audire verba dei: sed & in domibus vestris exerceri: & meditari in lege domini die ac nocte: & ibi em̄ Christus est: & vbiq2 adest quærentibus se: propterea nanq2 mandatur in lege: vt meditemur eã cum imus in via: & cum sedemus in domo: & iacem⁹ in cũbili: & cum exurgimus: & hoc est vere pro foribus expectare pontificem morantem intra sancta sanctorũ: & effici in sortem dñi. Quod G autem dicimus de sorte: non sic accipiat auditor: quasi sors talis aliqua dicatur: quæ inter homines casu: & nõ iudicio agi solet. Sors domini ita accipienda est: tanq̃ si diceretur electio domini: vel pars domini: & rursum sors eius qui in eremum emittitur: accipiẽda est: veluti pars illa quæ pro indignitate sui a domino spernitur: & abiicitur. Magis em̄ & sermo ipse apopompæi abiecti: & refutati significantiam continet: ex quo possumus etiam illud intelligere: verbi gratia. Ascendit in cor tuum mala cogitatio concupiscentia mulieris alienæ: aut vicinę possessionis: intellige statim hanc esse de sorte apopompæi: abiice confestim: & expelle de corde tuo. Quomodo abiicis? Si habeas tecum parati hominis manum: id est si lectio diuina sit in manibus tuis & ꝑcepta dei ante oculos habeantur: tunc vere inueniens paratus ad abiicienda: & repellenda ea: quæ sunt sortis alienæ. Sed & ira si ascẽdit in cor tuum: si zelus: si inuidia: si malitia ad supplantandum fratrem: paratus esto: vt abiicias eas: et expellas: et emittas in eremum Si vero ascendat in cor tuum: cogitare q̃ dei sunt: de misericordia: de iustitia / de pietate / de pace / hæc de sorte sunt domini: hęc offerũtur ad altare: hæc põtifex suscipit: et in his reconciliat tibi deum. Propterea ergo et is qui H elicit eum: in quo sors apopompæi est: hoc est malas cogitationes: malas cupiditates: nõ est homo piger: nec occupatus negociis sęcularibus: sed paratus est et promptus: ac vigilans: qui etiam si sordescere videat pro eo: qđ contingerit immundum: lauabit statim vestimẽta sua: et erit mundus. Quod intelligere possumus quantum ad vnũquẽq2 nr̃m pertinet: secundum motalem locum: esse hoĩem paratum: rationẽ ipsam quæ intra nos est: per quã discretio nobis boni: maliq2 est: quę etiã si videt sordescere dũ discutit: et pertractat ipsa: quę mala sunt: tamen si ea abiiciat: et expellat a corde: ac procul effuget: tunc melioribus cogitationibus: velut purificata: ac diluta munda videbitur rationabilis mens. Nec sane mireris: q2 etiam ad personam Saluatoris traximus hunc: qui eiicit hircum: et expellit in eremũ: quia dicitur lauare vestimenta sua: et fieri mundus: ꝓpter illud qđ legimus in ꝓpheta dici de dño: sicut supra diximus. Et vidi Iesum sacerdotẽ magnũ indutũ vestimenta sordida. Q2 si vtiq2 pro assumptione carnis di

ci pie intelligit̃:etiã hic in lauãdis vestimen-
tis potest eadẽ figura seruari. Videam⁹ post
hæc q̃ sunt:q̃ pontifex faciat. Et sumet (inqt)
plenũ batillũ carbonib⁹ ignis de altari:qđ est
contra dñm. Legimus & in Esaia:qa igni pur
gatur ꝓpheta per vnũ ex Seraphim: qđ mis-
sum est ad eũ:cũ accepit forcipe carbonẽ vnũ
ex his qui erant super altare:& contigit labia
prophetę:& dixit. Ecce abstuli iniqtates tuas
Mihi videntur mystica hæc esse:& hoc indi-
care ꝙ vnicuiqꝫ scđm id quod peccat: si di-
gnum fuerit purificari eum: inferantur car-
bones membris eius. Nã quoniam dicit pro-
pheta hic:ĩmunda labia habeo. In medio quo-
qꝫ populi immunda labia habentis habito. Id
circo carbo forcipe adsumptus a Seraphim:
labia eius mundat:quibus solis se mundũ non
esse profitetur. Ex quo ostendit̃ ꝙ vsqꝫ ad ver
bum tantummodo peccatum eius inueniret̃.
Ita facto: vel opere nullo peccauerit:alioquin
dixisset:quoniam immundũ corpus habeo:vl'
immundos oculos habeo si peccasset in cõcu-
piscendo aliena & dixisset immundas manus
habeo:si eas polluisset operibus iniquis. Nũc
autem quoniam in solo fortasse sermone con-
scius sibi erat delicti illius: dę quo dicit domi
nus. Quia etiam de verbo ocioso reddetis ra-
tionem in die iudicii:pro eo quod difficile est
etiam perfectis culpam vitare sermonis:ideir
co indigebat etiam propheta sola purgatiõe
labiorum. Nos autẽ si redeat vnusqsqꝫ ad cõ-
scientiã suam:nescio si possumus aliquod mẽ
brum corporis excusare:quod non igni indi-
geat. Et ꝓpheta quidẽ qm̃ ab omnibus mun-
dus erat:idcirco meruit:vt vn⁹ de Seraphim
mitteretur ad eum:qui eius sola labia purga-
ret. Nos vero vereor ne ignem non membris
singulis:sed toto corpore mereamur. Cũ em̃
lasciuiunt oculi:vel per illicitas concupiscen
tias:vl' per spectacula diabolica:quid aliud:ni
si ignem sibi congregant? Cum aures nõ auer
tuntur ab auditu vano:ac derogationib⁹ pro
ximorum:cum manus a cæde nequaq̃:& a ra
pinis:ac de prædationibus continentur:cum
pedes veloces sunt ad effundendum sangui-
nem:cumqꝫ corpus non domino: sed fornica-
tioni tradimus:quid aliud nisi totum corpus
tradimus in gehennam? At hæc cum dicun-
tur:contemptui habentur. Quare? quia fides
deest. Alioquin si tibi hodie diceretur:quia iu
dex sæculi vult te crastino viuum exurere:&
his auditis si esset tibi vnius diei spacium li-
berum:quanta faceres? quomodo & per quos
discurreres:q̃ humilis: q̃ lugens:& sordidus
oberrares? nonne effunderes omnem pecu-
niam tuam in eos:quorum intercessione eua-
dere te posse crederes? Nonne omnia quę pos
sides redemptionem faceres animæ tuæ? Qꝫ
si etiam aliquis te retardare:aut impedire tẽ-
taret:nonne diceres:pereant omnia pro salu-
te mea:ne quicq̃ remaneat: tantum vt ego vi
uam? Hoc quare faceres? quia inde non dubi-
tares:hinc dubitas. Et ideo bene dominus di-
cit. Putas veniens filius hominis inueniet fi-
dem super terram? Et quid ego dico de cer-
tis:indubitatisqꝫ periculis? Tantummodo si
causa dicenda sit apud iudicem terrenũ: quæ
aliquem metum ex legibus habere videatur:
nonne omnibus vigiliis excubatur: aduoca-
to patrono munera præparantur:etiam si an
ceps periculum sit:aut etiam solius notæ me
tus:vel damni ratio? Nos quare nõ credim⁹:
ꝙ omnes adstabimus ante tribunal Christi: D
vt reportet vnusquisqꝫ ꝓpria corporis: pro-
ut gessit:siue bona:siue mala? Hæc si integre
crederemus:esset nobis secundum quod scri-
ptum est. Redemptio animæ viri: diuitię ei⁹.
Sed vnde possumus hæc:vel sentire: vel cre-
dere:vel intelligere:cum ne ad hæc ipsa qui-
dem audienda conueniamus? Quis enim ve-
strum cum recitantur scripturæ prębet audi
tum? Deus per prophetã cõminat̃:& quidem
in ira magna: & mittã famem super terram:
non famem panis:neqꝫ sitim aquę:sed famem
audiendi verba dei. Sed nunc famem non mi
sit de⁹ super ecclesiam suam: neqꝫ sitim ad au
diendum verbum dei. Habem⁹ enim panem
viuum:qui de cœlo descendit:habemus aquã
viuam salientem in vitam æternam. Cur nos
ipsos fœcunditatis tẽpore fame necam⁹: ac si
ti? Pigræ:& desidis animæ est: in abundantia
oĩm pœnuriam pati. Non audistis ex diuinis
scripturis: quia certamen est inter homines E
carni aduersum spiritũ: & spiritui aduersus
carnẽ? Et nescitis si carnẽ solã nutriatis: & ip
sam frequenti mollitie:ac iugi delitiarũ fluxu
foueatis:insolescet necessario aduersum spiri
tum:& fortior illo efficitur. Quod si fiat:eũ si
ne dubio in ditionẽ suã redactũ:suis coget le-
gibus ad vitiis obedire. Si vero ad ecclesiã fre
quẽtęr venias:aurẽ literis diuinis admoueas:
explanationẽ mandatorum cœlestiũ capias:si
cut cibis:& delitiis caro:ita spiritus verbis di
uinis cõualescet: ac sensibus ac robustior effe
ctus:carnẽ sibi parere cogit: ac suis legib⁹ ob
sequi. Nutrimenta igitur spũs sunt:diuiua le
ctio:orationes assiduæ: sermo doctrinæ. His
alitur cibis: his conualescit: his victor effici-
tur. Quod qa nõ facitis:nolite cõqueri de in-
firmitate carnis:nolite dicere quia volumus:

sed non possumus. Volum⁹ cōtinenter viuere: sed carnis fragilitate decipimur: & impugnamur stimulis eius. Tu das stimulos carni tuæ: tu eā aduersus spiritū tuū armas: & potestatē facis: cū eā carnib⁹ satias: vino nimio inundas: omī mollitię palpas: & ad illecebras nutris. An nescitis: qā nō potest ędificiū istud ecclesiæ ex leprosis lapidibus cōstrui? Audi qd dicit Apostolus. Modicū fermentū totā massam corrūpit. Expurgate ergo vetus fermen
F tū: vt sitis noua conspersio. Sed ad ꝓpositū redeamus. Et accipiet (inquit) batillū plenū carbonibus. Nō oēs purganť eo igni: qui de altari assumiť. Aaron purgať illo igne: & Esaias: & qui sunt similes illis. Alii vero qui non sunt tales: de quib⁹ etiam meipsum computo: alio igne purgabuntur. Timeo ne illo de quo scriptum est. Fluuius ignis currebat ante ipsum. Iste ignis non est de altari. Qui de altari est ignis: ignis est domini: qui autem extra altare est: non est domini: sed proprius est vniuscuiusqꝫ peccantiū: de quo dicitur. Vermis eorum non morietur: & ignis eorum non extinguet. Iste ergo ignis: ipsorū est qui eū accēderunt: sicut & alibi scriptum est. Ambulate in igne vestro: & in flamma: quā accendistis vobis. Esaiæ autem non suus ignis apponiť: sed ignis altaris: qui circumpurgabit labia eius: & huic de quo dicitur: & sumet batillum plenum carbonibus ignis de altari: quod est contra dominū: & implebit manus suas incenso compositionis minuto. Quod quidē plenius dn̄s noster fecit. Impleuit enim man⁹ suas incenso minuto: de quo scriptum est. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Impleuit ergo manus suas sanctis operibus: q̄ pro humano genere operatus est. Quare aūt compositionis incensum dicitur? quia non est vna species operum: sed ex iustitia: & ex pietate: ex continentia: ex prudentia: & ex omnib⁹ huiuscemodi virtutibus cōponitur: vt eo pla-
G cetur deus. Sed & minutum: quod addit: non ociose intelligimus. Non enim vult eū qui ad perfectionē tendit: verbū dei crasse & carnaliter intelligere. Sed minutum in his sensum: subtilemqꝫ perquirere: vt si forte audiat scriptum esse: nō obturabis os boui trituranti: ille hęc nō de bobus intelligat neqꝫ eīn de bob⁹ cura est deo: sed de apostolis dici. Sed & siqs de ꝓuidētia dei rationē quę est minutissima: & subtilissima posset exponere: iste minuto incenso manum suam replere dicitur. Quis ergo nostrū ita promptus est: & paratus: vt ingressuro pontifice in sancta sanctoꝝ: incēsum cōpositiōis offerat minutum? Necesse est em̄

nos singulos aliquid offerre tabernaculo dei: aliquid etiam pontificalibus indumentis: aliquid vero quod per pontificis manus ad ipm̄ deū per odorem suauitatis ascendat. Pōtifex igitur noster dominus & saluator aperit manus suas: & suscipere vult ab vnoquoqꝫ nr̄m incensum compositiōis minutum: necesse est nos querere species incensi. Libanū nobis quęrendū est: & non qualecunqꝫ libanū sed dilucidū. Non vult a te suscipere pontifex obscurū aliquid: aut sordidū: dilucidum quęrit: sed & galbanū a te poscit. Cuius natura est: vt vehemētia odoris sui serpētes noxios fuget. Quærit autē a te & stacten: colata eīn: & defœcata vult esse vel verba nostra: vel opera. Quærit & onychē: quo velut scuto quodā obtegatur aīa: & illęsa permaneat: Ita & te vult scuto fidei esse protectū: quo oīa iacula maligni ignita restinguas. Hęc tamen omnia vult in te esse composita. Nil inordinatum: nihil ingetū: nihil indecens: sed hoc vult vt omnia nostra composite & honeste fiant. Stat ergo etiā nūc verus pontifex noster Christ⁹: & repleri vult manus suas incenso composito minuto: & ab vnaquaqꝫ ecclesia quæ sub cœlo est: consyderat quid offeratur: q̄ integre incensum suum diligenterqꝫ componat: q̄ minutum id faciat: id est quō vnusqsqꝫ nostrū opera sua ordinet & quō sensum ac verba scripturarū spiritali explanatione discutiat: nec angelorum ministeria ad huiuscemodi officiis desunt. Angeli enim dei ascendunt: & descendūt ad filiū hominis: perquirunt: & curiose agunt quid in vnoquoqꝫ nostrum inueniant: quod offerant deo. Vidēt & perscrutantur vniuscuiusqꝫ nostrum mentem: si habet aliquid tale: si tā sanctum aliquid cogitet: quod deo mereatur offerri. Intuentur: & cōsyderant siquis nr̄m ex his quæ dicuntur in ecclesia corde compungitur: & animum conuertit ad pœnitentiam Si his auditis corrigere cogitet vias suas: & I obliuisci p̄terita: ac pręparare se ad futura: saltem secundū Achabillum impiissimū: de quo dicit dominus. Vidisti quomodo cōpunctum est cor Achab? Sed in his oīb⁹ quid de illis dicam: qui nec audiunt auribus hæc: nec corde recipiunt? Quæ in illis compunctionis spes? q̄ conuersionis suspicio? quæ emendationis expectatio? Si enim etiam de his qui audiunt: dubitamus: quid speramus de his qui omnino non audiunt? Sed vtamur verbis domini: & dicam⁹. Qui habēt aures audiēdi audiāt & q audiūt sciāt scriptū esse: qa cum conuersus ingemueris: tunc saluus eris: & scies vbi fueris. Et si dixeris tu peccata tua prior: ego ex

audiam te tanq̃ populum sanctũ. Audisti quomodo etiam si peccator fuisti: tantũ si conuersus es: & destitisti a peccato: iam sanctus appellaris! Nihil ergo desperãdum est his qui compunguntur: & cõuertuntur ad dominũ. Non enim superat bonitatẽ dei malitia delictorũ. Sumit ergo pontifex batillum plenum carbonibus ignis de altari: qđ est cõtra dominum: et implet manum suam de incẽso compositionis minuto: & infert in interiora velaminis: itelligamus primo qđ designet historia: et tũc quid sensus spiritalis habeat: requiremus. Duplex ædes est tabernaculi testimonii: vel tẽpli domini. Prima est: in qua altare holocaustorũ est: qđ perpetuis ignibus excitatur: in qua ęde solis licet assistere sacerdotibus: & sacrificiorũ ritus: ac ministeria celebrare: & neq̧ leuitis: neq̧ alicui vnq̃ præterea ĩdulgetur accessus. Secũda vero ædes interior est: solo ab hac discreta velamine. Intra qđ velamẽ: arca testamẽti: & propiciatorium: super qđ Cherubin duo statuta sunt: & altare incensi collocatum est. In hanc ædem semel in anno primus quicũq̧ erat pontifex oblatis prius hostiis propiciationis: de quibus supra exposuimus: ingrediebatur: habens vtrãq̧ manum repletam: vnã batillo carbonum: & aliam compositionis incenso: vt cũ fuisset ingressus: statim supposito incenso carbonibus fumus ascenderet: totamq̧ ædem repleret: vt aspectum sanctorum: quem ingressus pontificis reuelauerat: nubes velaret incensi. Si tibi sacrificiorũ mos patuit antiquus: quid hæc etiam secundum rationẽ mysticã contineat: videamus. Duas audistis ędes vnam quasi visibilem: & patentem sacerdotibus: aliam vero inuisibilem: & inaccessam: excepto solo pontifice: cæteri foris sunt. Prima ædes ista puto q̧ ĩtelligi possit hęc: in qua nũc sumus in carne positi ecclesia: in qua sacerdotes ministrant ad altare holocaustorum: succenso illo igne: de quo dixit Iesus. Ignem veni mittere in terram: & q̃ volo vt accendatur! & nolo mireris q̧ hæc ædes solis sacerdotib⁹ pateat. Oẽs enim quicunq̧ vnguento sacri chrismatis delibuti sunt: sacerdotes effecti sunt: sicut & Petrus ad omnem dicit ecclesiam. Vos autem genus electum: & regale sacerdotium gẽs sancta. Estis ergo gen⁹ sacerdotale: & ideo acceditis ad sancta. Sed & vnusquisq̧ nostrũ habet in se holocaustũ suum: & holocausti sui ipse succendit altare: vt semper ardeat. Ego si renunciem omnibus quæ possideo: & tollam crucem meam: & sequar Christum: holocaustum obtuli ad altare dei: aut si tradidero corpus meũ: vt ardeam: habens charitatẽ: & gloriam martyrii cõsequar: holocaustũ meipsum obtuli ad altare dei. Si diligã fratres meos: ita vt animam meam ponam pro fratribus meis: si pro iustitia pro veritateq̧ ad mortem certauero: holocaustũ obtuli ad altare dei. Si mẽbra mea ab omni concupiscentia carnis mortificauero: si mũdus mihi crucifixus sit: & ego mundo: holocaustum obtuli ad altare dei: & ipsæ meæ hostiæ sacerdos efficior. Hoc ergo modo sacerdotium geritur: in prima æde et hostię offerũtur: & ex hac ęde sanctificatis indutus vestimẽtis pontifex proficiscitur: & ingreditur ĩ interiora velaminis: sicut superius Pauli verba posuimus dicentis. Non in manu facta sancta: sed in ipsum cœlũ penetrauit (inquit Iesus) & apparet vultui dei pro nobis. Cœli ergo locus: & ipsa dei sedes: per interioris ędis figuram: atq̧ imaginem designatur. Sed mirum contuere ordinem sacramentorũ. Ingrediens pontifex in sancta sanctorum: ignẽ secum de hoc altari portat: & incẽsum de hac æde suscipit. Sed & vestimenta quibus indutus est: de hoc loco sumpsit. Putas ne dignabitur dñs meus verus pontifex: & a me suscipere partem aliquam incensi compositionis minuti qđ secum deferat ad patrem! Putas ne inueniet in me aliquid igniculi: & holocaustum meum ardens: vt dignetur ex eo batillum suũ implere carbonibus: & in ipsis deo patri odorem suauitatis offerre! Beatus est cuius tam viuos: tãq̧ ignitos holocausti sui carbones inuenerit: vt eos aptos iudicet: quos altari supponat incensi. Beatus in cuius corde inuenerit tam subtilem: tam minutum: tamq̧ spiritalẽ sensum: & ita diuersa virtutũ suauitate compositum: vt replere dignetur ex eo man⁹ suas: deoq̧ patri suauem odorem intelligẽtiæ eius offerre. At contra infœlix anima cuius si dei ignis extinguitur: & refrigescit charitatis calor: ad quã cum venerit cœlestis pontifex noster: quærens ab ea ignotos: & ardentes carbones super quos incensum offerat patri: inuenit in ea aridos cineres: & frigidas fauillas. Tales sunt omnes qui subtrahũt se: & longe faciunt a verbo dei: ne audientes sermones diuinos accendantur ad fidem: incalescãt ad charitatem: igniãtur ad misericordiam. Vis tibi ostẽdam quomodo de verbis spiritus sancti ignis exeat: & accẽdat corda credentium! Audi dicentem Dauid in psalmis. Eloquium dñi igniuit eum. Et iterum in euangelio scriptum est: postq̃ dominus locutus est ad Cleopham. Nõne cor nostrum (inquit) erat ardẽs intra nos cum aperiret nobis scripturas! Tu ergo vnde ardebis! vnde inuenientur te car- D

bones ignis: qui nunq̃ domini ignitis eloquio? nunq̃ verbis spiritus sancti inflammaris? Audiet alibi ipsum Dauid dicentem. Concaluit cor meum intra me: & in meditatione mea exardescit ignis. Vnde tu cōcalescis? vnde ignis accenditur: qui nunq̃ in diuinis meditaris eloquiis? immo quod est infoelicius: cōcalescis in spectaculis circi: concalescis in equorum contētionibus: in certamine athletarum: atq; iste ignis non est de altari domini: sed is est: qui dicit ignis alienus: & audisti paulo superi⁹: quia qui obtulerūt alienum ignem ante dominum extincti sunt. Concalescis & cum te repleuerit iracundia: & cum te inflāmauerit furor: vreris interdum: & amore carnali: ac turpissimę libidinis iactaris incēdiis. Sed omnis iste ignis alienus est & contrarius deo: quem qui accenderit: sine dubio Nadab: & Abiu perferet sortem. Ait ergo eloquium diuinum: & imponet
E incensum super ignem in cōspectu domini: & operiet fumus incensi propiciatorium contra orientem: qđ est super testimonia: & non morietur: & sumet de sanguine vituli: & resperget digito suo super ꝓpiciatoriū contra orientem. Ritus quidē apud veteres propiciationis pro hominibus: qui fiebat ad deū: qualiter celebraretur: edocuit. Sed tu qui ad Christū venisti: pontificem verum: qui sanguine suo deū tibi propitium fecit: & reconciliauit te patri: nō hęreas in sanguine carnis: sed disce potius sanguinē verbi. Et audi ipm tibi dicentē: quia hic sanguis me⁹ est: qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum. Nouit qui mysteriis imbutus est: & carnem: & sanguinē verbi dei. Non ergo imoremur in his quę & scientibus nota sunt: & ignorātibus patere nō possunt: Qđ autem contra orientem respergit: non otiose accipias. Ab oriente tibi propiciatio venit. Inde est enim vir: cui oriens nomen est: qui mediator dei: & hominum factus est. Inuitaris ergo per hoc: vt ad oriētem semper
F aspicias: vñ tibi orit̄ Sol iustitiæ: vnde semp tibi lumen nascitur: vt nunq̃ in tenebris ambules: neq; dies ille nouissimus te in tenebris cōpræhendat. Ne tibi ignorantiæ nox & caligo subrepat: sed vt semp in scientię luce verseris semper habeas diem fidei: semper lumen charitatis: & pacis obtineas. Addit post hæc scriptura. Et non erit (inquit) homo cum ingredietur pontifex intra velamen interius in tabernaculū testimonii. Quomodo non erit homo? Ego sic accipio: ꝗ q potuerit sequi Christum: & penetrare cum eo interius tabernaculum: & cælorum excelsa conscendere: iam non erit homo: sed secundum verbum ipsius erit tāq̃ angelus dei. Aut forte etiam ille super eū sermo complebitur: quem ipse dominus dixit. Ego dixi dii estis: & filii excelsi omnes. Siue ergo spiritalis effectus: vnus cum domino spiritus fiat: siue per resurrectionis gloriam in angelorum ordinem transeat: recte iam non erit homo: sed vnusquisq; ipse sibi hoc præstat: vt vel excedat hominis appellationem: vel intra conditionem huius vocabuli censeatur. Si em̄ factus homo ab initio seruasset illud: quod ad eum scriptura dicit. Ecce posui ante oculos tuos mortem: & vitam: elige tibi vitam: si hoc fecisset nunq̃ profecto humanum genus mortalis conditio tenuisset. Sed quoniam derelinquēs vitam: mortem secutus est: homo factus est: & nō solum homo: sed & terra: propter qđ et in terram redire dicitur. Requiro tamen q̃ sit ista mors: quam dicit ante oculos tuos posui. De vita em̄ non dubitatur ꝗ semetipsum indicet deus: qui dicit. Ego sum veritas & vita. Quæ est ergo ista mors vitę contraria: quā G
posuit de⁹ ante oculos nostros? De illo dici puto: de quo Paulus dicit. Nouissimus inimicus destruetur mors. Iste est ergo inimicus diabolus qui primo quidem ante oculos positus est: sed nouissimus destruetur: positus autem fuerat ante oculos: non vt sequeremur eum: sed vt vitaremus. Vnde & arbitror ꝗ ipsa per se anima humana: neq; mortalis: neq; immortalis dici potest. Sed si contigerit vitam: ex participio vitæ erit immortalis. In vitam em̄ non incidet mors. Si vero auertens se a vita participium traxerit mortis: ipsa se facit esse mortalem. Et ideo propheta dicit. Anima quę peccat: ipsa morietur: q̃uis mortem eius nō ad interitum substantiæ sentiamus: sed hoc ipsum ꝗ aliena & extorris fit: a deo qui vera vita est mors ei esse credenda est. Nulla ergo participatio fit iustitię cum iniquitate: nulla societas luci ad tenebras: nulla consonātia Christo cū Belial. Si elegimus vitā: semp viuemus. Mors nobis non dominabitur: & complebitur in nobis sermo domini: qui dixit. Qui credit in me etiam si moriatur: viuet. Eligamus ergo vitā: eligamus lucē: vt in die honeste ambulemus: vt & nos sequentes Iesum intra velamē tabernaculi interioris: iam non simus vt homines mortales: sed vt angeli immortales: Cum nouissimum inimicum destruxerit mortem. Ipse dominus noster Iesus Christus: qui est via: et veritas: & vita: Cui gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

De ieiunio quod in die propitiationis fit: et de hirco qui in eremum dimittitur.
Homilia.X.Cap.XVI.

Os quidē:qui de ecclesia sumus:merito Mosen recipimus:& scripta eius legim⁹: sentiētes de eo:qđ propheta & deo sibi reuelāte:ī symbolis:& figuris:ac formis allegoricis cōscripserit futura mysteria:quę in tēpore suo docemus impleta. Qui vero eiusmodi in eo nō recipit sensum siue iudęorū quis:siue etiam nostrorum est:is ne prophetam quidē eum fuisse docere potest. Quomodo em̄ prophetā probabit:cuius literas afferat eē cōmunes futuri nullius cōscias: nec occulti aliquid mysterii continētes? Hunc itaq;:qui ita sentit legentē hæc:arguit sermo diuinus:& dicit. Putas ne intelligis quę legis? Est ergo lex:& omnia quæ in lege sunt:secundū apostoli sentētiam vsq; ad tēpus correptionis imposita:& sicut hi quibus artificium est signa ex ære facere:& statuas fundere; anteq̄ verū opus æris producant:aut argēti:vel auri:figmentū prius luti ad similitudinē futuræ imaginis formant:non q figmētum necessarium sit:sed vsquequo opus:qđ principale est: expleatur. Cum autē fuerit effectū opus illud propter qđ figmētum luti fuerat formatum: vsus eius vltra nō quęritur. Tale aliquid intellige etiā in his:quę in typo & figura futurorū in lege:& prophetis:vel scripta:vl' gesta sunt. Venit em̄ ipse artifex:& author omniū:& legē:quę vmbrā habebat futurorū bonorū trāstulit ad ipsam imaginē rerū. Sed ne forte difficile tibi ꝓbari posse quę dicimus:videantur recognosci per singula. Erat prius Hierusalē vrbs illa magna regalis:vbi tēplum famosissimū deo fuerat extructum. Postea vero q̄ venit ille:qui erat verū templū dei:& dicebat de tēplo corporis sui:soluite tēplum hoc:& quia cœlestis hierusalē cœpit aperire mysteria: deleta est illa terrena:vbi cœlestis apparuit:in tēplo illo non remāsit lapis super lapidē: ex quo verum tēplum dei facta est caro Christi. Erat prius pontifex sanguine tauroꝝ:& hircorum purificās populū. Sed ex quo venit verus pontifex:qui sanguine suo sanctificaret credētes: nusq̄ est ille pōtifex prior:nec vllus ei relictus est locus. Altare fuit pri⁹:& sacrificia celebrabātur:sed vt venit verus agnus:qui seipm̄ hostiam obtulit deo:cuncta illa velut pro tēpore posita cessauerūt. Non tibi ergo videtur q secundū figurā:quā supra posuimus:veluti formę fuerint quædā e luto fictę:per quas veritatis exprimerētur imagines? Propterea deniq; diuina dispēsatio ꝓcurauit:vt & ciuitas ipsa: et tēplū:& omnia illa pariter subuerterētur: ne qui forte adhuc paruulus:& lactās in fide: si videret illa constare:dum sacrificiorū ritū: dū ministeriorū ordinē attonitus stuperet:ipso diuersarū formarū raperetur intuitu. Sed prouidēs deus īfirmitati nostrę:& volēs multiplicari ecclesiam suā:omnia illa subuerti fecit:& penitus auferri:vt sine vlla cunctatione illis cessantibus hæc vera esse:pro quibus in illis typus ꝑcesserat:crederemus. Vnde & nūc C dicēda nobis sunt aliqua:etiam ad eos:qui putāt pro mādato legis sibi quoq; iudæorū ieiunium ieiunandū:& primo omniū sermonibus vtar Pauli dicētis. Quia si quis vult vnum aliquid custodire de obseruationibus legis:obnoxius est vniuersę legis faciendæ. Qui ergo obseruat ista ieiunia:ascēdat & ter ī anno ī Hierusalē:vt appareat ante tēplū dn̄i : vt offerat se sacerdoti:requirat altare:qđ in puluerē versum est. Offerat hostias nullo adstante pontifice. Scriptū est em̄:vt duos hircos ieiunans populus offerat in sacrificium:super quos sortes mitti debeant:vt vnus ex his fiat dn̄i sors: et hostia dn̄o offeratur. Alterius vero sors fiat: vt dimittatur ī eremū viuus:qui & habeat in se peccata populi. Hęc tibi omnia cōsequenter explēda sunt qui vis secūdū præceptum legis obseruare ieiunium : de quibus a nobis quidē (prout potuimus) superiori disputatione dissertū est. Tamē quoniam diues est sermo dei: et secundū sentētiam Salomonis nō simpliciter:sed & dupliciter:& tripliciter describendus in corde est. Tētemus etiā nūc addere aliqua ad ea:quę dudū pro viribus dicta sunt:vt ostēdamus quomodo in typo futurorū etiam hic vnus hircus dn̄o oblatus est hostia:& ali⁹ viuus dimissus est. Audi in euangeliis Pylatū D dicētem ad sacerdotes:& populum iudæorū. Quē vultis de duobus dimittā vobis Iesum:q dicitur Christ⁹:an Barabbā? Tunc clamauit omnis popul⁹:vt Barabbā dimitteret: Iesum vero morti traderet. Ecce habes hircum qui dimissus est viuus in eremum:peccata secum populi ferens clamantis & dicentis: crucifige crucifige. Iste est ergo hircus viuus dimissus in eremū:& ille est hircus:qui domino oblat⁹ est hostia ad repropicianda peccata:& veram propiciationē in se credentibus populis fecit. Qꝫ si & hoc requiras quis sit:qui hunc hircū produxit in eremum : vt probetur ī eo etiam q lotus sit:& mūdus effectus. Potest Pylatus ipse accipi homo paratus. Iudex quippe gētis

ipsius erat: qui eum per sententiam suam emi
sit in eremũ. Audi autẽ quomodo lotus sit: &
mundus effectus: cũ ad populũ diceret: vultis
dimittã vobis Iesum: qui dicitur Christus: Et
acclamasset omnis populus dicẽs: si hũc dimit
tis: nõ es amicus Cæsaris. Tunc poposcit (in
quit) Pylatus aquã: & lauit manus suas corã
populo dicẽs. Mũdus ego sum a sanguine ei⁹:
vos videritis. Sic ergo videbit lotis manibus
suis mundus effectus. Nostra igitur: id est qui
non vmbrę: & exemplari seruimus: sed verita
ti: hęc est propiciationis dies: ĩ qua data est no
bis remissio peccatorũ: cum pascha nostrũ im
molatus est Christus. Quomodo ergo cogni
ta veritate conuertimur iterũ ad infirma: &
egena elemẽta huius mundi: quibus rursus a
capite seruire vultis: dies obseruãtes: & mẽses
E et tẽpora: & annos. Audi quomodo etiam pro
pheta huiusmodi ieiuniũ respuit: & dicit. Nõ
hoc ieiunium elegi dicit dñs: neq; diem: vt hu
miliet homo animã suã. Tu si vis ieiunare se
cundũ Christũ: & humiliare animã tuã: omne
tibi tẽpus aptum est totius anni: immo totius
vitæ tuæ dies habeto ad humiliandã animam
tuã: si tamen didicisti a dño Saluatore nostro:
quia mitis est: & humilis corde. Quando ergo
non est tibi humiliationis dies: qui Christũ se
queris: q est humilis corde: & humilitatis ma
gister? Tu itaq; si vis ieiunare: ieiuna secundũ
pręceptũ euangelii: & obserua in ieiuniis euã
gelicas leges: in quibus hoc modo Saluator de
ieiuniis mandat. Tu autem si ieiunas: vnge ca
put tuũ: & faciem tuã laua. Q; si requiris quo
modo laues faciẽ tuã: Paulus apostolus docet:
queadmodũ reuelata facie gloriã domini con
tẽpleris: ad eandẽ imaginẽ reformatus a glo
F ria in gloriã: tanq̃ a dñi spiritu. Vnge etiã ca
put tuũ: sed obserua ne oleo peccati. Oleũ eñ
peccatoris nõ impiguet caput meũ. Sed vnge
caput oleo exultatiõis: oleo lętitię: oleo miseri
cordię. Ita vt secundũ mandatũ sapientię: mi
sericordia & fides non deserant te. Propterea
eñ & Apostolus volens abstrahere nos ab his
visibilibus: & terrenis: & erigere animos: sen
susq; nostros ad cœlestia: clamat: & dicit. Si re
surrexistis cum Christo: quę sursum sunt quę
rite: non q̃ super terrã. Nõne aperte tibi dicit:
noli q̃rere in terris Hierusalẽ: nec obseruãtias
legis: nec ieiunium iudæorũ: sed ieiuniũ Chri
sti? Ieiunans eñ debes adire pontificem tuum
Christũ: qui vtiq; non in terris requirẽdus est
sed in cœlis: & per ipsum debes offerre hostiã
deo. Vis tibi adhuc ostẽdã quale te oportet ie
G iunare ieiunium? Ieiuna ab omni peccato: nul
lum cibum sumas malitiæ: nullas capias epu
las voluptatis: nullo vino luxuriæ cõcalescas.
Ieiuna a malis actibus: abstine a malis sermo
nibus: cõtine te a cogitationibus pessimis. No
li cõtingere panes furtiuos peruersę doctrinę.
Non concupiscas fallaces philosophiæ cibos:
qui te a veritate seducãt. Tale ieiuniũ deo pla
cet. Abstinere vero a cibis: quos deus creauit
ad percipiendũ cum gratiarũ actione fidelibus
et hoc facere cũ his: qui Christũ crucifixerũt:
acceptũ esse non potest deo. Indignati sunt ali
quãdo & Pharisæi dño cur nõ ieiunarẽt disci
puli eius. Quib⁹ ille respõdit: quia nõ possunt
filii sponsi ieiunare quãdiu cum ipsis est spon
sus. Illi ergo ieiunẽt: qui perdiderũt sponsum:
nos habẽtes nobiscum sponsum: ieiunare non
possumus. Nec hoc tamẽ ideo dicimus: vt abs
tinentiæ christianæ fręna laxemus: Habemus H
eñ quadragesimæ dies ieiuniis consecratos.
Habemus quartã: & sextã septimanę dies: qui
bus solẽniter ieiunam⁹. Est certe libertas chri
stiano per omne tẽpus ieiunandi: non obseruã
tię superstitione: sed virtute continẽtiæ. Nam
quomodo apud eos castitas incorrupta serua
tur: nisi arctioribus cõtinẽtiæ fulta subsidiis?
Quomodo scripturis operã dabunt? Quomo
do scientiæ & sapientiæ student? Nonne per
continentiam ventris & gutturis? Quomodo
quis seipsum castrat propter regnũ cœlorũ?
nisi ciborum affluentiã resecet: nisi abstinẽtia
vtatur ministra? Hęc ergo christianis ieiunã
di ratio est. Sed est & alia adhuc religiosa: cui⁹
laus quorũdã apostolorũ literis p̃dicatur. In
uenimus eñ in quodã libello ab apostolis di
ctũ. Beatus est qui etiã ieiunat pro eo: vt alat
pauperẽ. Hui⁹ ieiuniũ valde acceptũ est apud I
deũ: & reuera digne satis. Imitatur eñ illum:
qui animã suã posuit pro fratribus suis. Quid
ergo veteribus pannis noua indumẽta misce
mus? Quid in vtres veteres mittimus vinum
nouum? Vetera trãsierunt: ecce facta sunt oĩa
noua per Christũ dominũ nostrũ: cui est glo
ria & imperium: in sæcula sæculorum. Amen.

De eo qd scriptum est. Sãcti estote: quia et
ego sanctus sum dominus deus vester.
Homilia. XI. Cap. XX.

Vper in auribus ecclesię re
citatus est sermo dei dicẽs.
Estote sancti: qa & ego san
ctus sum dñs de⁹ vester. No
mẽ hoc sanctus: qd sibi velit
quidve significet in scriptu
ris diuinis diligẽtius requirẽdũ est: vt cũ vim
verbi didicerimus: etiam opus eius possimus

implere. Congregemus ergo de scripturis diuinis: sup quib⁹ sanctū dici inuenimus: & deprehēdim⁹ nō solū hoīes: sed etiā muta aīalia sancta appellata: inuenimus & vasa ministerii sancta vocitata: & vestiméta sancta dici: & loca nihilominus: q̄ in vrbibus: vel suburbibus posita sunt: & sacerdotibus deputata. Ex mutis quidē animalibus primogenita boum: vel pecorū sanctificari per legē dño iubetur: & dicitur. Ne facias in eis opus vllū: quia dño sanctificata sunt. Super vasis vero: cū in tabernaculo testimonii vasa ministerii: thuribula: vel phialę: vl' cętera huiusmodi vasa: sancta appellant. Sup vestimētis etiā stola pōtificis Aaron & tunica linea: & cętera huiusmodi vestimenta: sancta dicunt. Si ergo intueamur quo sensu hęc oīa sancta vocata sunt: aduertem⁹ quo modo etiā nos dare operā debeamus: vt sancti esse possimus. Natus est mihi primogenitus bos: nō mihi licet occupare eū ad opus cōmune: est em̄ dño consecratus: & ideo dicit sanct⁹ Intelligim⁹ ergo ex hoc muto aīali: quomodo lex qđ sanctū vult esse: nulli alii id deseruire iubet: nisi dño soli. Iterū pateras vel phialas: quas dicit sanctus: illę sunt quę nunq̄ iubētur exire de tēplo: sed esse semp in sanctis: nec vllis penitus humanis vsibus ministrare. Similiter & vestiméta q̄ sancta nominātur: nō iubētur intra domū vsui deseruire pōtificis: sed in tēplo esse: & ide omnino nūq̄ efferri. Sed ad hoc tātum cōsecrata esse: vt eis deo ministrās pontifex induat: & sint semp in tēplo. Ad cęteros vero vsus cōmunes: vtat cōmunib⁹ indumētis. Similiter & patheris: ac phialis his: q̄ sancta appellant: ad humanos & communes vsus vti nō licet: sed tātū ad diuina ministeria. Qz si itellexisti quomodo vel aīal: vel vas: vel vestimentū sanctū appellat: cōsequēter intellige q̄ his obseruationib⁹: & legib⁹ etiā homo sanct⁹ appellet. Siquis em̄ seipsum deuouerit deo: siquis nullis se negotiis sęcularibus iplicauerit: vt ei placeat: cui se pbauit. Siquis separat⁹ est et segregatus a reliquis hominib⁹ carnaliter viuētibus: & mūdanis negotiis obligatis: non quęrēs ea quę super terrā: sed q̄ in cœlis sunt: iste merito sanct⁹ appellat. Donec em̄ pmixt⁹ est turbis: & i multitudine fluctuātiū volutat nec vacat soli deo: neq̧ segregatus a vulgo est nō potest esse sanctus. Nā de eis quid dicem⁹: qui cū gentiliū turbis ad spectacula maturāt et cōspectus suos: atq̧ audit⁹: ipudicis & verbis: & actibus fœdāt: nō est nostrū pnuntiare de talib⁹. Ipsi enim sentire: & videre possunt: quā sibi delegerint partē. Tu ergo qui hæc audis: cū lex diuina recitatur: quē ipsius etiā dei sermo cōuenit dicēs. Sancti estote: quia & ego sanctus sum dn̄s de⁹ vester. Sapienter itellige quę dicunt: vt sis beatus cū feceris ea. Hoc est em̄ qđ dicit tibi: separa te ab omni nō solū homine: sed & fratre inquiete ambulāte: & nō secūdū traditiōes apostolicas. Separamini etem̄ qui portatis (inqt) vasa dn̄i: & exite de medio eorū dicit dn̄s. Separa te a terrenis actibus: separa te a cōcupiscētia mūdi: omne enim qđ in mūdo est: secundū Apostolū cōcupiscētia carnis est: & cōcupiscētia oculorū: q̄ nō est a deo. Cū ergo separaueris te ab his oībus: deuoue te deo tanq̄ primogenitū vitulū nō operet per te peccatū: nec iugū tibi iponat malitia: sed esto semotus: & segregatus v sibus tantū sacerdotalibus: tanq̄ primogenitū aīal mācipatus. Segrega te & secerne tanq̄ phialę sanctę: & sancta thuribula: solius tēpli vsibus: & dei ministerio vacās. Separa te: & semoue ab omni pol- D
lutione peccati: & esto semotus: & segregatus intra tēplum dei: tanq̄ sancta idumēta pōtificis. In tēplo nāq̧ dei est segregatus: & separatus ille: q in lege dei meditat die ac nocte: & q in mādatis eius cupit nimis. Sācti ergo estote dicit dn̄s: qa & ego sanctus sum. Quid est: qa et ego sanctus sum? Sicut ego (iquit) segregatus sum: & longe separatus ab oībus q̄ adorātur: vel colunt: siue in terra: siue i cœlo. Sicut ego excedo oēm creaturā: atq̧ ab vniuersis: q̄ a me facta sunt: segregor: ita & vos segregati estote ab oībus q non sunt sancti: nec deo dicati. Segregari autē dicimus nō locis sed actib⁹:
nec regionibus: sed conuersationibus. Deniq̧ E
et ipse sermo in gręca lingua: qđ dicit ἅγιοσ: quasi extra terrā esse significat. Quicunq̧ em̄ se cōsecrauerit deo: merito extra terrā: extra mūdū videbit: potest em̄ & ipse dicere. Super terrā ambulātes: cōuersationē in cœlis habemus. Salomon quoq̧ i pverbiis dicit. Laqueus est viro fortis cito aliquid de suis sanctificare. Postea em̄ q̄ vouerit: euenit pœnitere. Et hoc est vtiq̧ qđ dicit: ne quis forte cū fructus ex area: aut vinū ex torcularibus colligit: & dixerit volo tantū offerre ecclesię: vel i vsum pauperū: aut peregrinorū tantū prębere: si postea ex his quæ vouet aliquid ad vsus pprios psumat: iam nō de suis fructib⁹ psumpsit: sed sancta dei violauit. Et ideo laqueus fortis est sanctificare aliqđ: hoc ē vouere deo: & postmodū pœnitētia ductū ad vsus proprios ea q̄ consecrauerat: reuocare. Sed & si nos ipsos cōsecramus & offerimus deo: aut etiam si alios vouemus: obseruemus hūc laqueū: ne forte postea q̄ nos deo vouerimus: iterum humanis vsibu vel actibus subiugemur. Vouet autē se vnus-

quisq;:verbi gratia:sicut Nazarei faciebāt:tribus:aut quatuor:aut quot placuisset annis tēplo se cōsecrātes dei:vt ibi semper vacarēt:obseruātes illa q̄ de Nazareis scripta sunt:vt comā capitis nutrirēt:nec ascēderet ferrū super caput eorū toto voti sui tēpore:vt vinū nō cōtingerēt:neq; aliquid ex vite:& cętera quęcūq; donec cōpleta fuisset voti ꝓfessio. Sed & alius quis ita vouet deo:sicut Anna fecit Samuelē: ante em̄ q̄ nasceret̃:obtuli eum dicēs. Et dabo eū dn̄o datū oībus diebus vitę suæ. Ex quibus oībus clarū est:quomodo vnusquisq; nostrū:q vult esse sanctus:cōsecrari debeat deo:& nullis ꝑterea negotiis:vel actibus:qui ad deū minime ptinēt occupari:post hęc scriptū est. Seruate (inquit) ꝓcepta mea:& facite ea:ego dn̄s et iis addit. Homo homo si maledixerit patrē aut matrē suā:moriat̃:& post multa q̄ præcepit:quibus etiā pœnas ꝑuaricationis adscripsit:addit ī clausula:Et seruate oīa ꝓcepta mea: et iustificatiōes meas:& iudicia mea. Vnde & cōsequēs mihi videt̃ requirere quid in his singulis indicet̃:equidē secundū q̄ obseruare potui:pręceptū est:siue mandatū illud:qđ verbi gratia in decalogo dicit̃. Nō occides:nō adulterabis:hoc em̄ solū pręcipit̃:& non adscribit̃ pœna cōmissi. Nunc autē iterant̃ quidē eadē: sed addit his pœnas:dicitur em̄. Homo homo quicūq; adulterauerit vxorē viri:& vxorē proximi sui:morte moriat̃. Is q adulterat: & quæ adulterat̃. Et siquis dormierit cū vxore patris sui:turpitudinē patris sui detexit:morte moriant̃ ambo:rei em̄ sunt. De his autē in prioribus iā data fuerāt pręcepta:sed nō obseruantē quæ maneret pœna:nō fuerat adscriptum. Nūc ergo eadē repetunt̃:& vniuscuiusq; pœna peccati decernit̃:& ideo hęc recte iustificationes:& iudicia appellātur: quibus qđ iustū est recipere iudicat̃ ille:q peccat. Sed intuere
F ordinē diuinę sapientię:nō cōtinuo pœnas cū primis statuit pręceptis. Vult em̄ vt nō metu pœnę:sed amore pietatis:patris ꝓcepta custodias:sed si contēpseris:nō tā homini iā:q̄ cōtēptori mandat̃ pœna. Primo ergo benignitate ꝓuocaris vt filius:ego em̄ dixi dii estis:& filii excelsi oēs. Q2 si filius esse obediens nō vis:cōtēptor plecteris:vt seruus. Post hęc dicit. Et si quis dormierit cū nuru sua:morte moriātur ambo:impietatē fecerūt: rei sunt:& has leges vel hæc ꝓcepta absq; pœnis superius dederat. dixerat em̄. Turpitudinē nurus tuę nō reuelabis:quoniā vxor filii tui est:non reuelabis turpitudinē eius:& oīa quę subsequunt̃. Et hūc locum simili modo ibi absq; suppliciis:hic vero: cū diuersis suppliciorū generibus adscripsit.

Quo ī loco recordor sermonis illius:quē beatus apostolus Paulus ad hebræos scribēs:ait. Irritā quis faciēs legē Mosi:sine vlla miseratione duobus:aut tribus testibus moritur:quāto maioribus suppliciis dignus putabit̃:qui filiū dei cōculcauerit: & sanguinē testamēti pollutū duxerit:ī quo sanctificatus est: & spiritum gratiæ cōtumeliā fecerit? Sed ob quā causam mētionē fecerim scripturę huius ausculta:se- G
cundū legē adulter:& adultera morte moriebant̃:nec poterāt dicere pœnitētiam petimꝰ: et veniā depcamur. Nō erat lachrymis locus: nec emēdationi vlla concedebat̃ facultas. Sed omnimode puniri necesse erat:q īcurrisset in legē. Hoc autē seruabat̃: & in singulis q̄buscq; criminibus:quibus erat pœna mortis adscripta. Apud christianos vero:si adulterium fuerit admissum:nō est præceptū vt adulter:vel adultera corporali interitu puniant̃. Nec potestas data est episcopo ecclesię adulterū præsenti morte dānare:sicut tūc secundū legē fiebat a presbyteris populi? Quid igit̃?dicemus q̄ lex Mosi crudelis sit:q̄ iubet puniri adulterū:vel adulterā:& euāgelium Christi per indulgētiā resoluit auditores ī deterius. Nō ita est. Propterea em̄ sermonē Pauli ꝓtulimus in superioribus dicētis. Quāto magis deterioribus suppliciis dignus est q filiū dei cōculcauerit & cętera. Audi ergo q̄uo neq; tūc crudelis H
fuerit lex:neq; nūc dissolutū videat̃ euāgeliū propter venię largitatē:sed in vtroq; dei benignitas diuersa dispēsatione teneat̃:hoc q̄ secūdū legē verbi causa adulter vel adultera pſenti morte puniebātur:ꝓpter hoc ipm̄ q̄ peccati sui ptulit pœnā:& cōmissi scelerꝭ exoluit digna supplicia. Quid erit post hęc:q̄ aīabus eorū vltionis īmineat:si nihil aliud deliquerūt? si aliud peccatū nō est qđ cōdēnet eos:sed hoc solū cōmiserūt:& tūc tantū cū puniti sunt:& legis pro hoc suppliciū pertulerūt. Nō vindicabit dn̄s bis ī idipsum:receperūt em̄ peccatū suū:& cōsumpta est criminis pœna:& ideo inuenit̃ hoc genus ꝓcepti nō crudele sicut hęretici asserūt:accusantes legē dei: & negātes in ea humanitatis aliquid cōtineri. Sed plenū misericordia:idcirco q̄ per hoc purgaret̃ ex peccatis populus magis:q̄ cōdēnaret̃. Nūc vero nō infertur pœna corpori:nec purgatio peccati p corporale suppliciū constat:sed per pœnitētiā:quā vtrū quis digne gerat:ita vt mereri ꝑ ea veniā possit:videto. Multi sunt em̄ q nec ad hoc īclināt̃:nec pœnitētię refugiū q̄rūt sed cū ceciderīt surgere vltra nolūt:delectant̃ ī eo luto:quo hęserint volutari. Nos tn̄ nō obliuiscimur ꝓcepti illius:quo dicit̃. Qua mēsura

mensi fueritis: eadem remetietur vobis. Dicimus eñ & ad deum. Quoniam dedisti nobis panẽ lachrymarum: & potasti nos in lachrymis in mẽsura. Sunt ergo ista peccata: quæ ducunt ad mortẽ: vnde & consequẽs est: vt quoties cõmiserit quis tale peccatũ: toties moriatur. Multas eñ esse peccati mortes significat etiã apostolus Paulus cum dicit. Qui de tãtis mortib⁹ eripuit nos: & eripit ĩ quo speramus quia & adhuc eripiet. Quas ergo hic mortes plures cõmemorat: nisi peccatorum? Si enim hæc non diceret de mortibus peccatorũ videbatur Paulus secundũ sentẽtiam suã immortalis esse mãsurus ab hac cõmuni morte: q dicit: quia de tãtis mortibus eripuit nos: & eripit in quo speramus: quia & adhuc eripiet. Si eñ & eripuit: & eripiet: nunq̃ erit quãdo moriatur: quẽ dominus semper eripiet. Et ideo secundũ ea quę discussimus: vidẽdum est ne forte aliquãdo etiã grauius sit nobis: qui pro peccato cõmuni hac morte minime punimur: q̃ illis: quos legis sentẽtia corporaliter condemnabat: quia nobis vltio reponitur in futurum illos absoluebant cõmissi sui per soluta supplicia. Qꝫ & si aliquis est: qui forte pręuentus est in huiuscemodi peccatis: admonitus nũc verbo dei: ad auxilium confugiat pœnitentiæ: vt si semel admisit: secũdo nõ faciat: aut si & secũdo: aut etiã in tertio pręuẽtus est: vltra nõ addat. Est eñ apud iudicẽ iustum pœnę moderatio: nõ solũ pro qualitate: verũetiam pro quãtitate. Inter cætera ergo peccata: q̃ morte puniunt: refert diuina lex ꝙ & qui maledixerit patri: aut matri: morte moriatur. Nomen patris grãde mysterium est: & nomẽ matris arcana reuerẽtia est. Pater tibi secũdum spiritũ deus est: Mater Hierusalẽ cœlestis est. Propheticis hæc: & apostolicis testimoniis disce. Hic ipse Moses scribit in cãtico. Nonne hic ipe pater tu⁹ acquisiuit te: & possedit te? Apostolus vero dicit de Hierusalẽ cœlesti: quia libera est quæ est (inquit) mater omnium nostrum. Primo ergo tibi pater deus est: qui genuit spiritũ tuũ: qui & dicit. Filios genui: & exaltaui. Sed et Paulus apostolus dicit. Obtẽperemus patri spirituum: & viuemus. Secundo tibi pater est carnis pater: cuius ministerio in carne natus es: atq; ĩ hunc mundũ venisti: qui te portauit in lumbis: sicut dicitur de Leui. Quia in lumbis erat adhuc Abrahę quãdo occurrit ei Melchisedech regresso a cęde regum: & benedixit eum: & decimas accepit ab eo. Quia igitur tã sacratũ nomẽ est patris: & tam venerabile: id circo qui maledixerit patri: aut matri: morte morietur. Similia etiam de matre existimãda sunt: cuius labore: cuius cura: cui⁹ ministerio et natus: & nutritus es. Et ideo oportet te secundũ Apostolum parẽ gratiam referre parẽtibus. Si eñ dehonoraueris patrẽ carnalẽ: huius contumelia ad patrẽ spiritus redit: et si iniuriã feceris matri carnali: ad illã matrem Hierusalẽ cœlestẽ redundat iniuria. Sic & seruus si dño inreuerẽs fit: per hunc corporalem dñm in dñm maiestatis contumeliã iactat. Ille eñ huic carnali dño suum nomẽ imposuit: et ideo nullo genere aduersum patrẽ: aut matrẽ: ne verbo quidẽ habẽdum certamẽ est: aut mouẽda contradictio. Pater est: mater est: vt ipsis videtur: agãt: faciant: dicãt. Ipsi nouerint quantũcunq; detulerimus obsequii: nondum reddimus vicẽ gratię: qua geniti sumus: qua portati: qua hausimus lucem: qua nutriti sumus: fortassis & eruditi: & honestis artib⁹ instituti. Et ipsis fortasse authorib⁹ agnouimus deũ: & ad ecclesiam dei venimus: & sermonẽ diuinę legis audiuimus. Propter hęc ergo oĩa qcũq; maledixerit patri: aut matri: morte morieť. Qꝫ si hæc de corporalibus parẽtibus decernuntur: quid illi facient: qui deum patrem maledicis vocibus lacessunt? qui eum negant conditorẽ esse mundi: aut qui cœlestẽ Hierusalẽ quę est mater omniũ nostrũ indignis sensibus intelligẽtes dicta prophetica: ad cõditionẽ terrenæ alicuius vrbis adducunt? Bonum ergo est obseruare: ne quando aut carnalẽ patrẽ: aut cœlestẽ: minus digna honorificentia veneremur. Similiter & matrẽ: obseruare etiã omne mandatum: qđ nobis pudicitiam castitatemq; cõmendat: vt neq; in pręsenti vita secundum legẽ obnoxii simus morti: neq; secundum spiritalẽ futura nos pœna maneat ignis ęterni: ex quo effugere & euadere oĩbus nobis cõcedat dñs noster Iesus Christus: cui est gloria & imperiũ in sæcula sęculorum. Amen. C

De magno sacerdote. Homilia. XII.
Cap. XXI.

OMnis qui inter homines sacerdos est: si attendat ad illum sacerdotem de quo dixit deus. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech: paru⁹ est & exiguus. Ille est autem magnus sacerdos: qui potest penetrare cœlos et vniuersam supergredi creaturam: & ascendere ad eum: qui lucem habitat inaccessibilẽ deum: & patrem vniuersitatis. Propter qđ et ille: qui apud Iudęos magnus dicebatur sacer D

dos:introibat quidē in sancta:sed manu facta: sed lapidibus extructa:nō ascēdebat in cœlū: nec adstare poterat apud patrē luminum. Sed quia horū vmbram implebat:& imaginē:idcirco etiā magni sacerdotis nomē per vmbrā gerebat:& imaginē. Vnde & Iudęi per hoc qđ ad fidē proximi esse debuissent:quia apud ipsos adumbratio quædā & imago præluxerat veritatis:dum typos veritatē putāt:veritatē ipsam tanq̄ mēdacium respuerunt. Nos autē qui recipimus magnum sacerdotē:intelligere debemus quomodo vere ipē sit magnus sacerdos. Vere magnus sacerdos est qui peccata dimittit:non per sanguinē taurorum:& hircorū:sed per sanguinē suum. Quia ergo cognouimus qui sit magnus sacerdos:& cōfitemur ea quę in lege scripta sunt:de magno sacerdote scripta esse:id est de saluatore:quē vere magnum sacerdotē esse superior tractatus ostendit. Videamus nunc q̄ sint:quæ de eo lex prophetico spiritu scribit. Et sacerdos(īquit)magnus ex fratribus suis:cui īfusum est super caput eius oleum chrismatis:& perfectas habet manus suas:vt induat sancta vestimēta:de capite cidarim non deponet:vestimēta sua non disrumpet:& ad omnē animam mortuam nō intrabit. In patre suo:vel matre sua non contaminabitur:& de sanctis non exibit:& non coinquinabit nomen:quod est sanctificatum dei sui super se:quia sanctū oleum chrismatis dei sui in ipso est:ego dominus:hic vxorem virginem de genere suo accipiet. Viduam autē et eiectam:& pollutam:& meretricem:has non accipiet:sed virginem ex genere suo accipiet vxorem:& non maculabit semen suum in populo suo:ego dominus qui sanctifico eū. Fuerit quidem etiam apud Iudæos imago huius obseruantiæ:& custodita sint:quæ lex statuit a pontificibus Iudæorum. Sed & si diligenter cuncta seruata sint:& si omnia quæ lex præcepit:impleta sint:nec sic quidem omnis hæc obseruatio magnum potuit facere sacerdotem: quomodo etem̄ magnus dici potest sacerdos: qui peccare potest? Q autem sub peccato fuerint:omnes etiam magni sacerdotes:& ex hoc ipso facile aduertim⁹:ꝙ lex pręcipit:vt prius pro suis:post etiā pro populi peccatis offerat hostiam sacerdos. Quomodo ergo magn⁹ est sub peccato positus? Meus autē sacerdos magnus Iesus:idcirco magn⁹ est:quia peccatum non fecit:nec inuētus est dolus in ore eius. Et quia venit ad eum princeps huius mundi:et non inuenit in eo quicq̄. Ideo ergo & Gabriel archāgelus natiuitatem eius annuntiat:& dicit. Hic erit magnus:& filius altissimi vocabitur. Peccatum hominem paruum facit:& exiguum. Virtus eminentem pręstat:& magnū. Sicut em̄ ęgritudo corporis exile:& exiguum facit corpus hominis:sanitas vero lætum reddit & validum:ita intellige:quia & animam ægritudo quidē peccati humilem facit:& paruam. Sanitas vero interioris hominis:& virtutis opera:magnam faciunt eam:& eminentē:& quantum in virtutibus crescit:tāto prolixiorē reddit magnitudinē sui. Sic ego intelligo illud qđ de Iesu scriptum est:quia proficiebat sapientia:& ætate:& gratia apud deū: et homines. Nā quis est hominū qui non proficiat ætate in pueritia:vt hoc velut egregiū quiddam de Iesu scriberetur? Ad te hęc dico: qui corporaliter audis:ꝙ Iesus ætate proficeret. Intellige ergo quia ætate animę proficiebat:& magna fiebat anima eius ꝓpter magna et ingentia opera quæ faciebat. Deniq; sciens et Apostolus hanc ætatem dei de interiori homine sentiendam:ita scribit. Donec omnes occurramus in virum perfectum:in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Nā secundū corpus crescere:& magnum fieri:nō est in nobis. Corpus em̄ ex genitali origine quātitatis materiam sumit:vt vel magnū vel exiguum fiat. Anima vero in nobis habet causas:& arbitrii libertatem:vt vel magna vel parua sit. Si ergo pusilla:& parua sit anima:etiam scādalizari potest. Sic enī scriptū est in euangelio. Quia expedit pręcipitari in profundū maris:q̄ scādalizare vnum de pusillis istis: Qui magn⁹ est non scandalizatur:sed qui pusillus est. Qui magnus est quodcunq; viderit:quodcūq; passus fuerit:non declinat a fide. Qui autem pusillus est animo:& paruus:occasiones quærit quomodo scandalizetur:quomodo in fide videatur offendi. Propterea deniq; oportet nos maxime his consulere:qui parui sunt in fide: nec tātam curam circa magnos & fortes:quā tam erga paruulos:& īsipientes debemus impendere. Fortis enim omnia tolerat:omnia suffert:& nunq̄ cadit. Paruuli vero:& infirmi in fide obseruandum est:ne occasione nostri offendantur:& recedant a fide:ac decidant a salute. Aut ostende mihi de scripturis:vbi aliquis peccator:aut parui meriti:magnus appellatus sit. Nusq̄(opinor)inuenies audi vero qui sunt:qui magni appellantur. De Isaac dicitur:quia proficiebat valde:vsquequo factus est magnus valde. Moses magnus dictus est:& Ioannes baptista magnus dictus est:nunc autem Iesus magnus dictus est:& post hunc iam nullus appellatus est magnus. Prius enim q̄ adesset:qui vere ma-

gnus est: ad comparationem reliquorum hominum magni appellati sunt sancti: quorum superius fecim⁹ mentionē. Vbi vero aduenit ipse: qui non ex cōparatione cæterorū: sed sui magnitudine vere magnus erat: de quo etiā scriptum est. Quia exultauit vt gygas ad currēdam viā: vltra iam nullus magnus appellatus est. Hic est ergo: de quo scribitur. Magn⁹ sacerdos ex fratribus suis. Quibus fratribus? De quib⁹ dixit cum resurrexisset a mortuis. Vade ad fratres meos: & dic eis. Ascendo ad patrē meū: & ad patrē vestrū: & ad deū meū:
A & deū vestrū. Si aūt vis ex antiqs literis discere fratres Iesu: lege vicesimū primū psalmū: vbi ex psona Christi dicitur. Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesiæ laudabo te. Ex fratribus ergo suis magnus est Iesus ex his: qui prius magni fuerant appellati. Et sicut pastorū pastor est: & pontificū pontifex: & dominātiū dominus: & regū rex: ita & magnorum magnus est: & ideo addit magn⁹ ex fratribus suis. Post hæc vero: cui (inquit) in-
B fusum est oleum chrismatis super caput eius. Istud oleū noli requirere in terris: quod super caput infundit magni sacerdotis: vt fiat Christus. Sed si videtur: disce a propheta Dauid istud oleum quale sit. Dilexisti (inquit) iustitiam: & odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Istud est ergo oleū lætitiæ: qđ capiti eius infusum: fecit eū Christum. Sed addit adhuc ad laudes eius. Qui consummatas (inquit) habet manus. Cui nam (quæso) hominū hoc cōuenit dici? In quo mortalium perfectas inuenire possum⁹ manus? Etiam si Aaron iste sit cuius mentio fieri videtur. Quomodo consummatas putabitur habuisse manus: quibus vitulum fabricauit: quibus idolum sculpsit? etiā si ipsum Mosen proferas: quomodo consummatas habuisse videtur manus: qui nō glorificauit dominū ad aquā cōtradictionis. Pro quo delicto etiam vita iubetur excedere? Qđ si & alium quēq̄ sanctorū memorare velis: occurrit tibi sermo scripturę: q dicit. Quia non est homo super terram: qui faciat bonū: & nō peccet. Merito ergo solus Iesus consummatas habet manus: qui solus peccatū non fecit: hoc est: qui perfecta: & integra opera manuum habet. Et ideo de ipso recte dicitur: Qui cōsummatas habet manus: vt induatur sancta. Hic enim est: qui vere indut⁹ est sancta: nō illa: quę in typo erant: sed ipsa: quæ vere sancta sunt. Quod si vis audire de excelsioribus indumentis ei⁹: accipe verba pphetica. Amict⁹ (inqt) lumine: sicut vestimēto: abyssus sicut pallium amictum vestimentū eius. Hic est mei magni pōtificis habitus: quo modo indicatur pfunda sciētia: & sapientiæ luce vestitus: quæ vere sancta sunt indumēta. Non (inqt) auferet de D
capite suo cidarim. Iam & prius dixim⁹ cidarim genus esse operimēti: quod capiti suppositum pōtifici prestat ornatū. Hic ergo magn⁹ pontifex meus nunq̄ deponit sacri capitis ornatū. Quid sit autē caput Christi: ab Apostolo disce qui dicit. Caput autem Christi deus. Merito igit̄ istū capitis sui: qui deus est: nunq̄ deponit ornatum: quia semper est pater in filio: sicut filius semper in patre: & vestimenta sua non disrūpet. Vere hic est: qui vestimenta sua non disrumpit: sed semper ea mūda: semp integra: semper casta seruauit. Et ad omnem animā defunctam non intrabit. Quæ est anima defuncta? quam mortuam propheta dicit. Anima quæ peccat: ipsa morietur: super hanc ergo animam mortuam Christus non superuenit: quia sapientia est: & sapiētia non intrat ad animā maleuolam. Ipsa est enim mortua: quia cui inest malicia: inest & peccatū. Peccatum autē cum cōsummatū (inquit) fuerit generat mortē. Et propter hoc Iesus non intrat ad animā mortuam. Si autē viuat anima: hoc est si nō habeat in se mortale peccatum: tunc Christus: qui est vita venit ad animā viuētē. Quia sicut lux non potest esse cum tenebris nec cum iniquitate iustitia: ita nec vita potest esse cum morte. Et ideo siquis sibi conscius est E
ꝙ habeat intra se peccatum: neq; id a se p pœnitentiam plenissimæ satisfactiōis abiicere nō speret: quod intret Christus ad animam eius: qui ad omnem animā defunctam non intrat: quia magnus sacerdos est. In patre suo: & matre sua: non contaminabitur. Hic scripturæ locus difficillimus est ad explanandū: sed si orationibus vestris deum patrem verbi deprecemini: vt nos illuminare digneť: ipso donante poterit explanari. Omnis qui ingreditur hūc mundū: in quadam contaminatione effici dicitur. Propter quod & scriptura dicit. Nemo mundus a sorde: nec si vnius diei fuerit vita eius. Hoc ipso ergo ꝙ in vulua matris est positus: & ꝙ materiam corporis ab origine paterni seminis sumit in patre & in matre contaminatus dici potest. Aut nescis: quia cum quadraginta dierū factus fuerit puer masculus: offertur ad altare: vt ibi purificetur tanq̄ qui pollutus fuerit in ipsa cōceptione: vel paterni seminis: vel vteri materni? Omnis ergo homo in patre: & in matre pollutus est: solus vero Iesus dominus meus in hac generatione mundus ingressus est: in matre non est pol

lutus. Ingressus est enim corpus incõtaminatum. Ipse enim erat: qui & dudũ per Salomonem dixerat. Magis autem cum essem bonus: veni ad corpus incoinquinatum. Nõ est ergo contaminat⁹ in matre: sed ne in patre quidẽ. Nihil enim Ioseph in generatione eius pręter ministerium pręstitit: & affectũ. Vnde & pro fideli ministerio: patris ei vocabulum scriptura concessit. Sic enim Maria ipsa dicit in euanlio. Ecce ego: & pater tuus dolentes quærebamus te. Sic ergo solus est hic sacerdos magn⁹: qui neq; in patre pollutus sit: neq; in matre.

F Videamus autem si adhuc possumus aliquid sublimius: & pro dignitate tanti põtificis inuenire. Pater omnium verus: dicitur de⁹: Matrem autem/Apostolus Hierusalem dicit esse cœlestem. Omnes ergo: qui peccant: contaminantur in patre a quo creati sunt. Siue enim egimus aliquid impium siue locuti sumus: siue cogitauimus contra deum: cum non credidimus deo: contaminati sumus in patre. Sed atq; vtinam tunc solum per incredulitatẽ factum sit: cessatum sit vero postq̃ credidimus. Sic ergo etiã contaminamur in matre: si credentes deo: vel ecclesiam lædimus: vel libertatem matris cœlestis indigna peccati seruitute fœdamus. Solus vero dominus noster Iesus Christus: qui peccatum nescit neq; in patre: neq; in matre contaminatus est: & de sanctis: non exiuit.

G Fuerant quidem nonnulla & in superioribus proponenda iudæis: ad quæ respõdere non possent. Sed omissis illis: de hoc interim sermone quid nobis dicant: vel ipsi: vel qui secũdum ipsorum sensum intelligi legem volunt: si hæc ad pontificem nostrum: & Saluatorem non referantur: quomodo secũdum literam probabitur: quod de sanctis nõ exeat magnus sacerdos: qui vtiq; & vxorem accipiebat: sicut inferius dicitur Virginem de genere suo? Si de sanctis non exit: si nusq̃ procedit: quomodo aut ad quos vsus accipere iubetur vxorem? Neq; enim putandum est ꝙ cum vxore intra sancta manere potuerit. Sed hæc putent illi: q̃bus placent iudaicæ fabulæ. Nos autem habemus sacerdotem magnum secundum ordinem Melchisedech Christũ Iesum: nunq̃ de sanctis exeuntem: semper enim in sanctis est: & manet semper sanctus in verbis suis: sanctus in actibus suis: sanctus in omnibus volũtatibus suis: & solus est: qui nunq̃ inueniatur extra sancta. Qui enim peccat: exit de sanctis: & quotiescunq; quis peccat: toties efficitur extra sancta. Christus autẽ qui nũq̃ peccauit: nunq̃ exiit de sanctis: sed & tu qui sequeris Christum: & imitator eius es: si permaneas in verbo dei: si in lege eius mediteris die ac nocte: si in mãdatis eius exercearis: semper in sanctis es: nec vnq̃ inde discedis. Neq; enim

H in loco sancta quęrenda sunt: sed in actibus: & vita: ac moribus. Quæ si secũdum deum sint: & secundum præceptum dei habeantur: etiã si in domo sis: etiam si in foro. Et quid dico in foro? etiam si in theatro inueniaris verbo Dei deseruiens: in sanctis te esse non dubites. Aut non tibi videtur Paulus cũ ingressus est theatrum: vel cũ ingressus est Ariopagum: & prædicauit Atheniensibus Christũ in sanctis fuisse? Sed & cũ perambulasset aras & idola Atheniensium: vbi inuenit scriptum ignoto deo: & ex hoc verbo sumpsit Christi prædicationis exordium: etiam ibi aras gentilium lustrans in sanctis positus erat: quia sancta cogitabat. Sed & quicũq; custodit se post acceptam gratiam dei ne incidat in homicidium: in adulterium: in furtum: in falsum testimoniũ: & alia similia: sed permanet mundus ab omni contagione peccati: non exiuit iste de sanctis: & non contaminauit sanctificationem Dei sui in semetipso: quia sanctum oleum chrismatis Dei

I sui super ipsum est. Illud oleum: de quo in Exodo scriptum est. Quomodo potest secundum literam ꝓprie oleũ dei dici: qđ arte myrepsica confectũ est a pigmẽtario? Sed si vis videre oleum dei: audi quem propheta dicat vnctum esse oleo Dei: illũ sine dubio: de quo dicit. Propterea vnxit te deus de⁹ tuus oleo lætitię pręparticipibus tuis. Hic ergo est magnus sacerdos: qui solus oleo dei vnctus est & in quo semper sanctũ ꝑmansit diuini charismatis oleũ. Sed quid additur post hæc? Hic vxorem virginem de genere suo accipiet: viduam autẽ: & eiectam: & meretricem nõ accipiet: sed virginẽ de genere suo: & non contaminabit semẽ suum in populo suo: ego dominus: qui sanctifico eum. Quia ergo totius expositionis ordo ad verum sacerdotem/magnum reuocat⁹ est

K Christum. Videamus nũc quid & de nuptiis eius intelligi debeat: Paulus Apostolus dicit. Volo autem vos omnes vni viro virginem castam exhibere Christo. Timeo autem ne sicut serpens seduxit Euam astutia sua: ita corrumpantur sensus vestri a simplicitate: q̃ in Christo est. Vult ergo Paulus omnes Corinthios virginẽ castam exhibere Christo: quod vtiq; nunq̃ vellet: nisi id possibile videret. Vnde & mirum fortasse videatur: quomodo hi: qui diuersis peccatis corrupti ad fidem Christi venerũt: oẽs simul virgo casta dicãtur. Quę virgo tam sancta: tã casta sit: vt mereat etiã Christi nuptiis copulari? Verũ qm̃ hæc ad carnis

Integritatem referre non possumus: certũ est ꝙ ad integritatem animæ spectent: cuius secũdum ipsius Pauli sentẽtiam: simplicitas fidei: quæ in Christo est: virginitas eius appellata est: & per hoc quoniam cessantibus: vel philosophorum sophismatibus: vel superstitionib⁹ iudaicis in fide simplici Christus sibi adsumpsit ecclesiam: virginem de genere suo accepit vxorem. Huius nanq͂ fidem non corrumpet philosophicus sensus: nec circũcisionis ambitio: sed in simplicitate confessionis tanq͂ in virginali integritate permãsit. Sic enim & dudum promiserat per prophetã dicens. Despõsabo te mihi in fide. Omnis ergo secundũ apostolum: qui in Christo est: noua creatura est. Et sicut idem Apostolus dicit. Vt exhibeat ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam: aut rugam: aut aliquid eiusmodi: sed vt si sancta: & imaculata. Quomodo ergo eã: quę rugosa est: facit esse sine ruga: nisi quia renouat eam: secũdum quod scriptum est. Nam & si is: qui deforis est: homo noster corrumpitur: sed qui intus est: renouatur de die ĩ diem. Viduam sane: & meretricẽ: & eiectã non accipiet Christus: nec intrat talis anima thalamũ sponsi. Qui enim ingressus fuerit illuc nõ habens indumẽta nuptialia: perferet illud: quod
B scriptum esse nostis in euangelio. Virginem ergo accipiet: viduam non accipiet: neq͂ meretricem: neq͂ eiectam: aut contaminatã. Meretricem quidem: & abiectam animam: & pollutam: cur nõ suscipiat Christus in coniugiũ non est laboris exponere. Vidua vero cur non in vxorem recipiatur: diligẽtius intuendum est. Paulus Apostolus ad Romanos scribens: Virum animæ legem dicit: eamq͂ cum mortuus fuerit vir: solutam esse pronũtiat a lege viri: vt iã non sit adultera si nupserit Christo. Quod si eueniat: vt lex quidẽ animæ ipsi moriatur: id est vt anima discedat a lege: nec tamẽ cõstringat se castioris cõnubii disciplinis: & a lege discedẽs: euãgelici dogmatis nõ suscipiat iugum: hęc nubere Christo non poterit: quæ libertatis lasciuiam quæsierit: non fidei virginalis: & simplicis cultũ. Hic ergo sacerdos magnus vxorem virginem accipiet de genere suo. Potest & propter hoc dictum videri de genere suo: quod anima Christi ex genere & ex substãtia fuerit humanarũ omnium animarum. Potest & secundum hoc: ꝙ fratres vocat credentes in se: de genere suo dici anima:
C quæ in fide tanq͂ nuptiis sociatur. Illud tamẽ nolo vos lateat: ꝙ Hebręi negant se scriptum habere: quod nos apud. lxx. interpretes inuenimus de genere suo: & recte illi non habent scriptum. Ablata est enim ab illis propinquitas dei: ablata est adoptio filiorum: & translata est ad ecclesiam Christi. Illi ergo non habẽt scriptũ: quia de genere Christi sint: sicut nec esse meruerũt. Nos autem: qui hoc scriptum habemus: & legimus: gaudemus quidem de dignatione dei: sed caute / & sollicite curemus ne nos vita nostra: & actus: ac mores faciant aliquãdo degeneres: ne & hoc ipsum nobis ad condẽnationem ducatur: ꝙ cum genus simus Christi: indignis: & fœdis: ac diabolicis actibus seruiamus. Qui habet ergo sponsam: spõsus est. Audis quomodo sponsus dicitur Christus: sponsa vero eius anima dicitur quæ fidei simplicitate: & actuum puritate incorrupta probatur & virgo? Dicit enim domin⁹ & per Hieremiam prophetam. Nonne sicut dominum me: & patrem vocasti: & principem virginitatis tuæ? Viduam autẽ: & eiectã: & contaminatam: nõ accipiet. Siquis nostrũ pecca- D
uerit: abiectus est: etiam si non abiiciatur ab episcopo: siue ꝙ lateat: siue ꝙ interdũ ad gratiam iudicetur: eiectus est tamẽ in ipsa cõsciẽtia peccati. Nec prodest hominis gratia: cum Christus huiusmodi animam tanq͂ abiectam non recipiat in coniugium. Igitur neq͂ viduã (sicut supra diximus) accipiet: neq͂ eiectam neq͂ pollutam. Polluta dicitur: quæ etiam si non ex integro compleuit peccatum: tamen hoc ipso ꝙ cogitauit: ꝙ voluit: ꝙ optauit: etiã si non admisit: polluta est: & a magno pontifice nõ eligitur. Valde enim puram: valde mũdam: & synceram requirit animam: quam sibi iungat: quia qui se iunxerit domino: vnus spiritus est. Vnde etiam hoc ostẽditur: ꝙ sint differẽtiæ peccatorũ: & qui peccauerit peccatum ad mortem: abiectus sit. Qui autem non peccat ad mortem: sed inferius aliquid: pollutus sit: spõsa autem Christi: neq͂ abiecta: neq͂ polluta potest esse: sed virgo: incontaminata: incorrupta: & mũda. Memẽto enim sermonis apostolici: quem paulo ante proposuimus: dicentis: Vt exhibeat ipse sibi gloriosam ecclesiam: non habentem maculã: neq͂ rugam: aut aliquid eiusmodi: sed vt sit sancta: & immaculata. Sed & meretricem non accipiet. Quę est E
anima meretrix? quæ ad se recipit amatores: de quibus dicit propheta: Meretricata es post amatores tuos. Qui sint isti amatores: qui intrant ad animã meretricem: nisi contrarię potestates: & dęmones: qui desyderium capiunt pulchritudinis eius? Pulchra nãq͂ a deo creata est aĩa: & satis decora. Audi quomodo ipse deus dicit: Faciamus hoĩem ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã. Vide cuius decoris: cuius

pulchritudinis est/anima quæ imaginē habet & similitudinē dei. Hāc pulchritudinē cōtrariæ potestates cū aspiciūt:id est diabol⁹: & angeli eius:cōcupiscūt speciē ipsius: & quia non possunt spōsi eius fieri:meretricari cupiūt cū ea. Si ergo susceperis o homo in cubili animæ tuæ adulterū diabolū: meretricata est anima tua cū diabolo. Si receperis angelos eius:si spirit⁹ diuersos:qui peccare te suadeāt: meretricata est cū eis anima tua. Si spiritus iræ:si inuidię:si superbiæ:si impudicitię:ingressus fuerit ad animā tuam: & receperis eum: & cōsenseris ei loquenti in corde tuo: delectatus fueris his: quæ tibi secūdum suam mētem suggerit/meretricatus es cū eo. Meretricē ergo nō accipiet sacerdos magnus: & non contaminabit semen suum in populo suo. Quod est istud semen: qđ contaminari non vult? In euangeliis scriptū est. Qui seminat: verbū seminat. Non vult ergo cōtaminari verbū Dei ab his: qui seminānt. Qui sunt ergo/qui seminant? qui verbum dei in ecclesia proferunt. Audiant ergo doctores: Ne forte animę cōtaminatę: animæ meretricāti: animæ infideli verba dei credant: ne forte mittant sanctum canib⁹ & margaritas ante porcos: sed animas mundas: virgines in simplicitate fidei: quæ in Christo est: eligant. Ipsis cōmittant secreta mysteria. Ipsis verbum dei: & arcana fidei proloquantur: vt in ipsis Christus formetur per fidē. An nescitis: quia ex isto semine verbi Dei: quod seminatur: Christ⁹ nascitur in corde auditorum? Hoc enim & Apostol⁹ dicit: Donec formetur Christus in vobis: Cōcipit ergo anima ex hoc verbi semine: & conceptū format in se verbū: donec pariat spiritum timoris Dei. Sic enim per prophetā dicunt animæ sanctorū. A timore tuo domine concepimus in vtero: & parturiuimus: & peperimus spiritū salutis tuę: quē fecimus super terram. Iste est sanctarū animarū partus: iste cōceptus: ista sunt sancta cōiugia: quæ cōueniūt: & apta sunt magno pontifici Christo Iesu domino nostro: cui gloria: & imperium in sæcula sęculorum. Amen.

F

De diebus festis: & lucerna: & cādelabro: & oleo ad lumen: & de mensa: & panibus propositionis. Homilia Tertiadecima. Ca. XXIIII.

G

Qui perfectus est ab ipso deo docetur de solēnitatū rationa: & homine ad hæc discenda magistro nō vtitur: sed a deo discit: siquis potest capere dei vocē. Qui autē nō est talis: sed inferior: discit ab eo: qui didicerit a deo. Hęc ergo est de solēnitatibus duplex quædā ratio doctrinæ. Vna: qua illuminata p spiritū prophetica mēs docet: quæ (vt ita dicā) magis intuitu mentis discitur: q̄ sono vocis: per quā veritas ipsa: nō vmbra: & imago veritatis agnoscit. Hi vero: qui ipsam dei claritatem capere nō possunt: nec totū fulgorē veritatis intēta mētis acie cōspicari: audiūt de solēnitatibus secūdo loco ab his: qui primo didicerūt: & cū illis veritatē rerū ipsa inspectiōis proprietas dederit: ad istos veritatis vmbrā profert solus auditus. Huius mysterii Apostolus conscius: dicebat de iudęis: quia vmbrę & exemplari deseruiūt cœlestiū. Ipsa enim cœlestia Moses vidisse describitur. Typos autē: & imagines eorū quæ viderat: populo tradidisse. Sic enim ad eū diuinū dicit eloquiū. Vide (inquit) oīa facito secūdū formā: quæ ostensa est tibi in monte. Tale ergo est: quod & in hoc loco recitatū est: quia dominus locutus fuerit de solēnitatibus ad Mosen. & post hæc. Et locutus est Moses (inquit) de diebus solēnibus domini dei filiis israel. Transacto vero de his sermone: videam⁹ quid post hæc edocet Moses. Primo de lucerna: & candelabro: & oleo: quod ei infunditur. Secundo loco: de mēsa: & panibus propositionis: ac numero eorū: & qui eis vti debeant. Intendamus ergo animū diligētius his: q̄ scripta sunt: & ad hæc dinoscenda concedi nobis gratiā domini deprecemur: vt in his: quæ legimus literis: quæ sit volūtas sancti spiritus: agnoscamus. Præcipe (inquit) filiis israel: vt deferant tibi oleū de oliuis: mūdum: expressum ad lumen: vt ardeat lucerna semper extra velum in tabernaculo testimonii: & accēdent illā Aaron: & filii eius a vespere vsq; in mane contra dominū indesinēter: legitimū ęternale in ꝓgenies vestras: in candelabro mundo accēdetis lucernas contra dominum vsq; mane. Cādelabrū mundū nominat: lucernas accēdere per pontificē iubet: & earū lumen ministrari ex oleo: quod datur a populo: pręcepit. Itaq; nisi dederit oleum populus. sine dubio extinguetur lucerna: & nō erit lumen in sanctis. Secūdum literā ergo hæc erat cōsequētia: vt cōferret populus oleū mūdum de oliuis expressum: vt ex eo ministraretur lumen lucernæ: & Aaron accēdebat lucernas a vespera vsq; mane. Fomentis olei: quod cōtulerat populus: lumini pabulum præbens. Verum quoniam lex spiritalis est: petamus a domino (si tamē cōuersi sumus ad dominū) auferri nobis velamen de lectione veteris testamēti: vt possimus aduertere quæ ratio sit can

H

I

delabri: vel lucernarũ eius: secundũ intelligẽtiã spiritalẽ. Ante aduẽtũ dñi mei Iesu Christi: sol non oriebatur populo Israel: sed lucernæ lumine vtebatur. Lucerna enim erat apud eos sermo legis: & sermo ꝓpheticus: intra angustos conclusa parietes: quæ non poterat in orbem terræ lumen effundere. Intra Iudæam nãq; concludebať scientia dei: sicut & ꝓpheta dicit. Notus in Iudęa deus. Vbi vero exortus est sol iustitiæ dominus: & saluator noster: & natus est vir: de quo scriptũ est: Ecce vir: Oriens nomẽ est ei: per vniuersum mũdum scientiæ dei lumen effusum est. Sermo ergo legis: & sermo ꝓpheticus erat lucerna ardẽs: sed ardebat intra ædem: nec vltra poterat emittere splendorẽ suum. Quod autẽ sermo legis: & ꝓphetarum lucerna dicatur: dominus ipse nos docuit dicẽs de Ioanne baptista. Ille erat lucerna ardens: & lucẽs: & vos voluistis ad horam exultare in lumine ei⁹. Et alibi dicit. Quia lex & prophetę vsq; ad Ioãnem. Lucerna itaq; ardens est Ioãnes: in quo lex cõcluditur: & prophetę. Donec ergo popul⁹ ille habebat oleum quod conferret ad lumen: lucerna non est extincta. Vbi vero defecit in eis oleum misericordię: oleum operum bonorum: nec inuenta est apud eos puritas. purum nanq; oleum quęrebatur ad lumen: & quia defecit in eis oleum misericordiæ: necessario extincta lucerna est. Sed quid dicemus? quia illis hæc euenerunt: a nobis vero aliena sunt ista? Immo maior cura est christiano olei cõquirẽdi. Vide enim quomodo dominus in euangeliis per parabolam stultas virgines nominat: quæ oleum nõ portabant in vasculis suis: & in tãtum stultas: vt quoniam defuit eis oleum ad succẽdendas lãpades suas: thalamis exclusæ sint nuptiarum: nec pulsantibus quæ olei curam neglexerant: vltra aperiri iusserit sponsus. Memini tamen dudum nos cum centesimi decimi octaui psalmi exponeremus illum versiculũ: in quo scriptũ est. Lucerna pedibus meis lex tua domine & lumẽ semitis meis. Diuersitatẽ lucernæ: & lucis: pro viribus ostẽdisse. Dicebam⁹ enim ꝙ lucernã quidẽ pedib⁹: id est inferiorib⁹ corporis partib⁹ deputarit: lucẽ vero semitis dederit: quę semitę in alio loco semitę ęternę nominãtur. Quia ergo secũdũ quãdam mysticã rationẽ inferiores partes creaturæ mundus hic intelligiť: ideo lucerna legis his: qui ĩ hoc mũdo tanꝗ totius creaturę pedes sunt accẽsa memoratur. Lux autẽ ęterna erit illis semitis per quas in futuro sæculo vnusquisq; pro meritis incedit. Sed de his in suo loco sufficienter pro nostris viribus dictum est. Nunc ergo quoniã vespera est: & nox vsq; ad consummationẽ sęculi: & vsq; quo nouus dies futuri sęculi: & nouæ lucis effulgeat: ardet vnicuiq; nostrum lucerna hæc: intantũ splendorem luminis præbens: quantũ olei copia vbertate operum fuerit ministrata. Deniq; & Iob in quodam loco: cum bona operum suorũ exponeret: addidit etiã hoc. Cũ splenderet (inquit) lucerna super caput meum. Splẽdet ergo vnicuiq; nostrum C
lucerna hęc inquantum oleo bonorũ operum fuerit accensa. Si autem male agamus: & opera nostra mala sint: non solum nõ accẽdimus: sed extinguimus nobis istam lucernam: & cõpletur in nobis illud: qđ scriptura dicit: quia qui male agit ĩ tenebris est: & qui odit fratrẽ suum: in tenebris ambulat. Extinxit enim lucernã charitatis: & ideo in tenebris ambulat. Aut nõ tibi videtur extinxisse lucernam: qui lumẽ charitatis extinxit? Qui autẽ diligit fratrem: in charitatis luce perdurat: & cũ fiducia potest dicere. Ego autem sicut oliua fructifera in domo dei: & filii eius sicut oliua nouella in circuitu mensæ eius. Oleum ergo offerri iubetur a populo: & oleum non qualecũq;: sed mundũ. & nõ ex quibuscũq; seminibus (vt fieri diuersis in regionibus mos est) sed de oliuis expressum: in quibus indicium pacis ostẽditur. Neq; eñ accepta possunt esse deo opera tua: nisi in pace peragãtur: sicut & Iacobus apostolus dicit: Fructus autem iustitiæ in pace seminatur. Iccirco credo etiã domin⁹ discipulis suis tradebat fidele depositum dicẽs: Pacem meam do vobis: pacem meã relinquo vobis. De hac ergo oliua oleum premamus operum nostrorũ: ex quo lucerna domino possit accendi: vt non in tenebris ambulemus. Hæc quidẽ a nobis dicta sint: quantum ad lucernã candelabri: & oleum eius spectat. Nũc vero vi D
deamus quid etiã in cõsequẽtibus de panibus ꝓpositionis scriptũ sit. Et sumetis (inquit) similaginem: & facietis de ea duodecim panes. De duabus decimis erit vnus panis: & imponetis eos duas positiones: sex panes vna positio super mẽsam mundã cõtra dominũ. Et imponetis super positionẽ thus mũdum: & salẽ: & erũt panes in cõmemoratione appositi domino: die sabbatorum proponẽtur contra dominũ semper a filiis israel: in testamentũ æternum. Et erunt Aaron: & filiorũ eius: & edent ea in loco sancto: sunt enim sancta sanctorum. Hoc erit illis de eis quę offerũtur domino legitimum æternum. Secũdum ea: quæ scripta sunt in duodecim panibus: duodecim tribuũ israel videť cõmemoratio ante dominũ fieri: & pręceptum dari: vt sine cessatione isti duo-

decim panes in cõspectu domini ꝑponantur: vt & memoria duodecim tribuum apud eum semper habeatur: quo veluti exoratio quædã & supplicatio per hæc pro singulis fieri videatur. Sed parua satis: & tenuis est huiuscemodi intercessio. Quãtũ enim proficit ad repropitiandum: vbi vniuscuiusq; tribus per panẽ fructus: per fructus opera cõsyderanda sunt?
E Sed si referantur hæc ad mysterii magnitudinem: inuenies cõmemorationẽ istã habere ingentis repropitiatiõis effectum. Si redeas ad illum panẽ: qui de cœlo descendit: & dat huic mundo vitam: illum panẽ propositionis: quẽ proposuit deus ꝓpitiationẽ per fidẽ in sanguine eius: & si respicias ad illam cõmemorationẽ: de qua dicit dominus. Hoc facite in meam cõmemorationẽ: inuenies quod ista est cõmemoratio sola: quę propitium facit hominibus deum. Si ergo intẽtius ecclesiastica mysteria recorderis: in his quæ lex scribit: futuræ veritatis inuenies imaginẽ præformatam. Sed de his nõ est plura disserere: qđ recordatione sola intelligi sufficit.
F Possumus vero & aliter dicere. Omnis sermo dei panis est: sed est differentia in panibus. Est enim aliquis sermo: qui ad cõmunẽ proferri possit auditum: & edocere plebẽ de operibus misericordiæ: aut totius beneficentiæ: & iste est panis: qui cõmunis videbitur. Est vero alius: qui secreta contineat: & de fide dei: & rerum sciẽtia disserat: iste panis mũdus est: & ex simila cõfectus. Iste in cõspectu domini ponẽdus est: & sup mẽsam mũdam proponẽdus. Iste solis sacerdotib⁹ sequestratus est: & filiis Aaron æterno munere cõdonatus. Verũ ne putes hæc nos propriis sensibus excogitata narrare: & nõ in diuinis obseruasse voluminibus. Proferã tibi de scripturis quomodo apđ diuersos viros: panis diuersitas pro merito vniuscuiusq; seruata est. Refertur in Genesi quod Abrahã patriarcha angelos suscepit hospitio: similiter autẽ & Loth. Sed Abraham: qui meritis præcellebat panes ex simila apposuisse describit: quos & εγκρυφιασ: id est occultos: ac reconditos nominauit. Loth vero eo: quod nõ habuit similam: ex farina panes hospitibus apposuit: non ꝙ ita pauper esset: & non habuerit similam: qui in diuitiis non inferior patruo scribit: sed vtriusq; meritorum differentia per hæc designãtur indicia: ꝙ is quidem: cui erant a domino mysteria reuelãda: & ad quẽ dicebatur: nõ celabo a puero meo Abrahã: quod factur⁹ sum: qui imbuendus erat: & edocendus de occultis: & secretis dei: ille panes ex simila scribitur habuisse. Ille vero: ad quem nihil sacramenti deferebatur: sed ratio præsentis salutis: & vitæ: panes cõmunes ex sola farina scribitur habuisse confectos. Et tu ergo si habes scientiam secretorum: si de fide dei: de mysterio Christi de sancti spiritus vnitate potes scienter cauteq; disserere: panes ex simila offers domino. Si vero cõmunibus vteris ad populum monitis: & moralem scis tantũmodo locũ tractare qui ad omnes pertinet: cõmunem te obtulisse noueris panẽ. Sed videamus iam quæ sit confectio in istis panibus ꝓpositionis: qui ante do- G minũ poni semp iubentur. De duab⁹ (inquit) decimis fit panis vn⁹. Duas quidem decimas dixit: sed cuius mensuræ sint istę decimæ non compræhendit: cum vtiq; consequens fuisset si de quantitate similę volebat agnosci ipsam: cuius duas decimas sumi iubebat nominare mensuram. Quæ ergo ista res est: cuius mensura: & modus nec cõpręhẽdi potuit: nec numerari? Decem numerus vbiq; perfectus inuenitur. Totius em̃ numeri ex ipso ratio: & origo cõfugit. Cõpetẽter igitur author: & origo omniũ deus: sub hoc numero videtur ostẽdi. Sed si in ecclesia de solo patre loquar: & ipsius solius laudes proferam: vnius decimæ panem feci. Aut si de Christo solo fecero sermonem: & ipsius enuntiauero passionem: & resurrectionem prędicauero: vnius decimę obtuli panem. Si vero dixero: quia pater cum filio semper est: & ipse facit opera sua: vel etiam si dixero: quia pater in filio est: & fili⁹ in patre & qui videt filium: videt & patrem: & quia pater & filius vnum sunt: ex duabus decimis similę mundæ obtuli vnum panem: panem verum: qui vitam dat huic mundo. Hæretici non faciunt de duabus decimis vnũ panem: negant enim creatorẽ deũ: patrem Christi esse. Neq; vetus & nouũ testamẽtum vnũ faciunt panẽ: nec vnũ spiritũ in vtroq; instrumẽto profitẽtur. Nos autẽ in lege: & euãgeliis vnum: atq; eũdẽ inesse sanctũ spiritũ dicim⁹: & isto quoq; modo ex duabus decimis: vnũ panem propositionis offerimus. Qui ergo separant Christũ a creatore deo patre suo hęretici & iudęi: qui solũ patrẽ recipiũt: & verbũ: & sapientiã eius Christum non recipiũt: non faciũt ex duabus decimis vnũ panem. Nos autẽ mensuræ quidem ipsius: id est substãtiæ nomẽ: vel rationẽ H cõpręhẽdere: aut inuenire non possumus: cõfitentes tamẽ patrem: & filium: vnũ facimus panem ex duabus decimis: non vt panis vnus ex vna decima fiat: & alius ex alia: vt sint ipsæ duæ decimæ separatæ: sed sint duæ istæ decimæ vna massa: & vnus panis. Quomodo duæ decimæ vna massa fit? quia non separo

filium a patre:nec patrē a filio. Qui enim vidit me(inquit)vidit & patrē. Fiunt ergo panes singuli ex duabus decimis:& ꝓponuntur duabus positionibus: id est duob⁹ ordinibus. Si enim vna positio fieret:cōfusus:& pmixtus esset sermo de patre/ac filio. Nunc autē vnus quidē est panis:vna enim voluntas est: & vna substātia.Sed duæ sunt positiones: id est duæ personarū proprietates.Illum enim patrē:qui non sit filius:& hūc filium dicimus:qui nō sit pater. Et hoc modo duas decimas in vno pane seruamus: & duas positiones ante dominū profitemur. Sed re vera magni(vt ita dicā) cuiusdā pistoris:& valde artificiosi est: diligēter istas seruare mēsuras:& ita tēperare de patre/& filio sermonē & cōiūgere: vbi oportet: et rursum vbi competit separare: vt neq; duę mensurę aliquando desint: neq; vnq̄ nisi vnus panis appareat.Duodecim ergo panes ex ista simila fieri mandantur secundū numerū tribuū:quę tunc erāt carnalis Israel.In quo mihi videtur forma totius creaturæ rationabilis contineri.Duodecim nāq; putātur esse generales ordines rationabilis creaturæ: quorum figura erat in illis duodecim tribub⁹: in quibus erat vnus quidam ordo regalis:qui Iudas nominat̄. Alius erat ordo sacerdotalis: & Leui appellat̄. Erat & alius ordo Iudæ vicinus: qui Beniamin dicitur : in quo ordine & templum dei:& altare collocatum est. Alius ordo Isachar:& Zabulon:& Effren:aliiq;:quos nominatim designat scriptura diuina:quorū rationem non est nunc tēporis explicare.Est tamē vniuscuiusq; tribus: vel ordinis panis ante dominū.Et licet sit aliqua tribus: quæ non ex libera:sed ex concubina israel descendat:& ex parte libera:ex parte seruilis sit:tamen pro oībus ex duabus decimis panis proponit̄ ante dominū:& in vniuersis duæ decimæ similaginis cōstāt.Proponi autē iubētur supra mēsam mundā. Quis est autē nostrū: qui ita habeat mensam mundā:vt panes super eam domino offerātur? Si sederis(inquit Salomon) cœnare ad mēsam potētis : intelligibiliter intellige quę apponūtur tibi.Quæ est ergo mēsa potētis: nisi mēsa illius: qui dicebat:omnia possum in eo:qui me confortat Christo?Et cū infirmor: tunc potens sum?In istius potentis mensa munda:hoc est in istius corde: in istius mente: dño panis offertur. Ad hui⁹ potentis apostoli mēsam si sedeas cœnaturus: intelligibiliter intellige quę apponunt̄ tibi: hoc est spiritaliter aduerte quæ dicunt̄ ab eo:vt & tu facere possis:qđ additur. Ait enim:sciēs quia talia te oportet præparare. Sed videamus quomodo hi duodecim panes proponantur. Duæ (ingt) positiones : in vna positione sex panes. Putas ne ociosa sit ista diuisio? Quid est quod duodecimus numerus iterū partitur in sex? Habet eīn propinquitatē quandā cū hoc mūdo Senarius numerus. In sex enim diebus factus est iste visibilis mundus.Duo igitur ordines habentur in hoc mūdo : id est duo populi qui fidem patris : ac filii in vna ecclesia tāq̄ in vna mensa munda custodiunt.Et superponetur(inquit)super positionē : thus mundum. D Thuris species formā tenet orationum.Oportet ergo panibus fidei:orationum vigilātiam puritatēq; cōiungere. Pura autem oratio est (sicut Apostolus dicit)Leuātes puras manus sine ira : & disceptatione. Similiter & odoris suauitas implere facit illud : qđ scriptum est. Dirigatur oratio mea:sicut incēsum in cōspectu tuo. Siquis ergo oratiōes quidem offerat deo:non tamen habeat mūdam conscientiam ab operibus malis : hic thus quidē videtur panibus superponere: sed nō ponit thus mūdū. Nam si omne thus mūdū esset:nō vtiq; addidisset scriptura.Thus mūdū super panes propositionis ponēdum ante dominū. Nec enim putes quod omnipotens deus hoc mandabat: & hoc lege sanciebat:vt thus ei ex Arabia deferretur.Sed hoc est thus:quod deus ab hominibus sibi quęrit offerri:ex quo capit odorem suauitatis:orationes ex corde puro:& cōsciētia bona:in quibus vere deus suscipit fragrantiam suauitatis.Et erunt(inquit)panes in cō E memorationē propositi ante dominū : In die sabbatorū proponetis ea.Si nondū tibi manifestum erat:quia panes isti verbum dei est: ex his nūc sermonib⁹ cōfirmare. Quid est enim qđ nobis cōmemorationem dei faciat? Quid est quod nos ad memoriam iustitiæ: & totius boni reuocet:nisi verbum dei?Ideo ergo dicit: quia erunt in cōmemorationem propositi ante dominū. Addit & in die sabbatorum: idest in requie animarum.Et quæ maior fideli animę requies:q̄ memoria dei?q̄ in conspectu dei versari?q̄ in fide patris: ac filii permanere? q̄ orationes domino tanq̄ odorem suauitatis offerre? Testamentum (inquit) æternum erit Aaron:& filiis eius:& manducabunt ea in loco sancto: Aaron:& filii eius.Genus est electū: genus sacerdotale:quibus hæc portio sanctorum donatur a deo. Quod sumus omnes qui credimus in Christo. Locum autem sanctum ego in terris non requiro positū:sed in corde. Locus enim dicitur sanctus : rationabilis anima: propter quod & Apostolus dicit: Nolite F locum dare diabolo. Anima ergo mea locus

est si male ago: diaboli. Si bene: dei. Denique & spiritus malignus cum (inquit) exierit ab homine: & circuierit loca arida: & requiem non inuenerit: tūc dicit. Reuertar ad locū meum vnde exiui. Locus ergo sanctus: anima est pura. In quo loco edere nobis mādatur cibū verbi dei. Neque enim cōuenit vt sancta verba anima nō sancta suscipiat: sed cum purificauerit se ab omni inquinamento carnis: & morum: tunc locus sanctus effecta capiat panem illū: qui de cœlo descendit. Nonne melius sic intelligitur locus sanctus: q̄ si putemus structurā lapidum insensibiliū locum sanctū nominari?
G Vnde simili modo etiam tibi lex ista proponitur: vt cū acceperis panem mysticum: in loco mundo manduces eū: hoc est ne in anima contaminata: & peccatis polluta dominici corporis sacramēta percipias. Quicūque enim mānducauerit (inquit) panem: & biberit calicem domini indigne: reus erit corporis: & sanguinis domini. Probet autē se vnusquisque: & tunc de pane mānducet: & de calice bibat. Sancta enim sanctorū sunt: Vides quomodo non dixit sancta tantūmodo: sed sancta sanctorū: vt si diceret cibus iste sanctus: nō est cōmunis omniū: nec cuiuscūque indigni: sed sanctorū est: quāto magis hoc & de verbo dei recte: meritoque dicemus? Hic sermo nō est omniū: nec cuiuscūque: sed sanctorū est? Nō quilibet verbi hui⁹ potest audire mysteriū: nā tātūmodo qui purificati sunt mēte: q mūdi sunt corde: q simplices animo: qui vita irrepræhēsibiles: q cōsciētia liberi: ipsorū est de hoc audire sermonē: ipsis possunt explanari ista mysteria. Vobis eñ datū est (inqt) nosse mysteriū regni dei: illis autē: id est q nō merent: q nō sunt tales vt mereantur: nec capaces esse possunt ad intelligētiā secretorū: illis non potest dari iste sacerdotalis panis: qui est secretus: & mysticus sermo. Sed in parabolis qui cōmunis est vulgi: Legitimū æternale hoc erit. Legitimū nanque: & æternum
H est omne: quod mysticum est. Nam præsentia hæc & passim visibilia: tēporalia sunt: & finē cito accipiūt. Preterit enim habit⁹ huius mūdi. Quod si huius mundi præterit: sine dubio & literæ habitus præterit: & manent illa: quę æterna sunt: quæ sensus continet spiritalis. Si ergo intellexim⁹ primo quomodo deus loquebatur ad Mosen: & Moses filiis israel: secundo etiā rationem candelabri mundi: & lucernarum: atque olei eius. Tertio quoque panes ꝓpositionis ex duabus decimis singulos quosque confectos: si secūdū volūtatē spirit⁹ intelleximus: demus operā quomodo & nos hoc tanto: & tā sublimi intellectu non efficiamur indigni: sed vt anima nostra prius fiat locus sanctus: & in loco sancto capiamus sancta mysteria: per gratiam spirit⁹ sancti: ex quo sanctificatur omne quod sanctum est. Ipsi gloria / & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

De filio mulieris Israelitidis: & Aegyptii patris: qui nominans nomē: maledixit: & de sententia dei lata i eū. Homilia. XIIII. Ca. XXIIII.

Istoria nobis recitata est: cuius q̄uis videat̄ aperta narratio: tamē nisi diligēti⁹ cōtinētiā eius: quæ est secūdū literā cōsequamur: iterior nobis sensus haud facile patebit. Est ergo scripturæ sermo: de quo disserendū est hic. Et exiit (inqt) filius mulieris israelitidis: & hic erat filius ęgyptii inter filios Israel: & litigauerūt in castris: is / q erat ex Israelitide muliere: & homo Israelita / & nominās filius mulieris Israelitidis nomen maledixit. Et / adduxerūt eū ad Mosen: & nomen matris eius Salomith: filia Dabri: ex tribu Dan: & miserūt eū in carcerē: vt iudicarēt de illo p præceptum dñi. Et locutus est dñs ad Moysen dicēs. Eiice illum: qui maledixit extra castra: & imponēt omnes: qui audierūt manus suas super caput ei⁹. Et lapidabit eum oīs synagoga. I
Videam⁹ ergo primo quid sibi velit historia: quā proposuimus: & q̄uis plana videatur: tamen adhuc euidētius eam tētemus sub oculis ponere. Ponamus ergo vnū ex patre: & ex matre Israelitici nominis generositate gaudentem. Aliū ex matre tantū: nō etiam ex patre: & velut ex parte nobilē: & ex parte nō patris: quæ vtique melior videtur: sed matris: quæ inferior est. Si enim pater fuisset israelita: & mater ægyptia: esset aliquid amplius. hoc enim fuerāt Manasses: & Effren. Nūc vero scriptū est: quia filius sit mulieris Israelitidis: & ægyptii patris. Si ergo diligenter secutus es duos istos viros: vnū ex integro nobilē: aliū ex parte: intuere nunc eos litigātes ad inuicē. In qua lite is: qui patre ægyptio: & matre sola Israelitide genitus videtur nominans maledixerit: & ob hoc perductus sit is: qui maledixerat ad Mosen. Moses vero neque absoluere eum ausus est: neque condemnare sine deo: tradidit enim eum custodiæ vsque quo a deo acciperet responsum quid velit fieri de eo. Hæc est historiæ cōtinentia. Nunc autem videamus quæ sit in ea spiritalis ratio: quæ ædificare debet ecclesiam. Primo omniū sermo dicit: quia exiit fili⁹ mulieris Israelitidis: & Aegyptii patris: & K L

vnde vel quo exierit: non refert. Inueniuntur enim ambo in castris positi: sicut indicat sermo domini dicens. Educ hominem: qui maledixit foras: extra castra. Si ergo de castris educitur: necessario in castris erat. Quid ergo est q cum nondum exisset de castris: dicit de eo scriptura diuina: & exiit filius mulieris israelitidis? Ego puto: quia docere nos vult sermo diuinus: q qui peccat: dupliciter exire dicitur. Primo enim exit a proposito bono: & recta sententia: exit a via iustitiæ: exit a lege dei. Postmodum vero cum confutatus fuerit pro peccato: exit etiam de cœtu: & congregatione sanctorum. Vt si: verbi causa: dicamus: peccauit aliquis fidelium: iste etiam si nondũ abiiciatur per episcopi sententiam: iam tamẽ per ipsum peccatum: quod admisit eiectus est. Et q̃uis intret ecclesiam: tamen eiectus est: & foris est segregatus a consortio: & vnanimitate fidelium. Exiit ergo filius patris Aegyptii: & matris Israelitidis: qui penitus extra fidem est: totus Aegyptius est. Qui autem inter nos est: & peccat ex vna quidem parte qua deo credit: Israeliticæ videt̃ originis: Ex ea vero parte: qua peccat: de Aegyptio gen⁹ ducit. Duos ergo scriptura proposuit litigantes: vnum ex integro Israelitam: qui litigauit qdem: sed nõ peccauit. Istum vero: cui⁹ peccatum designat maxima ex parte mixtum esse Aegyptio generi indicat: aduersum quem litigat Israelita: & forte cõpetenter: & rationabiliter litigat. Nã & in Exodo Israelita: & Aegypti⁹ litigãt. Vbi Israelita superat: Aegyptius cadit. Igit̃ & ego hodie si veritatẽ defendã: si pugnẽ pro ecclesiastica fide aduersum eum: qui ex parte quidem credit Christo: & recipit scripturas: sed non integre sensum earum: nec fideliter recipit: litigo aduersum eum: qui ex matre quidem Israelita est: ex patre vero Aegypti⁹. Siquis ergo & fidei credulitate: & nominis professione christianus est: & catholicus: iste ex vtraq; parte Israelita est. Qui vero professione quidem christianus est: intellectu autẽ fidei hæreticus & peruersus est: iste matrem quidem Israelitidem: patrem vero Aegyptium habet. Quomodo ergo hoc accidit? Cum scripturas qs legit: & literam quidem sequitur: intellectũ autẽ repudiat spiritalẽ: hic matrẽ quidẽ Israeliticam habet: id est literam: Sensum vero: quia spiritalem non sequitur: sed carnalẽ: isti est Aegypti⁹ pater. Et ideo aduersum ecclesiasticum: & catholicum litigat: contra eũ: id est qui ex vtraq; parte Israelita est: qui & secũdũ literam Israelita est: & secundum spiritum: quia ipse secũdũ literam quidem Israelita est: secũdũ spiritum

vero Aegyptius. Quid ergo est vtrisq; litigantibus? Necessario ille: qui carnalẽ sequitur sensum: tanq̃ de Aegyptio genus ducens nomen nominat: & maledicit: nominat enim nomen dei: & cum maledicto nominat: negat enim eum creatorem esse mundi: negat esse patrem Christi. Nos vero: qui ex vtroq; genere Israelitæ sumus: & literam: & spiritum in scripturis sanctis defendimus: & litigam⁹ aduersum eos qui ex media parte Israelitę videntur: & dicimus: quia neq; secundũ literã maledici oportet: neq; secundũ spiritũ intelligentiã blasphemari. Maledicus enim non solum in deum: sed etiam in proximum: Apostoli Pauli sententia a regno dei excluditur. Vide enim quomodo dicit apostolus. Nolite errare, neq; fornicarii: neq; adulteri: neq; molles: neq; masculorũ concubitores: neq; fures: neq; auari: neq; maledici regnum dei possidebunt. Videte inter quę crimina: inter adulteros: inter masculorum concubitores: inter auaros: quos alibi dicit idolis seruientes: etiam maledicos posuit & a regno dei pariter cum illis exclusit. Videant ergo si qui os suũ quotidiana pene consuetudine hoc vitio insuescunt: quid eis periculi immineat. Putantes enim leue: & facile hoc esse peccatũ: non facile cauent: sed considerent Apostolum quomodo maledicum a regno dei excludit: & deus per Mosen quomodo maledicum puniri iubet. Vnde & ego valde admiratus sum: q in hoc loco: quem habemus in manibus: scriptura non aperte designauit: quia iste qui ex Aegypto genus ducit: maledixerit deum: sed tantũ posuit: quia nominans maledixerit: & reliquit in medio vel de Deo: vel de homine suspicandum. Vnde mihi videtur idcirco noluisse aperte de deo pronuntiare: ne de hominibus videretur dedisse licentiam: & ideo vel de Deo: vel de homine siluisse: vt de vtroq; caueret. Verũ quoniam sententiam Apostoli proposuimus: qui dicit maledicos a regno dei excludendos: aliquid exposcit iste sermo solatii: ne omnimo de desperationem videamur indicere his: qui quotidianã pene maledicendi consuetudine rapiuntur: & ori suo adhibere custodiam: vel ostium negligunt. Promissionis futuræ non vnus est modus: neq; simplex species: sed sicut docuit ipse dominus in euangelio: cum beatos dicit pauperes spiritu: & ipsorum dicit esse regnum cœlorum. Et item beatos dicit mites: nec tamen eis cœlorum regna: sed terræ hæreditatem promittit: dicit beatos: & pacificos: sed ne ipsis quidem cœlorum regnum dedit. Filios tamen eos dei esse pronuntiat: & cum diuersis diuersa repromittat omnes bea-

tos dicit: qui ad promissa peruenerint: non tamen omnib⁹ cœlorum regna promisit. Potest ergo fieri: vt aliquis in cæteris forte operibus: & actibus emendatus sit & perfectus: subripiatur ei tamen aliquando oris vitio: lapsuq; sermonis: huic licet non promittantur regna cœlorum: nequaq̃ tamen (si doleat) beatitudinis abscinditur locus: qui vtiq; in regno cœlorum est

E Verũtamẽ eo magis siquis in cæteris perfectus est: cauere debet: ne ei subripiens prauæ consuetudinis vitiũ: dum emendare negligit: a beatitudinis regno penitus excludatur. Possumus adhuc addere etiam illud: quo natura peccati similis est materiæ: quæ igni consumitur: quam ædificari Paulus Apostolus a peccatoribus dicit: qui supra fundamẽtum Christi ædificant ligna: fœnum: stipulam: in quo manifeste ostenditur esse quædam peccata ita leuia: vt stipulæ cõparentur: cui vtiq; ignis illatus diu non potest immorari. Alia vero fœno esse similia: quę & ipsa non difficulter ignis absumat. Verum aliquanto tardius: q̃ in stipulis immoretur. Alia vero esse: quæ lignis conferãtur: in quibus pro qualitate criminum diutinum: & grande pabulum ignis inueniat. Ita ergo vnumquodq; peccatum pro qualitate: vel quantitate sui: pœnarũ iusta persoluit. Verũtamen quid opus est fidelibus: & his: q cognouerunt deũ de pœnarũ qualitatibus cogitare? Quid opus est ligna: quid fœnum: quid vel ipsam stipulam fundamento Christi superponere? Cur non magis aurum: vel argentum: vl' pretiosos lapides: pretioso superponemus fundamento? Vbi cum ignis accesserit: nihil inueniat: quod absumat. Nam si accesserit ad stipulam: ex stipula fauillas reddet: & cineres. Si vero accesserit ad aurum: aurum purius reddet.

F Hæc nobis dicta sint pro his: qui negligũt oris maledici consuetudinem resecare: qui etiam si non ex corde maledicant: etiam si non voto: & animo iniquo proferant maledicta: tamen immunditiam labiorum secundũ Esaię verbum: & inquinamenta oris incurrũt. Iste tamen qui licet matre Israelitide: Aegyptio tamẽ patre ꝓgenitus est: exiit: & nominans nomen maledixit: de quo ego puto q̃ nisi exisset: nec litigasset aduersum verum Israelitam: nec nominãs maledixisset. Exiit enim a veritate: exiit a timore dei: a fide: a charitate: sicut superius diximus: quomodo per hæc quis exeat de castris ecclesię etiam si per episcopi vocem minime abiiciatur Sicut e cõtrario interdum fit: vt aliquis nõ recto iudicio: eorum qui præsunt ecclesiæ depellatur: & foras mittatur. Sed si ipse non ante exiit: hoc est si non ita egit: vt mereretur exire: nihil læditur in eo: q̃ non recto iudicio ab hominibus videtur expulsus. Et ita fit vt interdum ille qui foras mittitur: intus sit: & ille foris: qui intus retineri videtur. Vis tibi ostendam: & alium: qui a nullo eiect⁹ exisse dicitur? G Scriptum est de Caim: quia exiit a facie Dei. Quo exiit a facie dei? Vbi enim non erat facies dei? Sed exiisse dicitur: pro eo q̃ legem naturę egressus est: & ignaram tanti sceleris terram: fraterno sanguine prim⁹ infecit. Sunt tamẽ & qui bene exeũt: & beati sunt: q exeũt. Ostendã etiam hoc de scripturis. In Exodo scriptũ est. Omnes (inquit) qui quærebant nomen domini: exierũt foras ad Moysen extra castra. Isti bene exierunt extra castra: qui sequebãtur Moysen: id est legem dei: & de aliis dicitur. Exire populus meus de medio eorum: & immundũ nolite contingere. Exiit ergo (inquit) filius mulieris Israelitidis & hic erat filius Aegyptii inter filios Israel: & litigauerunt in castris: ille q erat ex Israelitide muliere: & homo Israelita. Vide quanta cautela scripturæ diuinæ: si tamen intendas: si diligẽter inspicias: illum q de Israelitide matre: & de Aegyptio patre natus est: nõ dixit hominẽ. Illũ vero: qui ex vtroq; genere Israelita erat: hominem nominauit. Putamus hæc fortuitu scripta? putamus casu adiectum: vt ille non diceretur homo: & hic diceretur? Non sunt ista fortuita: ratio est. Nihil enĩ in verbis dei absq; profunda ratione cõscriptũ est. Ille nãq; q ex patre Aegypti⁹ ex parte Israelita erat: nondũ merebat̃ homo nominari. Iste vero: q ex integro Israelita erat: hoc est: q mẽte deũ videbat: iste homo appellat̃: ille homo interior: q ad imaginẽ dei factus: & potest videre deũ. Post hæc iam quæ in posterioribus referunt̃: nõ absq; quadã quæstione sunt. De qua H multi quærẽtes: nõ multa explicare potuerũt. Sed si vestris me orationibus iuueritis: tentabimus etiã nos in mediũ proferre: quæ dominus dederit. Homo (inquit) si maledixerit deum: peccatũ accipiet. Qui aũt nominat nomen domini morte moriat̃. Quid est hoc? Qui maledixerit deũ nõ habet pœnam mortis: sed qui nominauerit nomen domini? Nõne multo grauius est maledicere deũ: q̃ nominare? q̃uis in vanum nominasse dicat̃? Et quomodo qui maledicit peccatum suscipit tantum: qui autẽ nominat: morte mulctatur? Hæc ergo sunt quæ in hoc loco solent quæstionem mouere: quæ ignorantibus sensum scripturarũ: inconsequenter dicta videntur: & incongrue. Putãt enim q̃ ille: qui nomẽ dei maledicit: statim puniri debeat. Ille vero qui nominauerit nomen domini: hoc est superfluo: & in vanum nomi-

nauerit: sufficiat accepisse peccatum. Sed nos cōsequentiā sermonis tali quodā sensu tentemus aperire. Maius esse peccatum: in quo maledicitur deus: q̄ in quo nominatur: dubitare
A non possumus. Restat vt ostendamus multo esse grauius accipere peccatū: & habere secum q̄ morte mulctari. Mors quæ pœnæ causa infertur pro peccato: purgatio est peccati ipsius pro quo iubetur inferri. Absoluitur ergo peccatū per pœnā mortis: nec superest aliquid: qd̄ ꝑ hoc crimie iudicii dies: & pœna ęterni ignis inueniat. Vbi vero quis accipit peccatum: habet illud secū: ac permanet cū ipso: nec aliquo supplicio pœna: quæ diluitur trāsit: cum ipso est etiā post mortē. Et quia temporalia hic non persoluit: ibi expendit ęterna supplicia. Vides ergo quanto grauius sit accipere peccatum: q̄ morte mulctari. Hic em̄ mors pro vindicta datur & apud iustū iudicē dominū nō vindicat̄ bis in id ipsum sicut propheta dixit. Vbi autē non est soluta vindicta: peccatum manet illis æternis ignibus exigendū. Quia autē hæc ita se habeant: possum tibi testes ex diuinis voluminibus adhibere Ruben: & Iudam patriarchas loquētes ad patrē suū Iacob: cum vellent adsumere secū Beniamin & ducere ad Aegyptū propter spōsionē: quā cū Ioseph fratre pepigerat: ibi ergo Ruben ita dicit ad patrem. Ambos filios meos occide: nisi reduxero ad te Beniamin. Iudas vero ait. Peccator ero in te: nisi reduxero eum tibi. Iacob ergo pater ipsorū sciēs multo esse grauius: quod promisserat Iudas: qui dixerat peccator ero in te: ab eo qui dixerat occide filios meos. Ruben quidem non credidit filium tanq̄ qui leuiorem elegerit pœnā. Iudæ vero tradidit: sciens graui⁹ esse quod elegerat. Hoc ergo modo conuenienter aptauit scriptura diuina ei: qui maledixit deum: vt peccatum sumat. Ei vero: qui leui⁹ delinq̄t:
B quod morte moriatur. Vis autem & de euāgeliis noscere quod qui receperit ī hac vita mala sua: ibi iam non recipiat. Qui autem hic non receperit: ibi seruētur ei oīa? Docet nos exemplum Lazari pauperis: & illius diuitis: ad quē dicitur in infernis a patriarcha Abraham. Memento fili: quoniam tu recepisti bona in vita tua: & Lazarus similiter mala. Nunc autem tu quidē cruciaris: hic vero requiescit. Et solent homines ignorantes iudicia dei: quæ sunt abyssus multa: conqueri aduersum deū: & dicere. Cur homines iniqui: & iniusti: raptores: impii: scelesti: in hac vita nihil patiūtur aduersi? Sed cuncta eis ꝓsperis successib⁹ cedūt: honores: diuitiæ: potentia: sanitas quoq; eis ipsa: &
C corporis habitudo famulentur? E cōtra innocentibus: ac piis: & colentibus deū innumerabiles erumnæ superueniant: abiecti: & humiles: cōtempti: & sub colaphis potētium viuāt? Nonnūq̄ etiam sæuius eis morbi quoq; ipsius corporis dominentur? Sed hæc (vt dicit) conqueruntur ignorātes quis sit ordo diuinis iudiciis. Quanto enim grauius eos puniri volunt: de quorū potētia: & iniquitatibus ingemiscunt: tāto necessarium est differri pœnas. Quæ si non differentur: tēporales vtiq;: & leuiores essent: quia finē cum morte reciperent. Nunc vero quia differuntur: certū est ꝙ æternæ erūt: & cū sæculis extendent̄. E contra igitur si velint iustis: & innocentibus in pręsenti sæculo bona reddi: essent etiam ipsa bona temporalia: & celeri termino cōcludenda. Quāto aūt magis differunt̄ ī futurū: tāto magis erūt ꝑpetua & nesciēt finē. Hoc est ergo: quod nos scripturæ huius locus paucis sermonibus cōprehensus edocuit: vt sciamus multo esse grauius accipere peccatum: & habere: ac secū ad inferna deferre: q̄ in præsenti pœnam dare cōmissi. Et ideo hæc sciens expedire fidelibus/ D
Apostolus Paulus dicit de eo: qui peccauerat. Quem tradidi (inquit) Sathanę in interitum carnis: hoc est morte mulctasse. Qui autem sit fructus mortis huius: ostendit in sequētibus dicēs. Vt spiritus saluus fiat in die domini nostri Iesu Christi. Vides ergo quomodo aperte apostolus vtilitatem mortis huius exposuit? Quod enim dicit tradidi in interitum carnis: hoc est in afflictionem corporis: quę solet a pœnitentib⁹ expendi: eumq; carnis interitum nominauit: qui tamen carnis interitus: vitā spiritui cōferat. Vnde & nunc siquis forte nostrū recordatur in semetipso alicuius peccati conscientiam: siquis se obnoxiū nouit esse delicto: cōfugiat ad pœnitentiam: & spontaneū suscipiat carnis interitum: vt expurgatus ī præsenti vita spiritus noster: mūdus: & purus pergat ad Christum dominum nostrum: cui est gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

De vendītionib⁹ domorū: & redēptionib⁹
Homilia Quintadecima. Cap. XXV.

TRes diuersas leges de domorū vēditiōib⁹: & redēptionib⁹ ꝑ Moysen ī Leuitico datas videmus quarū cōtinentiā primo secūdū historiā ꝑtractemus: vt post hoc etiā ad spiritalē sensum possim⁹ E
ascendere. Domorū q̄dā sunt in vrbibus muratis: quędā in viciis: vel agris nō habētibus mu-

tos. Ait ergo: vt si in ciuitate murata vendiderit quis domum per annum integrum habeat copiā redimendi. Post annū vero potestas recuperandi nulla conceditur. Erit enim (inquit) domus ipsius emptoris certa possessio: si ītra annū liberare eam non potuerit: qui distraxit. Secunda lex est: vt si domus quæ distracta est: in vico fuerit: qui murū non habet: cui tamen vico ager adiaceat: liceat venditori: & post annū: & quandocūq; potuerit restituere pretiū: & recuperare quā distraxerat domum. Tertia lex est vt si forte domus sit leuitæ: vel sacerdotis: vbicūq; fuerit talis domus: siue in ciuitate murata: siue in vico: cui murus non est: liceat semper & in omni tempore: vt quandocūq; potuerit leuita vel sacerdos redimat domū suam nec vnq̄ vel sacerdotalē / vel leuiticā possessionem cōfirmari in aliū: qui nō sit eiusdē ordinis diuina iura permittunt. Istæ sunt ergo leges: quibus vtebatur populus ille prior: etiā secundum hoc ipsum qđ per historiam designat: religiose satis: & pie sacerdotalibus: vel leuiticis
F ordinibus cōsulētes. Sed citius hęc referamus ad nos: quib⁹ lex Christi si eam sequamur: nec possessiones in terra: nec in vrbibus domos habere permittit. Et quid dico domos? Nec plures tunicas: nec multam concedit possidere pecuniā. Habentes enim (inquit) victū & vestitum: his contenti sumus. Quomodo ergo nos datas de domib⁹: siue infra ciuitatē muratam positis: siue in vicis: quib⁹ muri nō sunt: obseruabimus leges? Inuenimus in aliis scripturæ locis: quod sermo diuinus maiore quodam sacramento nominet domū: vt cum dicit de Iacob: & quasi pro laude eius ponit: erat enim (inquit) Iacob homo simplex habitans domū. Et iterum inuenio de obstetricibus Hebręorū scriptum & quia (inquit) timebant deum obstetrices: fecerunt sibi domos. Videamus ergo
G ꝙ obstetricibus quidem faciendarum domoꝝ causa: fuerit timor dei. Iacob vero simplicitas & innocentia causam dederit: vt habitaret domum. Deniq; Esau: quia malus fuit: nō est scriptum de eo quia habitauerit domum: nec de alio aliquo scriptum est: quia ædificauerit sibi domum: qui non habuerit timorem dei. Quę est ergo ista dom⁹: & quale ædificium est: Paulus apostolus exponit apertius: cum dicit: Domum habemus non manu factam: ęternam in cœlis. Hæc ergo est domus: quam ædificare nemo potest nisi timeat deum. Hæc est domus quam extruere: vel habitare nemo potest: nisi in simplicitate mentis: & puritate cordis. Sed quoniā accidere solet: vt etiam qui bene ædificauerit: & domum sibi cœlestēm bene agendo & bene viuendo: ac recte credendo construxerit: incurrat alicuius peccati debitum: & hanc crudelissimo fœneratore vęnundare cogatur: ac labores suos transfundere in alium: pietas: & clęmentia legislatoris occurrit: vt intra certum tempus redimi possit. Si tamen inuenerit (inquit) manus tua pretium quod restituas. Quale pretiū? Pœnitentiæ sine dubio lachrymis congregatum: & manib⁹: id est labore boni operis inuentū. Annus aūt iste intelligi potest: quem venit vocare dn̄s annū acceptū: quo dimittat: cōfractos in remissionem: & salutem delicta sua confitentibus præbeat. Qꝫ autē dicit domum in ciuitate murata: recte (vt ego arbitror) domus quæ in cœlo esse dicit: in ciuitate murata esse intelligitur. Murus est enim huiuscemodi domibus ipsum cœli firmamentum. Sed talem domum rari quiq; habere possunt. Illi fortassis: qui super terrā ambulantes conuersationē habēt in cœlis: & de quibus dicit apostolus: dei ædificatio estis. Cæteri autē qui in vicis habent domos: qbus non est mur⁹ est tamen eis adiacens ager fœcundus: illis fortassis qui sibi habitaculum pręparant in terra viuentiū: & in illa terra: quā mansuetis dominus promittit dicens. Beati mites: quoniā ipsi hæreditate possidebunt terram. Istas ergo domos si forte alicui (sicut supra exposuimus) lapsus acciderit: semper est recuperandi facultas: vt verbi gratia dicamus. Si nos aliqua culpa moralis inuenerit: quæ non in crimine mortali: non in blasphemia fidei: quæ muro ecclesiastici: & apostolici dogmatis cincta est: sed vel in sermonibus: vel in morum vitio cōsistat hoc est vendidisse domū: quæ in agro est: vel in vico cui murus non est. Hæc ergo venditio huiusmodi culpa semper reparari pōt: nec aliquando tibi interdicit de cōmissis huiusmodi pœnitudinem gerere. In grauioribus eīi criminibus semel tantū: vel raro pœnitentiæ conceditur locus. Ista vero communia: quæ frequenter incurrimus: semper pœnitentiā recipiunt & sine intermissione redimuntur. Qꝫ si sacerdotalis fuerit (inquit) ista domus vel leuitica vbicunq; fuerit siue in ciuitate: siue in agro: semper habet redēptionē. In hoc loco sacerdotalem sensum: & leuiticam intelligentiam quęro. Non enim inferior esse debet auditor horum si fieri potest illo ipso: qui hæc scripsit: & sanxit. Quid est ergo ꝙ sacerdos: & leuita domus suæ semp: & vbicunq; fuerit: habet redemptionem: Secundum spiritalem intelligētiā sacerdos mens deo consecrata dicit: & Leui appellatur is: qui indesinenter adsistit deo: & voluntati eius ministrat. Perfectio ergo in

intellectu:& opere:in fide:& actibus: sacerdos & leuita accipiendus est. Huic itaq; perfectæ menti si acciderit aliquando domũ:quã habet non manu factam æternam in cœlis vendere & in manus alterius dare: sicut contigit aliquando magno patriarchę.Dauid:cũ de tecto suo Vriæ Cæthei aspexit vxorẽ:statim eã redimit:statim reparat:statim enim dixit peccaui. Immo vero aliquid adhuc sublimius in hoc cdebemus inspicere.Quomodo domus sacerdotum:& leuitarum:id est perfectarũ mentium semper delicta redimantur:semperq; purgẽt
A Siquando scripturas diuinas legimus:& sanctorũ patrũ in iis delicta aliqua recensemus: si secũdũ apostoli Pauli sententiã dicimus: quia hæc oĩa in figura cõtingebãt illis:scripta sunt autẽ propter cõmonitionẽ nostrã. Hoc modo semp domus eorum redimit:quia semper pro culpis eorum purgatio & satisfactio a doctoribus adhibetur:ostendẽtib⁹ ex diuinis scripturis formas fuisse hæc & imagines rerum futurarũ nõ quibus arguerentur delicta sanctorũ: sed quibus ostenderetur peccatores:& impios in partẽ sanctorũ:societatẽq; consciscí. Nunq̃ ergo sacerdotalis possessio a sacerdote separatur:etiam si ad tempus fuerit ablata:etiã si fuerit distracta semper redimitur:semper reparat velut si diceret charitas quæ pfecta est:oĩa patit:oĩa superat:oĩa tolerat:charitas nũq̃ cadit. Siqergo & possessio:ac domus sanctorũ nunq̃ cadit:nunq̃ auferẽ:nunq̃ ab eorũ iure separat. Quomodo separari a sacerdotibus potest domus quæ ædificata est supra fundamentũ apostolorũ & prophetarum:in qua est ipse angula
B ris lapis Iesus Christus! Q; autem possit aliquando domus ista distrahi:hoc est huiusmodi ædificatio incidere in peccatum:audi apostolus Paulus quomodo de talibus dicit. Vt sapiens architectus fundamentũ(inquit) posui alius superædificat:vnusquisq; autem videat quomodo superędificet. Fundamentum enim aliud nemo ponere potest pręter:id quod positum est:qui est Christus Iesus. Siquis autẽ supra fundamentũ hoc ædificat:aurũ: argẽtum lapides preciosos:ligna:fœnum:stipulam. Vides ergo quia potes supra fundamentũ Christi ædificare ligna:fœnũ:stipulam:hoc est opera peccati:quæ qui ædificat:sine dubio vendidit:domum suam emptori pessimo diabolo: a quo vnusquisq; peccantiũ peccati pręmiũ consequitur:satisfactionẽ desiderii sui. Hoc si forte incurrerit aliquis quod absit:cito redimat: cito reparet:dum tempus est reparãdi: dũ pœnitentiæ locus est:deprecantes in cõmune: ne æternę domus habitatione fraudemur:sed dignI habeamur recipi in æterna tabernacula p Christum dominum nostrum: cui est gloria in sæcula sæculorum.Amen.

De benidictionibus Leuitici.
Homilia.XVI.Cap.XXVI.

IN agonib⁹ corporalib⁹ gradus qdã:& differentię singulorũ quorũq; obseruari ordinũ solẽt:vt p qualitate certaminũ:præmio remunereẽ vnusqsq; victorię:verbi gra. Si iter pueros qs habeat agonẽ:si iter iuuenes:si iter viros:q̃ p singulos ordines obseruatio haberi debeat:qd fieri liceat: qdve non liceat:& q̃ certaminis regula custodiri:qd etiã post hæc remunerationis mereaẽ palma vincentis:ipsis nihilominus agonicis legibus cautũ est. Ita & nũc oĩpotẽs deus obseruandæ legis suæ in hoc mũdo agonẽ mortalibus ponens:posteaq̃ tradidit obseruãda q̃plurima:& qd fieri:qdve non fieri debeat adscripsit. Cõuenienter ad vltimũ iã Leuitici librũ: in quo de singulis qbusq; obseruationibus cõstitutũ est:qd muneris reportet q impleuerit: & qd pœnæ subeat q nõ obseruauerit enũtiat: Sed si lex secundũ q; Iudæi volũt: & hi:q eorũ sensu scripturas intelligendas putãt:& nõ esse spiritales:sed carnales:dubiũ nõ est:qn obseruata carnaliter:bñdictiones quoq; carnales obseruãtibus tribuat. Si vero (vt Paulo videtur aplõ) lex spiritalis est sine dubio & spiritaliter obseruanda est:& spiritalis ex ea benedictionũ speranda remuneratio. Totius nãq; cõsequentiæ est:spiritalẽ legẽ bñdictiões dare spiritales & eiusdẽ nihilominus cõsequẽtię est:etiã maledicta:& cõdẽnationes legis spiritalis nõ esse corporeas. Sed vt indubitatum sit qd dicim⁹: ipsi⁹ Pauli apostoli voce vtamur qua ad Ephesios scribẽs de spiritalib⁹ bñdictionib⁹ hoc modo pnũtiat. Benedictus(inquit)de⁹: & pater dñi nři Iesu Christi: q bñdixit nos in oĩ bñdictione spiritali in cœlestibus in Christo. Quoniã qdẽ sciebat nõnullos legentes de bñdictionibus posse in id prolabi:vt eas corporales putarẽt:& terrenas: voluit eis euidẽtius aperire quæ sit diuinarũ benedictionũ natura: vel vbi quærenda:& ideo ait. Qui benedixit nos in oĩ benedictione spiritali in cœlestib⁹ in Christo. Sed & hoc qd addidit in omni bñdictione spiritali non est otiosum:sed apostolicæ vehemẽtiæ plenum. Nam quia sciebat multa esse implenda:quę mãdantur in lege:& in vnoquoq; mandato proprios existere agones: in quibu

C (margin, beside line 1 of chapter) D (margin) E (margin)

per singula benedictionem: qui vinceret mereretur: ideo dixit. Qui benedixit nos in omni benedictione spiritali: vt & plures eas ostenderet esse: & spiritales. Potest autē in hoc sermone quo ait in omni benedictione spiritali: & illud intelligi: vt verbi gratia: iustus quisq; & perfectus capiat benedictiones Leuitici: de quibus nunc sermo est: capiat & eas quæ in libro Numerorum scriptæ sunt: sed & illas: quæ in libro Genesis continentur benedictones Noe ad Sem: & Iapheth: & benedictiones Isaac ad Iacob: & item Iacob benedictiones ad Ioseph: & Effrem: & Manassem. Et post hæc ad duodecim patriarchas. Quia ergo multæ sunt benedictiones positæ in diuinis scripturis: quæ videntur quidem ad vnumquemq; sanctorū: verbi gratia: ad Sem: vel Iapheth: aut Ioseph
F dirigi. Non tamen (vt quibusdam videtur) ita in illos solos diriguntur: vt alius ex his participare non possit: Idcirco eas spiritales Apostolus nominauit: vt quicunq; effici potuerit in virtute & spiritu. verbi gratia: Sem vel Iapheth: vel Ioseph: aut Isaac: aut Iacob: sicut & Ioannes fuit in spiritu: & virtute Helię: possit etiam ipse benedictionis illius particeps fieri: cuius virtutem: & spiritum gesserit. Sed videamus nunc in Leuitico benedictionum quod sit exordium. Si (inquit) in præceptis meis ambulaueritis: & mandata mea custodieritis & feceritis ea. Tria sunt quæ dicit in præceptis ambulandum: mādata custodienda: & facienda quę mandata sunt. Vnde videtur mihi præceptum esse: verbi gratia: cum iubetur: vt ille: qui sabbatum non seruauit ab omni synagoga lapidetur. Aut qui maledixit dominū vt lapidibus perimatur: & si qua iubentur huiusmodi. Mandata vero esse: quibus iubetur: verbi causa: decimas offerri leuitis: vel ter ī anno apparere domino: vel non apparere vacuū in conspectu domini. Custodire est ergo mandatum intelligere: vel aduertere quæ iubentur. Facere autem mandatum: est implere quę iubentur. Sic ergo intelligendum puto quod dixit. Si ī præceptis meis ambulaueritis: & mā
G data mea custodieritis: & feceritis ea. Sed videamus quæ sit prima benedictio iis: qui ea: quæ mandantur impleuerint. Dabo (inquit) pluuiam vobis ī tempore suo. Igitur primo ad Iudæos dicamus: & eos qui simpliciter: vel corporaliter hæc intelligenda opinātur: si pluuia hæc tanq̄ remuneratio pro laborib⁹ datur iis qui mandata custodiunt: quomodo & iis: qui mandata non seruant: vna: atq; eadem datur pluuia temporibus suis: & vniuersus mund⁹ communibus vtitur pluuiis a deo datis? Pluit enim super iustos: & iniustos. Q; si iustis: & iniustis datur pluuia: non erit eximia remuneratio iis: qui mandata seruauerint. Vide ergo q̄a etiam si Iudæi non adquiescunt verbis Iesu domini nostri: tu tamē q̄ nomine eius censeris: & Christianus appellaris: debes ei credere dicenti: Quia pater suus cœlestis cōmunē hanc pluuiam pluit super iustos: & iniustos: & nō debes putare quia iustis eximiā separauerit portionē hāc: quā cōmunē posuit etiam cū iniustis.
Quæramus ergo in scripturis quæ sit pluuia: H
quæ sanctis tantūmodo datur: & de qua mandatur nubibus ne pluāt pluuiam istā super iniustos. Quæ ergo sit ista pluuia: ipse nos Moyses horū legislator edoceat. Ipse enim dicit in Deuteronomio. Attende cœlum: & loquar: & audiat terra verba ex ore meo: expectetur sicut pluuia eloquium meum. Nunquid mea verba sunt ista? Nunquid rhetoricis argumētis sensum diuine legis violenter inflectimus? Nōne Moyses est: qui dicit pluuiā esse: qđ loquitur? Expectetur (inquit) sicut pluuia eloquium meū: & descendant sicut ros verba mea. Sicut imber super gramē: & sicut nix super fœnum. Intende diligenter auditor: ne putes nos vim facere scripturæ diuinæ: cum docētes ecclesiā dicimus: vel aquas: vel imbres: vel alia quæ corporaliter dici videntur: spiritaliter sentiēda. Audi Moysen quomodo verbū legis nunc pluuiam nominat: nunc rorem vocat: nūc imbrem: nunc etiam niuem dicit. Et sicut Moyses varia & diuersa proloquitur: tāq̄ ex gratia multiformis dei sapientiæ proloquens: ita & Esaias cum dicit: audi cœlum & percipe auribus terra: quoniam dominus locutus est. Sed & vnusquisq; p̄phetarū cū aperuerit os: imbres deducit super faciem terræ: hoc est auribus & cordibus auditorum. Hoc sciens & apostolus Paulus dicebat. Terra enim venientem sępius super se bibens imbrem: & germinans hærbā opportunam iis: a quibus colitur: accipit benedictiones a deo: quæ autē protulerit spinas & tribulos: reproba est: & maledicto proxima: cuius finis ad exustionem. Nunquid hæc apostolus de terra hac dixit? Sed nec accipit terra hæc benedictiones a deo: cum imbres biberit: & fructum produxerit. Sed neq; si spinas: ac tribulos post pluuiā protulerit: consequet̄ maledictionem a deo. Sed nostra terra: id est nostrum cor si suscipiat frequenter venientem super se pluuiā doctrinæ legis: & attulerit fructum operum: accipit benedictiones a deo. Si vero non opus spiritale: sed spinas: & tribulos id est sollicitudines sæculi habeat: aut voluptates: & diuitiarū cupiditates: reproba est: & ma

ledicto proxima: cuius finis erit ad exustionẽ. Propterea vnusquisq; auditorũ cum cõuenit ad audiendũ: suscipit imbrẽ verbi dei: & si qdẽ fructum attulerit operis boni: benedictionem consequetur. Si vero susceptum verbum dei contempserit: & frequenter audita neglexerit ac sollicitudini se rerum sæculariũ: libidiniq; subiecerit, tanq̃ qui spinis subfocauerit verbum: maledictionem pro benedictione conquiret. Et benedictionis finem: finem exustionis inueniet.
A Dabo ergo (inquit) vobis pluuiam in tempore: necessario addidit & in tempore. Sicut enim imber iste terrenus si importune veniat: id est cum messis colligitur: cum frumenta teruntur in areis: obesse magis: q̃ ꝓdesse videbitur: ita & ii quibus pluuia verbi dei ministranda committitur: obseruare debent hoc qđ dicit scriptura: vt in tempore prębeant: id est ne crapulato: & ebrio verbum dei ingerant: ne occupato in aliis animo, cum attẽtus esse non potest: vel cum alicuius vitii languore constrictus est: & non doctori: sed morbo proprio interior præstatur auditus. Prudẽter ergo coniiciat: vbi potest vacare mens: vbi sobrius: vbi vigilans: vbi intentus auditor est: & ibi pluuiam ministret in tẽpore: sicut & tritici mensuram seruus fidelis & prudẽs in euãgelio conseruis dare iubetur in tempore.
B Sed & alio modo possumus intelligere hoc: quod mandatur imber dandus in tempore. Puer est aliquis: & paruulus in fide: indiget pluuia: sed lactis pluuia. Sic enim dicit ille: qui sciebat pluuias in tempore dispensare. Lac vobis potum dedi: non escam: nondum enim poteratis. Profecit post hęc in fide: creuit ætate: & sapientia. Aptus sine dubio factus est: qui solidiorem percipiat cibum. Infirmatur aliquis: & non pro tẽpore sed pro infirmitate capere non potest quę robusta sunt: verbi causa. Non potest plene de castitate capere sermonem: oportet compati: & metiri doctrinam pro virium qualitate: & concedi talibus nuptias. Hoc est oleribus pascere infirmũ: & ad huiuscemodi mẽsuras animæ aptare: velut tenuem: & rori similem pluuiam verbi. Est autem alia terra: quæ potest suscipere validos imbres: ferre etiam flumina verbi dei: & rapidos potare torrentes. De iis enim talibus propheta dicit in psalmis. Et torrente voluptatis tuæ potum dabis illis. Dabo ego (inquit) vobis pluuiam in tempore suo: & dabit
C terra natiuitates suas. Post primam benedictionem pluuiæ: ista secunda est qua dicitur: terra suscepta pluuia dare natiuitates suas. Inuenimus quia & Isaac benedicens Iacob dixerit. Det tibi dominus a rore cœli: & ab vbertate terræ plenitudinem frumenti: & vini. Putasne tale frumentum in benedictione dabat Isaac filio suo Iacob: quale habent & peccatores homines: & quali abundabat etiam impius Pharao? Hæccine erat tanti patriarchæ benedictio? Vis tibi adhuc ostendam quomodo & alii iniqui habeant multitudinem frumenti. Intuere illum in euangelio: cuius ager multos attulit fructus: qui dixit: Destruam horrea mea: & maiora reædificabo: & dicam animæ meæ. Anima habes multa bona reposita in annos multos. Manduca: bibe: & lætare: Talia ergo credimus esse bona: quæ diuinis benedictionibus sanctis quibusq; & fidelibus tradebantur? Alios ego terræ fructus aspicio: & aliter multitudinem natiuitatis ĩtueor. Si enim terra mea afferat fructum: si natiuitates suas ex domini benedictione producat intelliget sensus meus: & explicare poterit quæ / qualisve sit ista terra: quæ accepta cœlesti pluuia natiuitates proferat rationabilium frugum. Testimonium de euangeliis sume: quomodo exiit qui seminat seminare. Et aliud quidem cecidit secus viam: aliud autem super petram: aliud super spinas: aliud autem super terram bonam Si ergo ea: quę ceciderint super terram bonam attulerint fructum: dedit terra fructum suum: & natiuitates suas produxit centesimum & sexagesimum: & tricesimum. D
Sed & ligna (inquit) camporum dabunt fructum suum. Habemus intra nosmetipsos & ligna camporum: quæ fructum suum producunt. Quæ sunt ista ligna camporum: quę fructum suum producunt? Quæ sunt ista ligna camporum? Dicet fortassis auditor. Quid iterum hic verbi logus agit? Quid vndecunq; verba conquirit: vt explanationem lectionis effugiet? quomodo intra nos esse ligna docebit: & arbores? Si non temere obtrectes: iam nunc audies: Quia non potest arbor bona malos fructus facere: neq; arbor mala fructus bonos facere. Habemus ergo arbores intra nos siue bonas: siue malas: & quæ bonæ sunt: fructus malos afferre non possunt: sicut quæ malæ sunt: fructus non afferent bonos. Vis tibi & arborum ipsarum: quæ intra nos sunt vocabula: & appellationes expediam? Non est ficus: neq; malum: nec vitis: sed vna arbor iustitia vocatur: alia prudentia: alia fortitudo: alia temperantia nominatur. Et si vis maiorem adhuc arborum E
multitudinem discere: quibus fortassis dignius putabitur consitus etiam paradisus dei. Est enim ibi arbor pietatis: est & alia arbor sapientiæ: est & alia disciplinæ: est & alia scientię boni: & mali. Super omnia vero est & arbor vi

tæ. Non tibi videtur magis ꝙ pater cœlestis agricola huiusmodi arbores in anima tua excolat: & huiusmodi plantaria in tua mente constituat. Sic ergo dicit saluator: non potest arbor mala bonos fructus facere: neq; bona fructus malos facere. Hoc est quod docet. Arbor pudicitiæ bona est: non potest afferre fructus ipudicitiæ. Arbor iustitiæ bona est: & afferre fructus iniustitiæ non potest. Sic & e contrario si habeas malæ arboris radicem in tua mente plantatam bonos reddere non potest fructus. Si enim sit in te radix malitiæ: fructus nō dabit bonos. Si sit intra cor tuum stultitię planta: nunq̄ proferret sapientiæ florem. Si iniustitiæ si iniquitatis arbor sit: nunq̄ huiusmodi ligna gaudere bonis fructibus possunt. Si ergo seruemus mandata dei: suscepta pluuia verbi dei: de qua superius diximus: etiam arbores: quæ in campis animæ nostræ: & cordis nostri latitudine plantatæ sunt: lætum & bonæ suauitatis afferent fructum.
E Vis autem tibi de scripturis ostendam arbores: vel ligna appellari has singulas quasq; virtutes: quas superius memorauimus? Adhibeo testē sapientissimum Salomonem dicentem de sapientia. Lignum vitæ est (inquit) omnibus: qui amplectuntur eam. Si ergo sapientia lignū vitæ est: sine dubio & aliud lignū est prudentiæ: & aliud scientiæ: & aliud iustitię. Neq; eñ consequenter dicitur: vt ex omnibus virtutibus solam sapientiam meruisse: quæ lignum vitæ dicatur: cæteras autem virtutes nequaq̄ similis sortis suscepisse vocabula. Ligna ergo campi dabūt fructum suum. Hoc credo de se sentiebat & beatus Dauid cum dicebat. Ego autem sicut oliua fructifera in domo dei. Ex quo manifeste ostendit lignum oliuæ iustum: & sanctum hominem dici. Et comprehen-
G det vobis trituratio videmiam. Si seminatum est in anima semen bonum: & suscepta a deo pluuia creuit: & venit ad spicam: necessario consequetur & messis. Et si messis consequetur etiam trituratio: in qua frumenta purgentur. Et enim anima: quæ germinat ex verbo Dei: & cœlesti pluuia rigata germen producit ad messem: necesse est: vt ipa messis: quā profert purgetur in area: id est vt sensus: quos genuerit anima in medium proferat: & siue cum cæteris doctoribus: siue etiam cum ipsis: quæ sentit diuinis voluminibus conferat. Vt siquid in eis inane & superfluum: siquid paleæ simile fuerit: aut aristis: flante in se spiritu discretionis excutiat: & purum frumentū quo solo queat nutrire conseruos: & mensuram tritici in tempore dispensare retineat. Et consequetur (inquit) trituratio vindemiam: quia panis (vt scriptura dicit) confortat cor hominis: & vinū lætificat. Quæcunq; de continentia: de obseruantiis: & custodia mandatorum dei dicuntur: hæc possunt videri frumentum: ex quo panis efficitur: & auditorum corda confortat. Ea vero: quę ad scientiam pertinent: & occultorum explanatione mentes lętificāt audientium: vino: ac vindemię videbūtur aptanda. Cordi etenim lætitia tribuitur: cum ea: quæ occulta: & obscura sunt: explicātur. Et vindemia (inquit) comprehendet sa- H
tionem: Vt si dicamus primo seminaui quæ legis sunt: & posteaq̄ seminatum est: oraui vt daret dominus pluuiam in tempore: & facta est messis. Post hoc non maneo otiosus: sed iterum semino: accipio scripturam propheticā: & ex ea semino terras: & noualia auditorum. Post hæc semino & alia de euangelicis sermonibus. Diuersa sunt: quæ seminantur: per totum annum possumus seminare. Possum⁹ eñ & de apostolicis literis multa semina iacere. Semper est: quod seminetur: in omni vita nostra otii nullum tempus est. Q̄diu respiram⁹ seminemus. Tantum est: vt in spiritu seminemus: vt de spiritu metamus vitam æternam. I
Et manducabitis panem vestrum in saturitate. Nec hoc ego corporalis esse benedictionis accipio quasi qui custodiat legem dei: panem istum communem in abundantia consequať. Quid enim? Nonne impii: & scelesti panem nō solū in abundantia: sed & in delitiis comedūt? Magis ergo si respiciamus ad eum: qui dixit. Ego sum panis viuus: qui de cœlo descendi: & qui manducauerit hunc panem viuet in æternum. Et aduertam⁹: quia qui hæc dicebat verbum erat: quo animę pascuntur: intelligimus de quo pane dictum sit in benedictionibus a Deo: & manducabitis panem vestrum in saturitate. Similia iis etiam Salomon in prouerbiis pronuntiat de iusto dicens. Iustus manducās replebit animam suam. Animæ autem impiorum in egestate erunt. Hoc si secundum literam accipias: quia iustus manducans replet animam suam: animæ vero impiorum in egestate erunt: falsum videbitur. Magis enim animæ impiorum cum auiditate cibum sumunt: & saturitati student. Iusti autē interdum & esuriūt. Deniq; Paulus iustus erat: & dicebat. Vsq; ad hanc horam esurimus: & sitimus: & nudi sumus: & colaphis cædimur. Et iterum dicit. In fame: & siti: in ieiuniis multis Et quomodo dicit Salomon: quia iustus manducans satiat animā suā? Sed si intuearis quo modo iustus semper: & sine intermissione mā

ducet de pane viuo: & repleat animam suã: ac satiet eam cibo cœlesti: qui est verbum dei: & sapientia eius: inuenies quomodo ex benedictione dei mãducet iustus panẽ suum in satietate: & habitabitis tuti super terram vestram
A Iniquus nunq̃ tutus est, sed semper mouetur: & fluctuat: & circũfertur omni vento doctrinæ: in fallacia hominum: ad deceptionem erroris. Iustus vero: qui legem dei custodit: tutus habitat super terram suã. Sensus em̃ eius firmus est dicentis ad deum. Confirma me domine in verbis tuis; Et confirmatus: & tutus: & radicatus habitat super terram. Fundatus in fide: quia ædificiũ eius nõ est super arenam positum: neq; radix eius super petram est: sed dom⁹ quidem eius fundata super petram. Plãta vero eius radicata est in ꝓfundo terrę: hoc est in interioribus animæ eius. Recte ergo ad huiuscemodi animã dicit in benedictionibus Et habitabitis super terram vestram: & dabo pacem sup teram vestram. Quam pacem dat
B deus? Istam quã habet mũdus? Negat se istam dare Christus. Dicit enim. Meã pacem do vobis: meã pacem relinquo vobis: non sicut hic mũdus dat pacẽ: ego do vobis. Negat ergo se pacem mundi dare discipulis suis; quia & alibi dicit. Quid putatis quia pacem veni mittere in terram? non veni pacem mittere: sed gladium. Vis ergo videre quã pacem dat de⁹ suꝑ terrã nostrã? Si terra sit bona: illa quæ affert fructum cẽtesimum: aut sexagesimũ aut tricesimũ. Illam pacem suscipiet a deo: quam dicit Apostolus: pax autem dei: quæ superat omnẽ mentem: custodiat corda vestra: & sensus vestros. Hęc est ergo pax: quã dat deus super terram nostram. Et dormietis: & nõ erit qui vos exterreat. Et Salomon in prouerbiis dixit. Si em̃ sederis: sine timore eris: & si dormieris: libenter somnum capies: & non timebis terrorem superuenientem tibi: neq; impetus impiorum superuenientes. Hæc ille dixit de iusto: & sapiente viro & hæc in benedictione dicuntur: dormietis: & nõ erit qui vos exterreat. Si enim iustus efficiar nemo me exterrere poterit. Nihil timeo aliud: si deum timeam. Iustus enim (inquit) confidit vt leo: & ideo nõ timet leonem diabolum: nec draconem Sathanam: nec angelos ei⁹: sed dicit secũdum Dauid. Nõ timebo a timore nocturno: a iaculo volante ꝑ diem: a negocio perambulante in tenebris: a ruina: & dæmonio meridiano. Addit & illud. Domin⁹ illuminatio mea: & salus mea: quem timebo? Dominus defensor vitæ meæ: a quo trepidabo? Et iterum. Si consistant aduersum me castra: non timebit cor meum. Vides constantiam: & virtutem animæ custodiẽtis mãdata dei: & habentis fiduciam libertatis ingenuæ. Post hæc exterminabo (inquit) bestias
C malas de terra vestra. Bestiæ (inquit) istę corporales: non sunt malæ: neq; bonæ: sed mediũ quiddã. Sunt enim muta animalia. Sed illę bestiæ malæ sunt spiritales: quas Apostolus dicit: Spiritales nequitias in cœlestibus. Et illa est mala bestia: de qua dicit scriptura. Serpens autem erat sapientior omnium bestiarũ: quæ sunt super terram. Ipsa ergo est hæc mala bestia: quã promittit deus exterminaturum se de terra nostra: si eius mandata seruem⁹. Vis videre & aliam bestiam malam? Aduersarius vester (inquit) diabolus sicut leo rugiens circuit quærens quem deuoret: cui resistite fortes in fide. Q; si adhuc plures bestias vis discere: docebit te Esaias propheta: qui sub visione quam attitulauit quadrupedum in deserto: talia quædam prophetico spiritu de bestiis loquitur. In tribulatione (inquit) & angustia leo: & catulus leonis: inde & nati aspidum volantium: qui portabant super asinos: & camelos diuitias suas ad gentem: quæ non proderit eis. Nũquid vllo modo videri possunt hæc de corporalibus bestiis dicta etiam iis: qui valde amici sunt literæ? Quomodo enim leo: & & catulus leonis: vel aspides volãtes possunt sup camelos: & asinos portare diuitias suas? Sed euidenter contrarias potestates dæmonum pessimorum: propheta spiritu sancto repletus enumerat: eosq; collocare diuitias deceptionum suarum super aĩas stolidas peruersasq;: quas camelis & asinis per figuram comparat: designauit. Et iis bestiis ne traderet anima deum timens orabat propheta Dauid dicens. Non tradas bestiis animam confitẽtem tibi. Et exterminabo (inqt) bestias malignas
D de terra vestra: & pugna non transibit per terram vestram. Multæ sunt pugnæ: quæ transeunt per terram nostram si legem dei non custodimus; nec pręcepta eius seruamus. Redeat vnusquisq; ad animã suam: & ipse se interna recordatione discutiat: & videat quomodo terra nostra: id est caro nostra: nunc spiritu fornicationis: nunc iræ: & furoris vrgetur nunc auaritiæ iaculis agitatur: nũc telis pulsatur inuidiæ: nunc spiculis libidinis terebratur: & in quibuscũq; concupiscit caro aduersum spiritum: & spirit⁹ aduersus carnẽ: internis prælijs semper agitatur. Quid autem dicam de cogitationum pugnis: quas cordi nostro suggerit ĩimic⁹: vt nos exuat a fide Christi: & ab spe vocationis nostræ? Cum enim afflictiones tentationum: & molestiarũ sæculi

suscitauerit nobis: consequenter iam suggerit cogitationi: superfluũ: & ineptum esse hęc tolerare pro Christo: multo esse melius securam: & sine psecutionibus vitam ducere. Hęc sciens & apostolus Paulus dicebat. Cogitationes destruentes: & oẽm altitudinẽ extollentẽ se aduersum scientiã Christi. Qui ergo diuina pcepta seruauerit: mandata eius custodierit: & fecerit ea: hanc pugnã: & hæc bella non patitur: sed deus aufert ea de terra eius: & nõ sinit ea transire per aĩam iusti. Et psequemini inimicos vestros. Quos inimicos: nisi ipsum diabolum: & angelos eius: & spũs malignos: & dęmonia immũda? Persequemur ea nõ solũ vt a nobis ipsis effugem⁹: sed & ab aliis: quos
E incursant: si diuina pcepta seruemus. Persequemini (inqt) inimicos vestros: & cadent in conspectu vestro in morte. Si cõterat Sathanan sub pedibus nostris velociter deus: cadẽt inimici in cõspectu nostro morte. Cuius morte? Ego arbitror q nostra. Si eñ nos mortificemus membra nostra q̃ sunt sup terrã: fornicationẽ: immunditiã. Si hanc mortẽ inferamus membris nostris: illi cadẽt in cõspectu nostro. Quomodo cadẽt in cõspectu nostro? Si tu iustus sis: cecidit iniustitia in conspectu tuo. Si castus sis: cecidit libido. Si pius: etiã ipsa impietas corruit ante te. Et persequent̃ ex vobis quinq: centũ & centũ ex vobis psequent̃ multa milia. Qui sunt isti quinq qui possunt persequi centũ? Quinquenus numerus & in laudabilibus ponitur: & in culpabilibus. Quinq sunt sapiẽtes virgines: & quinq insipientes. Sic ergo & centenarius numer⁹ ad vtrãq partem accipi potest. Si itaq nos simus ex quinq
F laudabilibus: id est ex quinq sapientib⁹: psequemur insipiẽtes centũ. Si eñ sapiẽter & pbabiliter pugnemus ĩ verbo dei: si prudenter de lege dñi disseram⁹: cõuincim⁹ & fugamus infideliũ multitudinẽ. Sicut eñ quinquenus numerus: & sapiẽtes indicat: & insipiẽtes: ita & centenus numer⁹: & fideles indicat: & infideles. Nam & sub centenario annoꝝ numero Abrahã deo credidisse: & iustificatus esse describit̃: & peccator qui morit̃ centũ annorum maledictus erit. Et hic centũ infideles a quinq sapientibus effugant̃: & rursum centũ fideles: nõ tã numero centũ: q̃ perfectione signati: multa milia infideliũ psequentur. Fugant eñ fideles doctores innumeros dæmones: ne animas credẽtium antiqua fraude decipiant. Et cadent inimici vestri in conspectu vestro gladio. Qui sint inimici supra diximus: quo autẽ gladio dicant̃ cadere: reqramus. Apostolus Paulus nos docet: qs sit hič gladius: cum dicit. Viuus eñ est sermo dei: & efficax: & penetrabilior oĩ gladio vtrinq acuto: ptingens quoq vsq ad cõpagẽ animę: ac spũs: mẽbroꝝ quoq & medullarũ: & est discretor cogitationum: & intẽtionum cordis. Hic est gladi⁹: cuius acie cadũt inimici nostri. Sermo nãq dei est: qui psternit oẽs inimicos: & ponit eos sub pedibus suis: vt subditus fiat oĩs mũdus deo. Vis adhuc & de alia epistola Pauli discere: qa gladius sermo dei sit? Audi eũ cũ arma præparat militib⁹ Christi: quomõ dicit: Et galeã salutis accipite: & gladiũ spũs qđ est verbũ dei p oẽm orationẽ: & obsecrationem. Euidentissime p hæc pnuntians: qa p verbũ dei: qđ est gladius vtrinq acutus: cadãt inimici nostri ĩ cõ G
spectu nostro. Et respiciã super vos: & augebo vos. Plenũ btitudinis est hoc ipm: si quẽ respiciat deus. Vis videre si respiciat deus ad hominẽ: quãta sit salus. Petrus aliqñ pene perierat: & ex cõsecratione apostolici numeri diabolo p os ancillæ põtificis inspirãte fuerat ereptus. Sed vbi respexit ad eũ Iesus tantum: vbi ad eũ placidi vultus ora conuertit: statim reuersus in semetipsum: & prolapsum de pcipitio reuocãs pedẽ: fleuit (inqt) amarissime: atq ita respectus a deo: locũ suũ flendo recepit: quẽ negãdo pdiderat. Respiciã ergo (inqt) super vos: & augeã vos tanq̃ si Sol respiciat segetẽ & afferat fructus. Quã vtiq si non respexisset: ĩfructuosa mãsisset. Ita deus segetẽ cordis nostri respiciẽs: & radiis nos verbi sui illuminans: auget nos: & multiplicat: vt vltra iã nõ simus paruuli: sed magni efficiamur: sicut magnus factus est Isaac: & magnus factus est Moses: & magnus Ioannes. Et statuam testa- H
mentũ meũ vobiscũ. Vide quãtæ bñdictiones promittant̃ si mãdata seruemus. Statuã (inquit) testamentũ meũ vobiscũ: & manducabitis vetera: & vetera veterũ: & eiicietis vetera a cõspectu nouorũ. Quomodo eiicimus vetera a cõspectu nouorũ? Vetera habuimus legem: & pphetas: vetera aũt veterũ: ea q̃ ante legẽ fuerũt ab initio cũ mũdus factus est. Venerũt euãgelia noua: venerũt & apostoli a cõspectu horũ eiicimus vetera. Quomodo ea eiicimus? Legem scđm literã eiicimus: vt statuamus legẽ scđm spũm. Possum⁹ & hoc mõ dicere. Anteq̃ veniret homo de cœlo: & nasceret̃ homo cœlestis: eramus oẽs terreni: & portabamus imaginẽ terreni. Sed vbi venit hõ nouus: qui scđm deũ creatus est: eiicimus a conspectu eius vetera: deponentes vterẽ hominẽ: & induẽtes nouũ: q scđm interiorẽ hoiem renouatur de die in diẽ. Et ponam tabernaculũ I
meũ in vobis. Si hæc habemus in nobis: quæ

supradicta sunt: si abiecto vetere hoie innouatum est cor nostrũ: venit ad nos deus: & habitat in nobis: qui dixit, Et ponã tabernaculum meũ in vobis: & nõ abominabit vos aïa mea. Non nos abominabit aïa dei: si obseruem⁹ ea quæ scripta sunt. Verũtamẽ velim requirere qd est aïa dei? Nunqd nã putam⁹: qa deus habeat aïam sicut homo? Absurdũ est hoc sentire de deo. Ego autem audeo: & dico: quia aïa dei Christus est. Sicut em̃ verbũ dei ẽ Christ⁹ & sapiẽtia dei: & virtus dei: ita & aïa Dei est. Et hoc modo dicit: quia non vos abominabit anima mea: id est filius meus. Sed ambulabo inter vos. Num mihi videtur ꝙ hoc ꝓmittat deus: qa in terra iudęorũ ambulatur⁹ sit: sed quia siquis meruerit ita puri eẽ cordis: vt dei capax fit: in eo se dicit ambulare deus. Et vos eritis mihi populus: & ego dñs deus vester: q eduxi vos de terra ægypti: cũ essetis serui: & contriui iugũ vinculi vestri. Vere eduxit nos deus de domo seruitutis: serui em̃ eram⁹ peccati: qa oĩs qui peccat seruus est peccati. Et cõtriuit vĩculũ iugi nostri. Iugi qd imposuerat supra ceruices nostras ille: qui nos in captiuitatẽ duxerat: & pcccatoꝝ vinculis colligarat. Contriuit ergo peccati vinculũ: & iugũ nostrę captiuitatis excussit dñs noster Iesus Christus: & suũ nobis suaue iugũ fidei: & charitatis: & spei: ac totius sanctitatis imposuit. Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Explicit tractatus Origenis sup Leuiticũ.

Incipit tractatus Origenis sup Numeros. Homilia Prima. Cap. I.

A

Diuinis numeris ñ oẽs digni sũt: sed certis qbusq́ ꝓrogatiuis designãt hi qui intra nũerũ dei debeãt cõꝓhẽdi. Hui⁹ autẽ rei euidẽs indiciũ cõtinet liber hic: qui scribit Nũerorũ. In quo refertur ꝙ ex ꝑcepto dei neq́ mulieres deducãt ad numerũ: fœmineæ sine dubio infirmitatis obstaculo: neq́ seruoꝝ quisq̃: vtpote vita moribusq́ degeneres. Sed ne Aegyptiorũ quidem vllus ex iis: qui erãt admixti numeratur: profecto vt alienigenæ: & barbari: sed soli numerant israelitæ. Et isti nõ oẽs: sed a viginti annis: & supra: nec sola ætatis habetur obseruatio: sed quęritur si & aptum bellis robur ostẽdat: designatur em̃ per verbũ dei: vt numeret omnis qui procedit in virtute. Non ergo sola ætas: sed & virtus in israelitica plębe reqritur. Puerilis ætas non numerat: nec apta diuinis calculis ducit: nisi forte primogeniti sint aut sacerdotali: vel leuitica stirpe descendant. Isti soli in pueris adducunt ad numerũ. Fœminarum vero nulla prorsus adducit: & quid videtur? Possunt hæc vacua eẽ mysteriis? Sed hoc solum ꝓcurasse credit spũs sanctus: qui hæc scribẽda dictauit: vt sciremus qui tunc in illo populo numerati sint: & qui sine numero mãserint. Et quis dabit ex hoc ꝓfectus iis: qui sacris voluminibus gestiunt erudiri? Quid em̃ prodest ista didicisse? Aut quid animę confertur ad salutẽ: si sciat ꝙ pars aliqua populi numerata ẽ in deserto: pars vero innumerata derelicta est? Si vero sequentes Pauli sententiam legem spiritalem esse credamus: & spiritaliter quæ continet: audiamus: ingens ꝓfectus animæ in iis quæ scripta sunt: apparebit. Docet enim me præsens lectio: ꝙ si trascendero puerilis ætatis insipientiam: si desiero paruul⁹ eẽ sensibus: & vir effectus deposuero quæ sunt paruuli: si inquã effectus fuero iuuenis: & talis iuuenis: qui vincã malignũ: aptus videbor iis: de qbus scriptũ est: oẽs qui ꝓcedunt in virtute israel: & dignus diuinis numeris cõputabor. Donec aũt inest alicui nostrũ: vel puerilis: & lubricus sensus: vel fœminea: & resoluta segnities: vel ægyptios gerimus: & barbaros mores: haberi apud deũ in sancto: & consecrato numero non meremur. Innumeri enim apud Salomonẽ dicunt esse qui pereunt. Numerati aũt oẽs illi q saluant. Et vis tibi ostẽdã quia sanctorum numerus habet apud deum? Audi quomõ de astris quidẽ cœlestibusq́ dicit Dauid. Qui numerat multitudinẽ stellarum & oĩbus eis noĩa vocat. Saluator vero non solum discipulos suos electos sub numero statuit: verũ & capillos capitis eorũ dicit eẽ numeratos. Ait em̃. Vestri aũt etiam capilli capitis numerati sunt. In quo vtiq́ non illos dicebat capillos esse numeratos: qui vel ferro attõderi: & pr oiici solent: vel tẽporis ætate defluere: ac perire: sed illi capitis capilli apud deum numerati sunt: qui in Nazareis erãt. Quibus inerat virt⁹ spũs sancti ad ꝓsternẽdos alienigenas. Virtutes ergo animi: & multitudinẽ sensuũ: qui de principali mentis: tanq̃ de capite apostolorum producebant: capillos capitis appellauit. Sed in hęc per excessum quendam deuenimus: nunc ad ꝓpositũ reuertamur. Et locutus est (inquit) dñs ad Mosen in deserto

Syna; Illa scilicet oĩa quæ supius compẽdiosa narratione cõprehẽdim⁹: vbi precipit numerari a viginti annis & supra: oĩs qui pcedit in virtute israel. Siquis ergo pcedit in virtute: ipse numeratur: & nõ in qualicũq; virtute: id est nõ in ægyptiorum virtute: neq; in Assyriorum: neq; in grecorũ: sed in virtute Israel: ipse numeratur apud deũ. Est eñ virt⁹ animi: quam grecorũ philosophi docent. Sed hæc non pertinet ad numerum dei. Nõ eñ pro deo: sed p gloria exercetur humana. Est & Assyriorum virtus: est Chaldeorum que in astrologie studiis pdicat: Sed nõ est ista virtus israelitica: & ideo nõ pertinet ad deũ. Est & Aegyptiorum virtus in ea: quã dicunt secreta sapientia: sed hec non adiungit ad calculũ dei. Sola apud deum virtus israelitica numeratur. Hoc est illa virtus: quæ a deo docet: que per scripturas diuinas discit: quæ per fidẽ euãgelicã: & apostolicam tradit: & ideo dicit vt illi soli numerentur: qui pgrediunt in virtute israel. Sed & illud cõsyderemus: quid est quod nõ statim: vt

D egressus est de ægypto populus numeratur. Adhuc eñ persequebat Pharao. Sed nec cum mare rubrum quidẽ transiẽs venit in desertũ dicitur numerari. Nondũ eñ tentati: nondũ ab hoste fuerant impugnati: confligũt aduersum Amalech: & vincunt. Sed nec tũc quidẽ numerãtur. Nõ eñ sufficit ad perfectionẽ tẽdenti vna victoria. Mannæ accipiunt cibum: & aquæ poculum de sequenti hauriunt petra sed neq; tunc numerant. Nondum eñ in his: ea que numeris apta ducuntur adoleuerant: tabernaculũ testimonii cõstruitur: sed nec in hoc quidẽ numerandi populi tempus aduenit. Lex per Mosen datur: sacrificiorũ mos traditur: purificationũ ritus docetur: sanctificationũ leges: & sacramenta cõdunt: & tunc ad numerũ ex precepto dei populus adducitur.

E Describe hæc o auditor in corde tuo dupliciter: & tripliciter. Vide quanta tibi transeũda sunt: quanta toleranda: quot pfectibus: quot tentationibus: quot preliis pugnandũ tibi est & vincendũ: vt possis ad diuinũ numerũ pertinere: vt in cõputo aliquo habearis apud deum: vt inter sanctas trib⁹ adnumerari dign⁹ habearis: vt visitari possis: & per dei sacerdotes Aaron: & Mosen numerorũ censibus adscribi. Suscipiẽda tibi est primo lex dei: lex spiritus sancti: offerẽda sacrificia: explende puri ficationes: peragenda cuncta quæ lex spũs docet: vt possis aliquãdo ad israeliticũ numerũ pertinere. Ego adhuc amplius aliquid intueor in hoc Numerorum libro mysterii. Ratio eñ tribuũ: & distinctio ordinũ: societas familiarum: atq; ordinatio cuncta castrorum: ingentiũ mihi sacramentorũ prodit indicia: Apostolo nobis Paulo spiritalis intelligẽtiæ semina respergente. Et age iam quid oĩs hæc numerorum ratio: quid ordinũ diuersitas intelligẽtiæ mysticæ contineat: videamus. Expectatio certa nobis est resurrectionis mortuorum cum hi qui viuunt: qui reliqui sunt: nõ preuenient in aduentu Christi eos: qui dormierunt: sed simul cum eis iuncti: & sociati: rapiẽtur in nubibus obuiam Christo in aera. Terreni scilicet hui⁹ loci corruptelam: & mortis habitacula deserẽtes: atq; ad paradisum in vnam ex multis que apud patrem sunt mansionibus transferendi. Diuersitas autem translationis: & gloria ex meritis sine dubio; & actib⁹ vniuscuiusq; præ F stabitur. Et erit vnusquisq; in eo ordine: quẽ sibi gestorum merita cõtulerint: sicut & idem Paulus ptestat dicẽs de resurgẽtibus. Vnusquisq; aũt in suo ordine. Hinc ergo accidet in resurrectiõe: vt vnusqsq; aut in tribu Ruben spiritalibus indiciis adscribat: ob hoc profecto q aliquid in moribus: actibus: aut vita ipsi Ruben simile: & consanguineũ habuit. Alius autẽ in tribu Symeon: fortassis pro obaudientia. Alius in tribu Leui credo qui bene prefuit sacerdotio: vel qui bene ministrans gradum sibi bonum acquisiuit. Alius in tribu Iuda: nõ dubito q is qui regios spiritus gessit: & bene rexit populum qui intra se est: sensum scilicet mentis: & cogitationũ cordis: sed & singulis quibusq; tribubus vnusquisq; sociabitur pro his: quæ ad vnam quãq; earũ: vel in actib⁹ cognata: vel in moribus habuit. Erunt ergo huiusmodi quidã ordines in resurrectione mor G tuorum: sicut designat Apostolus: quorũ ordinum typ⁹ in hoc libro: & figura præformari mihi videtur. Sed & illud: q consociatione quadam tribuum: & connexione castrorũ positio: & metationis ordo describitur: pertinet sine dubio ad aliquẽ in resurrectione mortuorum statum. Q tres ad orientem collocate dicuntur tribus: tres ad occidentem: tres etiam ad meridiem: & tres vltimæ ad aquilonẽ: qui durus dicitur ventus. Sed & q tribus Iuda: quæ regalis est ad orientẽ statuit: ex qua ort⁹ est dominus noster: non puto ociosum. Et q Isachar huic iungitur: & Zabulon: & q ĩ quatuor partes trinus iste numerus ordinatur: que q̃uis positionum suarũ diuersas habeant qualitates: omnes tamen intra trinitatis numerum continentur. Et q per totas has quatuor partes in vnum numerum colligitur eadem trinitas semper: pro eo sine dubio q sub vno nomine patris: & filii: & spiritus san

cti censentur oẽs: qui ex quatuor orbis partibus veniẽtes inuocant nomẽ dñi: recumbentes cũ Abrahã: & Isaac: & Iacob in regno dei. Hęc a nobis generaliter indicata sint: volentibus totius sacri huius voluminis continentiam mysticã breuiter comprẽhẽdere: vt ex his intelligẽtię spiritalis occasiõe suscepta: vnusquisq; & in reliquis similé. aut etiã sicui amplius deus reuelat superiorẽ: & excelsiorẽ persequatur indaginem. Ego em̃ vere imparem me iudico ad enarrãda mysteria: quę liber hic continet Numerorũ. Multo aũt inferiorẽ ad illa: quæ Deuteronomii volumẽ includit. Et ideo festinandũ nobis est peruenire ad Iesum: non illum filium Naue: sed ad Iesum Christũ. Prius tamen pædagogo vtentes Mose: & apd eum rudimenta infantiæ deponentes sic tendamus ad perfectionem Christi. Moses enim non multa bella compressit. Iesus aũt bella qdem vniuersa compescuit. Pacem vero omnibus dedit: ita vt scriptum sit: qa cessauit terra a bellis. Terra repromissionis: terra hæreditatis: terra quæ fluit lac: & mel. ab Iesu distribuitur. Beati em̃ mites: quia ipsi per Iesum hęreditabunt terrã. Sed & ipsius distributionis inuenies typos: & imagines præcessisse. Non em̃ ociosum est q; aliis vltra Iordanẽ terra diuiditur: aliis ĩtra Iordanẽ: & aliis primis: aliis vero secundis: nonnullis etiã tertiis: & sic per ordinem hęreditas terræ diuiditur: vbi vnusquisq; requiescat sub ficu sua: & sub vitę sua: & non sit vltra qui exterreat. Quę cuncta magnificis præsignata mysteriis: ipse dñs Iesus ĩ die aduentus sui non iam per speculum: & in ænigmate: sed facie ad faciẽ in veritate cõplebit vnicuiq;: secũdũ q; ipse nouerit merita singulorum: qui cognitor cordis est: cui gloria: & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

De ordine: & collocatione castrorum.
Homilia Secunda cap. ii.

Rima numerorũ lectio docuit: q; exercit⁹ dei q exiuit de terra ægypti: et iter egit p desertũ visitat⁹ sit: hoc est numeratus p Mosen: & Aaron: ac p singulas quasq; tribus seqstrat⁹: certo sub numero recẽsitus sit: qđ nos: velut cum tota fil' libelli continẽtia exponẽtes: formam diximus esse perscriptã: quomodo populus dei egrediens de mundi huius Aegypto: & ad terrã repromissionis: id est est vel ad virtutũ locũ: vel ad regni cœlorum gloriam: hęreditatẽq; festinans: ordinibus quibusdã: & meritoꝝ gradibus deducatur. Et per hęc ostendimus futurorum bonorũ magnificentiã in legis imaginibus adumbratã. Nunc vero lectionis huius initiũ: quæ hodie recitata est: edocet nos qualiter ab his qui deo mancipati sunt: nec implicant se negotiis sæcularibus componatur ordo castrorum. Ait em̃. Et locutus est domin⁹ ad Moysen: & Aaron dicens. Homo secundũ ordinem suũ & secũdũ signa sua: & secũdum domos familiarũ suarũ castra collocet: filii Israel ex aduerso in circuitu tabernaculi testimonii considãt. Moses dicit. Homo secũdum ordinẽ suum: & secundũ signa sua: & secundum domos familiarũ suarum incedat in castris: & Paulus dicit. Omnia honeste: & secundum ordinẽ fiant. Et nõ tibi videtur vnus eẽ spiritus dei: qui & in Mose loquitur: & ĩ Paulo? Secundũ ordinẽ Moses incedi mandat ĩ castris. Secundũ ordinem cuncta geri in ecclesia præcepit Paulus. Et Moses quidem: q legi ministrabat: in castris custodiri ordinẽ iubet. Paulus vero tanq̃ euãgelii minister: non solũ C
in actibus: sed in ipso habitu: ordinatum vult esse christianum: & ideo dicit. Mulieres similiter ĩ habitu ornato. Vnde ego arbitror q; nõ solum in officiis: & habitu seruari ordinẽ volunt: sed dãt intelligi q; sit aliquis etiam ĩ anima ordo: de quo dicatur q; vnusquisq; incedere debeat secundum ordinem suum. Qui ordo præcipue quidem ex operum fructu indicatur. Nihilominus aũt & ex magnificentia sensuum. Nam sæpe accidit: vt is qui humilẽ sensum gerit: & abiectum: & qui terrena sapit: excelsum sacerdotii gradum: vl' cathedrã doctoris obsideat: Et ille qui spiritalis est: & a terrena conuersatione tam liber: vt possit examinare omnia: & ipse a nemine iudicari: vel ĩferioris ministerii ordinem teneat: vel etiã in plębe a multitudine relinquatur. Sed hoc est D
& legis: & euangelii statuta contẽnere: & nihil secundum ordinem gerere. Sed & vnusqsq; nostrum si de cibo: & potu sollicitus sit: & omnem curam in rebus sæcularibus gerat: vnam vero aut duas horas ex integro die etiam deo deputet: & ad orationem veniat in ecclesiam: vel in transitu verbum dei audiat: p̃cipuam vero curam erga solicitudinem sæculi: & ventris expendat: iste non complet mandatum: quod dicit: vt homo secundum ordinem suum incedat: vel quod dicit: vt omnia secundum ordinem fiãt. Ordo est enim' statutus a Christo. quærere prius regnum dei: & iustitiam eius: & credere secundo loco: hæc nobis apponantur. Homo ergo secun-

dum ordinē suū incedat. Putas ne qui sacerdotio funguntur: & in sacerdotali ordine gloriantur: secundum ordinē suū incedūt: & agūt omnia quæ illo ordine digna sunt? Similiter autē & diaconi putas secundum ordinē ministerii sui incedūt? Et vñ est qd sępe audim⁹ blasphemare homines: & dicere. Ecce qualis episcopus: aut qualis presbyter: vel qualis diaconus? Nonne hęc dicuntur: vbi vel sacerdos: vel minister dei visus fuerit in aliquo contra ordinem suum venire? Et aliquid contra sacerdotalē: vel leuiticum ordinē gerere? Quid aūt & de virginib⁹ dicam: aut de continētibus: vel oībus: qui in professione religionis videntur? Nonne siqd inuerecundū: vel petulans: siquid ꝓteruū gesserint: arguit eos continuo Moses: & dicit: homo secundum ordinē suum incedat? Agnoscat igitur vnusqsq; ordinē suū: & quid dignū sit eo ordine: quē suscepit: itelligat: & ita libret act⁹ suos: ita etiā sermonē: incessum quoq; ipsum & habitū moderetur: vt cū ordinis sui professione cōueniat: ne audiat dici ad se a deo. Quia propter vos nomē meū blasphematur inter gentes. Quid autē sit qd dicit: & secundum signa sua: videamus. Ego puto signa esse ea: quib⁹ vniuscuiusq; ꝓprietas designatur. verbi gratia. Oēs quidem hoīes similes sumus: sed est propria quædam vniuscuiusq; distinctio: vl' in ipso vultu: vel in statura: vel in positione: vel in habitu. Per quæ verbi gratia: Paulus quia Paulus sit: designetur: & Petrus: quia Petrus sit: & non sit Paulus. Interdū aūt etiā non vidētib⁹ vniuscuiusq; signi diuersitas datur: vt ex voce: & loquela: agnoscat illum esse: vel illum qui loquitur: & secundum suæ ꝓprietatis signū vnusqsq; etiam sine corporali visione cognoscitur. Hoc modo arbitror esse etiā in animis signa diuersa. Et alterius quidem animi motus lenior ē: mitis: placidus: tranquillus: æqualis: alterius turbidus: elatus: asperior: incitatior: petulantior. Alius circunspectus: cautus: prouidus: sollicitus: impiger. Alius desidiosus: remiss⁹: negligens: incautus. Et in his alius plus: alius minus. Et audeo pronuntiare: quia fortassis quanta in specie vultus inest diuersitas hominibus: tanta & in animis inuenitur esse differētia. Sicut & sapientissimū Salomonē memini quodam loco dicētem. Sicut diuersi sunt vultus vultibus: ita & diuersa sunt corda hominum. Sed vnusquisq; (vt ait Moses) secūdū signa sua incedat: id est ne is: cuius humilia: & despecta sunt signa: elatior incedat: vel altior q̄ animorū suorū signa deposcūt. Et vt adhuc amplius diuersitatis signorū ratio clarescat: addemus etiā hęc. Oēs qui literas norunt: certum est q; xxiiii. si græca. xxiii. si latina literarum elemēta didicerint. & ex his oīa quæcunq; scribenda sunt: scribunt. Aliud tamen signum: verbi causa: alpha: qd Paulus scripserit: habet: & aliud qd Petrus: & sic per singulos hoīes: qui literas norunt diuersa scribēdi per singulas quasq; literas signa reperies. Vnde & chirographa singulorum manibus scripta: propriis quibusdā signis: & indiciis agnoscūtur. Et cum sint elementa eadem: est tamen in ipsa similitudine literarum multa dissimilitudo signorū. Igitur si integre tibi propositæ rei patuit exemplū: veni nunc ad motus mētis: et animorū: qbus ad aliqd concitantur gerendum. Intuere singulorū virorū chirographa: & vide quomō verbi gratia: anim⁹ Pauli ꝓposuit castitatem: & animus nihilominus Petri. Sed est ꝓpria quædā castitas Petri: & alia castitas Pauli: etiā si vna: eadēq; videatur. Deniq; alterius ipsorum talis castitas est: quæ reqrat macerari corpus suū: & subiicere seruituti: & q adhuc dicat: castigo corpus meū: ne forte aliis prædicās ipse reprobus inueniar: alterius aūt castitas talis sit: quæ istud forte nō timeat. Similiter & iustitia habet aliqd proprietatis in Paulo: habet & in Petro. Eodē modo & sapientia: cæteręq; virtutes. Q; si etiā in his noībus: quæ exēpli causa posuimus: pōt fieri: vt cum vnū sint per spiritū dei: sit tñ aliqua diuersitas in ipsarū ꝓprietate virtutū: quāto magis reliqui oēs hoīes ꝓpria quędā signa in motibus animorū: & animę virtutib⁹ gerūt? Quę Moses mystica ratiōe perspiciēs: scribit in lege: vt vnusqsq; secundum signa sua incedat in castris. Potest aūt fieri: vt ęmulatione operū bonorū ab inferioribus signis ad meliora: & magnificentiora veniamus. Si em̄ recte a nobis intellectū est: hæc oīa quæ in lege scripta sunt: formas eē futurorū bonorū: & illius sæculi: qd ex resurrectione mortuorū speramus: certum est vtiq; q; si in pręsenti vita habuerimus studiū meliorum: & secundum Apostoli exemplū posteriora obliuiscentes: ad ea quæ in ante sunt: extendamur: in resurrectione mortuorū: vbi sicut stella ab stella differt in gloria: ita & vniuscuiusq; merita refulgebunt. Poterimus vtiq; ab inferioribus ad meliora signa: & fulgētiora trāsferri: & splendidioribus syderibus exæquari. Atq; in tantum potest natura humana ī hac vita proficere: vt in resurrectiōe mortuorum non solum stellarum gloriæ: sed & Solis splendori valeat exæquari. Secundū q; scriptum ē. Quia iusti fulgebunt in regno dei sicut Sol. Hinc ergo est: quod & in inferioribus dicit: secundū signa sua: per domos familiarū suarū.

Quod dicit p domos familiarũ suarũ:in græco idẽ sermo posit⁹ est:quẽ & tibi Apostolus dicit:vbi ait.Huius rei gratia curuo genua mea ad patrem dñi nostri Iesu Christi:ex quo oĩs paternitas in cœlo:& in terra nominatur. Quas ergo hic Paulus paternitates dicit:ibi familias posuit latinus interpres:sed vnus atq̃ idem sermo habetur in græco.Istæ sunt ergo paternitates:vel familiæ:quas Paulus quidem iam ostendit in cœlis.Moses autem sub figuris adhuc legalibus describit in terris:secundũ quas incedere nos monet:vt possim⁹ cœlestibus paternitatibus sociari.Sunt enim (vt Paulus supius pnuntiauit) siue familiæ istæ dicẽdę sunt:siue paternitates in cœlo:ex quibus forte est & illa:quã in alio loco nominat idem Paulus ecclesiã primitiuorũ adscriptam in cœlis:cui nos eueniet sociari:si secũdum ordinẽ incedamus:& oĩa secundũ ordinem geramus.Si nihil inordinatum:nihil inquietum:nihil ihonestũ inueniatur in nobis:tunc & sicut firmamentum resplẽdebims.Et sicut stellę:vel Sol ipse refulgebimus in regno dei.Per Christũ Iesum dominũ nostrũ:cui est gloria:& imperiũ in sæcula sæculorũ.Amen.

De eo quod scriptũ est.Ego assumpsi Leuitas de medio filiorũ israel:& pro omni primo genito:qui adaperit vuluam:& reliqua.

Homilia Tertia.Cap.III.

B Criptum est de mãna quia secundũ tẽpus illud:siquis id ita sumpsisset:vt pręceperat de⁹:nutriretur ex eo.Si quis vero cõtra pręceptum dei:& cõtra statutũ diuinitus modũ voluisset assumere:non frueretur eo:vt vitali cibo:sed vermes ebullirẽt ex eo.Et ita fiebat:vt vna atq̃ eadẽ species mãnę aliis qdẽ vermes:& putredines generaret:aliis vero salubrẽ cibũ cõferret:& vitę necessariũ.Igit̃ & nostrũ mãna verbũ dei est:& apud nos ergo sermo dei aliis efficit ad salutem:aliis cedit ad pœnam. Et pter hoc arbitror q̃ ipse dñs & Saluator:qui est viuum dei verbũ dicebat:In iudiciũ ego veni in hunc mundũ:vt nõ vidẽtes videant:& vidẽtes cæci fiant.Quanto melius esset nonnullis oĩno:nec audire verbũ dei:q̃ audire cũ malitia:vel audire cũ hypocrisi! Melius autẽ dicimus ad comparationẽ malorum. Vere aũt melius:& vere rectius:ac perfectius est:vt qui audit verbum dei audiat corde bono:& simplici:audiat corde recto & parato:vt quasi in terra bona fructificet:& crescat.Hęc in pręfatione diximus pter nonnullos eorũ qui ad audiendum nõ simplici:nec fideli mente conueniũt De quibusdã dico catecuminis:qbus fortasse nonnulli etiã eorũ:qui iam baptismum consecuti sunt:sociant̃:Non eñ oẽs qui ex israel:ii sunt israelitæ:neq̃ omnes:qui loti sunt aqua:continuo etiã sancto spiritu loti sunt:sicut e contrario nõ oẽs:qui in catecuminis numerantur:alieni sunt:& expertes spiritu sancti. Inuenio eñ in scripturis diuinis nonnullos catecuminorum dignos habitos spiritu sãcto & alios accepto baptismo indignos fuisse sancti spũs gratia.Cornelius catecuminus erat:& anteq̃ ad aquã veniret:meruit accipere spiritum sanctũ.Simon baptismũ acceperat:sed quoniã cum hypocrisi accessit ad gratiam:repudiatur a dono spiritus sancti. Nolo dubites & nunc esse in populo catecuminorum aliquos Cornelios:ad quos dici possit:quia misericordiæ:& orationes tuæ ascenderũt ad cœlum.Et rursum in populo fideliũ esse aliquos Simones:qbus confidẽter dicendũ sit.O plene omni dolo:& fallacia:fili diaboli:inimice omnis iustitię.Hæc ego ad correptionem mei ipsius loquor:non solum auditorũ.Vnus eñ & ego sum ex iis:qui audiunt verbũ dei. Sed audiamus iam quid sermo diuinus loquatur ad Mosen.Et locutus est (inquit) domin⁹ ad Mosen dicens. Ecce ego assumpsi leuitas de medio filiorum israel pro omni primogenito qui adaperit vuluã ex filiis israel:redẽptiones eorũ erũt:& erunt mihi leuitæ.Meum est eñ omne primogenitum ex die qua percussi omne primogenitum in terra Aegypti:sanctificaui mihi omne primogenitũ Israel:ab homine vsq̃ ad pecus meum erit:ego dominus. Leuitæ assumuntur pro primogenitis:cũ vtiq̃ non sint primogeniti.Leui enim tertius nascitur ex Lia.Primus namq̃ est Ruben.Simeon secundus.Tertius Leui:& assumuntur in primogenitos ii:qui natura non sunt primogeniti.Nunquid hæc in lege dei ociose scripta esse credendum est? An illud edocet nos:q̃ apd deum non illi primogeniti habeantur:qui corporea natiuitate præcedunt sed ii:quos proposito mentis inspecto:deus ipse in ordinem primitiuorum iudicat assumendos? Sic enim apud deum Iacob posterior natu primogenitus iudicatus est:& benedictiones primitiuatus procurata diuinitus parentis cæcitate suscepit. Ex proposito etenim cordis quod deo patuit:etiam priusq̃ in hoc mundo nascerentur:aut aliquid agerent boni:vel mali:pronuntiat dominus de eis:quia

Iacob dilexi. Esau autẽ odio habui. Filii ergo
Leui primogeniti quidẽ nõ sunt secundũ car
nem: sed pro primogenitis assumuntur: vt sit
amplius aliquid pro primogenito assumi: q̃
primogenitum nasci. Ecce (inquit) assumpsi
leuitas ex medio filiorum israel. Dic simplici-
F ter: assumpsi leuitas ex filiis israel. Quid est:
quod addis: & de medio filiorũ israel? de quo
medio? Tertius est Leui (vt supra dixim⁹) in
ter filios israel? De quo ergo medio assuman-
tur leuitæ cuperẽ scire. Inuenio in scripturis
beatã illam Sunamitẽ: quę aluerat aliquando
prophetã: respondentẽ cũ fiducia regi israel:
volenti sibi aliquid cõferre beneficii: & dicen-
tem. In medio populi mei ego habito. Ampli-
us aũt: & magnificentius in euangelio video
scriptum de domino & Saluatore nostro dicẽ
te Ioanne. Medius vestrum stat: quẽ vos nesci
tis. Puto ergo eum: qui nunq̃ declinauerit ad
dextram: neq; ad sinistrã dici posse mediũ sta-
re: qui peccatũ non fecit: nec inuentus est do-
lus in ore eius. Et ideo ille quidẽ: quia semper
stat: medius stare dicitur. Siquis vero imita-
tor eius est: sicut oẽs sancti: & illa beata muli-
er: cuius superius fecimus mentionem: stare
q̃dem nõ dicitur. Nõ eñ põt fieri vt non ali-
quando aut ad dexteram quis inclinatus sit:
aut ad sinistram. Nemo eñ mundus a sorde:
nec si vnius diei fuerit vita eius. Habitare ta-
men dicitur in medio populi: & Leuitæ ergo
assumuntur de medio filiorum israel. Leuitæ
sunt eñ qui non cognouerunt dexterã: & sini
stram suam: sed sequentes Mosen: id est legem
dei: nõ pepercerũt patri: nec matri. Et tu ergo
si veniente tentatione: si veniente ira peccati
nõ inclineris ad dextram: neq; ad sinistrã: nec
pręuaricaueris legẽ dei: sed stes in medio fix⁹
& stabilis: & nõ inclineris: neq; curues genua
tua peccato: nec pecudis caput: id est stultitię
sequaris imaginẽ: assumeris de medio filiorũ
israel: & in primitiuorũ numero collocaberis.
Hæc pro eo quod scriptum est: & assumam le
uitas de medio filiorum israel. Verum (si vi-
G detur) recurramus adhuc ad ipsum ordinem
historię: qui refertur in numeris: & ex ipso my
sterium primitiuorũ: vbi vel quomodo requi
ri debeat: contẽplemur. Igitur recenseamus
attentius quomodo distribuũtur duodecim
tribus per ternas in quatuor partes: & per sin
gulas quasq; cœli plagas certa statione consi-
dunt: & inueniemus Iudam quidẽ ab oriente
statui cũ Isachar: & Zabulon. Ruben vero ab
occidente: cũ Symeon: & Gad. In meridie Ef-
frem cũ Beniamin: & Manasse. In aquilone ve
ro Dan cum Neptalim: & Aser. Et his oĩbus
quasi per quatuor terræ cardines in circuitu
collocatis: in medio eorũ vtpote deo proximi
circa ipsum tabernaculũ dei constituunt leui
tæ. In castris quidẽ Iuda: quæ sunt ab oriente:
Moses: & Aaron. In castris uero Ruben: Ger-
son. In castris aũt Beniamin: Caath. Vbi vero
Dan castra cõstituit: metari scribit collocat⁹
& ita in medio filiorũ israel ex omni parte: &
per circuitum: quasi inseri cæteris: & innexi
videntur esse filii Leui. Hæc sunt: quæ nobis H
litera legis exponit: vt ex his sacramentorum
semina colligentes: tanq̃ gradibus quibusdã
ab humilibus ad excelsa: & a terrenis ad cœ-
lestia conscẽdamus. Ascende ergo nunc o au-
ditor si potes: & a terrenis sensib⁹ intuitu mẽ-
tis: & perspicacia cordis eleuare. Obliuiscere
paulisper terrena: supra nubes & supra ip̃m
cœlum gressu mẽtis incede. Ibi require taber-
naculum dei: vbi præcursor pro nobis introi
uit Iesus: & assistit nunc vultui dei interpel-
lans pro nobis. Ibi inquam require quaternos
istos ordines: stationesq; castrorũ. Ibi israeliti
ca agmina: & excubias cerne sanctorum: & ibi
illa quę hic nunc quærim⁹ primitiuorũ sacra
menta rimare. Sed ego non audeo illuc solus
ascendere: non audeo me in hos tam secretos
mysteriorum secess⁹ sine authoritate magni
alicuius doctoris immergere. Non possum il
luc ascendere: nisi præcedat me Paulus: & ip̃e
mihi viam noui huius: & ardui itineris osten
dat. Ipse ergo apostolorũ maximus: qui sciret
multas esse nõ solum in terris: sed & in cœlis
ecclesias: ex q̃bus & septẽ quasdã Ioãnes enu-
merat. Ipse tamen Paulus ostẽdere volens es-
se quandã prętér eas etiã primitiuorum eccle
siam: dicit ad Hebręos scribens. Non enim ac
cessistis ad ardentẽ: & tractabilem ignem: sed
accessistis ad montẽ syon: & ciuitatem dei vi-
uentis Hierusalem cœlestẽ: & multitudinem
angelorũ collaudantiũ: & ecclesiam primiti-
uorum adscriptã in cœlis. Igitur Moses per I
quatuor castra populum dei diuisum descri
bit in terris. Et Apostolus quatuor ordines
sanctos describit in cœlis. Ad quorũ singulos
vnumquẽq; nostrũ dicit accedere. Non enim
omnes ad oẽs accedunt: sed alii quidem acce-
dunt ad montẽ syon: horum aũt paulo melio
res accedunt ad ciuitatẽ dei viuentis Hieru-
salem cœlestẽ. Qui autem & iis eminentiores
sunt: accedunt ad multitudinẽ angelorũ col-
laudantiũ. Qui autẽ super istos oẽs sunt: ac-
cedunt ad ecclesiã primitiuorũ adscriptã in
cœlis. Si ergo ex iis intellexisti q̃s sit ordo pri-
mitiuorũ: & quod sit noĩs istius sacramentũ:
præpara te: & enitere quantum vales: si for-

e actibus: vita: moribus: fide: institutisq pro ficias: vt possis accedere ad ecclesiam primitiuorũ: quæ adscripta est in cœlis. Q2 si non tantum vales: sed es paulo iferior: accede ad multitudinem angelorum collaudantium. Q2 si nec ad istum ordinem potes ascendere: ad ciuitatem saltem dei viuentis Hierusalem cœlestem properare contẽde. Si vero nec ad hoc aptus es: saltem ad montem contẽde syon: vt in monte salueris. Tantum est: ne in terra resideas: ne in vallibus maneas: ne in demersis: et humilibus perseueres. Mihi ita intelligẽdum videtur assumi primogenitos filios Leui: qui ministrãt deo: & altari eius: tabernaculoq deseruiunt: excubiisq perpetuis ministeria diuina concelebrãt. Sed & qđ ait pro omni primogenito: qui adaperit vuluam: nõ mihi facile videtur differi posse: & explanari. Neq em̃ quicunq adaperit vuluam: continuo dignus sanctificatione primitiuatus habẽdus est: quia & in psalmis legimus ꝙ alienati sunt peccatores a vulua: errauerunt a vẽtre: locuti sunt falsa. Qđ vtiq stare secundum literam nullomodo potest. Quomodo em̃ quis errare a via dei potuit stati: vt de ventre matris exiuit? Aut quomodo potuit falsa loqui nuper editus puer: vł qualemcunq proferre sermonem? Cum ergo impossibile sit vel errare aliquem a ventre: vel loqui falsa: necessarium erit & vẽtrem: & vuluam talẽ requiri: cui conuenire possit hoc dictum: ꝙ alienati sunt peccatores ab vtero: errauerunt a ventre: locuti sunt falsa. Et illa erit vulua: quam adaperit omnis primitiuus: qui sanctificatur deo. Adaperuit aliquando deus vuluam Liæ: quæ erat clausa: & peperit patriarchas. Similiter & Rachel: vt pareret etiam ipsa cui⁹ visus erat perspicax: & decorus aspectus. Sed & in multis aliis scripturę locis inuenies adaperiri vuluas. Quarum si singula pro locis consyderes: inuenies quomodo & errent peccatores a vulua: & alii adaperientes vuluã sanctificentur in ordinem primitiuorum. Et erũt mihi (inquit) leuitę: meum est enim omne primitiuum: ex qua die percussi omne primogenitum in terra Aegypti: mihi sanctificaui omne primitiuum. Notũ est quid de iis historia cõtineat: quomodo percussa sint primogenita Aegyptiorum: cũ populus Israel educeretur ex Aegypto. Hoc est ergo qđ ĩ hoc loco indicatur: quia non prius sanctificati sunt primogeniti Israel q̃ percuterẽtur Aegyptiorum primogeniti: & quasi causam sanctificationis horum: interitum & necem ponit illorum. Vnde & hic intelligendum est: esse quosdam primogenitos etiam in Aegyptiis: id est in contrariis potestatibus: quasi electos in malitia: & primos inter dęmonas: qui nisi percussi fuerint: & extincti: sanctificationem percipere israelitarum primogeniti omnino non possunt. Quis ergo est iste: q primogenitos ægyptiorum: id est principatus: & potestates dæmonum percussit? Nõne dominus meus Iesus Christus: qui est primogenitus omnis creaturę: qui principatus: & potestates aduersas traduxit: triumphãs eos in cruce? Quos vtiq: nisi ille percussisset: & triumphasset: sanctificatio ad nos primitiualis venire nullatenus potuisset. Vt autẽ nobis primogenitorum benedictiones donaret: efficiẽ prius ipse primogenitus ex mortuis: vt sit ĩ omnibus ipse primatũ tenens. Et nos credẽtes resurrectionis suæ assumeret pro primitiuis: & ĩ primitiuorũ ordine collocaret: si tamẽ benedictionum gratiã vsq ad finẽ firmã retineamus. Adiuti misericordia ipsi⁹ domini nostri Iesu Christi: cui est gloria in sæcula sæculorum. Amen. C

De eo qđ scriptum est. Viginti duo milia numero inuẽtos esse leuitas: primogenitos autẽ filiorũ Israel. xx. duo milia ducentos. lxxiii. Homilia. IIII. Cap. III.

Vmerorum liber est: qui legiẽ nobis in quo multę sunt numerorũ differentię: quæ conscribunẽ de filiis Israel. Sed post filios Israel numerantur etiã leuitę seorsum. Non em̃ fuerant recẽsiti cũ filiis Israel: & habetur eorũ segregatus quidã ac pręcipuus prę cęteris numerus: quo referũtur omnes simul viginti duo milia reperti. Ita vt neq amplius aliquid: neq min⁹ hoc numero inuẽtum sit. Post hoc pręcepit dominus numerari etiã primogenitos filiorum Israel eodẽ ordine: quo leuitę fuerant numerati: id est ab vno mense: & supra: & inueniuntur primogeniti filiorum Israel viginti duo milia: & ducẽti septuaginta tres. Putas ne per hæc solam numeri historiam docere nos voluit Moses: & nullum in iis diuersitatibus numerorum conclusit solito sibi more mysterium? Nihil ne videbitur inesse rationis ꝙ ducẽti septuaginta tres tantum abundare dicuntur in primogenitis Israel: & in leuitis ad viginti duo milia: neq abundare quicq̃: neq deesse describitur? Viginti duo quidẽ numerus in scripturis diuinis (si quis obseruet: ꝙ principalibus quibusdam causis adscriptus sit: frequẽter inueniet. Nam vigĩti duo prima apud Hebręos elemẽ- D E

ta tradunt esse literarum. Viginti & duo rursus a protoplasto Adam: usq; ad Iacob: ex cui9 semine initium duodecim tribus sumunt: patres fuisse memorētur. Tradunt etiā omnium creaturarū dei species intra viginti & duo numerū colligi. Sed & alia multa in scripturis si quis diligētius exequatur: sub hoc numero cōsecrata reperiet. Propter hoc ergo & leuitę: id est qui deseruiunt domino: & primogeniti filiorum Israel: admirabili hoc: & sacrato numero titulātur. Q2 autē in filiis Israel adduntur F ducēti septuaginta tres: neq; ociosum mihi videtur: neq; absolutionis viam facilē cerno: nisi dominus velamē istud impositū a Mose: iis literis adaperire nobis dignetur: & auferre. Igitur humani generis in carne generatio (sicut asserunt: qui in talibus periti sunt) nouē quidem mēsibus cōtinetur in vulua: sed nō prius moueri fertur ad partum q̄ etiā decimi mensis triduum transeat. Et ita inuenitur q̄ numerus iste: id est ducenti septuaginta tres dies: illos indicēt: qui ex nouem mensibus: & triduo mensis decimi colliguntur: & fiunt simul ducēti septuaginta tres dies isti: quib9 humano generi in hunc mundū prębetur ingressus et ita ī viginti quidē: & duobus numeris: omniū simul creaturarū rationib9 mysticis summa colligitur. In his vero quæ ex abundāti in primogenitis inueniuntur Israel: etiā mysterium humanæ generationis exprimitur. Post G hęc cū in tres ordines diuisi essent filii Leui: & ex tribus nominib9 principū singuli quiq; ordines cēserētur: etiā in ipsis diuersitates quædā non sine mysteriis adscribūtur. Nam filiorū Caath prim9 ordo describitur: & merito. Ex ipso em̄ descēdit Moses & Aaron: qbus sacerdotii summa cōmittitur. Ex ipso em̄ nascitur Amrā: ex Amrā autē Moses: & Aaron. Secundus ordo est Gerson: qui primus quidē in natiuitate: sed secūdus habetur in ordine. Sic em̄ scriptura dicit. Filii autem Leui: Gerson: Caath: & Merari. Sed ex filiis Caath duo rursus ordines dirigūtur: & ii quidē q ex Aaron descēdūt: sacerdotio mācipātur. Pars vero reliqua ad ministrandū sacerdotib9 ordinatur: et idcirco in quatuor partes Leuitarū diuidūtur officia: vt sacerdotio qdē fungant̄ Aaron H et filii eius. Sancta autē sanctorū: vt portēt in humeris suis ii: q reliqui sunt ex populo Caath Quæ autē ad tabernaculum pertinēt testimonii: vel ad atria eius: & pelles: vel etiā velamēta: & quęcunq; sunt minus dura: & ad onus leuia: vt procurēt filii Gerson. Columnas vero tabernaculi: & bases eius: & seras: vt portēt filii Merari: idcirco & in recēsendis eis designāter scriptura cōmemorat: vt cēseatur virtus Merari. Virtute em̄ opus est ad portādas huiusmodi sarcinas. Sed redeamus aliquando ad Apostolū Paulū: qui hęc omnia libero iā & reuelato oculo mentis aspiciens: & veteris testamēti velamen abiiciens: ait. Quia prior populus in huiusmodi cōstructionibus exemplari: et vmbrę cœlestiū deseruierit. Et hęc audiēs: cōsydera ne forte isti quatuor ordines castrorū: exemplū sint: & vmbra illorū quatuor ordinū: quos ad Hebręos scribēs: Paulus enumerauit in cœlis. Et rursus israeliticis quatuor I ordinibus castrorum: quaternos adiice Leuitarū: quæ nos nō tam explanare & aperire: q̄ cōtigisse tantūmodo: & purioribus sensibus (si qui tamen sunt qui puros huc: & liberos a sæcularibus cogitationib9 sensus detulerint) indicasse: & leuiter perstrinxisse sufficiat. Accipiat (inquit) numerum filiorum Caath. Ecce iterum alius introducitur ordo numerorum. Numerati sunt iam filii Leui ab vno mense: et supra nūc numerātur filii Leui a vicesimoquinto anno. Sed nō vt in cęteris supra: sed vsq; ad quinquagesimū annū: & fit iste præcipuus numerus: & electus. Additur em̄ iis. Omnis (inquit) qui procedit ad ministrādū ad opera tabernaculi testimonii: Isti sunt qui numerātur k meliore quodā: & pręcipuo numero. Sicut em̄ in filiis israel dicebatur. Omnis qui procedit ad prœliū in filiis Israel: ita & hic dicitur omnis qui procedit ad ministerium: vt faciat opera in tabernaculo testimonii. Post hæc dicitur quæ sint opera filiorum Caath in medio filiorum Leui secūdum plæbes suas in tabernaculo testimonii. Introibit (inquit) Aaron & filii eius cum eleuata fuerint castra: & deponent velum: quo teguntur sancta: & operient ex ipso velo arcā testamenti. Et post hęc: septē L quędā species enumerātur: quæ pręcipiuntur operiri. Primo in loco: vt omniū pretiosior ipsa arca testamēti operiatur velo: quo prius velabatur. Sed & pelle desuper iacynthina tegat̄ Additur etiā aliud velamē desuper iacynthinū. Secūdo in loco mēsa operitur. Tertio cādelabrū. Quarto altare aureū. Quinto vasa ministerii. Sexto operimētum altaris cū quibusdā velamētis apponitur. Septimo in loco operitur & labrū: & nihil horū omniū nudū relinquitur: aut reuelatū. Deniq; additur etiā præceptum huiusmodi. Nolite (inquit) exterminare de tribu sua plębē Caath. Quo scilicet ex M terminandos esse se scirent: si forte ad hęc mouenda manus suas mitterent: nisi vnūquodq; eorum prius a sacerdotibus fuisset obtectum. Nunc ergo redeamus ad istud tabernaculum

ecclesiæ dei viuētis:& videam⁹ quomodo hęc singula obseruari oporteat in ecclesia dei a sacerdotib⁹ Christi. Siquis vero sacerdos est cui vasa sacra:id est mysteriorū sapientiæ secreta cōmissa sunt:discat ex iis:& obseruet quomo hęc oporteat intra velamē conscientiæ custo re:nec facile proferre ad publicū. Aut si res po scit proferre:& inferioribus:id est imperitiori bus tradere:ne nuda ꝑferat:ne aperta ostēdat et penitus patentia: alioquin homicidiū facit: et exterminat plębē. Exterminatur eñ oīs qui secreta:& ineffabilia sacramēta contigerit:nō dū meritis:& scientia ī sacerdotii ordinē gra dūq; translatus:solis eñ filiis Aaron sacerdotibus:scilicet ipsam arcā testamēti:& mēsam: et candelabrū:& siquid est eorū:quę supra cōprehēdimus nuda:ac reuelata videre concessum est. Alii autē operta hęc videant:imo potius velata hæc in humeris suis portēt: & filii quidē Caath:quoniam ipsi licet nō sint sacerdotes:sunt tamē proximi sacerdotibus:in hu meris suis possunt ista portare. Alii vero sarcinas suas:& ministeria nec in humeris:sed in plaustris ponunt. Vt eñ pręuenientes lectionē dicamus aliqua etiā de iis:quę locus ammo nuit:cū offerrentur a singulis quibusq; tribu bus plaustra:quatuor ex iis acceperūt filii Me rari:duo autē Gerson filii. Illi vero qui horum meliores sunt:plaustra non accipiunt. Intuere ergo nunc cuiusmodi diuisio efficit in officiis ministerii diuini:& quomodo illa quidē:q̄ san cta sunt nō imponūtur portāda aīalibus mutis:sed rationabiles esse debēt homines:& ī hu meris suis portare vasa:qbus ministrant sancta sanctorū. Ea vero quę grauiora sunt:& duriora:nō tam rationabilibus:q̄ mutis portan da aīalibus imponūtur. Sed & ī ipsis est aliqua differentia. Nam illi qui grauiora:& duriora obseruāt ministeria:plura habēt aīalia. Quatuor eñ plaustra dātur filiis Merari. Filiis au tē Gerson quia erāt prope filios Caath:duo tā tum plaustra sufficiunt. Ex quibus ostendit ꝙ operibus quidē durorib⁹:&(vt ita dicā)crassioribus:plures sunt q velut aīalia inseruiunt. Ad ea vero quę rationabilibus procurantur: pauci ex iis q in his instructi aut eruditi vidētur:accedunt. Nā ad illa quæ mystica sunt:et in secretis recondita:& solis sacerdotibus patēt:non solum nullus animalis homo accedit: sed ne ipsi quidē qui habere aliquid exercitii: et eruditionis vidētur. Nondū tamē meritis et vita ad sacerdotalē gratiā conscēderūt: nō solum per speculum ea:& in ænigmate vident sed & operta:& velata suscipiunt:& in humeris portant:quo scilicet magis ea actu operū: q̄ scientiæ reuelatione cognoscāt. Quia igitur D huiusmodi dispensatio est mysteriorum dei & ministerii:qđ habetur in sanctis:tales nos exhibere debem⁹:vt digni efficiamur ordine sa cerdotii:ne velut irrationabilibus nobis onera grauia imponantur:sed tanq̄ rationabiles: et sancti: sacerdotalibus officiis deputemur. Gens enim sancta regale sacerdotium sumus: et populus in acquisitione:tantum vt acceptā gratiam vitę meritis exequentes:digni habea mur sancto ministerio:vt cum discesserimus de hac vita mereamur assumi(vt supra diximus)inter sacerdotes dei:& ministrantes arcę testamenti:in arcanis scilicet:& reconditis mysteriis:reuelata facie gloriam domini speculemur:& īgrediamur terram sanctam:Cuius hæreditatem nobis pręstabit dominus noster Iesus Christus:cui est gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

De eo quod scriptum est. Nolite exterminare de tribu sua plębem Caath. Homilia. V. Cap. IIII.

Esponsa dans dominus ad Moysē:& Aarō dicit E Nolite exterminare de tribu sua plæbē Caath: de medio filiorum Leui. Sed hoc facite eis:& viuēt:& nō morientur cū accedent ad sancta sanctorum:& reliqua. Primo intelligamus ea:quæ secundum literā referuntur:& ita pręstante domino ab ītellectu literæ ascendemus ad intelligentiam spiritalem. Intellige ergo prius ipsam collocationem tabernaculi testimonii:intellige & sancta san ctorum quæ interiecto a sanctis velamine dirimuntur:quæ inspici non licēt ab vllo homi num:nisi a sacerdotibus solis. Post hęc intellige:quomodo vbi ventum fuerit:vt castra mo ueāt filii Israel. Soluit tabernaculū:& Aaron: F ac filii eius sacerdotes intra sancta sanctorum operiunt singula quæq; operimētis:ac velami nibus suis. Et obtecta ea relinquentes in eodē quo fuerant loco:introducūt filios Caath:qui ad istud officium deputati sunt:& faciunt eos eleuare humeris suis omnia illa:quę manus sa cerdotalis obtexerat. Et propter hoc dicitur a domino. Ne exterminetis de tribu sua plębē Caath. Quasi in eo exterminādi essent:si sancta sanctorum nuda: & patentia contigissent. Quę non solum nō contingere:sed ne intueri quidem fas erat non velata. Si intellexisti quid historiæ ordo contineat:ascēde nunc ad splen

dorem mysterii:& legis spiritalis lumen:si pu
G rus tibi est mentis oculus contuere. Siquis di-
gnos ex iis: qui deo ministrant diuina capere:
et videri mysteria : ad quæ contuenda cæteri
minus capaces sunt. Hic Aarõ: vel filius Aarõ
esse intelligatur: qui ingredi potest ad ea quæ
adire aliis fas nõ est. Siquis ergo talis est huic
soli reuelata patet arca testamenti. Hic videt
vrnam intra se habentem manna: hic consyde
rat & intelligit propiciatorium. Hic intuetur
et Cherubim vtrumq;: & mensam sanctam: &
candelabrum luminis: & altare incẽsi. Iste hęc
consyderat: & intelligit spiritaliter: id est qui
verbo dei: & sapientiæ mysteriis operam dat:
et deo soli in sanctis vacat. Sciat sane cui hæc
reuelantur: & spiritaliter inspicienda credun
tur: non sibi tutum esse aperire ea: & pandere
quibus nõ licet pandi: sed operire debet singu
la: & operta cæteris minus capacibus tradere
portanda in humeris: & ceruicibus imponen-
H da. Cum em̃ ex verbis mysticis eruditi: & per-
fecti quiq; doctores opera populis iniungunt:
et plæbs agit quidem & implet quæ mandan-
tur: non tamen eorum quæ geruntur intelli-
git rationẽ: quid aliud geritur: nisi operta : et
velata sancta sanctorum super humeros por-
tantur? Et vt adhuc manifestius quæ dicũtur
aduertas: exemplis te ex diuinis voluminibus
adhibitis informabimus. Moses intelligebat si
ne dubio quæ esset vera circuncisio. Intellige-
bat qđ esset verum pascha: sciebat quæ essent
verę neomeniæ: & quę vera sabbata: & cũ hæc
omnia intellexisset in spiritu: verbis tamen ea
per rerum corporalium species: adumbratio-
nesq; velabat: & cum sciret verum pascha im-
moládum esse Christum: ouem corporalẽ im
molare mãdat in pascha. Cumq; sciret diem fe
stum agi debere in azimis synceritatis: & ve-
ritatis: tamẽ de farinę azimis pręcipiebat agi
diem festum. Hæc ergo & huiusmodi erãt san
cta sanctorum: quæ cum Moses portãda cęte-
ris traderet: id est rebus: & operibus implen-
da: cooperta tamẽ ea: & velata cõmuni sermo
I num tradebat eloquio. Humeri autẽ ꝙ operũ
indicium teneant: in multis scripturę: sępe lo-
cis ostendimus. Sed & in ecclesiasticis obserua
tionibus sunt nõnulla huiusmodi: quæ omni-
bus quidẽ facere necesse est: nec tamẽ ratio eo
rum omnibus patet. Nam ꝙ verbi gratia: ge-
nua flectimus orantes: & ꝙ ex oĩbus cœli pla-
gis ad solam orientis partem conuersi oratio
nem fundimus: nõ facile cuiq̃ puto ratione cõ
pertum: sed & eucharistiæ siue percipiendæ:
siue eo ritu quo geritur explicãdę: vel eorum
quæ geruntur in baptismo verborum: gesto-
rumq;: & ordinum: atq; interrogationum: ac
respõsionum: quis facile explicet rationẽ? Et ta
men omnia hęc operta: & velata portamus su
per humeros nostros. Cũ ita implemus ea &
exequimur: vt a magno pontifice: atq; eius fi-
liis tradita: & cõmendata suscepimus. Cuncta
hęc ergo & horũ similia cum gerimus: nec ta
men eorũ assequimur rationẽ, leuamus hume
ris nostris: & portamus adoperta : & obtecta
diuina mysteria: nisi quis sit inter nos Aaron
aut filius Aaron: quibus ista cõceditur nuda:
et reuelata perspicere. Ita tamen cõceditur: vt
sciant sibi velanda hæc: & operienda: vbi cæte
ris dari ea : & in opus proferri ratio poposce-
rit. Post hęc dicitur de Leuitis: qui operentur K
a vicesimoquinto anno: & supra: vsq; ad quin-
quagesimũ annum. Omnis (inquit) qui proce
dit ad opus operum: & ad opera quæ portant
tabernaculi testimonii. Obserua in iis distin-
ctionẽ sermonũ scripturę diuinę: vbi de operi
bus filiorum Israel loquitur. Non dicit opera
operum: sed sola opera. Vbi vero de officiis le
uitarum: nõ dicit sola opera: sed opera operũ.
Sicut em̃ sunt quædam sancta : sunt autem et
alia sancta sanctorum: ita sunt quædam opera
et alia opera operũ. Vnde videtur mihi: quia
Moses vbi sensit esse quędã opera visibilia qui
dem : sed quibus inesset interior alia mystica:
et occulta intelligentia: hæc non solum opera:
sed opera operũ dixerit. Quæ vero cõmunia
et præsentis solum temporis opera intellexit:
hæc solum opera nominauerit. Sunt ergo quę
dã opera operũ: quæ ego puto esse omnia hæc
de quibus vel in præsenti lectione: vel ĩ Exodo
et cęteris locis sub occultis pręcipitur myste-
riis: & pro parte in pręsenti: pro parte vero ex
plendis in futurum: quæ tamen (vt diximus)
opera operum: nõ cuilibet: sed leuitis solis tra
denda mandantur. Et inter leuitas ipsos non
prius ad hæc opera quisq̃ vocatur: nisi a vice
simo demum & quinto anno vitæ suæ: vsq; ad
quinquagesimũ. Sed non caret sacramento: ne L
ipse quidẽ vigintiquinq;: & quinquaginta nu
merus annorũ. Nam ĩ vigintiquinq; numero:
quinq; sensuum perfectio declarat: ita vt quin
quies quina numerentur. Quod vtiq; indicat
eum vocari ad opera operum in mysterio per
agenda: qui ex omni parte multiplicatis: & pu
rificatis sensibus inuenit esse perfectus. Quin
quagesimus autem numerus ꝙ remissiõis : et
indulgẽtiæ teneat sacramentũ: in multis scri-
pturarũ locis sæpe: & abundanter ostẽdimus.
Nam & quinquagesimus annus est: qui & iu-
bileus dicitur apud Hebręos: in quo & posses-
sionum: & seruitutis : & debiti fit remissio. Et

quinquagesimus dies post pascha festus tradi tur in lege. Sed & dñs in euangelio cũ parabo lam remissionis doceret: & indulgẽtiæ debito res: quos introducit: vnum in quinquaginta: et aliũ in quingẽtis fuisse denariis: dicit obno xios. Quinquaginta autẽ & quingẽti cognat⁹ est numerus. Decadę em̃ quinquaginta faciũt quingentos. Sed & ex alia parte numerus iste sacratus fit. Septem em̃ septimanis si addatur vnius numeri perfectio: quinquaginta faciunt dies. Similiter & septuaginta septimanis si ad datur vnius decadę cõsummatio: faciunt quin gentos. Qz etsi abundantius adhuc sacramen ta quinquaginta & quingẽtorum numeri pla cet colligere: habemus & ĩ hoc ipso: qui in ma nibus est Numerorũ libro: vbi de hostium spo liis quidã quidẽ offerunt in dona dei quinqua gesimã portionẽ: qui non processerunt ad bel lum. Quidã vero quingentesimã: & vtiq; non inaniter etiã hic quinquagesimus: & quingen tesimus numerus habet. Sed & in Genesi vbi deus tractabat de indulgẽtia Sodomorũ si for te possent ad veniã puenire. Huiuscemodi my steriorum cõscius patriarcha Abrahã a quin quagesimo numero incipit pro indulgẽtia So domorũ domino supplicare: & dicit. Si inuẽti fuerint quinquaginta in ciuitate: nõ saluabis propter quinquaginta ciuitatẽ? Sed ad propo situm reuertamur. Oportet ergo operari leui tas in sanctis vsq; ad quinquaginta annos: infe riores quidẽ opera: meliores vero opera operũ. Horum autem superiores: spiritalibus officiis deseruire: & introire in sancta sanctorũ: ibiq; operire quæ operienda sunt: & tradere filiis Caath portanda humeris: & manibus euehen da. Sed & reliquis vnicuiq; secundũ ea: quæ iã superius sæpe differta sunt ordinãtur. Verũ ne nimia hæc operimẽtorum: velamentorũq; cautela desperationẽ quãdã: & mœstitiam ge nerẽt auditoribus: pauca aliqua: quæ & nobis pandere tutũ sit: & vobis fas sit aspicere: quo niam quidẽ (vt prius diximus) genus regale: et sacerdotiũ gens sancta & populus in acqui sitione: dicti sumus: aperire tentabimus. Intel ligamus ergo tabernaculum testimonii om̃es sanctos: qui sub testamento dei cẽsentur: & in hoc tabernaculo esse quosdam celsiores meri tis: & gratia superiores: & ex iis aliquos quidẽ candelabrum dici. Ipsos forte apostolos: qui il luminant accedẽtes ad deum. Sed & siqui alii sunt: qui in hoc tabernaculo dei omnibus ĩgre diẽtibus scientiæ: & doctrinæ lumen ostẽdũt: omnes isti candelabrum mysticum nominent. Alii sint mensa sacra: scilicet quicunq; habent panes dei: & reficiunt: ac pascunt animas esu rientes iustitiam. Alii sunt altare incensi: qui cunq; orationibus: & ieiuniis die: ac nocte va cant in templo dei: orantes non solum pro se metipsis: sed & pro vniuerso populo. Ii vero q bus arcana mysteria credidit deus: & occulto rum prouidentię suæ iudiciorum secreta cõ misit: arca testamenti dei appellentur. Porro qui cum omni fidutia per hostias precum: sup plicationũq; victimas deum hominib⁹ repro pitiant: & pro delictis populi ĩterueniunt: pro piciatoriũ nominẽtur. At qui meruerint mul titudinem scientiæ: & abundantes diuitias in agnitione dei: Cherubĩ intelligi possunt. Che rubim nãq; in nostra lingua multitudo scien tię interpretatur. Sed hos omnes: qui per hæc singula: quę supra enumerata sunt: designant portari necesse est: & portari in humeris. Vn de fortassis (vt ego opinor) angeli qui ordina ti sunt propter eos: qui hæreditatem capiunt salutis: ipsi sint: qui singulos eorũ: quos supra diximus: portant. Cum em̃ solutum fuerit ta bernaculum hoc: & cœpimus ingredi ad illa sancta: & pergere ad locum repromissionis: hi qui vere sancti sunt: & in sanctis sanctorũ ha bẽtur: angelis sine dubio subuectantibus ince dunt: & vsquequo requiescat tabernaculũ dei portãtur ĩ humeris: & extollunt in manibus. C
Qđ prospiciens in spiritu propheta dicebat. Quoniã angelis suis mandauit de te: vt in ma nibus tollant te: ne forte offendas ad lapidẽ pe dẽ tuũ. Qđ quidẽ dictum putauit diabolus de Saluatore accipiendum: sed cæcatus malitia: nõ intellexit eloquia domini mystica. Neq; em̃ Saluator meus angelis indigebat: vt nõ offen deret ad lapidem pedẽ suum. Neq; em̃ calum niatur diabolus scripturam diuinã: qui hęc de Saluatore dicta protulerit: non de illo: sed de omnibus sanctis hoc dicitur: quia angelis suis mãdauit deus pro populo suo vt nõ offendat ad lapidẽ pedẽ suũ. Sed & oĩa quæ in hoc psal mo scripta sunt: iustis quibusq; magisq̃ Salua tori conueniunt. Liberat em̃ dominus a ruina et dæmonio meridiano nõ Saluatorem: qđ ab sit a nobis ita intelligere: sed omnẽ iustũ. Iusti enim sunt: qui indigent adiutorio angelorum dei: vti ne a dęmonibus subruantur: & ne cor da eorũ sagitta volante in tenebris terebrent Per ipsos angelos sub eodem mysterio Paulus portãdos esse quasdam confirmat in nubibus cũ dicit. Sed & nos qui viuimus: qui reliqui su mus simul cũ illis rapiemur in nubibus obuiã Christo in aera. Rapiuntur ergo ab angelis ii qui penitus purgati: & leues effecti sunt a de lictis. Portãtur vero ii qui aliquibus adhuc re liquiis pęgrauãtur. Portãtur vero & colum D

næ tabernaculi a quibusdã: & atria: & cætera: quę a scriptura referunt. Portãtur autẽ nõ ab Israelitis: sed a Leuitis: secundũ hunc sensum: quẽ in transcursu videmur breuiter cõtigisse relinquẽtes sensibus auditorũ: vt siquis de his maiore desyderio flagrauerit: accẽdat sibi lumẽ scientię: & maiora horũ oculo perspicaciore coniiciat. Nobis autẽ concedat dñs: vt a talibus operariis portati: & subleuati: liberemur et defendamur a sagitta volante ĩ tenebris: et a ruina: & dæmonio meridiano: ne forte offendamus ad lapidẽ pedem nostrum: vsq; quo perueniamus ad locum repromissionis sanctorũ. Per Christum dominum nostrũ: cui est honor in sæcula sęculorum. Amen.

De eo qđ scriptum est: Exiit Moses ad populum: & de septuaginta presbyteris. & de Aethiopissa: quam Moses accepit vxorem.
Cap. XI. & XII. Homilia. VI.

Lura nobis filĩ recitata sunt: E et de oĩbus iis dicere: nec tẽporis breuitas: nec mysteriorũ magnitudo permittit Licebit tamẽ ex ingẽtibꝰ cãpis paucos flosculos legere: et nõ quãtũ ager exuberat: sed quãtũ odoratui sufficiat carpere. Sicut et cũ quis accedit ad fontẽ: nõ ei tãtũ haurire necesse est: quantũ vena diues effuderit: sed quãtũ arẽtes siti mitiget fauces: Ne forte plus iusto sumpta: fiat potãti salubris vnda: ꝑnicies. Et exiit (inquit) Moses ad populũ: & locutus est ad eum verba dñi. Donec verba dñi audit Moses: & ab ipso docet̃: intus est: & ĩ interioribus cõsistit: atq; ĩ intimis secretis habet̃. Vbi vero turbis loquit̃: & populis: ministrat ei: qui F intus nõ potest stare: exire dicit̃ foras. Quid ergo formę talis continet sermo? Qꝫ oĩs doctor: et magister ecclesię si de ꝓfundioribus mysteriis aliquid moueat: si arcanũ quid: & reconditũ de dei sapiẽtia ꝓferat ĩter ꝑfectos: donec in profundis sensibꝰ versat̃ intus esse: & ĩ interioribus cõsistere dicẽdus est. Cũ vero loquit̃ ad turbas: & ea ꝓfert q̃ sufficiãt iis qui foris sunt & quę põt vulgus audire: foras dicit̃ exisse: et loqui ad populũ verba dñi. Hoc video & Paulũ fecisse: & intus quidẽ fuisse cũ diceret. Sapientiam autẽ loquimur inter perfectos. Sapientiã autẽ non huius mũdi: neq; principũ huius mũdi: qui destruent̃. Sed loquimur dei sapientiam ĩ mysterio abscõditã: quã nemo principũ huius mũdi cognouit. Vides quomodo intus est: & interna: atq; arcana diuinę sapientię penetrat Paulus cũ hęc loquit̃? Cũ autẽ ꝓcedit ad populũ: audi quid loquit̃. Oĩs sermo malus de ore vestro nõ ꝓcedat: & q furabat̃: iã nõ furet̃. Et vnusquisq; vir vxorẽ suã habeat: & vnusquisq; ꝓximũ suum sicut seipm̃ diligat: & vnaquęq; mulier suũ virũ habeat. Hęc etsi qua huiusmodi sunt: Paulus secundũ Mosis formã foras exiens ad populũ loquit̃. Sed videamus et G aliud caput: ĩ quo refert̃ ꝙ septuaginta viros elegerit Moses ex senioribus populi: & habuerit eos ante tabernaculũ testimonii: & de spiritu Mosi accipiẽs deus dederit septuaginta senioribꝰ: & cũ requieuisset (inqt) super eos spiritus: ꝓphetauerũt oẽs. Qđ dixit: qa assumẽs de spiritu Mosi: dedit septuaginta senioribus spiritũ: nõ ita ĩtelligas quasi materialẽ aliquã corporeamq; substantiã auferẽs Deus a Mose in septuagĩta secuerit portiões: & ita vnicuiq; seniorũ exiguam particulã dederit. Impiũ est ita intelligere naturã spiritus sancti. Sed hoc modo figurã mystici huius sermonis aduerte quasi Moses: & spiritus: q erat in Mose clarissimi cuiusdam luminis fuerit lucerna: ex qua alias septuaginta lucernas accẽderit deus: ad quas ita principalis illius luminis splẽdor peruenerit: vt origo ipsa luminis nihil dãni ex cõmercio deriuationis acceperit. Et hoc modo pie intelligit̃ qđ scriptũ est: quia abstulit dñs de spiritu Mosi: & dedit septuaginta senioribus. Sed videamus quid est qđ ait in cõsequẽtibus. H Et requieuit (inquit) sup eos spiritus: & prophetauerũt oẽs. Requiescere spiritũ nõ in quibuscunq; hominibus legimus: sed ĩ sanctis et beatis. Requiescit em̃ spiritus dei ĩ iis: q mũdo sunt corde: & in iis q purificant aĩas suas a peccato: sicut e cõtrario nõ inhabitat ĩ corpore subdito peccatis: etiã si habitauit aliquãdo in eo. Non em̃ potest spũs sanctus cõsortiũ pati: & societatẽ spũs mali. Certũ est em̃ peccati tẽpore adesse ĩ corde vniuscuiusq; spiritũ malũ: & agere partes suas. Cui vtiq; cũ locus datur: & recipit̃ a nobis per cogitationes malas: & cõcupiscẽtias pessimas: contristatus: & (vt ita dicã) coangustatus fugatur de nobis spũs sanctus. Propter qđ & Apostolus sciẽs hęc ita accidere: monebat dicẽs. Nolite cõtristare spiritum sanctum: in quo signati estis in die redẽptionis. Igitur peccãtes contristamus spiritũ sanctum. Iuste vero agẽtes & sancte: requiem ei paramus in nobis. Vnde & qđ nũc ait de septuaginta presbyteris: quia requieuit ĩ eis spiritus: laudem vitæ eorum: & virtutes exposuit. Deniq; quia pro puritate cordis eorum: I et synceritate mentis: atq; intelligentiæ capacitate requieuit spiritus sanctus: continuo et

operatur in eis: nec otium patitur: vbi operãdi materia digna suppeditat. Ait eñ scriptura. Et requieuit in eis spiritus: & prophetauerũt. In omnibus ergo qui ꝓphetauerũt requieuit spiritus sanctus: nec tamẽ in aliquo ipsorũ ita requieuit: sicut ĩ Saluatore. Propter qđ et scriptũ est de eo. Quia exibit virga de radice Iesse: & flos de radice ei⁹ ascẽdet. Et requiescet sup eũ spiritus dei: spiritus sapientię: & intellectus: spiritus cõsilii & virtutis: spiritus scientiæ & pietatis: & replebit eũ spiritus timoris dñi. Sed fortasse dicit aliquis. Nihil amplius ostẽdisti scriptum de Christo: q̃ de reliquis hominibus. Sicut eñ de cęteris dictũ est: quia requieuit super eos: ita & de Saluatore dictum est: requiescet super eũ spũs dei. Sed vide quia supra nullũ aliũ spiritus dei requieuisse septẽplici hac virtute describit: per qđ sine dubio ipsa illa diuini spiritus substãtia: quę quia vno nomine nõ poterat diuersis vocabulis explanatur: requiescere super virgã: quæ de stirpe Iesse procederet prophetatur. Habeo & aliud testimoniũ quo docere possum in dño: & Saluatore meo spiritũ sanctũ eximio quodã genere: & longe aliter requieuisse: q̃ refertur in cæteris. Dicit eñ Ioannes baptista de eo. Qui misit me baptizare in aqua ille mihi dixit: Super quẽ videris spiritũ descẽdẽtem: & manentẽ in eo: ipse est. Si dixisset spiritũ descẽdentẽ: & nõ addidisset manẽtem ĩ eo: nihil pręcipuum prę cæteris habere videretur. Nunc autẽ addidit et manentẽ in eo: vt esset hoc signũ in Saluatore: qđ in nullo alio possit ostendi. De nullo eñ scriptum est: quia manserit in eo spiritus sanctus. Et ne quis me putet in hoc derogare prophetis sciunt ipsi: quia non eis derogo: præferens eis dominũ meum Iesum Christum. Recolunt eñ singuli dicta sua: & inueniunt ꝙ de nullo alio dictum est: quia peccatum nõ fecit: nec inuentus est dolus in ore eius. Quia enim solus est sine peccato: qui peccatũ non fecit: idcirco in ipso solo mansit: & permansit spiritus sanctus. Si eñ ipse est: de quo singulare aliquid et eximiũ dicitur: hoc qđ supra diximus quia peccatũ non fecit: cõstat reliquos omnes fuisse sub peccato. Si oẽs: necessario & prophetas. Et quomodo cõueniet vt tẽpore peccati mansisse in eis dicamus spiritũ sanctum? Aut si tibi incredibile videtur: prophetas postq̃ acceperãt spiritum potuisse peccare. ad hunc ipm Mosen quẽ habemus in manibus reuertamur: qui vtiq; maximus est: & eximius propheta℞. Ipse de se scribit: & testimonium dat de semet ipso: quia peccauerit in eo: quo dixit. Audite me increduli. Nunquid de petra ista producere vobis poterimus aquam? In iis eñ dictis nõ sanctificauit dominũ in aqua contradictionis: id est non est fisus in virtute dei: & non dixit. Quia potẽs est deus de petra hac educere vobis aquã: sed quasi ex diffidẽtiæ cuiusdam fragilitate respondit dicẽs. Nunquid poterimus vobis de petra hac educere aquam? Quia ergo peccatum ei in iis verbis reputatur a deo: certum est: ꝙ hæc cum loqueretur: nõ de spiritu sancto locutus sit: sed de spiritu peccati. Q₃ si scripturæ testimonio tantus propheta Moses ostẽditur aliquando habuisse in se spiritũ dei: aliquãdo vero non habuisse: peccati scilicet tẽpore: certũ est: quia & de reliquis prophetis similis forma tenẽda sit. Quid autẽ & de Dauid D dicã? qui pro spiritu sancto: tanq̃ qui a se possit auferri: orat ne auferat: & dicit. Ne ꝓiicias me a facie tua: & spiritũ sanctũ tuum ne auferas a me. In sequẽtib⁹ vero tanq̃ pro culpa ablatum a'se munus reposcit: & dicit. Redde mi hi lętitiam salutaris tui: & spiritu prĩcipali cõfirma me. Quid vero etiã de Salomone cõmemorem: quẽ vtiq; nemo dicet: aut sine spiritu sancto iudicasse iudicia: vel tẽplum dño construxisse? Aut rursus in sancto spiritu dæmonibus tẽpla fecisse: aut impiis mulieribus flexisse latera sua? Etiam ille propheta: qui in tertio Regnorũ libro in Bethel mittebat a domino: in spiritu vtiq; dei: verba dei locutus est: nõ tamen in spiritu dei ꝑuaricatus esse pręceptũ dñi credẽdus est: quo iussus fuerat nõ mãducare panẽ ĩ Bethel: ꝓpter qđ & a leone perimitur. Sed longũ est ire per singulos. Ego autẽ E licet nõ vsq;quaq; pronũtiẽ: puto tamẽ ꝙ sint nõnulla etiam cõmuniũ hominũ gesta. Quę q̃uis peccato careant: nõ tamẽ digna videant: quibus interesse putem⁹ spiritũ sanctum. Vt verbi gratia dixerim: cõnubia quidẽ legitima carẽt quidẽ peccato: nec tñ tẽpore illo quo cõiugales actus gerunt pręsentia sancti spiritus dabit: etiã si propheta esse videat: q officio generationis obsequit. Sed & alia plura sunt: in quibus sufficit sola vis humana: & neq; res indiget: neq; decet adesse ꝓsentiã spiritus sancti. Sed in hęc per excessum quendã incurrimus: dũ ostendere volumus super solũ dñm: & Saluatorẽ meũ Iesum mãsisse semp spiritũ dei. In cęteris autẽ omnibus sanctis: sicut & in. lxx. senioribus: a quibus verbi huius processit exordium requieuisse tñ spiritũ dei: & operatũ esse in tẽpore ea: q̃ expediebãt iis: per quos ope- F rabat: & vtile erat iis: quibus ministrabat. Sed et in cõsequẽtibus cõtinet lectio: quæ recitata est ꝙ Moses Aethiopissam duxerit vxorem: & Maria: atq; Aaron detraxerint de Mose cur

Aethiopissam duxerit: & aiunt. Nunquid soli Mosi locutus est dominus? Nonne & nobis locutus est? Et audiuit (inquit) dñs. Et post hæc iubet eos exire ad tabernaculū testimonii: atq; ibi iudicio quodā habito leprosa efficitur Maria vsq; ad certum tēpus: & sic reuocaẗ ad castra. Qđ vt compēdiosius explicemus: Mariā dicimus formā habuisse plębis prioris: Mosen id est legē dñi transisse ad connubium Aethiopissę huius: quę ex gētibus cōgregata est. Hāc ergo Moses: id est lex spiritalis accepit vxorē: et pro hoc facto Maria: quæ nūc synagoga est: indignatur: & detrahit: vna cum Aaron: cum
G sacerdotibus scilicet: & pharisæis. Derogat ergo vsq; in hodiernum Mosi nobiscum posito plæbs illa: & turpe ei videtur quia circuncisionē carnis non docet apud nos: nec obseruationē sabbati: nec neomenię: nec sacrificia sanguinis: sed circūcisionē cordis: & peccandi otium diesq; festos in azimis synceritatis: & veritatis et sacrificia laudis: & non iam pecudū: sed vitiorum cędi victimas monet. Iudicat ergo de iis deus: & nuptias Aethiopissæ confirmat: et Mosen quidem libenter cum ea habitare sinit: ac requiescere. Mariā vero eiicit extra castra: & porro facit a tabernaculo testimonii: cū qua eiicitur etiam Aaron. Insuper autē & leprosa efficitur Maria. Aspice nunc ad illam plæbē: et vide quanta in illa est lepra peccati: quanta intelligētiæ caligo: quāta obseruātię fœditas: quāta turpitudo conspectus. Veruntamē hæc lepra non perpetuo permanet: sed vbi septima na compleri cœperit mundi: reuocabit ad castra. In fine eñ mundi cum plenitudo gētium introierit: tūc etiam omnis Israel saluabitur: et tunc est cum cessabit lepra de facie Mariæ: recipiet eñ decus fidei: & splendorem Christi agnitionis accipiet. Et restituetur vultus ei⁹: cum fiet vterq; vnus grex: & vnus pastor. In quo vere dicēdum est. O altitudo diuitiarū sapientiæ: & scientiæ dei. Qui ita conclusit oēs sub peccato: vt omnibus misereatur in Christo Iesu domino nostro: cui est gloria in sæcula sęculorum. Amen.

Rursum de Aethiopissa: & de lepra Marię quæ superfuerant. Cap. XII.

Homilia septima.

H Sicut Apostolus dicit. Hæc omnia ī figura cōtingebāt illis: scripta sunt autē propter cōmonitionem nostrā quæro quid cōmonitionis accipiam⁹ ex eo: qđ lectum est nobis: quia detraxerūt Aaron: & Maria de Mose: & propter hoc correpti sunt. Maria vero etiā leprosa efficiẗ. Tāta autē fuit cura correptionis huius: vt dū Maria septimanę tempus expleret in lepra: populus dei non ageret iter ad terrā repromissionis: ne tabernaculū testimonii moueret. Primo interim moneor: et vtiliter: ac necessario moneor ex hoc facto ne detrahā fratri: ne male loquar de proximo meo: ne aperiam os meū ad derogādum nō solum sanctis: sed & quibuslibet proximis meis. vides quāta ex hoc indignatio dei fuerit: quāta vindicta processerit. Deniq; aduersum peccatum istud simili īdignatione etiā in psalmis deum cōmoueri videmus: & dicere. Sedēs aduersus fratrē tuum detrahebas: & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. Similiter autē & ī alio psalmo ex persona iusti scientis hoc deo q̄ maxime displicere diciẗ. Detrahentem occulte aduersus proximū suum persequebar. Ex iis igitur omnib⁹ diuinę scripturæ sermonib⁹: velut gladiis quibusdā vtrinq; acutis obtrectandi fratribus: & derogādi sanctis vitium resecemus. Lepra eñ consequitur derogātes & cacologos: idest maleloquos. Post hæc autē a moralibus ad intelligentiam mysticā transeamus. Quis & in superiore tractatu pauca iam dicta sint: tamen quæ defuisse videntur addemus. Videamus ergo quis est qui I derogat Mosi: quis de eo male loquitur? Non solum iudæi: sed & hæretici: qui non recipiūt legē: & prophetas: etiā ipsi detrahunt de Mose. Deniq; solent ei etiā crimen impingere dicētes: quia homicida fuit Moses: interfecit eñ Aegyptium: & alia multa: vel in ipsum: vel in prophetas blasphemo ore cōcinnant. Isti ergo quia detrahunt Mosi habent lepram in anima sua: & sunt ī homine interiore leprosi: & ideo habentur extra castra ecclesiæ dei. Siue ergo hæretici sint: qui derogant Mosi: siue de ecclesia sint q detrahunt fratribus: & male loquuntur de proximis suis: omnes qui hoc vitio agūtur: dubitandū non est: quin leprosi sint ī anima sua. Et Maria quidē interueniente Aaron pontifice septima die curaẗ. Nos vero si in obtrectationis vitium inciderimus: in animæ lepram vsq; ad finē septimanę mundi: id est vsq; ad resurrectionis tempus leprosi ī anima permanemus: & immundi: nisi dum pœnitendi tempus est: corrigamus: & conuersi ad dominum Iesum: ac supplicantes ei per pœnitentiam purgemur ab immunditia lepræ nostræ. Ego autem puto q; non solus ille populus prior: neq; soli hæretici: de quibus supra memorauimus detrahūt de Mose: sed & omnis: qui

scripta eius male intelligit: & qui spiritalem legem carnaliter suscipit: Mosi derogat: quia de verbis spiritus carnaliter homines docet. Audistis quid sibi iudicii obtrectatores: & maleloqui: et quid damnationis adquirant? audite nunc & quantū beneficii conferant iis: quibus obtrectant. Nunq̄ inuenimus tantas laudes deum dixisse de Mose famulo suo quantas nunc dici videmus: quando ab hominibus ei derogatum est. Audi ergo in consequentibus quid referat: & quib⁹ Mosen laudibus efferat spiritus sanctus. Et descendit (inquit) dominus in columna nubis: & stetit ad ostium tabernaculi testimonii. Et vocati sunt Aaron: & Maria: & steterunt ambo: & dixit ad eos. Audite verba mea. Si fuerit ꝓpheta quis vestrū domini: in visionibus ei agnoscar: & in somnis loquar ei. Non sicut famulo meo Mosi: qui in tota domo mea fidelis est: os ad os loquor ad eum: in specie: & nō in ęnigmate: & gloriā domini vidit. Et quare non timuistis detrahere famulo meo Mosi? Et ira furoris domini facta est super illos: & discesserunt: & nubes discessit a tabernaculo. Et ecce Maria facta est leprosa sicut nix. Videtis quid sibi pœnæ contulerint obtrectatores: quid vero illi: cui obtrectauerāt quęsiuerint laudis. Sibi turpitudinem: illi splendorem: sibi lepram: illi gloriā: sibi opprobrium: illi magnificentiam quæsiuerunt. Verūtamen Moses priusq̄ acciperet Aethiopissam nō est scriptum: quia in specie locutus sit ei Deus: & non in ænigmate. Sed vbi accepit Aethiopissam: tūc dicit de eo Deus. Quia os ad os loquar ad eū: in specie: & nō in ænigmate. Modo enim cum Moses venit ad nos: & cōiunctus est huic nostrę Aethiopissæ: lex dei iam nō in figuris: & in imaginibus sicut pri⁹: sed in ipsa specie veritatis agnoscitur. Et quæ prius in ænigmate designabātur: nunc in specie: & veritate cōplentur. Et ideo ille: qui species figurarum: & ęnigmatū differebat dicit. Scimus autē quoniā patres nostri omnes sub nube fuerunt: & oēs in Moyse baptizati sunt in nube: & in mari. Et omnes eandē escā spiritalē manducauerūt: & omnes eūdem potum spiritalem biberunt. Bibebant autē de spiritali consequenti eos petra. Petra autē erat Christus. Vides quomodo ænigmata legis Paulus absoluit: & species ęnigmatum docet: & dicit: Quia petra in ænigmate erat apud Mosen: anteq̄ iungeretur huic nostræ Aethiopissæ: Nunc in specie petra Christus est. Nūc enim os ad os loquitur per legem deus. Antea in ænigmate fuit baptismus in nube: & in mari nunc autē in specie regeneratio est in aqua: & in spiritu sancto. Tūc in ænigmate erat manna cibus: nunc autem in specie caro verbi dei est ver⁹ cibus: sicut ipse dicit: Quia caro mea vere est cibus: & sanguis meus vere est potus. Sic ergo iam nunc Moses apud nos positus: & huic Aethiopissæ coniunctus: vel ipse ad nos: vel Deus ad ipsum non loquitur in ænigmate: sed in specie. His autem additur: & gloriā (inquit) domini vidit. Quando vidit Moses C
gloriam domini? Ego tunc dico quando trāsformatus est dominus in monte: & aderat ei Moses cum Helia: & colloquebātur ei: & ideo recte in consequentibus adiungit: & quare nō timuistis detrahere famulo meo Mosi? Quod euidenter vtiq; ad eos dictum dirigitur: qui euangelia quidē suscipere videtur: derogant autem Mosi: & merito arguuntur: quia cum discant per euangeliū ꝙ Moses vna cum Helia vidit gloriā domini: legi & prophetis ausi sunt derogare. Et ideo nos non detrahamus D
Mosi: nec derogemus legi: sed simus nō solum auditores legis: sed & factores: vt cū ipso Mose conglorificari mereamur. Ego autem puto ꝙ & illi materiam præstant ad derogandum Mosi: qui verbi causa cum legitur liber Leuitici: vel lectio Numerorum: non ostendunt quomodo hęc: quæ in ænigmate scripta sunt: intelligi per speciem debeant: idest qui non spiritaliter ea: quæ in lege leguntur exponūt. Necessario enim qui audiunt ritum sacrificiorum: vel sabbatorum obseruātiam: vel cæterorum similium in ecclesia recitari offenduntur: & dicunt: Quid hoc necesse est in ecclesia legi? Quo nobis prosunt præcepta iudaica: & spreti populi obseruantiæ? Hæc iudæorum sunt: & iudæi de iis viderint. Ne ergo huiusmodi offendicula auditoribus accedant: danda opera est ad scientiam legis. Et secundum hoc ꝙ spiritalis est lex: intelligenda: & explananda sunt omnia: quæ leguntur: ne doctorum causa: immo desidia: & negligētia: ab imperitis: & indoctis derogetur Mosi: sed conuertamur ad dominnm: vt auferat a nobis velamen literæ: vt nō nobis deformis vultus Mosi: sed gloriosus: & decorus appareat. Ita vt non solum non obtrectemus: sed & pro magnitudine sensuū: laudem ei: & gloriā conferamus. Et ira furoris domini facta est super E
illos: & discesserunt: & nubes recessit a tabernaculo: & ecce Maria facta ē leprosa sicut nix. Ira furoris domini efficitur super eos: qui male loquitur: & detrahunt. Verūtamen quod dicit: & nubes recessit a tabernaculo: & ecce Maria facta est leprosa: sicut nix: consyderandum diligentius est ꝙ prius recedit nubes: &

ita lepra repletur: vt ostēdatur quia etiāsi est in aliquo gratia sancti spirit⁹: & obtrectat: & detrahit: recedit ab eo post obtrectationem: & sic lepra repletur anima eius. Nam & populus ille prior habuit in se gratiā dei. Sed post q̄ in verū Mosen dominū nostrū Iesum Christum extenderunt linguas blasphemiæ suæ: discessit ab illis nubes: & transiuit ad nos in montē excelsum: cū Saluator noster transformatus est: & nubes refulgēs obumbrauit discipulos eius: & venit vox de nube dicens. Hic est filius meus dilectissimus: in quo mihi bene
F cōplacui. Post hoc ergo Maria facta est leprosa sicut nix. Donec aderat nubes: Maria non erat leprosa: sed cum discessit. Donec enim visitatio Dei erat in populo illo: non erat leprosus. Vbi vero discessit: ignominia vultus sui contexit eum. Sed & nos timeamus ne forte effugemus a nobis hanc nubem male loquendo: male agendo: male cogitādo: & tunc apparebit in nobis lepra peccati: cū deseruerit nos gratia dei. Et respexit Aaron ad Mariā: & ecce erat leprosa. Et dixit Aaron ad Mosen. Precor domine ne cōtuleris in nos peccatū: quoniam ignorauim⁹ qđ peccauimus. Ne fiat similis morti: & vt aborsus eiectus de vulua ma
G tris: en comedit dimidiū carnis eius. Vult in hoc ostēdere ꝙ populus ille formatus quidem fuerit in vulua matris suæ synagogæ: non tamen peruenire potuerit ad perfectum: & integrum partū. Sicut enim aborsus imperfectus & incompositus est partus: ita & ille populus aliquāto quidē tempore intra vuluā matris: hoc est intra synagogę institutionem positus fuit: sed peccatis intercedentibus: formari ad integrū: viuificariq; non potuit: & ideo abiecti sunt velut aborsus imperfectus: & immaturus: peccato scilicet consumente dimidium (vt ait) carnis eius. Est tamē interdū & aborsus bonus. Bonus autem aborsus dicitur cum aliis cōparatur: sicut & Ecclesiastes ait. Et dixi: Bonus est aborsus magis q̄ ille. Qui ille? Qui in vanitate (inquit) incedit: & in tenebris ambulat. Nō ergo absolute bonum dicit aborsum: sed bonū magis q̄ vitam: quæ in vanitate ducitur: & in tenebris ignorātiæ: & fit apud eum quædam comparatio singulorum. Dicit em̄ & alibi ipse Ecclesiastes. Bonos esse mortuos magis: q̄ viuentes. Quibus rursus si compares aborsum: bonum esse dicat super vtrūq;. Si ergo cōsyderes qui sunt viui: & qui sunt mortui: quib⁹ aborsus melior sit: pro eo qđ ne gustauerit quidem vitæ mundi huius auspicia: inuenies quæ sint in comparatione
H ista differētię. Consydera ergo quia non alios ibi nominat viuentes: nisi de quibus dicitur in psalmis. Verūtamen vanitas omnis homo viuens. Omni ergo homine: qui in vanitate viuit. Non enim omnis vita in vanitate est: sed illa vita: quæ secundum carnem est: & secundum errores: ac voluptates sæculi. Hæc est vita vanitatis: & super hanc est omnis: qui huic vitæ mortuus est: & qui dicit. Mihi autē mūdus crucifixus est: & ego mūdo. Et de quo dicitur. Mortui ergo estis cum Christo. Isti ergo meliores sunt: q̄ illi viuētes. Sed super hos esse dicitur aborsus: quia licet venisse videatur in carne: nulla tamē vanitatis vitæ huius sumpsit initia. Introducit tamen Ecclesiastes & alium quēdam (vt videtur) etiam isto meliorem: de quo dicit: & optimus est super hos duos: qui nondum natus est: hoc est qui ne ad conclusionem quidem vuluæ carnalis: & corporeæ natiuitatis venit iniuriam. Sed & hoc ipsum: qđ dicit Ecclesiastes: Laudaui omnes mortuos magis: q̄ viuos: & eos: qui viuunt vsq; nunc: quomodo non euidenter ostendit ꝙ eos dicat meliores: qui mortui sunt mūdo: & eos pronuntiet inferiores qui viuunt mundo? Nam si secundum literam velis intellige- I
re: quomodo laudandi sunt mortui magis q̄ viuentes? Laudari enim solet quis in eo: quod voluntate bona: & proposito gerit. Mors autē ista communis: nulli ex voluntate: nec ex proposito venit. Quomodo ergo dignus laude videbitur in eo quis quod contra propositū patitur? Alioquin laudabitur & Pharao rex Aegypti: qui submersus est ī mare / super Mosen: qui de mari viuus euasit. Laudabuntur & Aegyptii: qui mortui sunt in aquis: magis q̄ populus Dei: qui transiuit per siccum in medio mari. Non ergo ita intelligas: sed scito te laudādum esse mortuum: cum potueris dicere: Christo concrucifixus sum. Viuo autem iam non ego: viuit autem in me Christus. Si renūtiasti sæculo: si abiecisti vitia: si iam non moueris ad peccatum: sed mortuus es peccato: melior es: q̄ ille: qui viuit peccato: & erit in te mors ista laudabis. Nam pro morte hac communi: quæ lege naturæ vnicuiq; venit: nemo laudatur. Hæc licet per excessum: commemo- K
rari tamen oportuit in eo loco vbi sermo Dei Mariam pro culpa obtrectatiōis: & pro plaga correptionis aborsum dicit effectam: vt ostēderemus quia est & vituperabilis: est & laudabilis aborsus. Deniq; etiam Apostolus sciēs in istis quibus supradiximus ordinibus esse aliquē laudabilē aborsus ordinem: etiā de semet ipso dicit. Nouissime autē omniū tanq̄ aborti uo visus est & mihi. Super viuentes se quidē:

& super mortuos: post eos tamē: qui necdum nati sunt: numerās: fit ergo sicut abortus Maria. Non enim potuit populus ille ad perfectū formari in lege: sicut & Paulus pronuntiat dicēs. Neminē enim ad perfectum adduxit lex. Deniq; & idem Apostolus de quibusdā quos a fide delapsos: & velut in abortum conuersos ad perfectæ rursum natiuitatis instituta repabat: ait. Filioli mei: quos iterū parturio donec formetur Christus in vobis. Et proclamauit Moses ad dominū dicens. Deus meus precor te sana eam. Et quem oportebat orare ad dominū pro sanitate populi illi⁹: nisi Mosen? Moses orat pro illis: & forte hoc erat quod cū domino Iesu Christo colloquebat: cū in monte transformatus est: petens ab eo: vt cum plenitudo gentium introisset: tunc omnis Israel saluus fieret. Et dixit domin⁹ ad Mosen. Si pater eius expuisset in faciē eius: nonne erubesceret septem diebus? Separaretur septem dieb⁹ extra castra: & post hæc introibit. Quid est si pater eius expuisset in faciem eius erubesceret septem diebus? Mariam loco synagogæ posuimus. Huic expuit pater eius in faciem. Signum repudii est in faciem cōspui. Deniq; in lege scriptū est: vbi iubetur: vt relictæ proximi proximus nubat. Si voluerit proximus repudiare coniugium: vt discalciatus in faciem conspuatur: & hoc datū est velut signū repudii. Hinc ergo maria: id est populus ille cū repudiatur: a deo conspui in faciem dicitur. Habemus & in alio loco significantiā sputi: cū dicit Esaias. Omnes gentes sicut guttæ situlæ: & sicut sputū reputatę sunt. Ostenditur ergo in hoc qđ etiā populus ille sicut gētes cæterę: quæ vt sputū reputātur: abiectus est. Et re vera si consyderes honorē illū priorē: cū pontificalis apud eos ordo florebat: cum insignia sacerdotū: cum leuitica ministeria: cū maiestas templi: cū prophetalis splendor: & cū cœlestibus super terrā consortiis vtebātur: quis honor fuit ille? quæ gloria? Et rursum si nūc aspicias quāto dedecore horrescant: sine templo: sine altari: sine sacrificio: sine propheta: sine sacerdotio: sine vlla cœlesti visitatione: dispersi per omnem terrā: profugiq; viuētes: quis non euidenter agnoscat qđ cōspuit pater illius in faciem eius: & perfudit vultū eorum ignominia? Septem ergo diebus separatur extra castra. Diximus etiam in superiorib⁹ q; septem dies isti: septimanā mundi istius designent. In septimana enim dierū: creaturæ totius visibilis substātiæ vidētur esse productę. Tūc enim quæ non erant: facta sunt. In septimana vero totius mundi: secreta quadam & deo soli cognita dispensatione: quę tunc producta sunt: explicantur. Interim in hac septimana qua sequestrata est Maria: non mouentur castra filiorum israel: sed stant vno in loco conclusi: & nullus est eis omnino profectus: donec mūdetur Maria a lepra sua. Et post hęc (inquit) promouit populus ex Aseroth: & consederunt in deserto Pharan. Aseroth interpretat domus perfectæ. Proficiscitur ergo populus posteaq̄ Maria purgata est a domibus perfectis: & venit ī Pharan: qđ interpretatur os visibile. Mihi videtur os visibile posse ītelligi q; verbum caro factum est: & inuisibilis visibilis effectus: & hoc significari q; posteaq̄ finis: & perfectio omniū: quæ erga illū populū gerenda fuerāt: venit: tūc transit: & venit ad eū: quē verbum carnē factum ante nō credidit. Et locutus est dominus ad Mosen dicens. Mitte viros: & cōsyderent terrā Chananeorū: quā ego do filiis israel in possessionem: & reliqua. In quibus de exploratorib⁹ terræ narratur: qui missi renūtiant q; terra quidem sit bona: & admirabilis. Habitant autē in ea filii gygantū: in quorum conspectibus popul⁹ dei quasi locustæ videantur: & plures quidem desperant se posse saluari a filiis gigantum: Iesus tamē non desperat: sed confirmat populi fidē cū Caleb: qui est de tribu Iuda: & dicūt. Si diligit nos deus: introducat nos in terram hāc. Quæ ergo est terra ista? Secūdum spiritalē intellectum: quę terra quidem sancta est: & terra bona: sed ab impiis habitatur. Qui sunt ergo isti hostes: qui habitant in terra sanctorū? Et quomodo eiiciendi sunt: vt illis eiectis sancti succedant in locum eorum? Redeamus ad euangelia: redeam⁹ ad Apostolū. Euāgelia sanctis promittunt regna cœlorū. Apostolus dicit: Nostra autē cōuersatio in cœlis est. In cœlis ergo est locus hęreditatis: qui promittitur sanctis. Et qd putamus q; nullus nunc aduersarius sit in his locis quę tibi promittūtur: quem tu debeas pugnando euincere: vt liber ad ea: quæ tibi promittūtur loca euolare possis? Et quomodo dicit domin⁹ a diebus Ioannis baptistę: quia regnū cœlorū vim patitur: & vim inferentes rapiunt illud. Nisi enim essent quib⁹ vis fieret: nunq̄ essent qui inde depelli & extrudi deberēt: nunq̄ diceretur p vim diripiendū esse regnū cœlorū. Et nisi essent cū qbus certamē nobis esset: ac prælium: nūq̄ diceret Apostol⁹. Nō est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinē: sed aduersus prīcipat⁹: & potestates: aduersus mūdi hui⁹ rectores tenebrarū harū: aduersus spiritalia nequitiæ in cœlestibus. de quibus etiā illud dei dictū diuinitus per prophetam intel

ligendũ videtur vbi ait. Et inebriatus est gladius meus in cœlo. Necesse est ergo spiritales nequitias: quę in cœlestibus esse dicuntur: qui sunt veri Chananei: vinci abs te: vt expeditus ad cœlestia regna transire possis: vt tu pro illis habites ibi. Scito tamen gigantes eos esse. Gigas dicitur omnis: qui aduersus deum resistit. Quicunq; ergo aduersatur Deo: & contrarius est veritati: qđ illi pricipaliter faciũt merito gigas appellatur. Tibi ergo pręstatur vt deuictis gigantibus: intres in regnũ: qđ illi
F perdiderũt: vt impleatur qđ scriptũ est. Quis accipiet a gigãte spolia? Vnde & dominus dicebat in euãgelio. Nemo potest introire in domum fortis: & diripere vasa eius: nisi prius alligauerit fortẽ. Qui licet propter superbiam suam a domo cœlesti iam sit eiectus: Tu tamẽ nisi viceris illũ: non introibis in domũ fortis. nec vinci solum: verum & alligari illum oportet. Nisi enim alligetur: haudquaq̃ tutũ esse poterit iter nostrum. Nunc ergo quãtum ad comparationem humanæ: & dæmonicæ naturæ nos locustæ sumus: & illi gigãtes: & præcipue si dubia sit fides nostra: & si nos pterreat infidelitas: illi vero gigantes erunt: & nos locustæ. Si vero sequamur Iesum: & credamus verbis eius: ac fide eius repleamur: tanq̃ nihil
G erunt in conspectu nostro. Audi enim quomodo nos hortatur: & dicit. Si amat nos deus introducat nos in terram hanc: quoniam bona est: & fructus eius mirabilis. Typus ergo: & figura quæ pręcessit in patribus: completur in nobis. Eiecerũt illi gẽtes: & cõsecuti sunt hæreditatem eorũ. Consecuti sunt enim omnem terram Iudææ: & Hierusalem ciuitatẽ: & mõtem Syon. Hæc in illis impleta sunt: ad te autem quid dicitur? Non (inquit) accessistis ad ea: quæ visibilia sunt: sed ad inuisibilia. Acces-
H sistis enim (inquit) ad montem dei viuentis: & ad ciuitatẽ cœlestẽ Hierusalem: & ad multitudinem angelorum. Sed & alibi idem Apostolus dicit: Hierusalem autẽ: quæ sursum est quæ est mater omniũ nostrum. Siquis verbis Apostoli dicentis: Hierusalem esse cœlestem: non accõmodat fidem: potest: & hęc verba nostra recusare. Si vero verbis Pauli fides adhibenda est: sicut & certe adhibenda est: & Hierusalem cœlestem esse credimus ad typũ terrenæ huius: & quę scripta vidẽtur de hac terrena: ad illã cœlestẽ rectius spiritali intelligẽtia conferemus: Accessimus ergo (sicut Paulus dicit) ad cœlestẽ Hierusalẽ sine dubio & ad cœlestem Iudæum: & sicut illi de terrestri Iudæa eiecerunt Chananeos: & Pherezeos: & Eueos: reliquasq; gẽtes: ita & nos: qui accessimus ad montem dei: & ad regna cœlestia: necesse est vt debellemus contrarias potestates: & spiritalia nequitiæ in cœlestibus: & sicut illi eiecerũt Iebuseũ de Hierusalẽ: & quæ prius Iebus vocata fuerat: postmodum appellata est Hierusalẽ: ita & nos oportet (vt ita dicã) expellere prius Iebuseum de Hierusalem: & sic hęreditatem eius consequi. Sed & illi quidem I
hæc faciebant armis visibilibus: nos vero inuisibilibus. Illi vincebant corporalibus præliis: nos autẽ spiritali certamine superamus. Qđ si vis audire: Paulus qui non solum magister gentiũ: sed & militię huius magister est: quomodo pugnauerit prior: audi quid ipse de se scribat: sicut etiam & supra memorauimus. Non est (inquit) nobis colluctatio aduersum carnẽ & sanguinẽ: sed aduersum principatus & potestates: aduersus rectores mũdi huius: tenebrarũ harũ: aduersus spiritalia nequitiæ in cœlestibus. Propterea de hanc pugnã spiritalem: atq; inuisibilẽ pugnaturis: spiritalia arma: & inuisibilia tela cõponit: & dicit. Induite vos loricã charitatis: & galeã salutis: & adsumite scutũ fidei: in quo possitis oĩa tela maligni ignita extinguere. Sed & gladiũ spirit⁹ (inquit) adsumite: qđ est verbũ dei. Cum er- K
go talibus te armaueris telis sequẽs Iesum ducem: nõ verearis gigantes illos: videbis enim quomodo eos tibi subiiciet dominus Iesus: & sicut patres calcauerunt ceruices gẽtium: ita & tu calcabis super ceruices dæmonum. Ipse enim dicit iis: qui eũ fideliter sequuntur. Ecce dedi vobis potestatẽ calcãdi super serpentes: & scorpiones: & super omnẽ virtutẽ inimici. Vult enim semper Iesus res mirabiles facere vult de locustis vincere gigãtes: & de iis: quæ in terris sunt: cœlestes superare nequitias: & fortasse hoc est: quod dicebat in euangeliis: Quia qui credit in eum: non solum faciet illa quæ ipse fecit: sed maiora (inquit) horũ faciet. Vere enim maius mihi videtur q; homo in carne positus: fragilis: & caducus: fide tantũ Christi: & verbo eius armatus: superet gigantes dęmonum legiones. Quis ipse sit: qui L
vincit in nobis: plus tamẽ esse dicit q; per nos vincit: q̃ q; per se vincit. Tantum est vt nos armis istis semper simus armati: & conuersatio nostra semper in cœlis sit. Omnis motus noster: omnis actus: omnis cogitatio: omnis sermo cœlestis sit. Quanto enim nos illuc ardentius ascẽdim⁹: tãto illi pcipitati⁹ ruẽt: & quãto nos magis augemur: tãto illi inferiores fiẽt Vita nostra si sancta sit: si secundũ deum sit: illis conferet mortem. Si segnis: & luxuriosa sit potentes eos aduersum nos & gigãtes faciet.

Quãto ergo nos virtutibus crescimus: tanto illi inferiores efficiũtur: & fragiles: Sicut e cõtrario si nos ĩfirmemur: & terrena requiram⁹: illi fortiores fiunt. Et quãto nos dilatamur in terris: tanto illis spacia in cœlestibus largiora cõcedimus. Vnde hoc magis agamus: vt nobis augescentibus illi minuantur: nobis ingredientibus illi pellantur: nobis ascẽdẽtibus: illi cadant. Sicut & ille cecidit: de quo dicit dominus in euãgelio: Ecce vidi Sathanam sicut fulgur cadẽtem de cœlo: vt illis proiectis: introducat nos illuc dñs noster Iesus: & percipere regnum suum cœleste cõcedat: Ipsi gloria in æterna sæcula sæculorum. Amen.

De iis: quæ ab exploratoribus renuntiant: & de indignatione dñi: ac supplicatiõe Mosi: & Aaron. Cap. XIII. & XIIII. Homilia. VIII.

Vodecim missi sunt inspectores ex filiis israel ad considerãdam terram: quæ eis fuerat repromissa, liq; post quadraginta dies regressi: diuersa renũtiant. Nã decẽ ex iis in desperationẽ populum mittũt: ita vt velint abiecto Mose eligere alium ducẽ: & reuerti in Aegyptũ. Alii vero dũ bona nuntiãt: & cohortantur populũ permanere in fide dicẽtes. Si diligit nos dominus: introducat nos in terrã hãc. Sed populus infidelitatis desperatione præceps agitur: & ad lapidandos eos qui bona nuntiant: prosilit. Maiestas vero domini protegit eos in nubibus. Et dicit dominus ad Mosen: feriam eos morte: & interimã eos: & faciã te: & domũ patris tui in nationẽ magnã: & multomagis q̃ hęc est. Fit ergo tanta hæc cõminatio a domino: non vt passibilis: & iracũdiæ vitio subiacens ostẽdatur diuina natura: sed vt per hæc & Mosei charitas: quã erga populum habebat: & dei bonitas: quæ super omnẽ mẽtẽ est: innotesceret. Scribitur eñ irasci deus: & cõminari interitũ populo: quo doceatur homo tantũ sibi esse apud deũ loci: tantũq; fiduciæ: vt etiã si sit aliqua in deo indignatio: obsecrationibus mitigetur humanis: tãtũq; de eo impetrare posse hominem vt & propria statuta conuertat. Bonitas enim: quæ subsequitur iracũdiam: & Mosei fiduciã ostendit apud deũ: & alienã ab iracũdiæ vitio diuinam docet esse naturã: simul & mysteriũ in sæculis futuris explendũ cõtinet sermo: per quem promittit deus: q; alium populum hoc abiecto resuscitet. Ait enim: Percutiam eos morte: & perdam eos: & faciam te: & domum patris tui ĩ nationem magnam: multo magis q̃ hæc est. Comminatio ergo hæc: non est iracundia: sed prophetia. Adsumenda nãq; erat alia natio: id est populus iste nationũ: sed non per Mosen. Excusauit nanq; se Moses. Sciebat enim: quia gens illa magna: quæ repromittitur: nõ per Mosen vocanda erat: sed per Iesum Christum: & non Mosaicus: sed Christianus erat populus appellandus. Iccirco igitur plurimum exorat Moses pro populo illo. Dominus vero modum correptionis librata moderatione dispensat: & dicit: Quia viri quidem: qui exierunt de Aegypto: & tentauerunt me: atq; increduli permanserũt: cadent in deserto hoc: & nõ videbunt (inquit) terrã: quã iuraui patribus eorũ: sed filii ipsorũ: qui sunt mecũ hic. Quicunq; ignorant bonũ: vel malum. Sit C fortassis aliquid etiam secretioris mysterii in verbis domini dicentis? Filii eorum: qui sunt mecum hic. Vbi hic? Aut quomodo mecum? Qui habet aures audiendi audiat. Nos interim dicimus: quia patres nostri fuerũt ille populus prior: nos autẽ filii ipsorum sumus. Illi ergo quoniã peccauerũt: abiecti sunt: & ceciderũt: nos autẽ filii ipsorum pro ipsis surreximus: & erecti sumus: qui nesciebam⁹ bonum vel malum. Ex gentibus enim sumus: qui neq; bona: quæ ex deo veniũt: noueramus: neq; mala: quæ ex peccaco generantur: si tamen succedentes in locum eorum: qui abiecti sunt tanti lapsus timeamus exemplũ: audientes commonitionem Pauli dicentem. Vide autem seueritatem: & bonitatẽ dei: in eos quidem qui ceciderunt seueritatẽ: in te autẽ bonitatem: si tamen permanseris in bonitate. Alioquin & tu excideris: & illi si nõ permanserint in incredulitate inserentur. Addit autẽ post hæc dominus: & dicit. Filii vero vestri erunt incolæ in D deserto quadraginta annis. Et quid haberet mysterii numerus iste: declarat dicens. Secundum numerũ (inquit) dierũ quibus consyderastis terram quadraginta diebus: pro die per annum: recipietis peccata vestra quadraginta annis. Timeo ego mysterii hui⁹ secreta discutere. Video enim q; peccatorum in hoc ratio comprẹhẽditur & pœnarum. Si enim vnicuiq; peccatori annus adscribitur ad pœnam pro vnius diei peccato: & secũdum rationem dierum: quibus peccatur: annorũ totidem numerus in suppliciis cõsumẽdus est: vereor ne forte nobis: qui quotidie peccam⁹: & nullum forte vitæ nostrę diem absq; peccato transigimus: ne ipsa forte sæcula: aut etiam sęcula sæculorum sufficere possint ad pœnas luendas. In eo enim q; populus ille prior pro quadra- E

ginta dierũ delicto quadraginta annis crucia tur in deserto:nec terrã sanctam introire per mittitur:similitudo quædã futuri iudicii videtur ostendi: vbi peccatorũ ratio discutiẽda est:nisi erit aliqua fortasse etiã bonorũ operũ compensatio:vel etiam eorũ: quæ in vita sua vnusquisq; mala recipit:vt Abraham de Lazaro docuit. Sed hæc nullius est ad integrũ nosse:nisi illius: cui omne iudicium tradidit pater. Quod autẽ dies peccati in annũ pœnæ reputetur: non solum in hoc libro: in quo nihil omnino est:qđ dubitare possit:ostenditur:sed & in libello pastoris:si cui tamen scriptura illa recipienda videtur:similia designãtur. Sed fortasse aliquis neget bonitati dei conuenire: vt pro vnius diei peccato annũ suppliciorum repẽdat: quinimo dicet etiam si diem pro die reddat:q̃uis iustus:non tamẽ clemẽs videtur
F esse:aut benignus. Audi ergo ad hæc si forte possimus difficultatem rei exemplis lucidioribus explanare. Si vulnus corpori infligatur aut os confringatur:aut neruorũ iunctura resoluatur:sub vni⁹ horę spacio huiusmodi vulnera solent corporibus accidere: & plurimis postmodum cruciatibus: ac dolorib⁹ exactis: multo vix tẽpore sanari:quãti enim tumores in loco:quãta tormẽta generantur. Iam vero si accidat:vt in eodẽ vulnere:vel in eadem fractura iterum & sæpius quis vulneretur: frequentiusq; frangatur:quantis hoc pœnis curare: & quantis potest cruciatibus medicari! Quanto autẽ tẽpore:si tamẽ potuerit:ad sanitatem perducitur: & vix aliquãdo ita curabitur:vt vel debilitatem corporis:vel fœditatẽ
G cicatrices effugiat! Transi nũc ab exẽplo corporis ad animæ vulnera. Anima quoties peccat: toties vulneratur: & ne dubites peccatis eã velut telis: & gladiis vulnerari: audi Apostolũ monẽtem: Vt adsumam⁹ scutũ fidei: in quo possitis (inqt) omnia iacula maligni ignita extinguere. Vides ergo peccata: maligni esse iacula: quæ in animã dirigũtur. Patitur autem & anima non solum vulnera iaculorum: sed & fracturas pedum: cum laquei parantur pedibus eius: & supplantantur gressus eius. Hæc ergo & huiusmodi vulnera quãto tẽpore putas posse curari! O si possem⁹ per vnumquodq; peccatum videre quomodo homo noster interior assidue vulneratur. Quomodo sermo malus vulnus infligit: nõ legisti. Dicũt quia vulnerant gladii: sed non ita vt lingua. Vulneratur ergo per linguã anima: vulneratur & per cogitationes: & concupiscentias malas: frangitur autẽ & cõteritur per opera peccati. Quæ si omnia videre possemus: & vulneratæ animæ sentire cicatrices: certũ est qđ vsq; ad mortem resisteremus aduersum peccatũ. Sed
H nũc sicut ii: qui vel dæmone repleti: vel mẽte alienati sunt: nõ sentiunt: si vulnerentur: quia naturalibus sensibus carent: ita & nos vel cupiditatib⁹ sæculi amẽtes effecti: vel vitiis inebriati: sentire non possumus quanta vulnera: quãtas contritiones animæ peccãdo conquirimus: & ideo consequẽtissima ratio est pœnæ: id est curæ: ac medicationis tẽpus extendi: & per vnumquodq; vulnus pro qualitate plagę medendi quoq; spacia propagari. Sic ergo & dei æquitas: ac benignitas etiam in ipsis animæ suppliciis euidens fiet: & hæc audiẽs: qui peccauit resipiscat: & vltra nõ peccet. Cõuersio em̃ in pręsenti vita: & pœnitẽtia fructuose gesta: celerẽ confert huiusmodi vulneribus medicinã. Quia pœnitẽtia non solum vulnus præteritũ sanat: sed & vltra animam peccato non sinit vulnerari. Immo & illud adiiciã verbi causa: si peccator sum: nũquid eadem mihi erit pœna si semel peccaui: quæ & si secundo: & tertio: & si frequẽtius peccem! non ita erit. Sed pro modo: & numero: & mẽsura peccati: etiã pœnę quãtitas metienda est. Deus em̃ dabit nobis panẽ lachrimarũ: & potabit nos in lachrymis: sed in mensura: Mensura autẽ hæc erit: quã sibi in hac vita vnusquisq; vel minus vel amplius peccãdo quæsierit. Sed & calix in manu dñi vini meri plen⁹ esse dicitur mixto. Miscetur ergo sine dubio vnicuiq; & fiet iudicium eius: non solum ex malis quæ gessit: sed I
etiã ex bonis. Et tamen cũ vtraq; misceantur: fęx eius: quã ego puto malorum partem dici: non ad integrũ exinanietur. Sed hæc (vt diximus) in manu dei sunt: nostrum autem est ad emendationẽ citius festinare: ad pœnitẽtiam sine dissimulatione cõuerti: lugere præterita cauere futura: inuocare auxilium dei. Statim enim vt cõuersus ingemueris: saluus eris. Inuenies enim aduocatum: qui pro te interpellat patrẽ: dominũ Iesum Christũ: mlto pręstãtiorem: q̃ fuit Moses. Qui tamen orauit pro populo illo: & exaudit⁹ est: & fortasse ꝑpterea Moses scribitur interuenisse pro peccatis populi prioris: & impetrasse veniã: vt multo magis nos confidamus q; aduocatus noster Iesus indubitatã nobis veniam impetrabit a patre: si tamen cõuertamur ad eum: & non recedat retro cor nostrum. Sicut & Ioãnes in epistola sua dicit. Hæc autẽ dico filioli: vt nõ peccetis: Q₂ & si peccauerit aliquis vestrum: habemus aduocatum apud patrẽ: Iesum iustum: qui interpellat pro peccatis nostris. Ipsi gloria in æterna sæcula sæculorum. Amen.

De batillis Chore:& seditiõe popl'i aduersum Moysen:& de virgis in qb⁹ virga Aaron germinauit.Homilia.IX.Ca.XVI.&.XVII.



Apud deũ vt intelligi datur nihil est inutile: nihil ociosum: sed & ea quæ hominibus alienanda videntur: & abiicięda: aliquid operis necessarii habere inueniũtur Hunc autẽ nobis intellectũ suggerit præsens lectio:quæ de batillis Chore:& reliquorũ:qui cũ ipso peccauerũt cõmemorat:qđ ne hęc quidem iubet abiici deus: sed fieri ex eis laminas ductiles:atq; ex iis altare circũdari. Refert ergo scriptura: qa ex pcepto dei accepit (inqt) Eleazar filius Aaron sacerdotis batilla ærea: quæ obtulerũt ii:qui exusti sunt:& fecerũt ex eis circulos:& apposuerunt eos altari ad commemorationẽ filiorũ israel:vt nõ accedat qsq̃ alienigena: qui nõ est ex semine Aaron imponere incẽsum corã domino: ne fiat sicut Chore:& cõspiratio eius:sicut loquut⁹ est domin⁹ in manu Mosi. Manifeste quodam in loco dñs per prophetã dicit. Nõ sunt cõsilia mea sicut consilia vestra: nec cogitationes meæ sicut cogitationes vestræ.Si apud homines hodie iudicaretur hæc causa:& apud ecclesiarũ principes haberetur examẽ de iis:verbi causa:qui diuersa ab ecclesiis docentes diuinæ vindictæ ertulerint vltionẽ:nonne iudicarẽt: Vt si qd ocuti sunt:siquid docuerũt:siquid etiam scriptũ reliquerũt:vniuersa pariter cũ ipsorũ cineribus deperirent?Sed nõ sunt iudicia dei:si ut iudicia nostra. Audi em̃ quomodo de baillis eoꝵ:qui cõtra pphetã dei insurrexerãt: ubẽtur fieri laminę: & in circuitu altaris affii.Chore figurã tenet eorũ: q contra ecclesiaticã fidẽ:& doctrinã veritatis insurgũt.Scriptum est ergo de Chore:& de cœtu eius:ꝙ in atillis æreis incẽsum obtulerint ignis alieni. t iubetur quidẽ a deo ignis alienus dispergi: effundi.Batilla vero(inqt)quia sanctificaa sunt:facito ea laminas ductiles:& circunda x eis altare:qa oblata sunt coram dño:& santificata sunt.Hoc ergo mihi per hanc figurã idetur ostendi ꝙ batilla ista: quæ scriptura ominat ærea:figuram teneant scripturę diinæ.Cui scripturæ hæretici ignẽ alienũ imonẽtes:hoc est sensum:& intelligentiam alieam a deo:& veritati contrariũ introducenes:incensum domino nõ suaue:sed execrabie offerũt:& ideo forma ecclesiarum sacerdoibus datur. Vt si quando tale aliquid fuerit xortum:ea quidẽ quę a veritate aliena sunt: ab ecclesia dei penitus abstrudãtur. Si qua autem etiã in ipsis hæreticorũ verbis scripturæ diuinæ sensibus inueniunt̃ inserta:ne pariter cũ illis q̃ fidei: & veritati sunt cõtraria respuantur: sanctificata sunt em̃ q̃ de scriptura diuina pferuntur:& domino oblata.Potest autẽ & alio adhuc modo ĩtelligi qđ de batillis pręcipitur peccatorum:vt iungantur: & socientur altari:& primo hoc ipsum:ꝙ ærea dicuntur:non ociosum videbitur. Vbi enim vera fides est:& integra verbi dei prædicatio:aut argentea dicuntur:aut aurea:vt fulgur auri declaret fidei puritatẽ.& argentum igne probatũ:eloquia examinata significet.Ista ergo quæ dicũtur ærea:in sono tãtum vocis consistunt: nõ in virtute spiritus. Et sunt(vt Apostolus dicit)vt æramentũ sonãs: aut cymbalum tinniens.Ista ergo batilla ærea:id est hæreticorũ voces:si adhibeamus ad altare dei:vbi diuin⁹ ignis est:vbi vera fidei prædicatio:melius ipsa veritas ex falsorum comparatiõe fulgebit. Si enim:vt verbi gratia dicã:ponã dicta Marcionis:aut Basilidis:aut alterius cuiuslibet hęretici:& hęc sermonibus veritatis:ac scripturarum diuinarũ testimoniis velut diuini altaris igne confutem: nonne euidẽtior eorum ex ipsa comparatione apparebit impietas? Nam si doctrina ecclesiastica simplex esset: & nullis intrinsecus hæreticorũ dogmatum adsertionibus cingeretur: nõ poterat tam clara: & tã examinata videri fides nostra.Sed iccirco doctrinam catholicã cõtradicẽtium obsidet oppugnatio: vt fides nostra non ocio torpescat: sed exercitiis elimetur. Propter hoc deniq; & Apostolus dicebat. Oportet autem & hæreses esse: vt probati quiq; manifesti fiant inter vos.Hoc est dicere:oportet hæreticorũ batillis altare circũdari: vt certa & manifesta oĩb⁹ fiat fidelium:atq; infidelium differẽtia. Cum enim fides ecclesiastica velut aurũ cœperit refulgere:& prædicatio eius vt argentũ igne pbatum intuentib⁹ resplẽduerit: tunc maiore cum turpitudine:& dedecore hęreticorũ voces obscuri æris vilitate sordebũt. Vis autem scire ꝙ quæ bona sunt: bona esse ex deteriorum magis comparatione noscuntur? Quis sciret bonam esse lucem: nisi noctis tenebras sentiremus? Quis dulcedinem nosceret mellis:nisi gustũ amaritudinis accepisset? Ipsum deniq; diabolũ: & obluctantes aduersum nos contrarias potestates si auferas:virtutes animi sine obluctãte non potuerũt enitescere.Sic ergo & sacerdotũ fidelium gloria nõ poterit resplendere: nisi eam infideliũ reprobatio: & pœna commendet.Sed & ex iis:quæ legimus:

singuli quiq; iustorum magis ex cõparatione cæterorum clari videtur habiti apud deum. Deniq; de Noe scriptum est: q esset iustus & perfectus in generatione sua. In quo ostenditur q non ex integro perfectus: sed in generatione sua perfectus fuerit: & ad comparationem cæterorum iustus pronũtiatus sit. Simili modo puto etiã de Loth habẽdum. Quanto enim deteriores quotidie fiebant Sodomitæ: tanto ille iustior apparebat. Sed & in hoc ipso
F libro: quem habemus in manibus: cũ regressi essent ii: qui inspexerant terram: & decem ex iis meticulosis sermonibus desperationem populo incussissent: duo vero reliqui: id est Caleb: & Ioannes bona nuntiarẽt: & hortarẽtur populũ permanere in ꝓposito: immortale eis a domino meritũ cõtulit non tãtum sua confessio: quãtum formido sodalium. Neq; enim tam magnifice in eis virtus animi claruisset nisi reliquorum decem turpis ignauiæ formido patuisset. Hæc autem diximus de batillis eorũ: qui condemnati sunt: quæ altari iubentur affigi. Quod ex comparatiõe inferiorum iusti appareant clariores: simul vt & posteris daretur exemplũ: ne qui pręsumptione superbi spiritus non sibi a deo datum munus pontificatus inuaderet: sed vt illi cedat: quem nõ ambitio humana: nõ fauor corruptus asciuerit: nec largitio condẽnãda subrogauerit: sed meritorum conscientia: & dei volũtas assum
G pserit. Post hęc refertur. Et murmurauerunt (inqt) filii israel aduersum Mosen: & Aaron dicentes. Vos occidistis populum domini. Et factum est cũ irrueret synagoga super Mosen: & Aaron: in impetu fugerũt ad tabernaculũ testimonii. Illud vero obtexit nubes: & apparuit maiestas domini: & introiuit Moyses: & Aaron ad faciem tabernaculi testimonii. Nõ legimus antea: quia obtexerit nubes tabernaculum: & apparuerit maiestas domini: & receperit intra nubem Mosen: & Aaron: nisi nunc cũ insurrexit in eos populus: & lapidare eos voluit. Discamus ex hoc quanta sit vtilitas in persecutionibus christianis: quãtũ gratiæ cõferatur: quomodo propugnator eis fiat deus: quomodo abũdãter sanctus spiritus infundatur. Tunc enim maxime gratia dei adest: cum hominũ sęuitia concitatur: & tunc pacem habemus apud deũ: cum ab hominibus propter iustitiã bella perpętimur. Vbi enim abũdauit peccatũ: superabũdabit & gratia. Adoperuit ergo eos nubes tabernaculi: & irruit synagoga super Mosen: & Aaron: & apparuit gloria
H domini. Quis magni sint vitæ merito Moses & Aaron: quis animi virtutibus polleant: apparere tamen eis dei gloria non potuisset: nisi in persecutionibus: in tribulationibus: in periculis: atq; in ipsa pene morte iam positis. Et tu ergo non putes tibi dormienti: & ocioso apparere posse gloriam dei. Aut non & Paul⁹ apostolus in iis dei gloriã consequi meruit? Nonne super omnes cæteros enumerat se in tribulationibus: in necessitatibus: in carcerib⁹ fuisse? Ter lapidatum esse: naufragia pertulisse. Pericula maris: pericula fluminum: pericula latronum: pericula a falsis fratrib⁹? Quę quãto magis abundant: tanto amplius iis: qui patienter tulerint conferunt gloriam dei. Et locutus est dominus ad Mosen: & Aaron dicẽs: Discedite de medio synagogæ huius: & inter imam eos semel: & ceciderunt Moyses: & Aaron in faciem suam. In Sodomis quidem quando minus decẽ requirebantur: per quos vix si forte reperti essent saluari possent ii: qui habitabant Pentapolim Sodomorũ: nunc autẽ etiã duo: si tamen inueniantur tales qualis Moses fuit: & Aaron sufficere possunt: vt gẽs israelitarum tota saluetur. Quid ergo dicemus amplius esse in iis duobus? Quæ tanta virtus qđ meritum: quo sexcenta milia: & eo amplius liberentur ab interitu vastatoris? Ego arbitror q in Mose lex significetur: quæ docet homines scientiam: & amorem dei. In Aaron supplicandi deo: & obsecrandi eum forma consistat. Si ergo accidat aliquãdo indignari nobis: vel vniuerso populo deum: & si iam sententia vltionis procedat a domino: redeat autem lex dei in cor nostrum cõmonens nos: & docens conuerti ad pœnitentiam: satisfacere pro delictis: supplicare pro culpis. cessabit continuo iracundia: indignatio conquiescet: propitiabitur dominus: quasi Mose: & Aaron intercędentibus pro nobis: & pro vniuerso populo supplicantibus. Si vero aliquando oriatur indignatio dei: & veniat pro peccatis nostris sæua correptio: indurentur autem corda nostra ne conuertamur ad dominum: ne ve humiliemur in conspectu eius: vt in cõfessione supplicationũ motus eius: & iracundiã mitigemus: sed ecõtrario dicam⁹: nõ est cura deo de vita mortaliũ: nec pertinẽt hæc ad deum: reliquit nos olim: nec ad notitiã eius ista perueniunt. Si talia cogitemus in cordibus nostris: & hæc de ore nostro procedant: certum est nõ esse in nobis Mosen: & Aaron: legis scilicet sciẽtiam & fructus pœnitẽtiæ: per quos interitum imminẽtis exitii possim⁹ euadere. Hoc puto accidisse etiã populo illi: qui fuit ante nos: quando omnes declinauerunt: omnes simul inutiles facti sunt: & nõ fuit qui faceret bonitatem:

non fuit vsq; ad vnum. Si enim fuisset: nunq̃ vtiq; dereliquisset eos deus. Sed & nos timeamus ne forte simile aliquid inueniatur in nobis. Timeo enim illã sententiã: in qua domin⁹ & saluator noster qui cuncta prænoscit quasi dubitans dicit. Putas veniens filius hominis inueniet fidẽ super terrã? Iubentur ergo Moses: & Aaron exire de medio synagogæ: vt in-
A terimatur synagoga de Semel. Sed videamus quid isti faciunt q̃ sancti sunt: perfecti sunt: & plus magis euangelii discipuli: q̃ legis: & ideo diligunt etiam inimicos suos: atq; orant pro persecutoribus suis: illis enim sæuientibus vt interficerent eos: isti procidunt in faciẽ suã super terram. Et ait Moses ad Aaron. Adsume batillum: & impone super illud ignem ab altari: & iniice illi incensum: & effer velociter in castra: & exora pro ipsis: exiit enĩ ira a conspectu dñi: & iam cœpit vastare populũ. Verum quoniã in hos peruenimus locos: volo de bonitate dei admonere discipulos Christi: neqs forte vestrũ ab hæreticis conturbetur si quando certamen inciderit illis dicentibus. Quoniã deus legis non est bonus: sed iustus: & Mosis lex non bonitatem continet: sed iustitiam. Videant ergo qui deũ pariter criminantur & legẽ: quomodo Moses ipse: & Aaron priores fecerunt hoc: quod postmodũ euangelium docuit: Ecce diligit Moses inimicos: & orat pro persecutoribus suis: quod vtiq; Christus fieri in euangeliis docet. Audite enim quomodo ca-
B dentes in faciem super terram orant pro illis: qui ad interficiendos eos insurrexerant. Sic ergo inuenitur & euangelii virtus in lege: & fundamento legis subnixa intelliguntur euangelia. Nec vetus testamentum nomino ego legem: si eam spiritaliter intelligam. Illis tantummodo lex vetus efficitur testamentũ: qui eam carnaliter intelligere volunt. Et necessario illis vetus effecta est: & senuit: quia vires suas nõ potest obtinere. Nobis autẽ: qui eã spiritaliter & euangelico sensu intelligimus: & exponimus semper noua est: & vtrũq; nobis nouum testamentũ est. Non temporis ætate: sed intelligentiæ nouitate. Aut non & apostolus Ioannes in epistola sua eadem sentit: cũ dicit: Filioli mandatum nouum do vobis: vt inuicem diligatis. Cum vtiq; sciret olim datũ esse mandatum dilectionis in lege. Sed quoniam charitas nunq̃ cadit: nec mandatũ charitatis aliquãdo veterascit: hoc quod nũq̃ veterascit: semp nouũ esse pronuntiat. Semper enim obseruantes: & custodientes in se charitatis mandatũ: nouos reddit in spiritu. Peccatori autẽ & charitatis fœdera non seruãti: etiã euãgelia veterascũt.

Nec potest ei nouum esse testamentũ: qui non deponit veterem hominem: & induitur nouũ: ac secundũ deũ creatũ. Hortatur ergo Moses C
põtificẽ magnũ: vt efferat incensum in castris & exoret pro populo: iam enim (inquit) vastari popul⁹ cœpit. In spiritu videbat Moses quæ gerebãtur. Vidit virtutem exisse ad castra: & vastare: ac perimere peccatores. Et ꝑpter hoc hortatur pontificẽ adsumere batillũ: ignẽ de altari imponere: atq; incenso superiecto exire: & stare inter medium mortuoꝝ: & viuorũ: ne vltra procedat vastatio. Vel certe vt verius habet se scripturæ sermo: confractio. Sed primo (si videtur) historiæ ipsius imaginẽ describamus: vt cũ rei gestæ species apparuerit: tũc demũ etiã si quid est in hoc loco mysticũ requiramus. Intellige ergo populũ illũ Israel in ca- D
stris per ordines tribuũ familiarũq; dispositũ: virtutẽ vero quandã a deo missam: nõ sparsim sed ex prima aliqua parte cœpisse populũ morte vastare: & procedẽtẽ per ordinẽ mortis stragem considera. Post hæc põtificẽ indutũ veste pontificali procedere: & portantẽ batillũ: atq; ignẽ cũ incenso tendere ad illum locũ: quo per angelũ vastantẽ mors illata peruenerat: & stãtem in eo loco: vbi mors finẽ dederat primis: & erat vicina postremis. Intuere stantẽ pontificẽ: & obiectione quadam sui: viuentes a mortuis dirimentẽ: virtutẽ vero repropitiationis eius: & incensi mysteriũ erubuisse angelũ vastatorem: & in hoc mortẽ quidẽ finitã: vitã vero reparatã. Si intellexisti historię ordinem: & oculis (vt ita dicã) cernere potuisti pontificẽ stantẽ mediũ inter viuos: & mortuos: Ascẽde E
nunc ad verbi huius celsiora fastigia: & vide quomodo verus pontifex Iesus Christus adsumpto batillo carnis humanæ: et superposito igni altaris: anima sine dubio illa magnifica cum qua natus est in carne: adiecto etiam incenso: qui est spiritus immaculatus: medius ĩter viuos: et mortuos stetit: et mortem non fecit vltra grassari. Sed sicut Apostolus dicit: destruxit eũ: qui habebat mortis imperiũ: id est diabolũ: vt qui credit in eũ iam non moriatur sed viuat in æternum. Hoc fuit ergo mysteriũ quod postea futurũ: iam tunc ille: qui populũ vastabat: expauit. Agnoscebat enim figuram batilli: et ignis: et incensi: et qualis offerenda esset deo hostia ab eo: qui medius mortuorum viuorũq; constiterat: prævidebat. Et illos quidem tunc imago præfigurata saluauit: ad nos autem salutis veritas ipsa peruenit. Neq; enim indumenta põtificis purpura: ac lana: byssoq; contexta erubuisset angelus ille vastator: sed ista quæ futura erant indumenta magni pon-

tificis intellexit: & iis cessit: quibus vtiq; vni-
F uersa creatura inferior erat. Puto autē q̄ non
solum primo aduentu dñi & saluatoris nostri
forma ista cōpleta sit: sed eadē fortassis serua-
bitur & in secundo. Veniet em̄ iterū filius ho
minis: & cū venerit: sine dubio inueniet quos-
dam quidē mortuos: quosdā aūt viuentes: qđ
possumus quidem & sic intelligere: Quia non
nulli adhuc in hoc vitæ statu: quo nūc sumus
inueniantur: cū multi iā pręcesserint mortui.
Potest autem & aliter accipi. Vt mortuos cor
pora intelligamus: viuentes autem animas.
Quidā tamen ex iis: qui ante nos interpretati
sunt locū hunc: memini q̄ mortuos dixerunt
eos q nimietate scelerum in peccatis suis mor
tui intelliguntur. Viuētes aūt eos: q in operi-
bus vitæ permanserint. Verūtamē vtrolibet
non stabit etiā in futuro magnus hic pontifex
& saluator noster medius viuorum & mortuo
rū. Sed & tūc forte medius viuorū & mortuo-
rum stare dicendus est: cū statuet oues quidē a
dextris suis: hœdos autē a sinistris. Et dicet iis
qui a dextris sūt. Venite benedicti patris mei:
percipite regnum: quod vobis paratū est a cō-
stitutione mundi. Et cætera. Iis autem: q a sini
stris sunt dicet. Ite in ignem ęternum operarii
iniquitatis: quē p̄parauit pater meus diabolo:
& angelis eius: quoniam nō noui vos. Et sunt
vtiq; mortui ii: qui in ignē mittunt̄ æternū.
Sunt aūt viui illi: qui mittuntur ad regnū. Et
G cessauit (inquit) vastatio: vel vt in aliis exem-
plaribus legi diximus: confractio: qđ & magis
interpretationis cōuenit veritati. Confractio
nāq; est: quæ velut in vasis fictilibus efficitur.
Peccatores ergo vasa fictilia fiunt: sicut Hiere
mias propheta designat in lamētationibus di
cens: Filii Syon: q erant honorabiles & in auro
elati: quomodo reputati sunt in vasa fictilia:
opera manuum figuli? Et in domo magna non
sunt (inquit apostolus) tātūmodo vasa aurea
& argentea: sed & lignea: & fictilia: & alia qdē
ad honorē: alia autē ad contumeliā. Sunt ergo
vasa fictilia ad contumeliam: quæ & cōfringi
possunt. Sed consideremus diligētius quid in
consequentibus Apostolus de ipsis vasis fictili
bus dicat. Siquis (inquit) emundauerit semet
ipsum ab iis: erit vas ad honorē sanctificatum
& vtile domino ad omne opus bonū paratum.
In quo ostendere videt̄: qđ & vas ipsum: qđ fit:
& per quem fit: vnus atq; idē homo sit. Intelli-
H ge ergo propositū quidē hominis esse qđ ope-
ratur: reliquā aūt partem hominis ipsum esse
vas: quod fit: vel ad honorē: vel ad cōtumeliā.
Cū ergo sensus noster quę bona sunt: eligit: &
ad bonam nos cōuersationem trahit: facit nos

vas vtile. Cum autem neglexerit: & deciderit
propositū nostrū a bonis efficimur vas ad con
tumeliam. Si ergo itellectus noster luteus sit:
& de luto semper: ac de terrenis cogitet: effi-
cimur vas fictile: & opus mannum figuli. Et
forte propter hoc iste: qui talis est: increpat̄ ab
Apostolo: quasi q sensum habens luteū: & ter-
renū: de magnis & iis: quæ capere non potest:
quærat & dicat. Quid ergo adhuc conqueritur?
Voluntati enim eius quis resistit? Cui aposto-
lus quasi luteo respondit. Tu qs es o homo: q
cōtra respondeas deo. Nūquid dicit figmentū
ei: qui se finxit qđ me fecisti sic? Dicit̄ præterea
corpus nostrū vas fictile: siue etiam legis litera
in eo qđ ait Apostolus. Habentes autem the-
saurum hūc in vasis fictilibus. Vtrūq; enim in
hoc sermone accipi potest: q̄ & in corpore no-
bis positis thesaurum gratiæ per spiritum san
ctum dominus largiatur: & q̄ in sermonibus
legis: qui viles: & in contemptu habentur pro
eo: q̄ nulla arte grammatica expoliti viden-
tur: reconditus sit thesaurus sapientiæ: & sciē
tiæ dei: ita vt merito dici possit q̄ in ipsis sint
thesauri sapientiæ & scientiæ dei absconditi.
Hæc nobis dicta sint de confractione: quæ ces-
sasse memoratur: nunc autem pauca etiam de
sequenti historia disseram⁹: in qua virgarum
commemoratio introducit̄. Et locutus est do- I
minus ad Moysen dicens. Loquere filiis Israel:
& accipe ab eis virgam per domos familiarum
ipsorum ab omnibus principibus ipsorū duo-
decim virgas: & vniuscuiusq; eorum nomen
scribæ in virga sua. Et nomen Aaron scribe in
virga Leui: Etenim virgam vnam per tribum:
per domos familiarum suarum dabūt tibi. Et
pones eas in tabernaculū testimonii contra ar
cam: ex quibus agnoscar tibi inde. Et erit ho-
mo quēcunq; elegero: virga eius germinabat:
& auferam a te murmurationem filior̄ Israel:
in qbuscūq; murmurant ipsi de vobis. Omnis
princeps tribus: & populi habet virgam. Non
enim potest quis regere populum: nisi habeat
virgam. Vnde & Paulus apostolus: quia prin
ceps erat populi: idcirco dicebat. Quid vul-
tis? In virga veniam ad vos: aut in charitate
spirituq; māsuetudinis? Omnis ergo princeps K
tribuū habeat necesse est / virgā suā: sed vnus
solus est (sicut scriptura refert) pōtifex Aaron
cui⁹ virga germinauit. Verum quoniam (vt
sępe ostendimus) verus pontifex Christus est
ipse solus est: cuius virga crucis non solū ger-
minauit: sed & floruit: & omnes hos creden-
tium populorum attulit fructus. Quis autem
iste est fructus: quem attulit? Nuces (inquit)
qui fructus: primo qdem indumento amarus

est sequenti munitur: & tegitur. Tertio sumẽ tem pascit: ac nutrit. Talis ergo est in adiutorio Christi doctrina legis & prophetarum. Prima literæ facies satis amara est: quæ circũcisionẽ carnis præcipit: quæ de sacrificiis mandat: & cætera quæ per occidentem literam demonstrantur. Hæc omnia tanq̃ amarum nucis cor
A ticem proiice. Secundo in loco ad munimenta testæ peruenies: in quo vel moralis doctrina: vel ratio continentiæ designatur. Quæ necessaria quidem sunt ad custodiam eorũ: quæ seruantur intrinsecus: frãgẽda quãdoq; tamẽ & sine dubio dissoluenda sunt: vt si: verbi gratia: dicamus abstinẽtia ciborum: & castigatio corporis: donec sumus in corpore isto corruptibili: & passibili: sine dubio necessaria est. Cũ autẽ confractũ fuerit ac resolutũ: & resurrectionis tempore incorruptibile ex corruptibili redditũ: atq; ex animali spiritale: non iam labore afflictionis: nec abstinentiæ castigatione: sed qualitate sui: nulla iam corpori corruptela dominabitur. Sic ergo & nunc necessaria abstinentiæ ratio videtur: & post modũ nõ quærenda. Tertio autem loco reconditũ in iis inuenies & secretũ mysteriorum sapientiæ: & scientiæ dei sensum: quo nutriant: & pascant animæ sanctorum: Non solum in præsenti vita: sed etiã in futura. Iste enim est pontificalis fructus: de quo ꝓmittitur iis: qui esuriunt: & sitiunt iustitiam: quoniã saturabuntur. Hoc igitur modo: in scripturis omnib⁹ triplicis hu
B ius sacramẽti ratio percurrit. Sic & sapientia monet: vt describamus ea nobis in corde tripliciter: ad respondendũ (inquit) verbũ veritatis iis: q proposuerint nobis. Sic tres puteos fodit Isaac patriarcha: quorũ solus ille tertius ab eo latitudo: vel amplitudo nominat. Quia autẽ sacramentũ sacerdotale est virga nucis: idcirco arbitror etiã Hieremiã: qui erat vnus de sacerdotibus ex Anathoth vidisse virgam nuceã: & prophetasse de ea. Illa: q̃ scripta sunt: vel de virga nucea: vł de lebete: siue de olla succensa: quasi si ostenderet per hæc in virga nucea esse vitã: & in lebete succenso: esse mortem. Vita enim & mors ponit ante faciem nostram. Et est vita quidem Christus in sacramento nucis: mors autẽ diabolus in figura lebetis succẽsi. Si ergo peccaueris: portionem tuam pones cũ lebete succenso. Si autem iuste egeris: efficietur portio tua in virga nucea cum magno pontifice. Sed & in Canticis canticorũ sponsa descendere dicitur in hortũ nucis: vbi etiã pariter cum nucibus sacerdotaliũ quodãmodo
C pomoꝝ copiã perscribitur inuenisse. Verũtamen de virgis (vt dicere cœperamus) vnum premisit deus fructũ in virga: & plures dedit. Sed attendite diligentius: si forte possim⁹ liberalitatẽ dei largiorẽ etiã ipsis suis promissionibus edocere: si forte & ex iis illã ineffabilẽ bonitatẽ dei: quæ in scripturæ litera semper tegitur rimari: atq; inuestigare potuerimus: cum eũ largiorẽ in pręstãdo q̃ in promittẽdo videamus. Igitur sermo scripturæ: de qua nũc loquimur: ita habet. Et erit (inquit) homo quẽcũq; D
elegero: virga eius germinabit. Hoc est solum: quod ꝓmissit deus: vt virga eius: quẽ elegerit: germinet. Vbi vero ad rẽ venit: vt quod promissum est: ostendatur impletũ: nõ vnũ illud: qđ ꝓmissum fuerat effectũ dicit: sed vide quanta addantur. Ait enim. Et ecce germinauit virga Aaron in domo Leui. Est hoc vnum illud sine dubio: qđ fuerat repromissum: sed adduntur & alia: & dicitur: & ꝓduxit frõdes: & protulit flores: & germinauit nuces. Cũ ergo de solo germine fuisset ꝓmissum: vide quanta largitur deus: vt nõ solũ germen produxerit: sed & frondes: & non solũ frondes: sed & flores: & germinauerit non solum flores: sed & fructus Quid igitur est qđ ex iis colligere: & contẽplari debeam⁹? Primo omnium resurrectionis ex E
mortuis sacramẽtũ. Virga enim arida germinat: cũ corpus extinctum cœperit reuiuiscere. Quæ sunt autem quatuor ista quę resurgenti corpori præstabuntur? Vt seminatũ in corruptione surgat in incorruptione: & seminatum in infirmitate: surgat in virtute. Et seminatum in ignominia: surgat in gloria. Et seminatum corpus animale: surgat corpus spiritale Ista sunt quatuor: quæ virga aridi corporis nostri ĩ resurrectione germinabit. Sed & illud secundo in loco dicemus. Quia sicut in iis promissionẽ suã deus in quadruplũ dedit: & multo plura: & præciosiora largit⁹ est: q̃ promisit: ita multo magis in oĩbus scripturæ locis: vbi aliqua dei promissio continet: siquis tamen ad eam peruenire mereat in futuro multipliciter præparabit. & sic vere cõplebit illud: qđ Apostolus dicit: Quia oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascẽdit: quę pręparauit deus iis: qui diligũt eũ. Vide ergo quanta sint: & qualia: quæ non solũ videre: & audire nemini licuit: sed ne in cor quidem: id est ad F
cognitionem humanã potuit ascendere. Siue ergo terrã: siue cœlũ dixeris: siue Solem hunc & fulgorẽ visibilis luminis: omnia hęc oculus vidit: & auris audiuit. & nõ possunt esse ex illis: quæ oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hoĩs ascẽdit. Transgredere ergo hęc oĩa & trãscende omne qcqd vides: qcqd audis: quicquid etiã cogitare potes: & illud scito esse

repositũ iis: qui diligũt deũ: qđ nec ad cogitationem cordis tui quiuit ascendere. Vnde ego arbitror nihil in huiusmodi repromissionibus de rebus corporalibus cogitandũ. Ratio enim materiæ corporalis non vsquequaque sensum humanæ cogitationis effugere potest: sed illa sunt quæ ad nullius sensum: nullius cor possunt ascẽdere: quæ in sola dei sapientia cõtinẽtur. At enim videbit hac ratione ꝙ promissionũ bona maiori modo: q̃ promissa sunt / dant. Similiter & pœnæ: quæ peccatoribus comminantur: multiplicatis cruciatibus inferendæ sunt: sicut & in superiorib⁹: vbi annus pro die ad vindictam ponitur: exposuimus: nisi siquis tertiũ aliquid posse fieri cogitet: colligens aliqua solatia ex iis: quæ in cõminatione ea: quæ ad Dauid facta est: cõtinentur. Vbi triduo ꝓnuntiata est futuræ mortis vastatio: & intra sex horas abbreuiatũ videtur tempus esse supplicii. Sed hæc ibi proficere possunt: vbi pœnitentiæ tẽpus: & satisfactionis conceditur locus. Scribitur tamẽ deus malis quidẽ reddẽs ĩ tertiã: & quartã progeniẽ. Bonis autẽ faciens misericordiã: nõ solum in tertiã: & quartã ꝓgeniem: sed vt scriptura dicit: in mille generationes. Sed redeamus ad ea: quæ de virgis dicere cœperamus. Possumus adhuc etiam sic

G intelligere eorũ: quæ in virga germinauerant differentias. Omnis qui in Christo credit: primo moritur: & post hoc renascitur: & est etiã hæc figura ꝙ virga arida post modum germinat. Est ergo primum germen prima hominis in Christo confessio. Secundo frõdescit: vbi renatus donũ gratiæ dei ex spiritus sancti purificatione susceperit. Inde affert flores: vbi ꝓficere cœperit: & morum suauitate decorari: ac flagrantiã misericordiæ: & benignitatis effundere. Ad vltimũ quoque affert etiam fructus iustitiæ: quibus non solum ipse viuat: sed & aliis prębeat vitam. Cũ em̃ ad perfectum venerit: & protulerit ex se verbũ fidei: verbũ scientiæ dei: & alios lucrifecerit: hoc est attulisse fructus: quibus alii nutrianrur. Sic ergo singuli quique

H credentium de virga Aaron: qui Christus est: germinantur. Quorũ quatuor istæ differẽtiæ in aliis scripturæ locis: velut ætates quatuor designantur. Quas Ioannes apostolus in epistola sua distinctione mystica comprehendit: ait enim. Scribo vobis pueri: & scribo vobis adolescentes: & scribo vobis iuuenes: & scribo vobis patres. In qbus vtique non corparales ętates: sed animæ profectuũ differẽtias ponit. Vt etiã in hoc sacerdotalis virgæ germine obseruauimus designari. Habẽtur ergo hæc omnia non tã in virga Aaron: q̃ in ea virga: quæ exiit de radice Iesse: & flos de radice eius ascendit: super quem requieuit spiritus dei. In quo nec hoc ipsum videtur otiosum: ꝙ exire dicitur virga: & flos ascendere. Quis enim vnum sit

I Christus per substantiam: singulis tamen diuersus efficitur prout indiget is: in quo operatur. Qui ergo segnior est: & negligentior: pro disciplina fit ei Christus virga: & in virga non ascendere dicitur: sed exire. Exeundum nanque est ei: qui iners & segnis est de eo statu: in quo non recte consistit: & transeundum ad alium statum tanq̃ virga conpulso: id est seueritate doctrinæ rigidioris ammonito. Qui vero iustus est: quia iustus sicut palma floret: in hoc ascendere dicitur Christus. Sic ergo qui verberibus indiget: exit ad eum virga. Qui autẽ proficit ad iustitiã: ascendit in florem. Ascendet autem vsquequo afferat fructus spiritus: q sunt charitas: gaudium: pax: patientia: & reliquæ virtutes in Christo Iesu domino nostro. Cui est honor: & gloria: & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

De eo quod scriptum est. Et dixit dominus ad Aaron: Tu & filii tui: & dom⁹ patris tui tecum sumetis peccata sanctorum. Homilia Decima. Cap. XVIII.

Qui meliores sunt: inferiorũ semp culpas: & peccata suscipiũt. Sic em̃ & Apostolus dicit: Vos q firmiores estis: ĩbecillitates infirmorũ sustinete. Israelita si peccet: id est laicus: ipse suũ nõ potest auferre peccatũ: sed reqrit leuitã: indiget sacerdote. Immo potius & adhuc horũ aliqd eminẽtius quęrit: põtifice opus est: vt peccatoꝶ remissionẽ possit accipere. Sacerdos aũt si delinquat: aut pontifex ipse suũ potest purgare peccatũ: si tamen nõ peccet in deũ. De huiusmodi enim peccatis non facile remissionem aliquam videmus in legis literis designari: hæc autẽ diximus pro iis: quę recitata sunt nobis. Et dixit (inquit) dominus ad Aaron dicens. Tu: & filii tui: & domus patris tui tecum sumetis peccata sanctorum. Potest quidem ita exponi locus iste. Vt ꝓpter ea q̃ offert pontifex pro peccato vniuscuiusque: & purificat eũ pro quo obtulerit: scriptũ sit. Tu & filii tui tecũ sumetis peccata sanctorum. Mihi autem non videtur otiosum quod sanctorum peccata commemorat. In multis etem̃ scripturæ locis sermo iste repetit. Vnde requirendum est quomodo & sancti dicant aliqui: & de peccatis eorum scri- K L

batur. Non enim (vt putant quidam) statim vt qui sanctus esse cœperit: peccare iã non potest: & continuo sine peccato putandus est. Si enim sanctus non peccaret: nõ vtiq; scriptum esset: sumetis peccata sanctorum: Si sanctus sine peccato esset: nõ diceret dominus per Ezechielem prophetam ad angelos: quos mittebat peccatores punire: & a sanctis meis incipietis. Si enim sancti sine peccato sunt: quomodo ipsi primi subcumbunt in suppliciis peccatorum? Si sancti sine peccato essent: nunq̃ diceret scriptura: quia iustus in principio sermonis sui ipse sui accusator fit. Si sancti sine peccato essent: nunq̃ Paulus apostolus diceret Romanis scribens. Nolite propter cibum soluere opus dei. Quibus in principio epistolæ scripserat. Omnib⁹ qui sunt Romæ dilectis Dei: vocatis sanctis. Et iterum idem Apostolus ad Corinthios scribens dicit: Paulus vocatus apostolus Iesu Christi. Et post pauca ecclesiæ dei: quæ est Corinthi: sanctificatis in Christo Iesu: vo-
A catis sanctis. Istos ergo: quos sanctificatos: & sanctos appellat: audi quanta in eis peccata reprehendat. Ait enim in sequentibus. Cum em̃ sint inter vos æmulationes: & contentiones: nonne carnales estis: & secundum hominem ambulatis? Et iterũ. Iam diuites facti estis: sine nobis regnatis: & vtinam regnaretis. Et iterũ. Tanq̃ autem non venturo me ad vos inflati sunt quidam. Et paulo post. Omnio auditur inter vos fornicatio: & talis fornicatio: qualis nec inter gentes. In consequentibus vero. Et vos (inquit) inflati estis: & non potius luctum habuistis. In quo vtiq; nullum reliquit immunem: dũ aliis fornicationis: aliis inflationis: & superbiæ crimen adscribit. Notat eos: & in cõsequentibus etiam de iudiciis: & dicit. Iam quidem omnino delictum est in vobis: quia iudicia habetis inter vos. Arguit eos: quos sanctos dixerat: & pro eo: q̄ idolis immolata manducent: & quasi sententiam inter eos proferens dicit. Sic autem peccantes inter fratres & percutientes cõscientiam eorum infirmam
B in Christo peccatis. Sed & de eo nihilominus confutat eos: q̄ non solum immolati cibum sed & calicem dæmoniorum præsumant & dicit. Non potestis calicem domini bibere: & calicem dæmoniorum: Non potestis mensæ domini participes esse: & mensæ dæmoniorum: Ipsis etiam illud dicit. Q̄ꝫ conuenientibus vobis in ecclesia: audio scismata esse. Et iterum. Vnusquisq; enim suam cœnam præsumit ad manducãdum. Et alius quidẽ esurit: alius quidem ebrius est: & pro iis delictis dicit. Propterea inter vos multi infirmi: & ægri: & dormiũt multi. Q̄ꝫ si nos ipsos diiudicaremus: non vtiq̄ iudicaremur. Post hæc autem non iam delicta mortalia: sed fidei in eis crimen exaggerat. Ait enim. Quomodo dicunt inter vos quidam q̄ resurrectio mortuorum non fit? Et iterum. Si autem Christus non resurrexit: vana est fides vestra. Adhuc enim estis in peccatis vestris. Longum porro est: nec præsenti conueniens tempori: vt plurima de iis testimonia ꝑferamus: quibus probetur q̄ ii: qui sancti dicũtur: non continuo etiam sine peccato esse intelligantur. Sed hęc opinentur illi: qui scripturis diuinis non sollicite: nec diligenter intendunt. In quibus multę esse differentiæ sanctorum docentur: sicut a nobis & in aliis tractatibus plenius dictum est. Sed & nunc quantum C
locus requirit dicemus. Sancti dicuntur: iidẽ q̄ & peccatores illi: qui se vouerunt quidem deo: & sequestrauerunt a vulgi conuersatione vitam suam ad hoc vt domino seruiant. Huiusmodi ergo homo secundum hoc: q̄ se cæteris actibus circuncisis domino mancipauit: sanctus dicitur. Potest autem fieri: vt in hoc ipso: q̄ domino deseruit: non ita omnia gerat: vt geri competit: sed delinquat in nonnullis: & peccet. Sicut enim is: qui sequestrat se: & segregat ab omnibus actibus: vt disciplinam (verbi gratia) medicinæ: aut philosophiæ consequatur: non vtiq; continuo: vt se huiusmodi tradiderit disciplinis: ita perfectus erit: vt non inueniatur in aliquo peccare. Immo potius plurima delinquendo vix ad perfectionem aliquando perueniet: & tamen statim: vt se ad huiusmodi scholas tradidit: certum est eum: vel inter medicos: vel inter philosophos numerari: Ita & de sanctis accipien- D
dum est: q̄ statim quidem: vt mancipat se quis studiis sanctitatis secundum hoc: q̄ proposuit: sanctus appelletur. Secundum hoc vero q̄ necesse est eum in multis delinquere: donec vsu & disciplina: ac diligentia abscidatur ab eo consuetudo peccandi: etiam peccator (vt supradiximus) appellabitur. Ego autem & amplius addo aliquid. Q̄ꝫ nisi sanctum propositum aliquis habeat: & sanctitatis studium gerat: cum peccauerit: nescit peccati pœnitudinem gerere: nescit delicti remedium quærere. Qui non sunt sancti: in peccatis suis moriuntur: qui sancti sunt: pro peccatis pœnitudinem gerunt: vulnera sua sentiũt intelligunt lapsus: requirunt sacerdotem: sanitatem deposcunt: purificationem per pontificem quærunt: Idcirco ergo caute: & significanrer sermo legis designat: quia pontifices & sacerdotes non quorumcunq;: sed sanctorũ

tantummodo sumant peccata. Sanctus enim
E est: qui peccatum suum per pontificem curat. Sed redeamus ad pontificem nostrum: pontificem magnum: qui penetrauit coelos Iesum dominum nostrum: & videamus quomodo ipse cum filiis suis: apostolis scilicet & martyribus sumit peccata sanctorum. Et quidē quod dominus noster Iesus Christus venerit: vt tolleret peccatum mundi: & morte sua peccata nostra deleuerit: nullus qui Christo credit: ignorat. Quomodo autem & filii eius auferāt peccata sanctorum: id est apostoli: & martyres: si poterimus ex scripturis diuinis probare, tentabimus. Audi primo Paulum dicentē. Libenter enim (inquit) expendam: & expendar pro animabus vestris: & in alio loco. Ego enim iam immolor (inquit) & tempus regressionis: siue resolutionis meæ instat. Pro iis ergo quibus scribebat expendi se: & immolari dicit Apostolus. Hostia autem cum immolatur ad hoc immolatur: vt eorum pro quibus iugulatur peccata purgentur. De martyribus autem scribit Ioannes apostolus in Apocalypsi. Quia animæ eorum: qui iugulati sunt propter nomen domini Iesu: adsistant altari.
F Qui autem adsistit altari: ostenditur fungi sacerdotis officio. Sacerdotis autem officium est: pro populi supplicare peccatis. Vnde ego vereor: ne forte ex quo martyres non fiunt: & hostiæ sanctorum non offeruntur pro peccatis nostris: peccatorum nostrorum remissionem non mereamur. Et ideo vereor: ne permanentibus in nobis peccatis nostris: accidat nobis illud: quod de semetipsis dicunt Iudæi. Quia non habentes altare: neq́ templum: neq́ sacerdotium: & ob hoc nec hostias offerentes: peccata (inquiunt) nostra manent in nobis: & ideo venia nulla subsequit̄. Et cōtra nos dicere debemus: qui hostiæ martyrum non offeruntur pro nobis: idcirco manent in nobis peccata nostra. Non enim meremur persecutionem pati propter Christum: nec mori propter nomen filii dei. Et ideo etiam diabolus sciens per passionem martyrii remissionem fieri peccatorum: non vult nobis publicas gentiliū persecutiones mouere. Scit enim: quia si ad reges: & præsides adducamur ꝓpter nomē Christi: ad testimoniū Iudæis: & gentibus: gaudiū nobis & exultatio fit: quia merces nostra multa in coelis est. Hæc nō facit inimicus: vel ꝙ ipse gloriæ nostræ inuidet: vel fortassis ꝙ ille qui omnia præuidet: & prænoscit nos nō esse idoneos ad martyrium tolerandum. Scit tamen dominus qui sunt eius: & in quibus non speratur: habet ille thesauros suos: non enim sicut homo videt: ita & deus. Ego non dubito & in hoc conuentu esse aliquos ipsi soli cognitos: q iam apud eum martyres sint testimonio conscientiæ: parati si quis exposcat effundere sanguinē suū pro nomine domini Iesu Christi: nō dubito esse aliquos: qui tulerint crucem suam & sequantur eū. Hæc licet per excessum quendam: necessario tamē videntur dicta: vt intelligeremus quomodo per pontificē: & filios pontificis fiat in sanctis remissio peccatorū. Sequi- G
tur post hæc. Et tu (inquit) & filii tui accipietis peccata sacerdotii vestri: & fratres tuos tribū Leui: plebē patris tui adsume ad te: & adiūgant̄ tibi: & ministrent tibi: & tu: & filii tui tecū in conspectu tabernaculi testimonii obseruabunt custodias suas: & custodias tabernaculi. Obseruare diligentius: & intēdere iis quę scripta sunt: cōuenit eos pręcipue: q in ordine sacerdotali gloriātur: Vt sciāt quid est qđ eis lex diuina præcipit obseruandū. Tu (inquit) & filii tui tecum in conspectu tabernaculi testimonii obseruate custodias vestras: & altaris: & tabernaculi. Mandata quidem certa sunt: & euidentia: vt obseruare debeamus custodias tabernaculi: & altaris: & sacerdotii. Quis sane sit: qui obseruet & faciat ea: quæ sacerdotibus mandata sunt. Et quis sit q vtatur quidem ordine: & honore sacerdotii: opera vero: & ministerium sacerdotii non obseruet: ille solus nosse potest: qui scrutat̄ corda: & renes.
Mandant̄ obseruari nō solū ea quæ foris sunt: H
sed & ea (inqt) vt curent sacerdotes: pręcipue quę intra velamen sunt. Velut si diceret: cura sit sacerdotibus: euidentia ac manifesta māda ta diuinæ legis implere: & mysteria eius abscōdita: & velata omni perspicacia cōtueri. Si vero ad hominem velis referre tabernaculū testimonii: quoniam quidē corpus hominis tabernaculū Paulus appellat: dicens. Qui enim sumus in tabernaculo hoc: gemim⁹ aggrauati: in quo nolumus expoliari: sed superuestiri. Si ergo ad hominē tabernaculū referamus: interiora velaminis: vbi inaccessibilia cōteguntur principale cordis dicemus: qđ solū recipere potest mysteria veritatis: & capax esse arcanorū dei. Altaria vero duo: id est interius: & exterius. Quoniā altare orationis indiciū est: illud puto significari qđ dicit apostolus. Orabo spiritu: orabo & mente. Cū enim corde orauero: ad altare interius ingredior. Et hoc puto esse etiā qđ dn̄s in euangeliis dicit: Tu aūt cū oras intra in cubiculū tuū: & claude ostium tuum & ora patrem tuum in abscondito. Qui ergo ita orat (vt dixi) ingreditur ad altare incensi: quod est interius. Cum autē quis clara voce:

& verbis cũ sono prolatis quasi vt ædificet au-
diẽtes: orationem fundit ad deum: hic spiritu
orat: & offerre videtur hostiam in altari: qđ fo
ris est: ad holocaustomata populi constitutũ.
Oportet ergo sacerdotes ea curare præcipue:
& custodire quæ intra velamen interius conte
guntur: neqđ ibi pollutũ: neqđ inueniatur im
mundũ. Hoc est interiorẽ hominẽ: & cordis se
creta curare: vt ibi immaculata permaneant.
Cherubim: & ꝓpitiatoriũ: scientia intelligẽda
est trinitatis. Interpretatio eĩ Cherubim: mul
titudinẽ: id est perfectionẽ scientiæ indicat. Et
quæ est alia perfectio nisi agnouisse patrem / &
filiũ: & spiritũ sanctũ? Hæc ergo curanda sunt
a sacerdotibus: vt incontaminata: & illæsa ser
uentur. Sed & vrna habẽs cœlestẽ cibũ mannę
thesaurus vtiqꝫ est verbi diuini. Et arca aurea
in qua sunt tabulæ testamenti (vt opinor) nõ
aliud q̃ mens nostra esse declaratur: in qua le-
gem dei debemus habere descriptam. Hęc aũt
mens: aurea debet esse. Hoc est pura: & pretio-
sa: in qua legẽ dei descriptã semper habeamus
sicut apostolus dicit. Scriptam nõ atramento:
sed spiritu dei viui. Nõ in tabulis lapideis: sed
in tabulis cordis carnalibus. Hoc est enim qđ
& de quibusdam dicitur. Qui ostendunt opus
legis scriptum in cordibus suis. Quis aũt scri-
psit in cordibus eorũ: nisi deus digito suo? Le-
gem vtiqꝫ naturalem: quam dedit deus huma
no generi. Et in cunctorũ mẽtibus scripsit. Vn
de & initia sumimus: ac semina quædam ad ꝑ
scrutandã capimus veritatem. Quę semina si
bene excolamus fructum vitę afferẽt in nobis
in Christo Iesu domino nostro: Cui est gloria
& imperium in sæcula sæculorum. Amen.

De primitiis offerendis.
Homilia. XI. Cap. XVIII.

B Rimitias omniũ frugũ: om
niũqꝫ pecudũ: sacerdotibus
lex mãdat offerri. Ita vt oĩs
qui possidet agrũ: vel vineã
vel oliuetũ: vł etiã hortũ &
siqđ est: qđ exercet in terris.
Sed & siqs peculia cuiuscũ-
qꝫ pecoris nutriat: offerat ex iis deo omne qđ
primũ est: id est ad sacerdotes deferat. Deo enĩ
offerri dicit: qđ sacerdotib⁹ dat. Et hoc est: qđ
docemur ex lege: quia nemo licite: nec legiti-
me vtatur fructibus: quos terra produxit: nec
animantibus: quæ pecudũ protulit partus: ni
si ex singulis quibusqꝫ deo primitię: id est sacer
dotibus offerantur. Hanc ergo legẽ obseruari
etiã secundũ literã: sicut & alia nõnulla neces-
sariũ puto. Sunt eñ aliquanta legis mandata:
quæ etiã noui testamenti discipuli necessaria
obseruatione custodiũt: Et si videtur prius de
iis ipsis: quę in lege quidẽ scripta: sed tamen in
euangeliis obseruanda sint: sermo moueať: &
cũ hæc patuerint: tũc iam qđ in iis etiã spirita
liter sentiri debeat: reqremus. Sunt eñ q ita di
cant: Quia si aliquid omnino obseruãdũ est se
cundũ literã: cur nõ & cũcta seruẽtur? Si vero C
ad spiritalẽ intelligentiã quæ lex cõtinet: refe-
renda sunt: nihil omnino secundũ literam: sed
spiritaliter debent vniuersa discerni. Nos aũt
vtriusqꝫ assertionis insolẽtiam tẽperãtes: qua
lis regula in huiusmodi legis sermonibus ob-
seruãda sit: ex auctoritate diuinaꝶ scriptura-
rũ proferre tentabim⁹: Scriptum est in octauo
decimo psalmo: lex domini irreprehẽsibilis cõ
uertens animas: testimonium dei fidele sapien
tiã præstãs paruulis. Præceptũ domini lucidũ
illuminans oculos. Timor domini castus per-
manens in sæculũ sæculi. Iustitię domini recta
lætificantes corda: Iudicia domini vera iusti-
ficata in semetipsa. Desiderabilia super aurum
& lapidem pretiosum multũ: & dulciora suꝑ
mel: & fauum. Nisi ergo essent singula ista a se
metipsis diuersa: nũq̃ vtiqꝫ proprias vnicuiqꝫ
scriptura diuina differentias indidisset. Vt ali
ud de lege domini diceret: aliud de mandato:
aliud de iustificationibus: aliud de iudiciis.
Est ergo (vt ex iis ostẽdimus) aliud lex: aliud
præceptum: aliud testimoniũ: aliud iustifica-
tio: aliud iudicium. Sed & in ipsa lege euiden D
tior horum differẽtia designatur: vbi dicitur:
Hæc est lex: & mandata: & iustificationes: &
præcepta: & testimonia: & iudicia: quæ præce
pit dominus Moysi. Cum ergo hæc ita se habe
re: & iis a se inuicem differre distinctionibus le
gis ipsius testimoniis approbentur diligenti⁹
debemus intendere iis quę recitantur in lege:
Quia sicubi scribitur: verbi gratia: hoc esse
mandatum: non continuo mandatum lex acci
pienda est: vel sicubi scriptũ est. Istæ sunt iusti
ficationes: non cõtinuo iustificationes: aut lex
aut mandatũ putandæ sunt: Similiter autẽ: &
sicubi scriptum est testimoniũ: aut iudicia: nõ
confuse vnũ ex cæteris: sed diuersum ab aliis
vnũquodqꝫ sentiendũ est. Si ergo scriptũ legi-
mus: quia lex vmbrã habeat futurorũ bonorũ
non cõtinuo etiã mãdatũ: vel iustitiæ: vel iu-
dicia: de qbus hoc nõ est scriptum: vmbræ esse
credendæ sunt futurorũ bonorum. Deniqꝫ: vt
exempli gratia vnũ ponamus ex multis: nõ est
scriptum: hoc ad mandatũ paschæ: sed hæc est
lex paschæ. Et quia lex vmbra est futurorum
bonorum: lex sine dubio paschæ: vmbræ est fu

turorum bonorum. Cum ergo venio ad locũ illum: qui de pascha script⁹ est in agno illo corporali debeo intelligere vmbrã esse futuri boni: & hoc sentire q̃ pascha nostrum immolat⁹ est Christus. Simili modo inuenies etiã de azimis: & de cæteris festorum dierum obseruantiis scriptũ. Quia ergo hæc omnia sub legis titulo scribuntur in lege necessaria: quia lex per præsentẽ vmbrã futura bona designat: requirere debeo quæ sint azima futurorũ bonorũ: & inuenio dicentẽ mihi Apostolũ: vt diẽ festũ agamus nõ in fermento veteri: neq̃ in fermento malitiæ: & nequitiæ: sed in azimis synceritatis: & veritatis. Sed & de circuncisione scriptum est. Hæc est lex circũcisionis. Quia ergo & circũcisio sub legis titulo censetur: lex autẽ vmbra est: quæro quid circũcisionis vmbra bonorũ contineat futurorũ. Ne forte dicat mihi in vmbra circuncisionis posito Paulus: quia si circũcidamini: Christus vobis nihil proderit. Et illud. Non enim quæ in manifesto in carne est circuncisio: illa circũcisio est: neq̃ q in manifesto in carne Iudæus est: sed q in occulto Iudæus: & circũcisio cordis in spiritu: nõ litera. Cuius laus non ex hominibus: sed ex deo est.

F Hæc ergo singula quæ nequaq̃ penitus secundum literã obseruanda dicit Apostolus: inuenies omnia fere apud Mosen sub legis titulo designari. Iam vero in eo: vbi dicit Non occides: nõ adulterium facies: nõ furaberis: & reliqua huiusmodi: non inuenies quoniam legis in iis titulũ pręmiserit: sed magis hæc mãdata videtur: & ideo nõ exinanitur apud discipulos euãgelii scriptura ista: sed adimpletur. Quia (vt dixi) non mandatũ: sed lex habere dicitur vmbram futurorum bonorum. Et ideo hęc nobis secundũ literã custodienda sunt. Item alibi. Iuste (inquit) sectare quod iustũ est. Quid opus est in iis allegoriam quęrere: cũ ædificet etiam litera? Ostendimus ergo esse quędã: quæ omnino nõ sunt seruanda secũdũ literã legis: & esse

G quædam: quæ allegoria penitus immutare nõ debet: sed omnimodo ita vt scripturę de iis cõtinent: obseruanda sint. Nunc requiro si sunt aliqua: quæ & secundũ literã quidem stare possint: necessario tamen in eis etiã allegoriam requirendam. Et vide si possumus hæc apostolica: & euangelica auctoritate munire. Scriptũ est in lege. Propter hoc relinquet homo patrẽ & matrẽ: & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna. Hæc q̃ allegorica mysteria contineant: Paulus cũ in epistola sua hoc ipsum posuisset exemplũ pnuntiat dicẽs. Mysteriũ hoc magnũ est: ego aũt dico in Christo: & in ecclesia. Q₂ aũt oporteat hoc etiã secundũ literam custodiri: ipse dominus: & Saluator docet dicens. Scriptum est propter hoc: relinquet homo patrem: & matrẽ: & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Q̃d ergo deus coniunxit: homo non separet. Et ostendit vtiq̃ obseruanda esse hęc etiam secundum literã: cum adiicit: q̃d ergo deus coniunxit homo non separet. Sed & in aliis Apostolus vbi dicit: Quia H Abraham duos filios habuit: vnum de ancilla & vnum de libera: quis dubitat hæc secũdum literam stare debere? Certum est enim: quia & Isaac de Sara: & Ismael de Agar: filii fuerint Abrahæ. Addit tamen iis Apostolus: & dicit. Hæc autem sunt allegorica: quæq̃ in duo testamenta conuertat. Et Sarę quidem Sobolem tanq̃ in libertatem gignentis noui testamenti liberos dicit. Agar autem tanq̃ in seruitute generãtis terrenæ Hierusalem filios nominauit. Ostendimus (vt opinor) auctoritate scripturæ diuinæ: ex iis quæ ĩ lege scripta sunt aliqua penitus refugiẽda esse & cauenda: ne secũdũ litterã ab euangelii discipulis obseruentur quædam vero omnimode vt scripta sunt obtinenda. Alia autẽ habere quidẽ secũdum literam veritatẽ sui: recipere tamen vtiliter & necessario etiã allegoricũ sensum. Erit ergo iam sapientis scribæ: & edocti de regno dei: qui sciat de thesauris iis proferre noua: & vetera: scire quomodo in vno quoq̃ loco scripturæ: aut abiiciat penitus occidentẽ litterã: & spiritum viuificãtẽ requirat: aut cõfirmet omnimode: & vtilẽ: ac necessariã probet literæ doctrinam: aut manente historia opportune: & decẽter introducat etiã mysticũ sensum. Sicut & in hoc I sermone: quem habemus in manibus arbitror conuenire. Decet enim: & vtile est etiã sacerdotibus euangelii offerri primitias. Ita eñ & dominus disposuit: vt qui euangelium annuntiant: de euangelio viuant. Et qui altari deseruiunt: de altari participent. Et sicut hoc dignum & decens est: sic econtrario & indecens & indignũ existimo: & impiũ: vt is: qui deum colit: & ingreditur ecclesiã dei: qui scit sacerdotes: & ministros adsistere altari: & aut verbo dei aut ministerio ecclesiæ deseruire vt de fructibus terræ quos deus dedit solẽ suũ pducendo: & pluuias suas ministrando: nõ offerat K primitias sacerdotibus. Non mihi videtur huiusmodi anima habere memoriam dei: nec cogitare: nec credere: quia deus dederit fructus quos cœpit: quos ita recondit quasi alienos a Deo. Si enim a deo sibi datos crederet: sciret vtiq̃ numerandos sacerdotes honorare deum de datis: & muneribus suis: & adhuc vt amplius hæc obseruãda etiã secundũ literã ipsius

dei vocibus doceantur: addemus ad hæc. Dominus dicit in euãgeliis. Væ vobis scribæ: & pharisæi hypocritæ: qui decimatis mentam. hoc est decimã datis mentę: & cymini: & anethi: & pręteritis quæ maiora sunt legis. Hypocritę hæc oportet fieri: & illa nõ omitti. Vide ergo diligentius quomõ sermo dñi vult fieri quidẽ oĩmode: quę maiora sunt legis: non tamen omitti: & hæc quę secundũ literam desi-
A gnantur. Q. si dicas: quia hæc ad pharisæos dicebat: non ad discipulos: audi iterum ipm dicentẽ ad discipulos. Nisi abundauerit iustitia vestra plusq̃ pharisæorũ: & scribarum: nõ intrabitis in regnũ cœlorũ. Q đ ergo vult fieri a pharisæis: multo magis a maiore cũ abundantia vult a discipulis impleri. Quod aũt fieri a discipulis non vult: nec pharisęis imperat faciẽdũ. Quomodo aũt plus velit fieri a discipulis: q̃ faciũt pharisęi: in eo declarat: vbi dicit. Dictũ est antiquis non occides. Hoc obseruant & pharisæi: discipulis autẽ dicit. Ego autem dico vobis: Quia siquis iratus fuerit fratri suo: reus erit iudicio. Similiter & de eo: qđ scriptũ est: nõ adulterabis: suorũ discipulorũ in eo vult amplius abũdare iustitiã: vt ne mulierem quidẽ videant ad concupiscendũ. Igi-
B tur ex iis quę ꝓtulimus paucis: siqui studiosi sunt in scripturis diuinis ꝑfacile colligere poterunt etiã cęterorũ distinctiones. Sapiens eñi si audiat (inqt) verbũ: nõ solum laudabit: sed & adiiciet ad illud. Quid adiiciet? Vt discutiat & discernat in singulis qbusq; capitulis legis: tibi fugienda sit legis litera: vbi amplectẽda: vbi etiam narratio historiæ cum mystica expositione conueniat. Christus enim nos redemit de maledicto legis: non nos redemit de maledicto mandati: nec de maledicto testimonii: nec de maledicto iudiciorũ: sed de maledicto legis: idẽ ne subiecti essemus circuncisioni carnis: nec obseruationi sabbatorum: aliisq; horũ similibus. Quę non in mãdatis: sed in lege dicẽda sunt cõtineri. Quomodo ergo abũdat iustitia nostra plusq̃ scribarũ: & pharisęorum: si illi de fructib⁹ terrę suę gustare nõ audent priusq̃ primitias sacerdotibus offerant: & leuitis decimæ separent. Et ego nihil horũ faciens fructibus terrę ita abutar: vt sacerdos nesciat: leuites ignoret: diuinũ altare non sen-
C tiat. Illud sane necessario commonendũ est: q; lex dupliciter dicit. Nam generaliter oĩa ista: hoc est mandatum: iustificationes: præcepta: testimonia: iuditia: lex appellãtur. Specialiter autẽ pars aliqua ex iis: quæ in lege scripta sũt. Lex dicitur: vt sunt ista: de qbus superi⁹ disseruimus. Generalis aũt lex significatur: verbi gratia: vt cũ de Saluatore dicitur: quia nõ venit soluere legẽ: sed adimplere. Et item alibi. Plenitudo ergo legis est dilectio. In quo vtiq; oĩa simul quæ scripta sunt in lege: legem nominauit. Hæc dixim⁹ asserẽtes mãdatum de D
primitiis frugũ: vel pecorũ: debere etiã secundum literã stare. Nũc aũt videamus quomodo & allegoricũ: id est spiritalẽ recipiat intellectum. Requiramus ergo sic: vbi in scripturis præter hæc: de qbus supradictũ est: inuenimus primitias nominari. Hic eñi dixit oẽs primitias olei: & vini: & frumenti horũ oĩm primitiæ: quæ oblatæ fuerint Deo: tibi dedi ea. Requiro ergo nunc præter hæc: vbi primitiæ nominent. Si eñi oẽs primitiæ ad põtificẽ ꝑtinent: necessario nobis & pontifex requirendus est: ad quẽ pertinere debeant etiã illæ primitiæ: quas in aliis scripturę locis inditas inuenimus. Et primo quidem oĩum de ipso dño Christo legim⁹ scriptũ: quia sit primitiæ mortuorum. Est ergo & ipse aliqua in parte primitiæ. Et iterũ inuenimus de quibusdã dictũ ab Apostolo. Quia sunt primitię Asię: & alii primitiæ Achaiæ. Vnde consequẽs est per singulas ecclesias aliquos credentium: quos tamen apostolicus spiritus probauerit: primitias nominari. Ex qbus esse arbitror etiã Cornelium illum: qui Cęsariensis ecclesiæ cum iis: cũ quibus spiritũ sanctum meruit accipere: primitiæ merito dicitur. Et non solum huius ecclesiæ: sed fortassis & oĩm gentiũ primitiæ Cornelius appellãdus est. Primus eñi credidit ex gentibus: & primus sancto spiritu replet⁹ est: Et ideo recte primitiæ gẽtium appellabitur. Sed requiris fortasse qs istas offerat primitias deo. Aut qs est pontifex: cuius hęc rationibus cedant. Ego arbitror q; secundũ dñi verbum ager dicatur hic mũdus. Ager aũt non terræ solum: sed corda intelligũtur humana. Quẽ agrum angeli dei susceperint excolendũ. Culturę ergo suę fructus ipsi quidẽ possident: & habent eos: videlicet qui sub procuratoribus agunt: & actoribus: & nondum vsq; ad summam ætatẽ perfectionis venerũt. Si quorum vero corda diligenter exculta: & ad perfectũ perducta sunt: hos tanq̃ electos: & pręcipuos ex cęteris primitias offerũt pontifici magno. Deniq; inuenimus ipsum Cornelium anteq̃ doctrinam verbi dei: vel gratiam baptismi susciperet a Petro: audisse se ab angelo: quia orationes eius: & elemosinę ascendissent ad deum. Vnde & per ipsum angelum videtur deo primitiæ oblatus esse Cornelius. Possu- F
mus autẽ dicere etiam de Petro: & Paulo: cęterisq; apostolis: q; & ipsi credentiũ per se pri

mitias offerant: sicut dicit Apostolus: Quia ab Hierusalem in circuitũ vsq; ad Illyricũ repleuerit euangelium Christi. Et ita prædicauerit euangeliũ: nõ vbi nominat⁹ est Christ⁹: ne super alienũ fundamentũ ædificaret. Intuere ergo Paulum oẽs eos: quos docuit: quibus prædicauit: qui ex ipso ꝓfecerunt in fide: tanq̃ fructus suos offerentẽ: & quęrentem quotidie nouos agros: quos excolat: & noua rura q̃ seminet: & ob hoc dicentem ad quosdam. Cupio eñ venire ad vos: vt aliquẽ fructum habeam & in vobis: sicut & in cæteris gentibus. In
G tuere inquã eum ex iis omnibus fructibus electa quæq; signantẽ & dicentẽ: de quibusdam (sicut supra dixim⁹) quia sunt primitiæ Asię & alii primitiæ Achaiæ: & singularũ quarũq; ecclesiarum eligere primitias: & offerre deo. Habet aũt fortassis aliquos: & primogenitos Credo autẽ ꝙ habeat & aliquos ĩferiores horum: quos neq; pro primitiis: neq; pro primogenitis: sed pro decimis possit offerre. Sed & vnusquisq; doctorũ puto pro eo: quod docet: & prædicat: & instruit auditores: agrum ecclesiæ illius: quã docet: id est credentium corda videatur excolere. habet ergo & ipse culturę suæ fructum. Et in iis omnibus fructib⁹ inuenit sine dubio electũ aliquẽ: & præcipuum
H quem quasi primitias offerat. Inuenit & quos pro primogenitis: & alios pro decimis. Quod si non videtur temerariũ audere in talibus: possunt fortasse primogeniti vere illi dici: de quibus scriptũ est. Quia cũ mulieribus se non inquinauerunt: virgines eñ permanserũt. Aut etiã de martyribus potest dictũ videri. Et primitiæ nihilominus possunt intelligi ecclesiæ virgines. Decimæ quoq; ii qui post coniugiũ continẽter & caste vixerint. Verum quoniam ex angelorũ primitiis sermo sumpsit exordiũ quas offerri ab eisdem humani generis cultura dixeramus: atq; ad apostolos sequẽti loco: & inde ad vnũquemq; doctorum deducti sumus: redeamus ad originẽ eoꝝ quę discutere cœperamus. Igitur vnusquisq; angelorum in
I consummatione sęculi aderit ĩ iudicio. Educens eos secum quibus pręfuit: quos adiuuit quos instruxit: pro quibus semper vidit faciẽ patris: qui in cœlis est: Et puto etiã ibi inquisitionem futuram: nõ quidem an culturæ hominum angelus defuerit: sed an culturæ angelicæ nequaq̃ digne segnitia humana respõderit. Qđ si ita est: erit ergo etiam inter angelos: & hoĩes iudicium dei: & fortassis iudicabuntur aliqui cum Paulo: & conferent labori bus eius: & fructibus: qui ex multitudine credentium veniunt: & forte inuenietur in laboribus superior etiã aliquibus angelis: & ideo nimirũ dicebat. Aut nescitis qꝛ angelos iudicabimus? Non quo ipse Paulus iudicet angelos: sed ꝙ opus Pauli qđ egit in euangelio: & erga aĩas credẽtiũ: iudicabit aliquos. Nõ eñ omnes: sed aliquos angelorũ: & propterea fortassis etiã Petrus ad ista respondens dicebat. In quem concupiscunt etiã angeli prospicere.
Quis & ipsi apostoli angelis vtantur adiutoribus ad explendum prędicationis suę mun⁹: & opus euangelii consummandum. Sic enim dicebatur in actibus apostolorum: quia angelus Petri esset qui pulsaret ad ostium. Similiter ergo intelligitur esse & alius Pauli angelus: sicut est Petri: & alius alterius Apostoli: & singuloꝝ per ordinẽ: vel pro meritis: quos vtiq; in laboribus: & doctrina sua: siue Apostolorũ: siue reliquorũ post eos doctorũ: necesse est primas partes habere: & animarum: quę per eos profecerũt & fructũ vna cum iis: per quos operati sunt ad aream dñi comportare. Erit ergo in cõgregatione fructuum: id est in electione credentiũ: ille verbi gratia: qui fuit illius ecclesię præcipuus & eximius primitiæ & ille etiam hoc superior illius ecclesiæ primogenitus: ab illo verbi gratia angelo oblatus. Et ita omne hoc quod adumbratũ est in lege L
quoniam lex vmbram habet futurorum bonorum: aliquo modo per angelorũ ministeria in futurorum bonorum veritate complebit. Vt q̃ pręformata sunt in illo israel: qui secundum carnem israel dicitur: in israelitis veris: & cœlestibus impleatur. Nomen enim israel peruenit vsq; ad angelicos ordines: nisi quia multo verius illi appellabunt̃ israel: quãto verius illi sunt mens videns deum: hoc eñ israel interpretatur. Puto eñ quia sicut quędam nomina: vel gentium: vel principum: in scripturis posita videmus: quę absq; vlla dubitatione ad malos angelos: & ad virtutes contrarias referantur: sicut verbi gratia Pharao rex Aegypti: & Nabuchodonosor Babylonius: & Assyrius: ita etiam ea: quæ de sanctis viris & gente religiosa scribuntur: ad sanctos angelos: & ad benignas debemus referre virtutes. Quod M
autem rex gẽtis impię ad virtutem aliquam malignam ab scriptura referatur: audi quomodo Esaias de Nabuchodonosor dicat. Et inducam (inquit) gladium super gentem magnam: super principẽ Assyriorũ. Ait eñ. Virtute mea faciam: & sapientia sensus mei destruam fines gentium: & virtutem eorum deprædabor: & item alibi quasi de principe gentis cuiusdam loquens dicit. Quomodo cecidit de cœlo lucifer: qui mane oriebat̃? Si ergo

hæc omnia ad angelos quosdam magnæ virtutis referri cogit ratio veritatis: nonne eadẽ consequentia etiam quæ de bonis: vel principibus: vel gentibus conscribuntur: ad bonarũ vt supra diximus virtutũ angelos: ministrosq́ referrentur? Sed & illud quod in genesi scriptum legim⁹ deum ad angelos sine dubio loquentẽ dicere. Venite confundamus linguas eorum: quid aliud putandũ est: nisi ꝙ diuersi angeli diuersas in hoĩb⁹ linguas operati sint: ac loquelas? Vt verbi gratia. Vnus aliq̃s fuerit: qui Babylonicã tunc vni homini impresserit linguam: alius qui alii ægyptiã: & alius qui græcam: & sic diuersarũ gentium ipsi illi fortasse principes fuerint: qui & linguarũ: ac loquelę videbant authores. Manserit autem lingua per Adam primitus data: vt putamus hebręa in ea pte hoĩm: quę nõ pars alicuius angeli: vel principis facta est: sed quæ dei portio permansit. Interim: vt dicere cœperamus offerunt & angeli primitias vnusquisq́ credo gẽtis suæ: et rursum vnusq̃sq́ ecclesiæ suæ. Quibus angelis & Ioannes in Apocalypsi scribere videtur. Verbi gratia: angelo ecclesiæ Ephesiorum: vel Smyrneorum: vel Laodicensium: aliarumq́ quæ scriptę sunt. Offert ergo vnusquisq́ angelorum primitias: vel ecclesiæ: vel gentis suæ: quæ ei dispensanda commissa est. Aut forte & alii extrinsecus angeli sunt: qui ex omnibus gentibus fideles quosq́ congregent. Et cõsyderemus ne forte sicut in aliqua verbi gratia ciuitate: vbi nondum christiani nati sunt: si accedat aliquis: & docere ĩcipiat: laboret: instruat: adducat ad fidẽ: & ipse postmodum iis: quos docuit princeps: & episcop⁹ fiat: ita etiam sancti angeli eorum: quos e diuersis gentibus congregauerit: & labore suo: ac ministerio proficere fecerint: ipsi eorum etiam in futuro principes fiant: vt Christus non tam rex dicatur: q̃ rex regum: & nõ tam dñs: q̃ dominus dominantiũ. Quippe si isti reges fiunt eorum: quos regunt: & proficere faciũt ipsi ergo offerunt quosdã quidem pontifici: quosdam vero filiis pontificis: id est superioribus virtutibus: & archangelis: quosdam etiã Leuitis: id est paulo inferioribus: si tamen consequens videatur tali quadã specie etiam angelicos ordines: vt israelitici sunt: esse distinctos: quando quidẽ israeliticæ vmbrę: & exemplari dicantur deferre cœlesti vni. Possumus ergo dicere: quia forte in futuro cum oẽs fructus congregabunt ad aream: erunt quidam portio põtificis: sed illius veri põtificis Christi. Erunt & alii portio leuitarũ: sicut iam supra diximus: vel angelis: vel aliis cœlestibus virtutibus sequestrata. Puto aũt ꝙ erunt quidam portio etiam hominum: eorum dũtaxat qui in hac vita prudentes: ac fideles dispensatores verbi dei fuerunt. Hoc enim arbitror in euãgeliis designari a dño: vbi ait ad eum: cui crediderat quinq́ mnas: & fecerat ex eis decẽ: esto potestatem habens supra decem ciuitates. Cui vero crediderat vnam: et fecerat ex ea quinq́: esto potestatem habens supra quinq́ ciuitates. Quæ eñ hic potestas ciuitatum intelligẽda est: nisi gubernatio animarum? Vnde & videtur mihi ꝙ nõ sine causa etiam ĩter ipsos angelos alii potestatem & principatum super alios gerant: alii autẽ subiaceant: & obtemperent potestati. Sicut ne iste quidem: cui potestas decem ciuitatum: vel ille cui quinq́ ciuitatum datur sine merito: eo ꝙ creditam sibi multiplicauit pecuniam peruenit ad huiusmodi potestatem. Omnia enim apud deum ratione & iudicio fiunt: nec ad gratiam: sed pro merito alicuius princeps esse multorum ponitur: alius subiectus esse principatui. Euagati forsitan plixiore videamur excessu: sed de primitiis exponentib⁹ necessarium fuit etiã ista discutere. Quandoquidem tanti honoris nomen istud in scripturis diuinis habetur: vt etiam ipse Christus primitiæ nominatus sit: & primitiæ dormientium. Et sicut rex regum: & dominus dominantium: & pastor pastorũ: & pontificum pontifex: ita consequẽter & primitiarum primitiæ dicetur. Quæ primitiæ non iam pontificis: sed deo oblatæ sunt secundum hoc ꝙ seipsum hostiã obtulit deo & surgens a mortuis sedit in dexteram Dei. Dicit autem ipse: & primitiæ: & primogenitus totius creaturæ: quod vtrum tali modo per singulas quasq́ creaturas intelligi debeat quali inter homines primitiæ dormientium dicitur: & intelligitur in aliqua celsiore & diuiniore intelligentia: non est præsentis temporis persequi. Redeamus ergo ad primitiarum rationem quas diximus offerri per angelos: quę colligunt ex agris huius mũdi. Agri autem angelorum: corda nostra sunt. Vnusquisq́ ergo eorum ex agro: quem colit offert primitias deo. Et si mererer ego hodie magnũ aliquem: & summo pontifice dignum sensum proferre: ita vt ex iis omnibus quæ loquimur: & docemus: esset aliquid egregium: quod sũmo sacerdoti placere deberet: poterat fortasse fieri: vt angelus qui præest ecclesiæ ex omnibus dictis nostris eligeret aliquid: & loco primitiarum domino de agello mei cordis offerret. Sed ego me scio nõ mereri: nec cõscius sum mihi ꝙ talis aliquis sensus inueniatur in

me: quem dignũ iudicet angelus: qui nos excolit offerre ꝓ primitiis: vel ꝓ primogenitis dño. Atq; vtinã tale sit qđ loquimur: & docemus: vt non pro verbis nostris condẽnari mereamur: sufficeret nobis hęc gr̃a. Offerunt ergo angeli ex nobis primitias: et excolũt vnusquisq; eos quos studio & diligentia sua ab erroribus etiam conuertit ad deum: et est vnusquisq; in portione vel cura illius angeli: et sicut ex initio sæculi huius cũ dispergeret deus filios Adã: statuit fines gentiũ sc̃dm numerum angelorũ dei: & vna quæq; gens sub illo angelo facta est. Vna aũt fuit & electa gẽs Israel: quę portio dñi fuit: & funiculus hæreditatis eius: Ita credo & in fine huius mundi atq; in initio sæculi alterius futurũ: vt iterũ diuidat excelsus filios Adã: et qui non potuerint: ita mũdi esse corde vt ipsum videant dñm & esse portio dñi: Videãt sanctos angelos: et sint secundum numerũ angelorũ dei: sed beat⁹ est qui dignus fuerit in illa vita esse portio dñi: et populus eius Iacob: ac funiculus hæreditatis

F suæ israel. Optabile est ergo (vt diximus) ita proficere vnũquẽq;: vt inter primitias: vel primogenita eligi mereatur: & offerri deo: et esse pars dñi. Sicut e contrario valde timendum ẽ ne inueniamur inter illos: de quib⁹ scriptum est. Introibunt in inferiora terræ: tradẽtur in manus gladii: partes vulpium erunt. Vides ergo resurrectionis tẽpore: cũ diuidere cœperit excelsus gẽtes: & pro meritis dispergere filios Adam: futuros esse quosdã: qui intrent ĩ inferiora terrę: & patres vulpiũ: id est ptes dæmonũ fiant. Ipsæ sunt em̃ vulpes exterminantes vineas: ex qbus erat & Herodes: de quo dicitur: Ite dicite vulpi huic. Refugiamus ergo terrenos actus: & intelligẽtiam terrenam: ne aggrauati terrenis sensibus introire dicamur in inferiora terrę: & partes vulpiũ fieri. Intrãt enim & illi in inferiora terrę: qui legẽ dei: & repromissionũ bona: intelligẽtia terrenæ cogitationis excipiũt: & nõ excitãt aĩas auditorum ad expectationẽ cœlestiũ: & intuitũ supernorum: cũ euidẽter Apostolus dicat. Si cõsurrexistis cũ Christo quę sursum sunt quęrite: vbi Christus est in dextera dei sedens: nõ quæ sũt super terrã. Qđ vtiq; illis dicebat Apostolus: qui terrena obseruatione terrenis ne tetigeritis agebat: ne gustaueritis: ne attaminaueritis: qbus addit: quę sunt oĩa in corruptionem ipso vsu secundũ mãdata: & doctrinas hoĩm. Addit post hæc. Et locutus est dñs ad Aaron

G dicẽs. Ecce ego dedi vobis ad conseruandum primitias: q̃uis in nõnullis exemplaribus latinorum ad obseruandũ scriptum sit: verius tamen est ad conseruandũ. Sed requirẽdum est quomodo secũdum legem primitiæ conseruẽtur. Non em̃ vt seruent sacerdotes accipiunt primitias: sed vt insumant. Quomodo ergo dicit: ecce dedi vobis primitias ad conseruandum? Vnde constat nõ posse hoc ad legem literæ: sed ad legem spiritus applicari? Istæ em̃ primitiæ: quas supra spiritaliter exposuimus conseruari possunt: illæ non possunt. Sed & si Christ⁹ est secũdum Apostolũ primitiæ: vere istæ primitiæ ad conseruãdum datæ sunt nobis. Quid enim tam beatum: q̃ vt anima: quæ suscepit Christũ semper eum cõseruet: & semper habeat in se remanẽtẽ? Et talis anima: vere primitias suscipit ad conseruandũ. Nam illæ primitiæ: quæ offerebant̃ in lege: consumebãtur per cibos. Et ingressæ in ventrẽ: dirigebãtur vt euangelium dicit in secessum. Istas aũt primitias qui mãducauerit: & gustauerit panem qui de cœlo descendit: nõ morietur: sed permanet in vitam æternam. Iste est enim panis: qui cũ semper comedatur: semper permanet: immo semper auget̃. Est ergo (sicut Apostolus dicit) spiritalis esca: quæ quantomagis insumitur: tanto amplius crescit. Quãto em̃ amplius verbum dei sumpseris: quanto instãtius cibum istum comederis: tanto in te affluentius abũdabit. Hęc dicta sunt pro eo: quod scriptũ est: ad conseruandũ primitias. Sequitur aũt: Ex omnibus quæ sanctificant̃ mihi a filiis israel. Nec hoc sine sacramento dicitur. Non vult enim deus aliunde accipere primitias: nisi a sanctificatis israel. Poterat enim fieri: vt & apud gẽtiles inuenirent̃ aliqua opera digna deo. Excoluerunt enim & inter illos aliqui virtutes animi: & philosophia in nonnullis egit aliquantulum: sed non vult ista offerri in primitiis. Ex illis vult deus bñfacta suscipere: quorum mens videt deum: & q sanctificati sunt deo per fidem. Gentilis autẽ etiam si aliquid honestum: & probabile habere videatur in moribus: hoc ipso q; non deo adscribit animi virtutem: sed iactantiæ suę deputat nõ est sanctificata huiusmodi probitas. Et ideo non recipitur inter primitias. Quãtũ autem ad definitionẽ literæ legis: videtur etiã proselitos excludere ab huiuscemodi munere. Solos em̃ sanctificatos ex filiis israel: vult offerri primitias. Puto autem israeliten dici posse: ex quo licet ei ingredi ecclesiã dei. Scriptum est enim: nõ abominaberis idumeum: quia frater tuus est: nec Aegyptium: quoniam incola fuisti in terra Aegypti. Filii si nati fuerit eis: generatione tertia introibunt ecclesiam dei. Donec ergo fructum nõ affert ægyptius: vel idu

meus: nec fecerit filios primę: & secūdę: & tertiæ generationis: nō potest introire in ecclesiam dn̄i: sed filiorū generatio facit eos introire in ecclesiam domini. Obseruet diligētius: qui legit literas diuinas: & non vt libet scripturę verba pertrāseat: sed aspiciat ad vnumquēq; sermonem quomodo nō dixit: si nati fuerint eis filii vel filiæ: sed filii si nati fuerint eis: tertia generatione introibunt in ecclesiam dn̄i: & consydera si potes secundū mysticum sensum cur soli filii sint: nō etiā filiæ qui faciunt introire patres in ecclesiam dn̄i. Deniq; inuenies etiam sanctos: quibus eximiū a deo testimoniū datur: difficile filias: sed filios genuisse. Abraham non genuit filias: Isaac nec ipse quidem: solus Iacob vnam genuit: & ipsam fratribus: ac parentibus grauē. Contaminata enim ab Emor filio Sichen: opprobriū generi: & vindictæ furorē fratribus excitauit. Sed & ter in anno apparere dn̄o iubetur omne masculinū Fœmina ad apparendū dn̄o non vocatur. Sic ergo si quis scripturis diuinis diligēter intendat: inueniet non esse ociosum: q alibi quidē nominat cum filiis etiam filias: alibi autem filiarum non facit mentionē. Et hic ergo primitiæ: quæ offeruntur a sanctificatis filiis israel non etiā a filiabus iubentur offerri: quæ tamē secundū spiritalem intellectū: non ad sex⁹: sed ad animarum discretionē referenda sunt. Tibi enim (inquit) dedi eaī honorem: & filiis tuis post te legitimum æternum. Tibi (inquit) Cui? Aaron sine dubio respōdebis. Sed sermo qui sequitur magis de vero pōtifice Christo: & filiis eius apostolis: & doctoribus ecclesiarum suadet intelligi. Ait em̄ legitimum æternum. Quomodo ergo æternū potest esse qd visibile est: cum Apostolus dicat. Quæ enim videntᷣ temporalia sunt: quæ aūt non vidētur æterna sunt? Si ergo visibiles sunt primitiæ: quæ offeruntur Aaron: quæ visibilia sunt: dici ęterna non possunt. Similiter & circuncisio visibilis: & azima visibile: & pascha visibile necesse est ęternum non esse: sed tēporale: quia q videntur: temporalia sunt. Et rursus si quæ non videntur æterna sunt: ergo & inuisibilis circūcisio: quæ est in occulto: ęterna est: & azima synceritatis: et veritatis: et ipsum quia ex iis est: quæ non videntur ęternum est. Simili ergo modo & hæc non ei: qui in manifesto: sed illi q in occulto iudæus est: et qui spiritu nō litera legem custodit: secundū interiorē hominem legitima: & æterna dicūtur: & hoc fit vobis ex iis: quæ sanctificantur sanctis. De sacrificiis aliquoties apud memetipsum ista percurrens: requisiui quænam essent sanctificata sancta: & videtur mihi quasi ad distinctionem eorum: quæ nō sanctificata sancta sunt: hic sanctificata sancta dixisse. Puto ergo q sanctus spiritus: ita sanctus sit: vt nō sit sanctificatus. Non enim ei extrinsecus: & aliunde accessit sanctificatio: q an̄ nō fuerat: sed semper fuit sanctus: nec initium sanctitas eius accepit. Similiq; modo de patre & filio intelligendum est. Sola em̄ trinitatis substantia est: quę nō extrinsecus accepta sanctificatione: sed sui natura sit sancta? Omnis vero creatura vel dignatione sancti spiritus: vel meritorum ratione sanctificata: sancta dicetur. Sic ergo & scriptum legim⁹. Sancti estote: quoniam ego sanctus sum: dicit dominus deus. Nō cōtinuo similitudo sanctitatis in deo: atq; hoībus ponēda est. De deo enim dicitur: qa sanctus est. Homines autē quasi qui nō semper fuerint: iubetur vt fiant sancti. Deniq; sermo hic in gręco: vbi nos habemus sancti estote: hoc magis sonat sancti efficimini. Sed nostri īterp̄tes indifferenter estote: pro efficimini posuerūt. Vnusquisq; ergo nostrum ex quo accedit ad timorem dei: & diuinam recipit in se doctrinā: ex quo se mancipauit deo: si tamen ex animo mācipauit: ex eo sanctus efficitur. Sed hic sanctificatus: sanct⁹ dici potest. Vere aūt & semper sanct⁹: solus est deus. Vis aūt tibi & de scripturis diuinis huius apicis aperiam differētiam? Audi quomodo Paulus ad hebręos scribēs dicit. Qui enim sanctificat: & qui sanctificantur ex vno omnes. Quis ergo sācificat? Christus sine dubio: & qui sanctificantur? Credentes in Christo. Manifestum ergo est: q qui sanctificat sanctus est: quia semper sanctus est. Qui autē sanctificantur: non simpliciter sancti: sed sanctificati sancti dicendi sunt. Nec putes huic sensui esse contrarium illud: quod de Christo scriptū legimus: Quem pater sanctificauit: & misit in hunc mūdum. Hic enim qui sanctificatur secūdum carnē Christus est non secūdum spiritū. Nam secundū spiritum pariter: & secūdum carnē Christus dixit. Ego sanctifico meipsum pro eis: vt qui sanctificat: secūdum spiritū intelligatur: qui autem sanctificatur pro discipulis: secūdū carnē: Vnus tamen: atq; idem Christus sit: qui nunc in spiritu sanctificat: nunc sanctificatᷣ in carne. Ab oībus ergo fructibus sanctificatæ: sanctę sunt offerēdę primitię: sed spiritali pontifici. Ex q bus ergo fructibus spiritales primitias offeremus? Audi quot fructus enumeret Apostol⁹ Fructus aūt spirit⁹ est. charitas: gaudiū: pax: patiētia: & cætera: Quas igitur primitias: ex charitatis fructu: qui primus est fructus spūs

offeramus vero pontifici? Illas ergo puto esse
primitias charitatis: vt diligā dominū deum
meū ex toto corde meo: & ex tota aīa mea: &
ex tota mente mea. Istę sunt primitiæ. Quid
autē est qđ ex isto charitatis fructu secūdo lo-
co habere debeā? Vt diligam proximū meum
sicut meipsum. Illæ ergo primitiæ charitatis
deo offerunt per pontificē. Hæc vero quæ in
secundo sunt loco: meis vsibus relinquūtur.
Puto adhuc esse aliquid ex hoc fructu quod
tertio loco habendū sit: vt diligam etiā inimi
F cos meos. Vide aūt si potes similiter & de cæ-
teris fructibꝰ spūs similes inuenire primitias.
Gaudium secūdo loco fructus spūs scribitur.
Si ergo in dño gaudeam: & spe gaudeam: & si
gaudeam pro noīe domini passus iniuriā: in
iis oībus: aliisqꝫ horū similibus: primitias gau
dii per pontificem verum deo obtuli. Sed et si
rapinam bonorū meorū cum gaudio sustineā
et si tribulationes: si paupertatē: si qualēcūqꝫ
contumeliā gaudens tolerē: est mihi & iste se-
cundo in loco ex fructibus spūs fructus gau-
dii. Nā si gaudeam de rebus sæculi: de honori
bus: de diuitiis: falsa sunt ista gaudia: ex vani
tatibus vanitatū. Si vero in malis gaudeam:
& exultem de aliorū ruinis: ista iam non solū
vana: sed & diabolica gaudia: immo nec gau-
dia nomināda sunt. Nō est gaudere impiis di
G cit dñs. Volo adhuc & alium fructum gaudii
requirere: immo & alias primitias gaudiorū.
Si gaudeam in verbo dñi: si gaudeā de sciētia
mysteriorū dei: si gaudeam qꝫ dignus habitus
sum sapiētiæ dei secreta & arcana cognoscere
si gaudeā qꝫ relictis oībus quæ sunt in hoc mū
do: nō solum inutilibus: sed & vtilibus: nō so
lum vanis: sed & necessariis: soli me verbo dei
atqꝫ eius sapientiæ manciparim: in iis oībꝰ sa-
tis (vt puto) acceptæ deo primitię gaudii of-
ferentur. Sed & de cæteris fructibus spūs ex
ocio vnicuiqꝫ: quæ cōpetūt licebit aptare: ne
nos sermonē iusto longius ꝓtrahamus: & ab
oībus (inqt) muneribus eorū? munus quis ob
H tulit deo. Et rursus ex munere offerēdæ sunt
primitię pontifici. Hoc in expositione allego-
rica ita arbitror posse cōstare. Siquis vel egēti
bus distribuat: vel faciat aliqd boni operis: ꝓ
mandato munus obtulit deo. Sed huius mu-
neris offert primitias: si nō solum cibos: verbi
gratia: vel pecuniā largiatur: sed & affectum
miserādi habeat: & cōpatiēdi. Hoc em̄ est: qđ
requirit ab hoīe deus: vt mens ipsa piis: & mi
sericordibus repleat: & formet affectibus: &
ab omnibus immolationibus eorum immola
tio spiritalis est illa: quam legimus. Immola
deo sacrificiū laudis: & redde altissimo vota
tua. Laudare ergo deum: & vota orationis of-
ferre: immolare est deo. Sed huius immolatio
nis primitiæ ita per pontificē offerent: si non I
solum verbis & voce: sed & mente oremus: &
corde: secundū qđ & Apostolus monet. Ora-
bo spiritu: orabo & mente: psalmū dicā spiri-
tu: psalmū dicā & mente. Assistūt em̄ & nunc
angeli dei cultores: & agricolæ cordis nostri:
& requirūt si est in aliquo nostrū huiuscemo-
di mens tam sollicita: tam intenta: quæ verbū
dei tanq̄ semen diuinū tota auiditate suscepe
rit: si fructum statim vt ad orationē surgimꝰ
ostenderit: id est si collectis: & cōgregatis in-
tra se sensibus oret deum si nō euagetur men
te: & cogitationibꝰ euolet: ita vt corpore qui-
dem in oratione curuetur: sensibus aūt per di
uersa discurrat. Siquis inquā intentā & dire-
ctam senserit obsecrationē suā: & ipsis dei cō-
spectibus: atqꝫ ineffabili illi lumini se intelle-
xerit assistentē: ibiqꝫ orationes: & obsecratio-
nes: postulationesqꝫ: & gratiarum actiones su
as ꝓfuderit nullius extrinsecus phantasię sol
licitatus imagine: hic se nouerit per angelū:
qui assistit altari obtulisse immolationis suæ
primitias pontifici magno: & vero Christo Ie
su dño nostro: cui est gloria: & imperiū in sæ-
cula sæculorum. Amen.

De puteo & cantico eius Cap. XXI.

Homilia duodecima.

Ectio nobis putei: & canti
ci qđ apud puteum cecinit K
israel: ex Numerorū libro
recitata est. Quā solitis im
mo forte & amplius solito
vidimus redūdare myste-
riis. Ait em̄ Et bibit de pu-
teo populus. Hic est puteus: quem dixit dñs
ad Mosen: cōgrega populū: & dabo eis aquā
bibere. Sed in iis dictis non multū mihi iuris
videtur historica litera possidere. Quid ē em̄
qđ magnopere præcepit dominus Mosi popu
lum congregare: vt det eis aquam de puteo bi
bere? quasi vero nō etiā sponte populus biben
di gratia conueniret ad puteum. Quid ergo
tantopere prophetæ præcipitur: vt proprio
studio: & labore congreget populum ad hau-
riendam putei aquam? Vnde vilitas literę ad
ꝓtiositatem nos spiritalis remittit intelligen
tiæ? Et ideo conueniens puto etiam de aliis
scripturæ locis puteorum congregare myste
ria: vt ex comparatione plurimorum siqd pre
sens sermo obscuritatis continet: elucescat.
Ait ergo spūs dei per Salomonē i prouerbiis.
Bibe aquas de tuis vasis: & de puteorum tuo
rum fonte: & nō supereffundantur tibi aquæ L

extra tuum fontem. Quis in aliis exẽplarib⁹ legerimus: & effundant tibi aquæ extra tuũ fontem. Aquæ tuæ sint tibi soli: & nemo alienus participet ex eis. Habet ergo (vt in iis designatur) vnusquisq̧ nostrũ in semetipso puteum. Immo & aliquid amplius dicem⁹: vnusquisq̧ nostrũ habet nõ puteum vnum: sed puteos multos: & nõ vnum vas aquæ: sed vasa multa. Non eñ dixit bibe aquas de tuo vase: sed de tuis vasis: & non dixit: & de putei tui fonte: sed de puteorum tuorũ fonte. Legimus habuisse & patriarchas puteos. Habuit Abraham: habuit & Isaac. Puto aũt habuisse & Iacob: & ab istis puteis sumpto initio: percurre omnẽ scripturã puteos requirens: & peruení vsq̧ ad euangelia: & ibi inuenies puteum: supra quẽ Saluator noster sedebat requiescens post itineris laborẽ: tunc cũ veniente muliere Samaritana: & volente haurire aquam de puteo: quæ esset in scripturis putei: vel puteorũ virtus exponit. Et cõparatio fit aquarum: vbi & diuini mysterii pandũtur arcana. Dicitur enim qa siquis bibat ex iis aquis: quas cõtinebat puteus ille terrenus: sitiet rursum. Qui autem ex illis biberit quas dat Iesus: fiet in eo fons aquæ saliẽtis in vitã ęternam. In alio aũt euangelii loco iam non fons: neq̧ puteus: sed amplius aliquid dicitur. Qui credit (inqt) in eum: sicut scriptura dicit: flumina de ventre eius fluent aquę viuæ. Vides ergo qa qui credit in eũ: nõ solũ puteũ: sed & puteos: & nõ solum fontes: sed & flumina habet intra se. Fontes aũt & flumina nõ quæ istam moralem vitam solentur: sed quæ æternã conferant. Igitur secundum ea: quę in pũerbiis scripta proposuimus: vbi putei simul cum fonte nominãtur accipiẽdũ est verbum dei. Puteus quidẽ si profundi aliqd mysterii tegit: fons autẽ si ad populos abundat: & effluit. Sed nõ ociose requirendũ est quomodo possimus pluralẽ nũerum de puteis exponere: & singularem de fonte: quia in prouerbiis dicit Sapientia: Bibe aquas de puteorum tuorũ fonte. Videamus ergo quorũ puteorũ vnum dixerit fontem. Ego puto q̧ sciẽtia ingeniti patris: vn⁹ possit intelligi puteus. Sed & vnigeniti filii eius agnitio: alius puteus intelligi debeat. Alius eñ a patre filius: & non idem filius: qui & pater: sicut ipse in euangeliis dicit: alius est qui & testimonium de me dicit pater. Et rursus tertium puto videri puteum posse: cognitionem spũs sancti. Alius enim & ipse est a patre: & filio: sicut & de ipso nihilominus in euangeliis dicitur. Mittet vobis pater alium paracletũ spiritum veritatis. Est ergo hæc trium distinctio personarum in patre: & filio: & spiritu sancto: quæ ad pluralem puteorum numerũ reuocat. Sed horum puteorum vnus est fons. Vna eñ substãtia est: & natura trinitatis. Et hoc modo non ociosa inuenietur scripturę sanctę distinctio: quę dicit de puteorũ tuorũ fonte. Sed obseruanter mystica signauit eloquia. Vt qđ pluraliter dictũ est personis: singulariter substantiæ conueniret. Possunt aũt & illi putei videri: de quorum scientia dicebat ille: qui replet⁹ est sapiẽtia dei. Ipse eñ mihi dedit eorum quę sunt scientiam veram: vt scirem substantiam mundi: & elemẽtorum virtutem: initium & finem: & medietatẽ: temporũ vicissitudinem permutationes: & cõmutationes temporum anni circulos: & astrorũ positiones: naturas animaliũ: & iras bestiarũ: spirituũ violentias: & cogitationes hominũ: differentias virgultorum: & virtutes radicũ. Vides quanti sunt D
putei in rerum scientia! Puteus est: verbi gratia: scientia virgultorum: & forte vniuscuiusq̧ virgulti natura habet propriũ puteum. Et iterum: Puteus est de animalium scientia. Et forte vnaquęq̧ species animalium propriũ habet puteũ. Et iterũ puteus est de ratione temporum: & vicissitudine: ac permutatione. Et hęc singula quoniã altam: profundãq̧ habẽt scientiã: merito figuraliter putei appellãtur. Et donec quidem absconditũ fuit mysterium Christi a sęculis: & generationibus: recte horum scientia putei appellati sunt. Cum autẽ sicut Paulus dicit: credentibus manifestauit deus per spiritũ suum: efficiẽtur hęc oĩa fontes: & flumina: vt iã nõ ita habeatur in occulto horum scientia: sed proferatur ad multos: & riget credentes: ac satiet: & ideo credo saluator dicebat ad discipulos suos: Quia q credit in eum: & aquam doctrinę eius biberit nõ iam puteus: nec fons: sed fient in eo flumina aquę viuę. Sicut enim vnus iste puteus: qui ẽ sermo dei: efficitur putei: & fontes: et flumina innumerabilia: ita et anima hominis: qa ad imaginẽ est dei: potest in se habere: et producere ex se: et puteos: et fontes: et flumina. Sed et E
reuera putei qui sunt in anima nostra indigẽt fodiente: debent eñ mundari: et omne quod terrenũ est ab eis debet auferri. Vt venę illę rationabilium sensuum: quas ei inseruit deus: pura: ac syncera fluenta producant. Donec enim terra contegit aquarum venas: et obturat occultum fluenti: non potest puri laticis vnda profluere. Deniq̧ propterea scriptũ est: quia pueri Abraham fodiebãt puteos: sed replebant atq̧ operiebant eos terra Philistiim. Sed et Isaac: qui hęreditatẽ susceperat patris

rursum fodit puteos: & terram remouit Phi-listinorum: quã per inuidiã iniecerãt aquis. Sed & illud obseruauimus in Genesi: vnde & historia hæc videtur assumpta: ꝙ donec viueret Abraham: nõ fuerũt ausi Philistiim replere puteos: aut iniicere eis terram. Sed cum excessit ex hac vita: tunc inualuerũt Philistiim & insidiati sunt puteis eius. Sed reparantur postmodũ per Isaac: & redeũt ĩ statum suum.
F Preterea & puer Abraham cum pergit vxorẽ spondere: vel deducere: Isaac apud puteum inuenit Rebeccam: quæ interpretatur patientia hęc efficit vxor Isaac. Non alibi: nisi apud puteos. Siliter & Iacob: cũ in Mesopotamiam venit: habens pręceptũ patris: ne alieni generis: vel extranei sanguinis cõiugem sumeret: apud puteos etiã ipse inuenit Rachel. Et Moses Sephoram apud puteos reperit. Si ergo intellexisti quæ qualesq; sint vxores sanctorum etiam tu si vis patientiã in coniugium tibi adsciscere: si sapiẽtiã: & siquę illę sunt animi virtutes: & dicere ꝙ de sapientia dictũ est. Hanc amaui: hanc q̃siui adducere mihi vxorẽ. Esto frequens: esto assiduus circa puteos istos: & ibi reperies huiusmodi coniugẽ. Apud aquas enim viuas: id est apud viuentis verbi fluenta: certum est omnes animi habitare virtutes. Sunt ergo multi putei: quos diximus esse in-
G tra animam. Sunt & alii plurimi: qui in singulis quibusq; scripturarum sermonibus intelliguntur & sensibus. Est tamen eminẽtior cæteris iste puteus: & eximius: de quo in præsenti loco scriptura dicit: Quia foderint eum nõ quicũq; cõmunes hoĩes: sed principes: & adhuc horum sublimiores: quos reges appellauit. Propter qđ & hymnus canitur deo apud hunc eundẽ puteum. Et ideo Scriptũ est. Vade (inquit) ad puteum. Hic est puteus: quem dixit dñs ad Mosen. Cõgrega populum: & dabo eis aquam de puteo dixit dñs. Moses cõgregare iubet populũ: vt conueniat ad puteum & bibat aquam. Mosen autẽ legem accipi debere sæpe ostendimus. Lex ergo dei est quæ te conuocat: vt ad puteum conuenias. Quẽ puteum: nisi illum: de quo supradiximus Iesum Christum filium dei: propria quidem substantia subsistentem: vno tamen cum patre: & spiritu sãcto deitatis fonte nominatum? Ad hũc ergo puteum: id est ad fidem Cristi nos cõuocat lex. Ipse enim dicit: quia Moses de me scripsit. Vt quid nos cõuocat? Vt bibamus aquã & cantemus ei canticum: hoc est corde credamus ad iustitiam: & ore confiteamur ad salutem. Initiate (inquit) illi puteum: hic est sensus: Initium ait omnium: puteum ponite: sicut & Apostolus dicit. Quia ipse est principium: & primogenitus oĩs creaturæ: & in ipso creata sunt oĩa. Initiate ergo ei puteum: hoc est initium oĩm confitemini esse puteum. Põt autem & hoc modo intelligi: vt verba dirigi videantur ex persona Mosis ad populum cohortantis: & dicentis. Date initium cordi vestro: vt incipiat intelligere quis sit puteus: de quo aquæ spiritales hauriẽdę sunt: & reficiendus est credentium populus. Initiate ergo ei: hoc est israeli hunc puteũ: vt sensum mysticũ siquis est corde deũ videns: de ꝓfundis possit
I haurire. Ad istum ergo puteum vt Moses: id est lex nos cõgreget: nõ frustra dictum videt. Potest enim fieri: vt aliquis venire ad istum puteum videatur. Sed nisi per Mosen congregetur: nõ est acceptus deo. Marcion venisse sibi videtur ad istũ puteum: & Basilides: & Valentinus: sed quia nõ venerũt per Mosen: nec receperunt legem: & ꝓphetas: nõ possunt laudare dominũ deum de fontibus israel. Nõ ergo veniunt: qui huiusmodi sunt ad puteum: quẽ foderunt principes: & excuderũt reges. Sed vultis ostendam vobis de scripturis: ad quos isti puteos veniunt? Est vallis quædam salsa: in qua valle sunt putei bituminis. Oĩs ergo hæresis: & omne peccatũ in valle est: & in valle salsa. Peccatum eñ & iniquitas non ascẽdit sursum: sed semper ad ima: & inferna descendet. Est ergo in valle positus: & salsus: atq; amarus oĩs hæreticus sensus: & oĩs act⁹ peccati. Quid enim dulce: quid suaue potest habere peccatum? Sed & amplius aliquid habet. Si enim veneris ad hæreticam sententiã si veneris ad amaritudinem peccati: venisti ad puteos bituminis. Bitumen: esca & nutrimentũ ignis est. Si ergo & tu gustaueris aquam de istis puteis: si sumpseris hæreticum sensum si peccati amaritudinem ceperis: fomenta in te ignis: & gehennæ incendia pręparabis. Et ꝓpterea ad eos: qui nolunt de illo puteo aquam bibere: quem principes foderunt: & reges: sed ex istis qui in valle peccati sunt: & ignis materias alunt: dicitur: incedite ĩ lumine ignis ve-
K strĩ: & flammæ: quam vobis accẽdistis. Quid ergo canit apud hunc puteum? Initiate ei (inquit) puteũ: foderunt illum principes: excuderunt reges. Possunt quidẽ principes: & reges iidẽ videri. Si vero distingui necesse ẽ: principes ꝓphetas intelligam⁹. Ipsi enim sensum: & ꝓphetiã de Christo defossam: & demersam in ꝓfundo literæ collocarunt: & ideo quidam ex ipsis dicebat. Nisi occulte audieritis: plorabit anima vestra: & itẽ alius ꝓpheta dicit ad dominum. Q̃ magna multitudo dulcedi-

nis tuæ domine: quã abscõdisti timẽtibus te. Isti ergo sunt principes: qui foderunt hũc puteum: reges autem sunt qui excuderũt eum. Quod dixit excuderunt: ab excudendo: non ab excidẽdo dictum est. Excudi enim dicitur. quod in saxo vel cæditur. vel formaẽ. Principes ergo tanq̃ aliquantulo inferiores: fodere dicuntur puteum. Hoc est quasi in terræ mollicie altitudinẽ quãdam demergere. Isti vero: quos reges appellat: quasi eminẽtiores: ac fortiores: nõ solũ terræ ꝓfundum: sed & saxi duritiam penetrãt: vt peruenire possint ad profundiores aquas: & ipsas (si dici potest) in eo venas abyssi perscrutentur: scientes iudicia dei esse abyssum multã. Istos ergo reges: qui tam profunda possunt: & tã abscõdita putei perscrutari: merito apostolos dixerimus: ex q bus aliquis dicebat. Nobis autẽ reuelauit deus per spiritum sanctũ. Spiritus enim omnia scrutatur: etiam alta dei. Quia ergo per spiritum possunt etiam ipsi perscrutari alta dei & alta/ac profunda putei penetrare mysteria idcirco reges esse dicuntur: qui puteum istũ etiam in petra excuderint: ac dura/& difficilia secreta scientiæ penetrauerint. Q3 aũt reges dici possint etiã apostoli: puto & ex eo facile probari posse: quod de oĩbus credentibus dicitur. Vos autẽ genus regale: sacerdotium magnũ: gens sancta. Si ergo illos dicũt reges: qui per verbum ipsorũ crediderũt: quãto magis ipsi reges habẽdi sunt: qui faciunt reges? Sed & inde facile colligitur. Si em̃ reges a regendo dicũtur: omnes vtiq; qui ecclesias dei regunt: reges merito appellabuntur. Multo autem rectius illi qui & illos ipsos dictis: atq; scriptis suis regunt: a quibus reguntẽ ecclesię. Et propter hoc: merito dñs rex regũ dicitur. Nisi enim isti: & cæteri: qui eos imitantur reges fuerint: ille nõ videbitur rex regum. Sed & ipse apostolus Paulus Corinthiis scribens & velut per quandam ironiam corripiẽs eos ait. Sine nobis regnatis: & vtinam regnetis: vt & nos vobiscũ regnemus. In quo vtiq; reges quidem esse debere Corinthios: & semet ipsum cum iis regnare velle pronuntiat. Sed elationem nondum pro merito assumpti honoris incusat. Fodiũt ergo ii omnes puteum istum principes: & excudunt eum reges gentium. Apostoli em̃ præcipue reges sunt gentium: qui gentes ad obedientiã fidei congregarunt: & Christi scientiã oĩbus patefecerũt. In quo sunt thesauri sapientiæ dei: & scientię absconditi. Secundũ præceptum domini circũeuntes orbem terræ: & implentes qđ mandatum est: vt doceãt omnes gẽtes: baptizantes eas in noĩe patris/& filii/& spiritus sancti & per hæc excuderunt: hoc est patefecerunt scientiã putei: & in notitiã vniuersis gẽtibus adduxerunt. Sed & hæc quæ nunc habemus in manibus: quæ recitata sunt nobis puteus est: & omnis simul scriptura legis: & prophetarũ: euangelica quoq; atq; apostolica scripta simul oĩa vnus est puteus: quẽ nõ possunt fodere: vel excudere: nisi inueniantur reges: & principes. Vere em̃ reges: & vere principes habendi sunt: qui possunt auferre terrã de puteo. Hoc est amouere superficiẽ literę: & de interiore petra vbi Christ⁹ est: spiritales sensus velut aquã viuã ꝓferre. Hæc ergo facere decet eos solos: qui vel reges sunt: vel principes Reges ex eo dicti: ꝙ peccati regnum ex corpore suo depulerint: & iustitiæ regnũ parauerint in membris suis. Decet em̃ eũ docere cæteros: qui prius fecerit ipsa quæ docet. Sic em̃ scriptum est. Quia qui fecerit: & docuerit sic homines: hic magnus vocabiẽ in regno cœlorum. Magnũ aũt esse in regno: hoc est regem C esse. Excuderunt eum (inquit) reges gẽtium in regno suo: dum dominarẽtur eis. Re enim vera nõ possunt fodere puteum istum: nec latẽtes aquæ viuæ venas aperire: nisi prius dominatũ tenuerint gẽtium barbararũ. Omne enim quicquid in eis ferũ fuit in actibus: quicquid in moribus barbarũ: si edomuerint: & subiecerint regio sensui: & dominati fuerint eis: ita vt de cætero nõ gentiliter: sed legitime agãt: isti sunt vere reges ꝓfunda putei rimãtes: & verbi dei arcana: ac mystica perscrutãtes. Post hæc & a puteo (inqt) profecti sunt D in Mathanaim: & a Mathanaim: in Nahaliel & a Nahaliel: in Bamoth: & a Bamoth: in nemus: quod est in campo Moab: a vertice montis excelsi: qui respicit ad faciem deserti. Nomina hæc quæ vidẽtur locorũ esse vocabula: ex significantiis suis: quas in lingua propria designãt: rerum magis mysticarũ consequentiam: q̃ vocabulorum appellationẽ videntur ostendere. Profecti enim (inquit) a puteo: veniunt in Nathanaim. Interpretaẽ em̃ Nathanaim: munera ipsorũ. Vides ergo quia si quis de puteo hoc biberit: quem foderũt reges: & principes: statim ꝓficit ad hoc vt habeat munera: quæ offerat deo. Quid autem est: quod homo offerat deo? Hoc ipsum qđ in lege scriptũ est. Munera mea: hoc est data mea. Ex iis ergo quæ deus dedit: offerũt nihilomin⁹ homines deo. Quid dedit deus homini? Agnitionem sui. Quid ergo offert deo? Fidem suã & affectũ. Hoc est qđ expetit ab homine de⁹. Deniq; ita scriptum est. Et nunc Israel quid E

est: qđ dñs deus tuus poscit abs te: nisi vt timeas dñm deũ tuũ: & incedas in viis eius: & diligas eũ: & custodias oĩa mãdata ei⁹: & seruias dño deo tuo ex toto corde tuo: & ex tota aĩa tua. Ista sunt munera: ista dona q̃ oportet dño dari. Damus aũt hæc dño cordis nñi munera postea q̃ agnouerimus eũ: & agnitiõe bonitatis eius de putei eius altitudine biberim⁹

F Obserua tñ quõ dixerit ꝓpheta. Et nũc israel qđ dominus deus tuus poscit abs te? Erubescant illi hæc verba q negant in homine liberum esse arbitriũ. Quomodo posceret ab homine de⁹ nisi haberet homo in sua potestate: quod poscenti deo deberet offerre? Sunt ergo quæ dantur a deo: & sunt quæ præbentur ab homine. Verbi gratia: ĩ hoĩe fuit: vt vna mna faceret decem mnas: aut vna mna faceret quĩq; mnas. Ex deo autem fuit: vt haberet homo mnam: ex qua facere possit decem mnas. Cum autem obtulit ex se decem mnas: accepit rursus a deo non iam pecuniam: sed potestatem & regnum decem ciuitatum. Petit iterum deus ab Abraham: vt offerret ei Isaac filium suũ: in montẽ quẽcunq; ostendisset ei. Obtulit Abrahã intrepidus vnigenitũ: impo

G suit sup aram: cultrũ eduxit: vt iugularet: inhibetur cõtinuo: & Aries ei ꝓ filio dat̃ ad victimam. Vides ergo qa q̃ deo offerimus: nobis manent? Sed ad hoc expetimur: vt in iis affectus noster erga deum ꝓbetur & fides: hæc pro eo quod diximus ꝓfectos esse filios israel a puteo: & venisse in Mathanaim qđ interpretatur munera eorũ. A Mathanaim autẽ venimus in Nahaliel: quod interpretatur ex deo. Quid ex deo? Posteaq̃ obtulerimus nos: quæ ex nobis sunt: venim⁹ ad hoc vt cõsequamur ea: quæ ex deo sunt. Cum enim fidem nostrã: & affectum obtulerimus ei: tunc & ipse largitur nobis diuersa dona spiritus sancti: de quibus dicit Apostol⁹. Oĩa autem ex deo sunt. Et a Nahaliel venimus in Bamoth: quod interp̃tatur aduent⁹ mortis. Cui⁹ mortis hic intelligimus aduentũ: nisi illius: qua Christo cõmorimur: vt & conuiuamus ei? & qua debemus mortificare membra nostra: quæ sunt super terram? Et iterum. Consepulti enim illi

H sumus per baptismum in morte. Siquis ergo salutaris huius viæ ordinem tenet: per hæc singula: quæ memorauimus iter agere debet & venire post multa ad hunc locum: quẽ diximus significare mortis aduentum. Vt aũt ex scripturis docemur: est quædã mors inimica Christi: & quædam amica eius. Nõ ergo illi⁹ mortis dicit inimicæ Christi: de qua dicitur nouissimus inimicus destruetur mors qui est diabolus: sed huius mortis: qua cõmorimur ei: vt & conuiuamus ei: secundũ quã mortem dicit deus. Ego occidam: & viuere faciam. Occidit enim vt cõmoriamur Christo: & viuere facit: vt conuiuamus ei. Optandum ergo nobis est: vt veniamus in Bamoth: & promptissime suscipiamus beatæ huius mortis aduentum: vt & viuificari cum Christo mereamur

Et ex Bamoth (inquit) in nemus: quod est in I
campo Moab: a vertice montis excelsi: qui respicit ad desertum. Si hoc itinere incedamus quod non tam locorum vocabulis: q̃ animę ꝓfectibus constare ratio explanationis asseruit post oĩa ista venim⁹ in nem⁹: siue (vt ĩ aliis habetur exemplariis) in Ianan quod intetpretat̃ ascensus: siue vertex montis. Per hęc ergo venit̃ ad illud famosissimũ diuini paradisi nemus: & amœnias delitias habitationis antiquæ: vel certe ad verticem ꝑfectionis: & beatitudinis summitatẽ: ita vt possit etiã ipse dicere: quia resuscitauit nos cũ ipso: & sedere fecit in cœlestib⁹ in Christo. Vides quousq; peruenitur a puteo? Vides quibus mansionibus immo quibus profectibus iter animæ parat̃ ad cœlum? Quæ si diligenter inspicias: ipse apud temetipsum quotidianos profect⁹ tuos discutiens: quib⁹ in locis sis: & q̃ proximis ad regna cœlorum habearis aduertes: sicut & ille: de quo dominus dixit: quia non longe es a regno Dei. Subsequitur post hæc & alia historia. Ait enim. Et misit Moses: aut (vt habetur

in nonnullis exemplaribus) Et misit israel le- K
gatos ad Seon regem Amorreorũ verbis pacificis dicens. Transibimus per terram tuam per viam transibimus: non declinabimus neq; in agrum: neq; in vineã. Non bibem⁹ aquã de lacu tuo: via regia incedem⁹ vsq; quo trãseamus fines tuos. Et non concessit Seon vt Israel trãsiret per fines suos. Et collegit Seon oẽm populum suum & exigit belligerare aduersum israel in deserto: & venit in Assaar: & cõgressus est cũ israel: et percussit eum israel nece gladii: et dominati sunt terræ eius. Historia quidem manifesta ast. Sed deprecemur dominum: vt aliquid dignum possimus interioribus eius sensibus peruidere. Seon duplicem habet interpretationem: siue arbor infru-

ctuosa: siue elatus. Mittit igitur Israel legatos L
ad Seon: mittit ad arborẽ infructuosam mittit ad elatum: et superbum. Hic autem Seon: rex est Amorreorum. Qui et ipsi interp̃tãt̃ in amaritudinẽ adducẽtes: vł loquentes. Mittit ergo ad Seon regem Amorreorum Moses verbis pacificis dicens. Transibimus per terrã tuã. Si secundũ spiritalem intelligentiam

dixerimus Seon regem figurā tenere diaboli quia ipse est elatus/& īfructuosus: puto ꝙ nō debeas mirari:ꝙ eum dixerim regem: cū audias etiā ipsum dominū/ & Saluatorē nostrū in euangeliis de eo dicētem. Ecce nunc venit princeps huius mundi: & in me non inuenit quicq̄. Et iterum. Ecce nunc princeps huius mundi mittetur foras. Si ergo totius mundi princeps esse in euangeliis dicitur: non debet absurdū videri si Seon regi Amorreorū: vel etiam aliis quibuslibet gentiū regibus cōparetur. Princeps autē dicitur mundi: non quia creauerit mundū: sed quia multi sunt in hoc mundo peccatores. Peccati aūt quia ipse princeps est: & ideo etiā mundi princeps appellatus est. In iis videlicet qui nondum relinquentes mundū: conuertūtur ad patrem. Secūdū hoc em̄ etiā illud dicitur: quia omnis mūdus in maligno positus est: quid em̄ nobis ꝓdest dicere: quia princeps noster Christus est: si rebus & opibus arguamur: Quia diabolus principatū tenet in nobis? Aut non palam est sub quo principe agat impudicus/incestus/& iniustus? Nunquid potest huiusmodi homo dicere: quia sub Christo positus hæc ago: etiam si sub Christi nomine cēseri videatur? In quo Christus principatū gerit: nulla ibi immūditia: nulla iniquitas admittitur. Nec habere aliquem locum potest iniusta cupiditas. Secundum hūc itaq; modum recte & Christus virtutum princeps: & diabolus malitię: ac totius iniquitatis dicetur. Mittit igitur Israel legatos ad regē Amorreorum: regem in amaritudine prouocantiū: regem infructuosum: regem superbum. Quomodo superbus: quomodo elatus docebitur diabolus? Ipse est qui dixit. Virtute mea faciam: & sapientia intellectus mei auferam fines gentiū: & fortitudinem eorum deprędabor: & cōmouebo ciuitates: quæ inhabitant: & vniuersum orbem terræ capiam manu mea sicut nidum. Et iterū dicit elatus hic & superbus. Ascendam in cœlum: supra sydera cœli ponam thronū meū: sedebo in monte excelso: supra mōtes altos: qui sunt ad aquilonē: ascendam supra nubes: & ero similis altissimo. Adhuc requiris si ipse sit elatus: & superbus? Immo potius & ipse superbus est: & elatus: & ille qui quasi vnigenitus eius: est: de quo scriptum est: quia extollitur super omne quod dicitur deus: aut quod colitur. Ita vt in templo dei sedeat: ostentans se tanq̄ sit deus. Oīs ergo qui elatus est: & superbus: vel filius est elati huius: vel discipul⁹ & imitator: & propterea dicit Apostolus de quodā. Ne forte elatus incidat in iudiciū diaboli. Ostendēs per hoc: qa omnis elatus simili vt diabolus iudicio cōdemnabitur. Nos ergo sumus qui transire volumus per hunc mundum: vt peruenire possimus ad terrā sanctā: quæ repromissa est sanctis: & mittim⁹ verbis pacificis ad Seon: promittētes nō nos habitaturos in terra eius: nec moraturos cū eo: sed transituros tantūmodo: & incessuros via regali: nec declinaturos vsq̄: neq; in agrum: neq; in vineam: sed nec de lacu eius aquam bibituros. Videamus ergo quando nos ista ꝓmisimus: quando hæc verba diabolo denunciauimus. Recordetur vnusquisq; fidelium: cū primū venit ad aquas baptismi: cum signacula fidei prima suscepit: & ad fontem salutaris accessit: quibus ibi tunc vsus sit verbis: & quid denunciauerit diabolo: non se vsurū pompis eius: neq; operibus eius: neq; vllis oīno seruitiis eius: ac voluptatibus pariturū. Et hoc est quod iis legis sermonibus adumbratur: quia nō declinet Israel: neq; in agrum eius: neq; in vineam eius: sed neq; aquā de lacu eius pollicetur se esse potaturū. Non em̄ vltra disciplinæ diabolicæ: nō astrologiæ: nō magicæ: non vllius oīno doctrinæ: quæ cōtra dei pietatem aliquid doceat: poculum sumet fidelis. Habet enim suos fontes: & bibit de fontibus Israel: bibit de fontibus salutaris: non bibit aquam de lacu Seon: nec relinquens fontem aquæ viuæ congregat sibi lacus cōfractos: sed & via regali incessurum se profitet. Quę est via regalis? Illa sine dubio: quæ dicit: ego sum via/veritas & vita. Et merito regalis. Ipse est em̄: de quo propheta ait. Deus iudiciū tuū regi da. Via ergo regali incedendū est: nec declinādū vsq̄ neq; in agrum eius: neq; in vineā eius: id est neq; ad opera: neq; ad sensus diabolicos declinare vltra mens fidelium debet. Quomodo ergo volumus fines Amorreorum cum pace transire? Amorrei: infidelium qui sunt in hoc mundo pars accipi potest. Sed isti interpretātur (vt supra diximus) vel in amaritudinem adducentes: vel loquentes. Et quomodo quidem in amaritudinē adducant deū infideles: & increduli: expositione non indiget. Qđ aūt ait loquētes: ad illā partē trahi potest qua infideles quiq;: & sub principe diabolo agentes loqui norūt tantūmodo: sed loquūtur inania. Verbi causa: vt poetæ eorū: vt astrologi: vt nōnulli etiā philosophorū: qui inania loquuntur & vana. Fidelium autē regnū qđ a deo est non in sermone est: sed in virtute. Volumus ergo nos pacifice transire per mūdū: sed hoc ipsum magis incitat principē mūdi: quod dicimus nos nolle permanere cum ipso: nec mo

rari:nec aliquid eius velle cõtingere:inde magis exacerbat:inde extollit: & irascit: & commouet nobis persecutiones: pericula suscitat

F cruciatus intentat:& ideo dicit.Cõgregauit (inquit)Seon oẽm populũ suũ: & exiit confligere aduersus israel.Quis est omnis populus Seon:qué cõcitat cõtra israel?Principes ac iudices mundi:cunctiq; nequitiæ ministri:q impugnant semp: & persequũtur populum dei. Sed qd facit isrl' Venit(inqt) in Issaar. Issaar interpretat mandati adimpletio. Si ergo veniam9 & nos ad locũ istũ id est ad expletioné mandatorũ:etiá si cũ oĩ exercitu veniat aduersum nos Seon iste elatus: & superbus diabolus:& cõfligat aduersum nos:si oés suos cõtra nos dæmones cõcitet: superamus eũ si dei mandata cõplemus.Cõplere eñ mãdata:hoc est diabolũ:& oẽm ei9 exercitum superare. & tunc complebitur in nobis apostolica oratio qua ait. Deus autem conteret Sathanam sub pedes nostros velociter. Et illud qđ dominus ait.Ecce dedi vobis potestatem calcãdi super serpentes & scorpiones:& super omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit. Nihil eñ nocere nobis poterunt ista omnia si veniamus in Issaar idest si mandata & pcepta domini nostri Iesu Christi seruem9. Cui est glia & imperium in sæcula sæculorum.Amen.

De iis quæ superfuerunt priori tractatui:& de Balaam:atq; asina eius. Cap. XXII.Homilia Tertiadecima.

G Esterna die dixeramus quomodo Seon rex Amorreorum:qui est elatus:& arbor infructuosa:cõgressus cum Israel victus fuerit: de quo & obseruãter scriptura dicit: quia cecidit in nece gladii:vel(vt alibi legimus)in ore gladii. Sed si vis diligentius scire quo gladio infructuosus iste:& elatus sicut cedrus libani ceciderit:discamus ab apostolo Paulo dicente. Viuus eñ est sermo dei:& efficax: & penetrabilior oĩ gladio.Et itẽ in aliis.Et gladiũ(inqt)spirit9: qđ est verbũ dei.In huius ergo gladii nece cecidit spiritalis Seon: qui est diabolus. Addit post hæc.Et dominati sunt(inquit)filii israel oĩ terræ eius.Omnis quidem regio hęc terrena terra dicitur Seon.Sed Christus & ecclesia eius dominatur in omni terra Seon.& dominati sunt ab Arnon vsq;.Iaboc.Arnon & Iaboc ciuitates erant regis Seon:sed initium regni eius erat Arnon:& finis Iaboc: & ideo dicitur:quia dominati sunt ab Arnõ vsq; Iaboc Interpratatur autem Arnon maledictiones eorũ.Initium eñ regni Seon hui9 elati:& infructuosi:maledictiões sunt.Finis vero est Iaboc. quod interpretatur luctamen.Necesse est eñ vt oĩs:qui vult exire de regno diaboli: & fines eius euadere:luctamen inueniat: & certamina ei a ministris eius: & satellitibus suscitentur.Sed si luctatus fuerit:& vicerit: iam non erit Iaboc ciuitas Seon: sed erit ciuitas Israel. Hoc est enim nimirũ:quod legimus:& de patriarcha Iacob: quoniá cum venisset ad locũ quendam:luctamen ei præparatum est.Et ibi tota nocte luctat9 cũ obtinuisset & inualuisset ad deum:vocitatum est nomen eius israel.

H Et accepit(inquit)Israel oẽs ciuitates istas:& habitauit in oĩbus ciuitatibus Amorreorum. Hic israel:qui in Christo israel est:qui non in carne israel:nec in manifesto iudæus est: ipse habitat in omnibus ciuitatibus Amorreorũ: cũ in omni orbe terrarũ Christi ecclesiæ propagantur.Sed & vnusquisq; nostrũ prius ciuitas fuit regis Seon:regis elati:regnabat eñ in nobis stultitia: superbia:impietas: & oĩa q̃ sunt ex parte diaboli:sed vbi expugnatus:& deuictus est fortis:& vasa ei9 direpta sunt: effecti sumus ciuitates israel:& hæreditas sanctorũ:si tamen penitus excisa est in nobis potestas illa:quæ prius dominabat nobis:& excisa est arbor infructuosa: & deiectus est rex elatus: & sumus sub eo rege:qui dicit. Discite a me quia mitis sum:& humilis corde.Post hęc singillatim iam ciuitates superbi & infructuosi regis enumerat:& dicit.In Esebon:& in omnibus finibus eius.

I Quid est hoc: q; præcipuam vrbem de regno Seon nominauit Esebon? Esebon ĩteprertatur cogitationes. Merito ergo pars maxima regni diabolici:& potestas eius plurima in cogitationibus regnat. Sic enim dixit et dominus.Quia de corde pcedunt cogitationes malę:homicidia: adulteria:furta:falsa testimonia:blasphemiæ.Et ista sunt quæ coinquinant hominem. Et ideo necessario incenditur ista ciuitas: et igne exuritur.Quo igni?Illo profecto: de quo dicit Saluator.Ignem veni mittere in terram:et q̃ volo:vt accendatur? Post pauca autem refertur de ipsa ciuitate. Propter hoc(inquit) dicent ænigmatistæ. Venite in Esebon: vt ædificetur:et construatur ciuitas Seon:quoniá ignis

K processit de Esebon: et flamma de ciuitate Seon: deuorauit vsq; Moab. Seon(vt diximus)erat rex:cuius erat ciuitas Esebon. Sic ergo intelligendus est ordo verborũ: quasi dicant isti ænigmatistæ. Venite vt cõstruat:et

ædificetur Esebon: quæ fuit ciuitas Seon. Sed requiramus nunc qui sint isti ænigmatistæ. Aenigma dicitur sermo figuratus. Aenigmatistæ ergo dicunt qui figuraliter loquunt. & quis est alius: qui in figuris locut⁹ sit: nisi lex & pphetæ? Audi em̄ quomodo Dauid dicit. Aperiā in parabolis os meū: loquar ppositiones ab initio sæculi. Sed & Esaias: quia ænigmata sint quæ scripsit: hoc modo declarat. Et erunt (inquit) verba libri huius sicut verba libri signati: quē si dederint in manus hominis nescientis literas: & dixerint ei: lege: dicet: nō noui literas. Si aūt dederint scienti literas: dicet nō possum legere: signatus est em̄ Signatus autem dicitur liber pro eo: q figuris perplexus est: & ænigmatibus inuolutus. Dicunt ergo isti ænigmatistæ. Venite in Esebon: vt ædificetur. Cecidit illa prima Esebon immo subuersa est: & incensa: reædificāda est alia. Sed quomodo hoc fiat: assumpto ostendamus exemplo. Si videas gentilem in dedecore vitæ positū: ac religionis errore: non dubites de eo dicere: q sit hic Esebon ciuitas in regno regis Seon. Regnat em̄ in cogitationibus eius rex infructuosus: & elatus. Ad hunc si accedat Israel: hoc est ecclesiæ filius: & adhibeat iacula verbi dei: & distringat cōtra eum gladium spiritus: destruat in eum oēs munitiones gentilium dogmatū: & elationes argumentorū eius igne veritatis exurat: dicito de hoc: quia subuersa est Esebon ciuitas Seon. Sed nō cōtinuo desertus: & destitutus relinquitur iste: in quo subuersa sunt gentiliū dogmata. Non em̄ disciplina est filiis Israel destructas relinquere: quas destruxerint ciuitates: sed cum subruerint: & euerterint in hoīe malas cogitationes: & impios sensus: reædificāt rursus in corde eius: quem destruxerint: bonas cogitationes: pios sensus: doctrinā veritatis inserent: religionis ritum tradent: ordinem viuendi docebūt: honestatē morū: obseruantiæ statuta monstrabūt. Et tūc vere dicent isti ænigmatistæ ad semetipsos inuicem. Venite & ædificemus Esebon: quæ fuit ciuitas Seon. Et ipsi em̄: hoc est filii ecclesiæ: quia figuras legis: & ænigmata spiritaliter intelligunt: & ænigmatistæ appellātur. Hoc est qđ & Hieremias figurali nihilominus sermone designat: vbi ad eum dicitur a dn̄o. Ecce dedi verba mea in os tuum: ecce constitui te hodie super gentes: & regna: eradicare: & subuertere: & reædificare: & replātare. Quid eradicat? & quid subuertit? Ciuitatem Esebon: quæ erat regis Seon. Quid eradicat in ea: & quid subuertit? Cogitationes impias: & impuras. Quid reædificat in ea: & qđ replātat? Cogitatiōes pias: & castas: vt efficiat Esebon ciuitas nō Amorreorū: sed filiorū Israel. Sed si volum⁹ singula persequi: excludemur a dissertione eorū: quæ nobis recitata sunt de Balaam: cuius lectionis tanta difficultas est: vt vix ad historiæ ipsius ratione: & cōsequentiā explanandā peruenire possimus. Quanta ergo iam difficultas nobis erit in explanatione spiritalium sensuū: si prima ipsa literæ facies tantis difficultatibus inuoluta est? Sed q̄uis rapiat nos desyderium ad ea quæ magis obscura sunt differēda: tamen non sunt penitus omittenda etiā hæc: quæ media referuntur. Postea enim q̄ obtinuerūt filii Israel ciuitates D Amorreorū: ascenderūt etiam viam: quæ ducit i Basan: vbi erat Og rex Basan: sed ad hūc neq legatos mittere dignantur: neq petere ab eo: vt per terram eius transeant: sed continuo confligunt cū eo: & superant tam ipsum q̄ populum ipsius. Videamus ergo quæ est Basan. Basan interpretatur turpitudo. Merito ergo nec legati mittuntur ad istam gentē: nec transitus per terram eius poscitur. Nullus enim nobis transitus debet esse: nullus accessus ad turpitudinem: sed ab initio statim expugnanda: & omnimode cauenda est. Og autem qui rex dicitur esse Basan: interclusio īterpretatur. Potest hic figurā tenere omniū carnaliū: & materialiū rerū: quarū amore & desyderio detenta anima excludit: & separat a deo. Aduersus Og ergo ita pcipitur bellū E gerendū: vt nō relinquatis (inquit) ex eo viuētē. Nullū em̄ a filiis Israel oportet relinqui in regno turpitudinis: & dedecoris viuentē. Sed & decet Israeliticā virtutē excidere: & resecare turpia: & pia quæq in anima reædificare: atq honesta: ac religiosa plantare. De regno Seon nō est scriptū: vt nullus viuus relinquatur: nec de regno Moab. Forte em̄ ex illis opus habemus aliq̄bus: & nōnullis eo℞ p vitæ huius agonibus: & exercitiis indigemus: alioquin debuissem⁹ de hoc mūdo exisse: De Basan tn̄: hoc est de turpitudine: nullo penit⁹ indigem⁹: nihil ex ea relinquamus. Excidēda oīa: cūcta subuertēda sūt opera turpitudinis. In nullo em̄ pōt honestū esse qđ turpe est. Et pfecti īde filii Israel collocauerūt castra ab occidēte Moab iuxta Iordanē cōtra Hiericho. Et vt vidit Balach filius Sephor: & reliqua. Oīa iā q̄ de Balaā: & asina eius scribunt: hi- F storia plena negotiis: interior vero intellect⁹ mlto negotiosior: & nescio an facile sit vel ipsas tātū historicas explanare sententias. Deo tamen donāte breuiter q̄ possumus: perstrin-

gemus. Bellum tibi imminet o rex Balach fili Sephor: sexcenta milia armatorum fines tuos inruunt. Oportebat & te parare arma: exercitum congerere: de constructione prælii cogitare: vt hosti adhuc procul posito: armis instructus occurreres. Tu vero mittis ad Balaam diuinũ: & mittis multa munera: ac maiora promittis: & dicis. Veni maledic mihi populum: qui exiuit de Aegypto. Sed Balaã

G (vt scriptura docet) retulit hęc ad deũ: a quo & venire prohibetur. Sed & iterum rex mittit legatos: & neglectis armis spem omnẽ ponit in Balaam vt veniat: & verba deferat: atq; in populum iaculetur maledicta pro telis: si forte verbis Balaam vincatur populus: quẽ regis exercitus superare nõ poterat. Hæc historia quid consequentię habet? quid cõsilii tegit? Vbi vel quando auditum est ꝙ quis regum imminente sibi prælio: omissis armis: exercituq; neglecto: ad diuini alicuius vel aruspicis verba cõfugerit? Vnde iterum atq; iterum dei nobis exoranda est gratia: vt hæc nõ fabulosis: & iudaicis narrationibus: sed rationabilibus: & dignis diuina lege possimus sensibus explicare. Primo ergo omniũ fatendum

H est in quibusdã plus posse: & plus valere verba: q̃ corpora. Quia quod exercitus multarũ gentium nequiret efficere: qđ ferro: & armis nõ posset obtineri: hoc verbis efficitur: & nõ dico sanctis verbis: vel dei verbis: sed verbis quibusdam: quæ inter homines habẽtur: quę quomodo nominem nescio: sunt tamen inutili arte composita: cuius artis vocabulum illud sit: quod vnicuiq; appellari libet. Est ergo (vt dixi) apud homines opus aliquod: qđ verbis efficitur. Quod tamẽ opus tale est: vt q̃uis magnis corporis viribus non possit im-

I pleri. Verbi gratia. Erant in ægypto incantatores: & magi. Quis potest hominũ fortitudine corporis virgam mutare in serpẽtẽ: qđ ab illis factum refertur? Aut quis potest viribus corporis aquam in sanguinẽ vertere? Fecerũt tamen hoc ægyptiorum incantatores: & magi. Fecerat enĩ hęc prius Moses: sed quia sciebat rex Aegypti ꝙ possent hæc arte quadam fieri verborũ: quæ habetur inter homines: putauit & Mosen nõ hæc dei virtute: sed magica arte fecisse: & qđ humana arte fecerat: id dei factum virtute simularet. conuocat continuo ægyptiorũ incantatores & magos. Inter eum qui virtute dei opabatur: & eos qui dæmones inuocabant: facit esse certamẽ. Efficit tamen similiter & contraria virtus virgam serpentẽ: sicut fecerat virtus dei: sed serpens qui per virtutem dei factus fuerat: absorbuit: & deuorauit omnes illos serpentes: qui arte magica ex virgis versi fuerant in serpentes. Non enĩ potuit virtus dęmoniaca malũ: quod ex bono fecerat: restituere in bonũ. Potuit ex virga facere serpẽtẽ: virgam vero reddere ex serpente non potuit: & ideo consumũtur oẽs ex ea virga: quę dei virtute versa fuerat in serpentẽ. Postea vero per diuinã virtutem naturę suę redditur: vt naturæ dominũ fateretur. Fecerunt incantatores ægyptiorũ vt & aquę verterentur in sanguinẽ: sed non potuerunt iterum sanguinẽ vertere in aquã. Dei autem virtus nõ aquam: sed totũ fluuiũ vertit in sanguinẽ. Et rursum orante Moseo lympidis eum: ac naturalibus reddidit fluentis. & iterum: produxerũt magi ægyptiorum scnipes: sed nõ potuerunt repellere eas. Moses vero & produxit scnipes: & restituit. Deus enim noster delere facit: & iterum restituit: contraria aũt virtus male quidem facere aliquid potest: sed restituere in integrum nõ potest. Hæc aũt omnia pręmisimꝰ: vt opera Balaam: vel verba eius possimus aduertere. Sũt enim & magorum nonnullę differentiæ: alii K

enim plus: alii minus valent. Hic Balaam famosissimus erat in arte magica: & in carminibus noxiis prępotens. Non enĩ habebat potestatem: vel artem verborum ad benedicendum: sed habebat ad maledicendum. Dæmones enim ad maledicendum inuitantur: non ad benedicendũ. Et ideo quasi expertus in talibus: in opinione erat omnibus: qui erãt in oriente. Nisi enim experimenta eius plurima pręcessissent: ꝙ frequẽter maledictis hostem vertisset armatũ: nõ vtiq; præsumpsisset rex hoc posse fieri sermonibus: quod ferro: & acie vix posset impleri. Certꝰ ergo Balach de hoc L

& frequenter expertus: omissis omnibus instrumentis: & auxiliis bellicis: mittit ad eum legatos dicens. Ecce populus exiuit de Aegypto: & cooperuit faciẽ terræ: & hic sedit iuxta me. Sed & amplius aliquid puto quod mouerit regem: videtur enim audisse: quia filii israel solent hostes vincere oratione: nõ armis: nec tam ferro: q̃ precibus. Nulla enim israel aduersum Pharaonem arma commouit: sed dictum est ei. Dominus pugnabit pro vobis: & vos tacebitis. Sed nec contra Amalechitas quidem tantum vis armorum: quantum Mosei valuit oratio. Vt enim eleuasset Moses manus ad deum: vincebat Amalech. Remissæ vero & deiectę: vinci faciebant israel. Hæc profecto audierat Balach rex Moab. Scriptum est enim. Audierunt gentes: & iratæ sunt: dolores comprehenderunt habi-

tantes Philistiim. Tunc festinauerunt duces Edom:& principes Moabitarũ: apprehendit eos tremor. Vides peruenisse ad eos q̃d in cã tico prædixerat Moses quando transierãt ma re rubrum. Audierat ergo rex Moab: quia po pulus hic orationibus vincit: & pugnat ad-uersum hostes: ore non gladio: & ob hoc sine dubio apud semetipm̃ cogitauit dicẽs. Quoniam quidem orationibus populi huius: & p̃cibus nulla possunt arma cõferri: ideo etiam mihi tales aliquæ preces: & talia requirenda sunt arma verborum: & orationes tales quæ superare possint orationes istorum. Vt autẽ scias tale aliquid cogitasse regem: ex scripturæ verbis intellige: quæ ego a magistro quodam: qui ex Hebræis crediderat: exposita didici. Scriptum est ergo. Et dixit Moab ad seniores Madian. Nũc ablinget synagoga hæc oẽs qui in circuitu nostro sunt: sicut ablingit vitulus hærbã campi. Aiebat ergo magister ille: qui ex Hebræis crediderat: Cur (inquit) tali vsus est exemplo dicens: sicut ablingit vitulus hærbam cãpi? Ob hoc sine dubio: quia vitulus ore obrumpit hærbã de cãpo: & lingua tanq̃ falce quęcũq; inuenerit: secat. Ita ergo & populus hic: quasi vitulus ore: & labiis pugnat: & arma habet in verbis: ac precibus. Hęc igitur sciens rex mittit ad Balaam: vt & ipẽ deferat verbis verba cõtraria & precibus preces. Nec mireris si est in magica arte tale aliquid. Esse enim hãc artẽ designat etiã scriptura: sed vti ea prohibet. Nam & dæmones scriptura esse designat: sed coli eos: & exorari vetat. Recte ergo etiã magica vti prohibet: quia magorũ ministri angeli sunt refugæ: & spiritus maligni: & dæmonia immũda. Nullus enim sanctorũ spirituũ obtẽperat mago. Non potest inuocare magus Michaelem: non potest inuocare Raphaelem: neq; Gabrielem. Multo magis magus inuocare nõ potest omnipotentẽ deum: nec filium eius dominũ nostrũ Iesum Christum: nec sanctũ spiritũ eius. Nos soli accepimus potestatẽ inuocandi deũ patrem. Nos soli habemus potestatẽ inuocandi vnigenitum eius Iesum Christum. Sed illud est quod dico: qui iam potestatem accepit inuocãdi Christum: nõ potest iterum dæmones inuocare. Et qui sancti spiritus particeps factus est: ad immũdos vltra spiritus accedere nõ debet. Si eñ inuocauerit immũdos spiritus: sanctus ab eo spirit⁹ refugit. Magi sunt qui inuocant Beelzebub. Denique sciebat hoc populus ille: & ideo mentientes contra dominũ meum Iesum: & falsa dicentes aiebant. Hic in Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Saluator autẽ sciens: quia verũ est quidem q̃ princeps quidem dæmoniorũ Beelzebub sit: in hoc eos nõ arguit mendacii sed respõdit eis: si ego in Beelzebub eiicio dæmonia: filii vestri in quo eiiciunt? Vnde constat esse quosdam dæmones malos: qui inuocati a magis: adsunt eis ad malum: non ad bonum. Parati enim sunt ad malefaciendum: bene autem facere nesciunt. Isti ergo dæmones arte quadam & compositione verborũ in amicitias (vt ita dicam) cesserant Balaam. Quorum amicitiis frętus: magnus apud homines videbatur. Ob hoc ergo mittit ad eum rex: & E ait. Veni nũc: & maledic mihi populum hũc: quia fortior est hic: q̃ nos: si forte possimus p̃cutere aliquos ex eis: & eiicere eos de terra. Videtur mihi rex hic non ex integro cõfidere in Balaam diuino: ingenti credo de virtutibus: quæ in populo dei factę sunt: auditione perterritus: & ideo dicit si forte: vel eousq; p̃ualeant maledictiones Balaam: vt aliquos ex ipsis possit percutere: cæteros vero fugare p̃territos: & propria terra depellere. Addit p̃terea. Quia scio (inquit) q̃ quos benedixeris F benedicti erunt: & quos maledixeris maledicti erunt. Ego nõ credo quia sciret rex: q̃ quibuscũq; benedixisset Balaam benedicti essent Sed videtur mihi adulandi gratia hæc dicere: vt artem eius efferens: & extollens: promptiorem eum sibi reddat ad facinus. Ars eñ magica nescit benedicere: quia nec dæmones sciunt benefacere. Noscit benedicere Isaac: & Iacob: & omnes sancti. Impiorum nullus scit benedicere. Sed tandem veniunt ad Balaam legati. Venerũt ergo (inquit) seniores Moab: & seniores Madian: & diuinacula in manibus eorum. In illis diuinationis artibus quas curiositas humana composuit: sunt quædam quæ scriptura quidẽ diuinacula nominauit. Gentilis autem consuetudo vel tripodas: vel cortynas: vel aliis huiusmodi vocabulis appellat. Quæ quasi ad hoc ipsum consecrata: moueri ab eis & contrectari solent. Scriptura sane diuina Ephod quodam vernaculo sermone nominat in prophetis: quod indumentum tradunt esse prophetantium. Aliud tamen apud scripturas diuinas prophetia: ali- G ud diuinatio habetur. Ait enim. Non erit auguratio in Iacob: neq; diuinatio in Israel. In tempore dicetur ad Iacob/& Israel: quid facturus sit deus. Abdicatur ergo penitus diuinatio: opere enim & ministerio dæmonum (vt supra iam diximus) adimpletur. Igitur Balaam diuinaculis acceptis cum solerent dæmones ad ipsum venire: fugatos quidem

dæmones videt:sed adesse deum. Et ideo dicit interrogare se deum: quia consuetos sibi parere nusq̃ dæmones videt. Venit ergo ipse ab Balaam. Nõ quo dignus esset ad quẽ veniret deus:sed vt fugarent̃ illi qui ei ad maledicendum:& malefaciendũ adesse consueuerant. Iam eñ hinc ꝓuidebat de⁹ populo suo. Adest ergo:& dicit deus ad eum. Quid ho-
H mines isti venerũt ad te? Et dixit Balaam ad deum. Balach filius Sephor rex Moab: misit eos ad me dicens. Ecce populus exiit de ægypto: & cooperuit faciẽ terræ:& hic sedet iuxta me. Veni ergo nunc:& maledic mihi eũ: si forte poterimus percutere eum: & eiicere. Et dixit deus ad Balaam. Non eas cũ eis:neq̧ maledicas populũ:est eñ benedictus. Altior hic exoritur quæstio:& nescio vtrum cõueniat rem tam profundi mysterii denudare:& ꝓferre ad turbas:& eas turbas quæ ad auditorium verbi dei:nõ nisi paucis diebus adueniunt:& cõtinuo discedunt:nec in meditatione verbi dei diutius immorant̃:tamẽ pro iis qui studiosi sunt:& sitiunt audire: possuntq̧ capere spiritalem sensum:pauca aliqua dicemus ex multis. Potest ergo obiici tale aliquid
I Inuocet licet dæmones Balaam: maledicat populo:inuocati dæmones faciant:quod possunt. Nũquid nõ potest deus defendere a dæmonibus populũ:vimq̧ eorum in malefaciendo destruere? Quid ergo opus erat:vt ipse veniret ad Balaam:& consuetos dæmones prohiberet accedere:ne vel tentarẽt:aut conarentur lędere populũ suũ? Ad hęc ergo licet non omnia:quę possunt occurrere:ꝓferenda sunt tamen dicemus ex parte:quia nõ vult deus dæmonũ genus ante tempus damnare. Sciunt eñ & ipsi dæmones:quia tẽpus eoꝝ præsens hoc sæculũ continet. Propterea deniq̧ & dominũ rogabant:vt non torqueret eos ante tempus:neq̧ in abyssum mitteret. Et ob hoc neq̧ diabolũ remouit a principatu sæculi huius. Quia adhuc opus est opera eius ad perfectionem eorum: qui coronãdi sunt. Opus est adhuc opera eius ad exercitia certaminũ: & victorias beatorũ. Sic ergo & reliquos dęmones nõ vult ante tẽpus a ꝓpositi sui intẽtiõe violenter abstrahere. Et ideo ex initio non eis indulsit inuocari per Balaam:ne forte inuocati destruerent̃ ante tempus:& perimerent̃:
K defendente populũ suum deo. Aliud eñ est si expetat dæmon a deo aliquẽ ad tentandum sicut Iob: & cum certa distinctione potestatẽ eius accipiat. Verbi gratia:vt dicat̃ ei:do tibi omnia eius in potestate:sed ipsum non contingas. Aut iterum do tibi in eum potestatẽ: sed animã eius custodi. Et aliud est si mago exigente:& adiuramentis quibusdam extorquente:dęmones sine vlla obseruatione desęuiant. In quo vtiq̧ si eis libertas seruetur arbitrii:populũ dei perditũ dabunt. Si vero libertas auferatur arbitrii:hoc erat damnasse rationabilem creaturã:& ante tempus intulisse iudicium: & impedisse oĩbus: qui aduersum eos in agone certantes poterant coronari. Si eñ dęmoniis auferatur libertas arbitrii: nullus vltra impugnabit athletas Christi. Nullo aũt impugnante: nec certamẽ aliquod erit & sublato certamine:nullũ erit præmiũ:nulla victoria. Idcirco igit̃ tali via vtitur de⁹:vt & populus adhuc rudis:& qui nuper abstrahi cœperat a cultu dæmonum:dæmonibus non tradatur:& inuocãte mago responsa deferantur:& genus dæmonum nõ nudetur ar-
bitrii potestate. Et ideo præuenit deus: & ire L
Balaam:atq̧ inuocare dæmones ad maledicendum prohibet:si tamen a cupiditate cessasset. Sed quia persistit in desiderio pecunię: indulgẽs deus arbitrii libertati rursus ire ꝑmittit. Verbum tamen suũ iniicit in os eius: prohibẽs maledictionem fieri per dæmones: vt benedictionibus locum daret:& pro maledictis proferat Balaam benedictiones:ac prophetias:quæ possunt ædificare non solum israel:sed & reliquas gentes. Si enim a Moyse prophetiæ eius sacris insertæ sunt voluminibus:quãto magis descriptę sunt ab iis:qui habitabãt tunc Mesopotamiã: apud quos magnificus habebatur Balaam:quosq̧ artis ei⁹
constat fuisse discipulos? Ex illo deniq̧ fertur M
magorum genus:& institutio in partib⁹ oriẽtis vigere. Qui descripta habentes apud se omnia:quæ ꝓphetauerat Balaã:etiam hoc habuerunt scriptum:ꝙ orietur stella ex Iacob: & exurget homo ex israel. Hec scripta habebant Magi apud semetipsos: & ideo quando natus est Iesus:agnouerũt stellam:& intellexerũt adimpleri prophetiã magis ipsi: q̃ populus israel:qui sanctorum prophetarum audire verba contẽpsit. Illi ergo ex iis tãtũ: quæ Balaam scripta reliquerat:agnoscentes adesse tempus: venerunt:& requirẽtes eũ statim adorauerunt:& vt fidem suam magnam esse declararent:paruum puerũ quasi regẽ venerati sunt. Sed redeamus ad propositum. Mo- N
lestus est Balaam deo:& extorquet propemodum permitti sibi:vt eat maledicere filiis israel:& vt iuocet dęmones:ad quẽ iã venerat deus. Ascẽdit ahnã:occurrit ei angel⁹:qui excubabat pro israel. De quo scriptũ est dicente dño ad Moysen. Angelus meus ibit tecum.

Petenti ergo ire conceditur. In via cõteritur ab asina. Sed magus dæmonas videt: angelũ nõ videt: asina tamẽ videt. Nõ φ digna esset videre angelũ: sicut nec loqui digna erat: sed vt confutaretur Balaam: & vt ait quodam in loco scriptura: Mutum animal humana voce respondens: arguit prophetæ demẽtiã. Verũ quoniam de historia multa iam dicta sunt: aliqua etiã de allegoria perstringamus in fine. Si videas contrariã potestatem impugnantẽ populum dei: intelligis quis sit qui sedeat super asinam. Et si consyderes homines quomodo a dæmonibus præcipitant: intelliges quæ sit asina. Sic enim & in euãgelio intelliges Iesum mittentẽ discipulos suos ad asinam: quæ alligata erat: & ad pullum ei⁹: vt discipuli eã soluant: & adducãt: vt ipse sedeat super eam. Et forte hæc asina: id est ecclesia: prius portabat Balaam: nunc autẽ Christũ: ex quo soluta est a discipulis: & a quibus innexa erat vinculis relaxata: vt filius dei sederet super eã: & cũ ipsa ingrederetur sanctã ciuitatẽ Hierusalem cœlestem: & cõpleretur scriptura: quæ dicit: Lætare filia Sion: prædica filia Hierusalem: ecce rex tuus venit tibi mitis: & sedens super subiugale. Subiugale: id est asinam: credentes sine dubio ex Iudæis dicit: & pullum nouellũ: eos profecto qui sunt ex gentibus credẽtes in Christo Iesu domino nostro: Cui est gloria: & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Item de Balaam. Cap. XXIII.
Homilia quartadecima.

Plura sunt: quę nobis resederũt: exponẽtibus lectionem de Balaam: atφ asina eius. Et quoniã est tẽporalis tractatus: qui in ecclesia ædificãdi gratia habetur: nõ habuimus tantum spatii: vt possemus singula queφ scripturę verba ꝑponere: & ita vt nihil omnino indiscussum remaneret explanationẽ singulis adhibere. Quoniã quidem huiusmodi stilus cõmẽtariorum magis est. Idcirco quæ inquisitione digna vidẽtur: repetimus: eaφ discutiẽtes: qua possumus explanatione disserere: & in mediũ proferre tẽtabimus. Est autẽ adhuc difficile in explanatione historiæ ipsius: quomodo cũ dicatur venisse deus noctu ad Balaam primo: & iterrogasse q essent homines: qui venissent ad eũ: ac respondisset quia missi essent a Balach filio Sephor dicẽte: Veni: & maledic mihi populum: responderit ei deus. Nõ ibis cũ eis: neφ maledices populũ: est enim benedictus. Iterũ secundo dicitur ad eũ noctu venisse deus: & dixisse: vt iret cũ eis. Sed hoc obseruaret: vt verbum qđ daret deus in ore eius: hoc loqueretur. Et rursum tertio eunti ei occurrisse angelũ dei: cui intãtũ via eius nõ elegans: nec opportuna videretur: vt etiam interficere eum vellet: nisi asina vidẽs angelũ: quẽ Balaam videre non potuit: declinasset: & tamen posteaq̃ culpatur ab angelo cur ire voluisset: rursus etiam ab ipso ire permittitur: tãtum vt custodiat verbum: qđ deus dederit in ore eius: vt hoc solum proferat: nec amplius aliquid. Hæc ergo omnia difficilem habent explanationem. Paucis tamen (vt supra iam diximus) occasionem intelligentiæ vobis dabimus: quo & vos faciatis qđ scriptum est: vt iis auditis sapiens sapientior fiat: & da occasionem sapienti: & sapientior erit. Sed priusq̃ perueniamus ad rem: ne illud quidem omittemus: qđ curiosius intendentes in hoc loco obseruauimus. In Hebræorum literis nomen dei: hoc est deus: vel domin⁹: diuerse scribi dicitur. Aliter enim scribitur deus: quicunφ deus: aliter deus ipse: de quo dicitur. Audi Israel: dominus deus tuus: deus vnus est. Iste ergo deus Israel: deus vnus: & creator omniũ: certo quodam literarum signo scribitur: qđ apud illos tetragrammaton dicitur. Si quando ergo sub hoc signo in scripturis scribitur deus: nulla est dubitatio quin de deo vero: & mundi creatore dicatur. Si quando vero aliis: id est communibus literis scribitur: incertum habetur vtrum de deo vero: an de aliquo ex illis dicatur: de quibus Apostolus dicit: Tametsi sunt qui dicantur dii: siue in cœlo: siue in terra: sicut sunt dii multi: & domini multi: nobis tamẽ vnus deus pater: ex quo omnia: & nos per ipsum. Aiunt ergo qui Hebraicas literas legunt: in hoc loco deus non sub signo tetragrammati esse positum: de quo qui potest: requirat. Sed & qđ dixit deus ad Balaam quasi interrogãs qui sunt isti homines? requiritur cur ignorare videatur: & iterum qđ ait: non maledices populum: est enim benedictus. Sic itaφ potest intelligi quasi dixerit non maledices populum meum. Nos interim dicimus dispensatione quadam: & sapientia dei: ita omnia in hoc mundo esse disposita: vt nihil prorsus otiosum sit apud deum: etiam si malum illud sit: etiam si bonũ. Sed planius quod dicitur: explicemus. Malitiam deus non fecit: tamen cur cum ab aliis inuentam possit prohibere: non prohibet? Sed cum ipsis: a quibus habetur: vtitur ea ad necessarias causas? Per ipsos

enim:in quibus est malitia:claros:& probatos efficit eos:qui ad virtutum gloriã tẽdũt. Nam si perimeretur malitia:non esset vtiq̃ q contrairet virtutibus. Virtus autẽ nõ habẽs aliquid contrariũ nõ claresceret:nec splendidior:& examinatior fieret. Non probata vero:nec examinata virtus: nec virtus est. Sed hæc si dicãtur sine diuinorũ verborũ testimoniis:exquisita magis & humana arte composita:q̃ vera atq̃ indubitata videbuntur. Requiramus ergo huiusmodi sensus si etiã volumina diuina contineant. Veniamus ad Ioseph. Tolle malitiã fratrũ eius:tolle inuidiã tolle illud omne patricidale cõmentũ quo sæuierũt in fratrẽ vsq̃quo venderent eũ. Si hæc auferas:vide quãtã simul peremeris dispensationẽ dei. Simul eñ abscindes cuncta illa: quę apud Aegyptũ per Ioseph pro salute omniũ gesta sunt. Non fuisset interpretatio somnii Pharaonis:si per inuidiã fratrũ nõ fuisset Ioseph distractus:& venisset in Aegyptũ. Nemo intellexisset quæ deus reuelauerat regi: nemo frumenta congregasset in Aegypto:nemo necessitatẽ famis sapienti prouisione curasset. Periisset Aegyptus:periissent & finitimę regiones fame. Interiisset etiã ipse israel: & semẽ eius quęrẽs panẽ: si ægyptũ nõ fuisset ingressum:nec egressi fuissent ex ea filii israel cũ mirabilibus domini. Nusq̃ plagæ in Aegyptios:neq̃ virtutes illæ:quas fecit deus per Mosen & Aaron. Nemo rubrũ mare siccis vestigiis incessisset. Cibũ mannæ mortalis vita nescisset. Nulla de sequẽti petra aquarũ fluẽta prorupissent. Lex a deo hominibus data nõ fuisset:quę in Exodo:quę in Leuitico:in Numeris etiam:& Deuteronomio referũtur: ad humani generis sciẽtiã nõ venissent:hæreditatẽ certe paternã:& terrã repromissiõis nullus intrasset. Et vt ad hęc:quę habẽtur in manib⁹: veniamus: tolle Balach huius regis pessimi malitiã:qua maledici desyderat israelẽ. Aufer eius astutiã: qua inuitabat Balaã ad denotandũ populũ:pariter abstuleris erga filios israel dispẽsatiõẽ dei:& prouidẽtiæ eius fauorẽ. nusq̃ ꝓphetiæ illę erũt:quę per os Balaã:& filiis israel:& gẽtibus ꝓphetantur. Qꝫ si etiã noui testamenti cupis hęc testimoniis cõfirmari:si auferas malitiã Iudę: ꝓditionẽq̃ eius perimas:abstuleris pariter crucẽ Christi & passionẽ eius:& si nõ sit crux:non exuũtur principatus:& potestates:nec triũphãtur in ligno crucis. Si non fuisset mors Christi:vtiq̃ nec resurrectio fuisset:nec extitisset aliq̃s primogenitus ex mortuis. Qꝫ si non fuisset primogenitus ex mortuis:nec spes nobis resurrectionis fuisset. Simili ergo modo & de ipso diabolo ponamus. Verbi gratia: necessitate aliqua cõstrictum fuisse ne peccaret:vel post peccatũ:ablatã fuisse ab eo malitię voluntatẽ. Simul vtiq̃ ablatũ fuisset nobis certamẽ aduersum insidias diaboli:nec expectaretur corona victorię ei: qui legitime certasset. Si nõ haberemus qui aduersum nos obsisterẽt: agones nõ essent:nec victoribus munera ponerẽtur:nec regnũ cœlorũ vincẽtibus pararetur. Neq̃ momentaneũ hoc:& leue tribulationis nostrę:supra modũ pondus glorię operaretur nobis in futuro. Nec aliquis nostrũ pro tribulationũ patientia speraret immensam gloriã futurorũ. Ex quibus omnib⁹ colligitur: quia deus nõ solũ bonis vtatur ad opus bonũ: sed & malis. Ex hoc vere mirabile est: ꝙ vasis malis vtitur deus ad opus bonũ. In magna enim hac mũdi huius domo non sunt tantũmodo vasa aurea:& argentea:sed & lignea: & fictilia:& alia quidem ad honorem:alia autẽ ad cõtumeliã:vtraq̃ tamen necessaria. Verum quoniam vasa hęc:quę dicimus: rationabilia intelligenda sunt:& liberi arbitrii:non casu: neq̃ fortuitu:vnusquisq̃ aut vas honoris efficitur aut vas contumelię. Sed qui se talem præbuerit:vt electus esse mereatur: vas electum: & vas honoris efficitur. Qui vero indignis:& deterrimis sensibus viuit:iste formatur vas contumelię:non a conditore:sed a semetipso causis contumeliæ suæ datis. Non ergo eos tales esse Cõditor fecit:sed huiusmodi mentes secũdum propositum eorum: prouidentiæ suæ iusta:& ineffabili quadã ratione dispẽsat. Sicut:verbi gratia:in vrbibus magnis:si qui indigniores sunt:& abstrusę vitæ: ac deterrimę homines:vltima quęq̃ opera:& laboriosa cõdẽnãtur operari:& tamen necessaria sunt ciuitati huiusmodi opera. Verbi causa:aut fornacibus lauacri ad succendẽdos ignes deseruiũt:vt tu vel cõmoditate:vel delitiis perfruaris:aut cuniculos purgant: aut alia huiusmodi gerunt:vt tibi in vrbe fiat & delectabilis habitatio. & illi quidẽ vel agunt ex ꝓposito:vel ex merito patiũtur: opus tamen ipsorũ proficit ad vtilitatẽ eorũ: quibus quę bona:& vtilia sunt: parãtur. Ita & hęc:de quibus proposuimus:deus quidẽ malitiã nõ fecit:inuẽtam tamen ex propositi intentione eorum: qui declinarunt a via recta: auferre penitus noluit. prouidens hoc:ꝙ etiam si illi esset inutilis:qui ea vtebatur:faceret eam tamen vtilem iis:aduersum quos exercebatur. Et ideo refugere quidem omnibus modis debemus:ne vnq̃ malitia inueniatur in nobis.

In aliis vero vincere eam: nō perimere studē dum est: quia & illi: in quibus est malitia: aliquid necessarii operis conferūt vniuersitati. Nihil enim otiosum: nihil inane ē apud deū. Quia siue bono proposito hominis vtitur ad bona: siue malo: vtitur ad necessaria. Sed beatior eris: si magis ex virtutib9: quę in te sunt: inueniatur boni aliquid ex te vitæ huius vniuersitas cōsequi: sicut illi: de qbus dicit Apostolus Petrus: vt sitis sicut luminaria in hoc mūdo: verbum vitæ continētes. Ad gloriam sunt ergo necessaria luminaria mundo huic. Et quid tā delectabile: quid tam magnificū: q̄ opus solis: vel lunæ: a quibus illuminatur mundus? Opus est tamen ipsi mundo: etiam angelis: qui sunt super bestias: & angelis q p̄sint exercitibus terrenis. Opus est angelis: q præsint animalium natiuitati: virgultorum plantationūq; & cæteris pluralibus incremētis: & rursum angelis opus est: q præsint operibus sanctis: qui æternæ lucis intellectum: & occultorū dei agnitionem: ac rerū diuinarū sciētiā doceāt. Vide ergo ne te ipse facias inter eos angelos inueniri: qui bestiis præsunt: si belluinā duxeris vitā: aut inter eos: qui terrenis operib9 præsunt: si corporea & terrena dilexeris. Sed satis age quomodo magis adsumaris ad societatē Michaelis archangeli: qui orationes sanctorū semper offert deo. Adsumeris autem in hūc numerū: vel in istud officiū: si insistas semper orationi: & vigiles in ea: & impleas qđ Apostolus ait: Sine cessatione orantes. Vel certe vt adsumaris in societatē: & officiū Raphaelis: qui medicinæ præest. Si cū videris aliquē vulneratū peccatis: & sagittis diaboli confixū: adhibueris curationū sermonē: ac verbi dei contuleris medicinam: vt peccati vulnera per pœnitētiā sanes: & medicinā confessionis ostēdas. Siquis vero huiusmodi opera in hoc mūdo agit: ipse se præbet: vt in futuro sæculo vas electionis: & vtile domino ad omne opus bonū paratū a conditore formetur. Si vero cōtraria gerat: vas ad cōtumeliā diuinæ semetipsum præbebit dispensationi. Et propterea puto in diuinis voluminibus scripta esse: & bonorū gesta: & malorū: & ex sinistris: & dextris actibus scripturas diuinas esse cōtextas: vt intelligamus quia apud deū otiosa nō sunt: nec malorū opera: nec bonorū. Verū nūc post excessum plurimū qdē: sed causæ necessariū: redeamus ad propositū. Balaam hic (vt superius diximus) diuinus erat: dæmonū scilicet ministerio: & arte magica nōnūq̄ futura prænoscēs. Rogatur a Balach rege ad maledicēdū populo Israel: legati veniūt: diuinacula in manibus ferunt: stant attonitæ gētes: & anxiæ: expectātes qd respōdeat Balaam: de quo persuasum habebant ꝙ dignus diuinis colloquiis haberet. Vide nūc quomodo sapientia dei vas istud ad cōtumeliam præparatū proficere fecit ad vtilitatē: non solū gētis vnius: sed pene totius mūdi: & huic: cui solebāt videri dęmones: videt deus: prohibens mali operis iter. Stupescit Balaam D
& miratur prohibētis auctoritatē. Non enim solebat malū dæmonibus displicere. Sed iterū remittit legatos dicēs: non se posse facere: nisi verbū: qđ deus dederit in os eius. Redeūt rursus legati: iterū reqrit: iterū molestus est: & iterū cupit audire. Non enim facile cupidus mercedibus caret. Quid ergo audit secū E
do a deo? Si vocare te (inquit) venerūt homines isti: surge & vade cū eis. In quo voluntati quidē cupiditatis eius cedit deus: vt cōpleatur illud: qđ scriptū est. Dimisit eos in desyderio cordis eorū: ibūt in voluptatibus suis: sed tamē cōsiliū diuinæ dispēsationis explet. Dicitur enim ad eū. Verbū quodcunq; dedero in ore tuo: hoc loqueris. Si dignus fuisset Balaam: verbum suū deus nō in ore eius: sed in corde posuisset. Nūc autē quoniā in corde eius desyderiū mercedis erat: & cupiditas pecuniæ: verbū dei non in corde: sed in ore eius ponitur. Agebatur eñ mira: & magna dispēsatione: vt quoniā prophetarū verba: quæ intra aulam continebātur Israeliticā: ad gentes peruenire nō poterant per Balaam: cui fides ab vniuersis gentibus habebatur. Innotescerent etiā nationibus secreta de Christo mysteria: & thesaurū magnū proferret ad gētes: non tā corde/& sensu: q̄ ore/& sermone portatū. Sed ne per singula immoremur: non eñ F
temporis est cuncta dissolui: ascensa asina sua Balaam ibat per viā: occurrit ei angelus: ille sine dubio: qui aderat filiis Israel. Aperit os asinæ: vt arguatur per eā Balaam: & muti pecudis vocibus cōfutetur is: qui diuinus videbatur & sapiēs. Verū post hæc cōueniēs iā videtur aliqua etiā de allegoria cōtingere. Balaam hic: qui interpretatur populus vanus: videtur mihi personā habere scribarū: & pharisæorū Iudaici populi. Balach vero q exclusio: vel deuoratio interpretatur: & ipse personā habere intelligēdus est vnius alicuius spirituū mūdi huius cōtrarię potestatis: quæ excludere & deuorare cupiat Israel. Nō eū: qui secūdū carnē est: sed eū qui secūdū spiritum. Volens ergo potestas ista contraria deleri: & G
penitus extingui spiritalē Israel: nō aliis vtit ministris: nisi pontificibus: & scribis: ac pha-

risæis: ipsos inuitat: ipsis mercedem promittit & præmia. Illi vero sicut iste Balaam facit simulant se cuncta ad deũ referre: & zelo dei agere. Dicũt enim. Scrutare scripturas: & vide quia propheta a Galilea non surgit. Et iterũ dicũt. Nos legẽ habemus: & secundũ legẽ debet mori: quia filiũ dei se fecit. Per quę singula: vidẽtur quidẽ scribæ: & pharisæi zelũ dei habere: sed simulatũ. Asina vero: cui sedebat Balaam: quoniam scriptura dicit: Homines: & iumenta saluos facies domine: ea pars
H credẽtiũ potest intelligi: quæ siue pro stultitia: siue pro innocẽtia: animalib⁹ cõparatur. Sic enim & Apostolus dicit. Videte autẽ vocationẽ vestrã fratres: quia nõ multi iter vos sapiẽtes: nõ multi potẽtes: nõ multi nobiles: sed quæ stulta sunt mũdi elegit deus: vt confundat sapiẽtes. Isti ergo tales: sicut euangelica: quę in parabolis agebãtur: gesta designãt: ab istis pessimis dominis scribis: ac pharisæis subiecti quodãmodo tenebãtur & vincti: sed a domino soluũtur. Nõ qdẽ per ipsum dominũ: sed per discipulos eius. Dicit enim ipse ad discipulos. Ite in vicum: qui est contra vos: & inuenietis asinam alligatam: & pullum eius:
I soluẽtes adducite. Sicut ergo in euangelio nõ ipse dominus: sed discipuli soluũt asinam: ita & hic non ab eo ipso: sed ab angelo aperituros asinæ: & sicut in euangeliis qui non vident arguũt vidẽtes: ita & hic: qui muti erãt arguũt loquẽtes: & hoc est: qđ dominus dicebat: Pater gratias ago tibi: quoniã abscondisti hæc sapiẽtibus & prudẽtibus: & reuelasti ea paruulis. Scribæ autẽ & pharisæi erant qui sedebant super asinam hãc & tenebant eã vinctã. Ipsis ergo irascitur angelus: & nisi quodã futurorũ prospectu: illos quidem peremisset: asinam autẽ seruasset. Quę vidit: & reuerita est eũ: qui venit ad vineam: & stat inter vineas. Cõpressit tamẽ pedes sedentis super se in maceriam: & ideo forte nõ potest ambulare ille eius sessor antiquus: nec venire ad eũ: qui dicit. Venite ad me oẽs qui laboratis: & onerati estis. Asina tamẽ venit: adducta a discipulis: & cui tũc sedebat Balaam mercedis cupidus: nũc ei sedet Iesus. Nec mireris si eũ: quẽ diximus scribarũ: & doctorũ populi formam tenere: videas prophetãtem de Christo. Hoc
K enim legimus fecisse & Caipham: qui dixit. Expedit vobis: vt vnus homo pereat ꝓ omni populo. Sed hoc (inqt) quia erat pontifex anni illius ꝓphetauit. Prophetat ergo & Balaã de Christo: & ideo nemo extollatur etiam si prophetet: etiã si præscientiã mereatur. Sed redeat ad Apostoli dictũ: quo ad ista respiciés ait. Siue prophetiæ abolebuntur: siue linguæ cessabũt: siue sciẽtia destruetur. Et qd est ergo qđ permanet? Fides (inquit) spes: & charitas: maior aũt horũ charitas: & sola (inquit) charitas est: quæ nũq̃ excidit. Ideo super prophetiam: super scientiam: super fidem: super ipsum etiam martyrium (vt Paulus docet) charitas habenda est: & charitas excolenda: quia & deus charitas est: & Christ⁹ filius ei⁹ charitas est: qui nobis perfectionẽ charitatis donare dignetur. Ipsi gloria: & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

De prophetia Balaam. Cap. XXIIII.
Homilia Quintadecima.

Licet nos ordo lectionũ: quæ recitãtur: de illis dicere magis exigat quæ Lector explicuit: tamen quoniam nonnulli fratrum deposcũt ea potius quę de ꝓphetia Balaam scripta sunt ad sermonẽ disputationis adduci: non ita ordini lectionum satisfacere æquũ credidi: vt desyderiis auditorum. Primo ergo omniũ de ipso Balaam requiramus: cur in scripturis nunc vituperabilis: nũc laudabilis ponitur. Nam vituperabilis est: cum prohibitus a Deo venire ad regẽ: persistit vt veniat: & mercedis cupidus iterum cõsulit: iterum requirit a deo: donec relinquatur cupiditatibus suis: & eat in voluntatibus suis. Culpabilis est: cum ędificat aras: & victimas imponit dæmoniis: & apparatu magico poscit diuina consulta. Culpabilis est: cum consiliũ pessimũ dat: vt populus decipiatur per mulieres Madianitas: & cultum idolorum. Rursus laudabilis ostenditur: cum verbum M
dei ponitur in ore eius: cũ spiritus dei fit super eum: cum de Christo prophetat: cum iudæis & gẽtibus de aduentu Christi mysteria futura pronũtiat: cũ pro maledictionibus benedictiones populo largitur: & nomen israel supra visibilem gloriam mysticis extollit eloquiis. Cum ergo hæc tã diuersa de eo & tam varia ĩdicet scriptura diuina: valde mihi difficile videt̃ ex definito statuere eius personã. Cui non solum cõueniat ista diuersitas: verũ & illud aptari possit qđ ipse de semetipso velut prophetãs dicit. Moriat̃ anima mea inter animas iustorũ: & fiat semen meũ sicut semẽ iustorũ. Sed & per Michæam prophetam tale de eo dominus testimoniũ perhibet: vbi dicit. Popul⁹ meus qd fecit tibi? Respõde mihi: quia reuocaui te de terra Aegypti: & ex do

no seruitutis liberaui te: & misi ante faciē tu
m Mosen: Aaron: & Mariam! Populus meus
mento quid cogitauerit aduersum te Ba-
ch rex Moab: & quid respondit ei Balaam fi
us Beor: A funiculis vsq; in Galgal: vt agno
ceretur iustitia domini. Ostendit ergo p hæc
uia vt iustitia domini agnosceretur pro-
erea illa omnia respondit Balaam filius Be-
r ad regem Balach: quæ scripta referūtur in
bris. Et quis putas inuenietur talis: qui pos
t ex ipsis responsis Balaam ostendere q dei
ustitia manifestetur in eis! Reuera enim si
ermo dei positus est in ore eius: & spirit9 dei
ctus est super illum: & iustitia dei ex respon
s eius agnoscitur: & manifestatur: omnimo
le quæ ab eo dicuntur: non nisi prophetica:
diuina esse credenda sunt. Quis difficile
licubi scriptum legamus: quia factus est spi-
itus dei super aliquem prophetarū: sed aut
isio: quā vidit: aut adsumptio verbi dei: aut
erbum dei factum est ad illum: vel ad illum.
t alia quædam de prophetis legimus. factū
ero esse spiritum dei super aliquem prophe
arum legisse me ad præsens interim non re-
cordor: nisi de Dauid ita scriptum memini.
Et apparuit: siue illuxit spiritus dei super Da
uid a die illa: & deinceps: non tamē factus est
piritus dei sup Dauid. De Saul vero ita me-
mini scriptum: & decidet spiritus domini su
per te: & prophetabis cum ipsis: & conuerte-
is in virum alterum. Et iterum de eodē dici
ur. Et spiritus domini discessit a Saul & ob-
tupefecit eū spiritus malignus a domino. Et
terum. Et factū est cum esset spiritus malus
ad Saul: adsumpsit Dauid psalteriū: & psalle
bat in manibus suis: & percutiebat: & erat bo
num ei: & discedebat ab eo spirit9 malignus.
Hęc pro eo: q medium potest videri: hoc qđ
criptum est. Et factus est spiritus domini su
per eum. Propter qđ & nos secundum ea: quę
uperiore tractatu senseramus: etiam nunc in
Pharisæorum: & scribarum: eisq; similiū per
ona hunc ipsum Balaam explicare conabi-
mur. Sed age iam prophetiæ eius verba: quæ
ibsumpta parabola sua dixisse scribit videa-
mus. Ex Mesopotamia (inquit) vocauit me
Balach rex Moab: ex mōtibus orientis. Meso-
potamiam dicit terrā: quæ inter flumina Ba
byloniæ iacet: de quibus scriptum est: Super
flumina Babylonis illic sedimus: & fleuimus
dum recordaremur Sion. Si quis ergo inter
ista flumina fuerit Babylonis: si quis reuma-
tibus libidinis inundatur: & luxuriæ æstibus
circūluitur: iste non dicit stare: sed sedere. &
ideo q ibi cōprehēsi sunt dicebāt: Sup flumi-
na Babylonis illic sedimus: & fleuimus: dum
recordaremur Sion. Sed nec flere quidē ante
possunt: nisi cum recordati fuerint Sion. Bo-
norum nāq; recordatio: malorū causas lamē
tabiles facit. Nisi enim qs recordetur Sion: ni
si legem dei: & scripturarum mōtes aspiciat:
mala sua flere nō incipit. Ex istis ergo flumi-
nibus vocatur Balaam: & ab istis oriētis mō-
tibus inuitat. Montes isti nō sunt sancti mon D
tes illi: de quibus scriptū est. Fundamēta eius
in mōtibus sanctis. Et iterū. Hierusalem: quæ
ædificatur vt ciuitas: cuius participatio eius
in idipsum. Montes in circuitu eius: & dñs in
circuitu populi sui. Non sunt ergo tales Me-
sopotamiæ mōtes: sed illi: de quibus dicitur:
Montes tenebrosi: & iterum de quo dicitur.
Ecce ego ad te mons corrupte. Isti sunt mon-
tes: in quibus est omnis altitudo: extollens se
aduersum scientiam dei. Ab istis ergo monti
bus accersitur Balaam hic. Quales autem isti
sunt mōtes: talem habent & orientem. Habet
enim & ortum luminis sui ille: qui conuertit
se sicut angelum lucis. Habet illam lucem: de
qua scriptum est: lux impiorum extinguetur
Et sicut ista lux impiorū: & illa: quæ conuer-
tit se sicut angelū lucis: contraria est illi luci:
quæ dicebat: Ego sum lux mundi: ita & iste
oriens cōtrarius est illi oriēti: de quo scriptū
est in Zacharia. Ecce vir: oriēs nomē eius est.
Ex illius ergo: non huius orientis finibus ve-
niebat Balaam: illuminatus sine dubio ab illo
Lucifero: de quo dicitur. Quomodo cecidit
de cœlo Lucifer: qui mane oriebatur! Sed vi-
deamus quid dicit illi Balach rex Moab: qui
accersiuit eum e medio fluminū de montibus
oriētis. Veni (inquit) & maledic mihi Iacob: E
& veni maledic mihi Israel. In latinis sermoni
bus pene supflua videt esse repetitio: qua ait.
Maledic mihi Iacob: & maledic mihi Israel.
Sed est in græcis literis sub nomine Israel in
maledicto: præpositionis adiectio: quā nostri
vel minus decēter dici credentes: vel nullam
vim dictionis addi ex hoc posse existimantes
omiserunt. Nos autem sermonem licet con-
tra cōsuetudinem fingimus: vt sensum ex in-
tegro colligamus. Potest ergo dici: veni ma-
ledic mihi Iacob: & veni supermaledic mihi
Israel. Per qđ ostenditur idcirco sermo repeti
tus: vt ampliore vi: & maiore intentione ma-
ledictionem in Israel: q̄ in Iacob Balach vide-
retur exposcere. Donec enim quis tantū Ia-
cob est: hoc est in actibus solum: & operibus
positus: inferioribus maledictionibus impu-
gnatur. Vbi autē profecerit: & interiorē ho-
minem ad videndum deum: reuelato mentis

oculo exacuere: & prouocare iã cœperit: tũc non solũ maledictis ab inimico: sed & sup maledictis: hoc est vehementioribus maledictorũ iaculis impugnabitur.
F Sed tunc quidẽ os Balaam maledictione: & amaritudine plenũ erat: & sub lingua eius labor: & dolor: & sedebat in insidiis cũ diuitibus: expectabat enim mercedes a diuite rege: vt in occultis interficiat innocẽtes. Sed deus: qui facit semper mirabilia solus: ex inimicis operatᷓ salutẽ. Iniecit em̃ verbũ in os eius: q̃uis nondũ cor eius capere possit verbũ dei. Adhuc em̃ erat in corde ei⁹ mercedis cupiditas: ꝓpter qđ etiã post verbũ dei: qđ habuit in ore suo dicebat ad Balach. Veni: & do tibi consiliũ: & docebat eum quõ mitteret scandalũ in cõspectu filioꝝ isrl': vt manducarent idolis immolata: & vt fornicarentur. Propter quod & cecidit populus: & plaga magna facta est in eo: donec Finees ꝑempto israelita: qui fornicabatur cũ Madianitide: sedauit furorẽ dñi. Et post hæc (inquit)
G produxit Finees exercitũ contra Madianitas & interfecerũt duodecim milia virorũ: & Balaam filiũ Beor in gladio. Sed hæc ante tempus per excessum quendã introduximus: vt ostenderemus quia Balaam non in corde: sed in ore tantũmodo habuit verbũ dei. Interim quæ profert: quę loquitur: ex verbo dei loquitur: ideoq; dicit/verbũ dei ẽ. Ait ergo. Quid maledicã: quẽ non maledicit dñs? Aut qd supmaledicam: quẽ non supermaledixit dñs? Supermaledicit: nos præsumimus secundũ græci sermonis rationem: vim verbi ostendere ex pronominis augmento cupiẽtes. Quid ergo dicemus? Iacob quidem non maledicit dominus: nec israel: sed alii putas alicui maledicit? Legimus scriptum: quia dicit dñs ad serpentẽ. Maledictus tu in omnibus bestiis terrę. Et iterum ad Adã. Maledicta terra in opere tuo. Sed & Caim: & nunc maledictus tu a terra: q̃ aperuit os suum: vt reciperet sanguinem fratris tui de manibus tuis. Et maledictus om̃is:
H qui facit sculptile: aut fusile. Verum ne putes hæc in veteribus tantummodo literis contineri: etiam in euangeliis similia inuenies. Scriptum est enim ꝙ dicturus sit dominus iis: qui a sinistris sunt. Discedite a me maledicti in ignem æternum. Sed & cum dicit: Væ vobis scribæ/& pharisei hypocritæ/ & væ vobis diuitibus: & singula huiusmodi: quid aliud: nisi maledictis eos videtur vrgere? Sed quid dicemus ꝙ mandatum per Apostolum datᷓ: vbi dicit: benedicite: & nolite maledicere? Quod ergo ab hoĩbus non vult fieri: hoc ipse facit: q exemplum vitę hominibus ponit? Nõ ita est. Deus enim quibus maledicit: meritum designat eius: cui maledicitur: & sententiam promit: vtpote quẽ non fallat: neq; peccati qualitas: neq; peccantis affectus. Homo autem qa hæc non potest scire: neq; enim propositũ: mẽtemq; alterius videre ali⁹: aut cognoscere potest: Iccirco etiam si iudicantis: vel sententiã promẽtis intuitu proferat maledictũ: nõ potest esse iusta maledicendi causa: vbi ignoratᷓ peccantis affectus. Maxime cũ humanũ vitiũ tunc sciat maledicta proferre: cũ forte conuitiis: aut iniuriis prouocatᷓ. Quod vitiũ resecare Apostolus volens ne maledictis maledicta & cõuitiis cõuitia prouocemus: mandatũ necessarium ponit: vt benedicamus & non maledicamus: quo cõuitiandi vitiũ resecetur: nõ quo iudicandi veritas quę hoĩes latet: & pronuntiandi auctoritas perimatur. Et tamẽ qd causæ sit: ꝙ non maledicat dominus Iacob: neq; israel: ab ipso nihilomin⁹ Balaam: immo a verbo: quod posuit deus in ore eius diligentius audiamus. Quoniam de verticibus (inquit) montium intuebor eũ: & a collibus ĩtelligam eum. Quia (inquit) in excelsis mõtib⁹ & altis collibus positus est israel: hoc est ĩ edita vita: & ardua: ad quã contuendã: & intelligendã nõ facile quis idoneus fiat: nisi ascẽdat ad eminentẽ: & excelsam scientiã. Iccirco (inquit) non ei maledicit deus. Est em̃ vita eius alta & pręcelsa: nõ humilis: & deiecta. Qđ tñ nõ mihi videtᷓ: quia de illo israel: qui secundũ carnẽ israel est dixerit: sed de illo: cuius super terrã ambulantis cõuersatio in cœlis est. Aut si etiã ad illũ populũ dicta hęc referenda sunt recte cum distinctione dicit. Intuebor & ĩtelligam: vt futurũ tempus significet. Illud sine dubio: quando omnis israel ad fidem Christi veniens saluabitur: & a montib⁹: & a collib⁹ intuebitur: ab iis sine dubio: qui excelsam: & cœlestem vitam consurgentes cum Christo exercuerit super terras. Sed & quod dixit de Iacob quidem videbo: de israel autem intelligam: etiam hoc aptissimma distinctiõe suscipiendũ est: vt aliud ad act⁹ visibiles: aliud ad inuisibilem fidẽ: atq; intelligibilẽ scientiã conferatᷓ: aut si ad futurũ sęculũ ista cõuertimus: idest ad resurrectiõis tẽpus: Iacob videbo: potest de corporib⁹ dictũ intelligi: Israel aũt intelligam: spiritum et animam significare resurgentium. Ecce (inquit) populus solus habitabit: et in nationibus nõ reputabitur. Potest quidem et secundũ literã stare. Solus em̃ populus iacob non est ꝑmixtus cæteris hominib⁹: nec inter cęteras gẽtes reputat⁹ est. Habuit enim certa quęq; priuilegia in obser-

nationibus:& in legitimis suis:ex qbus seque
stratus a ceteris gētibus haberetur. Sicut em̄
tribus Leui nō est permixta inter cæteras tri
bus:nec adnumeratur inter eas. Hoc pacto &
omnis Israel nec miscet̄ cæteris gentibus:nec
reputat̄ inter eas. Hæc qdē in illo populo fue
rint secundū formā futurorū bonorū. Verus
autem Iacob:& spiritalis Israel:vere solus ha
bitabit in gētibus. Si em̄ accessimus ad Syon
mōtem:& ciuitatem dei viuētis Hierusalem
cœlestem:& venimus ad spiritalem Iudæam:
quæ est portio dei:& in terris positi ibi habe
mus cōuersationem: vere non reputamur in
ter cæteras gentes:nec reliquarū nationū fi
nes cū nostris finibus admiscētur: etiam si re
stituatur Sodoma in antiquum:& Aegyptus
in statū suū redeat.& si quid aliud tale in pro
phetis scriptum est. Verūtamen illi Iacob:&
spiritali Israel:cum ad ecclesiam primitiuorū
ascēderint:nullus exæquabitur:nullus admi
scebitur:etiā si istę gentes secundū dicta pro
phetica fuerint restitutæ. Nisi em̄ insert⁹ fue
rit ramus oleastri: & socius factus erit radici
pinguedinis oliuæ: quomodo potest sociari:
& coniūgi ad Iacob:vel Israel:cum sine ista ra
dice nec Iacob qsq̄ possit appellari: nec Israel?
Neq; ergo ex Iacob:vel Israel siquis peccat: Ia
cob dici:vel Israel potest. Neq; ex gentibus si
quis ingressus fuerit ecclesiam domini: inter
gentes vltra reputabitur. Quis inuestigabit
semen Iacob? & qs dinumerabit plebē Israel?
Simile est hoc illi:quod scriptū est: quia edu
xit deus Abraham foras:& ait ei. Respice ad
cœlum: & dinumera stellas si potes dinume
rare eas:& ait. Ita erit semen tuum. Et credi
dit Abraham deo: & reputatum est illi ad iu
stitiam. Et Abrahā quidē: & alius qlibet ho
minū:aut etiam angelorum: fortassis autē &
superiorū virtutū:nō poterat numerare stel
las: nec semen Abraham: de quo scriptū est.
Sic erit semen tuū. Deus autem:de quo scri
ptū est: qui numerat multitudinē stellarum:
& omnibus eis nomina vocat: & q dixit: ego
stellis omnibus mandaui: potest inuestigare
semē Iacob:& dinumerare plebem Israel. Ipse
enim scit solus qui vere sit Iacob: & qui vere
sit Israel. Non enim ad eum:qui in manifesto
Iudæus est:respicit:neq; ad eam: quæ manife
ste in carne est:circuncisio. Sed videt illū: qui
in occulto Iudæus est: & q circūcisus est cor
de:nō carne. Ipse ergo est solus: qui dinume
rare potest:& inuestigare:& ipse secūdū inef
fabilem:& incomphensibilem sapientiā suam
ad illam cœlestem formam: quam ipse solus
scire potest:posuit etiam istos numeros:quos
habemus in manibus: in quibus præcipit: vt
secundū cognationes suas:& secundū domos
familiarum suarū:ex nomine omnes masculi
per capita numerent̄ a viginti annis:& supra
omnis qui egreditur in virtute Israel:& colli
gitur eorū quidā sacratus numerus: de quo
iam superius (prout donauit dn̄s) diximus.
Sed iste numerus tūc demū sacrat⁹ est: & pla
citus deo:cū ipso præcipiente numeratur. Si C
autē contra præceptū domini voluerit aliqs
numerare: licet ille Dauid sit: licet magnus
propheta:cōtra legē agit:& arguitur per pro
phetā:& patitur illa:quæ in secūdo libro Re
gnorum legimus scripta. Solus ergo ipse:qui
numerat multitudinē stellarū:& qui oīa mē
sura:& numero:& pōdere ꝑduxit:inuestigat
semen Iacob:& dinumerat plebem Israel. Post
hæc quasi de semetipso quædā ꝓphetare vi
detur:cū dicit. Moriat̄ anima mea inter ani D
mas iustorū:& fiat semen meum sicut semen
iustorū. Sed hoc quantū ad personam spectat
illius Balaam:& illius Israel:nec factū est: nec
fieri potuit:non enim inter ipsos: sed ab ipsis
mortuus est. Magis enim (vt dixim⁹) ipsorū
personæ conueniet: qui licet in p̄senti sæculo
vanus populus habeatur:quia sine gratia est
spiritus sancti:in fine tamen sæculi:cū pleni
tudo gentiū introierit: & omnis ista ꝓphetia
quę de Israel dicitur:in spiritali Israele fuerit
impleta: tūc anima eius morietur cū anima
bus iustorū. Suscipiet enim in se fidē Christi:
ita vt & ipsi dicant. Qui in Christo baptizati
sumus:in morte ipsius baptizati sumus. Cō
sepulti em̄ sumus illi per baptismū in morte.
Et iterū. Si enim cōmorimur:& conregnabi
mus. Et sic vere cōplebitur intelligi Balaam
vt moriatur anima eius inter animas iustoꝝ.
Quod autē dicit:vt fiat semen meū:sicut se E
men iustorum: possit quidē & de illo Balaam
intelligi:secundū hoc:q; magi illi: qui de oriē
te venientes primi adorare venerunt Iesum
de semine eius esse videant̄: siue per successio
nem generis:siue per disciplinę traditionem:
euidēter enim cōstat illos agnouisse stellam:
quam prędixerat Balaam orituram in Israel:&
sic venisse:& adorasse regem:qui natus est in
Israel. Cōueniet tamē & populo illi secūdum
ea:quæ supra diximus. Non enim tam ipsi: q̄
semen eorū efficietur sicut semen iustorum.
Eorū scilicet: qui credētes in Christo iustifi
cati sunt. Vnde manifestū est:quia sicut Apo
stolus dicit:neq; circūcisio aliq d est:neq; præ
putiū:sed fides:quæ per charitatē operatur.
Et ideo nemo aut circūcisionis antiquitate se
iactet:aut i præputii nouitate glorietur. Sed

ut Apostolus dicit. Probet unusquisque opus suũ & tunc in semetipso tantũ gl'iam habebit. Sic denique propheta dicit. Ecce homo: & opus ei⁹ & merces in conspectu domini esse dicit: ut reddat unicuique secũdum opera sua: In Christo Iesu domino nostro: cui est gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

De prophetia alia Balaam. Cap. XIIII.
Homilia Sextadecima.

F Riore tractatu inquantum possibile fuit primas partes prophetiæ Balaã explicare tentauimus. Secundũ nunc prophetiæ initium sumpsimus: ut si dñs aspirare dignetur: etiã de hac pro viribus: quæ occurrere potuerint: in mediũ proferamus. Inconueniens eñ mihi visum est: q̃uis hæc difficilia videantur: interrũpere tractatũ eorũ: quo minus de singulis q̃ cõprehẽdere possumus: explicemus. Igit̃ Balach rex: veluti attonitus: & percussus ex iis: q̃ contra spẽ dici videbat a Balaam: benedictionẽ enim pro maledictionibus audiebat: ultra nõ ferẽs interrupit verba ei⁹ & ait. Quid fecisti mihi? Ad maledicẽdos inimicos meos vocaui te: & ecce benedixisti benedictione. Non tulit rex amarus benedictionũ dulcedinẽ: sed maledicta q̃rit: maledicta deposcit. Est eñ ex cognatione illius: ad quẽ dixit dñs. Maledict⁹ tu ab oĩbus bestiis terræ. Sed qđ ad hæc respõdit ei ille: cui verbũ deus in ore posuerat? Nõne q̃cũ
G q(inqt) iniecerit deus in os meũ: hęc obseruabo loqui? Ad hæc Balach putãs: qa perterritus esset Balaã populi israelitici multitudine: & iccirco non fuisset ausus proferre maledicta: mutationẽ sibi loci credidit profuturã: & ait ad eũ. Veni adhuc mecũ in locũ aliũ: de quo totũ nõ videas eũ: sed partẽ aliquã ei⁹ videas: oẽs aũt nõ videas: & maledic mihi eũ inde. Demẽs: qui israeliticã gratiã loci obiectione crederet posse cælari: & q nesciret: qa non potest abscõdi ciuitas super montẽ posita. Et adsumpsit (inquit) eũ in spelũcã agri in verticẽ mõtis Cæsi: & cõstruxit ibi septẽ aras: & imposuit vitulũ: & arietẽ super aram: & dixit Balaã ad Balach. Adsiste ad sacrificiũ tuum Ego vero pergã percũctari deum: & occurrit deus ipsi Balaam: & iniecit verbũ in os eius. Et dixit sine dubio deus. Conuertere ad Balach: & hæc loq̃ris. At ille: hoc est Balach sta-
H bat iuxta holocaustomata sua: & oẽs principes Moab cũ illo. Et dixit ei Balach. Quid locutus est dñs. Res quidẽ pphanis sacrificiis gerebatur: & diuinatio magica arte requirebat. Volẽs tñ deus ibi abundare gratiã: ubi superabũdauit peccatũ: adesse dignatur: nec refugit ab iis: q̃ non secundũ israeliticã disciplinã: sed secundũ gentilium gerebant̃ errorem Adest autem nõ sacrificiis: sed ĩ occursum venienti: & ibi dat verbum suum: atque ibi mysteria futura pręnũtiat: ubi maxime fides: & admiratio gentilium pendet: ut qui nr̃is nolunt credere prophetis: credãt diuinis & vatibus suis. Et adsumens (inquit) parabolam suã dixit. Per parabolam ergo dicit Balaam. Surge Balach: & audi: auribus percipe testis fili Sephor. Nõ sicut homo deus frustratur: neque sicut filius hoĩs terret̃. Ipse cum dixerit non faciet? loquet̃: & nõ permanebit? Ecce ad benedicendum adsumptus sum: benedicam: & non auertam eam. Non erit labor in Iacob: neque videbitur dolor in israel: dñs deus suus cum ipso: præclara principum cũ ipso sunt. Deus: q eduxit eum ex Aegypto: sicut gloria unicornis eius. Non enim erit auguratio ĩ Iacob: neque diuinatio in israel. In tempore dicetur Iacob: & israel: quid perficiet deus? Ecce popul⁹ sicut catulus leonis exsurget: & sicut leo exultabit: non dormiet: donec comedet prædã: & sanguinem vulnetatorum bibat. Hæc est continentia secundæ prophetiæ in verbis Balaã Videamus ergo primo hoc ipsum qđ ait. exsurge Balach: & audi. Si eñ in superioribus non dixisset: quia staret iuxta holocaustũ suũ: non videretur magnopere requirendum cur dixerit: exsurge Balach. Nunc autem cũ hortetur exsurgere eum: quem nuper dixerat stare, non est ociose prætereundus sermo ppheticus. Quod ergo ait in superioribus: quia staret ad holocaustum suum: designat eum non recte stare. Stabat eñ in idolatria positus: & stabat quasi inimicus dei: qđ magis esset non stare: sed cadere. Quasi ergo qui de illo statu cadere debuerit: immo & q ceciderit: ita nũc ĩtellectu pphetico exsurgere eũ iubet. Quippe q per hoc: qđ staret in idolatria visus fuerat: cecidisset. Exurgat ergo qui talis est: exsurgat aĩo: exurgat fide: & efficiat̃ testis: fiqdẽ cõuertet̃ testis fidei. Si vero permanet infidelis: ut sit testis cõdẽnatiõis suę. Sed quid est: qđ ei adnũtiat: videamus. Nõ sicut homo (inquit) deus frustratur: neque sicut fili⁹ hoĩs terretur ipse. Non (inquit) habeas talem opinionem de deo: ut putes eum esse sicut hominẽ: q in iis: quæ loquitur: frustrari possit. Homines eñ multis occasionibus: & vitiis impediuntur: ne verũ sit qđ loquũt̃. Aut irati eñ loquũt̃: & ira cessante frustra locuti sunt/aut

etus:aut cupiditatis:aut iactantiæ gratia:
iisq; horum similib⁹:& vtiq; frustra erit:et
unũ omne quicquid vitio dominãte loquuti
nt. Deus autem:in quo nulla est passio:nul
fragilitas:omne qđ dixerit:pro causarũ me
tis dicit:& ideo nunq̃ frustrari potest:quia
d ratione profertur:carere non potest ratio
e. Non est ergo deus sicut homo:qui frustra
quatur:neq; sicut filius hominis terretur:
el(vt in aliis exemplaribus legimus)neq; si
it filius hominis terret. In hominibus inter
am sentẽtiam mutat terror:deus autẽ quia
pra omnia est:a quo terreri potest:vt sentẽ
am mutet? Si vero secundũ hoc accipiamus
l in aliis exemplaribus diximus lectum:hoc
neq; sicut filius hominis terret:illud vide
tur dici q; homines quidẽ interdum pro ia
antia terrores faciunt:& minas:etiã iis non
inq̃:quibus nocere nõ possunt. Deus autem
on terret ita homines quasi qui punire non
ossit:sed et si terret:ratiõe terret. Terret em̃
corripiat hominẽ in auditionis tribulatio
e:vt verbo cõminationis deterritus emẽdet
:qui male agit:nec perueniat ad eũ ipsa vin
icta male gestorum suorũ. Non ergo ita de⁹
rret vt homo:homo enim(vt diximus)pro
ctantia:deus vero pro emendatione terret.
ost hęc ait. Ipse cum dixerit:non faciet? loque
r:& non permanebit? sic legendus est locus:
uasi interrogantis affectu dicat:ipse:hoc est
us:qđ dicit nonne & faciet? & quæ locutus
erit nonne permanebit in eis? Cum vtiq; ho
ines non faciant:quæ dicunt:& vitio huma
fragilitatis in iis non permaneant quæ lo
untur. mutabilis enim est homo:deus vero
mutabilis. Sed potest aliquis occurrere:et
cere. Quomodo ergo non permãsit deus in
:quæ locutus est de Niniue:vt post triduũ
buerteretur. Neq; in iis quæ locutus est Da
d:vbi tribus diebus promissa fuerat mors:
vastaret populũ:& intra vnũ diem:& vsq;
horam prandii cessauit? Et videbitur for
ßis:quia hæc:quæ per interrogationem di
nt:nõ penitus pro definito accipienda sint:
d talis quædam figura verbi sit:quæ mediũ
quid videatur ostendere:nõ tamen defini
:& irreuocabilis sentẽtię declarat affectum
o tẽperatius aliquid dictum videatur in eo
d scriptum est:ipse cum dixerit nõne faciet?
si scriptum esset:ipse cum dixerit omnimo
faciet. Sed recenseamus & ipsa scripturę lo
:quæ vel in Iona:vel ĩ Regnorum libris po
a sunt:ne forte & ibi(vt moris est)scriptu
e diuinæ secreti aliquid habeant. Scriptum
t ergo in Iona. Et factum est verbum domini
ad Ionam filium Amati dicens. Surge & vade
in Niniuen ciuitatem magnam:& prędica in
in ea:quia ascẽdit clamor malitiæ eius ad me.
et posteaq̃ pręceptum est ceto:& eiecit Ionam
in terram:iterum scriptum est. Et factum est
verbum domini ad Ionã secundo dicens. Sur
ge:& vade in Niniuen ciuitatẽ magnã:& prę
dica in ea secundum prædicationẽ:quam ego
locutus sum ad te:& Ionas quidem prædica
uit:& dixit. Adhuc tres dies:vel(vt Hebræi
habere se scriptum dicũt)Adhuc quadragin
ta dies:& Niniue destruetur. Viri autẽ Nini
uitę crediderũt in deo:& prędicauerunt ieiu
nium:& induerũt se ciliciis:a minore vsq; ad
maiorẽ ipsorum. Et post pauca. Et vidit deus D
(inquit)opera eorũ:quia conuersi sunt a viis
suis malis:& pœnituit. Vel(vt in aliis exem
plaribus legimus)deprecatus est Deus super
malitiã:quã locutus est facere eis:& nõ fecit.
Obserua igitur ĩ iis:quę assumpsimus de pro
pheta:q; nõ inuenitur in sermonibus dei:qui
bus ad prophetam locutus est:dictum:quia
adhuc tres dies:& Niniue destruetur. Sed Io
nas cũ ingrederet̃(inquit)ciuitatẽ:quasi iter
dierũ trium:ipse dixit:quia adhuc tres dies:
et Niniue subuertet̃:vt sermo iste:qui script⁹
est:& nõ est factus:a Iona potius:q̃ a deo pro
latus esse videatur. Sed & de secũdo libro Re
gnorum proferamus quæ scripta sunt:vbi cũ
Dauid populũ numerasset:factũ est(inquit) E
verbum domini ad Gad prophetã videntem
dicens:Vade:& loquere ad Dauid. Hæc dicit
dominus. Tria ego leuabo super te:elige tibi
ex iis vnũ:qđ faciam tibi. Et introiuit Gad ad
Dauid:& denuntiauit ei dicẽs. Aut veniet ti
bi tribus annis fames super terrã tuã:aut tri
bus mẽsibus:vt fugias ante inimicos tuos:qui
te persequuntur:aut triduo mors fiat in terra
tua. Nunc ergo scito:vide quid respondeã ei:
qui me misit. Et dixit Dauid ad Gad. Angu
stiæ mihi sunt vndiq; valde. Sed incidã in ma
nus dñi magis:quia multæ miserationes eius
sunt:& in manus hominũ nõ incidã. Et dedit
dominus in Israel mortẽ a mane vsq; ad horã
prandii:& mortui sunt de populo a Dan:vsq;
Bersabeæ septuaginta milia virorum. Et extẽ
dit angelus dei manum suam in Hierusalem
vt corrumperet eã:& deprecatus est domin⁹
super malitiam:& ait ad angelũ:qui extermi
nabat populum. Satis est:remitte manũ tuã.
Obserua ergo quomodo nec in iis tribus cõta
minationibus deus inuenitur de morte dixis
se trium dierũ. In verbis em̃ Gad positum est:
non in mãdatis domini:& non semper ea:quæ
per prophetã dicunt̃:quasi a deo dici suscipiã

F tur. Deniq; & per Mosen quidem multa locu-tus est deus. Aliquanta tamen & Moses pro-pria auctoritate mādauit: qđ dominus in euā geliis euidētissima distinctione secernit: cum dicit de repudio mulieris interrogatus: quia ad duritiam cordis vestri scripsit vobis hæc Moses: ab initio autem non fuit sic. Qui em̄ fe cit hominē: masculum & fœminam fecit eos: et benedixit eos: & dixit. Propter hoc relinquet homo patrem suum: & matrē suam: & adhæ-rebit vxori suæ: & ambo erunt in carne vna. Et addit. Qđ ergo deus coniunxit: homo non separet. Vides ergo & hic deum quidem non præcepisse: nec fieri voluisse diuortium: Mo-sen vero propter duritiam cordis Iudæorum scripsisse dādum esse repudium. Ostendit hęc et Paulus in literis suis cū dicit de quibusdā. Dominus dicit: & non ego. & de aliis. Hęc au tē ego dico: nō dominus. Et iterū in aliis. Pręceptum domini non habeo: cōsilium autē do. Et iterum. Quæ loquor: non loquor secūdum
G deum. Vnde similiter etiā in cæteris prophe-tis aliqua quidem dominus locutus est: & non prophetę: alia vero prophetę: & nō dominus: et sic videbitur obiectio intentata dissolui: cū non tam sua: q̄ prophetę verba dominus reuo car: ac mutat ī melius. Sed magis arbitror ab solutionem priorē totius scripturæ sensibus conuenire: & illis præcipue dictis: quibus pa-tiens & multæ misericordię: & pœnitēs super malitias dicitur deus. Vel iis maxime: quæ ge neraliter ab Hieremia pronuntiantur: in qui bus euidenter ostenditur pro multis misera-tionibus & incōprehensibili bonitate sua deus dicere: & non facere: loqui: & non permanere. Ait ergo per Hieremiam deus. In finē loquar: hoc est ex definito loquar super gentē: & super regnū: vt auferam eos: & disperdam. Et si con uertatur gens illa a malitiis suis: pœnitebo de omnibus malis: quę cogitaui facere eis: & in fi nem loquar super gētem: & regnum: vt reædi ficem eos: & replātem: & si fecerint mala in cō spectu meo: vt non audiant vocem meam: pœ nitebit me de omnibus bonis: quæ locutus fue rā vt facerē eis. Quomodo ergo possumus iis: quæ absolute per Hieremiam dicta sunt: præ-ferre illa: quę suspēse per Balaam dicūtur? Ni-si quia negligentibus: & contemptoribus illa confirmanda: hæc vero a perfectioribus secre
H tius aduertēda sunt? Sed post hęc Balaam: Ec-ce (inquit) ad benedicēdum adsumptus sum: benedicam: & non aduertam eam. Ad benedi cēdum Balaam adsumptus est: non a Balach: sed a deo: qui iniecit verbum ī os eius: quo po-pulum benediceret: & hanc benedictionē non auertit. Nec em̄ potest: etiam si velit: verbum dei humana lingua conuertere. Post hæc non erit (inquit) labor in Iacob: neq; videbitur do lor in Israel. Aperte in istis sermonibus futurę vitæ denūtiat statū. Quis em̄ est: qui hanc vi-tā sine labore: & dolore trāscurrat? Nec si Pe-trus aliquis: aut si Paulus sit: quomodo non in labore: & dolore est? cum ter virgis cęditur: se mel lapidatur: ter naufragiū facit: in ꝓfundo maris die: ac nocte est: aliaq; innumera perpeti tur: quę de laboribus suis: ac doloribꝰ scribit. Sed ibi istud cōplebit: vbi dictū est. Aufugiet dolor: & tristitia: & gemitus. Quod tamē non ad omnes: sed ad eos tantū: qui meritis Iacob: et Israel fuerint: refert: vt fuit ille pauper La-zarus: qui pręsentem quidem vitam in labore ac dolore transegit. Ibi autē dicitur ad diuitē: Memēto fili: quia tu recepisti bona in vita tua et Lazarus similiter mala. Nunc autem hic re quiescit: tu vero cruciaris. Ille ergo est Israel: & Iacob: in quem non venit labor: & dolor. Di ues autem ille erat quidem & ipse secundum carnē Israel. Dicitur enim ei: quia fratres sui habēt leges: & ꝓphetas: audiāt illos. Sed quia non erat secundum spiritum Israel: ideo venit super illū labor: & dolor. Dominus deus suus cum ipso: præclara principum cum ipso sunt. Nunq̄ enim Israel suum deserit deus. Quorū autē principum præclara cum ipso Israel sint: videamus. Præclara principum potestas est: principatus: & regnum. Verum quoniā sunt: et aliqui principes: qui de principatu suo: vel pellēdi: vel iam forte depulsi sunt: & in locum ac principatū eorum introducēdi ii: qui vere israelitę sunt: pręclara illa omnia: quæ habue-rūt in cœlis illi principes: qui nō seruauerunt principatū suum: sed dereliquerūt æterna do micilia: Israel iste: & Iacob: qui colluctatus est: et vicit: accipiet: & sic cum ipso erūt præclara principū. Deus qui eduxit eum ex Aegypto: si cut gloria vnicornis eius. Eductus est ille qui dem Israel de Aegypto ista terrena: hic autē spiritalis israel de Aegypto sęculi: & de pote-state tenebrarū: & est gloria eius tanq̄ vnicor nis. Vnicornis quidem fertur esse animal eo habitu formatū: quo nominis ipsius designat indicium. Qđ animal frequēter in scripturis diuinis positum legimus. Sed præcipue apud Iob dei ipsius vocibus potentia eius: & virtus exponitur. In quibꝰ: vt ī q̄plurimis: Christus intelligitur designari: & in scripturis diuinis cornu pro regno positum sæpe reperimus. Si-cut & propheta dicit. Quatuor autē cornua: quatuor regna sunt. Sub nomine itaq; vnicor nis: in Christo hoc videtur ostēdi: quia omne

tod est: vnum eius cornu est: hoc est vnũ re
uum eius. Omnia enim pater subiecit sub pe
bus eius vsq; quo & nouissimus inimicus de
uatur mors: & tanq̃ vnicornis vnũ omniũ
gnum teneat Christus. Quia sicut scriptũ
: Regni eius nõ erit finis. Erit ergo (inquit)
hoc est israeli: illi spiritali: gloria: sicut est
oria vnicornis. Sic enim & ipse in euangelio
minus dicit. Pater: da illis vt sicut ego & tu
um sumus: ita & isti in nobis vnum sint. Et
eo similis gloria dabitur israeli: sicut est glo
vnicornis: maxime cũ transformabit cor
s humilitatis nostræ conforme corpori glo
e suæ. Non erit auguratio in Iacob: neq; di
natio in israel. In tempore dicetur ad Iacob:
Israel quid perficiet deus. Igitur quoniã vi
m est iam nobis diligentius de singulis qui
sq; discutere: non videbitur absurdũ si etiã
id sit auguratio: vel diuinatio: quoniã qui
m placuit scripturæ commemorare de iis:
quis forte ignoranter in hæc incidat: requi
mus. Videtur ergo mihi futurorum præ
ientia quantum ad ipsam rem spectat: me
um quiddam esse: id est neq; proprie bonũ:
q; proprie malum. Quandoquidẽ potest in
rdum etiam a parte diaboli ad hominũ no
iam futurorum venire præscientia: sine du
o autem cum tẽpus: & opportunitas poscit:
voluntas dei fuerit: datur etiã a deo per pro
etas hominib⁹ præscientia. & ideo dixim⁹:
ia neq; proprie bonũ dici potest: qđ aliquã
a malo venit: neq; proprie malum: quod ali
ando a deo descendit. Et q̃uis de hoc abun
ter etiam ex scripturis diuinis exempla sub
ditent: sufficere tamen credimus si vtamur
: qđ in Regnorum libris scriptum legimus:
i arca dei ab Allophylis capta est: & dedu
a in Azotum: & ibi introduxerunt (inquit)
m in domum Dagon: & inuẽtus est Dagon
cidisse pronus in terrã ante arcam testamẽ
domini. Et grauata est manus domini super
zotos: & dissipauit eos: & percussit eos in na
us. Post hęc (inquit) ingressa est arca in Ac
ron: & miserunt Accaronienses: & congre
uerũt omnes satrapas Allophylorũ: & con
regauerunt sacerdotes: & diuinos suos dicẽ
s. Quid faciemus arcæ domini? Indicate no
s quomodo remittamus eam in locum suũ.
espõderũt sacerdotes & diuini. Si remitti
s arcam domini dei israel: nolite eã dimitte
inanem: sed dantes dabitis ei pro delicto: et
nc sanabimini: & innotescet vobis. Sin autẽ:
on discedet manus eius a vobis. Et post pau
. Et nunc (inquit) facite carrum nouum: du
vaccas fœtas adsumite: quibus iugum non
est impositum: & iũgite vaccas ad carrum: et
fœtus earũ retro abducite ad domũ: & adsu
mite arcam domini: & imponite eã super car
rum: & vasa aurea quæ obtulistis ei pro deli
cto simul ponite super carrum: & omĩa sancta
eius: & dimittite eã: & vadat: & videte si quidẽ
vadit per viam suam: & ad fines suos ascendit
in Bethsamis: ipsa nobis fecit mala hæc ma
gna. Si autẽ non vadit illuc: sciemus quia ma
nus eius nõ contigit nos: sed fortuitu hęc no
bis acciderunt. Obserua ergo in iis quomodo
sacerdotes: & diuini causam malorum: quę ac
ciderant Allophylis: vtrũ ex manu dei: & pro
arcę iiuria venerit: an fortuitu acciderit: pro
positis contemplantur indiciis dicẽtes. Si per
viam suam ad fines suos ascẽdit in Bethsamis
ipsa nobis fecit hæc mala. Deniq; in sequenti D
bus refertur: & cum imposuissent (inquit) ar
cam domini super carrum: direxerunt boues
in via cõtra viam: quæ ducit Bethsamis: & nõ
declinauerũt ad dexteram: aut sinistrã. Quis
ergo in iis si diligenter inspiciens præscientiã
hãc: quæ de boum directione prædicta est: vel
fortuitam dicat: vel aliqua arte compositam:
et non operatione quadam dæmonum mini
stratam: qui pertimuerint arcæ domini virtu
tem? Qua non solũ affligebantur: & punieban
tur Allophyli: verum & cultus ipse dæmonũ
destruebatur: vtpote simulacris eorũ: tẽplisq;
ad ingressum arcæ domini corruentibus? Est E
ergo talis quædam in ministerio præscientiæ
operatio dæmonum: quę artibus quibusdã ab
iis: qui se dæmonibus mancipauerint: colligi
tur: & nunc per eas: quas sortes nominãt: nũc
per ea: quæ auguria appellant: nunc etiam ex
contemplatione fibrarum: quæ extispicia vo
cant: aliisq; horum similibus præstigiis cõpre
hendi videtur: & intelligi. Quę artes in tantũ
ad decipiendum genus hominũ profecerunt:
vt etiam iustissimi Ezechiæ fili⁹ Manasse hoc
errore deceptus: ędificauerit (vt scriptura di
cit) altare omni exercitui cœli in vtraq; domo
domini. Hunc autem esse arbitror exercitum
cœli: quem Paulus spiritales nequitias in cœ
lestibus positas scripsit. Nisi ergo multũ in iis
artibus & deceptionis esset: & erroris: non pu
to tanti viri filium in lege domini educatum:
in illas ĩpietates potuisse corruere: q̃ in quar
to Regnorum libro de eo scriptæ referuntur.
Ait enim. Et sortiebatur: & augurabatur: et F
fecit tuellen: & transducebat filios suos ĩ igni:
et pręscius abundare fecit: vt faceret malignũ
in conspectu domini: & exacerbaret eum. Ta
lia ergo erãt: quę peccabat: de quibus dici pos
sit: quia in omni virtute signis: & pdigiis mẽ

dacibus fierent:ita vt deciperentur etiam esse
cti. Deceptus est enim per eum & populus:vt
faceret malignum in conspectu domini:super
gentes illas:quas exterminauerat deus a facie
filiorum Israel. Sed & in secundo libro parali-
pomenon similia nihilominus de Manasse scri
bũtur. Et fecit(inquit)lucos:& adorauit om-
nem militiam cœli:& seruiuit eis: & constru-
xit altaria in domo dei:vbi dixit dominus: In
Hierusalem erit nomen meum in ęternum:&
ibi instruxit altaria omni magnificentiæ cœ-
li in ambabus domibus domini. Et ipse trans-
ducebat filios suos in igni in gehennan:& sor-
tiebatur: & maleficia faciebat: & augurabat̃:
et fecit ventriloquos:& incantatores: & mul-
tiplicauit: vt faceret malignum in conspectu
G domini:vt exacerbaret eum. Hæc ergo omnia
id est siue auguratio:siue exstispiciũ:siue quę-
libet immolatio: siue etiam sortitio: aut qui-
cũq; motus auium:vel pecudum: & inspectio
quæcunq; fibrarum:vt aliquid de futuris vi-
deantur ostendere: in operatione dæmonum
fieri non dubito:dirigentium:vel auium: vel
pecudũ:vel fibrarum motus:aut sortium: se-
cundum ea signa:quæ docuerunt iidẽ dæmo-
nes obseruari ab iis: quibus artis huius scien-
tiam tradiderũt. A quibus omnibus:is qui ho
mo dei est:& in portione dei numeratur: peni
tus esse debet alienus:nec aliquid in iis habere
cõmune:quæ occulte machinis dęmones ope-
rantur:ne forte rursus per hęc dæmonibus so
cietur:atq; eorũ spiritu:& virtute repleatur:
et ad idolorum cultum denuo reparetur. Hęc
enim omnia religio nostra diuina: & cœlestis
H abiurat: in Leuitico quidem aperta lege desi-
gnans:& dicens non diuinabitis:neq; augura
bimini. Et post pauca. Nõ sequemini(inquit)
ventriloquos:nec adiungemini ad incantato-
res:vt contaminemini ĩ eis: ego dominus de[9]
vester. & iterum in Deuteronomio. Si autem
tu(inquit)introieris in terram:quam domi-
nus Deus tuus dabit tibi:non discas facere se-
cundum abominationes gentium illarum:nõ
inueniatur in te:qui lustret filium suum / aut
filiam suã igni:neq; diuinãs diuinatione: neq;
sortiens sortibus:neq; maleficus:neq; incãta-
tor:neq; vẽtriloquus:neq; portẽtorum inspe-
ctor:neq; interrogãs mortuos. Est eñ abomi-
I natio domino:omnis q facit hęc. Propter istas
enim abominationes dominus deus tuus euer
tit gentes istas a conspectu tuo. In quibus om-
nibus videtur ostendere:quia omnis:qui in iis
versatur:nihil aliud faciat:nisi mortuos iter-
roget. Mortui sunt enim: quia non sunt vitæ
participes. Deus autẽ:viuorum deus est:& nõ
mortuorum. Iis autem omnibus legibus addi
tur etiam illud:vt qui vult esse perfectus:a nul
lo alio discat:nisi ab eo:qui per dei virtutẽ fue
rit electus propheta:vt ministret populo. Ait
ergo. Perfectus esto in cõspectu domini dei tui
gentes enim istæ: quarũ tu hæreditatẽ cepisti
isti audiunt sortilogos: & diuinos:tibi autem
non ita dedit dominus deus tuus. Prophetam
enim de medio tui ex fratribus tuis suscitabit
tibi dominus deus tuus:ipm̃ audietis per om
nia: q̃cunq; petiisti a domino deo tuo in Oreb
in die ecclesiæ:cum dixissetis: Nõ apponemus
audire vocem domini dei nostri:& istũ ignem
magnum non videbimus vltra: ne moria-
mur. Non vult deus auditores nos fieri:& di-
scipulos dæmonum:neq; vult:vt siquid volu-
mus discere discamus a dæmonib[9]. Melius est
enim ignorare:q̃ a dæmonibus discere. Et me
lius est a propheta discere:q̃ a diuinis inquire
re. Diuinatio eñ non(vt quidam putant)di-
uinitus datur: sed magis(vt mihi videt̃)per
antiphrasim:id est ex contrario:nomen acce-
pit:quasi quæ per homines dęmonibus reple-
tos fiat. Sed gẽtilium ritus:diuinum credidit
omne:qd̃ per qualẽcunq; spiritum profertur.
Nos tamen nihil ab iis discere deus iubet: ne
efficiamur consortes ipsorum:& incurramus
in ea:quæ Esaias dicit. Et humiliabuntur ĩ ter
ra verba tua:& sermones tui in terra demer-
gentur:& erit vox tua sicut loquentis de ter-
ra:& ad solum vox tua infirmabitur. Propter
hoc & dominus noster Iesus nõ dignatur a dę
monibus accipere testimoniũ:sed ait. Obmu-
tesce:& exi ab ea. Quem etiam apostolus suus
Paulus imitatus:dolens conuertit se:& ait spi
ritui Pythonis. Præcipio tibi in nomine Iesu
Christi:discede ab ea. In quo requiras fortasse
quid dolẽs Paulus increpat spiritũ Pythonis?
Nunquid aliquid blasphemũ dixerat? Mulier
eñ(inquit)habẽs spiritum Pythonis sequeba
tur Paulum:& eos:qui cum eo erant:& clama
bat dicens. Isti homines serui sunt summi dei
qui annuntiant viã salutis. & hoc faciebat per
dies multos. Vnde ostẽditur non pro blasphe
mia doluisse Paulum:sed pro eo:q indignum
iudicaret sermoni suo ab spiritu Pythonis te
stimonium dari. Q; si Paulus testimonium si-
bi eum dare non patitur: sed dolet super hoc
quãto magis dolere debemus siquando deci-
pi videmus animas ab iis:qui velut diuino ali
cui spiritui Pythonis: aut vẽtriloquo:aut di-
uino:aut auguri:vel aliis qbuslibet huiusmo-
di dęmonibus credunt? Propter hoc ergo non
erit(inquit) auguratio in Iacob: neq; diuina-
tio in Israel. Sed quid iis additur? In tempore

inquit) dicetur Iacob: & Israeli: qd perficiet deus. Quid est in tempore dicetur? cum oporteat: & cũ expedit: hoc est in tẽpore. Si ergo expedit praenoscere nos futura: dicent a deo per prophetam dei: per spiritum sanctum. Si vero nõ dicuntur: neq; denuntiantur: scito quia nõ nobis expedit ventura prenoscere. Qz si idcirco non dicuntur nobis: quia nobis ea scire non expedit: qui diuersis artibus: & daemonũ inuocationibus gestiunt futura praenoscere: nihil aliud faciunt: nisi ea cupiunt discere: quae sibi scire non expedit. Iacob autẽ in iis dici itelligẽ eius est omnis: cui luctamen est aduersus principatus: & potestates: & aduersus huius mundi rectores. Et israelẽ intellige omnẽ: qui per fidei puritatẽ: & mũditiam mẽtis videt deum. Sed potest aliquis dicere: si a solo Deo debem9 discere de futuris: & neq; diuinũ: neq; augurẽ neq; aliud quodcũq; horũ recipere: ne iste quidẽ ipse Balaam recipiendus est a nobis. Vnus enim ex iis est: quos recipi prohibet diuina sententia. Sed aduerte diligẽtius: & memẽto quid in supioribus legimus: vbi dicitur de eo. Quia iniecit dominus verbum suum in os ei9. Non ergo haec nũc a Balaam: sed a verbo dei: quod in ore eius est positũ: discimus. Nisi enim verba dei essent: nõ ea vtiq; reuelasset famulo suo Mosi. Quae procul positus cum ab eo regi Balach diceretur: certum est q nisi a deo sibi reuelata: Moyses scire nõ potuit. Adhuc autem ad destruendam penitus diuinationẽ: vel augurationẽ: atq; alia huiusmodi: etiam hoc cõpetẽter addemus: q omnes isti: auium: vel animalium ministerio vtũtur: sed talium quae et immunda scribuntur in lege: & humano generi deprehẽduntur semp insidiantia, ex quo vtiq; opportuna: & digna ministerio dęmonũ iudicata sunt. Nã Pythonibus dracones: aliiq; serpentes ministrare per hibentur. Augurib9 et iis: qui ex incidẽtibus diuinandi captare putãtur auspicia: aut lupi ferunt omina: aut vulpes: aut accipitres: aut corui: aut aquilae: aut alia huiusmodi: q in lege Moses (vt diximus) iis credo de causis notauit immũda. Post haec Ecce (inquit) populus sicut catulus leonis exsurget: & sicut leo exultabit. In iis mihi videtur confidentiam populi describere credentis in Christo: & libertatem: quam habet in fide: et exultationem: quam gerit in spe. Comparatur enim catulo leonis: cum tẽdit ad perfectionem lętus: & velox: leoni vero confertur: cum iam obtinet quę perfecta sunt. Sicut enim leo: et catulus leonis nullum animal: nullam bestiam timent: sed sunt eis cuncta subiecta: ita et perfecto christiano: qui tollit crucem suam et sequitur Christum: qui potest dicere: mihi em mundus crucifixus est: & ego mundo: cuncta calcantur: cũcta subiecta sunt. Despicit em et contẽnit omnia: quae in hoc mundo sunt: et imitatur eum: qui leo de tribu Iuda dicitur: & catulus leonis dicitur: quia sicut lux est mundi: & discipulis suis dedit: vt & ipsi essent lux huius mundi: ita & cum ipse sit leo: & catulus leonis: credẽtibus in se nomen leonis: & catuli leonis adscripsit. Vide autem q̃ euidẽter non de illo qui tunc erat populo: sed de hoc qui futurus erat: ista dicuntur. Ait em. Ecce populus sicut catulus leonis exsurget: & sicut leo exultabit. Exsurrecturum dicit populum vtiq;: qui futurus erat. Nam si de eo diceret: quẽ videbat: dixisset sine dubio: ecce popul9 sicut catulus leonis exsurrexit. Sed certũ est: quia de illo populo dicat de quo in psalmis scriptũ est. Et annuntiabunt coeli iustitiam eius: populo: qui nascetur: quẽ fecit domin9. Est ergo populus hic catulus leonis: dum adhuc tanq̃ nuper geniti infantes: rationabile & sine dolo lac cupiunt. Leo autẽ exultans: cũ vir perfectus: quę paruuli erant: deposuit. Non dormiet donec comedat praedam: & sanguinẽ vulneratorum bibat. In iis verbis quis ita erit historicę narrationis cõtẽtiosus adsertor: immo qui sic abrutus inuenitur: qui nõ horrescẽs sonum literę: ad allegoriae dulcedinẽ ipsa necessitate confugiat? Quomodo enim iste populus tam laudabilis: tam magnificus: de quo tanta praeconia sermo dei enumerat: in hoc veniet: vt sanguinẽ vulneratorum bibat: cum tam validis praeceptis cibus sanguinis interdicatur a deo: vt etiam nos: qui ex gẽtibus vocati sumus: necessario iubeamur abstinere: sicut iis: quae idolis immolãtur: ita & a sanguine. Dicãt ergo nobis: quis est iste populus: qui in vsu habet sanguinẽ bibere? Haec erant quę & in euãgelio audientes ii: qui ex iudęis dominũ sequebant: scãdalizati sunt: & dixerũt. Quis potest mãducare carnẽ: & sanguinẽ bibere? Sed populus christianus: populus fidelis audit haec: & amplectitur: & sequit eũ: qui dicit: Nisi manducaueritis carnẽ meã: & biberitis sanguinẽ meũ: non habebitis vitã in vobis ipsis: quia caro mea vere cibus est: & sanguis meus vere potus est. Et vtiq; q hęc dicebat: vulneratus est pro omnibus: ipse em vulnerat9 est pro peccatis nostris sicut Esaias dicit. Bibere autẽ dicimur sanguinẽ Christi: nõ solũ sacramẽtorũ ritu: sed & cũ sermones eius recipimus: in qbus vita cõsistit sicut & ipse dicit: Verba quę locutus sum spiritus & vita est. Est ergo ipse vulneratus: cui9 nos sanguinẽ bibimus: id est doctrinę eius ver

ba suscipimus. Sed & illi nihilominus vulnerati sunt: qui nobis verbum eius prædicarũt. et ipsorum em̃: id est apostolorum eius: verba cũ legimus: & vitã ex eis consequimur: vulneratorum sanguinẽ bibimus. Non ergo (inquit) dormiet: donec comedat prædam. Iste em̃ populus: qui catulo leonis: vel leoni cõparatur: nõ quiescet nec dormiet donec rapiat prædã: id est donec rapiat regnũ cœlorum: quia a diebus Ioannis regnũ cœlorum vim patitur: & vim
F facientes diripiunt illud. Vt autem euidẽtius cognoscas hæc de nostro populo: qui in sacramẽtis Christi cõfœderatus est: scribi: audi quo modo & in aliis Moses similia pronuntiat dicẽs. Butyrum boum: & lac ouium: cum adipe agnorum: & arietum filiorũ: taurorũ: & hircorũ: cum adipe renium: frumẽti: & sanguinẽ vuæ bibẽt vinum. & hic ergo sanguis: qui nominatur: vuę: illius vuę est quę nascitur ex illa vite: de qua Saluator dicit: Ego sum vitis vera: discipuli vero palmites: Pater autẽ agricola est: qui purgat eos: vt fructum plurimũ afferant. Tu ergo es verus populus israel: qui scis sanguinem bibere: & nosti carnem verbi Dei comedere: & sanguinẽ bibere: & vuę sanguinẽ illius q̃ est ex vera vite: & illis palmitibus: quos pater purgat: haurire. Quorum palmitũ fructus: vulneratorũ sanguis merito dicitur: quẽ ex verbis eorum: & doctrina bibimus: si tamẽ simus vt catuli leonis exsurgentes: & vt leo exultantes. Hæc interim de secunda visione Balaam dicta sufficiant. Oremus autẽ dominum vt nobis etiam ad cætera: quę ab eo prophetata sunt: intelligẽda lucidiores quoque & veritati proximos sensus aperire dignetur: vt in spiritu sancto consyderãtes: quę per spiritũ scripta sunt: & spiritalibus spiritalia comparãtes digne deo: & sancto spiritui: qui hæc inspirauit: quæ scripta sunt explicemus: in Christo Iesu domino nostro: Cui est gloria: & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

De eiusdem tertia prophetia. Cap. XXIIII. Homilia decimaseptima.

G TErtiam nũc prophetiam ex iis: q̃ sermo dei per Balaam protulit: habemus in manibus: vt etiam de ipa (prout dominus dederit) aliqua disseramus. Etenim infelix iste Balach putãs quod Balaam diuino ad maledicẽdum loci opportunitas magis defuerit q̃ volũtas: vtilius esse ratus si mutaret locum: Veni (inquit) & educam te in locũ alium (si placet deo) & maledices eũ inde: & adsumpsit Balach ipsum Balaam in verticẽ montis Fogor: qui tẽdit in desertũ. Eos quidẽ quos deus vocat: imponit eos in verticẽ montis Syna. Hic autẽ Balach: q deo cõtrarius est: imponit Balaam in verticẽ montis Fogor. Fogor autẽ interpretatur delectatio. In verticẽ autẽ delectatiõis: & libidinis ĩponit homines iste Balach. Amator enim est voluptatis magis q̃ dei: & idcirco imponit eos ĩ summitatẽ: & verticem voluptatis: vt excludat eos a deo. Excludens em̃: & deuoratio interpretatur Balach. Ideo denique & ĩ eremum tẽdit Fogor: id est ad ea: quæ eremia sunt: & deserta Deo negocia.
Et dixit Balaam ad Balach. Cõstrue mihi hic H septem aras: & fac mihi hic septem vitulos: & septẽ arietes: & fecit Balach sicut dixit ei Balaam: & obtulit vitulum: & arietẽ super aram. Aperta quidẽ Apostoli sententia est dicentis: Quę enim sacrificant gẽtes: dæmoniis: & non deo sacrificãt. Sed & propheta similiter dicit. Sacrificauerunt dæmoniis: & nõ deo. Tamen quoniam & lex dei de sacrificiis pręcipit: & ritum sacrificandi tradit filiis Israel: requiratur fortassis cur hæc cum dæmoniis dicata videantur: etiam deo iubeantur offerri? Et erit quidẽ simplex & cita responsio: vt quẽadmodum in aliis ostẽdimus: quod libellum repudii dari non dei voluntatis fuit: qui quod coniunxerat noluit separari: sed Moses hæc proprie ad duritiam cordis Iudęorum scripsit: ita etiã & de hoc videri posse: quia deus (sicut per aliũ prophetam dicit) non manducat carnes taurorũ nec sanguinẽ hircorũ potat. Et item (vt alibi scriptũ est:) Quia nõ mandaui tibi de sacrificiis: vel victimis: in die qua eduxi te de terra ægypti. Sed Moses hęc ad duritiã cordis eorũ pro cõsuetudine pessima: qua imbuti fuerant in ægypto mandauit eis: vt qui abstinere se nõ possint ab ĩmolando: deo saltẽ: & nõ dęmoniis immolarẽt. Videndũ tamẽ est ne forte sit I et aliqua sacrificandi deo occultior: ac secretior ratio. Ne forte ĩquã sacrificia: quæ deo offeruntur: ad destructiõnẽ fiant eorũ sacrificiorũ: quæ dæmonibus immolãtur: vt quia per illa vulnerantur animę: per ista sanẽtur. sicut & ii cõfirmant: qui medicinę peritiã gerũt. Serpẽtum namque venena depelli medicamẽtis nihilominus confectis ex serpẽtibus perhibẽt. Ita ergo & sacrificiorũ dæmonicorũ virus per sacrificia deo oblata depellitur: sicut & mors Iesu mortẽ peccati credẽtibus nõ finit dñari. Et quidẽ donec tẽpus patiebatur: sacrificia sacrificiis opponebantur: vbi vero venit pfecta hostia: & agnus ĩmaculatus: q totius mũdi tolleret pecca

rum:sacrificia illa:quę singillatim offerebant deo:iam superflua visa sunt:cũ vna hostia omnis dęmonum cultura depulsa sit. Verum Balaam iste siue secũdum cordis sui propositum qđ non emẽdauerat:siue secũdum illam figurã: qua diximus eum tenere personam doctorum:ac Pharisæorum plebis incredulę:instaurat adhuc hostias:& præparari sacrificia iubet. In his enim omnẽ spem gerunt ii:quorum cor nõ recipit fidẽ Christi. Sed quid sequitur? Et videns(inquit)Balaam quia bonum est in conspectu domini benedicere Israel: non abiit ex more in occursum auspiciis: sed conuertit faciẽ suam in desertũ:& eleuans Balaam oculos suos intuens Israel castra constituisse per tribus:Et factus est super eũ spiritus dei:& adsumpta parabola sua ait. Requiratur fortasse vnde vidit Balaam:quia bonum est in conspectu domini benedicere israel: & putabitur ex sacrificiis intellexisse quæ immolauerat. Vbi em̃ vidit nullum adesse dæmonũ:nullam contrariam potestatẽ victimis suis adsistere audẽtẽ:exclusos esse omnis malitiæ ministros:quibus vti ad maledicendũ solebat: potuit ex his intellexisse quia bonum esset in conspectu domini benedicere Israel. Ego tamẽ magis illud intelligo ꝙ populus ille:qui nunc vanus est:& illi doctores:qui Christo non credentes in vanitate populũ detinent:aliquando visuri sunt id est in nouissimis diebus:cum plenitudo gẽtium introierit: & omnis israel venire cœperit ad fidem Christi:illi inquam qui nunc oculos habentes non vident:tunc videbunt. Eleuabunt enim oculos suos ad altiores & spiritales sensus:& videbunt:& intelligent:quia bonum est in conspectu domini benedicere spiritalem israel. Videbit em̃ eum dispositum per tribus:& per domos:& per familias:& vnumquẽꝗ in suo ordine resurrectionis gloriã adepturum. Et adsumpta parabola sua intelliget quæ in parabolis scripta sunt: quæ nunc propter velamen qđ positum est super cor eorum neꝗ vident:neꝗ intelligunt. Deniꝗ non abiit (inquit)ex more in occursum auspiciis. Non enim more sibi solito:stultis & inanibus sensibus rapietur in animalibus mutis: & pecudibus:dei consyderans voluntatem: sicut ii:qui ex istis talibus auspicia colligũt. Sed agnoscet etiam ipse: quia neꝗ de bobus cura est deo:similiter neꝗ de ouib⁹:neꝗ de auib⁹ aliisꝗ animalib⁹. Sed siqua de his scripta sunt:propter homines intelliget scripta. Sed videamus iam quæ sint quæ in tertia prophetia proloquatur Balaam. Dixit(inqt)Balaam filius Beor: homo vere vidẽs:dixit audiens verba fortis:qui visum dei vidit in somnis:reuelati oculi eius. Mirum profecto est quomodo tantæ laudis dignus habeatur Balaam: qui accepta parabola sua:ac de semetipso pronuntiat. Quomodo enim homo vere vidẽs Balaam fit: qui diuinationi:& auguriis operam dederit: Qui etiam magicæ studuerit(sicut supra ostendimus)? Valde mirum est:nisi forte pro eo:qđ supradictum est:quia spiritus dei factus fuerit in ipso et quia verbum dei positum sit ĩ ore eius:hæc de eo putẽtur tam magna conscripta esse præconia. Nec Moses enim:nec alius quis prophetarum facile inuenietur tantis laudibus eleuatus. Vnde magis mihi videntur hæc illi populo conuenire eo tempore: quo iam conuersus ad dominum deposuit velamen:qđ erat super cor suum. Domin⁹ spiritus est. Idcirco deniꝗ dicit:reuelati oculi eius:quasi q nũc vsꝗ clausi fuerint:& nunc per spiritum dei: qui super eũ factus est:ablato velamine reuelentur. Nũc ergo est quando vere videt:& vere audit verba fortis:& visum dei videt ĩ somnis:id est ea: quæ in somnis Danieli prophetæ tempora designata sunt:videbit impleta:& visiones illas: quæ in somnis ad illum delatæ sunt: videbit: hoc est intelliget:& agnoscet oculis reuelatis. Efficietur enim similis iis:qui dicebant. Nos autem omnes reuelata facie gloriam domini speculamur eadem imaginatione transformati a gloria in gloriam: tanꝗ a domini spiritu. D

Velim tamẽ requirere qui sunt isti oculi eius qui reuelati dicuntur. Ne forte ipsi sint:qui in aliis scripturæ locis(vt in quibusdam exemplaribus legimus)oculi terrę appellantur. Et ille:quem Paulus sensum carnis dicit:cum ait de quodam frustra inflatus a sensu carnis suę. De istis credo oculis etiam serpens dixerit ad Euam: Quia sciebat dominus ꝙ in quacunꝗ die manducaueritis ex eo:aperientur oculi vestri. Et paulo post. Et mãducauerunt(inquit) et aperti sunt oculi eorum. Nisi em̃ essent differentiæ oculorum:& alii essent:qui per præuaricationem aperiuntur:& alii:quibus videbant Adam:& Eua anteꝗ̃ isti aperirẽtur:nunꝗ̃ vtiꝗ scriptura nondum apertis oculis eorũ:illis qui ex præuaricatione patefacti sunt: diceret. Et vidit mulier quia bonum est lignũ ad manducandum:& gratum oculis ad vidẽdum:& speciosum est ad consyderandum: et accipiens de ligno manducauit: & dedit viro suo secum. Et manducauerunt: & aperti sunt oculi amborum. Quomodo enim si nondum aperti fuerant oculi amborum vidit mulier: quia bonum esset lignum ad manducandum: & gratum esset oculis ad videndum:quibusꝗ E

etiam oculis & speciosum dicitur fuisse ad cō
F syderandum? Sed ego audiens vocem domini mei Iesu Christi: & virtutem bonitatis eius intelligens: ita aduerto illud qđ dicit. In iudicium ego veni in hunc mundum: vt non videntes videant: & videntes cæci fiant. Q₃ in peccatoribus non vident illi oculi: qui meliores sunt: sed ii: qui sensus carnis appellantur: et qui consilio serpentis aperti sunt. Opus ergo magnificum Saluatoris nostri domini est: vt ii: qui non vident melioribus oculis: quæ bona sunt: sed illis: qui consilio serpentis patefacti sunt: & quæ mala sunt intuentur: cæci fiant. Et qui cæci fuerint illis oculis: quos persuasio serpentis aperuit: videant bona domini his oculis: quos Iesus Saluator noster venit aperire. Nisi enim prius malorum visus claudatur: bonorum non patebit intuitus. Sic ergo etiam illud boni dei dictum accipio: qđ dixit: Quis fecit vidētem: & cæcum? Videntem quidem secundum Christum: cæcum vero secundum consilium serpentis. Hæc autem cōmonuimus: vt euidētius elucesceret qui sunt oculi qui claudantur: & qui sunt oculi qui reuelētur: simul vt & illud ex his ītelligatur qđ
G in propheta scriptum est: Videntes videbitis et non videbitis: vt sciamus quibus oculis vident: & quibus videntes non vident. Apparet ergo & hunc Balaam pro eo: ꝙ reuelati fuerant oculi eius: dicere de semetipso: homo vere videns: & dicere dixit audiens verba fortis. Eodem em̄ ordine quo alii oculi clauduntur: et alii aperiuntur: etiam aures aliæ claudēdę: et aliæ aperiendæ intelliguntur. Verū siquis hęc etiam secundum historiam velit dicta suscipere: potest dicere: quia ī eo: ꝙ vidit Balaā: ꝙ bonum est in conspectu domini benedicere Israel: ostendūtur reuelati oculi eius: & factus esset homo vere videns. Vera enim vidit quę futura erāt de Israel: vel Iacob. Audisse quoq; eum verba fortis dicit ī eo: cum venit ad eum deus: & dixit ei in somnis: Verbum quod dedero ī ore tuo: hoc obserua: vt loquaris. & hoc erit visum dei: qđ vidit in somnis: & per hæc reuelatos esse oculos eius asserit: quia potuit videre quæ vidit. Hæc quidem de iis: quæ in præfatione sua Balaam ī semetipsum visus est
H prophetare. Nunc iam videamus quæ sunt: quæ in consequētibus dicit: Q₃ bonę (inquit) domus tuæ Iacob: tabernacula tua Israel: Vt nemora vmbrantia: vt paradisi super flumina et sicut tabernacula: quæ fixit dominus: sicut cedri iuxta aquas. Bonas quas dicit domus Iacob: non puto ꝙ domicilia eorum collaudet terrena: neq; enim tale aliquid fuisse apud eos: præter gentes cæteras memoratur. Sed videamus ne forte: quoniam populus per tribus erat diuisus: & vnaquæq; tribus per plebes: & iterum plebes per cognationes: & cognationes per domos familiarum: & rursum domos familiarum per numerum nominum: et per capita numerabātur: hoc est: omnis qui erat a viginti annis & supra: masculus q procedere poterat ad bellum: Has dom⁹ Balaam in spiritu contuens magnificet: & extollat. Sed non in his: solius literę contuenda sententia est. Quoniam quidem quæ loquitur Balaam: adsumpta parabola sua loquitur. In parabolis ergo & nos quod dicitur audiamus. Si enim consyderes diuisiones illas: & ordines populorum: qui in resurrectione habebuntur in populo veri Israel: quando vnusquisq; resurget in suo ordine: si potes intueri tribus illas: & plebes: & cognationes: in quibus non tam carnis: & sanguinis est cognatio: q̄ mentis: & animi: tunc intelliges q̄ bonæ sunt domus Iacob: & q̄ bona tabernacula Israel. Q₃ si & differentias domorum: & tabernaculorum requiras: & Iacob: atq; Israel diuersitatem: etiam de hoc talis quædam habenda distinctio est. Domus res est fundata: ac stabilis: et certis terminis septa. Tabernacula vero sunt habitacula quædam eorum: qui semper in via sunt: & semper ambulant: nec itineris sui terminum repererunt. Igitur Iacob habendus est in eorum personis: qui in actibus: & opere perfecti sunt. Israel vero illi intelligendi sunt: qui studium erga sapientiam ac scientiam gerunt. Quia ergo operum: gestorumq; exercitia certo fine clauduntur: neq; enim sine fine est operum perfectio: vbi adimpleuerit quis omnia quæ facere debuit: & ad finem perfectionis operum venerit: perfectio ipsa operum: bona domus eius esse dicetur. Eorum vero qui sapientiæ: & scientiæ operam dāt: quoniam finis nullus est: Quis enim terminus dei sapientiæ erit? vbi quanto amplius quis accesserit: tanto profundiora inueniet: & quanto magis scrutatus fuerit: tanto ea ineffabiliora: & incomprehensibiliora deprehendet. Incomprehensibilis enim: & inæstimabilis est Dei sapientia: idcirco eorum: qui iter sapientiæ dei incedunt: non domos laudat: non enim peruenerunt ad finem: sed tabernacula miratur: in quibus semper ambulant: & semper proficiunt: & quāto magis proficiunt: tāto eis proficiendi via augetur: & in immensum tenditur: & ideo istos ipsos profectus eorum per spiritum cōtuens: tabernacula ea nominat Israel. Et vere siquis scientię coe

pit aliquos profectus: & experimenti aliquid in talibus sumpsit: scit profecto quod vbi ad aliquam vētum fuerit theoriam: & agnitionem mysteriorum spiritalium: ibi anima quasi in quodam tabernaculo demoratur. Cum vero ex his: quæ reperit: alia rursus rimatur: & ad alios proficit intellectus: inde quasi eleuato tabernaculo tendit ad superiora: & ibi collocat animi sedem: sensuum stabilitate confixam. Et inde iterum ex ipsis alios inuenit spiritales sensus: quos priorum sine dubio sensuum consequentia patefecerit: & ita semper se ad priora extendens: tabernaculis quibusdam videtur incedere. Nunq̃ est enim quādo anima scientiæ igniculo succēsa ociari possit: & quiescere: sed semper a bonis ad meliora: & iterū ad superiora a melioribus prouocatur. Hoc ergo sapientiæ dei iter grate satis: & cum multo decore descripsit dicens. Vt nemora obumbrātia: & vt paradisi super flumina: & sicut tabernacula: quæ fixit dominus: sicut cedri iuxta aquas. Qui enim incedunt hac via: per nemora obumbrātia incedunt. Nemora enim sunt eis obumbrantia: omnis iustorū cœtus: & sanctorum prophetarū chorus. Sub vmbra enim sensuū: quos apud illos scriptos inueniūt: refrigerātur animę ipsorum: & in doctrinis eorum quasi incedētes per opaca nemorum delectantur: & sicut paradisi super flumina inueniūtur. Isti enim paradisi super flumina similes: & cognati sunt illi paradiso: in quo lignum vitæ est. Flumina vero possumus vel scripturas euangelicas: atque apostolicas accipere: vel etiam angelorum: vel cœlestium virtutū erga huiusmodi animas adiutoria. rigantur enim ab illis: & inundantur: atque ad omnē scientiam: & agnitionem rerum cœlestium nutriuntur. Quis & Saluator noster fluuius sit qui lætificat ciuitatem dei: & spiritus sanctus non solum ipse fluuius sit: sed & iis: quibus datus fuerit: flumina de ventre eorū procedant: & deus pater dicat: me dereliquerunt fontē aquæ viuæ: ex quo scilicet fonte flumina ista procedunt. His igitur inundata fluminibus tabernacula israel: fiunt tabernacula sicut sunt illa: quę fixit dominus. Sed intentum fortassis mouere poterit auditorem: quod duas quasdam species tabernaculorum præsens sermo commemorat. Ait enim. Q̃ bonæ domus tuæ Iacob: tabernacula tua israel! Vt nemora vmbrantia: & vt paradisi super flumina. Et rursum tabernacula tabernaculis comparat: & dicit. Et sicut tabernacula: quę fixit dominus. Potest ergo & alia post illas: quas supra protulimus: recipi expositio: vt dicamus domus Iacob esse legem: & tabernacula israel prophetas. Nō enim ipsum Iacob: sed domus eius laudat. Nec ipsum israel: sed tabernacula eius. Et tūc ea laudat: cum reuelati sunt oculi eius. Q̃diu enim velamen positum est super lectionem legis: & prophetarum: non vidētur bona tabernacula: nec laudabiles domus. Vbi autē ablatum fuerit velamen: & intelligi cœperit lex: quia spiritalis est: & prophetæ: tunc bonæ et admirabiles domus Iacob: & tunc admiranda erunt tabernacula israel: cū amota litera: quę occidit: viuificātem ex eis percipere spiritum cœperis. Potest adhuc & alio modo intelligi: C vt populi credentis: & perfecti huius: qui ad Christum ex gentibus congregatus est: corpora simul laudari videantur & animæ: & Iacob quidem domus de corporibus dicatur: sicut & in libello quodā legitur: quia Iacob domus sit israel: hoc est corpus eius Iacob dicatur: & anima israel. Similiter ergo & perfectorum quorūque corpora laudabiles domus esse dicātur. Iacob est enim corpus laudabile: cum continentia: & castitate: nonnunq̃ autē etiam cum martyrio decoratur. Tabernacula vero ad animas perfectas referri possunt: quibus & nomen a videndo deum conuenit israelis. Ista autem tabernacula sunt (inquit) sicut nemora vmbrantia: & sicut paradisi sup flumina: et sicut tabernacula quæ fixit deus. Alia ergo tabernacula ostēdit esse quę fixit dominus: quibus sint similia tabernacula israel. Extra hunc mūdum me progredi conuenit: vt videam quæ sint tabernacula quæ fixit dominus. Illa nimirum sunt: quę ostendit Mosi: cum tabernaculum construeret in deserto: dicens ad eū: Vide (inquit) vt facias omnia secūdum typum: qui ostensus est tibi in mōte. Ad imitationem ergo istorum tabernaculorū quæ fixit dominus: israel iubetur facere tabernacula: & vnusquisque nostrum expedire: & fabricare tabernaculum suum. Vnde mihi videtur non fortuitu cōtigisse: vt Petrus quidem: & Andręas: & filii Zebedei: arte piscatores inuenirētur. Paulus vero arte faber tabernaculorum. Et quia illi vocati ab arte capiendorum piscium: mutantur: & fiunt piscatores hominum: dicente domino: Venite post me & faciam vos piscatores hominum: non dubium quin & Paulus: quia & ipse per dominū nostrum Iesum Christū vocatus apostolus est: simili artis suę trāsformatione mutatus sit: vt sicut illi ex piscatoribus piscium: piscatores hominū facti sunt: ita & iste a faciendis tabernaculis terrenis: ad cœlestia tabernacula cōstruenda tralatus sit. Construit enim cœlestia tabernacula docens

vnũquemq; viam salutis: & beatarum in cœ
D lestibus mansionum iter ostendens. Facit tabernacula Paulus: & cum ab Hierusalem in circuitu vsq; ad Illyricum replet euãgelium: dei ecclesias construendo: & hoc modo facit et ipse tabernacula ad similitudinem tabernaculorum cœlestium: quæ ostẽdit deus in mõ
E te Moysi. Sed & vnusquisq; nostrum: siquis tamen exiuit de Aegypto: & habitat in deserto: in tabernaculo debet habitare: & diem festum in tabernaculis agere. Sicut enim commemoratio fit egressionis ex Aegypto per pascha: & azima: ita & cõmorationis in deserto fit memoria per tabernacula. In tabernaculis enim habitauerunt patres nostri in deserto. Vnde autẽ fieri oportet ista tabernacula: nisi ex verbis legis & prophetarum: ex sermonibus psalmorum: & omnium quę continentur in lege! Cum enim ex iis: quę scripta sunt: proficit anima: & semper quidem ea: quæ retro sunt: obliuiscens: ad ea: quę in ante sunt: se extendit: & de loco inferiore progrediens crescit: ac proficit ad superiora: ex augmento virtutum: & ex ipsa immutatiõe profectuum: in tabernaculis merito dicetũ habitare. Vide autem si non sunt tabernacula: quæ fixit Deus: etiam illa: quæ Saluator cõmemorat in euangelio dicens. Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis: vt cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula. Fixa autem dicuntur a deo: quasi quæ non circũferantur omni ven
F to doctrinæ. Sunt autem & adhuc tabernacula ista: & sicut cedri iuxta aquas. Cedros hic non illas dicit: in quibus culpabilis notatur elatio: sed Cedros dei: quæ suscipiunt vitis illius: quæ ex Aegypto tralata est: palmites: et in quibus requiescit fructus ille: cuius vmbra operuit montes. Si intellexisti quantam requiem habeat iter sapientiæ: quantum gratiæ: quantumq; dulcedinis: noli dissimulare: noli negligere: sed aggredere hoc iter: nec eremi solitudinem perhorrescas. Habitãti enim tibi in huiusmodi tabernaculis: occurret mãna cœleste: & angelorum panem mãducabis. Incipe tãtum: nec te perterreat (vt diximus) solitudo deserti. Cito in consortium tuum etiam angeli venient: quos sub specie cedrorum arbitror indicatos. Sed nunc videamus quid etiam de Christo prophetet. Ipse est enĩ:
G de quo dicit. Exibit homo de semine eius: & dominabitur gentibus multis: & exaltabitur gog regnum eius: & crescet regnum eius. Deus deduxit eum ex Aegypto sicut gloria vnicornis. Christus ergo est: qui exiit de semine israel secundum carnem: qui quomodo gẽtibus dominetur: expositione nõ indiget: maxime qui legat dictum ei a patre. Pete a me: et dabo tibi gentes hæreditatem tuam: & possessionem tuam terminos terræ. Quid est autẽ quod ait: exaltabitur Gog regnum eius! Gog super tecta interpretatur. Et in loco isto non pro gentis alicuius nomine (vt putatur) positum est: sed vt in aliis nonnullis ipse sermo hebręus non interpretatus relictus est: & ob hoc quasi de gente aliqua dictum videtur. Est ergo sermonis consequentia talis. Et exaltabitur super tecta regnum eius: & crescet regnũ eius. Exaltari autem super tecta de perfectione credentium dicitur. Crescere autẽ ad mul
titudines refertur. In iis ergo qui perfecti sunt H
super tecta exaltatur regnũ Christi: id est super eos etiam: qui in supernis sunt: & in superioribus habitant. Sunt enim fortassis aliqui etiam in cœlestibus: a quibus plus proficiant et altius exaltentũ ii: qui in regno Christi sunt Et ideo etiam (credo) ipse Saluator dicebat: Qui in tecto est: nõ descendat tollere aliquid de domo: monens vt ii: qui ad excelsam perfectionem venerunt: non iterum ad mundi huius: qui nunc domus appellatur: humilia et abiecta descẽdãt. Sed & illud quod ait: Q̃d audistis in aures: prędicate super tecta: ad hoc nihilominus respicit. Sic ergo exaltatur super gog regnum eius: & crescit regnum eius.
Crescit enim dum multiplicantur ecclesiæ: I
et fidelium numerus augetur: & in tantum crescit regnũ Christi: vsquequo ponat pater omnes inimicos eius sub pedibus eius. Sed et nouissimum inimicum destruat mortẽ. Post hęc scriptum est adhuc de Christo: Quia deus deduxit eum ex Aegypto, quod in eo completum videtur: vbi post mortem Herodis reuocatur de Aegypto. & designat euangelium dicẽs. Ex Aegypto vocaui filium meum. Qui sermo quibusdam ex hoc loco assumptus videtur: & euangeliis insertus: aliis autem de Osee propheta. Potest autem & secundum allegoriam intelligi. Quia posteaq̃ venit ad Aegyptum mundi huius: eduxit eum pater: et assumpsit ad semetipsum: vt viam faceret iis: qui de Aegypto mundi huius ascensuri erant ad deum. Et gloria vnicornis eius. Omnia enim dæmonũ regna deiiciens Christus: vnum suum regnum: tanq̃ veri vnicornis: fundauit ĩ gloria. Cornu enim pro regno sæpe docuimus nominari. Edet (inquit: de eodem adhuc dicens) gentes inimicorum suorum: & crassitudines eorũ emedullabit. Gen K
tes ait: quas inimici sui possidebant: ipse edet: destructa virtute inimici. Et crassitudines eo

um medullabit:cum oēm de eis sensum crass
um:& carnalē extenuat:& cōuertit ad intel
igentiam spiritalem. Q autē crassitudo cul
abiliter ī scripturis habeatur:indicio erit il
ud:quod scriptū est. Incrassatū est cor popu
i huius. Et alibi. Satiatus est:& incrassat⁹ est
t recalcitrauit dilectus. Edet ergo gentes:et
ibum habebit eos: qui credunt in eū: sicut et
pse dicit in euāgelio. Meus cibus est:vt faciā
oluntatem eius:qui me misit. Cuius vtiq; vo
untas hæc erat: vt gentes cōuerterētur ad fi
em. Q si(vt superi⁹ docuimus)crassitudo
ulpabilis habet:e cōtrario subtilitas laudabi
s habēda est:quia & spiritus sapientię:qui in
elligibilis:& sanctus:& multiplex dicitur:si
niliter & subtilis esse phibetur:& iaculis suis
agittabit inimicū. Iacula eius:verba ei⁹ sunt:
uibus vel diabolū vicit:vel omnes inimicos:
t contradicētes sibi etiā nunc superat:& con
ringit. Oīs enim qui peccat:inimicus eius est
lum peccat. Si autē audiat verba dei:& agno
cens peccata sua configatur ex eis: & cōpun
gatur:atq; ad pœnitentiā cōuertatur:verita
is sermone terebratus: etiā ipse dicetur iacu
is eius esse confixus. Sed post hæc etiā de ipsa
passionis dispensatione commemorat:& dicit
Recumbēs requieuit vt leo: & vt catulus leo
nis:quis excitabit eum? Requieuit vt leo:cum
n cruce positus: principat⁹: & potestates ex
uit:& triūphauit eas in ligno crucis. Vt catu
us autē leonis:cum resurgit a somno mortis.
Q autem leoni simul & catulo leonis compa
atur : potest adhuc & propter hoc intelligi:
vt ī iis:qui perfecti sunt:leo:in iis vero qui in
ipientes sunt & rudes:catulus leonis nomine
ur. Quod vero ait:quis suscitabit eum? idcir
o quia nunc a patre dicitur suscitatus: nunc
tiam ipse templū corporis sui post triduum
uscitare se dicit. & merito in hoc quasi pcon
antis designatur affectus. Qui benedicunt
ibi benedicti sunt:& qui maledicunt tibi ma
edicti sunt. Certum est q benedicentes Chri
to benedicti sunt:& in communione paternę
benedictionis assumpti. Qui autē maledicūt:
maledicti sunt. Si enim ad populū istum respi
cias:qui maledicit Christo:etiā lachrymabili
ter inuenitur esse maledictus. Quid eñ aliud
euenire posset iis qui maledicunt sapientiæ:
qui maledicunt veritati: qui maledicūt vitæ:
nisi vt ab iis omnib⁹ bonis extorres: & exules
iaceant? Hæc enim omnia Christus est. Et qui
maledicit Christo:tanq̄ iis omnib⁹ bonis ma
ledicens:perpetua maledictione damnat⁹ est.
Ego tamen puto q non ille solum maledicat
Christo:qui sermonē aduersum eum maledi
cum profert:sed & ille: qui sub nomine Chri
stiani male agit:& turpiter conuersatur:& in
honestis verbis:vel actibus suis facit nomen
eius blasphemari inter gentes:sicut e contra
rio non ille:qui sermonibus solis dominum be
nedicit: ipse benedicere putandus est: sed qui
actibus:& vita:& moribus suis facit ab omni
bus nomen domini benedici. & in istis magis
complebitur qd tertia pphetia Balaam desi
gnat : quia benedicentes Christo benedicun
tur:& maledicētes ei maledicti erūt. Propter
quod omnimode caueamus:ne propter actus
nostros Christi nomen blasphemetur: sed ma
gis id agamus:vt de benedictionib⁹ eius par
ticipes eē mereamur. Ipsi gloria:& benedictio
in sæcula sæculorum. Amen.

De quarta prophetia. Cap. XXIIII.
Homilia decimaoctaua.

Vartam nūc prophetiam
ex iis:quę Balaam in verbo D
dei locutus est: in manibus
assumimus:volentes etiam
de ipa:quę deus dederit ape
rire. Cui tamē prophetię si
milia:vt in superioribus in prefatione præmis
sa sunt. Ait enim. Et iratus est Balach aduer
sum Balaam:& plausum dedit manibus suis.
Et dixit Balach ad Balaam. Maledicere ini
micum meum vocaui te : & ecce benedicens
benedixisti tertio? Nunc ergo fuge in locum
tuum:dixi:honorabo te:& nunc fraudauit te
dominus honore. Ostendit in iis: quia & Ba
lach intellexerit non iam dæmonum ministe
rio decipi Balaam:sed dei virtute ad meliora
transferri:& ideo dicit:dominus fraudauit te
honore. Sed hæc quæ plana sunt transcurren
tes:ad sequentia veniamus. Et dixit Balaam
ad Balach. Nonne & nuntiis tuis: quos misi
sti ad me:locutus sum dicens: si mihi dederit
Balach plenam domum suam argento:& au
ro: non potero transgredi verbum domini:fa
cere illud bonum:aut malum apud meipsum?
Quæcunq; mihi dixerit Deus hæc dicam. et
nunc ecce redeo in locum meum. Sciens Ba
laam q non sibi per ministros solitos responsa
deferrētur:sed ab eo qui haberet omnium po
testatem: recte videtur protestatus nō se pos
se verbum dñi transgredi: & facere vllum pu
sillum:aut magnum apud semetipsum. Non
enim ille loquebatur ei:qui posset sacrificiis:
et munerib⁹ permutari:sed ille erat apud quē
non est transmutatio: nec cōmutationis vm
bra. Et ideo non potest sacerdos mercede mu

tari: vbi deus muneribus nō mouetur. Discessurus tamen Balaam incipit iterū prophetare: & dicit. Veni: consilium do tibi quid faciat populus hic populo tuo in nouissimis diebus. Et assumpta parabola sua ait. Sed priusq̄ ad explanationē eorum: quę prophetata sunt: veniamus: velim requirere quis iste sensus sit: vel quis ordo verborum: q̄ ait: Veni & consilium do tibi: & cōsilii quidē nihil dare videt̃ sed ait: quid facturus sit populus hic populo tuo in nouissimis diebus. Cū vtiq̄ conuenientius dictū videret̃ si diceret: veni ꝓpheto tibi quid facturus sit populus hic populo in nouissimis diebus: & esset vtiq̄ consequentia: vt videretur Balaam ꝓphetare de iis: quæ popul⁹ israel facturus esset populo Balach: vel cæteris gentibus: & q̄ in virtute faciet ita vt non relinquat ex vrbibus Moab vllum: qui saluus fiat. Sed & ꝓphetia nihilominus: quā de Christo coniungit in consequētibus: & dicit: Orietur stella ex Iacob: & exurget homo ex israel: et vastabit principes Moab: conueniēter posita videretur: si scriptū esset: veni: & ꝓpheto tibi. Nunc autē quid dicemus ad hoc: quod scriptum est: veni cōsilium tibi do quid faciet populus hic populo tuo? Requiram⁹ ergo quomodo intelligi debeat quod scriptū est: consilium tibi do. De quo sæpe apud memetipsum requirens: nullum potui exitum inuenire sententię: si hoc q̄d ait: consilium tibi do: cōmuni et vsitato more dictū putemus. Sed illud magis vidi esse cōueniens q̄d ait cōsilium tibi do vt ita dixisse intelligatur: cōsilium diuinū: q̄d in nouissimis diebus implendū est: mihi nunc reuelatū: aperio tibi: & manifesto: vt scias q̄d populus hic faciet populo tuo. Et hoc modo stare mihi visum est posse quod ait: consilium tibi do quid facturus est populus hic populo tuo: hoc est cōsilium dei enuntio tibi: & manifesto. Requirenti sane mihi sicubi forte in scripturis diuinis sub hoc sermone simile aliquid dictum posset occurrere: visum est etiam & illud similiter aduertendū: quod Apostol⁹ ait. Quis em̄ cognouit sensum domini: aut quis ei consiliarius fuit? Hic enim quis: nō pro nullo: sed pro raro: vel eximio habetur. Quomodo enim non cognouit sensum dei vnigenitus suus: qui dicit: nemo nouit patrem: nisi filius et cui voluerit filius reuelare? Quid est ergo aliud scire patrem: nisi scire: & cōsilium eius: et sensum? Sed & spiritus sanctus qui scrutatur etiam alta dei: quid ni sensum eius agnoscat? Agnoscit ergo & filius: & spiritus sanct⁹ sensum domini: & iis quibus voluerit filius reuelare. Q2 si agnoscit filius sensum dei: est ergo & consiliarius eius. Sed consiliarius nō ita accipiendus est: quasi ignoranti ei quid agat consilium det filius: aut spiritus sanct⁹: sed q̄ consilii: & voluntati eius particeps: & sciens sit filius: & spiritus sanctus. Simili ergo modo & Balaam: quia consilii: quod ei reuelauerat deus: participem faciebat & gnatum Balach ait: Veni consilium tibi do: tanq̄ qui vere videns sit: & vere audierit verba dei: sicut in cōsequentibus dicit. Dixit Balaam filius Beor: homo vere videns: & audiens sermones dei: sciens sciētiam excelsi: & visionem dei videns in somnis: reuelati oculi eius. De iis omnibus iam superius dixim⁹: quia & in prefatione tertiæ prophetiæ eadem scripta sunt. Hoc sane solum in præsenti videtur additum q̄ ait. Sciens scientiam excelsi. Hoc enim in superioribus nō est dictum de Balaam. q̄d quidē nec facile de quoq̄ omnium sanctorū prophetarū scriptum esse deprehendi. Vnde & valde miror quomodo hoc de Balaam scriptū est: cui nec hoc cōcessum est dicere: q̄d prophetis esse in vsu solet: hęc dicit domin⁹: sed ait: dixit Balaam: dixit homo vere videns. Tum deinde & quomodo dignum erit tantum istud intelligi de Balaam: vt sciat scientiam excelsi: Qui etiam Balach regem docuerit quomodo scandalum mitteret coram filiis israel: vt manducarēt immolata: & fornicarētur? Vix enim de sanctis prophetis: aut apostolis inueniet aliquis dictū: quia sciant sciētiam excelsi. Quis Paulus dixerit audisse se verba inenarrabilia: quę nō licet homini loqui: tamē nō est professus habere se sciētiā excelsi. Propter q̄d diligentius intendamus si forte dignum aliquid nobis deus super hoc sermone reuelare dignabitur. In libro qui apud nos quidem inter Salomonis volumina haberi solet: & Ecclesiasticus dici: apud græcos vero sapientia Iesu filii Sirach appellatur: scriptum est. Omnis sapientia a deo est. Q̄d fortasse possum⁹ ita intelligere: quasi a deo sit: & illa sapientia mundi huius: quę destruenda dicitur: & principū mundi huius: & siqua alia est: per quam falsa scientia cōmendatur: nisi in ipso libello in cōsequētibus diceretur. Nō est em̄ sapiētia: malitię disciplina. Per quod vtiq̄ docet: quia omnis disciplina: quæ falsi aliquid asserit: etiam si vehemens videatur: & verisimilis: & quæ subuerti difficile possit: tamen nequaq̄ huiusmodi scientia ad sapientiæ titulum debeat applicari. Quid ergo est quod ait: omnis sapientia a deo est? Illud mihi sensisse videtur: quia omnis peritia: quæ vel erga artem aliquam vsui humano necessaria habet̃: vel cuiuslibet

-ei scientia: sapientia dicatur a dño data. De-
niq; apud Iob scriptũ est. Quis dedit mulieri-
bus texendi sapientiam: & varietatis discipli-
nam? Sed & in Exodo: Locutus est (inquit) do-
minus ad Mosen dicens. Ecce vocaui nomina-
tim Beselehel filium Vri: filii Or: ex tribu Iu-
da: & repleui eum spiritu diuino: sapiẽtiæ: &
intellectus: & disciplinæ: vt in omni opere in-
telligat: & sit architectus ad operandũ argen-
tum: & aurum: & æs: & lapides repletionis: &
omnia opera fabrilia: & in ligno: vt operet se-
cundũ omnia opera: ad quę ego dedi eum. Sed
et Eliab filium Achisamach ex tribu Dan. &
dedi in cor omni prudenti intellectum: vt fa-
ciant omnia: quę constitui tibi. Considera er-
go ex iis oĩbus quomodo a dño est sapiẽtia fa-
brilis: siue in auro: siue in argento: siue in alia
quacũq; materia: vel etiam textrini sapientia
et vide quia iure dici de iis oĩbus potest: q; ho-
rum scientia ab excelso sit. Q; si fabrilis scien-
tia ab excelso esse declaratur: quomodo nõ et
geometrica: ex qua vtiq; hæc scientia: quam
scriptura architectonicam nominat: deriua-
tur? Deniq; & in Zacharia funiculus geome-
tricus dicitur: in quo dimetitur angulus Hie-
rusalem: & ideo non puto absurdum videri: si
etiam hæc scientia dicatur excelsi. Quid autẽ
dicemus de musica: cuius omnem peritiã ita
attigerat sapiẽtissimus Dauid: ac totius me-
lodiæ: & rhithmorũ collegerat disciplinas: vt
ex iis omnibus inueniret sonos: quibus posset
etiam perturbatũ regem: vexatumq; ab spiri-
tu maligno psallendo mitigare? Vnde non pu-
to aliquem recti sensus: q; in horum omnium
scientia neget: quia omnis sapientia a dño est.
Iam vero de medicinę sciẽtia nec dubitari pu-
to. Si enim est vlla sciẽtia a deo: quæ magis ab
eo erit: q̃ scientia sanitatis: in qua etiã hærba-
rum vires: & succorũ qualitates: ac differen-
tiæ dinoscuntur? Igitur ex iis oĩbus colligitur
q; etiam huius Balaam scientia pro qua accer-
situs est ex Mesopotamię montibus ab orien-
te: vt malediceret Iacob: habeat quidem ini-
tia: & originẽ ab excelso: & inde sit ei agnitio
qua didicerit vel naturas animalium: vel mo-
tus auium: vel differẽtias vocum. Sed ea quæ
ad scientiã bonorũ acceperit: contulisse se ad
vsum malorũ. Quod mihi simile videt: qua-
si si is qui medicinam didicerit: & hærbarum
vires: ac temperamenta cognouerit: medendi
sine dubio gratia a deo hominibus data: con-
uertere velit propositum: & omni scientiæ:
quę ad salutem corporum pręstita est: vtatur
ad malum: & pro medico venenarius fiat: pro
remediis morbos: pro sanitatib⁹ inferat mor-

tes. Vt autem amplius intelligam⁹ adhuc te- C
tius scientiæ sapientiam a deo originem tra-
here: ab hominibus autem mali propositi: vel
etiam a dæmonibus corruptelas quasdam sa-
pientiæ dei ammiscentibus declinari ad ma-
lum: relegam⁹ ea: quę in Daniele scripta sunt
de ipso Daniele: & trib⁹ amicis eius: quos Na
buchodonosor rex trib⁹ annis erudiẽdos tra-
didit: volens eos in sua id est patria: & Babylo
niorum sapientia scientissimos fieri. Ibi ergo
scriptum est: quia dedit eis domin⁹ scientiam
et intellectũ: & prudentiã in omni arte gram
matica: & Danieli dedit intellectum in omni
verbo: & visione: & somniis: & erant apud re-
gem: & in omni verbo: & prudentia: & disci-
plina in quibuscũq; quæsiuit ab eis rex: inue-
nit eos decuplo amplius q̃ erant sophistæ: et
philosophi: qui erant in omni regno eius. Et
hæc quidẽ in exemplarib⁹ septuaginta inter-
pretum habentur. In hebręorũ vero codicib⁹
aliquid etiã vehementius reperi: quibus q̃uis
non vtamur: tamen agnoscendi gratia dice-
mus etiã ibi quæ legimus. Dedit (inquit) de-
us intellectũ: & prudentiam in omni grãma-
tica sapientia: & Daniel intellexit in omni vi-
sione: & somniis. Et post pauca. Et steterunt
(inquit) in conspectu regis: & in omni verbo
sapientiæ: & disciplinæ: in quo quæsiuit ab eis
rex: inuenit in eis decuplo super omnes incan
tatores: & magos: qui erãt in omni regno ei⁹.
Ex iis ergo oĩbus potest intelligi quomodo &
Balaam dixerit de semetipso: qui scit scientiã
excelsi: scilicet vt intelligatur q; origo totius
scientiæ ab ipso acceperit exordiũ. Vitio autẽ
humanæ malitię abspirantibus: & subripien-
tibus etiam dęmonibus in perniciẽ versa sint
quæ pro vtilitate concessa sunt. Hęc de eo: qd
dixit sciens scientiam excelsi: a nobis pro viri
bus discussa sint. Post hæc ait: visionem dei vi-
dens in somnis: reuelati oculi eius. De iis suffi- D
cienter in tertia visione dissertum est: & eadẽ
repetere ociosum est. Videamus ergo quid est
quod in consequentibus dicit: Ostendam ei et
non modo. Beatificabo: & non appropinquat.
In aliis quidem exemplaribus legimus vide-
bo eũ: sed non modo. Quod si recipiatur: faci-
lius intelligi putabitur: vt Christum: de quo
in consequentibus dicit: Orietur stella ex Ia-
cob: & exurget homo de israel: videndum di-
cat esse: sed non modo. Hoc est: non eo tempo-
re quo ista loquebatur. In nouissimis eñ die-
bus: vbi venit plenitudo temporis: misit deus
filium suum. Sed si secundum hoc: quod nos
habemus in exemplaribus: legendum sit: hoc
est ostendam illi: & non modo: beatifico: &

non appropinquat: non ad hunc Balaam: per quem hæc dicunť: sed ad illos: quorũ personã haberi in hoc diximus: refertur. Illi em̃ doctores legis: & scribę ostendent Christũ in lege & prophetis ꝓphetatũ: sed nõ modo: hoc est nõ eo tẽpore: quo venit: sed cũ plenitudo gẽtium introierit: & cũ omnis israel saluari incipiet. Tunc eũ ostẽdent: & tũc beatificabũt: quẽ modo blasphemãt. Sed hoc tẽpus: in quo hæc futura sunt: non appropinquat: lõge enim est: & in ipso sæculi fine sperandũ. et ideo ait: ostẽdã illi: & nõ modo. Illi: hoc est populo: qui tũc saluabiť. Post hæc orieť (inqt) stella ex Iacob: &
E exsurget homo ex israel. De iis & in supiorib⁹ diximus: qa euidenter de stella: quæ magis in oriente apparuit: prophetetur: Qua duce venerũt ad Iudęã: requirẽtes eũ: qui nat⁹ est rex israel: & repertũ oblatis muneribus adorauerunt. Sed mouet me: ꝙ de ipa stella posteaq̃ dictum est in euangelio: quia pręcesserit magos vsq̃ in Bethleẽ: & veniens stetit supra: vbi puer erat: vltra non sit dictũ: quia vel discesserit inde: vel euanuerit: vel assumpta sit: aut aliqd omnino de hoc narratio euangelica designauerit: sed hoc tãtum dixerit: quia venit: & stetit supra: vbi erat puer. Ne forte ergo sicut tẽpore baptismi: cũ baptizatus Iesus ascẽdit de Iordane: aperti sunt ei cœli: & vidit Ioãnes spiritum dei descendẽtem quasi columbã: & manentẽ sup eũ: & audiuit vocem dicentẽ de cœlo: Hic est filius meus dilectus: in quo bene cõplacui: ita & stella hæc: q̃ venit supra vbi erat puer: & stetit: in Christo similiter permansit: sicut & spiritus sanctus in specie columbæ venisse dicitur: & mansisse in eo. & sicut venisse spiritum dei super eũ: & mansisse in eo: ita accipimus ꝙ nũq̃ ab eo recesserit spirit⁹ dei: ita et stella: quæ venit: & stetit super eũ: accipiendum puto ꝙ sic steterit super eum: vt nũq̃ inde mota sit. Et ideo deitatis eius indicium illã stellam fuisse opinor. Vnde & ordo prophetię hæc eadem consequẽter ostendit: cum de deitate quidem eius dicit: orietur stella ex Iacob. De humana vero natura: & exurget homo ex israel: vt in vtroq̃ & secũdum deitatem: & secundum humanitatem Christus prophetatus euidenter appareat. Et vastabit principes
F Moab. Moab quidem gens est: cuius principes non alios esse: q̃ spiritales nequitias: & principatus illos: aduersum quos nobis luctamẽ est: intelligimus. Hos ergo iste homo ex israel vastauit: cum exuit prĩcipatus: & potestates: affigens illos cruci suæ. Neq̃ enim poterat saluare Moabitas: & ad dei agnitionem perducere: nisi prĩcipes illos qui in eis dominationem impietatis tenuerant: deuastasset. Et prædabitur omnes filios Seth. Seth filius est Adam: de quo Eua dixit cum nat⁹ esset: suscitauit enim mihi deus semen aliud pro Abel quem occidit Cain. Iste est ergo Seth: ex quo omne humanum in hoc mundo ducitur genus. Nã de Cain qui nati fuerant diluuio perierunt. Filii ergo sunt Seth omnes homines: qui ĩ hoc mũdo sunt. Et cum dicitur: deprędabitur omnes filios Seth: prædam sic accipe: sicut in superioribus interpretati sumus: vbi scriptũ est: edet gentes inimicorum suorum: & vbi catulo leonis: & leoni comparatur. Et hic ergo in prędam accipit omnes filios Seth. Victis aduersariis dæmonibus eos: qui sub ipsorum dominatione tenebantur: Christus quasi prædam victoriæ suæ ducit: & spolia salutis reportat: sicut & in aliis de eo scriptum est. Quia ascendens in altum: captiuam duxit captiuitatem. Captiuitatem scilicet illam humani generis: quã diabolus ad perditionẽ ceperat: iste rursus captiuam duxit: & a morte reuocauit ad vitam. Vtinam ergo & me captiuum habeat semper Christus Iesus: & me ducat in prędam suam: & ego tenear eius vinculis alligatus: vt et ego dici merear vinctus Iesu Christi: sicut Paulus de semetipso gloriatur. Et erit Edom hęreditas ei⁹. Esau inimicus eius. Edom idem est: qui Esau. Hic secũdum historiam quidem inimicus est israel: sed in aduẽtu (inqt) Christi etiam ipse hæreditas eius erit: hoc est recipietur ad fidem: nec excludetur ab hæreditate Christi. Si vero spiritaliter aduertamus Edom: caro intelligitur: quæ aduersatur spiritui: & est inimica. In aduẽtu autem Christi cum subiecta fuerit caro spiritui per resurrectionis spem: etiam ipsa ad hæreditatẽ veniet. Nõ enim sola anima: sed & caro: quę aliquando fuerit inimica per obedientiã spiritus: consors futuræ hæreditatis existet. Et israel fecit in virtute: hoc est qđ dicit: quia tunc Edom: vel Esau: hoc est carnis natura in hæreditatis societatẽ vocabitur: cũ israel aĩa videlicet: facta fuerit in virtutẽ: & decẽter fuerit repleta virtutibus. Si enim anima nõ veniat ad virtutes: sed in ignauia perseueret: nec caro ad hæreditatẽ veniet: sed ad iudiciũ illi⁹: qui potest animã: & corp⁹ perdere in gehennã. Et exsurget ex Iacob: & perdet liberatũ de ciuitate. Ille (inquit) qui exsurgit vt stella ex Iacob perdet liberatum de ciuitate: non in hoc solum: sed in omni pene ꝓphetico stilo: quę dicuntur inuoluto satis: & obscuro sermone dicuntur. Non enim placuit sancto spiritui: qui de iis scribi voluit: vt palam hæc & pedibus (vt ita

icam) imperitorũ cõculcãda ponerẽtur. Sed a puidit: vt cum publice haberi videant: ser nonũ tamẽ obscuritate recõdita in arcanis: & n secretis obtecta seruent. Et nũc ergo qd ait erdet liberatũ de ciuitate: nisi ad cõsuetudi ẽ pphetică respicias: de qua dicit: oĩs pphe ia nõ potest ppria absolutione cõstare: valde difficilis videbit intellect⁹. Videam⁹ tamen si orte hoc modo poterit explanari. Ciuitatem ic mũdũ intelligam⁹: sicut & in euãgiliis di itur de luxurioso filio: qui dilapidauit substã iã patris. Quia accessit (inqt) ad quendã pri nariũ ciuitatis: in regiõe illa. A quo recept⁹: n agrũ mittit porcos pascere. Et hæc ergo ci itas: cuius ille primari⁹ erat: mũdus hic in telligit. Igitur de hac ciuitate liberatũ: hoc est uẽ liberat Christus de hoc mũdo: perdit eũ. Dicit eñ: Quia q perdet animã suã pter me: aluã faciet eã. Salutari ergo pditione pdit Ie us eum: quẽ de huius mũdi ciuitate liberaue it. Et nos itaq; si ad salutẽ venire volumus & le hoc mũdo liberari: pdere debemus animas nostras perditione vtili: & necessaria. Perdit eñ animã secũdũ Christũ: qui desyderia eius refrenat: qui cupiditates ei⁹ resecat: qui luxu iã ei⁹: resolutionẽq; castigat: & in nullo pror us facit voluntatẽ suã: sed voluntatẽ dei: & p hæc perire dicit aĩa. Periit nãq; vita ei⁹ prior: & incipit nouã vitã: quæ in Christo est: duce e. Simile autẽ huic dicto etiam illud est. Si cõ morimur: & cõuiuemus. Et illud. Si autẽ mor tui estis ab elemẽtis hui⁹ mundi: quomodo ve ut viuẽtes in hoc mũdo decernitis? Necessa rio ergo etiã ĩ iis declarat: quia perdit animã suã in hoc mũdo: qui cũ Christo morit: & qui hic eam perdiderit: inueniet eam ibi sine du bio: vbi dicit Apostolus: Quia vita vestra ab scõdita est cum Christo in deo: Cui gloria in æterna sæcula sæculorum. Amen.

De visione quinta Balaam. Cap. XXIIII.
Homilia decimanona.

Quinta hæc nobis: eademq; vltima Balaam visio discu titur: de qua similiter: vt in cęteris dominũ depcemur: quo ĩ fine nõ deserat: vt pos simus huius quoq; visionis sensum haud pcul a veritate captare. Est ergo initiũ eius in iis verbis. Et cũ videret (inquit) Balaam Amalech: assumẽs parabolã suã dixit. Initiũ gẽtiũ Amalech: & semẽ eorũ peri bit. Necessariũ mihi videt requirere ĩ scriptu ris diuinis qbus in locis: vel quo in tẽpore no men Amalech scriptum sit: quove ex generẽ gens ista descẽderit. Facilius eñ qd quæritur agnoscet: si ex plurib⁹ locis: q̃ de eadẽ re scri pta sunt: pferãtur. Igitur in Genesis lectione vbi quinq; reges cõuenerũt: vt expugnarent quatuor reges qui regnabãt in Sodomis: post aliquãta ita refert. Et regressi (inqt) venerũt ad fontẽ iudicii: hic est Cades: & interfecerũt oẽs prĩcipes Amalech & Amorreos: qui habi tabãt ĩ Sarathen. In his primo locis Amalech memini noĩatum. Sed reqratur fortassis vtrũ duæ gẽtes eiusdẽ noĩs habeant: quoniã quidẽ et in catalogo filiorũ Esau: & ducũ: qui ex eius genere descẽderãt: refertur Amalech. Ita eñ scriptum est. Istę sunt autẽ generationes Esau patris Edom: in mõte Seir: & hæc noĩa filiorũ Esau. Eliphas filius Ada vxoris Esau. Et Raguel filius Basemmath vxoris Esau. Fuerunt autẽ filii Eliphas Theman: Suphar: Gothon: Cenes. Thamnas aũt fuit cõcubina Eliphas filii Esau: & hæc peperit Amalech ipsi Eliphas et isti sunt filii Ada vxoris Esau. & post pau ca. Et ii sunt (inquit) duces ex filiis Esau. Filii Eliphas: qui fuit primogenit⁹ filii Esau. Dux C
Theman: dux Chomor: dux Suphar: dux Ce nes: dux Chore: dux Gothon: dux Amalech. Hic igitur Amalech: fili⁹ fuit Eliphas primo geniti Esau: natus ex concubina noĩe Thãna. Sed redeamus ad primã de Amalech comme morationem: vbi ii qui reuersi sunt: & venerunt ad fontem iudicii: qui vocatur Cades: in terficiũt oẽs principes Amalech. Cades enim interptatur sanctificatio: vel sanctũ. Amalech vero interptatur ablingens populũ: vel decli nans populũ. Igitur ii qui reuertũtur ad san ctum: & conuertunt se ad sanctificationẽ: in terficiunt: & perimunt Amalech illũ scilicet: qui ablingit populum: vel declinat populum. Quis autẽ alius est: qui declinat populũ a deo nisi virtus cõtraria: & nequitię spiritales? Ho rũ ergo prĩcipes qui sunt? Illi sine dubio prin cipat⁹: aduersum quos sanctis est colluctatio. Aduersum prĩcipat⁹ eñ & potestates: & mũ di huius rectores sunt eis agones. Quos tamẽ superare nõ poterũt: nisi cõuertantur ad san ctimoniam. In ipsa tamen sanctimonia: quę est Cades: fons est iudicii. Omnis enim: qui se ad sanctimoniã cõuertit: habet semper ante ocu los suos fontem iudicii. Prospicit enim iudicii diem: & purificato corde tam malorũ pœnas q̃ piorum beatitudines contuetur: & hæc faciens omnes Amalechitarum principes pro sternit: & deiicit. Siquis autẽ non se conuerte rit ad Cades: & id est ad sanctimoniã: fontẽq; iudicii: neq; futurum iudicii cogitat diem: isti

subiecti sunt principib⁹ Amalech. Hũc enim populũ ablingit & consumit: & talem populũ declinat a deo. Hæc ad illũ primũ referantur
D Amalech. Nũc autẽ videam⁹ & istũ Amalech filium Eliphas primogeniti Esau: quẽ peperit ei Thamnas cõcubina sua: cuius pater est Eliphas: qui interpretatur deus me disperfit. Mater autẽ Thamnas: quę & ipsa primo quidẽ est degener: deĩde interpretaṫ defectio cõmota: vt necessario vtiq; qui ab his talib⁹ gignitur hostis est Israel ablingens: vel declinans populum. Primus enim ipse Hebræos egressos ex ægypto bello aggressus est in Raphidin. Tũc cũ Moses ait ad Iesum. Elige tibi viros: & exi: & confligé cum Amalech crastino: & ecce ego sto in vertice collis: & virga dei in manu mea erit. Et fecit Iesus sicut dixit ei Moses: & cõflixit cum Amalech: Moses autem: & Aaron: et Vr ascenderunt in verticem collis: & factum est: vt cum leuaret manus moses: inualesceret israel: cum autem deponeret manus suas: inualescebat Amalech.
E Et post pauca iterũ scriptum est: quia fugauerit Iesus Amalech: & populum eius gladio deiecerit. tunc enim dominus dixit ad Mosen. Conscribe hęc ad memoriam in libro: & da in auribus Iesu: Quia delens delebo memoriam Amalech de sub cœlo. Et ædificauit Moses altare: & nominauit nomẽ eius: Dñs refugium meum: & ait: Quia in manu occulta domin⁹ expugnat Amalech: a generatione in generationẽ. Intellige ex hoc euidẽtius quid debeat intelligi Amalech: quẽ manu occulta: id est inuisibili: expugnare dicitur deus a generatione in generationem. Sed in Deuteronomio ita scriptum est. Memento quanta tibi fecerit Amalech in via cum exisses de Aegypto: quomodo obstitit tibi in via: & excidit caudam tuã: omnes qui laborabant post te. Tu autẽ esuriebas: & laborabas: & non
F timuisti deum. Obserua ergo & in iis quomodo Amalech obstitit israel in via: sed tamẽ nõ potuit caput eius abscĩdere: nisi caudam tantum: id est eos potuit obtinere: qui retro positi erant: qui vltimi sequebantur: nec ea quę retro erant: obliuiscentes extendebant se ad ea: quæ in ante sunt. Et ideo puto quia dominus præcipiebat in euangeliis dicens: Nemo mittens manum suam super aratrum & retro respiciẽs: aptus est regno dei. & merito. Si enim retro quis inuentus fuerit in cauda: abscindet eum Amalech. Sed & aliam adhuc de Amalech historiam proferamus: vt ex plurib⁹ scripturæ locis clarius: quod quęrimus: aduertatur. In primo regnorum libro ait Samuel ad Saul. Misit me dominus vngere te regem super populum suum israel: & nũc audi vocem verborũ domini. Hæc dicit dñs virtutũ. Recogitaui omnia: quæ fecit Amalech aduersum israel: quomodo percussit eum in via cũ ascenderet ex Aegypto. Nunc ergo vade: & percute Amalech: & anathematiza oĩa quæcunq; habet: & non parcas: sed interfice oẽs: a viro vsq; ad mulierẽ: & paruulos: & lactentes: & tauros: & greges ouiũ: & camelos: & asinos. et pręcepit Saul populo: & inspexit eos in Galaad ducenta milia peditũ: & tria milia virorum ex Iuda: & venit Saul ad ciuitatem Amalech: & insidias posuit in valle: & ait Saul ad Cineum: Vade tu: & discede de medio Amalech: ne forte & tu deiiciaris cũ ipso. Tu enim fecisti misericordiã cũ oĩbus filiis israel: cum ascenderẽt de terra ægypti. Et discessit Cineus de medio Amalech: & percussit Saul Amalech ab Euila vsq; Sur: quæ est cõtra faciẽ Aegypti: & cepit Agag regem Amalech viuum et omnẽ populũ eius anathematizauit in ore gladii: & pepercit Saul: & populus regi Agag et seruauit omne quod bonum erat ex ouib⁹: et bobus: sed & quæ fœcũda erãt ex oĩbus pecoribus bonis: & noluerunt ea exterminare: sed omne quod fuit cõtemptibile & despectũ: hoc anathematizauerunt. Et factus est sermo domini ad Samuelẽ dicens. Pœnitet me: quia vnxerim Saul ĩ regẽ. Et hic ergo obserua quomodo deus per prophetã regi Saul præcipit: vt expugnet Amalech: & non parcat cuiq̃ ex eis: & quoniam pepercit regi Amalech Agag offensam incurrit inexpiabilẽ: ita vt eousq; pmoueret deum: vt contra q̃ recipit illa natura diceret: pœnitet me q; vnxi Saul in regem. Non ergo expedit nobis parcere illi: qui declinat populum: vel ablingit: & deuorat: illi scilicet inuisibili Amalech: qui volentibus ascendere de ægypto: & de mũdi huius euadere tenebris: atq; ad terram repromissionis ascẽdere: resistit in via: & impugnat nos: & si inuenerit nos lassos: ac defectos: & retro respiciẽtes: atq; in vltimis: & in cauda positos: abscindit nos & perimit. Et ideo tendẽdum semp in ante est: & ad priora festinandũ: immo & in verticem montis ascendendũ: & semper leuandæ sunt in orationibus ad cœlũ manus: vt ita demum vincatur Amalech: & cadat. Vis autẽ
scire quoniã non transitur ad terram sanctã: neq; peruenitur ad regnũ: nisi prius vincatur Amalech? Dauid cum multa bella gessisset: et contra Allophylos fuissent ei acerrimi: frequentesq; conflictus: non tamẽ scribitur obtinuisse regnũ: nisi prius edomuisset Amalech: Ait enim scriptura: & regressus est Dauid po

stea q̃ cecidit Amalech: & suscepit regnum Saul: cũ tamẽ ipse Amalech describat multas prius strages fecisse in populo israel: & vrbes eorum incendisse q̃plurimas. Vere enim ãte aduentũ veri Dauid: illius qui natus est ex se mine Dauid secundũ carnem: multas strages spiritales Amalechitę: quę sunt contrarię vir tutes fecerunt in populo israel. Sed & ipsius Dauid captiuarũt (inqt) duas vxores. Iudęũ puto primum: & secundũ gẽtilẽ populũ dici: & iudæos eñ & gentiles oẽs constat sub pec cato fuisse conclusos: sed non in his rerum exi tus mansit. Adueniens eñ Dauid audi quid faciat. Et inuenit (inqt) Dauid dispsos Ama lechitas manducãtes: & bibentes: & exultan tes pro præda: quã abstulerant. Et cecidit (in quit) eos a prima nocte vsq; vesperam ĩ casti num. Et post hanc cædem Amalechitarũ: re gressus suscepit regnũ. Hunc ergo Amalech videns Balaam filius Beor: homo vere vidẽs & audiens verba dei: qui scit scientiã excelsi: & visiones dei videt: accepta parabola sua (si cut & in prioribus visionibus scriptũ est) ait Initium gentium Amalech: & semen eorũ pi bit. Quod ait initium gentiũ Amalech: certũ est: quia nullo pacto ad illum: qui tunc erat in carne Amalech referri possit. Neq; eñ prim⁹ erat antiquitatis origine: sed ad inuisibilem Amalech melius refertur: qa declinãdo popu los a deo. & faciendo gentiles ex dei cultori bus: Amalech nominatur. Et ideo recte ĩitiũ gentium dicitur: quasi talis quędam virt⁹ cõ traria: quę prima initiũ dederit: vt hoĩes gen tiles fierent: mutando gloriam ĩcorruptibilis dei in similitudinẽ imaginis corruptibilis ho minis: & volucrum: & pecudũ: & serpẽtiũ: & seruiendo creaturæ: potius q̃ creatori. Sicut enim in populo dei scriptum est initiũ Chri stus: sic e contrario in populo qui declinat a deo: & gẽtilis efficitur initium est Amalech: & semen eorum peribit. Semẽ eorum est psua sio/& doctrina: qua docuerunt homines decli nare a deo. Istud ergo semen malũ: & doctrina pessima: nõ ipsi in quib⁹ seminatũ est pibunt Ipsi enim cũ cõuersi ingemuerint: salui erũt. Et vide si nõ talis expositio etiã illis cõueniẽ ter obsistet: qui deũ legis velut duritię: & cru delitatis accusant: qui non solum gentẽ Ama lech: sed & semen eius pronunciet periturum cum gens quidẽ ad spiritales nequitias refe ratur. Semẽ vero eius doctrina superstitionũ gẽtiliũ: & cultus idolorum: atq; omnis secta: quæ a deo populũ declinare suadet: expona tur. Cõmemorat autẽ ꝓphetia post Amalech Cineum dicens. Et videns Cineũ: assumẽs pa rabolam suam dixit. Valida habitatio tua. Et si posueris in petra nidũ tuũ: & si fuerit tibi Beor nidus astutię. Assyrii captiuũ te ducẽt. Videtur mihi ꝙ Cineũ nõ valde culpabiliter nominet. Ipse est enim cui & ĩ supiorib⁹ dice bat Saul. Discede de medio Amalech: & non percutiam te. Quia tu fecisti misericordiã in israel: cũ ascẽderet de Aegypto. De hoc ergo & nunc dicitur: qa valida sit habitatio eius: si ponat nidũ suũ ĩ petra. Petra Christus est. Si ergo ponat nidum suũ in petra: valida est habitatio eius: si tamen non fiat ei Beor nid⁹ astutiæ. Beor: pater est Balaã: qui potest acci pi in persona hæreticorum: vt hoc dici videa tur: ꝙ saluus possit esse Cineus: si ponat in pe tra nidum suum: hoc est si in Christo collocet spem suã: & nõ eum hęreticorũ circundet: & circũscribat astutia. Nã si hoc fuerit: nihil ei proderit ꝙ in petra: qui est Christus: colloca tus videtur. Ab Assyriis eñ captiuus duce tur: malignis scilicet virtutib⁹: quę eos capti uos ducunt: & in potestatem accipiunt: quos hęretic⁹ error ĩuoluerit. Videtur sane secun dum hanc expositionem: quã de Cineo edidi mus: & coniunctio interturbare sensum. Sed sciendum est ꝙ vernaculũ est hebręæ lĩguę: & cõiunctione frequẽter vti: Ita vt interdũ abũ det: & in non necessariis: vt in nostra apparet lingua: videatur inserta: qđ vtiq; cũ venia ac cipiendum est. Habet eñ vnaquęq; lingua ali quid ꝓprietatis: qđ apđ alias linguas vitio sum videatur. Et hic ergo: & coniunctio quasi abundans habenda est: & superflua. Caueat er go Cineus: qui interpretatur possidẽs: caueat inq̃ etiam si possideat: & ꝓmereatur istã gra tiam & in ecclesia Christi sit: ne forte astutia Beor circũueniat eum: & declinet ad dogma ta praua: & peruersa: & ob hoc tradatur Assy riis. Qui enim blasphemant in ecclesia positi: traduntur Sathanæ: sicut Phygelus: & Her mogenes: de qbus Paulus dicit. Quos tradi di (inquit) Sathanæ: vt discãt nõ blasphema re. Propterea ergo Assyriis traditur: qui de clinauerit in hęreticam blasphemiã. Quia As syrii interpretanẽ dirigẽtes: & ob hoc tradun tur eis qui tradũtur. nõ vt pereant: neq; vt pe nitus intereant: sed vt dirigant: & corrigan tur. Et sicut ipse Paulus dicit: & discant non blasphemare. Post hæc vero Balaam: prophe tiæ suæ sermonẽ in iis concludit dicens. Et as sumpta parabola sua dixit. O quis viuet: cum fecerit hęc deus! Et exibũt de manu Cithiorũ & affligent Assur: & affligent Hebręos: & ipsi pariter peribunt: Q; per singula per parabo lam loqui dicitur Balaam: legenti incutit pu

dorem: ne quid in iis: quæ dicuntur: nõ quasi in parabola: sed secũdum literam dictũ putet Ait ergo. O quis viuet cum fecerit hæc deus? Hic vitam nõ hanc cõmunẽ: sed illã nominat quæ secundum deum est. Et hoc est: qđ dicit. Quia cum hæc oĩa fient: cum orietur astrũ ex Iacob: et surrexerit homo ex israel: et deleuerit Amalech: et semẽ eius pdiderit: hoc est cũ aduenerit Christus: et idolorum cultum destruxerit: atq; oĩm dæmonum subiecerit potestatem: quis erit ille tam beatus: tam fœlix: q hæc videat? hoc est qui sentiat: et intelligat: et credat q hæc ita fecerit deus? Et exibunt de manibus Cithiorum: et affligent Assyrios. Cithii interpretantur plaga finis. Hi ergo qui conuertuntur ad deum: et a Christo eruditi plagam: quę in fine sęculi impiis veniet: ef fugiunt: ipsi affligent Assyrios: hoc est hi: quibus in agone pietatis positi sunt: conteret Sathanam deus sub pedibus. Ipsi affligent Assyrios: et dęmonum scilicet gentem. Calcabunt namq; super serpẽtes: et scorpiones: et sup omnem virtutem inimici: et affligent eos: affligẽt hebræos: et ipsi pariter peribunt. Hebræi trãseuntes interpretantur. Iste ergo ipse populus etiam Hebræus dicitur: quia transiit de ægypto ad terram repromissionis: de tenebris ad lucem: de morte ad vitam. Sed quoniam (vt diximus) hæc non sine agone: nec sine magno certamine poterit obtinere: quasi in agone positus nunc affligit: nunc affligitur: et nunc cędit aduersarium: nunc ipse ab aduersario verberatur. Affligent ergo etiam ipsi Assyrii Hebræos: hoc est populum dñi: sicut affligũt ab eis: Sed ipsi: idest Assyrii: cum hæc fecerint: et cũ vires suas omnes erga hebręos affligendos effuderint: statim etiam ipsi peribũt. Qđ ergo ait: et affligent hebręos: et ipsi pariter peribũt non ita accipiẽdum est: quasi pariter cum hebręis peribunt et Assyrii: sed pariter: id est statim vt hæc fecerint: et hebræos afflixerint: etiam ipsi peribunt. Pariter ego græcus sermo p statim ponit. Hic ergo erit finis omnium vt et Assur: cui tradebantur hi qui derelinquebant ex populo dei: vel in interitum carnis: vt spiritus saluus fieret: vel vt discerent nõ blasphemare: peribit etiã ipse ab eo: qui potestatẽ habet perdere in gehennã. Dicetur enim eis a iusto iudice: Ite in ignem æternum: quem parauit de⁹ diabolo: et angelis eius. Ibi ergo peribit Assur: et quidem periit aliquando et vna ouis ex centum ouibus. Sed hanc ouem pastor bonus relictis nonaginta nouem in montibus descendẽs ad vallem hanc nostram: vallem lachrymarum: et requirens inuenit: atq; impositam humeris suis reportauit: et illi numero qui in superioribus saluus manebat: adiunxit Iste autem Assur qui in fine omniũ dicit' peritur⁹: nescio si aliquando aut quæri possit aut ĩueniri: periit enim nõ errore: sed iudicio: nec lapsu motus. sed pseuerãtia pduratus: Quod enim scriptũ est: ego occidã: et ego viuere faciam deducam ĩ ĩfernũ et reducã: nescio si generaliter omnes aspiciat: an ad eos tantũ quos deceptio diaboli deduci fecit in mortem. Hæc etiam de vltima Balaam prophetia a nobis p viribus dicta sint: quę pro locorum difficultate explanandi magis: q̃ perorãdi stilo placuit explicari. Quid enim interest dummodo oĩa ad ædificationem dicantur: et omnia ad gloriam dei fiant? Qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

De eo qui fornicat⁹ est in Madianitide: et q cõsecrat⁹ est ppl's Beelphegor. Cap. XXV.

Homilia vigesima.

Lectio hodie recitata est: primã quidẽ historiã continẽs de fornicatione viri Israelitę et mulieris Madianitidis Secundam vero de visione populi: in qua numerari iterũ iubetur ex præcepto domini. In irritũ scilicet deuocato priore numero: propter peccata quæ cõmiserãt ii: qui prius fuerant sub numeri definitione censiti. cassatur ergo: et in irritum deducitur ex pctĩs numerus: qui script⁹ est: et tantum valent delicta: vt nec hoc prosit q in numero quis habitus sit apđ deum cum declinauerit. Sed (vt scriptura refert) etiã artus eorum: qui recesserũt a deo ceciderũt ĩ deserto. Duę ergo sunt historię: quę recitatę sũt sed nos de prima interim: quæ fornicationem populi describit: siqd orantib⁹ vobis dñs gratiæ dignabitur præstare: dicemus. Si vero ipe concesserit: aliqd etiam de secũda contingere audebim⁹. Et applicuit (inqt) israel ad Sethĩ: et pollutus est populus: et fornicatus est in filias Moab: et inuitauerũt eos ad sacrificia idolorum suorum: & manducauit populus de sacrificiis eorum et adorauerunt idola eorũ: et consecratus est Beelphegor: et iratus est furore dñs contra israel. In his ẽostditur illud: qđ sæpe memorauimus: qa Balaam postea q̃ dei virtute cõstrictus nõ est permissus maledicere israel: Volens tamen placere regi Balach ait ad eum sicut scriptum est. Veni cõsilium do tibi. Et qd cõsilii dederit: ibi nõ apparuit.

In posterioribus tamen ipsius libri Numerorum scriptum refert. Sed plenius in reuelatione Ioannis: vbi ita continetur. Habes (inqt) ibi doctrinā Balaā: qui docuit Balach: vt mitteret scādalum ī cōspectu filiorū israel: vt mãducarent idolis immolata: & fornicarent. Ex hoc ergo apparet ꝙ nequitia visus sit Balaā: & consilium dederit regi: talia quędam dicēs ad eū. Populus hic nō propriis virib⁹: sed deum colendo vincit: & pudicitiam cōseruãdo Si vis eū vincere: primo eorum pudicitiã deiice: & sponte vincent. Sed aduersum hæc non virtute militū: sed mulierū decore pugnãdū est: nec armatorū vigore: sed mollitie fœminarum. Procul hic procul amoue armatorū manum: & electam cōgrega speciem puellarū: ludentes pedibus eant: manibusꝗ plaudentes: forma vicit armatos: ferrum pulchritudo captiuat: vincentur specie qui non vincunt prę lio. Verum vbi senserint eos mulieres Moabitæ: vel Madianitæ manus dedisse libidini: & peccato inclinasse ceruices: non prius semetipsas cupientibus præbeant: q̃ de sacrificiis idolorum acquieuerint degustare: vt cogente libidine: cōsiliis obtemperent fœminarū: & cōsecrentur prius Beelphegor: quod est idolum turpitudinis. Hæc fuerūt cōsilia Balaam: quibus acceptis: rex Balach parat continuo exercitum nō armis virilibus: sed fœmineo nitore compositū: non furore bellico: sed libidinis flãma succensum. Nullam refrænat pudor: nullã prohibet verecūdia. Amor patriæ: & vitium gentis conspirant pariter in lasciuiã: & ad decipiēdū proba exiltit īprobitas. Pro nefas: vix ꝓhibet libido legum minis: vix gladii terrore reprimitur. Quid sceleris nō perpetret: vbi facinore suo placiturã se mulier regi credidit: & salutem patriæ quæsituram? Captiuantur ergo israelitę: non ferro: sed luxu: nec virtute: sed libidine: & fornicantur in mulieres Madianitas: & ira dei insurgit super eos. Sunt qdē in iis & mystica quędã: atꝗ interioris intelligētię secreta. Sed nos primo ipe historię text⁹ ędificet: vt discamus ex hoc: quoniã aduersus nos militat fornicatio: aduersus nos iaculant tela luxuriæ. Sed si nobis non desint arma: quibus nos armari iubet Apostol⁹: huiusmodi iacula nos terebrare nō poterunt: si sit nobis lorica iustitię: si habeamus galeam salutis: & gladiū spirit⁹: & sup oĩa scutum fidei: & calceati simus pedes in præparatione euangelii pacis. Ista sunt arma quæ nos defendūt in huiusmodi bellis. Si aūt talia arma ꝓiicimus: statim locum diabolico vulneri dam⁹: & captiuos nos ducit oĩs dęmonū chorus: atꝗ ob hoc ira dei insurget super nos: & nō solum in præsenti sęculo puniemur: verumetiam ī futuro. Q̄d ergo facit nos vincere in iis ꝓliis: quę aduersum nos diabolus commouet: pudicitia est: & iustitia: & prudētia: & pietas: cæteraꝗ virtutes. Quæ autem faciunt nos vinci: luxuria est: & libido: auaritia: & impietas: omnisꝗ malitia. Hæc ergo sunt: quæ nos historiæ textus edocuit. Verum quoniam Ioannes in reuelatione D sua ea: quæ in lege secundū historiam scripta sūt: adducit ad mysteria diuina: & sacramēta quædam in iis edocet cōtineri: necessariū videtur etiã secundū id qd̄ ille sensit: nos quoꝗ ab illo datam expositionis regulã sequi: & primo memorare ea: quæ ad angelū ecclesiæ cuiusdam scribens dicit. Habes ibi quosdã: q tenēt doctrinã Balaam: qui docuit Balach mittere scandalum in conspectu filiorū israel: vt mãducarent īmolata idolis: & fornicarentur. Ergo temporibus Ioãnis apostoli erant quidã in ecclesia illa ad quam scribebat: docentes doctrinam Balaam. Putas ne ita accipiēdum est ꝙ fuerint in illis diebus qui dicerent se docere ea: quę Balaam docuit: & qui profiterent se dogmatū: & traditionum illi⁹ esse doctores? An illud potius debemus aduertere: ꝙ si quis faciat op⁹: qd̄ fecit Balaam: is doctrinã Balaã docere videat? Sicut & de doctrina Hiezabel E in eadē reuelatione memorat: nō quo aliqs ex disciplinis Hiezabel doceat q̃ illa tradiderit: sed ꝙ si quis (verbi causa) aut prophetas dei persequat vt illa fecit: aut ad idola aliquos decipiat: vel falsis circunscriptionibus perimat innocētes: iste Hiezabel dicetur tenere doctrinam. Si ergo aliquis malis consiliis scãdalum generet populo dei: & offensionē diuinã: atꝗ iracundiam cœlestem prouocet plebi: vel idolorū sacrificiis cōmunicando: vel stupris: aut libidini seruiēdo: hic doctrinam Balaã tenere dicendus est. Est ergo execrabilis corporis etiam fornicatio. Quid eñ ita execrabile: q̃ templum dei violare: ac tollere mēbra Christi: & facere mēbra meretricis? Multo tamen magis execrabilis est generalis illa fornicatio: in qua omne gen⁹ peccati pariter continetur. Generalis autem fornicatio dicitur cū anima: quæ F in cōsortium verbi dei ascita est: & matrimonio eius quodammodo sociata: ab vllo: alieno scilicet & aduersario illius viri: qui eam sibi despondit in fide: corrūpit: & violatur. Est ergo spōsus & vir animæ mundę: & pudicę: verbum dei: qui est Christus dñs: sicut & Apostolus dicit: Volo autem oēs vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Timeo autem ne forte sicut serpēs seduxit Euam astutia sua

sic corrumpant sensus vestri a simplicitate: quæ est in Christo Iesu. Donec igitur anima adhęret spōso suo: & audit verbum ei⁹: & ipsum cōplectit̃: sine dubio ab ipo semē suscipit verbi: & sicut ille dixit: De timore tuo dñe in vtero cōcepi: ita & hæc dicit: de verbo tuo dñe in ventre cōcepi: & parturiui: & spiritū
G salutis tuę feci sup terras. Si ergo sic de Christo concepit aïa: fecit filios: pro quibus dicat̃ ad eam: quia salua erit per filiorū procreationem: si permāserit in fide: & charitate: & sanctitate: cū sobrietate: etiā si prius sicut Eua seducta fuisse anima videat̃. Est itaq; vere beata soboles: vbi cōcubitus factus fuerit animę cum verbo dei: & vbi cōplexus adinuicē dederint. Inde nascitur generosa ꝓgenies: inde pudicitia orietur: inde iustitia: inde patiētia inde mãsuetudo: & charitas: atq; oīm virtutum proles veneranda succedet. Qꝫ si infelix aïa diuini verbi dereliquerit sancta connubia: & in adulterinos se cōplexus diaboli: aliorumq; dęmonū illecebris deceptā tradiderit: generabit sine dubio etiā īde filios: sed illos: de quibus scriptū est. Filii aūt adulterorum imperfecti erunt: & ex iniquo cōcubitu semen exterminabitur. Omnia ergo peccata filii sunt adulterii: & filii fornicatiōis. Vnde & ostendit̃: ꝙ per singula queq; quę gerim⁹: parit aïa nostra: & generat filios: sensus scilicet
H & opera quę gerit. Et si quidem secūdum legem est quod gerit: & secūdum verbū dei: spm̄ parit salutis: & propterea saluabitur ꝑ filiorum generationē. & isti sunt filii: de qb⁹ propheta dicit. Filii tui sicut nouellę oliuarū in circuitu mensę tuæ. Si vero qđ agit cōtra legē est: & peccatū est: sine dubio ex cōceptione cōtrarii spiritus malignam sobolē gignit Parit enim filios peccati. Et istæ sunt maledictę generationes: in quibus a nōnullis sanctorum maledicitur etiā dies: in quo nati sunt. Nunq̄ est ergo quando non pariat aïa. Anima semper parit: semp generat filios. Sed illa quidē benedicta generatio est: quę de verbo dei concepta generatur: & ista est filiorū generatio: per quā salua fiet. Si aūt (vt diximus) ex cōtrario spiritu cōcipiat: certū est: quia pariat filios irę: aptos ad interitū. Et forte ad vtrasq; istas generationes animę respicit illud: quod dictū est. Cum em̄ nōdum na-
I ti fuissent: aut aliquid egissent boni: vel mali: vt propositū dei: quod secundū electionē factum est: maneat: non ex operib⁹: sed ex vocante dictū est: quia maior seruiat minori: sicut scriptū est. Iacob dilexi: Esau aūt odio habui. Istæ enim tales generationes animę etiā priusq̄ faciāt boni aliquid: si quidē ex sancto spiritu generatæ sunt: iam diligunt̃. Si vero ex spiritu maligno: etiā priusq̄ opere īpleant aliquid mali: hoc ipso tamen ꝙ huiusmodi voluntatē peperit anima: digne ī ea odio habetur malę voluntatis execrāda cōceptio. Propterea fortassis in huius sacramēti figura etiā Chanaan puer āteq̄ nasceret̃ maledicitur. Cham namq; peccauerat pater eius: & prophetans Noe cum vnicuiq; filiorum suorum optima queq; signaret: vbi ad Cham vētum est: maledictus (inquit) Chanaan puer. Cham peccauit: & Chanaan ꝓgenies ei⁹ maledicitur: & maledicta est. Et ideo acrius nobis intendendum est: & ꝓspiciendū ne forte generet aliquid aïa: qđ maledicto dignū sit vt etiam si nondum opere impleuerit: in ipa tamē voluntate: & proposito eius: erit huiusmodi maledicta progenies. Qđ etsi forte aliquando euenerit, quis em̄ inuenietur facile qui ab huiusmodi generatiōe: id est peccādi volūtate habeatur immunis? Si ergo accide-
rit tale aliquid: quid remedii detur: ex diuinis voluminibus requiramus. Inuenimus ergo in psalmis de hoc scriptū. Filia Babylonis misera: beat⁹ qui retribuit tibi retributionē quā retribuisti nobis. Beatus qui tenebit & allidet paruulos suos ad petram. Etiā si nondum aliquid operis gessit Babylonius in nobis iste conceptus: dum adhuc paruulus est: non miserearis eius: nec parcas ei: sed statim interfice. Odibilis em̄ est. perime: occide elidens ad petrā: petra aūt est Christus. Quis ergo tantus: ac talis est: vt non expectet oīno vsq; quo crescat in eo Babylonię soboles: nec augeantur in eo opera confusionis: sed in primis statim initiis: vbi nasci cœperit: & ex voluntatis motibus coalescere: atq; (vt ita dicā) vbi caput cœperit de vulua aïę proferre perniciosa desyderia maligni spirit⁹ inspiratione cōcepta: arripiat statim & elidat ad petram: id est adducat ad Christū: vt in conspectu tremendi iudicii ei⁹ posita exolescant: & pereāt? Hęc dicta sunt nobis de generali fornicatione: quę species habet plurimas: q̄rum vna est hęc: quę in cōsuetudine ob corporale
L stuprum fornicatio nominatur. Ego vero legēs Apostolum: cū venissem ad eum locū: in quo dicit. Qui se iungit domino: vnus spiritus est: & qui se iungit meretrici vnū corp⁹ est: quærebam si est aliquid aliud mediū: pręter hoc: vt aut domino quis iungat̃: aut meretrici: & pro viribus meis discutiens: ꝓfundū satis: & recōditum in iis verbis intuebar Apostoli sensum: qui ita definierit: ꝙ omnis

anima aut dño coniuncta sit: aut meretrici: & itellexi φ dominũ quidẽ dixerit virtutes quæ Christus est: id est verbũ: sapientiã: veritatem: iustitiã: cæteraq; huiusmodi. Meretricem vero oẽs e cõtrario malitiæ species. Hoc etiam apud Salomonem dici intelligo in eo: quod ait de meretrice: qa p fenestras ꝓspicit in plateas: & si quem viderit insipientiũ adulescentulorum: & inopẽ sensuũ transeuntem iuxta angulos domus suæ: & loquẽtẽ in tenebris vespertinis: cũ silẽtium fuerit nocturnũ vel caligo noctis: mulier autẽ occurrit ei habens speciem meretricis: q̃ facit iuuenũ euolare corda. Hæc ergo quę dicit meretrix: ipa est malitia: & qui se iunxerit huic meretrici: vnum corpus malitiæ efficit. Sicut ergo qui se iungit Christo dño: iungit se sapientię: iũgit se iustitię: iungit se pietati: & veritati: & cũ iis oĩb⁹ vn⁹ efficit spũs: ita & qui se iũgit huic meretrici: iungit se impudicitię: impietati: iniqtati: mendacio: & simul oĩbus peccatorũ malis: cũ qbus vnũ corp⁹ efficit. Verũ tamẽ applicuit israel in Sattin. In iterptatione hebraicorum nominũ Sattin inuenim⁹ i lingua nostra respõsionem: vel refutationẽ dici. Applicuit ergo israel ad responsionem: vel refutationẽ. Nõ bene applicuit. Vide deniq; quid incurrerit in hac posit⁹ mãsione. Fornicatus est cũ mulieribus Madianitarũ: & refutatus est a deo. Quia non solũ fornicatus: sed & idolis gentiũ cõsecrat⁹ est: & comedit ex iis: quæ fuerant idolis imolata: quæ vtiq; execrabilia sunt apud deũ. Qui em̃ cõsensus tẽplo dei cũ idolis? Verum ego etiam de iis: q̃ apostolus Paul⁹ ad Corinthios scribit dicẽs Si quis aũt viderit scientiã habentẽ in idolio recũbere: nõne cõsciẽtia ei⁹ cum sit infirma ædificabit ad manducandum imolata? valde miratus sum. Videt em̃ nõ tam rẽ ipsam grauem ꝓnuntiare: q̃ illius offensam: qui hęc videns simili ꝓuocat exẽplo: cũ nõ simili sciẽtia muniatur: ita vt ostẽdat eũ qui habẽs sciẽtiã recũbit in idolio: nõ tam sui: q̃ alterius dãni effici reũ. Sed vide ne forte nõ hoc solum fiebat apd Corĩthios: vt in idolio recũberẽt: & immolata idolis manducarẽt. Sed forte quoniam studiosi literarũ gręcarũ hoĩes erant & amatores philosophię: desyderio adhuc studiorũ veterũ tenebãtur: & philosophorũ dogmata quasi idolis immolata edebant. Quæ tamen lædere fortasse non poterãt eos: q plenam scientiam veritatis acceperãt. Hi aũt q in Christo minus eruditionis habebãt: si imitarentur eos legẽtes talia: & illis adhuc studiis operã dãtes: vulnerari poterãt: & diuersorũ dogmatũ variis errorib⁹ implicari. Sic ergo fiebat: vt lęderetur alius: vnde is qui habebat plenã sciẽtiã veritatis lędi nõ poterat. Sed quoniã charitas nõ quærit qđ sibi vtile est: sed qđ multis: obseruari oportet talẽ verbi capere cibum: q non solum nos ędificet: & delectet: sed & qui vidẽtes nõ offẽdat: aut lædat. Est ergo nõ solum in cibis idolis immolatum: sed & in verbis. Ego puto: qa sicut oĩs sermo: qui pietatem: & iustitiã: & veritatẽ docet: deo cõsecratus est: & deo immolatus: ita & oĩs sermo: qui ad impudicitiã: vel iniustitiam: vel impietatem respicit: idolis immolat⁹ sit: & qui eum recipit: quasi idolis immolata manducet. Manducauit ergo populus de sacrificiis eorum: & adorauerunt idola eorũ. Nõ solũ manducauerũt: sed & adorauerũt. Vide ordinem mali: seruos dñi prima concupiscentia: inde vẽtris ingluuies: postrema captiuauit impietas. Impietatis aũt merces exsoluitur fornicatio. Si relegas quæ scripta sunt de Salomone: inuenies eũ & quidem cũ esset sapientissimus multis mulierib⁹ iclinasse latera sua: cũ lex dei dicat. Non multiplicabis tibi mulieres: ne forte fornicari te faciant a deo tuo. Ille ergo cũ esset sapientissimus: & ingentis apud deum meriti: tamẽ quia se tradidit multis mulieribus decept⁹ est. Ego puto φ multę mulieres: multa dogmata & multarũ gentiũ diuersæ philosophiæ nominentur. Quæ cũ singula agnoscere: & pscrutari vtpote & scientissimus: & sapientissimus voluisset: semetipsum intra legis diuinę regulã tenere nõ potuit. Decepit eũ Moabitica philosophia: & persuasit: vt idolo Moabitico immolaret. Similiter & Amanitarũ: sed & reliquarũ gentiũ: quarũ mulieres dicit recepisse & ędificasse tẽpla: vel immolasse idolis earũ. Grãde est ergo: & vere opus dei: tam multis dogmatibus quasi mulierib⁹ misceri: nec tñ a veritatis regula declinare: sed cõstãter dicere. Sexagĩta sunt reginę: & octoginta cõcubinæ: & adulescentulę quarũ nõ est numer⁹. Vna tñ est colũba mea: perfecta mea: vna est matris suę: vna est genetricis suę. Sed isti adorauerũt idola: & cõsecrati sunt Beelphegor. Beelphegor idoli nomẽ ẽ: qđ apud Madianitas pcipue a mulierib⁹ colebat. In huius ergo idoli mysteriis cõsecratus est israel. Interpretationem nominis ipsius cũ requireremus attentius inter hebræa noĩa: hoc tantũ inuenimus scriptũ: qa Beelphegor species sit turpitudinis. Noluit tamẽ declarare quæ: vel qualis species: vel cuius esset turpitudinis: honestati credo consulens: qui interpretatus est:

vti ne auditum pollueret audientiũ. Igit̃ cũ
multæ sint turpitudinũ species; vna quædã
ex pluribus turpitudinis species Beelphegor
F appellatur. Vnde sciendum est ꝙ oĩs q aliqd
turpe cõmittit: & in aliquã speciẽ turpitudi
nis declinat: Beelphegor Madianitarũ dęmo
nio cõsecratur. Sed & ꝑ singula peccata: quæ
committim⁹: maxime si iam nõ subreptione
aliqua: sed studio: affectuꝗ peccamus: illi si
ne dubio dęmoni: cui peccatũ illud: qđ cõmi
simus inoperari curæ est: cõsecramur. Et for
tasse continget nobis tot dæmonibus esse cõ
secratos: quot peccata committim⁹; & in sin
gulis qbusꝗ delictis velut mysteria illi⁹: aut
illius idoli suscipimus. Et fortasse ꝓpter hoc
dicebat Apostolus. Iam eñ mysteriũ iiquita
tis operatur. Circũeũt ergo spũs maligni: &
quærũt quomõ vnũquẽꝗ decipiãt: & per il
lecebrã peccati mysteriis cõsecrẽt: & neꝗ sen
tientẽ: neꝗ intelligentẽ (verbi causa) per for
nicationis peccatũ introducũt ad dæmoniũ
Madianitarũ: & cõsecrant Beelphegor: con
secrant turpitudini. Similiter & per alia pec
G cata (vt dixim⁹) aliis dæmonibus hoĩes cõse
crantur. Sed tu obserua diligẽtius quod scri
ptũ est: & sta in viis: & interroga q̃ sint viæ
dñi æternę: & quæ sit via bona: & incede ĩ ea
& non accedas ad ianuas domus malitię. Sed
si senseris malignũ spiritũ loqui in corde tuo
vt te ducat ad aliquod op⁹ peccati: intellige
quia te ducere vult: vt cõsecret te alicui dæ
moni. Ducere te vult: vt suscipias mysteria
diabolica: mysteria iniqtatis: & hoc esse puto
quod scribit Apostolus. Cum aũt gentes esse
tis: idolorũ forma eũtes prout ducebamini:
a quo vel a qbus ducebamini? A spiritib⁹ nẽ
pe malignis ducebamini ad opera peccatoꝝ.
Hęc andiẽs vigilans quisꝗ auditor dicet for
tasse. Quid ergo faciem⁹: si circumeunt spũs
maligni vnumquẽꝗ nr̃m: & ducunt: ac ptra
hũt ad peccatũ? Nemo aũt alius ẽ: qui ad iu
stitiã trahat: qui inuitet & ducat ad pudiciti
am: ad pietatẽ: quomõ nõ videbit̃ ad pereun
dũ quidẽ lata via patere: ad salutẽ vero nus
q̃ vllus adit⁹ dari? Immo vero aduerte dili
genti⁹ si potes: & apto cordis oculo: interio
ra mecũ cõsidera mysteria: & videbis quãto
maior ĩ secretis salutis nostrę cura gerat̃: q̃ fa
H cultas ad decipiẽdũ præbeat̃. Adest vnicuiꝗ
nostrũ: etiã minimis q sunt ĩ ecclesia dei: an
gelus bonus: angelus dñi: qui regat: qui mo
neat: q gubernet: qui pro actib⁹ nostris corri
gẽdis: & miserationibus exposcẽdis: quotidie
videat faciẽ patris: qui in cœlis est: sicut dñs
designat in euãgeliis. Et iterũ scdm ea quę Io
annes in Apocalipsi scribit vnicuiꝗ ecclesiæ
generaliter angelus præest: qui vel collaudat̃
pro bene gestis populi: vel etiã ꝑ delictis eius
culpat̃. In quo etiã stupẽdi mysterii admirati
one promoueor: ꝙ intãtũ deo cura de nobis
sit: vt etiam angelos suos culpari ꝑ nobis & ca
cõfutari patiat̃: sicut eñ cũ pædagogo tradi ue
t⁹ puer si forte min⁹ dignis: nec scdm pater
nã nobilitatẽ ĩbut⁹ appareat disciplinis: cõti
nuo culpa ad pędagogũ refert̃. Nec ita puer
a patre: vt pędagogus arguit̃: nisi durior fue
rit: & pædagogi monita spreuerit: atꝗ in las
ciuiã ꝓnus: ac ꝓteruiã: salutaria ei⁹ verba cõ
tẽpserit illis magis obtẽperãs: q luxuriã sua ca
dẽt: & ad lasciuiã ꝓuocãt: qd fiat illi animę ꝓ ue
phetæ vocibus disce. Derelinquet̃ (inqt) filia
Sion: sicut tabernaculũ in vinea: & sicut casa
custodiaria ĩ cucumerario: & sicut ciuitas q̃
expugnata est. Et iterũ. Auferetur maceria
eius: & erit in cõculcationẽ: & diripiẽt eam
oẽs q transeũt viã: & singularis ferus depas
cet eam. Hęc patiet̃ si non aquiescat monitis
angeli: qui sibi appositus ẽ ad salutẽ. Sui nãꝗ
arbitrii est anima: & in quam voluerit partẽ
est ei liberũ declinare: & ideo iustũ dei iudici
um est: qa sponte sua siue bonis: siue pessimis
monitorib⁹ paret. Vis tibi adhuc ampli⁹ ali I
quid ex scripturis diuinis ostẽdã quomõ ma
ior cura salutis erga hoĩes deo est: q̃ diabolo
perditionis? Nunqd nõ sufficiebat angelorũ
diligẽtia aduersus insidias dęmonũ: & aduer
sum eos qui ad peccãdum hoĩes trahunt? Ipse
vnigenitus: ipse inquã filius dei adest: ipse de
fendit: ipse custodit: ipse nos ad se trahit. Au
di quomodo ipse dicit. Et ecce ego vobiscum
sum omnib⁹ dieb⁹ vsꝗ ad cõsummationẽ sæ
culi. Sed nec sufficit eum esse nobiscum: sed
quodammodo vim nobis facit: vt nos pertra
hat ad salutem. Ait eñ in alio loco. Cum aũt
exaltatus fuero: omnia ad me traham. Vides
quomodo non solum inuitat volentes: sed &
cunctãtes trahit. Vis autem audire quomõ
trahat etiã cũctantes? Non concessit illi: qui
volebat ire: & sepelire patrem suũ: nec spatiũ
temporis dedit: sed ait illi. Sine mortuos sepe
lire mortuos suos: tu autẽ sequere me. Et ali
bi dicit. Nemo mittẽs manum suã super ara
trum: & retro respiciẽs: aptus est regno dei.
Qꝫ si amplius adhuc vis de hoc cognoscere
secramento: ostendã tibi de scripturis: ꝙ etiã
ipse dñs pater dispẽsationẽ salutis nostrę nõ
negligit: sed & ipse nos ad salutem non solũ
vocat: sed & pertrahit. Sic eñ domin⁹ dicit
in euangelio. Nemo venit ad me: nisi quem K
pater meus cœlestis attraxerit. Sed & pater

familias: qui mittit seruos suos inuitare amicos ad nuptias filii sui: posteaq̃ excusauerũt illi: q priores fuerant inuitati: dicit seruis. Exite ad vias: & angiport⁹: & quoscũq; inueneritis cogite introire. Sic ergo nõ solũ inuitamur a deo: sed & trahimur: & cogimur ad salutẽ. Sed nec sctũs quidẽ spũs in huiuscemodi dispẽsationibus deest: ipe em̃ dicit. Segregate mihi Paulũ: & Barnabã ĩ ministeriũ: ad qđ assumpsi eos. Et iterũ ꝓhibet Paulũ ire in Asiã: & rursum cogit eũ ire ĩ Hierosolymã: prędicẽs ei: qa vincula: & carceres eũ ibi maneãt. Qꝫ si angeli dñi circũdãt in circuitu timentiũ eũ: vt eripiãt eos: si de⁹ pater: si fili⁹ si spiritus sctũs: nõ solũ hortanť: & ꝓuocant: sed & pertrahũt: quomõ nõ multo maior cura ꝓ nobis geriť ad salutẽ: q̃ ab aduersariis ꝓcureť ad mortẽ? Hæc autẽ dicta sint ꝓ eo qđ cõsecratus est populus Beelphegor. Et irat⁹
A est (inqt) furore dñs cõtra israel & dixit dñs ad Moysen. Assume prĩcipes ppl'i: & ostenta illos dño contra Solem: & auerteť ira furoris dñi ab israel. Nescio si de iis disserẽtes: nõ offendamus aliquos: sed & si offendamus: obedire magis & deseruire oportet verbo dñi: q̃ gratiæ hoĩm. Peccauit israel: & dixit dñs ad Mosen: vt assumat oẽs principes: & ostentet eos dño cõtra Solem. Populus peccat: & principes ostẽtanť cõtra Solẽ. Iidem ad examinãdum ꝓducunť: vt arguantur a luce. Vides q̃ sit cõditio principũ populi: non solũ ꝓ suis ꝓ
B priis arguũť delictis: sed & pro ppl'i pctis cogũtur reddere rationẽ: ne ipsorũ sit culpa ꝙ populus deliqt: ne forte nõ docuerint: ne forte nõ monuerint: neq; sollicíti fuerint arguere eos: qui initiũ culpę dederint: vti ne cõtagio dispergereť in plures. Hæc em̃ oĩa facere principibus iminet: & doctoribus. Si em̃ illis hæc nõ agẽtibus: nec solicitudinẽ gerentib⁹ circa plebẽ peccauerit populus: ipsi ostẽtanť & ipsi ad iudiciũ producunť. Arguit em̃ eos Moses: id est lex dei: velut negligẽtes: & desides: & in ipsos cõuerteť iracũdia dei: & cessabit a populo. Hęc si cogitarẽt hoĩes: nunq̃ cuperẽt: nec ambirent ad populi principatum.
C Sufficit em̃ mihi pro meis ꝓpriis argui delictis. Sufficit mihi ꝓ memetipso: & peccatis meis reddere rationẽ. Quid mihi necesse est etiã pro populi peccatis ostentari? Et ostentari contra Solẽ: ante quem nihil potest abscõdi: nihil obscurari? Sed fortassis etiam si ali-
D quis in hoc arcanus & recõditus sensus: qui plus aliqd doceat: q̃ cõmunis hęc habere videtur expositio. Fortassis em̃ referre & hæc potest ad illos prĩcipes populi: de qbus paulo superius diximus. Venient em̃ angeli ad iudiciũ nobiscũ: & stabunt ꝓ nobis ante solẽ iustitiæ: ne forte aliqd etiã ex ipsis causę fuerit: ꝙ nos deliquim⁹: ne forte min⁹ erga nos operis & laboris expẽderint: quo nos a peccatorũ labe reuocarẽt: Nisi em̃ esset etiã aliqd in ipsis qđ in causa nostri culpandũ videreť. nunq̃ diceret sermo scripturæ ad angelũ illius: vel illi⁹ eccl'iæ: qa habes (verbi gr̃a) quosdam tenentes doctrinã Balaã. Vel qa dereliquisti charitatẽ tuã pristinã: vel patientiã tuam: vel alia huiusmodi: quæ iam supius memorauimus. Pro qbus in Apocalipsi angeli vniuscuiusq; ecclę culpanť. Si em̃ mercedem speratã ãgel⁹ (verbi gratia) q me cõsignatũ accepit a deo: pro his quę bene gessi. Certum est: quia & culpari sperabit ꝓ eis: quę a me nõ bene gesta sunt: & ideo ostentari dicũtur cõtra solem: proculdubio vt appareat vtrum pro mea inobedientia: an per illius negligẽtiam peccata cõmissa sint: p quæ Beelphegor: siue cuilibet alii idolo ꝓ qualitate scilicet peccandi cõsecraretur. ꝙ si princeps meus (angelũ dico qui mihi est cõsignat⁹) nõ defuit: sed cõmonuit de bonis: & locut⁹ est in corde meo: in eo duntaxat in quo me consciẽtia reuocabat a peccato: sed ego cõtẽptis ei⁹ monitis: & spreto conscientiæ retinaculo p̃ceps in peccata prorui: duplicabiť mihi pœna: vel pro contẽptu monitoris: vel pro facinore cõmissi. Nec mireris sane si angelos dicim⁹ venire cũ hoĩbus ad iudiciũ cũ scriptura dicat: quia ipse dñs ad iudiciũ veniet cũ senioribus populi: & cum principib⁹ eius. Ostentantur ergo principes: & si in illis culpa est: desinit ira dei a populo. Debet nobis & acrior esse solicitudo actuum nostrorum scientibus: ꝙ nõ solum nos ante tribunal dei pro actibus nostris stabim⁹: sed angeli pro nobis ad iudiciũ deduceť tanq̃ prĩcipes & duces nostri. Propterea em̃ & scriptura dicit: obedite p̃posit[is] vestris: & obtẽperate eis ĩ omnibus. Ipi em̃ p uigilant quasi rationẽ pro aĩabus vestris redditurí. Post hæc refert: qa cũ vidisset Finees filius Eleazar filii Aaron sacerdotis israelitẽ quendã introisse ad mulierẽ Madianitidẽ: rapto siromaste ĩ manu sua ingressus sit prostibulum: & vtrũq; per ipsa pudẽda trãsfoderit F Et pro hoc (inquit) dixit dñs ad Mosen. Finees fili⁹ Eleazar filii Aaron sacerdotis sedauit iracũdiã meã. Hæc ædificauerit priorem populum. Tibi autẽ qui a Christo redẽpt⁹ es: & cui de manibus gladius corporalis ablat⁹ est & datus est gladius spũs: arripe hũc gladiũ: & si vides israeliticũ sexum cũ Madianiticis

Right margin: caue (beside "iudiciũ nobiscũ"); caue (beside "dam tenentes doctrinã Balaã"); E (beside "accepit a deo").

scortantem meretricibus: id est cum diabolicis se cunctationibus volutantē: nolo parcas nolo dissimules: sed statim pcute: statim perime. Ipsam quoqꝫ vuluam: id est secreta naturæ discutiens: & penetrans illum ipsum peccandi fomitem deseca: ne vltra concipiat: ne vltra generet: & maledicta peccatorū soboles israelitica castra contaminet. Hoc enim si facias continuo sedabis iracundiam domini. præuenisti enim iudicii diē: quæ dies irę dicitur & furoris: & exterminato a te fomite peccati: qui nūc vulua Madianitidis mulieris appellatur: securus venies ad iudicii diem. Et ideo surgentes oremus: vt inueniamus paratum semper istum gladium spiritus: per quē exterminētur et semina ipsa: & conceptacula peccatorū: ac propitius fiat nobis deꝰ: per verum Finees ipsum dominū nostrū Iesum Christum: Cui est gloria: & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

De eo ꝙ secundo populus numeratus est. Cap. xxvi. Homilia vigesima prima.

G

Vmeri sūt & in iis: quos legimꝰ: & priore quidē lectione tpe exclusi sumꝰ: ne aliqd etiā de secūda dinumeratione diceremꝰ: sed cōueniens ē: omissa: vel exclusa nūc reddere. Igit p pceptū dñi primo numeratꝰ est populꝰ: sed quoniā illi: qui primo fuerant adsciti ceciderūt ꝓpter perseuerātiā delictorū: secūdus nūc populus: qui ī lapsorū locum rediuiua generatiōe successit: vocatur ad numerum: & qđ de illis prioribus dictum nō fuerat: de iis dicit. Postea eñ q̄ p tribꝰ: & plebes: domosqꝫ: ac familias collectus est numerus: dicit dñs ad Mosen. Iis distribuet terra in sortem: ex numero noīm. Pluribꝰ plura dabunt in sortē: & exiguis exiguā dabis hæreditatē. Si de prioribꝰ dictū fuisset: qa iis distribuet terra in sortē: falsum vtiqꝫ fuisset: qa ceciderūt illi in deserto ꝓpter delicta sua. qđ ergo primis nō est dictū: postremis dicit: quibus & cuncta quę ꝓmittunt īpleta sunt. Hæc aūt nolo putes solꝰ historiæ textu cōcludi: mysteria sunt q̄ per legis imaginē cōscribūt. Reprobatur eñ prior populus: q est ī circūcisione: & introducitur secūdꝰ: q congregat ex gentibus: & ipē est qui hæreditatē conseqtur paternā. Et a quo cōseqtur? non ab Mose: sed ab Iesu. Nā Moses etiā si dat aliqbus hęreditatē: nō dat intra Iordanē: nec transit oīno Iordanē: sed extra Iordanē dat terrā nō fluētem lacte: & melle: sed pecoribꝰ aptā: & muta aīalia: atqꝫ irrationales pecudes melius q̄ rationales hoīes nutrientem. Iesus vero meus secūdo populo terrā: quā dat: terra est lacte: & melle fluens: immo fauus mellis est prę omni terra. Et Moses hæreditatē nō dat ī clero: nec sorte distribuit: nec potest p plebes: & domos: ac familias: & noīa: & merita singulorū diuina sorte pensare. Hoc solꝰ facit Iesus: cui omne iudiciū pater tradidit: ipē scit quomō populum suū nō solū per tribꝰ: & familias: & domos: verū & per noīa vnūquēqꝫ digna: & cōpetenti mansione dispenset. Sunt tñ aliq in H
istis qui cōditiōe sortis supereminēt: & oīno nec adducuntur ad sortē: oēs leuitę: id est oēs qui intēte: & indesinenter pemanent in ministerio dei: & peruigiles in seruitio eiꝰ excubias gerunt: sortē inter cæteros non accipiūt: sed nec oīno in terra est sors eorū: sed ipē dñs sors eis: & hęreditas esse memorat. Per hos illi mihi vident indicari: qui nullis corporeæ naturę obstaculis hebetati: sed omniū visibiliū gloriam supergressi: in sola sibi sapientia dei & verbo eiꝰ viuēdi vsum: exercitiūqꝫ posuerunt: qui corporeū nihil requirūt: nihil rationis alienū. Concupierūt eñ sapientiā: concupierunt secretorum dei agnitionē: & vbi ē cor eorū: ibi erit & thesaurus eorū. Isti ergo hæreditatē nō habent in terris: sed supgrediuntur summa cęli fastigia: & ibi semp in dño semp in verbo eius: semper in sapientia: & in voluptate scientiæ eius deliciabunt. Hic eis I
cibus: hoc erit poculū: istæ diuitiæ: hoc erit regnū. Tales ergo erunt: & in iis erunt illi: qbus hęreditas ipē dñs erit: Qui autē inferiores sunt: nec in istum ꝑfectuū verticē peruenerunt: hæreditatē terrę accipiēt: licet sublimioris alicuius: et potētioris: terra eñ viuētiū repromittitur: quę vtiqꝫ idcirco terra viuentium dicitur: ꝙ nesciat mortē. Et isti quidem magni: et isti beati: sed beatiores illi qui iam nō per speculū: et ī ęnigmate: neqꝫ in substantiis corporalibus: sed facie ad faciē deum videbūt: sapiētię illuminatiōe radiati: & vere diuinitatis capaces p puritatē cordis effecti: portionēqꝫ suā nō in creatura: sed in creatore habētis: q est sup oīa benedictus in sæcula. Ait ergo ex numero hominū pluribus plura dabuntur in sorte: et exiguis exiguam dabis hæreditatem: vnicuiqꝫ sicut recēsitus est: dabitur hæreditas eius. Historia: hoc est qđ docet: vt si qua tribus numerosior habetur ī populis: maiora terrę spatia sortiatur. Si qua autem minore hominū numero censetur: breuiore possessione contenta sit. K Sed

quoniam terræ huius diuisionē:hæreditatē⸗
ꝙ terrenā:speciē dicimus tenere: & imaginē
futurorū bonorū:ac formā cęlestis illius:quę
a fidelibus:& sanctis sperat̃:hęreditatis ostē⸗
dere:requiro in illa hæreditate:quæ sperāda
est:qui sint plures:& qui sint pauci: & inue⸗
nio ibi beatiores paucos haberi:ꝙ̄ plures.Nā
qui per viam latā:& spatiosam:quæ ducit ad
perditionem:egerint iter:multi dicunt̃.Qui
vero per arctā & angustā viam prexerint: ꝙ̄
ducit ad vitam:pauci appellant̃.& iterum in
aliis dicitur. Qꝫ pauci sunt:qui saluant̃.Et
iterū in aliis.Vbi multiplicatur iniquitas:re
A frigescet charitas multorū:nō paucorū.Sed
& in arca:quæ a Noe cōstructa est:vbi mēsu⸗
ræ cœlitus dantur:in inferioribus trecento⸗
rū cubitorū ponit̃ longitudo:& qnquaginta
latitudo.Vbi vero textus eius ad altiora cō
surgit:in angustū cogitur: & paucorū cubi⸗
torū conclusione colligitur: ita vt summitas
eius in vnius cubiti spatiū consummet̃: pro⸗
ptereaq; in inferiorib⁹ quidē:vbi lata:& spa⸗
tiosa habebantur loca:vel bestię: vel pecudes
erāt collocatæ:in superioribus vero aues. In
summis autē quę angustiora:& altiora erāt:
ibi homo rationalis collocat̃: ipse vero ver⸗
tex in vnū cubitū colligitur: omnia enim ad
monadē redigūtur.Quæ tamē trinitatis sa⸗
cramētū in numero trecētorū cubitorū desi⸗
gnat:& huic sacramēto ꝓximus ponitur ho
mo vtpote rationalis:vt dei capax. Sed vn⸗
de:quę sit differētia inter paucos:& multos:
colligamus indicia! Pone omnē humani ge⸗
neris numerū:ex vniuersis gētibus elige fide
les:sine dubio pauciores erūt:ꝙ̄ sunt vniuer⸗
si.Tūc deinde ex fideliū numero:elige melio⸗
res.Certū est ꝙ multo inferior numerus re⸗
manebit.Et iterū ex ipsis:quos elegeris: elige
rursum perfectiores:pauciores profecto repę
ries.Et quāto amplius eligendo processeris:
tanto magis exiguos & pauciores inuenies:
vsq; quo vltimo venias ad vnū aliquem:q cō⸗
B fidēter dicat:quia amplius: ꝙ̄ omnes illi labo
raui.Hi ergo qui hoc modo plures sunt plus
terrę:& plus corporeæ hęreditatis accipiūt:
pauci aūt exiguum aliqd de terra cōsequūt̃:
qui plus in dño habent:vbi autem nihil oīno
terrenæ hæreditatis accipiāt siqui digni fue
rint sacerdotes sunt & ministri dei: horū em̄
ex integro ipse dñs hæreditas erit.Et quis ita
beatus est:vt vel inter paucos exiguū terræ
accipiat:vel inter electos sacerdotes:& mini
stros solū deū capere hęreditatis sorte merea
tur!Licet etiā ipsi ꝓpter iumēta sua accipiāt
aliquid terrę:sed illius terræ:quę vrbibus cō
tigua est:& adhæret ciuitatibus. Potest ta⸗
men adhuc & alio modo intelligi sermo iste:
qui dicit:vt pluribus multiplicet̃ hęreditas.
Vnus enim iustus secūdū hoc qd acceptū est
deo pro plurib⁹ habet̃.Deniq; & scriptū est. C
Per vnum sapiētē inhabitabit̃ ciuitas: Trib⁹
autē iniquorū desolabūtur. & vnus iustus ꝓ
toto mūdo reputat̃. Iniqui autē: etiā si multi
sint:exigui:& pro nihilo ducunt̃ apd deum.
Est ergo & multitudo laudabilis: sicut vide
m⁹ etiā ad Abrahā dictū: cū eduxit eū deus
foras:& dixit ad eū.Respice ad cœlū si potes
dinumerare stellas:ita erit semen tuū.In quo
& hoc intuere quomodo iustus intus est: & ī
interiorib⁹ semper cōsistit: qa intus in abscō
dito orat patrē:& omnis glīa filię regis:id est
animę regalis:intrinsecus est:sed tamē deus
educit eū foras:cū res postulat:& rerū visibi
liū ratio deposcit.Potest ergo & hoc mō mul
tis istis:q sunt sicut stellę cœli in multitudi⸗
ne:multiplicari hæreditas:& exiguis illis: vi
delicet q etiā si numero multi sunt: vitæ tn̄
suæ indignitate:& vilitate exigui habentur:
exigua hęreditas poni.Per sortē(inquit)erit
hæreditatis distributio. hoc quidem ꝑcipit̃.
Sed cū venio ad scripturas:video ipsum Mo
sen:cui ista mādātur:sorte nō vti in diuisiōe
hæreditatis Ruben:& Gad:& dimidię trib⁹
Manasse.Sed & Iesus naue:extra sortē dat hę
reditatē Tribui Iuda:& Caleb extra sortem
dat:& tribui Effrē:& dimidiæ tribui Manas
sę:in cęteris sors mittit̃. Et prima sors Benia D
min ꝓcedit:& inde iā tribuū reliquarū. Vn⸗
de puto ꝙ & in illa regni cœlorū beata hære
ditate erūt aliqui:q nō veniant ad sortē:neq;
cū cęteris:quis sint saucti:numerabunt̃. Sed
erit egregia quędā:& eximia eorū hęreditas:
sicut fuit Caleb ex tribu Iuda:& Iesu ipsius fi
lii Naue.Sicut em̄(verbi causa)cū post præ⸗
liū victoribus ꝓuinciæ partiunt̃ spolia: egre
gii quiq;:& eximii bellatores nō cum cæteris
militibus in diuisione spoliorū ducuntur ad
sortē: sed optima quæq; & præcipua eis vir⸗
tutū merito decernūtur:cæteri vero vtunt̃
sorte solo iure victoriæ:ita mihi videt̃ & do
minus meus Iesus Christus facturus. quosdā
enim quos scit abundantius:ꝙ̄ cæteros labo⸗
rasse:& quorum gesta magnifica: sublimesq;
virtutes ipse cognoscit: illis ꝑcipuos quosq;
& eximios:atq;(vt ita audeā dicere) similes
sibi honores decernit & glorias. An non tibi
videtur simile aliquid suæ beatitudinis cha⸗
rissimis suis cōferre discipl'is:cū dicat:Pater
volo:vt vbi ego sum:& isti sint mecū.Et cum
iterum dicit:quia sedebitis & vos super duo

decim thronos iudicantes duodecim tribus israel! Et iterum. Sicut tu in me pater: & ego in te: ita & isti in nobis vnũ sint! Hæc omnia non sorte decernuntur: sed dilectionis prerogatiua donantur ab eo: qui corda & mentes hominum videt solus: qui nos quoq; etiam si nõ inter eximios: & electos: atq; illos: qui supra sortem sunt: in sortem tamen sanctorum digneť adducere: Cui est gloria: & imperiũ in sæcula sæculorum. Amen.

De filiab⁹ Salphaat: & de successione Moysi Cap. xxvii. Homilia vigesima secunda.

E

QVinq; filię fuerunt: quarũ etiã nomina ĩ scriptura cõprehensa sunt de Salphaat quodã israelita progenitę: qui mortuus est ĩ deserto: nulla virili sobole derelicta Istæ ergo filię Salphaat interpellãt Mosen: & sortẽ paternę hęreditatis exposcunt dicẽtes: Ne deleatur nomen patris earum de medio plebis suæ: quia non est ei vir filius nat⁹. Refert pro hoc Moses cõsultationem ad deum. Omnipotentis autẽ dei clemẽtia non spernit: nec despicit consultationem: quæ offerť a puellis. Et non solum responsa dare dignatur: sed in tantum probat: & amplectitur verba earũ: vt ex ipsis ęterna hominib⁹ iura constituat: & sæculis omnibus obseruanda. Ait enim loquẽs erit domin⁹ ad Mosen. Recte locutæ sunt filiæ Salphaat. Dabis eis possessionẽ in medio fratrum patris sui: & dabis sortẽ patris ipsarũ ipsis: & filiis israel loqueris dicens. Homo si mortuus fuerit: & filius non fuerit ei: dabitis hæreditatem eius filię eius Q; si non fuerint ei filiæ: dabitis hæreditatẽ fratri eius. Q; si non fuerint ei fratres: dabitis hæreditatem fratri patris eius. Q; si non fuerint ei fratres patris ei⁹: dabitis hæreditatem domestico: qui fuerit propinquior illi ex tribu sua: & capiet hæreditatem eius: & erit hoc filiis israel iustificatio iudicii: sicut cõstituit dominus Moysi. Hæc secũdum historiã

F quid vigoris habeant: omnibus palam est q sciunt leges istas nõ solum apud filios israel custodiri: sed apud omnes homines q tamen legibus viuũt. Vnde apparet q; libertas filiarum Salphaat non solum ipsis hæreditatẽ cõtulerit: sed & perpetua viuẽdi iura sęculo dederit. Vides quanta sit etiam historiæ ipsius vtilitas in lege Dei. Quis potest leges istas aliquando dissoluere: quibus vniuersus vtiť mundus! Sed tamen nos quæramus quomodo etiam spiritaliter ædificemur. Potest eñi fieri: vt neq; filię mihi sint secũdum carnem: neq; aliquid ruris: cuius capi possit hæreditas. Quid ergo? Nihil apud eum: qui huiusmodi est ista operabitur: & erit alicui ociosum: qd̃ diuina voce sancitum est! Requiramus ergo etiam apud spiritalem legem quæ sint istę filiæ quinq;: quarum etiã si pater mortuus fuerit pro aliquo peccato: ipsæ tamẽ hęreditatem ex verbo Dei capiant. In superioribus: cũ de spiritalibus filiis tractaremus: virtutes animi: & sensus mẽtis filios dici docuimus. Consequens sine dubio: & conueniens videtur: etiam filias opera: quæ corporis ministerio expleť accipere: ideo deniq; & quinari⁹ eis numerus ascribitur: Quinq; enim corporei sensus sunt: quibus omne opus expletur in corpe. Istæ ergo quinq; filiæ: id est operum perfectio: etiã si patre orbẽtur: & remaneant orphanæ: nõ tamẽ eiiciũtur ab hæreditate: neq; excluduntur a regno: sed in medio plebis dei portionẽ hæreditatis accipiũt. Interim videamus quis est iste pater earũ: qui mortuus esse dicitur. Salphaat inquit. Salphaat autem interpretať vmbra in ore eius. Pater operum intellectus est. Sæpe ergo accidit: & non pauci inter fratres nostros sunt: ĩ quibus intellectus altior: & profundior nullus: sed est ĩ eis sensus emortu⁹: sicut de quodam scriptum est: & emortuum est cor ei⁹ in ipso. Iste ergo etiã si ad intelligentiã spiritalẽ nihil sapit: sed est emortu⁹: tamẽ si genuerit filias: id est opera ministerii: opera obsequiorum opera mãdatorũ dei: hæreditatẽ terræ cũ plebe domini cõsequitur. Non poterit q dem inter eos numerari: quorũ portio dominus est: quorũ hæreditas deus est. Non poterit ministeriorũ: & sacerdotũ nũero suscipi: in plebeio tamẽ ordine hæreditatẽ terræ repromissionis accipiet. Multi enim sunt vocati: pauci autẽ electi. Ostẽditur tamẽ & causa ex ipsius nominis interpretatione: quia iste Salphaat non potuerit filios generare: sed filias. Interpretatur enim (vt dixim⁹) vmbra in ore eius. Vides ergo quoniam siqs vmbrã legis habet in ore & non ipsam imaginem retũ: hic quia nihil spiritale: nihil profundi intellectus sentire potest: sed sola vmbra legis in ore eius est: sensus viuos: & spiritales non potest generare. Generare tamen potest opera & act⁹: quæ sunt simplicioris vitæ ministeria: & ideo ostẽdit in iis clemẽtia Dei: q innocẽtiores quiq; etiã si sensu deficiant: habeant tamen opa bona: non excludãtur ab hæreditate sanctorum. Recte ergo locutæ sunt filiæ

Salphaat.Post hęc ponitur lex dei de successi
one vt primo filius:filia secundo in loco suc=
cedat.Tertio frater. Quarto patris frater.
Quintus vero gradus certũ aliquẽ non desi
A gnat: sed quisq̃ ille propinquior ex omni fa=
milia fuerit:vt ipse succedat. In iis tam inte=
ger:& perfectꝰ est historiæ sensus:vt nihil re
quirere videatur extrinsecus.Tamen siqs be
ne in spiritalibus legibus eruditus est: & ple
niore scientiæ lumine radiatus: ille potest in
telligere diuersos istos successionũ gradꝰ: &
quomodo primus sit cõsequendę cęlestis hæ
reditatis gradus:doctrinæ:& sciẽtiæ merito
qui est masculus filius.Secũdus operũ pręro
gatiua:quæ filia est.Tertius cũ passionis ali=
cuiꝰ & imitationis:propter quod & frater no
minatur.Sunt em̃ nõnulli: qui sponte quidẽ
sua:& proprio intellectu nihil agũt:positi tñ
inter fratres:ex imitatione cæterorũ eadẽ vi
dẽtur agere quæ & illi agũt: qui intellectu ꝓ
prio mouentur.Datur etiã istis tertius hęre
ditatis sub titulo fratrũ noĩs gradus. Quar=
tus vero:quẽ fratrem patris nominat:potest
fortassis intelligi ille ordo hominũ: q audita
a patribus:& veterũ narratione suscepta co=
nãtur implere: & nõ tã ꝓpriis sensibꝰ moti:
nec præsentis doctrinæ cõmonitionibꝰ exci
tati:q̃ veterũ vel traditione: vel cõsuetudie
sola instituti.boni tamẽ aliqd gerũt. Vltimꝰ
vero gradus scribitur ille:qui quolibet pacto
iis ꝓximus fuerit:quasi si diceret siue occasio
ne:siue veritate doctrinę:siqd aliqd boni fece
rit:nõ peribit boni opis merces: sed largiẽte
B domino locum hęreditatis accipiet.Hęc qdẽ
a nobis audacter fortassis pręsumpta: & ĩ me
dium prolata videantur:non tamen erit ab=
surdũ si spiritalibꝰ spiritalia proponẽtes: se=
cretioris eos intelligentię ęmulatores: cupi=
dosq̃ reddamꝰ.Post hęc historia refertur: &
narratione mirabilis: & ĩtellectu magnifica.
Ponit̃ em̃ quomodo deus dixerit ad Moysen:
vt ascẽderet in mõtẽ: & inde cũ prospexisset:
& intuitꝰ fuisset omnẽ terrã repromissionis
ibi defungeretur.Sed ille: q populi curã ma=
gis q̃ sui gereret:orat ad deum: vt prouideat
hominem: qui regat populum israel: ne fiat
C (inquit)synagoga hæc:sicut oues:quibꝰ nõ
est pastor.Vide ergo primo omniũ quomo=
do qui perfectus: & beatus est: non in valle:
nec in aliqua terræ planitie:aut in colle ali=
quo:sed in mõte: id est in alto:& in arduo de
fungitur loco. Vitæ nãq̃ eius cõsummatio:
& perfectio habebatur in excelso.Sed & ocu=
lis suis cõtueri iubetur omnem terrã re pro
missionis: & diligenter ex eminenti statione
cũcta perspicere.Oportebat enim summã ꝑ=
fectionis cõsecuturo:nihil incognitum rema
nere:sed cũctorum quę vidẽtur: & audiũtur
habere notitiam.Ob hoc credo:vt oĩm: quæ
in carne positus:corporali cœpit aspectu: in
spiritu effectus: & nuda mente ad auditoria:
& discipulatum sapientiæ properans: veloci
ter eorũ ratiões adsequatur: & causas. Nam
quid videbitur vtilitatis: vt decessuro de sæ
culo: & finem vitæ huius protinus acceptu=
ro ostẽderentur terrę: & loca:quorum nec la D
borem perpessus est:nec gratiã suscepturus?
Perterret me sane sermo qui sequit̃: & ad di=
cẽdum reddit timidum:ac trepidum: qđ de
magno illo Moyse famulo: & amico dei:cui fa
cie ad faciem locutꝰ est deus:per quem signa:
& virtutes mirifice perpetratæ sunt:tã gra=
uia:tã periculosa referuntur.Quid em̃ ei di=
cit deus?Et apponeris (inqt.) ad populũ tuũ
& tu:sicut appositus est Aaron frater tuus in
mõte Or.Et quasi causam mortis exponit di
cẽs.Propter qđ trãsgressi estis verbum meũ
in deserto Syn:cum restitit synagoga ne me
sanctificaret.Non me sanctificastis ĩ aqua co=
ram eis. Ergo ne in culpa est etiam Moyses?
Etiam ipse transgressionis crimen incurrit:
etiam ipse factus est sub peccato.Idcirco cre=
do cum confidentia dicebat Apostolus: quia
regnauit mors ab Adam vsq̃ ad Moysen.Ac
cessit em̃ vsq̃ ad Moysen: & nec ipi pepercit:
& ideo opinor dicebat:qa peccatũ introiit in
hũc mundũ: & p peccatum mors:in quo oẽs E
peccauerunt.Et iterũ.Conclusit deus omnes
sub peccato:vt omnibus misereatur.Sed gra
tias domino Iesu Christo: q nos liberauit de
corpore mortis huius:vt vbi abundauit pec
catũ:superabũdaret gratia.Nam Moses quo
modo aliquẽ liberare potuisset a peccatis: cũ
etiam ipsi dicatur:quia transgressi estis ver=
bum meum in deserto Syn:& non me sancti=
ficastis ĩ aquam coram filiis israel:vt manife=
stũ sit omnibus q̃ ille debeat solus requiri: q
solus peccatũ nõ fecit:nec inuentus est dolus
in ore eius.Sed interim videamus Mosis ma=
gnificẽtiam.Recessurꝰ de sęculo orat deũ:vt
prouideat ducem populo:quid agis Moses?
Nũquid filii tibi nõ sunt Gerson: & Eleazar?
Aut si aliqd de ipis dubitas:nõ sunt filii fra=
tris magni: & egregii viri? Quomodo non
oras deum pro ipsis:vt eos cõstituat populo F
duces? Sed discãt ecclesiarũ principes succes
sores sibi nõ eos:qui cõsanguinitate generis
iũcti sunt:nec qui carnis ꝓpinquitate socian
tur:testamẽto signare.Neq̃ hæreditariũ tra
dere ecclesiæ pricipatum:sed referre ad iudi

cium dei. Et non eligere illum: quem huma-nus cōmēdat affectus: sed dei iudicio totum de successoris electione permittere. Nūquid non poterat Moyses eligere principē populo & vero iudicio eligere: & recta: iustaq; sentē-tia: ad quē dixerat de⁹. Elige presbyteros po-pulo: quos tu ipse scis presbyteros esse. & ele-git tales: in quibus cōtinuo dei spiritus req-sceret: & prophetarēt omnes? Quis ergo ita potuit eligere principem populi: vt Moyses poterat? Sed hoc non facit: non eligit: non au-det. Cur non audet? Ne posteris præsumptio-nis relinquat exemplū. Sed ausculta quid di-cit. Prouideat (inquit) dñs de⁹ spirituum: &
G oīs carnis: hominem super synagogā hanc: q egrediatur ante faciem eorū: & qui ingredia-tur: & qui pducat eos: & qui reducat. Si ergo tantus ille: ac talis Moses non permittit iudi-cio suo de eligendo principe populi: de cōsti-tuēdo successore: quis erit qui audeat: vel ex plebe quæ sæpe clamoribus ad gratiā: aut ad pretiū fortasse excitatis moueri solet: vel ex ipis etiā sacerdotibus quis erit qui se idoneū ad hoc iudicet: nisi si cui oranti: & petēti a do-mino reueletur? Sicut & de⁹ dicit ad Mosen Adsume ad temetipsum Iesum filium Naue hominem: qui habet spiritū dei in semetipso & impones man⁹ tuas super eum: & statues eum coram Eleazaro sacerdote: & præcepta dato ei in conspectu totius synagogæ: & præ-cipe de ipso corā eis: & dabis claritatē tuā su-
H per illum: vt audiant illum filii israel. Audis euidenter ordinationē pricipis populi tā ma-nifeste descriptā: vt pene expositione nō ege-at. Nulla hic populi acclamatio: nulla cōsan-guinitatis ratio: nulla ppinquitatis habita cōtemplatio est. Propinqs: agrorū: & prędio-rū relinquat hæreditas: Gubernatio populi illi tradatur: quem deus elegerit. Homini sci-licet tali: qui habet (sicut scriptum audistis) in semetipso spiritum dei: & præcepta dei in cōspectu eius sunt: & qui Moysi valde not⁹: & familiaris sit: id est in quo sit claritas legis & scientia: vt possint eum audire filii israel. Verū quoniā mysteriis cūcta referta sūt: nō possum⁹ quæ preciosiora sunt omittere: etiā si hæc: quæ secundum literam mandantur: necessaria videātur & vtilia. Consyderem⁹
I ergo quæ sit Mosis mors. finis sine dubio le-gis. Sed legis illius quæ secundum literam di-citur. Quis autem eius finis est? Sacrificiorū scilicet interruptio: & cæterorum: quę simili obseruantia mandātur in lege. Hæc ergo: vbi finē accipiunt: Iesus suscipit principatū. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. Et sicut de prioribus dictū est: quia omnes in Moyse baptizati sunt in nube: & in mari: ita & de Iesu dicatur: quia omnes in Ie-su baptizati sunt in spiritu sancto: & aqua. Ie-sus nanq; est: qui transit aquas Iordanis: & in ipsis quodammodo iam tum populum bapti-zat: & ipse est: qui terram hæreditatis: terrā sanctam partitur vniuersis: non priori popu-lo: sed secundo. Prior enim populus propter præuaricationem suam cecidit in deserto.
De Iesu autem temporibus dicitur: quia ter- k
ra quieuit a bellis: qđ Moysi tempore dici nō potuit. Sed de Iesu hoc dicitur meo domino: non illo Naue. Atq; vtinam mea terra cesset a bellis: & cessare posset si ego Iesu principi meo fideliter militarem. Si em̄ pareā meo do-mino Iesu: nunq̄ caro mea insurget aduersus spiritum meum: nec impugnabit terra mea ab aduersariis gentibus: diuersis scilicet con-cupiscētiis stimulata. Oremus ergo: vt Iesus regnet sup nos: & cesset terra nostra a bellis: cesset ab impugnationibus carnaliū desyde-riorū: & cū ista cessauerint tūc vnusquisq; re-quiescet sub vite sua: & sub ficu sua: & sub o-liua sua. Sub velamento enim patris: & filii: & spiritus sancti requiescet anima: quæ pacē in se recuperauerit: carnis: ac spirit⁹. Ipi ęter-no deo gloria in sęcula sæculorum. Amen.

De eo qđ scriptum est: Munera mea: data mea. & de diuersitate festiuitatū. Cap xxviii.

Homilia vigesima tertia.

SI obseruatio sacrificiorum: & instituta legalia: quæ in typo data sunt populo isra-el: vsq; ad pręsens tēp⁹ sta-re potuissent: exclusissent sine dubio euangelii fidem per quam ex aduētu domini nři Iesu Christi gentes conuertuntur ad deum. Erat enim in illis: quæ tunc obseruabantur: magnifica quædam: & totius reuerentiæ plena religio: quę ex ipso etiam primo aspectu obstupeface-ret intuentes. Quis enim videns illud: qđ ap-pellabatur sanctuarium siue sacrarium: & in-tuens altare: adstantes etiam sacerdotes sa-crificia consummātes: omnēq; ordinē quo cū-cta illa gerebantur aspiciens: non putaret ple-nissimum hunc esse ritum: quo deus creator omniū ab humano genere coli deberet? Sed gratias aduētui Christi: qui animas nostras auellens ab hoc intuitu: ad consyderationem cœlestium: & contemplationem rerum spiri-tualium contulit: & destruxit quidē illa: quę

magna videbātur in terris: cultūq; dei a visibilib⁹ ad inuisibilia trāstulit: & a tēporalib⁹ ad ęterna. Sed re vera ipse dn̄s Iesus Christ⁹ & aures requirit quæ hæc audiant: & oculos qui hæc videant. Vnde & nos nūc legē datā per Moysen habentes in manibus: & volētes eam ostendere legem esse spiritalem: aures a nobis: & oculos tales requirimus: qui nō ad illa: quæ sunt destructa: respiciant: sed qui ibi hæc requirāt: vbi Christus est in dextera dei sedens: & quæ sursum sunt sapiant: non quæ sunt super terras. Sufficiāt ergo ista pręfationis loco pro iis quæ dicenda sunt a nobis esse pręmissa. Nunc autem ad ea iam: quę scripta sunt: veniamus. Et locutus est (inquit) dominu⁹ ad Moysen dicens: Pręcipe filiis israel: & dices ad eos. Munera mea: data mea: hostias meas: in odorem suauitatis obseruate: vt offeratis mihi in diebus festis meis. & dices ad eos. Hæc sunt hostiæ meæ: quas offeratis dn̄o. Nemo suum aliqd offert deo: sed qđ offert: domini est: & non tam sua quis offert: q̄ ipsi quæ sua sunt: reddit. Propterea ergo volens dominus sacrificiorū: & munerum offerendorū sibi ab hominib⁹ leges scribere: primo omnium ipsorum: quæ offerenda erant: aperit rationem: & dicit: Munera mea: data mea: sacrificia mea in odorē suauitatis obseruate: vt offeratis mihi in diebus festis meis. Hæc (inquit) munera de qbus vobis præcepturus sum: vt offeratis mihi in dieb⁹ festis meis: data mea sunt: hoc est a me vobis dantur. A me enim cūcta quę habet humanū percipit genus. Ne quis ergo in offerendis muneribus bn̄ficii se aliquid conferre crederet deo & per hoc impius in eo ipso: quo deum colere videbatur: existeret. Quid enim tā impiū nisi si putet homo velut indigenti aliquid se præstare deo? Necessario (vt diximus) prius edocet hominem: quo sciat se quicquid obtulit deo: reddere id ei potius q̄ offerre. Sed & illud videamus quomodo ait: Quæ offeratis mihi in diebus festis meis. Habet ergo Deus dies festos suos? Habet. Est enim ei magna festiuitas humana salus. Ego puto q̧ per singulos quosq; credentium: per singulos qui conuertuntur ad deum: qui proficiunt in fide: festiuitas oritur domini. Quomō putas lætificat eum: cū is qui fuerat impudicus: fit cast⁹: et qui fuerat iniustus: iustitiam colit: & q fuerat impius: efficitur pius? Istæ omnes singulorum quorumq; conuersiōes: festiuitates generant deo. Nec dubium autem qn & dominus noster Iesus Christus: qui pro salute nostra etiam sanguinē suum fudit: agat festiuitatem maximā: cū operæpretiū videtur esse q̧ se humiliauit: & formam serui suscipiens factus est obediens vsq; ad mortem. Agit festa pariter & spirit⁹ sanctus: vbi plura sibi videt in iis: qui conuertūtur ad deum: templa pręparata. Nā de angelis quid dicam: ad quorum festiuitatem lætātiū dicuntur accedere omnes: qui conuertuntur ad dn̄m? Aut non est illis magna festiuitas: cum lętantur in cœlo super vno peccatore pœnitentiā agēte magis: q̄ super nonaginta nouem iustis: qui nō indigent pœnitentia? Agunt ergo etiam angeli diem festū: lętantes super iis: qui refugiētes consortia dæmonū per exercitia virtutū: angelicis se festināt sociare cōsortiis. Mirum fortasse sit: qđ dicere volo: Causas (vt videt) festiuitatis: & lætitiæ: nos deo & angelis damus. Nos occasionem lætitiæ: & exultatiōis in terris positi cœlo præbemus: dū super terras ambulantes: cōuersationem habemus in cœlis. Et per hoc sine dubio diem festum cęlestibus virtutibus generamus. Sed sicut boni actus nostri: & virtutū profectus: lętitiā: festiuitatēq; deo: & angelis gignūt: ita vereor ne mala cōuersatio nostra non solū terris: sed & cœlo lamentationes inducat: & luctus: & fortassis etiam ipsi deo luctū incutiant humana peccata. Aut non lugētis est illa vox cum dicitur: pœnitet me: quia feci hominem sup terrā? Sed & illa domini: & Saluatoris nostri in euāgelio: vbi dicit: Hierusalem Hierusalē: q̄ lapidas ꝓphetas: & occidis eos missos ad te. Quoties volui congregare filios tuos: quēadmodū gallina congregat pullos suos sub alis suis: & noluisti? Et ne putes: quia de antiquis tantummodo dictum est q̧ lapidauerint prophetas: & ego hodie si ꝓphetæ verba non audiam: si monita ei⁹ spernam: lapido ꝓphetā: & quantū in me est: occido: cuius scilicet verba non audio: tanq̄ mortui. Sed & illa humanum genus lamentantis dei vox est qua dicitur per prophetam. Heu me: quoniam factus sum sicut qui cōgregat stipulam in messe: & sicut racemus in vindemia: qui non est spica: neq; botrus: ad edēda primogenita. Hei mihi anima: quoniam periit reuertēs a terra: & qui corrigat in hominib⁹ nō est. Domini sūt istæ voces: genus humanū lugentis. Ipse eñ venit ad colligendam messem: & inuenit stipulam pro messe: & venit ad colligendā vindemiā: sed inuenit racemos paucos pro vindemia: Apostolos scilicet: quos nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen: & granum frumēti nisi cecidisset ī terrā: vt fructū plurimū faceret: sicut Sodoma facti eēm⁹: & sicut

Gomorra similes fuissemus. Angelis quoq; Dei (sicut supra diximus) fit gaudium in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente.
G Certum est ꝙ vbi pro bonis gaudia aguntur: ibi pro contrariis lamentetur: si ergo gaudet pro conuerso: necesse est vt lugeant pro peccante. Propterea ergo ꝙ grāde peccatum peccauit Hierusalem: secundū ꝙ scriptum est in lamētatione: in cōmotione facta est. Et perierunt omnes festiuitates eius: & dies solennes eius. quoniam in loco sancto: & in die festiuitatis dominum meum Iesum Christum occiderūt. & propterea dicit ad eos. Neomenias vestras & sabbata: & dies festos vestros: odit anima mea. Hic quidē: vbi de muneribus mandatur: vbi adhuc nulla peccata sunt: dies festos meos dicit. Vbi autem peccatū est: nō meos: sed vestros dies dicit domin⁹. Hęc autem omnia in qbus vel lugere: vel gaudere: vel odisse: vel lætari dicitur deus: tropico: & humano more accipienda sunt ab scriptura dici. Aliena porro est diuina natura ab omni passionis: & permutationis affectu: in illa semper beatitudinis apice immobilis: & inconcussa perdurans.
H Quia ergo festorū leges habemus in manibus: & inde nūc sermo est: requiramus diligentius qui sit ordo festiuitatum: vt ex ipsis ordinibus: & sacrificiorum ritu: colligere possimus qualiter vnusq̄sq; ex suis actibus & conuersationibus sanctis Deo festiuitatem possit parare. Prima ergo ē festiuitas dei: quæ appellat̄ indesinens: de iis em̄ mandatur: q̄ indesinēter: & sine vlla prorsus interruptione matutinis & vespertinis sacrificiis offerantur. Mandans igitur festiuitatum ritus: non primo statim venit ad festiuitatem paschæ: neq; ad azimorum: neq; ad scenophegiæ: aliasq;: de quibus præcipitur. Sed hanc primam posuit: in qua sacrificiū indesinens mādat offerri. Quo scilicet agnoscat quisquis ille vult esse perfectus: & sanctus: quia nō aliquando quidē agēda est deo: aliquando vero non agenda festiuitas: sed semper & indesinenter iustus agere debet diem festum. Sacrificium namq;: q̄d indesinēter: & in matutinis: & in vespertinis mandatur offerri: hoc īdicat̄: vt in lege: ac prophetis: quæ matutinum tēpus ostēdunt: & in euāgelica doctrina: id est in vespertinum: quæ vespera mūdi: Saluatoris ostēdit aduentum: indesinēti intentione persistat. Has ergo festiuitates domin⁹ dicit & obseruabitis dies festos meos.
I Dies ergo festus est domini: si & sacrificium indesinens offeramus: si sine intermissione oremus: ita vt ascendat oratio nostra sicut incensum in conspectu eius mane: & eleuatio manuum nostrarum fiat ei sacrificiū vespertinum. Est igitur prima solēnitas sacrificii indesinentis: quæ a cultoribus euangelii eo modo: quo supra exposuimus: debet expleri. Sed quoniam (sicut prophetic⁹ sermo perdocuit) dies festi peccatorum conuertuntur in luctum: & cantica eorum in planctum: certum est: quia qui peccat: & agit diem peccati: agere non potest diem festum. Et ideo illis diebus: quibus peccat: offerre non potest indesinēs sacrificium deo. Sed ille offerre potest: qui indesinenter custodit iustitiam: & conseruat semetipsum a peccato. Qua die autem interruperit: & peccauerit: certum est ꝙ in illa die nō offert sacrificiū indesinēs deo. Vereor aliqd dicere q̄d ex sermonibus apostolicis intelligi dat̄: ne forte videar aliquos cōtristari. K
Nā si oratio iusti sicut incensum offert̄ in conspectu dñi: & eleuatio manuum ei⁹ sacrificiū est vespertinum: dicit autem Apostolus iis: qui ī coniugiis sunt: Nolite fraudari inuicem: nisi forte ex consensu ad tempus: vt vacetis orationi: & iterū in id ipsum sitis. Certū est: qa īpeditur sacrificiū indesinēs iis: qui coniugalib⁹ necessitatibus seruiūt. Vnde videtur mihi ꝙ illi⁹ est solius offerre sacrificium indesinēs: q indesinēter & perpetuę se deuouerit castitati. Sed sunt & alii dies festi iis: qui forte non possunt indesinenter immolare sacrificia castitatis.
Secunda ergo festiuitas post indesinentis sacrificii festiuitatē ponit̄ sabbati: & oportet sanctorum queq;: & iustum agere etiā sabbati festiuitatē. L
Quæ est autem festiuitas sabbati nisi illa: de qua Apostolus dicit: relinquetur ergo sabbatismus: hoc est sabbati obseruatio populo dei. Relinquentes ergo iudaicas sabbati obseruationes: qualis debeat esse christiano sabbati obseruatio: videamus. Die sabbati nihil ex omnibus mūdi actibus oportet operari. Si ergo desinas ab omnibus sęcularibus operibus: & nihil mundanum geras: sed spiritalib⁹ operibus vaces: ad ecclesiam conuenias: lectionibus diuinis: & tractatibus aurē prębeas: & de cælestibus cogites: de futura spe sollicitudinem geras: venturū iudiciū præ oculis habeas: non respicias ad p̄sentia: & visibilia: sed ad inuisibilia: & futura: hæc est obseruatio sabbati christiani. Sed hęc & iudęi obseruare debe-rēt. Deniq; etiā app̄d ios si faber: si structor: & si quis huiusmodi opificū fuerit: ociatur ī die sabbati. Lector autem legis diuinę: vel doctor: M
non desinit ab opere suo: & tamen sabbatum non cōtaminat. sic enim & dominus meus dicit ad eos. Aut non legistis: quia & sacerdotes in tēplo sabbatū violant: & sine crimine sunt

Qui ergo cessat ab operibus sæculi: & spiritalibus vacat: iste est: qui sacrificium sabbati: & diem festum agit sabbatorũ. Neq; onera portat in via. Onus enim est omne peccatũ: quem admodum dicit & propheta: Sicut onus graue grauatę sunt super me: neq; ignem accēdit illum scilicet ignem: de quo dicitur. Ite in lumie ignis vestri: & in flãma: quam accēdistis: In sabbato vnusq̃sq; sedet in loco suo: & non procedit ex eo. Quis ergo est locus spiritalis animæ? Iustitia est locus eius: & veritas: sapiētia: sanctificatio: & omnia quę Christus est: locus animę est. Ex quo loco eam nõ oportet exire: vt vera sabbata custodiat: & diem festũ ĩ sacrificiis exigat sabbatorum: sicut & dñs dicebat. Qui in me manet: & ego in illo. Qđ autē diximus vera sabbata: si altius repetam⁹ quæ sint vera sabbata: vltra hũc mũdũ est veri sabbati obseruatio. Quod enim scriptũ est in Genesi: qa requieuit Deus in die sabbati ab operibus suis: non videmus vel tunc factũ esse in die septima: vel etiam nunc fieri. Semper eñ videm⁹ deum operari: & nullũ sabbatum est: in quo deus non operet̃: in quo non producat solem suum super bonos: & malos: & pluat super iustos: & iniustos: in quo non producat in mõtibus fœnum: & hęrbã seruituti hominũ. In quo non percutiat: & sanet: deducat in infernum: & reducat: In quo non occidat: & viuere faciat. Vnde & dominns in euãgeliis cũ Iudęi pręscriberent sibi de operatione & curatione sabbati: respõdit eis. Pater meus vsq; modo operatur: & ego operor. Ostendens per hæc in nullo sęculi huius sabbato requiescere deum a dispensationibus mũdi: & a prouisionibus generis humani. Nam creaturam qdē fecit ex initio: & substantias protulit: quãtas sciebat: vtpote rerum conditor ad perfectionē mundi posse sufficere: sed vsq; ad consummationē sæculi ab earum prouisione: & dispēsatione non cessat. Erit ergo verũ sabbatum: in quo requiescet deus ab omnibus operibus suis: sęculũ futurũ: tunc cũ aufugiet dolor: & tristitia: & gemitus: & erit omnia: & in omnibus deus. In quo sabbato concedat etiã nobis deus diem festum agere: secũ & cũ sanctis ãgelis suis festa celebrare: offerentes sacrificium laudis: & reddētes altissimo vota nostra: quæ hic distinxerunt labia nostra. Tũc fortassis & sacrificiũ indesinens: de quo supra exposuim⁹ melius offeretur. Tũc eñ melius indesinēter poterit anima adsistere Deo & offerre sacrificiũ laudis per pontificē magnũ q est sacerdos in æternũ secundum ordinem Melchisedech.

Tertia festiuitas ponitur neomenię dies: in qua offertur & hostia. Neomenia autem dicitur noua luna. Est ergo & ista festiuitas cũ Luna innouatur. Noua autem dicitur: cum Soli ꝓxima fuerit effecta: & valde ei coniuncta: ita vt sub claritate eius lateat: Sed mirũ fortasse videatur: imo superfluũ lex diuina mandare. Quid enim religioni conducit Lunæ nouæ: id est cum coniungitur Soli: & adhæret ei: ob seruare festiuitatem? Hæc si secũdũ literã cõsyderentur: non tam religiosa: q̃ superstitiosa videbuntur: Sed sciebat Apostolus Paulus: quia nõ de iis loquitur lex: nec illũ ritum: qui a iudæis obseruari videtur: spiritus sanctus præcepit: & ideo ad eos: q fidē dei susceperũt dicebat. Nemo ergo vos iudicet in cibo: aut potu: aut parte diei festi: aut neomeniæ: aut sabbato: quæ sunt vmbra futurorum. Si ergo vmbra futurorũ est sabbatũ: de quo pro viribus supra explicuim⁹: & neomenia vmbra futurorum est: certum est ꝙ & cęteræ festiuitates similiter vmbræ sunt futurorum: sed nũc videamus de neomenia. Dixim⁹ ꝙ neomenię festiuitas appellatur: cum Luna innouari cœperit: & Soli proxima fuerit: penitusq; coniuncta. Sol iustitia Christus est: huic si Luna: id est ecclesia sua: quæ lumine ipsius repletur: iuncta fuerit: et penitus ei adhæserit: ita vt secundum verbum Apostoli: qui se iungit domino vnus cum eo spiritus fiat: tunc festiuitatem neomenię agit: tunc enim noua efficitur cum abiecerit veterem hominem: et induta fuerit nouum: qui secũdũ deum creatus est: atq; ita merito innouationis solēnitatem: quę est neomeniæ festiuitas: geret. Tũc deniq; est quãdo neq; videri: neq; compręhendi humanis aspectibus potest. Anima enim cũ tota se sociauerit dño: & splendori lucis eius tota concesserit: nihilq; omnino terrenũ cogitat: nihil mũdanũ requirit: nec hominibus placere studet sed totam se sapientię: totã lumini: totã calori sancti spiritus mãcipauerit: subtilis: & spiritalis effecta: quomodo cerni ab hominib⁹ aut ab humanis potest conspectibus appræhendi? Animalis nanq; homo intelligere & discernere non potest spiritalem: & ideo dignissime diem festum aget: & hostiam neomeniæ domino: vt pote per ipsum innouata iugulabit.

Quarto in loco ponitur iter festiuitates dei: paschæ solennitas: in qua festiuitate agnus occiditur. Sed vide tu agnum verum: agnũ dei: agnũ qui tollit peccatũ mundi: & dicito: quia pascha nostrum imolatus est Christus. Iudæi carnali sensu comedant carnes agni: nos autē comedamus carnem verbi dei. Ipse enim dixit. Nisi comederitis carnes meas: non habe-

bitis vitam in vobis ipsis. Hoc qđ modo loquimur: carnes sunt verbi Dei: si tamen non quasi infirmis holera: aut quasi pueris lactis alimoniam proferamus. Si perfecta loquimur si robusta: si fortiora: carnes vobis verbi Dei apponimus comedẽdas. Vbi em̄ mysticus sermo: vbi doctmaticus & trinitatis fide repletus proferť ac solidus: vbi futuri sæculi amoto vel amine literæ: legis spiritalis sacramẽta panduntᷓ: vbi spes animæ auulsa de terris iactatur in cœlos: & in illis collocatᷓ: quæ oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascẽderũt: Hęc omnia carnes sunt verbi dei: qbus q potest perfecto intellectu vesci: & corde purificato: ille vere festiuitatis pascheę immolat sacrificium: & diem festum agit
E cum deo: & angelis eius. Post hanc: immo cõtinuata huic festiuitas sequitur azimorum quam merito celebrabis si extermines omne fermẽtum malitię: & nequitię ab anima tua: & azima sinceritatis: veritatisq́ custodias. Neq́ enim putandum est om̄ipotentẽ deum leges hominis pro fermento scribere: & propterea iubere exterminari animã de populo suo: si qua forte parum aliquid fermẽti huius ex farina consparsi in domo sua habuisse deprẽhẽditur: eãq́ curam magnopere fuisse diuinæ maiestati: qua fermenti huius causa in tantũ se dicat offendi: vt animã: quam ipse ad imaginem: & similitudinẽ suã fecit: exterminari pro hoc iubeat: & euerti: non mihi videť hæc diuinis legibus digna esse intelligentia: sed illud magis ẽ: q horrescit: & merito horrescit deus: si malitiæ: si iræ: si nequitiæ spiritu infermentetur anima: & intumescat ad flagitia. Hæc non vult esse in anima deus: & tale fermentum nisi abiecerimus de domo animæ nostræ: merito exterminabimur. Sed ne cõtemnas etiam si paruam videris ĩtra te fermẽtari malitiam: quia modicum fermẽti totã massam corrumpit: & ideo neq́ de paruo peccato neglígas: quoniam ex vno peccato generatur & aliud. Sicut em̄ ex iustitia generatur iustitia: & ex castitate castitas (Si quis enĩ primo tenuiter castus esse cœperit: accepto castitatis fermẽto quotidie castior efficitur) ita & qui semel intra se: licet paruũ malitiæ reposuerit fermẽtum: quotidie semetipso nequior efficitur ac deterior. Et ideo si vis agere azimorum festiuitatem cũ deo: ne paruũ quidẽ malitiæ frementum intra te residere patiaris.
F Post hanc sequitur sexta festiuitas: quæ dicitur nouorum: id est cum primitiæ de nouis fructibus offeruntur. Vbi enim seminat⁹ fuerit ager: & diligenter excult⁹: atq́ ad maturitatem peruenerit seges: tunc fructuum perfectione festiuitas domini geritur. Si ergo & tu vis nouorum diem festũ agere cũ domino: vide quomodo semines/aut vbi semines vt possis tales metere fructus: ex quibus lætari facias deum: & agere diem festum. Qđ aliter implere non poteris: nisi audias Apostolum dicentẽ. Qui seminat in spiritu: de spiritu metet vitã æternã. Si sic semines: & sic metas: vere diem festum ages nouorũ. Propterea deniq́ & propheta ammonet dicens. Innouate vobis noualia: & nolite seminare super spinas. Qui ergo cor suum: & ĩteriorẽ hominẽ renouat de die in diem: iste sibi innouat noualia: & nõ seminat super spinas: sed super terram bonã: quæ reddat ei fructũ tricesimũ: aut sexagesimum: aut cẽtesimũ. Iste ergo est: qui in spiritu seminat: & colligit fructũ spiritus. Fructus autẽ spiritus primus omniũ est gaudiũ. Et merito diem festũ nouorũ fructuũ agit: q gaudium metit. Pręcipue si simil' metat: & pacẽ: & patientiã: & bonitatẽ: et mansuetudinẽ: aliosq́ horum similes fruct⁹ si colligat dignissime nouorũ fructũ festiuitatẽ domino aget.
Tunc deinde sequitur: festiuitas septimorũ. G
Sicut enim inter dies: septimus quisq́ dies obseruatur sabbatũ: & est festiuitas: ita et inter mẽses: septimus quisq́ mensis sabbatũ est mẽsium. Agitur ergo ĩ eo festiuitas: quæ dicitur sabbata sabbatorum: et fit in die prima mẽsis tubarum memoria. Sed quis est: qui festiuitatem gerat memoriæ tubarum: nisi qui potest scripturas ꝓpheticas: et euãgelicas: atq́ apostolicas: quæ veluti cœlestis quędam personat tuba mandare memoriæ et intra thesaurum cordis sui recondere? Qui ergo hæc facit: et in lege dei meditatur die: ac nocte: iste festiuitatem gerit memoriæ tubarũ. Sed et siqs potest gratias illas sancti spiritus promereri qbus inspirati sunt ꝓphetæ: et psallens dicere: Canite initium mẽsis tuba: ĩ die insignis solẽnitatis eius: et qui scit in psalmis iubilare ei: digne agit solennitatẽ tubarũ. Est adhuc et H
alia festiuitas: cum affligũt animas suas: et humiliant se deo festa celebrantes. O mira festiuitas: dies festus vocatur afflictio animæ. Hic enim (inquit) dies est propitiationis decima die mẽsis septimi. Vide ergo si vis diẽ festum agere: si vis vt lætetur de⁹ super te: affligę animam tuam: et humilia eam. Non ei permittas explere desyderia sua: nec concedas ei lasciuiis euagari: sed inquantum fieri potest: affligę et humilia eã. Deniq́ paschę festiuitas: et azimorum: panem afflictionis habere dicitur. Nec potest quis agere diem festũ: nisi afflictio

nis panem mãducauerit: & mãducauerit pascha cũ amaritudine. Mãducabitis em̃ (iquit) azima cum amaritudine: siue picriis: audis ergo quid essent festiuitates Dei: non recipiunt dulcedinem corporalẽ. Nihil remissum: nihil voluptuosum: aut luxuriosum volunt: sed afflictionẽ animæ: & amaritudinẽ: humilitatẽq; deposcunt. Quia qui se humiliat: ipse exaltabitur apud deum: hoc ergo deposcit: & propitiationis dies. Cũ em̃ afflicta fuerit anima: & humiliata in conspectu domini: tũc ei repropitiatur deus. Et tũc ad eã venit ille: quẽ proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguĩe suo Christus Iesus dominus & redẽptor eius. Iam vero vltimus dies festus dei quis sit quo deus lætatur in homine: videamus. Scenophegia (inquit) Lętatur ergo super te: cum te viderit in hoc mũdo in tabernaculis habitantẽ. Cũ te viderit nõ habere fixũ: & fundatũ animum: ac propositũ super terras: nec desiderantem quæ terrena sunt: nec vmbrã vitæ huius quasi possessionẽ propriã: & perpetuã deputãtẽ: sed velut in trãsitu positũ: & ad veram illam patriã vnde egressus es: paradisi festinantẽ: ac dicentẽ. Incola ego sum: & peregrinus: sicut omnes patres mei. In tabernaculis enim habitauerũt & patres: & Abraham in casulis: id est in tabernaculis habitauit cum Isaac: & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem. Cum ergo incola fueris: & peregrinus in terris: & non est mens tua fixa: & radicata in desideriis terrenorum: sed paratus es: vt cito transeas: & parat[9] es extendere te semp ad interiora vsq; quo peruenies ad terram fluentẽ lac & mel: & hæreditatem capias futurorum. Sic te inquã positũ in iis videat deus: lętatur in te: & diem festum aget super te. Hæc quidem in pręsenti: in futuro vero si vis considerare quomodo agantur dies festi: erige paululum si potes sensus tuos a terra: & obliuiscere paulisper hæc quæ habentur in facie. Describe vero tibi quomodo cœlũ & terra transeant: & transit omnis hic habitus mundi. Cœlum vero nouũ: & terra noua fundetur. Amoue de conspectibus tuis etiam Solis huius lucem: & da illi mũdo: qui venturus est Solis septuplũ lumen. Immo potius secundum scripturæ auctoritatẽ ipm ei da dominũ lucem. Pone adstantes angelos gloriæ: pone virtutes: potestates: sedes: dominationes: atq; omne nomen clarissimarũ: cœlestiumq; virtutum. Non solum qđ in præsenti sæculo nominatur: sed qđ etiam in futuro. Inter hos omnes considera: & coniice quomodo agi possint dies festi domini: quæ ibi festiuitas: quæ gaudia: quæ lætitiæ magnitudo. Nam de iis: quæ supra diximus spiritalibus festiuitatibus etiam si magnæ sint: & veræ: præcipue cum spiritaliter geruntur in anima: magna tamen ex parte sunt: non ex integro. Sicut enim dixit Apostolus: qa ex parte scim[9]: & ex parte pphetamus: ita consequens est: vt ex parte diem festum geramus. Vt autem scias hæc ita esse: redeamus ad ipsius Pauli sermonem: quẽ de dieb[9] festis & neomęniis posuit: & vide quomodo obseruanter dixit. Nemo ergo ait: vos iudicet in cibo: aut in potu: aut in parte diei festi. Attende ergo diligentius quomodo non dixit in die festo: sed in parte diei festi. Ex parte enim & non ex integro diem festũ in hoc mundo positi celebramus: Interpellamur em̃ etiã si nolumus ab onere carnis: pulsamur a cõcupiscentiis eius: curisq; : & sollicitudinibus terebramur. Corpus em̃ corruptibile (vt ait ille sapientissim[9]) aggrauat animam: & deprimit sensum multa cogitantem. Ex parte ergo in hoc mũdo sancti agunt diem festum: quia & ex parte sciunt: & ex parte prophetant. Cũ aũt venerint quæ perfecta sunt: destruentur ista: quæ ex parte sunt. Sicut enim perfectæ scientiæ cedit ista: quæ ex parte est: & perfectæ prophetiæ cedit ista: quæ ex parte est: ita & perfectæ festiuitati cedit ista quæ ex parte est festiuitas. Neq; em̃ quod perfectum est mundus iste capere potest: vbi (vt diximus) necessitas corporis nuuc cibũ: nuuc potum: nunc somnũ suggerit: nunc etiã quantãcunq; necessario vitæ præsentis sollicitudinem mouet: quę omnina interrumpũt sine dubio continuationem festiuitatis dei. Cum autem venerit illud: quod dictũ est de iis: qui restituuntur in sancta: si tamen et nos ex iis esse mereamur qui restituendi sunt: qui neq; esurient: neq; sitient: neq; dormitabunt: neq; laborabunt: sed erũt peruigiles: sicut angelorũ vita peruigil dicitur: cum in illum ordinem restitui merebuntur: tunc erit vera: et incorrupta festiuitas: cuius festiuitatis princeps et sponsus: et dominus erit ipse Iesus Christus Saluator noster: Cui est gloria: et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

De sacrificiis quæ per vnãquãq; festiuitatẽ iubentur offerri: et de votis: quæ vouent̃ deo. Ho. XXIIII. Ca. XXVIIII. XXIX. et. XXX.

Mnes: qui imbuendi sunt eminentioribus disciplinis tã diu molestũ ducũt rudimentorũ laborẽ donec qs sit et disciplinę illius: ad quam introducuntur finis: et fru

f

ctus ignorant. Cũ vero imbutos per ordinẽ pfectio consecuta fuerit disciplinæ: tũc delectabit rudimentorũ pertulisse molestias. Sũt ergo & in sanctis: ac diuinis rebus prima quædam rudimenta: quibus inducunt̃ ii: qui ad perfectionẽ beatitudinis tendũt. Quod euidẽter famulus dei in cantico Exodi designat dicens. Induc: & planta eos in monte hæreditatis tuæ in præparata habitatiõe tua: quam pręparasti domine. Paulus quoq; apostolus sciens esse q̃dam prima imbuendi initia: tunc deinde per tempus etiam ad perfectionem veniri: scribẽs quibusdã dicebat: Etenim cum deberetis iam magistri esse propter tẽpus: rursum indigetis vt doceamini quę sint elementa exordii sermonum dei: & facti estis: quibus lacte opus sit: nõ cibo forti. Omnis enim qui lacte alitur: expers est sermonis iustitiæ: paruulus enim est. Perfectorum vero cibus solidus est: qui pro possibilitate sumendi exercitatos habent sensus ad discretionem boni vel mali. Et iterum in aliis. literam legis: omnemq; huiusmodi scripturã elementa mũdi esse cõmemorat. Et nunc ergo ea: quæ pertinuerunt ad illos: qui primis ĩbuebantur elemẽtis: molesta nobis primo vidẽtur

G auditu. Volenti em̃ vnicuiq; auditorũ discere de iis: quæ ad salutem pertinent: cum de sacrificiis arietum: & hircorum: vitulorũq; recitat̃ nihil sibi vtilitatis conferre huiusmodi literas iudicant quantum ad ipsum spectat auditũ. Si vero q̃s inueniatur qui possit velamẽ: quod est impositũ in lectione veteris testamenti remouere: atq; inde perquirere quæ sint vera sacrificia: quæ purificent populum in diebus festis: tũc videbit q̃ mira: & magnifica sunt: quæ per hæc indicantur: quæ superflua ignorantibus: ac superstitiosa ducuntur. Sed hæc quidẽ Paulus & siqui ei similes sunt plenius ab ipsa sapientia: & verbo Dei: perfectiusq; cognouerint. Nos autẽ quantũ ex ipsorum literis colli

H gere possumus: in quibus nobis velut per vmbram: & imaginem indicia quædam dederũt: ad ędificationem cõmunem discutere summatim de sacrificiorũ ritu aliqua tentabimus. In paschę festiuitate agnus scribitur esse: qui purificat populum. In aliis vitulus: in aliis hirc⁹ aut aries: vel capra: vel vitula: sicut ex iis: quæ recitata sunt: didicistis. Vnus ergo ex iis animalibus: quæ ad purificandũ populũ sumunt̃ est agnus. Qui agnus ipse esse dicit̃ dominus & saluator noster. Sic enim intellexit Ioannes qui est maior omnium prophetarũ: & signauit de ipso dicens: Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Q: si agnus: qui ad purificandum populum datus est ad personam domini: & Saluatoris nostri refertur: consequens videtur q; etiam cætera animalia: quæ eisdem purificatiuis vsibus deputata sunt: referri debeãt similiter ad aliquas personas: quæ per meritum sanguinis Christi purificatiõis aliquid humano generi conferant. Vide ergo ne forte sicut dominus & saluator noster quasi agnus ad occisionem ductus: & in sacrificium altaris oblatus: peccatorũ remissionem vniuerso præstitit mundo: ita fortassis & cæterorum sanctorum: ac iustorum sanguis: qui effusus est a sanguine Abel iusti: vsq; ad sanguinem Zachariæ prophetæ: q interfectus est inter ædem: & altare. Alterius quidem sanguis sicut vitulæ: alterius sicut hirci: aut capræ: aut alicuius horum fusus est ad expiandum pro parte aliqua populũ. Siue hæc ad iustorũ: prophetarũq; personas: q in hoc mundo iugulati sunt: vel eorũ qui dicunt. Quoniam propter te morti afficimur tota die: existimati sumus sicut oues occisionis: referenda videantur. Siue etiam ad superiores virtutes: quibus procuratio humani generis data est: q̃s facile audeat affirmare? Neq; enim hæc animalia per speciem: sed per figuram referri ad illam: vel illam putanda sunt. Nam & ipse dominus Iesus Christus: non ideo agnus dicitur quasi qui mutatus sit: & cõuersus sit in speciem agni. Dicitur tamen agnus: quia voluntas: & bonitas eius qua deũ repropitiauit hominibus: & peccatorũ indulgentiã dedit: talis extitit humano generi quasi agni hostia ĩmaculata: & innocens: qua placari hominibus diuina creduntur. Sic ergo fortassis & siquis est angelorum: cœlestiũq; virtutum: aut siquis iustorũ hominum: vel etiam sanctorum prophetarũ: atq; apostolorũ: qui enixius interueniat pro peccatis hominum: hic pro repropitiatione diuina: velut aries: aut vitulus: aut hircus: oblatus esse sacrificiũ ob purificationem populo impetrandã accipi potest. An non videtur vt aries: aut hircus holocaustum se obtulisse Paulus pro populo Israel: cum dicebat: optabam autem ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis: qui sunt cognati mei secundũ carnem? Vis autem scire: quia se hostiam Paulus offerat iugulandum? Audi enim in aliis dicentem. Iam enim ego immolor & tempus resolutionis: vel (vt in græcis codicibus legimus) reuersionis meæ instat. Sic ergo figuraliter potest videri: q; alius pro festiuitate nouorum: alius pro festiuitate sabbati: alius pro festiuitate tabernaculorũ: quasi hircus: aut vitulus: aut eries offeratur ad reconciliandũ hoĩbus deũ. Donec em̃ sunt peccata: necesse est requiri & hostias pro peccatis. Nam

pone (verbi gratia) non fuisse peccatũ. Si non fuisset peccatum: non necesse fuerat filium dei agnũ fieri: nec opus fuerat eũ in carne positum iugulari: sed mãsisset hoc: qđ in principio erat deus verbũ. Verũ quoniam introiit peccatũ in hunc mundum: peccati autem necessitas propitiationem requirit: & propitiatio nõ fit nisi per hostiam: necessariũ fuit prouideri hostiam pro peccato. Et quoniam peccati ipsius diuersæ: & variæ qualitates fuerunt: diuersorũ aĩaliũ mãdantur hostiæ proculdubio quæ conuenirent varietatibus peccatorũ. Sic ergo efficiť alius sanctorum: siue angelorum (vt dixim⁹) siue hominum vitulus: qui in illa festiuitate ĩteruenia pro populi delictis. Alius autẽ aries in alia festiuitate: quorũ intercessione fiat purificatio pro peccatis. Qđ si purificari potuerint homines a peccatis: & esse puriores: minuuntur & hostiæ. Si eñ pro peccatis sunt hostiæ: & pro multitudine peccatorũ multiplicatæ sunt: sine dubio & pro exiguitate minuuntur. Huius autem rei in præsentibus locis scripturæ habemus indicia: id est in vltima festiuitate Scęnophegiæ: cum per octo dies hostiæ iubentur offerri: & prima quidem die quasi adhuc in abundantia peccatorũ: quatuordecim vituli iubentur offerri. Secunda aũt die imminutis vtpote peccatis minuuntur & hostiæ: & tredecim vituli offeruntur. Tertia die duodecim: & post hæc vndecim: & ita quasi deficiente per dies multitudine peccatorũ: minuiť consequẽter etiã numerus hostiarũ. Sic etiam per dispensationem totius mundi ratio est purificationis: & intellectuũ. Indigent enim purificatione non solum quæ in terra sunt: sed quæ in cœlis. Imminet nanq & cœli perditio: sic eñ dicit propheta. Cœli peribunt: & oẽs vt vestimentũ veterascent: & sicut amictũ inuolues eos: & mutabuntur. Intuere igitur totius mũdi: id est cœlestium: ac terrestriũ: & infernorũ purificationẽ. Vide quantis indigeãt ista oĩa hostiis: quantos requirãt vitulos: quãtos arietes: quantos hircos. Sed & in his oĩbus vn⁹ est agnus: q totius mũdi potuit auferre peccatũ: & ideo cessauerunt cæteræ hostiæ: Quia talis hæc fuit hostia: vt vna sola sufficeret pro totius mundi salute. Cæteri eñ precibus peccata: hic solus potestate dimisit. Dicebat enim. Fili remissa sunt tibi peccata tua. Sic ergo imbuitur mundus: primo per diuersas hostias remissionem quærere peccatorum: donec veniat ad hostiam perfectam: ad hostiã consummatam: agnum anniculũ: perfectũ: qui tollat peccata totius mũdi: Per quẽ festiuitates agat spiritales: non ad satietatem carnis: sed ad profectum spiritus sacrificiis spiritalibus purificatione mentis oblatis. Decet eñ deo immolari victimam cordis: & hostiam cõtribulati spiritus: non carnis: & sanguinis iugulari: Quia & si agnouimus Christũ aliquãdo secundũ carnem: sed nunc iam non nouimus: & ideo in spiritu diem festum agamus: & spiritalia sacrificia iugulemus. Hæc pro viribus nostris de diuersitate sacrificiorum discussa sint: quorũ adliquidũ intelligentiam scit ille: cui nuda: & reuelata sunt omnia: nec est vlla creatura in conspectu eius inuisibilis. Post hæc votorum lex ponitur: & nouo principio vtiť in hac legislatione Moses. Ait enim. Homo homo quicunq vouerit votũ dño. Quæ est ista repetendi nominis causa? Quasi non sufficeret dixisse: Homo qui vouerit votum domino. Quid est ergo quod ait: homo homo? & quid sibi velit ingeminata hominis appellatio? Non mihi silentio prætereundum videtur. Apostolus docet alium esse interiorem hominem: & alium exteriorem: & illum esse: qui renouatur de die in diem secundũ imaginẽ eius: qui creauit eum. Hunc vero esse visibilem: qui corrũpitur. Cũ ergo venitur ad istũ iam profectũ vt lex dei suscipiatur: & vota dño offerantur. Vota aũt do- E
mino offerre nemo potest: nisi qui habet aliqd in semetipso: & in substantia sua quod offerat deo. Non sufficit iste exterior homo legem dei suscipere: nec vota solus offerre: non enim potest aliquid dignum deo habere. Sed ille interior est homo qui magis habet in se quod offerat Deo. In illo nanq est habitaculum virtutũ in illo omnis intellectus scientiæ: in illo est diuinæ imaginis inuocatio. Qui cum speciem suam: qua ex initio a deo factus est: recuperauerit: & virtutum redintegrationem pulchritudinem priorem formæ receperit: tũc iam potest vota offerre deo: & tunc iam non homo solum: sed homo homo dicetur. Nam q interiorem hominem non excolit: qui illius curã non gerit: qui virtutibus eũ non instruit: moribus nõ adornat: diuinis institutionibus non exercet: sapientiã dei non quærit: scientiæ scripturarum operam nõ impendit: hic non potest homo homo dici: sed homo tantum: & homo animalis. Quia ille interior: cui verius: & nobili⁹ homo nomen est: sopitus in eo est: carnalibus vitiis: & mundi huius curis: ac sollicitudinibus obrutus ita vt in eo nec nominis eius haberi possit appellatio. Vnde satis agendum est vnicuiq nostrum: vt si forte videt in se interiorem hominem peccatorum sordibus: & vitiorum ruderibus oppressum iacere: citius ab eo auferat oẽs immunditias: citius eruat eum ab

omni inquinamento carnis: & sanguinis: con-
uertatur aliquando ad poenitentiam: reuocet
ad se memoriã dei: reuocet spem salutis. Non
enim hæc extrinsecus aliunde quęrenda sunt.
sed intra nos est salutis occasio. Sicut & do-
minus dixit. Ecce enim regnum dei intra vos
est. Intra nos namq; est conuersionis facultas.
Cum eñ cõuersus ingemueris: saluus eris: &
tunc poteris digne altissimo reddere vota tua
& homo homo appellari. Votũ autẽ est: cũ ali-
F quid de nostris offerimus deo. Vult ergo a no
bis prius aliquid accipere deus: & ita nobis ali
quid ipse largiri: vt dona sua & munera merẽ-
tibus: & nõ immeritis largiri videatur. Quid
aũt est quod vult accipere a nobis deus? Audi
scripturę sentẽtiã. Et nũc Israel quid dominus
deus tuus poscit a te: nisi vt timeas dominum
deum tuũ: & ambules in oĩbus viis eius: & di
ligas eum ex toto corde tuo: & ex tota anima
tua: & ex totis virib⁹ tuis? Hæc sunt ergo quæ
deus poscit a nobis: Quæ si non prius offera-
mus: ab ipso accipiemus nihil. Legimus & in
alio loco. Date gloriam deo: & date magnificẽ
tiam deo. Si dederitis gloriam: recipietis glo-
riam. Sic eñ dicit ipse deus. Glorificantes me:
glorificabo. Ego vero dico: ꝙ & si offeramus
ei iustitiam nostram: accipiemus ab ipso iusti
tiam dei. Et si offeramus ei nostram: id est cor
poris castitatem: accipiemus ab ipso ipsius ca-
stitatẽ. Et si offeramus ei sensum nostrum: ac-
cipiemus ab ipso sensum ipsius. Sicut & Apo
stolus dicebat: Nos autem dñi Christi sensum
habemus. Cum autem nos obtulerimus deo
quæ in nobis sunt: & ille contulerit in nos quæ
sua sunt: tunc vere iam non homo solũ: sed ho-
mo homo dicetur. Vterq; enim homo voca-
buli sui perfectione decenter ornatus est. Ista
sunt ergo vota: quæ debet exsoluere is: qui ho
mo homo appellatur. Scio diuersa vota in scri
G pturis referri. Anna quidem vouit deo fructũ
ventris sui: & Samuelem consecrauit in tẽplo.
Alius: quodcũq; sibi post victoriam redeunti
occurrisset vouit deo: & occurrente filia: vota
lachrymanda psoluit. Alii vitulos: aut arietes
aut domos: aut alia huiusmodi ratione caren-
tia: vota offerunt deo. Ille vero: qui appellatur
Nazareus: semetipsum deuouit deo. Hoc est
enim votum Nazarei: quod est super omne vo
tum. Nam filium offerre: vel filiam: aut pecus
aut prædium: hoc totum extra nos est. Semet
ipsum deo offerre: & non alieno labore: sed pro
prio placere: hoc est perfectius: & eminentius
omnibus votis: qđ qui facit: imitator est Chri
sti. Ille eñ dedit homini terrã: mare: & omnia
quę in eis sunt: ad obsequium dedit: & coelum:
Solem quoq; & Lunã: ac stellas hominũ mini-
sterio concessit. Pluuias: ventos: & omne quic
quid in mũdo est hominibus largitus est. Sed
post hæc oĩa: semetipsum dedit. Sic enim dile-
xit deus mundum: vt filium suum vnigenitũ
daret pro mũdi huius vita. Quid ergo magnũ
faciet homo si semetipsum offerat deo: cui ipse
se prior obtulit deus? Si ergo tollas crucem tu
am: & sequaris Christum: si dicas viuo autem
iam non ego: viuit vero in me Christus: si de-
sideret & sitiat anima nostra redire: & esse cũ
Christo: sicut & Apostolus dicebat: & præsen
tis sæculi non delectẽt illecebris: & si omnẽ le-
gem: quæ de Nazareis data est: spiritaliter im-
pleat: tunc semetipsum: id est animã suã obtu
lit deo. Qui in castitate viuit: corpus suum vo
uit deo secundũ eum: qui dixit: Virgo autẽ co
gitat quomodo sit sancta corpore & spiritu.
Nam & hoc ipsum: quod dixit sancta: ad hoc H
respicit. Sancti enim dicuntur illi: qui se voue-
runt deo. Vnde & aries (verbi causa) si vouẽt
deo sanctus appellatr: quẽ tonderi ad commu-
nes vsus non licet. Sed & vitulus si deuot⁹ fue
rit deo: sanctus nihilominus appellatur: nec li
cet eũ iungi in opus cõmune. Ex iis ergo colli-
gamus quid est hominẽ seipsum vouere deo.
Si te voueris deo imitandus tibi est vitulus:
quem non licet humanis operibus deseruire.
Nihil facere: qđ ad homines: & ad præsentem
pertineat vitam. Sed quicquid ad animã perti
net: & ad diuini cultus obseruãtiã: hoc & agẽ-
dum & cogitandum tibi est. Sed interim præ-
sens lectio continet diuersitates quasdam vo-
torum: etenim si vir fuerit qui vouit: liber esse
dicitur in votis suis: nulliq; subiectus. Mulier
autem si voueat: si quidem in domo patris sui
sit votum eius: in patris pendet arbitrio: & si q
dem ille recusauerit: liberabitur. Si vero non
recusauerit: & ipse & filia tenentur obnoxii.
Q; si posteaq̃ non recusauerit pater: non red
diderit votum filia: peccatum ipsi manet. Si-
militer autem & erga maritum decernitur:
vt si in domo mariti vxor aliqd vouerit & au-
diens maritus nõ recusauerit: reus fit voti pa
riter cũ vxore. Si vero recusauerit: tã vxor sit
libera: q̃ maritus. Si vero tacuerit: vterq; (vt
diximus) reus habeatur. Hæc sunt quidẽ quę I
scripta sunt: sed orandus est nobis deus: vt in-
tellectum dare dignetur se dignum: quo hæc
(vt decet) de Dei verbis intelligere possimus
& aduertere. Oẽs qui sub lege dei viuimus: &
in ecclesia eius habemur: aliquid sub patribus
aliquid sub viris agimus. Et si qdẽ paruula est
anima: & initia habet in eruditionib⁹ diuinis
hæc sub patre agere credenda est. Si vero iam

adultior facta est: ita vt viri potens sit ad cōcipiendum semē verbi dei: & doctrinæ spiritalis capere secreta: hæc sub viro posita dicitur. Sic enim & Paul⁹ dicebat de Corinthiis. Volo autem omnes vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Qui vero perfectiores sunt: & eminentiores horum: de illis nō dicitur ꝙ sub viro sint: sed audi quomodo de semetipso: suiꝗ similibus pronuntiet Paulus. Donec occurramus (inquit) omnes in virum perfectum: ĩ mensuram ætatis plenitudinis Christi. Huic ergo animæ: quę in virum perfectum occurrit nemo dominatur in votis: sed habet potestatē suorum: libertatemꝗ votorum. Si autem fœminei adhuc generis fuerit anima: cui vel vir: vel pater domineť in votis: non semper in ipsa est culpa: sed interdū redit ad viros: vel parentes. De quibus applicare difficile sit: tamē quæ domino largiēte potuerint īferem⁹: Sæpe diximus animarum quę in ecclesia dei sunt curam procurationēꝗ haberi per angelos quosꝗ etiā ad iudiciū venire cū hominibus ostendim⁹. In illo diuino constet examine vtrum sua desidia peccauerint hoĩes an monitorū/custodūꝗ neglígentia: videtur mihi etiā in hoc loco: etiam sub mysterio designari & ostendi ꝙ aliæ quidem vt filiæ superis animæ degūt: aliæ vt vxores secundum ea quæ superius distinximus: si qua ergo harum offerre aliquid & vouere cupiat deo: si quidem pręproperū: & minus aptū qđ vouit est: illius est: vtpote custodis & monitoris angeli retrudere & reprimere vouentis audaciam. Si vero audiens non represserit non monuerit anima quidem liberabitur a culpa. Ipse vero voti manebit obnoxius. Equidem erga inferiores quasꝗ fieri accipiendum est: perfectioribus ipse adest deus: sicut scriptum est de populo Israel. Dominus ipe deducebat eos. Postea vero q̃ deliquerunt: & inferiores semet ipsis facti sunt: angelo traduntur. Vnde & Moses dicebat: Nisi tu ipse veneris nobiscum: non me educas hinc. Sed & de iusto dicit de⁹: cum ipso sum in tribulatione: & alio dicit. Non timeas descendere in Aegyptum: quoniam tecum ero. Iustis ergo & electis ipse adest dominus: Inferioribus vero adsunt angeli secundū ea: quæ superius diximus. Sed nos contendere debemus vt occurramus in virum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi: vt vtamur libertate votorum: & ita adhęrere domino festinemus: vt cum ipso vnus spiritus simus: & ipse in nobis maneat: & nos in ipso: & nihil in nobis fœmineum: nihil paruulæ ætatis habeatur: ne necesse sit nobis sub tutorib⁹: & procuratoribus derelinqui a patre. Sed festinemus audire illam a domino: & Saluatore nostro vocem: qua ait ipse: pater diligit vos: Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

De vltione: quæ in Madianitis facta est. Homilia Vigesimaquinta. Cap. XXXI.

IN superioribus fornicati sunt filii Israel cum mulieribus Madianitarum: & hoc fuit scandalum filiis Israel: in quo offenderunt deum: & ad iracundiam prouocauerunt sanctum Israel. Nūc autem posteaq̃ pertulit Israel: quæ pertulit. Locutus est (inquit) dominus ad Moysen dicens. Vlciscere vltionem filiorum Israel de Madianitis: & ad vltimum apponeris ad populū tuum. Igitur scandala quæ acciderant Israelitis: quoniam tergiuersatione Madianitarum acciderant: Ipsi enim subornauerunt mulieres quæ eos deciperent: vt peccarent coram domino. Illi quidem pro peccato suo pertulerunt vindictam: mediocrius tamen & parcius. Hi vero: qui eis fuerunt causa peccandi: multo vehementiori subiacent vltioni. Vnde edocemur: quia longe sit grauius aliis causam præbere peccati: q̃ ipsum vnumquenꝗ peccare. Sicut & dominus designat cum dicit. Quia melius fuerat homini illi non nasci: aut molam asinariam alligari circa collum eius: & præcipitari in profundum maris: q̃ vt scandalizet vnum de pusillis istis. Simulꝗ aduertendum est: quoniam quidem nomen scandali a nonnullis incompetenter præsumitur. Illud igitur scandalum dicitur: vbi recto itinere ambulanti deceptio aliqua instruitur ad peccandū: & subiicitur causa peccati: sicut & Madianitæ: ambulantibus in lege domini Israelitis: & custodientibus castitatem: subornarunt mulieres: quæ eos deciperent ad peccandum. Causam ergo præbere peccati: hoc est scandalizare. Verūtamen datur vindicta: sed multo grauior in eos: qui scandalizauerunt: & qui causam peccati præbuerunt: q̃ in eos: qui peccauerūt. Simul autem & illud obserua: quod iis subiecit. Nouissime autem (inquit) & tu apponeris ad populum tuum. Siquando nobis cum Samaritis sermo est: quoniam quidem resurrectionem mortuorum negant: nec recipiunt futuri sæculi fidem: perurgeamus eos ex iis verbis: quibus dominus dicit ad Mosen: Quia apponatur ad populum suum. Nemo enim apponitur ad eos: qui non sunt. Vnde

constat esse aliquem populum: cui Moses post vitę huius exitum dicitur applicandus. Quia ergo prophetis non credunt Samaritæ: ex quibus posset resurrectionis mortuorum latius fides approbari: ex iis saltem Mosei libris: quos recipiunt: & quorum auctoritatem fatentur: conuincendi sunt & curandi: si tamen oportet Babyloniam curari. Est ergo locus hic re-
D surrectionem mortuorum euidenter ostēdēs. Designat enim esse populum: cui post obitum suum Moses adiungendus sit: & ad quos pro suis meritis transferendus. Post hæc locutus est Moses ad populum dicens. Armate ex vobis viros: & belligerate aduersum Madian: reddere vindictam in Madian a domino: mille ex tribu: & mille ex tribu: ex omnibus tribubus Israel mittite ad belligerandum. Attendite lectioni. Non solum enim ad auditum sermonum: sed ad rerum considerationem intendendus est animus. Recordare præterita: audi præsentia: quæ sequuntur: aduerte. Confer priora posterioribus: & diuinarum virtutum magnificentiam contemplare. Filii Israel dudū sexcenta milia fuerant armatorū: qui ꝓcesserant aduersum Madian: & hi omnes victi sunt: quoniam peccatum erat in ipsis. Nunc vero victores Madianitæ: qui sexcenta milia fugauerant: vincuntur a duodecim milibus vt scias: quia non in multitudine: nec in numero militum vincit israel: sed iustitia: & pietas est in eis: quæ vincit. Propterea deniq̧ &
E in benedictionibus eorum dicitur. Quia si seruauerint legem domini: vnus ex ipsis persequatur mille: & duo vertant decem milia. Vides ergo: quia multo plus valet vnus sanctus orando: q̄ peccatores innumeri præliando. Oratio sancti penetrat cœlum. Quomodo nō & hostem vincat in terris? Et ideo omni mode studendum est quærere primo: & custodire iustitiam Dei. Quam si obtinueris: & seruaueris: omnes tibi hostes ipsa subiiciet. Si fueris indutus (sicut Apostolus dicit) loricam iustitiæ: & accinctus veritatem: si galeam salutis acceperis: & gladium spiritus: & ante omnia scutum fidei: in quo possis omnia iacula maligni ignita extinguere. Talibus enim instructus armis: vniuersa diabolica castra: omnemq̧ eius fugabis exercitum: & cum fiducia cantabis. Si cōsistant aduersum me castra: non timebit cor meum: si insurgat in me præ-
F lium: in hoc ego sperabo. Congrediuntur ergo duodecim milia aduersum Madianitas: & interficiunt (inquit) omne masculinum eorum & reges eorum: & Balaam filium Beor interfecerunt gladio cum reliquis vulneratis eorum

Quod in superioribus quęrebamus quomodo de scripturis probari possit Balaā consilio subornatas esse mulieres Madianitarū: quæ deciperēt filios Israel ad fornicādū: pręsens hic scripturæ locus euidēter ostēdit: dicēs eū perēptū esse gladio velut auctorē scandali: qđ īmissum est filiis Israel. Dicitur aūt de eo: & in sequentibus adhuc euidentius hoc modo: Et ait ad eos Moses: Cur viuam reseruastis omnem fœminam? Ipsę enim sunt: quæ filios Israel secundū verbū Balaā apostatas fecerūt. Interficiuntur aūt & reges Madianitarum: atq̧ illi: qui prius a mulieribus victi sunt: nunc expiatione habita: & gesta pœnitentia: etiam reges vincūt. Ex hoc intelligamus quantū valeat conuersio ad deum: quantū prosit emendatio peccatorum. Omne masculinū: omnes reges Madianitarū vincuntur: & perimunt̄ ab iis: q per correptionem domini: & per gestorū pœnitētiā correpti sunt: & emendati. Quinq̧ ergo reges Madianitarum referūtur ab Israeliticis militibus superati. Sed & nomina eorum curæ fuit scripturæ diuinæ memorari. Euuin (inquit) & Rocon: & Sur: & Vr: & Roboc. Isti sunt: q regnāt apud Madianitas: quos superare: & penitus debent extinguere omnes q militant deo. Euuin nāq̧ beluinus: vel ferinus interpretat̄. Et quo modo poteris placere ei: qui te probauit: si non absciderís a te: & penitus peremeris beluinos & feros mores? Quomodo poteris ad mansuetorū beatitudinē peruenire: nisi prius interficias Euuin: & morti tradas potius iracundiæ feritatem? Ego puto ꝙ nomina hæc scriptura diuina nō pro historia narrauerit: sed pro causis: & rebus aptauerit. Nā putas fuerit aliquis ita stultus: qui filio suo nomē beluinus imponeret? Sed hoc arbitror magis: ꝙ īstructiōi animarum prospexerit sermo diuinus: volens nobis ostēdere ꝙ aduersum huiusmodi vitia militare debeamus: & de habitaculis ea carnis nostræ depellere: istos reges fugare de regno corporis nostri. quod apostolus euidentius designat dicens. Non ergo regnet peccatū in vestro mortali corpore. Vis autē videre quoniā H.
nō solum apud sanctos noīa pro rebus aptantur: sed etiā apud gentiles: & barbaros? de sanctis quidem notum est cur Abram Abraham vocitatus sit: & Sarai Sara: & Iacob Israel. Doceamus autē ꝙ mos iste habeatur etiam apud Barbaros. Nōne vnus ex filiis Israel a parentibus suis Ioseph nomē acceperat? Cum autem trāsiit in Aegyptum: & stetit ante Pharaonē commutauit nomen eius: & de Ioseph cognominauit eū Psompthomphanec: quod lingua sua Pharao de secretorum: vel somniorum

reuelatione composuit. Et non solum Ioseph
huic apud Pharaonē ex re nomen aptatur: sed
& Daniel in Babylonia Baltassar nominatur.
Et Ananias: atq; Azarias: & Misael: Sidrach:
Misac: Abdenago vocitātur. Vides ergo quia
tam Israeliticorum: q̃ etiā barbarorū hominū
nomina non fortuitu: sed pro rebus: & causis
aptantur in lege. Igit̃ Madianitarū regē Mo=
ses appellauit: ꝑut ipe censuit appellandū. Bel
luina (inquit) feritas est: quę regnat in Madia
nitis: & non ipsa solum: sed & alius est apud ip
sos rex nomine Rocom: qđ est in nostra lingua
inanitas. Regnat ergo & inanitas in Madiani=
tarum gente. Est enim reuera multa inanitas:
& vanitas in hoc mundo: immo & vanitas va=
nitatum: & omnia vanitas. quam dei miles su
perare debet & vincere. Vincit aūt inanitatē
qui nihil inaniter: nihil superflue: & qđ ad rem
non pertinet gerit. qui meminit præcepti illi⁹
dominici quo ait. Quia etiam de verbo otioso
reddēt homines rationem in die iudicii. In hac
autem vita homines totum pene otiosum: &
totum inane est: quod loquuntur: qđ agunt.
Inanis enim dicitur omnis actus: & omnis ser=
mo: in quo non est intrinsecus aliquid pro deo:
vel pro mandato dei. Est & alius rex Madian:
Vr: & hic interpretatur irritatio. Vides qua=
les sunt: qui regnant apud Madianitas: quib⁹
hominibus aduersari oportet: immo quos per
imi conuenit ab iis: qui deum sequuntur: &
interfici. Non enim tam regum: q̃ vitiorum
nomina: quæ regnant in hominibus: referun=
tur in lege: & non tam gentium bella: q̃ concu
piscentiarum carnalium: quæ militant aduer
sus animam: describuntur. Deniq; hi qui in vi
tiis regnant: quinq; reges esse dicuntur. Vt
euidentissime doceamur: quia omne vitium:
quod regnat in corpore: ex quinq; sensibus pē=
det. Isti ergo quinq; sensus perimēdi sunt de re
gno Madianitarum: vt vltra vitia nō regnent
super eos: sed iustitia: ne ad scandalum videāt
quæ vident: sed ad ædificationem. Apud Ma=
dianitas enim sensus isti ad scandalizandū re=
gnabant: vt scandalizarent: & deciperent. Et
ideo præcepit dominus: vt si te scandalizaue=
rit oculus tuus: eruas eum. Si manus aut pes:
abscindas eum. Vides ergo: quia & ipse iubet
abscindi: & perimi reges scandalizantium. Me
lius est (inquit) te luscum introire in regnum
dei: & mancum: aut claudum: q̃ cum iis mitti
in gehēnam. In quibus non vtiq; effodiendum
præcipit oculū corporis nostri: nec manū: aut
pedem abscindendū: sed sensum carnalia sen=
tientē: & cōcupiscentiis carnalibus lasciuien=
tem mandat abscindi: vt oculi nostri recta vi=
deant: & aures nostræ recta audiant: & gustus
noster verbum dei gustet: manusq; nostræ pal
pent: & contingant de verbo dei. Et hoc est: in
quo peremptis regibus Madianitarū: & scandali
affectibus amputatis: regnat in nobis iustitia
ipse dominus noster Iesus Christus: qui factus
est nobis iustitia a deo: & pax: & redemptio.
Igitur ex pręcepto domini a filiis Israel aduer=
sum Madianitas bella confecta sunt: spolia ex
ipsis copiosa referuntur: auri atq; argenti cęte
rorūq; mobiliū pondus immensum. Iumento=
rum captiuorumq; numerus plurimus. Verū D
quoniā cūcta hæc apud Israelitas immūda du
cuntur: purificatio singulis quibusq; cōpetēs
adhibetur: & ea quidem: quæ ex metallis con=
stant: ignis purificat: quæ vero fragiliora sunt
& ignem non ferūt: aqua purificari iubentur.
Fiunt ergo ex omnibus spoliis æquales duæ
partes: vt vna sit eorum: qui ad bellum proces
serant: & alia eorum: qui in castris resederant.
Iubentur etiā ex iis offerre in dona dei. Illi qui
dem: qui processerant ad bellum vnum caput
ex quingentis. Illi vero: qui in castris māserāt:
vnum ex quinquaginta. atq; omnium simul in
vnum collectus numerus refertur. Hæc est hi
storiæ continentia. Sed videamus quid in iis E
sensus idicet spiritalis. In populo dei sunt qui
dā (sicut Apostolus dicit) qui militāt deo. Illi
sine dubio: qui se nō obligant negotiis sæcula
ribus: & isti sunt: qui procedūt ad bellū: & pu=
gnant aduersus gentes inimicas: & aduersum
spiritales neqtias ꝓ reliquo populo: & pro iis:
qui infirmiores sunt siue per ætatē: siue ꝑ sexū
siue per ꝓpositū. Pugnant aūt isti orationib⁹:
& ieiuniis: iustitia: & pietate: mansuetudine:
& castitate: cūctisq; cōtinentiæ virtutib⁹: tāq̃
armis bellicis cōmuniti. Et cū regressi fuerint
ad castra victores: fruunt̃ laborib⁹ eorū etiam
imbelles: & ii: qui ad pugnā: vel nō vocantur:
vel exire nō possunt. Sciendū tñ est ꝙ oīa quæ F
sumunt̃ ex istis gētibus imūda sunt. Et oē for=
tasse quicqd ex hoc sæculo adsumit̃: vel prelio
capit̃: immūdum est: et purificatione indiget:
et quædā ex ipsis per ignē transitura sunt: aliis
autē sufficiet aquæ purificatio. Adsumuntur
autē ex prælio etiā hoīes: et iumenta: cū capti=
uantur omnes intellectus ad obediendū Chri
sto. Ex iis enim ipsis: quos cœperimus: offeri=
mus deo. Nisi enim pugnauerimus in verbo
dei: nō poterimus captiuare intellectū eorum:
qui diuersa a Christo sentiunt: et ꝑducere eos
ad obedientiam Christi. Pauci sunt tamen qui
pugnare possint: et prælia ista conficere: de sex
centis milibus: et amplius armatorū: qui vide
bantur militare deo: sola duodecim milia eli

G guntur: cæteri relinquũtur in castris. Intuere nũc mihi populũ dei: qui est in ecclesia: quanti sunt ex iis qui possint pro veritate pugnare: qui possint resistere iis: qui contradicunt: qui sciant verbi bella tractare. Beati sunt isti: qui pro omni populo pugnare possunt: & defendere Dei plebem: & copiosa de hostibus spolia reportare. Tamen & reliqua pars populi: quæ videtur imbellis: si cum quiete resideat in castris si in silentio agat: & non recedat a Mose: sed ꝑmaneat ĩ lege dei: partem spoliorum etiam ipsa percipiet. Fiet enim æqua portio: non per numerum quidem: sed quantum datur omni populo reliquo tantum & illis duodecim milib⁹ q̃bus vincentibus capta sunt spolia. Quis hæc audiens non inuitetur ad militiam dei? Quis non animetur pugnare pro ecclesia: & resistere aduersum veritatis inimicos: eos scilicet q̃ vel dogmata ecclesiæ oppugnare: vel voluptati & luxuriæ operam dare homines docent? Qui ergo hos expugnat: & vel in se: vel in proximis suis vitia ꝑimit: hic accipiet spolia multa: quinquagies multiplicata: q̃ cæteri. In tantum namq; numeri quãtitas videtur augeri: cum sexcentis milibus duodecim milia conferuntur.
H Offerre tamen pars vtraq; iubetur deo. Et illi q̃dẽ: q̃ vicerunt: vnũ ex quingentis: Qui autem domi resederunt: vnũ ex quinquaginta. Quingentorum autẽ & quinquaginta numerum sanctũ esse scriptura testat̃. Vnde & Saluator dicebat in euangeliis. Homini cuidã fœneratori erant duo debitores: vnus ex ipsis debebat denarios quingẽtos: & alius quinquaginta. Nõ habẽtibus illis vnde redderẽt: donauit vtrisq;. Sed & septem septimanæ monada: id est vno addito: q̃nquagesimę diẽ faciũt: quę Pentecostes festiuitas appellat̃. Similiter & septuaginta septimanæ: addita vni⁹ decadis ꝑfectione: quingentorũ numerũ reddũt. Sed quãto plures sunt septuaginta septimanæ q̃ septẽ tanto præstãtior: & perfectior numerus quingentorũ: q̃ quinquaginta. Inde deniq; & in parabola euangelii: quã supra proposuimus: Saluator noster pronũtiat: ꝙ plus diligat ille: cui quingẽti: quos debebat: denarii donati sunt: q̃
I ille: cui quinquaginta. Deniq; in ꝑsenti lectione Eleazar sacerdos non scribit̃ ad oẽm populum locutus: sed ad eos tantũ: qui de prælio redeunt. Ait enim. Et dixit Eleazar sacerdos ad viros virtutis: q̃ reuertebantur de ꝓlio. Vides ergo quomodo ad viros virtutis loquit̃ sermo dei? Viri eñ virtutis sunt: q̃ ad bellũ ꝓcedũt. Si q̃s vero pugnare non vult: nec militare: si q̃s non vult habere certamen studiorũ diuinorũ & abstinẽtiæ: hic non vult implere illud quod Apostolus dicit: Qui autem in agone contendit ab oĩbus continens est. Qui ergo non cõtẽdit in agone & ab omnibus non est continens: neq; exerceri vult ĩ verbo dei: & ĩ lege domini meditari die: ac nocte: hic etiam si vir dicatur vir tamen virtutis non potest appellari. At vero hic: de quo nunc sermo est scripturæ diuinę qui spolia de hostibus refert: vir virtutis appellatur: Hoc est enim laudis eius insigne: quod scriptura dicit. Quia locutus est Eleazar sacerdos ad viros virtutis: qui reuertebantur a prę- K
lio. Quis nostrum ita paratus est: vt procedat ad bellum: & contra aduersarios dimicet: vt & ipse vir possit appellari virtutis? Sicut autem vita continens: & abstinentiæ labor: atq; agonum certamina: faciunt vnũquemq; virũ virtutis appellari: ita e contrario remissa vita: ac negligens: & ignaua: facit virum ignauiæ appellari. Si ergo vis vir appellari virtutis: ĩdue te Christum dominum: qui est dei virtus: & dei sapientia: & in omnibus adiunge te domino: ita vt vnus cum eo spiritus fias: & tunc vir virtutis efficieris. Tempus igitur belli nobis est in hoc mundo: pugna aduersus Madianitas est: siue a duersum vitia carnis nostræ: siue aduersum contrarias potestates. Spectat nos angelorum chorus: virtutum cœlestium pia erga nos pendet expectatio: quando: vel quomodo de hoc prælio reuertamur. Quid vnusquisq; nostrum manubiarum reportet: & intuentur curiosius: ac sollicitius perscrutantur quis nostrum auri hinc amplius ferat: quis etiam argenti illud põdus exhibeat: quis ue lapides deferat pretiosos. Requirunt etiam L
si quis æs deferat: aut ferrum: aut plumbum: sed & vas ligneum si forte aliquis: aut fictile: aut aliud huiusmodi magnæ domus vsibus necessarium. In magna enim domo non sunt tantummodo vasa aurea: & argentea: sed & lignea: & fictilia. Requiritur ergo diligenter cum abierim⁹ illuc quid vnusquisq; nostrum deferat: & secundum ea: quæ detulerit: secũdũ ꝙ labor eius pro contemplatione exuuiarum probatur: etiam mansionis ei meritum deputabitur. Probantur tamen omnia hæc: quæ per ignem: per ignẽ: quæ per aquã: per aquam. Vniuscuiusq; enim opus quale sit: ignis probabit: propterea ergo ait. Hæc est iustificatio legis: quam cõstituit dominus Moysi: præter aurum: & argentũ: & æramentum: & ferrũ: & plũbum: & stannum: & omnis res: quæ transit per ignẽ: traducite per ignem: & mundabitur Sed & in aqua purificationis purificabuntur. Omnia quæcunq; non transeunt per ignem: transibunt per aquam: & lauabitis vestimenta

vestra die septima: & mundi eritis: & post hęc introibitis ĩ castra. Vides quomõ purificatio ne indiget oĩs: qui exierit de prælio vitę hui⁹ Q: si aliquid est: vt aliq̃d audeã dicere secundum scripturę diuinę authoritatẽ: oĩs qui exierit de hac vita nõ põt esse mũdus. Cõsydera eñ diligẽter quid indicet historię text⁹. Exierunt isti pugnare p filiis Israel: interfecerunt Madianitas. Interficiẽtes aũt eos quãtum ad historię ordinẽ spectat: & literã legis: placuerunt deo: voluntatẽ nãq; dei impleuerunt: tñ hoc ipso q interfecerũt aduersarios: immundi dicunt effecti. & ppterea dicit ad eos. Et lauabitis vestimẽta vestra die septima: & mũdi eritis: & post hęc introibitis in castra. Ergo hi qui pugnant: pro eo ipso q contigerũt hostes immũdos: & q ingressi sunt cõtra eos: & habuerint cum eis certamẽ: polluti sunt. Et ego ergo etiã si vincere potuero diabolũ: etiam si cogitationes immundas: & malas: quas cordi meo suggerit: vel repellere venientes: vel ingressas necare intra me: ne ad effectũ perueniant quiuero: et si calcare potuero caput draconis: hoc ipso tamen pollui me: & inquinare necesse est: quo eum: qui pollutus & inquinatus est: contigi: & ero quidem beatus: q eum superare potui: immũdus tamen sum: & pollutus qui pollutum contigi: & ob hoc purificatione egeo. Idcirco nimirũ & scriptura dicit. Quia nemo mundus a sorde. Omnes ergo purificatione indigemus: imo purificationibus. Multæ eñ & diuersæ nos manent purificationes. Sed mystica hæc sunt & ineffabilia. Quis eñ nobis enarrare poterit quæ sint purificatiões quæ parentur Paulo: vel Petro: vel aliis horũ similibus: qui tantũ pugnauerunt: tot gentes barbaras deleuerunt: tot hostes prostrauerũt tanta spolia: tot triumphos ceperunt: qui cruentis manibus de cæde hostiũ redeunt: quorũ pes tinctus est in sanguine: & manus suas lauerunt in sanguine peccatorum! Interfecerunt quippe in matutinis omnes peccatores terræ & imaginẽ eorum exterminauerunt de ciuitate dñi. Vicerunt quippe & peremerunt diuersas dæmonum gentes. Nisi eñ vicissent eas nõ potuissent capere ex eis captiuos: omnem hunc credentiũ numerũ: & perducere eos ad obediẽtiam Christi: & subdere eos iugo eius suaui: & imponere eis onus eius leue. Quis ergo ita beatus est: qui succedat eis in iis præliis: & interficiat oẽs Madianitas: & iustificet ex sanguine eorum! Sanguinem eñ dæmonũ fundere dicitur: qui eripit eos quibus illi dominãtur. Lauabitur aũt hoc sanguine: & purificabitur in regno dei: vt purificatus: & mundus effectus: possit ingredi sanctam ciuitatẽ dei. Aperiente sibi ostium Christo Iesu domino nostro: immo qui est ostium ciuitatis ipsi⁹ dei: Cui est gloria: & imperiũ in sęcula sæculorum. Amen.

De summa nũeri filiorũ Israel. Cap. XXXI.
Homilia vigesimasexta.

Differentias esse pfectuũ: & meritorũ ĩ populo fideliũ: siquis diligẽtius intendat lectioni: multis ĩ locis diuinis in voluminibus deprehendet. Nõ minus aũt hæc & ex psenti lectione colligi m⁹ de eo: qđ scriptũ ẽ: & accesserũt ad Moysen oẽs: q cõstituti erant principes p tribus in exercitu: tribuni: & cẽturiones: & dixerũt ad Moysen. Nos pueri tui collegimus summã virorũ bellatorũ nostrorũ: & nõ dissensit ex nobis q̃sq̃: & obtulimus munus dño: vnusquisq; vir quodcũq; ĩuenit vas aureũ: torquẽ: aut viriollam: aut anulum: aut dextralem: aut catenulam: ad propitiandũ pro nobis corã domino. Loquuntur ergo ad Moysen electi principes: qui cõstituti sunt super exercitũ: & pro bene gestis rebus munera offerũt deo dicẽtes. Nos pueri tui: sumus qui accepimus summã bellatorũ filiorũ Israel. Dicunt aũt summam bellatorũ: illorũ duodecim milia virorũ: qui electi sunt ex oĩbus tribubus Israel: vt confligеrent aduersus Madianitas. Sunt ergo ĩ populo dei bellatores multi: sunt & imbelles plurimi: & rursus inter bellatores sunt quidam: q appellant summa bellatorũ: eminẽtiores sine dubio iis qui bellatores dicunt: sicut & eminentiores sunt ab ĩbellib⁹ bellatores. Et rurs⁹ sunt aliq celsiores ab iis: qui summa bellatorũ dicti sunt, Ii scilicet qui constituti sunt super eos principes: & prælati singulis q̃busq; milibus electorũ. Est ergo multa diuersitas ĩ eo ordine: qui bellatores appellant. Sed & ĩter ipos ĩbelles est nihilominus aliqua differẽtia. Nec ipsi enim æqualiter: & vno ordine omnes appellant imbelles. Quidã eñ ita imbelles sunt vt nunq̃ possint fieri bellatores: vt est senilis ætas: & oĩs fœmineus sexus: sed & cõditio seruilis. Puerilis vero ætas ita imbellis est: vt spẽ gerat aliq̃n fieri bellatrix: scilicet cũ occurrit in virũ pfectũ: in mẽsurã ętatis: tũc nõ solũ bellatores fieri ex pueris: sed & in summã bellatorũ venire se sperãt: & eẽ electi: & in duodecim milib⁹ numerari: vel etiã pferri: & esse principes electorũ. Cõsydera nunc pręsentis sæculi

statũ: & vide oĩa bellis repleta: omnẽq; humanam vitã inuisibilibus prçliis: & impugnationibus dæmonum perurgeri. In populo vero dei eẽ quosdã ita robustos fide: armatosq; virtutibus: vt aduersum huiusmodi hostes quotidie bella cõficiãt: & semp in procinctu positos: nõ solũ semetipsos: sed cęteros qui vel per sexũ: vel per ætatẽ: vel per seruitutis cõditionem pugnare nõ possunt: ab hostiũ tueantur insidiis: verbo doctrinæ eos: exẽploq; vitæ: & cõmonitionũ sedulitate muniẽtes: si tamẽ nõ desit eis fides. Siue eñ bellatores: siue imbelles: impossibile est saluari sine fide. Inter ipsos tamẽ bellatores eos dũtaxat: qui militant deo consydera alios ita esse paratos: & expeditos: vt nullis se implicent oĩno negociis sæcularibus: vt placere possint ei: cui se pbauerũt: sed in lege dei meditari die: ac nocte. Isti ergo qui huiusmodi sunt: summa bellatorũ appellant.

F Deniq; non est dictũ de cõmuni numero bellatorum: quia nemo in eis dissensit: sed de iis dictum est: qui summa bellatorũ noĩati sunt. In istis eñ: qui tales sunt: nulla dissensio: nulla discordia. Ipsi eñ sunt isti: de quib⁹ dictũ est. Erat autẽ credẽtiũ cor & aĩa vna: nec quisq̃ eorum aliqd proprium dicebat: sed erant illis oĩa cõmunia. Isti sunt ergo summa bellatorũ: in quib⁹ nemo dissensit. Isti sunt q auri plurimũ pugnãdo ceperũt: & omne aurũ: atq; oẽ ornamentũ siue capitis: siue brachiorũ: siue etiam digitorũ: id est quicqd in intellectib⁹: quicqd in opibus habẽt: deo offerũt. Sciunt eñ quia munera eius: data eius sunt: & ideo nõ dissentit in eis nec vnus. Nec eñ possent munera offerre deo: positi in dissensione. Istos puto esse scdm euãgeliũ: qui pceptũ illud diligẽter obseruant: qd mandat dñs & Saluator. Si aũt offeres mun⁹ tuũ ad altare: & rememorat⁹ fueris: qa frater tuus habet aliqd aduersum te: relinque ibi munus tuũ ad altare: & vade prius recõciliari fratri tuo: & tũc veniẽs offeres munus tuũ. Quo scilicet leuet man⁹ suas ad deũ sine ira: & dissensione. Isti sunt ergo qui dicũt: collegimus summã virorum bellatorum nostrorũ: & nõ dissensit ex nobis quisq̃: & obtulimus mun⁹ dño. Discẽda igitur nobis magnopere est cõsonãtia disciplinæ: qa tanq̃ in musicis: si harmonia chordarum fuerit cõsonãter aptata: sonũ suauẽ modulati carminis reddit

G Si vero sit aliqua in fidibus dissonãtia: ingratissimus son⁹ reddit: & carminis dulcedo corrumpit. Ita & ii qui deo militãt: si dissensiões & discordias inter se habeãt: ingrata erũt oĩa & nihil acceptũ deo videbit: etiã si multa bella cõficiãt: etiã si spolia multa deferãt: & multa munera offerãt deo. Dicet enim ad eos: depone munus tuũ ad altare: & vade pri⁹ recõciliari fratri tuo: vt possis & tu iter eos: q summa sunt virorũ bellatorũ: numerari: & dicere: quia nõ dissensit ex nobis quisq̃. Ego etiã aplius aliquid dico: Nisi talis fueris: vt ĩ nullo dissentias a mãdatis dei: nec in aliquo discrepes ab euãgelicis pceptis: nõ poteris superare inimicũ. In eo eñ ipso iã victus es: in quo dissentis: & p hoc ipsum suparis a diabolo: ĩ quo discordas a deo. Si aũt vis vincere inimicũ: & eẽ summa bellatorũ: adhęre deo: & concorda cũ ipso: sicut ille qui dicebat. Quis nos separabit a charitate dei? Tribulatio: an angustia: an fames: an nuditas: an periculum: an gladius? Et iterũ. Neq; vita: neq; mors: neq; instãtia: neq; futura: neq; altitudo: neq; pfundũ: neq; creatura alia poterit nos separare a charitate dei: quę est in Christo Iesu dño nostro. Iste talis in nullo oĩno dissentit: iste talis põt vincere Madianitas: & interficere oẽs peccatores terrę: & perdere oẽm imaginẽ eorũ de ciuitate dñi. Et ego ergo debeo de meipso: & de terra carnis meæ pdere peccatores: & interficere fornicationẽ: immũditiã: passionẽ: concupiscẽtiã malam: & auaritiã. Isti eñ sunt peccatores terrę meæ: quos tunc demũ exterminare potero: & interficere: si nõ dissentiã a mandatis dñi. Et tunc vere dign⁹ ero: q offerã deo munera: Oẽ vas aureũ: torquẽ (inqt) aut viriolã: aut anulum: aut dextrale: aut catenulam. Torquis ornamentũ sapiẽtię est. In pverbiis eñ de sapientia dicitur: q qui acqsierit eã: torquẽ aureã ponat circa suũ locũ. Viriola & anulus: ornamẽta sunt manuũ: in qb⁹ operũ signant indicia. Similiter & dextrale. Catenulæ vero: verbi: & doctrinę cõnexiones declarãt. Ad ppitiandum (inqt) deũ pro nobis. Si dicamus ppter aurũ deũ ppitiũ fieri hoĩbus: vide q̃ absurdũ immo q̃ impiũ iudicet? Hoc eñ etiam in viro bono notabile ducitur: si accepto auro ab inferioribus placetur. Quãto ergo magis hæc de deo sentire nõ cõuenit? Vnde puto expositionis huius ecclesiasticę magis constare rationem: quæ per auri species indicari docet animi virtutes: & bonorũ operum gesta: quæ sola offerri deo ab hominibus dignum est: & p quibus solis propitium fieri deum hominibus decet. Et accepit (inqt) Moyses: & Eleazar sacerdos aurum ab omnibus tribunis: & K centurionibus: & intulit illud in tabernaculum testimonii: memoriale filiis Israel coram domino. Vides quia quæ dicuntur: non ad conspectum visibilem: sed ad mentis memoriam referuntur. Beatus enim est il-

le: qui recordat̃ se boni aliqd operis egisse corã dño: & obtulisse munera beneplacita deo: animi virtutes: & ornaméta pietatis. Post hęc seqtur historia de hæreditate Ruben: & Gad: & dimidiæ tribus Manasse: de qua ꝓponẽtes aliqua disserere: volumus prius auditorũ diligentiã cõmonere: & animos eorum ad contẽplationẽ spiritalis intelligẽtiæ suscitare. Omnia quæ dicunt̃ nõ solum ex ipso: qui dicitur sermone pensanda sunt: sed & ꝑsona dicentis magnopere consyderãda est. Verbi gratia. Si puer est: qui loquitur: aĩos nostros ad auditũ eloquii puerilis aptamus. Nec plus aliquid in iis quę dicunt̃: nisi inquantũ sentire puer potuit: expectamus. Si vero qui loqtur vir est: cõtinuo contẽplamur si viro digna sunt: quę dicuntur. Et rursus si vir ille eruditus sit qui dicit: pro eruditionis eius intuitu etiã dicta pẽsamus. Si vero vir quidẽ ille est: imperitus tñ & idiotes: aliter quę dicuntur accipimus. Sic item si sit senior qui loqtur: & multæ: ac ꝓbatæ peritiæ: vtpote qui in eruditionibus consenuerit: longe maior in eo dictorum habebitur expectatio. Cur aũt ista pręmiserimus: historiam hæreditatis Ruben: & Gad: & dimidię tribus Manasse exponere volẽtes: ausculta. Qui hæc gesta narrat quæ legimus: neq; puer est: qualem supra descripsimus: neq; vir talis aliquis: neq; senior: nec oĩno aliquis homo est: Et vt amplius aliqd dicã: nec angelorũ aliquis: aut virtutũ cœlestiũ est: sed sicut traditio maiorũ tenet: spũs sanctus hęc narrat. Vnde eñ poterat Moses: vel quę ab origine mundi gesta sunt: vel quę in fine eius erant gerẽda narrare: nisi per inspirationẽ spiritus dei? Vnde potuisset ꝓphetare de Christo: nisi loquente spiritu sancto? Sic eñ & ipse Christus ei testimonium reddit: & dicit. Si crederetis Moysi: crederetis vtiq; & mihi. De me eñ ille scripsit Si aũt illius literis non creditis: quomõ meis verbis credetis? Constat ergo ea per spiritum sanctũ dicta: et ideo cõueniẽs videt̃ hęc secundum dignitatẽ: immo potius secundũ maiestatẽ loquẽtis intelligi. Sed & illud hoc in loco memorare aptissimũ dico: ꝙ Abraham cũ audiret illũ diuitẽ positũ in tormentis rogare se: vt dimitteret̃: & veniens moneret fratres suos pie viuere: ne & ipsi in locũ illum descenderent tormẽtorũ: respõdit ei: qa habent Moysen: & ꝓphetas: audiant illos. Nõ vtiq; hoĩes aliquos dicebat in corpore positos Moysen: & prophetas: sed hæc q̃ p Moysen spiritu dei dictante scripta sunt: Moysen ea nominauit. Dicat ergo aliquis: Cum hæc ita scripta sint: si Abraham me ad Mosis dicta transmittat: vt legens ea possim illũ locũ euadere tormẽtorũ quid me iuuabit ad effugiẽdã gehennã: si legam quomõ filii Ruben: & filii Gad: & dimidia tribus Manasse hæreditatẽ capiũt a Moyse trans Iordanẽ: qa erãt illis pecora multa ꝑ cęteris tribub⁹: & qa dicit ad eos Moses. Videte ne exacerbetis deũ sicut & illi decẽ: qui missi sunt cũ Iesu & Caleb explorare terram: & dicebant: qa terra talis: & talis est: & non possumus eã capere. Et qa ad hæc responderũt filii Rubẽ: & cæteri cũ ipsis. Da nobis terrã hãc: & D hæreditatẽ eius: & nõ quærem⁹ iam intra Iordanem hæreditatis terrã cũ fratribus nostris: sed hic relinquem⁹ iumẽta nostra: & sarcinas nostras: & mulieres nr̃as: & infantes nostros. Viri aũt nostri ibunt pariter & transibũt Iordanẽ. et qa post hęc Moses cõmẽdat eos Iesu filio Naue: & Eleazaro sacerdoti filio Aaron: sub ea tñ cõditione: vt trãseant cũ filiis israel et pugnẽt cũ eis aduersus hostes q erãt trans Iordanẽ: donec liberet̃ ab eis terra: & tũc accipiãt terrã: quã poposcerũt: regis Seon & regis Og: atq; ipsis solis per Mosen detur hęreditas extra Iordanẽ: cæteris autem oĩbus per Iesum intra Iordanẽ. Dicet ergo aliqs: quid ista ꝓsint ad hoc: qđ dixit Abrahã: habẽt Moysen: & ꝓphetas: audiãt illos? Quo scilicet hæc legẽtes E et audiẽtes: in locũ illũ nõ deueniãt tormẽtorum. Hæc aũt diximus excitãtes aĩos audientiũ: vt vigilanti⁹ iis quę legunt̃: vel dicũtur: intendãt: et in Moysęi literis remoto literę velamine ita intelligant q̃ scripta sunt: vt singulis qbusq; ea dici inueniãt: quæ si intelligant̃: et obseruent̃: possint auditores nõ ad illum locum tormenti deduci: quo diues ille: q audire hæc: quæ in secreto sunt scripta cõtẽpsit: abductus est: sed in sinũ eant Abrahã: vbi Lazarus requiescit. Oremus ergo dñm: vt auferat̃ velamen a cordibus nr̃is de lectione veteris testamẽti: vt ea quæ abscõdita sũt: et occulta in Mosei literis: videre possimus: secũdum ꝓphetæ cõmonitionẽ dicẽtis. Et nisi audieritis: occulte plorabit aĩa vestra. Et quidẽ ꝙ hæc my- F stica sint: & diuinũ aliquẽ sensum contineãt: puto ꝙ ex iis: quæ supius asserta sũt: null⁹ possit ambigere: q̃uis sit ille iudaicis fabulis insatiabiliter deditus: tñ sicut hoc neminẽ negare puto: ita q̃ sint illa: quæ ex istis narrationibus indicent̃: et quæ rerũ facies sub hoc velamine contegat̃ ad liqdũ scire: ipsius puto esse sancti spũs q hæc inscribi inspirauit: et dñi nr̃i Iesu Christi: q de Mose dicebat: De me eñ ille scripsit: et oĩpotẽtis dei: cui⁹ cõsiliũ antiquũ humano generi nõ nudũ: sed velatũ lr̃is indicat. Nos autem oremus ex corde verbum dei:

qui est vnigenitus eius: & qui reuelat patrem quibus vult: vt & nobis hęc reuelare digneť. Sunt em̄ in iis repromissionū mysteria: quę re
G promisit diligētibus se: vt sciamus & nos quę a deo donata sūt nobis. Sed & vos iuuate nos in orationibus: & diligēter intēdite: non tam nobis dicentibus: q̄ dn̄o illumināte eos: quos illuminatione sua dignos inuenerit. Quorū contēplatione etiā nobis dare digneť verbū in adapertionē oris nostri. Sed age iam si corda erexistis ad dominū: & verbi eius sancti illustrationē petiistis ad perscrutandū sensum eorum: quę videnť latere: veniamus. Exeundi de ægypto figuram duobus modis accipi & a priorib⁹ nostris: & a nobis sępe iam dictū est. Nam & cū quis de errorū tenebris ad agnitionis lumen adducitur: & de terrena conuersatione ad spiritalia instituta conuertitur: de ægypto videtur exisse: & venisse ad solitudinem. Ad illum videlicet vitæ statum: in quo per silentiū: & quietem exerceatur diuinis legibus & eloquiis cœlestibus imbuať: per quæ institutus: & directus: cum Iordanē trāsierit properet vsq̄ ad terrā repromissionis: id est p
H gratiā baptismi vsq̄ ad euangelica instituta perueniat. Sed & illam figurā esse diximus exeundi de ægypto: cū relinquit aīa mūdi huius tenebras: ac naturę corporeę cæcitatē: & trāsfertur ad aliud sæculū: quod vel sinus Abrahæ: vt in Lazaro: vel paradisus: vt in latrone qui de cruce credidit: indicatur. Vel etiam si qua nouit deus esse alia loca: vel alias mansiones: per quæ transiens anima deo credens: & p ueniens vsq̄ ad flumē illud: qđ lætificat ciuitatē dei: intra ipm̄ sortē ꝓmissę patribus hęreditatis accipiat. Igitur cū duplici (vt memorauimus) modo egressus designetur ex Aegypto: & trāsitus ad desertū: atq̄ inde ingressus ad sanctæ terrę hæreditatē: Videamus nunc quid sibi velit Ruben: & Gad: & dimidiæ tribus Manasse. Hæreditas quę p Mosen tradiť: & extra Iordanē decernitur: in duodecim tribubus filioꝝ israel: occultis quibusdā: & mysticis rationibus totius humani generis figuram cōplectitur: vel oīm certe hoīm: qui ad a
I gnitionē dei venerunt. Horum ergo pars aliqua extra Iordanē hęreditatē cōsequitur per Mosen. Pars vero trans Iordanē: & hęreditatē suscipit in terra repromissionis per Iesum: & illi quidem: q̄bus extra Iordanē hæreditas decernitur: primitiui sunt: licet minus nobiles: licet non inculpati: primitiui tn̄ sunt. Ruben enim est primogenitus Iacob: licet contaminauerit thorū patris: primogenit⁹ tn̄ est. Sed et Gad: licet ex ancilla: tn̄ & ipse primogenitus est. Manasse quoq̄: cuius dimidia trib⁹ extra Iordanem cōseqtur: & ipse licet de Aegyptia natus: primogenitus tn̄ est. Oēs ergo isti primogeniti sunt: & ideo priorem populū designant: qui nō per Iesum dn̄m nostrū: sed per Mosen extra Iordanem sortē hęreditatis accipiūt. Considera aūt diligentius etiā causam: qua priores: & extra Iordanē: & sequestrati a cæteris consequūtur hæreditatē. Iumēta (inquiunt) & pecora multa sunt nobis. Hæc ergo causa est: quia prior populus ad hæreditatem illius terrę: quę lacte fluit: quæ melle abūdat: quę fauus mellis est præ omni terra: non potuit puenire: nec verbū carnē factū potuit agnoscere: qa multa iumenta habebāt: & multa pecora. Animalis em̄ homo nō potuit percipere quæ sunt spūs dei: nec spiritaliter diiudicare. Quia homo in honore cū esset: non intellexit: sed cōparatus est iumentis insipientibus: & similis factus est iis: pro q̄bus hæreditatem suā extra Iordanis fluenta percepit: & a terra se sancta fecit alienū. Ille ergo popul⁹ accepit hæreditatē per Moysen: accepit terram duorū regum tantūmodo. Non em̄ ampli⁹ potuit Moses interficere: nisi duos reges quorū terram diuideret populis: m̄lta animalia multaq̄ pecora habentibus. Illis vero: qui Iordanē transeant Iesus diuidit terram: q̄uis habeant L
etiam ipsi animalia: habeant pecora: non tamen tanta: quæ eos excludant ne Iordanem transeant. Sed cum ipsis & mulieribus: & cū infantibus suis contēdunt trāsire Iordanem: & ad patrum peruenire ꝓmissa. Illi aūt ꝓpter pecora & iumenta: & mulieres suas: & infantes nō potuerunt transire Iordanē: nec ad fidem Christi: quæ est terra repromissionis intrare. Increpat tamen Moses: & dicit ad filios Ruben: & ad filios Gad. Fratres vestri pgent ad prælium: & vos sedebitis hic! Et quare peruertitis corda filiorum israel: vt non transeāt in terram: quam dominus dat eis! Et cum increpuisset eos huiusmodi verbis: accesserunt M
(inquit) ad eū filii Ruben: & filii Gad: & dicebant. Ouilia ouibus fabricabimus hic: & pecoribus: & ciuitates: impedimentis nostris: & nos armati prima turma incedemus ante filios israel: vsquequo perducamus eos in suum locū. Et hæc ꝓmittētes mitigauerūt Moysen ita vt ipse eos cōmendaret Iesu: & Eleazaro: Ita em̄ scriptū est: & adhibuit illos Moses ad Eleazarum sacerdotē: & Iesum filium Naue & principes familiarū tribuū israel. Et ait ad eos Moses. Si trāsierit filii Ruben: & filii Gad vobiscū Iordanem oīs armatus ad pręlium coram domino: & obtinueris terrā in conspectu

vestro: dabitis eis terram Galaad in possessionem. Terrę nomē in scripturis diuinis positū diuersis significationibus inuenimus: & primo quidē terra hęc: in qua habitamus non ex initio terra vocitata est: sed arida. Et post hęc quę prius dicta fuerat arida: terra nomē accepit: sicut & cœlum istud visibile: nō ab initio cœlum dictum est: sed prius firmamētū: post etiā cœli vocabulo nuncupatū est. In principio tamen creaturæ cœlum & terrā fecisse dicitur deus: & postea aridam: & postea firmamentū. Vis autem scire: quia aliud sit in scripturis arida: aliud terra? Audi Aggeum prophetam dicentem. Adhuc semel & ego mouebo cœlum & terram: & mare: & aridam. Vides quomodo ꝓpheta aliud ponit terram: & aliud aridam. Sed & in multis scripturæ locis inuenimus terrā laudabilē nominari. Aridā vero nō facile legimus laudabilē poni. Nam & Adam in hunc locum quasi culpabilis post peccatum detrudit: qui arida nominatus est. Antea eñ non fuit in arida: sed in terra. Paradisus namq; nō est in arida: sed in terra. Sed & mansuetis quod repromittit dn̄s in euangelio: non est arida: sed terra. Beati eñ (inquit) mansueti: quoniam ipsi hęreditabūt terram. Et iterum in euangelio: semen quod dat fructum centesimū: sexagesimum: & tricesimū: terra dicitur esse non arida. Et puto quia profectus quidem sit ab arida ad terrā veniendi: sicut & profectus quidam fuit: vt hæc arida terra vocaretur. Omnes eñ nos: donec infructuosi sumus: & nullum iustitiæ fructum: nullum pudicitiæ: nullū pietatis afferimus: arida sumus. Si autē nosmetipsos cœperimus excolere: & ad virtutū frugem desides animos suscitare: terra efficimur ex arida: quæ verbi dei suscepto semine læta fruge multiplicet. Est ergo quædam etiā in regno dei terra: quæ mansuetis repromittitur: & terra quæ viuentium nominat: & terra in excelsis posita. De qua ad iustum dicit propheta. Et exaltabit te vt hæredites terram. Istius ergo terræ hæreditatē posteaq̄ de mundi huius ægypto exierit deo credens anima conseqtur. Et alibi quidem hi: qui sub lege vixerūt: alibi aūt qui per Iesu Christi fidem & gratiam dispēsati sunt. Veruntamen ii qui vidētur primi: & per Mosen dispensati: nō prius consequētur hæreditatem sibi decretam: quā Moseo duce meruerunt: nisi & ipsi transeant cum iis: quos Iesus dispensat: & pugnent cū eis contra inimicos & collocent eos in sedibus suis: & ita ipsi consequentur hæreditatē: quā Moseo duce meruerunt. Sed hæc nisi ex scripturis diuinis approbentur: fabulæ videbunt. Paulus ergo horum ꝓducatur ī mediū idoneus testis: qui in epistola ad hebręos: vbi describit oēs illos patres: & patriarchas: ac prophetas: qui per fidē placuerūt deo: post enumerationē cūctorum: in vltima cōclusione sic dicit de eis. Et ii oēs testimonio fidei accepto nō perceperūt repromissiones deo pro nobis melius aliquid prouidente: vti ne sine nobis cōsummarent. Quasi diceret: istæ nouē & semis tribus de illis duabus & semis tribubus: qa ꝓpterea nō ceperūt promissiones terræ illius: quę eis extra Iordanem per Mosen decreta est: deo pro nobis aliquid melius ꝓuidente: vti ne sine nobis consummarent. Propterea ergo transeūt nobiscū armati ad prælīū: & iuuant nos ad belligerandū: ad expugnādos inimicos. Sed illi transeūt qui armati sunt: qui viri fortes sunt: & potentes. Cæteri vero: ignaua man⁹: & imbellis: remanent extra Iordanē. Siqui autē in ipsis viri fortes sunt: relictis aīalibus: & pecorib⁹: & oībus īpedimentis: pugnāt aduersum hostē nobiscum: vsq; quo vincātur inimici nostri: vsq; quo hæreditatē terræ bonæ: terræ mellis: lactisq; capiam⁹. Quis eñ dubitat ꝙ sancti qui ꝗ patrum: & orationibus nos iuuent: & gestorum suorū cōfirment: atq; hortētur exemplis? Sed & voluminibus suis per ea: quæ nobis ad memoriā scripta reliquerunt docentes nos: & instruētes quomodo aduersum inimicas potestates dimicandum sit: & quomodo agonum tolerāda certamina. Pugnant ergo pro nobis: & ipsi incedunt primi ante nos armati. Ipsos eñ nos habentes ad exemplum: & videntes eorū per spiritū fortia facta: armamur ad prælium spiritale: & aduersus spiritalia nequitiæ in cœlestibus dimicamus. Sic deniq; qui sub Iesu duce militant: triginta & eo ampli⁹ reges perimūt: & terras eorū sorte hæreditatis accipiūt. Depulsis nāq; spiritalibus nequitiis de cœlestibus hæreditatē regni cœlestis a Iesu domino nostro percipiūt. Potest & tertius adhuc expositionis videri modus: vt in filiis israel: id est in populo ecclesiæ intelligantur quidā esse spiritales: & intra Iordanē percipere hæreditatem terræ fluentis lac: & mel. Sapientiæ scilicet & scientiæ capientes dulcedinem: quorum terra flumine dei: quod repletum est aquis diuinæ intelligētiæ circūdatur & rigatur. Alii autē sunt carnales: qui iumentis et pecudib⁹: id est crassis: et stolidis sensibus abūdantes: sicut erant illi: de quibus dicebat Apostolus: ita insensati estis: vt cum spiritu cœperitis: nūc carne perficiamini. Et o insensati Galathæ quis vos fascinauit veri

tati non obedire. Sed & vnusquisq; nostrum: nisi se armauerit: & abiectis brutis & beluinis sensibus ad spiritalẽ intelligentiã pperauerit remanebit extra Iordanem: nec poterit per sapientię flumen incedere qđ lætificat ciuitatem dei: id est animã dei capacẽ: nõ assequet̃ eloqorum dñi interiora: quę sunt dulciora sup mel & fauum: sed illam tantũmodo cõsequet̃ terram: ĩ qua duo reges occisi sunt. Vbi dicatur ei. Nihil aliud iudicaui meipm̃ scire inter vos nisi Iesum Christũ: & hunc crucifixum. Qui autem potuerit transire Iordanem: & ad interiora penetrare: ibi Iesum dominum nostrum sequens: interficiet triginta: & eo amplius reges. Illos fortassis: de qbus dicitur: Quia adstiterunt reges terrę: & principes congregati sunt in vnum: aduersus dominum: & aduersus Christũ eius. Depulsisq; iis regibus: & pstrat[:agnoscet secretiora mysteria vsquequo veniat ad illum locũ: vbi sedes dei est: & Hierusalem ciuitas dei viuentis. Non ista: quę seruit cũ filiis suis in terris: sed illa cœlestis: quæ libera est: & mater omniũ nostrum. Ad cuius nos hęreditatẽ pducere dignetur dux: & dominus noster Iesus Christus: Cui est gloria: & imperium in sæcula sęculorum. Amen.

De mãsionib⁹ filiorũ israel. Ca. XXXIII.
G Homilia vigesimaseptima.

Vm conderet deus mundũ inumeras creauit ciboꝝ differẽtias p diuersitatib⁹ scilicet vel hũani desyderii: vel naturę aĩaliũ. Vñ nõ solum homo cũ viderit aĩaliũ cibũ scit eum non pro se: sed pro animalibus creatũ: Sed & ipsa animalia agnoscũt pprios cibos: & aliis quidẽ (verbi causa) vtit̃ leo: aliis ceruus: aliis bos: aliis vero aues. Sed & inter hoĩes sunt quędam differentiæ in appetendis cibis. Et alius quidem: qui bene sanus est: & habitudine corporis valens: fortem cibum reqrit: & credit: confiditq; se edere oĩa velut robustissimi quiq; athlętarum. Siquis vero infirmiorẽ se sentit: & inualidũ: delectatur oleribus: & fortẽ cibum pro sui infirmitate non recipit. Si vero sit aliquis paruulus etiam si voce indicare nõ possit: re tamẽ ipsa nullam aliam: q̃ lactis requirit alimoniam. Et ita vnusquisq; vel pro ætate: vel pro viribus: vel pro corporis valitudine: aptũ sibi & competẽtem viribus suis expetit cibũ. Si sufficiẽter re-
H rum corporaliũ cõsyderastis exemplum: nũc ab iis ad intelligentiã spiritalium veniamus. Omnis natura rationabilis ppriis & sibi competentibus nutriri indiget cibis. Cibus autẽ verus naturæ rationabilis: sermo dei est. Sed sicut in nutrimẽtis corporis multas paulo ante dedimus differentias: ita & natura rationabilis: quæ ratione: & verbo dei (vt diximus) pascitur: nõ oĩs vno: atq; eodẽ verbo nutritur Vnde ad similitudinẽ corporalis exempli est aliquibus etiã in verbo dei cibus lactis: apertior scilicet: simpliciorq; doctrina: vt de moralibus esse solet: quæ præberi cõsueuit iis: qui initia habẽt in diuinis studiis: & prima eruditionis rõnabilis elemẽta suscipiunt. His ergo cum recitat̃ talis aliqua diuinorũ voluminũ lectio: in qua nõ videat̃ aliqd obscurũ: libẽter accipiũt. Verbi causa: vt est libellus Hester: aut Iudith: vel etiã Thobiæ: aut mandata Sapientiæ. Si vero legatur ei liber Leuitici: offenditur cõtinuo animus: & quasi nõ suum refugit cibum. Qui em̃ venit vt disceret deum colere: iustitiæ ac pietatis eius p̃cepta suscipere: I audit mandata se sacrificiis dari: & immolationum ritus doceri: quomodo non continuo auertit auditũ: & tanq̃ nõ sibi aptũ cibum recusat. Sed & alius cũ leguntur euangelia: vel Apostolus: aut psalmi: lætus suscipit: libẽter amplectitur: & velut remedia quædã infirmitatis suæ inde colligens gaudet. Huic si legatur Numerorũ liber: & ista maxime loca: quę nunc habemus in manibus: nihil hæc ad vtilitatem: nihil ad infirmitatis suę remediũ: aut animę salutẽ pdesse iudicabit: sed cõtinuo refutabit: & respuet tanq̃ graues & onerosos cibos: & qa ęgrę: atq; inualidę nõ competãt animæ: sed sicut (verbi gratia: vt iterũ ex corporalib⁹ repetam⁹ exẽpla) Leoni si detur intellectus: non cõtinuo culpabit abũdantiam herbarũ creatã: qa ipse crudis carnibus vescitur. Nec dicet illas supfluo a Cõditore productas: quia ipe earũ cibo nõ vtitur. Nec iterũ homo quia pane: aliisq; aptis sibi vtit̃ alimoniis culpare debet cur fecerit deus serpentes: quos cibum videat p̃bere ceruis. Neq; ouis: aut bos culpare (verbi causa) q; aliis animalibus carnibus vesci datum est: cũ ipsis ad edendũ gramina sola sufficiãt. Ita ergo & in cibis rationabilibus diuinorũ dico voluminũ: nõ cõtinuo aut culpãda: aut refutanda est scriptura: quæ difficilior aut obscurior ad intelligẽdũ videtur: vel ea continere: quibus siue insipiens: & paruulus: siue infirmior: & minus ad intelligenda oĩa validus vti nõ potest: nec cõferri sibi ex iis vtilitatis aliquid existimat: aut salutis. Sed consyderare debet: quia sicut serpens & ouis: & homo: ac fœnũ: dei creatura sunt

omnia: & diuersitas ista ad laudem spectat: & gloriam creatoris: quod competentem: & in tempore vnicuique eorum pro quibus creata sunt: vel prębeant: vel capiant cibũ: ita & hæc oĩa quæ verba dei sunt: & in quibus diuersus pro captu animarũ cibus est: vnusquisque prout sanum se: & validum sentit: assumat. Quis et si diligẽtius requiramus (verbi causa) in euãgelii lectione: vel apostolica doctrina: in quib⁹ delectari videris: & in quibus tibi aptissimum & suauissimũ deputas cibũ: quanta sunt quæ te latent si discutias: & perscruteris mandata dñi. Quod si ea: quæ obscura videntur: & difficilia: refugienda sunt protinus: & vitanda inuenies etiã in illis: in quibus valde cõfidis: tam multa obscura: & difficilia: vt si hanc sententiã teneas: sit tibi etiã inde recedendum. Sunt tamen plurima in illis: quę apertius: & simplicius dicta sunt: quod quis parui sensus ædificẽt auditorem. Hæc aũt in præfatione pręmisimus: vt suscitemus animos vestros: quoniã quidẽ hmõi lectio habetur in manibus quæ difficilis ad intelligendum: & superflua videatur ad legendũ. Sed non possumus hoc dicere de sancti spiritus literis: quod aliquid in eis ociosum sit: aut superfluum: etiã si aliquibus videntur obscura. Sed hoc potius facere debemus: vt oculos mentis nostræ conuertamus ad eum: quæ hæc scribi iussit: & ab ipso horum intelligentiam postulemus. Vt siue infirmitas est in anima nostra: sanet nos ille: qui sanat oĩs langores eius: Siue parui sensus sumus: adsit nobis custodiẽs paruulos dñs: & enutriat nos atque in mensurã ętatis adducat. Vtrumque enĩ in nobis est: vt ex infirmis ad sanitatem: & ex paruulis ad ętatẽ virilem peruenire possim⁹. In nobis ergo est hæc a deo poscere. Dei autẽ est petẽtibus dare: & pulsantibus aperire. Sed satis sit ista præfatio: nũc iam ad lectionis ipsius: quæ recitata est: veniamus exordiũ: iuuãte dño sensum quoque eorum etiam si non ad liquidum: summatim tamen colligere: & explicare possimus. Ait ergo. Hæ sunt mansiones filiorũ israel: ex quo exierunt de terra ægypti cum virtute sua in manu Moysi: & Aaron. Et scripsit Moses profectiones eorum: & mãsiones per verbũ dñi. Et cętera. Audisti quia scripsit hæc Moses per verbũ dñi. Et quid voluit dominus hæc scribi? Vt prodesset nobis aliquid scriptura hæc mansionũ: quas fecerunt filii israel: aut nihil prodesset. Et quis audeat dicere quod ea quæ per verbum domini scribũtur: nihil vtilitatis habeant: nec salutis aliquid conferant: sed solam rem gestam narrent: quę tũc quidem prætererunt: nunc autem nihil ad nos ex eius relatione perueniat? Impia hæc & aliena a catholica fide sententia est: & eorum tantũmodo: qui legis: & euangeliorũ negant vnum solum sapientẽ esse deum patrẽ dñi nostri Iesu Christi. Quid ergo ex iis mansionib⁹ fidelis sentire debeat intellect⁹ summatim (pro ut tempus patitur) pertractare tentemus. Superior disputatio: cum nobis occasionem dicendi de profectione filiorum israel ex ęgypto præbuisset: dupliciter diximus videri posse spiritaliter exire vnumquẽque de ægypto. Vel cum relinquẽtes gentilem vitam ad agnitionem diuinæ legis accedimus: vel cum anima de corporis huius habitatione discedit. Ad vtrumque ergo istæ mansiones: quas nunc per verbum dñi Moses describit: aspiciunt. Nam de illis quidẽ mansionibus: quas animę corpore exutę: immo corpore suo rursus indutę habiturę sunt: dñs pronuntiauit in euangelio dicens. Multę mansiones sunt apud patrẽ meum. Alioquin dicerem vobis: vado & præparabo vobis mãsionem. Sunt ergo illic multæ mansiones: in quibus post sæculi huius erumnas: & ægyptiam seruitutem fideles animę requiescant. Sed nos pene immemores præfationis nostræ: subito auditũ vestrũ ad alta: & excelsa surreximus. Immo vero redeamus ad ea quę inter nos: & in nobis gerũtur. In ægypto erant filii israel in operibus Pharaonis regis: luto ac latere affligebanĩ: donec ingemiscentes clamarent ad dominũ: & exaudiens gemitum eorum mitteret eis verbũ suum per Mosen: & educeret eos de Aegypto. Et nos ergo cum essemus in ægypto: mũdi dico huius erroribus: & ignorãtię tenebris: operãtes opera diaboli: & in concupiscẽtiis: & voluptatibus carnis: miseratus est dñs afflictionẽ nostram: & misit verbum suum vnigenitum filiũ: qui nos de ignorantia erroris ereptos: ad lucem diuinæ legis adduceret. Sed primo omnium intuere mysterii rationẽ. Quã qui diligenter obseruauerit in scripturis: inueniet in egressione filiorum israel de Aegypto quadraginta & duas habitas esse mãsiones: & rursum aduentus dñi: & Saluatoris nostri in hunc mundum per quadraginta & duas generationes adducitur. Sic enim Matthæus euangelista commemorat dicẽs. Ab Abraham vsque ad Dauid regem generationes quatuordecim. Et a Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis generationes quatuordecim. Et a trãsmigratione Babylonis vsque ad Christum: generationes quatuordecim. Istas ergo quadraginta & duas generationum mansiones: quas Christus fecit: ascendẽs in Aegyptũ mundi huius:

ipso numero quadraginta & duas mansiones faciũt: qui ascendũt de Aegypto. Et bene ob-
F seruanter posuit Moyses dicens. Ascenderũt filii israel cum virtute sua. Quæ est virtus eorum: nisi ipse Christ⁹: qui est virtus dei? Qui ergo ascendit: cũ ipso ascẽdit. Qui ad nos inde descendit: vt illuc perueniat: vnde ille non necessitate: sed dignatione descendit: vt verũ sit illud: quod dictum est. Quia qui descẽdit: ipse est: & qui ascendit. Igitur in quadraginta duabus mãsionibus perueniunt filii israel vsq; ad principium capiendæ hæreditatis. Principium vero capiendæ hæreditatis fuit vbi Ruben: & Gad: & dimidia tribus Manasse: accipiunt terram Galaad. Constat itaq; numerus descensionis Christi per quadraginta & duos patres secundum carnẽ: velut per quadraginta duas mansiones descendẽtis vsq; ad nos: & per totidẽ mansiones ascẽsus filiorum israel vsq; ad hæreditatis promissę principiũ.
G Quod si intellexisti quantũ sacramenti numer⁹ iste descẽsionis: ascẽsionisq; cõtineat: veni iam & incipiamus per ea: quę descendit Christus ascendere: & primã mansionẽ istã facere: quã ille nouissimam fecit: scilicet qui natus ex virgine est: & hæc sit prima nobis mansio de Aegypto exire volentibus. In qua relicto idolorum cultu: & dæmoniorũ: nõ deorũ veneratione: credim⁹ Christũ natum ex virgine: & de spiritu sancto: & verbum carnem factũ uenisse in hunc mundũ. post hæc iam proficere: & ascendere ad singulos quosq; fidei: & virtutũ gradus nitamur. Quibusq; si tandiu immoremur: donec ad perfectũ veniamus: in singulis virtutũ gradibus mansionem fecisse dicemur: vsquequo ad summũ peruenientib⁹ nobis institutionũ: profectuũq; fastigium ꝓmissa cõpleatur hęreditas. Sed & aĩa cum de Ae-
H gypto vitæ huius proficiscitur: vt tendat ad terram repromissionis: pergit necessario ad illas: quæ apud patrẽ ab initio præparatæ sunt mansiones. Quarũ credo memor ꝓpheta dicebat. Hæc memoratus sum: & effudi super me animam meam: quoniã ingrediar in locum tabernaculi admirabilis vsq; ad domũ dei. Istæ sunt mansiones: & ista tabernacula: de quib⁹ in alio loco dicit. Quam amabilia sunt tabernacula tua domine virtutũ: concupiscit: & deficit anima mea in atria dñi. Idcirco & in alio loco
I idem ꝓpheta dicit. Multum peregrinata est anima mea. Intellige ergo si potes quæ sint istę peregrinationes animæ: in quibus cum quodam gemitu ac dolore peregrinari se diutius deflet. Sed hebescit horum intellectus & obscuratur: donec adhuc peregrinatur. Tunc autem verius edocebitur: & verius intelliget: quæ fuerit ratio peregrinationis suæ: cũ regressa fuerit ad requiem suam: id est ad patriã suam paradisum: qđ sub mysterio intuens ꝓpheta dicebat. Conuertere aĩa mea in requiẽ tuam: quia dñs benefecit tibi. Sed iterim peregrinatur & agit iter & conficit mansiones: vtilitatis sine dubio alicuius causa: per hęc dei promissionibus dispensata: sicut & quodam loco dicit. Afflixi te & cibaui te manna in deserto: quod nescierũt patres tui: vt dinosceretur qđ est in corde tuo. Istæ ergo mansiones sunt: quibus iter e terris agitur ad cœlum. Et quis ita inuenitur idoneus: & diuinorũ cõscius secretorum: qui possit itineris istius & ascensionis animę describere mansiones: & vniuscuiusq; loci vel labores explicare vel requies? Quomodo em̃ enarret q; primam & secundã & tertiam mansionẽ insequatur adhuc Pharao: insequantur ægyptii: & licet nõ cõpræhendant tamẽ insectent: & licet submersi sint: tamẽ insecuti sunt. Quomodo enuntiet q; saluus effectus dei populus: post aliquot mãsiones primum cantauerit canticum dicens. Cantem⁹ dño: gloriose enim glorificatus est: equum & ascensorẽ proiecit in mare. Sed hic vt dixi qui per singulas mansiones audeat aperire: & pro contẽplatione nominũ qualitates quoq; cõiicere mansionum. Nescio si aut sensus dicentis ad mysteriorũ pondus sufficiat: aut vt auditus capiat audientiũ. Quomodo em̃ vel occursus belli explicet amalechitarũ: vel diuersę tẽptationes: & illi quomodo enarrent: quorum artus ceciderũt in deserto: & q; omnino non cum filii israel: sed filii filiorum israel ad terram sanctã ꝑuenire potuerũt: & oĩs ille vetus populus cecidit: quib⁹ cõuersatio & habitatio fuerat cũ ægyptiis: Solus aũt nouus peruenit ad regnũ qui ignorabat ægyptios: exceptis sacerdotibus & leuitis? Si quis em̃ potuerit se in sacerdotũ & leuitarũ ordine collocare: si quis potuerit nõ habere portionẽ in terris vllam: nisi solum dominũ. Iste non cadet in deserto: sed ꝑuenit ad terrã repromissionis. Vnde & tu si vis nõ cadere in deserto: sed peruenire ad terrã repromissionis patrũ: sortem tuam non habeas in terra: nec sit tibi aliquid cõmune cũ terra. Portio tua sit dñs solus: & nunq̃ cades. Agitur ergo ascensio de ægypto ad terrã repromissionis: per quã vt dixi mysticis descriptionibus edocemur ascensum animæ ad cœlum. ex resurrectionis ex mortuis sacramento. Ponuntur aũt & noĩa mãsionib⁹. Neq; em̃ conueniẽs videbat: vt oĩs locus qui sub cœlo siue mõtiũ: siue colliũ: siue camporũ

ominibus vteretur. Illa vero ascẽsio qua ani
a ascẽdit ad regnũ dei: mãsionũ suarũ nomi
a non haberet. habet nomina mansionũ my
icis aptata vocabulis: habẽt & deducentem
non Moysen. & ipse eñ quo iret: ignorabat.
ed colũnam ignis & nubẽ: filiũ scilicet dei. et
iritũ sanctũ. sicut & in alio loco propheta di
t. Ipse dominus ducebat eos. Talis ergo fiet
atę animę ascẽsus: cum submersi fuerint om
s Aegyptii: & Amalechitæ: atq; vniuersi q
npugnauerãt eam: & per singulas quasq; di
ediens mansiones: illas scilicet multas quæ
cũtur esse apud patrẽ: illuminetur amplius
vna ad aliã veniens: maiora semper illumi
itionis augmenta conquirit: vsq; quo assue
sit ipsius veri luminis qđ illuminat omnem
ominẽ intuitum pati: & mirę maiestatis fer
fulgorem. Si vero ad secundam: de qua su
rius memorauimus expositionẽ redeamus:
animæ in hac vita posita per hæc doceri in
lligamus profectus: quæ conuersa de genti
vita: non tam Mosen: q̃ legẽ dei: nec Aaron:
d sacerdotẽ illum: qui permanet in æternũ:
quitur: anteq̃ ad perfectum veniat in eremo
abitat: vbi scilicet exerceatur ĩ pręceptis do
nini: & vbi fides eius per tentationes probet.
Vbi cum vicerit vnam tentationem: & fides
us in ea fuerit probata: inde venit ad aliam:
quasi de vna mansione ad alteram trãsit. Et
i cum obtinuerit quę acciderint: & fideliter
ilerit: pergit ad aliã: & ita per singula quęq;
ntamẽta: vitæ: ac fidei profectus mansiones
abere dicitur. In quibus per singula virtutũ
uæruntur augmẽta. Et impletur in iis illud:
d scriptũ est: ibunt de virtute in virtutẽ: vsq;
uo perueniatur ad vltimũ: immo ad summũ
radũ virtutũ: & transeat flumen dei: ac pro
nissa suscipiatur hęreditas. Duplici igitur ex
ositione vtentes omnem hunc: qui recitatus
t cõsyderare debemus ordinẽ mansionũ: vt
vtroq; sit animę nostrę profectus: agnoscen
bus ex iis: vel hęc ita: quę ex conuersione er
oris legem dei sequitur: qualiter agi debeat:
el futurę spei: quę ex resurrectione promitti
ur: quanta sit expectatio. Sic enim puto q; in
s: quæ leguntur: digna sancti spiritus legib⁹
ntelligẽtia doceatur. Nam scire in deserto il
o: qui dictus sit locus ille: vbi (verbi gratia)
pplicuerunt tunc trãseuntes filii Israel quid
nihi vtilitatis affert: aut quid legentibus ex
oc profectus: & legem Dei: die: ac nocte me
itantibus conferatur: maxime cum videa
nus tantam fuisse curam domino de istis mã
ionibus perscribẽdis: vt descriptio earum se
undo iam hoc diuinis legibus inderetur? Cõ
memorata sunt enim nomina ista: licet in non
nullis immutata: iam tũc cum per loca singu
la eleuasse dicunt̃ filii Israel de illo loco: & ap
plicuisse: sed & nunc iterum per verbũ domi
ni describi iubentur a Mose. Vnde & hoc ipm
q; secundo repetitur ista descriptio satis con
gruere mihi videtur ad mysterium expositio
nis huius: quam proposuimus: bis enim repe
tuntur: vt duas animæ ostenderẽt vias. Vnã
qua in carne posita per legẽ dei in virtutibus
exercetur: & per gradus quosdã ꝓfectuũ ascẽ
dẽs pergit (vt diximus) de virtute in virtutẽ
et ipsis profectibus: quasi mãsionibus vtitur.
Aliam vero: qua post resurrectionem ascensu
ra ad cœlos nõ subito: nec importune ad sum
ma conscẽdit: sed per multas deducitur man
siones: in qbus illuminata per singulas se aug
mẽto semper splendoris accepto in vnaquaq;
mansione illustrata sapientiæ lumine vsq; per
ueniat ad ipsum: perueniat luminum patrem
Exierũt ergo (inquit) filii Israel cum virtute D
sua. Erat cum illis virtus illa: quæ dixerat. Te
cum descẽdam in Aegypto: & quia erat cum
illis ista virtus: ꝓpterea dicit propheta. Et nõ
erat in tribubus eorũ infirmãs. Exierũt autẽ
in manu Moysi: & Aaron: ad exeundũ de Ae
gypto. Non sufficit vna manus Mosi: quæri
tur & manus Aaron. Moses indicat scientiam
legis: Aaron sacrificãdi deo: & immolãdi peri
tiam. Opus est ergo: vt exeuntes de Aegypto
nõ solũ scientiã legis & fidei: sed operũ: quib⁹
deo placet̃ fructus habeamus. Ideo eñ & ma
nus cõmemoratur Moysi: & Aaron: vt opera
per manus intelligas. Etenĩ si exiens de Aegy
pto: & cõuersus ad deũ: abiiciã supbiã per ma
nus Aaron: taurũ Deo sacrificaui. Si petulan
tiã: lasciuiãq; peremero: hircũ dño iugulasse
me Aaron manibus credã. Si libidinẽ vicero:
vitulũ. si stultitiã: ouẽ immolasse videbor. Sic
ergo cũ animæ vitia purgant̃: manus Aaron
operat̃ in nobis: & manus Moysi nobiscũ est:
cũ ad hæc ipsa intelligẽda illuminamur ex le
ge. Et ideo vtraq; manus necessaria est de Ae
gypto exeuntibus: vt inueniat̃ in eis nõ solum
fidei: & sciẽtiæ: sed & actuũ: operũq; perfectio:
et tamen vtræq; hæ non sunt duę manus: sed
vna. In manu enim Mosi: & Aaron eduxit eos
dominus: & non in manibus Mosi: & Aaron:
vnum enim opus vtriusq; manus est: atq; vna
perfectionis expletio. Et scripsit (inquit) Mo E
ses profectiones eorum: & mansiones eorum:
per verbũ domini. Scripsit ergo hæc per ver
bum domini: vt legentes nos: & vidẽtes quan
tæ nobis immineãt profectiones ad iter: quod
ducit ad regnũ: pręparemus nos ad vitã hãc:

et consyderantes iter:qđ nobis immineat:nō
segniter:nec remisse vitę nostrę tēpus permit
tamus absumi:ne forte dum in iis mundi va=
nitatibus immoramur:& singulis qbusq̧:quę
ad visum:vel auditū:vel etiā quę ad tactū:at=
q̧ odoratū:gustūq̧ veniunt:delectamur:labā
tur dies:tēpus prętereat:& non occurramus
omne spatium imminētis itineris explicare:&
deficiamus in medio:atq̧ accidat nobis illud:
qđ de quibusdā refertur:qui peruenire nō po
tuerunt: sed artus eorū ceciderūt in deserto.
F Iter ergo agimus:& idcirco deuenimus ī hūc
mundū:vt transeamus de virtute ad virtutē:
non vt permaneamus pro terrenis in terra:si
cut & ille qui dicebat. Destruam horrea mea:
et alia maiora ędificabo:& dicam animę meę.
Anima: habes multa bona reposita in annos
multos:māduca/& bibe/& lętare:ne forte di=
cat & nobis dominus sicut illi. Stulte hac no=
cte auferetur a te anima tua. Non dixit in hac
die:sed ī hac nocte. In nocte enim perimitur &
hic:sicut primogenita Aegyptiorū: tanq̄ qui
dilexerit mūdū:& tenebras eius: & particeps
fuerit rectorū mundi huius tenebrarū harū.
Tenebræ autē & nox mundus iste appellatur:
pro iis:qui in ignorātia viuunt:nec lumen re=
cipiunt veritatis. Qui autē tales sunt: de Ra=
messe nō proficiscuntur:nec transeunt ad So=
G choth. Videamus tamen prius quando profi=
ciscūtur filii Israel ex Ramesse. Mēse (inquit)
primo:quintadecima die mensis. Per præce=
ptum domini quartadecima die mēsis egerāt
pascha in Aegypto iugulantes agnum pridie
q̄ proficiscerentur: & initium quodammodo
festiuitatis adhuc in Aegypto positi gerunt.
Sequenti ergo die:qui est primus dies azimo=
rū:quintadecima die mensis primi proficiscū
tur de Ramesse:& veniunt ī Sochoth:vt ibi fa
ciant festiuitatis azimorum diem. Quis sapiēs
& intelliget hęc? Sensatus:& cognoscet ea? Im
mo quis est:qui hæc vel ex parte cognoscat? Si
cut Apostolus dicit:ex parte scimus:& ex par
te prophetamus. Quis intelligit quomodo ex
parte dies festos agimus:vt nemo nos iudicet
in pte diei festi:aut neomenię:aut sabbati? Oīs
namq̧ dies festus: qui in terris ab hominibus
geritur:in parte:non ī integro: neq̧ perfecto
festiuitatis titulo geritur. Sed cum exieris de
Aegypto ista:tunc erit tibi perfecta festiuitas.
Tunc azyma synceritatis: & veritatis ad pfe=
ctum curabis. Tunc pentecostes diem in ere=
mo ages:& tunc forte primum mannę cibum
cœlestem suscipies: ac singulas quasq̧ festiui=
tates geres:de quibus iam superius (vt potui
H mus) dictum est. Scito tamen quoniam post il
lud pascha:qđ in Aegypto factū est: semel in=
uenimus in deserto pascha curatum:cum lex
data est: & aliud (sicut obseruauimus in Nu=
meris) & post hæc iam nusq̄ geri:nisi in terra
repromissionis. Igitur quintadecima die men
sis primi sequenti post pascha die: qui est pri=
mus azimorum dies: profecti sunt filii Israel
de Ramesse:in manu (inquit) excelsa:in cōspe
ctu omnium Aegyptiorum. Quæ est manus
excelsa? Et alibi enim dicit. Exaltetur manus
tua. Vbi non est humanū opus nec terrenum:
sed diuinū:ibi manus excelsa nominatur. Per
manus namq̧ opus intelligi sæpe iam dictum
est. In manu ergo excelsa in cōspectu omnium
Aegyptiorum profecti sunt. Et Aegyptii (in=
quit) sepeliebant mortuos suos. Viuentes au=
tē sequebantur dominū deum suum. Post hęc
dicitur:quia & ī Diis eorū fecit dominus vin
dictā. Sed & in Exodo ita dicit:Et in omnibus
Diis Aegyptiorū faciet dominus vindictam.
Hic autē dicit:quia fecit in eos dominus vin=
dictā. Sunt quidā qui dicuntur dii siue in cœ=
lo:siue in terra Apostolus ait. Sed & ī psalmis
dicitur. Omnes dii gentium dæmonia. Non
ergo simulacra:sed dæmones: qui simulacris
assident deos dicit:in quos fecit dominus vin
dictam. Sed velim requirere quomodo Deus
vindictam faciat in dæmones:cum vtiq̧ vin=
dictę dies:& iudicii nondum aduenerit? Sed
hanc ego puto in dęmones fieri vindictam:cū
is:qui ab illis deceptus fuerat:vt idola coleret
per verbum domini conuersus:dominum co
lit:& ex ipso opere cōuersionis:in eū vindicta:
qui deceperat:datur. Similiter si is:qui a dæ=
monibus deceptus fuerat ad fornicandū: con
uertatur ad pudicitiā:diligat castitatē:errasse
se defleat:pœnitētiæ ipsius lachrymis vrit:
et incenditur dæmon. Et sic vindicta datur in
deceptionis authorē. Similiter etiā siquis de
superbia ad humilitatē:de profusione ad par=
simoniam redeat: per hæc singula dæmones:
qui se in hæc deceperant:flagellat: & cruciat.
Quantis eos putatis agi tormentis: si quē vi=
deant:secundū verbū domini:vendere omnia
sua:quę possidet:& dare pauperibus: & tolle=
re crucē suā:& sequi Christum? Super omnia
vero eis est tormētorum genera: & super oēs
pœnas:si quem videant verbo dei operam da
re:scientiā diuinę legis:& mysteria scriptura
rum intētis studiis perquirētē. In hoc eorum
omnis flamma est:in isto vrūtur incēdio:quo
niā quidē ignorātiæ tenebris humanas obscu
rauerant mentes:& per hæc obtinuerant: vt
deus quidē ignoraretur: ad ipsos vero diuini
cultus studia trāsferrētur. Quę putas in illos

ndicta datur: quæ infertur eis flāma pœna- m: cum videt hęc lumine veritatis aperiri: fraudis suæ nebulas per agnitionē legis di- næ reserari. Possident enim cunctos: qui in norātia viuunt. Et non solū illos: qui adhuc ignorantia sunt: sed ingerunt se sępe etiam qui agnouerūt Deū: & rursus in eis opera norantiæ conantur operari. Neq; enim sine is cōsummatur omne peccatū. Nā cū adul- riū quis cōmittit: nō est vtiq; sine dæmone. el cum ira immoderata raptatur: vel cū di- pit aliena. Et qui sedēs aduersus proximum um detrahit: & aduersum filiū matris suæ nit scandalum: nō est sine dæmone. Et ideo nnimodo agēdum est nobis: ne forte Aegy- iorum primogenita: vel deos eorum: quos min⁹ percussit: & extinxit: resuscitemus in bis: si eis locum dederimus operandi in no s ea: quę odit deus. Si autem ab iis omnibus ntineamus nos eo modo: quo superius dixi is: dedit vindictam in omnibus diis Aegy- iorum: pœnasq; ex nostra emendatione: et nuersatione dęmones suscipiunt. Exeunt er ex Aegypto filii Israel: & proficiscentes ex amesse veniunt in Sochoth. Profectionis c ordo: & distinctio mansionum valde ne- ssaria: & obseruanda est iis: qui sequuntur um: & de virtutum profectib⁹ cogitāt. De o ordine memini q; iam & in aliis: cū ædi- ationis causa aliqua loqueremur: quę domi s dare dignatus est prosecuti sumus. Sed & ic paucis iterū cōmonebimus. Fit ergo pri- a profectio ex Ramesse: & siue de hoc mūdo ima proficiscēs ad futurum sæculū pergit: ue ab erroribus vitę ad viā virtutis & agni- onis conuertitur: ex Ramesse proficiscitur. amesse enim in nostra lingua dicitur cōmo o turbida: vel commotio tineæ. In quo vtiq; tēditur: q; omnia in hoc mundo in cōmotio bus: & pturbationibus posita sunt: & in cor ptela. (Hoc enim tinea indicat.) In quibus ō oportet residere animā: sed proficisci: & ve ire in Sochoth. Sochoth autē interpretat̃ ta ernacula. Igitur primus animæ profectus est t auferatur a commotione terrena: & sciat si i tanq̃ peregrināti in tabernaculis habitādū: uo velut in procinctu posita aduersus īsidiā- es expedita occurrere possit: & libera. Inde iā bi se sentit esse pręparatā proficiscitur ex So hoth: & applicat in Buthan. Buthan conual is appellatur. Virtutū diximus in iis esse pro ctum. Virtus nō nisi exercitiis: & labore con uiritur: nec tantū in prosperis: quantū in ad ersis pbatur. Venit ad cōuallem. In conual- ibus autem & in inferioribus locis certamen habetur aduersus diabolū: & cōtrarias potē- states. In conualli ergo agon gerēdus est: & in cōualli pugnandū est. Deniq; & Abraham in valle Salinarū pugnauit aduersum barbaros reges: & ibi victoriā consecutus est. Descendit D ergo viator hic noster ad eos: qui in pfundis sunt: & in imis: nō vt ibi demoretur: sed vt ibi victoriam consequatur. Profecti sunt autē ex Buthan: & applicuerunt ad os Iroth. Iroth vi cus interpretat̃. Nondū enim venitur ad ciui tatem: nec quæ perfecta sunt iam tenētur: sed interim primo parua quæq; capiūtur. Hic est enim pfectus: vt a paruis ad magna veniatur. Venitur ergo ad Iroth: hoc est ad ingressum primū vici: quod est initium cōuersationis: & abstinentiæ mediocris. Periculosa est nāq; in initiis grandis: & īmoderata abstinētia. Iroth autē hæc posita est contra Beelsephon: & con tra Magdalum. Beelsephon interpretat̃ ascē- sio speculæ: siue turris. A paruis ergo ascendi E tur ad magna: & nondū in ipsa specula: sed cō tra speculam: id est in cōspectu speculæ posita est. Speculari enim incipit: & prospicere spem futuram: & altitudinē profectuū contēplari: et paulatim crescit: dum plus spe nutritur: q̃ laboribus fatigat̃. quæ statio: siue mansio con tra Magdalum est: nondum in ipso Magdalo. Magdalum enim magnificentia dicitur. Ha- bens ergo in conspectu: & ascensionē speculæ: et magnificētiam rerum futurarū: speciebus (vt diximus) ingētibus pascit̃ & nutrit̃. In p- fectibus enim est: non in perfectione iā posita. Post hæc proficiscuntur de Iroth: & trāseunt F p mediū maris rubri: & applicuerūt ad ama- ritudines. Diximus tempus profectuū: tēpus esse periculorum: q̃ molesta tentatio transire per mediū mare: videre fluctus in cumulum crescere: audire vndarum insanientiū voces: & strepitus. Sed tamē si sequaris Moysen: id ē legem dei: aquę tibi murus dextra: lęuaq; fiet: & iter inuenies per siccum in medio mari. Sed & illud iter cœleste qđ agere dicimus animā potest fieri vt habeat aliqd aquarū: potest fie- ri vt ibi inueniantur vndæ: est em̄ pars aliqua aquarū: & pars aliqua sub cœlo: & nos īterim harū q̃ sub cœlo sunt: aquarū vndas fluctusq; perferimus: deus viderit si illę quietæ sunt & placidæ: nec aliquibus vētis flātib⁹ excitātur. Sed nos interim cū venerimus ad transitū ma G ris: etiā si videamus Pharaonē: & Aegyptios insequentes: nihil trepidemus: nullus de iis metus: nulla formido sit. Credamus tātum in vnum verū deū: & quē misit filium suū Iesum Christū. Qđ etsi dicatur populus deo credi- disse & famulo ei⁹ Mosi: credimus & nos secū

dum hoc etiam Mosi: id est legi dei: & prophetis. Constans ergo esto; & paulopost videbis Aegyptios iacentes ad litus maris. Cum autē videris eos iacētes: tu exurge & cāta in canticis dño: & collauda eum: qui equum: & ascēsorē demersit in rubrū mare. Applicuerūt ergo ad amaritudines. Audiēs amaritudines nō pauescas: neq; terrearis. Omnis eñ eruditio ad pręsens nō videt̄ dulcis esse: sed amara. Postea vero fructū dulcissimū & pacatissimū exercitatis per semetipsam reddit iustitię: sicut Apo
H stolus Iacobus docet. Deniq; & azima cū amaritudine vesci pcipiunt̄. Nec est possibile peruenire ad terrā repromissionis: nisi per amaritudines trāseamus. Sicut enim medici amaritudines quasdā medicamētis inserunt salutis prospectu: & sanitatis languētiū: ita & salutis prospectu medicus animarū nostrarū amaritudines nos vitę huius voluit pati in diuersis tētationibus: sciens quia finis huius amaritudinis animæ nostrę dulcedinem salutis adquirat: sicut & e cōtrario finis dulcedinis: quę est in voluptate corporea: vt diuitis illius exempla docuerūt: amarū finē reddit in infernum pœnarū. Tu ergo: q iter virtutis incedis: non
I refugias applicare ad amaritudies. Proficisceris eñ & inde: sicut & filii Israel. Profecti sunt (inquit) de amaritudine: & venerunt in Helim. Helim est: vbi sunt duodecim fontes aquarum: & septuagintaduæ arbores palmarum. Vides post amaritudines: post asperitates tētationū: q̄ te amœna suscipiunt loca. Non venisses ad palmas: nisi tētationum amaritudines pertulisses. Nec venisses ad dulcedinē fontium: nisi prius quæ tristia fuerant: & aspera superasses. Nō quo iā finis sit in iis itineris: et perfectio cūctorū: sed dispēsator animarū de⁹ in ipso itinere interserit laboribus etiam quædam refrigeria: quibus refota anima: & reparata prōptior redeat ad reliquos labores. Helim tamen interpretatur arietes. Arietes duces sunt gregum. Qui sunt ergo duces gregis Christi: nisi Apostoli: q sunt & duodecim fontes? Verū quoniam non solum illos duodecim elegit dominus: & Saluator noster: sed & alios septuaginta duos: idcirco non solū duodecim fontes: sed & septuaginta duæ arbores scribūtur esse palmarū: & ipsi enim Apostoli nominantur: sicut & ipse Paulus dicit: cū de resurrectione Saluatoris exponeret: Visus (iquit) est illis vndecim. Deinde apparuit & omnib⁹ apostolis. In quo ostendit esse & alios Apostolos: exceptis illis duodecim. Hęc te ergo amœnitas post amaritudinē: hęc te requies post laborē: hęc te gratia post tentamenta suscipiet.

Profecti sunt (inquit) de Helim: & applicuerūt iuxta mare rubrū. Obserua: quia iā nō intrauit in mare rubrū. Semel tantū sufficit intrasse: modo iā applicāt iuxta mare: vt videāt quidem mare: & vndas eius aspiciant: nequaq̄ tamē motus ipsius: & impetus pertimescant. Et profecti sunt a rubro mari: & applicuerūt in deserto Syn. Syn rubus interpretat̄: siue tētatio. Incipit ergo tibi iā arridere bonorū spes. Quæ est autē bonorū spes? De rubo apparuit dominus: & respōsa dedit Mosi: & dehinc initium visitatiōis factum a domino ad filios est Israel: sed nō otiose Syn etiam tentatio interpretatur. Solet eñ in visionibus esse tentatio. Nam nonnunq̄ angelus iniquitatis transfigurat se in angelum lucis. Et ideo cauendum est: et sollicite agēdum: vt scienter discernas visionū genus: sicut & Iesus Naue cum visionē videret: sciens esse in hoc tētationem: statim requirit ab eo: qui apparuit: & dicit. Noster es: an aduersariorū? Ita ergo & pficiscens anima vbi aduenerit: vt iam incipiat discretionē habere visionū: inde probabitur spiritalis esse: si scit oīa discernere. Idcirco deniq; & inter dona spiritalia: vnum ex donis sancti spiritus esse memoratur discretio spirituū. Profecti vero ex deserto Syn: venerunt in Raphaca. Raphaca interpretat̄ sanitas. Vides ordinē profectuum: quomodo vbi iam spiritalis efficitur anima: & discretionem cœlestium cœperit habere visionum: peruenit ad sanitatem: vt merito dicat. Benedic anima mea dominū: & oīa interiora mea nomē sanctū ei⁹. Quē dominū? qui sanat (inquit) oēs lāgores tuos: q redimit de interitu vitam tuam. Sunt enim multi langores animę. Auaritia langor eius est: & quidem pessimus. Superbia: ira: iactātia: formido: inconstātia: pusillanimitas: & horum similia. Quando me domine Iesu ab iis omnibus langoribus curabis? Quando sanabis: vt ego dicam: Benedic anima mea dominum: qui sanat omnes langores tuos? Vt possim & ego māsionem facere in Raphaca: quod est sanitas? Longum est si velimus ire per singulas mansiones et ex vnaquaq; siqua ex nominum contēplatione suggerūtur: aperire: strictim tamē & breuiter percurremus: vt nō tam plenam vobis expositionem: quia minime id tempus indulget sed occasiones in eis intelligētiæ præbeamus. Proficiscūtur ergo ex Raphaca: & veniunt in Halus. Halus labores interpretantur. Nec mireris si sanitatē sequuntur labores. Propterea eñ & adipiscitur a dño anima sanitatē: vt labores delectabiliter: & nō inuita suscipiat. Dicitur enim ei. Labores fructuum tuorū, mādu

[...]is: beatus es: & bene tibi erit. Post hæc ve[...]nt in Raphidin. Interpretatur autem Ra[...]din laus iudicii. Iustissime laus sequit post [...]ores, cuius tamen rei laus: iudicii (inquit) [...] ergo laude digna anima: quæ recte iudi[...]recte discernit: id est quæ spiritaliter diiu[...]at omnia: & ipsa a nemine diiudicatur.

[...]ost hæc peruenitur in desertum Syna. Sy[...] pe quidem locus est deserti: quē supra Syn [...]morauit. Sed hic magis locus mōtis: qui in [...] deserto est: appellatur. Qui etiam ipse ex [...]abulo deserti Syna nominatur. Postq̄ er[...] laudabilis iudicii facta est anima: & rectum [...]pit habere iudicium: tūc ei datur lex a deo [...]n capax esse cœperit secretorum diuinorū [...]cœlestium visionum. Inde venitur ad monu[...]nta concupiscentiæ. Quid est monumenta [...]ncupiscentiæ? Sine dubio vbi sepultæ sunt: [...]obrutæ concupiscentiæ: vbi extincta est om[...] cupiditas: nec vltra cōcupiscit caro aduer[...] spiritū: mortificata scilicet morte Christi.

[...]ost hęc venitur in Aseroth: quod interpre[...]tur atria perfecta: vel beatitudo. Intuere di[...]gentius omnis viator: quis sit ordo profectu[...]n: posteaq̄ sepelieris: & morti tradideris cō[...]piscentias carnis: venies ad amplitudines [...]riorum: venies ad beatitudinē. Beata nāq; [...] anima: quæ nullis iam vitiis carnis vrge[...]r. Inde venitur in Rathanim: siue Pharam. [...]athanim visio consummata interpretatur. [...]haram vero visibile os. Quid? nisi ita crescat [...]ima: vt cum desierit molestiis carnis vrge[...] visiones habeat consummatas: perfectamq; [...]rum capiat intelligentiam: causas scilicet in[...]rnationis verbi dei: dispensationūq; eius ra[...]ones plenius: altiusq; cognoscens? Hinc iam [...]enitur in Remonphares: qđ in nostra lingua [...]xcelsa intercisio dicitur: hoc est vbi magnarū [...] cœlestium rerum a terrenis: & infimis sepa[...]ratio fit & discretio. Crescente namq; intelle[...]u animæ: & notitia ei excelsorū prębetur: et [...]dicium datur: quo sciat a tēporalibus æter[...]a ītercidere: & a perpetuis caduca separare.

Post hæc venitur Lebna: qđ interpretatur [...]ealbatio. Scio in aliis dealbationem culpabi[...]iter poni: vt cum dicitur paries dealbatus: et [...]nonumēta dealbata. Sed hic dealbatio illa est: [...]e qua dicit propheta. Lauabis me & super ni[...]uem dealbabor. Et iterum Esaias. Si fuerint [...]peccata vestra sicut fœnitium: vt niuem deal[...]babo: & vt lanam candidam efficiam. Item in [...]psalmo. Niue dealbabuntur in Selmon. & ve[...]tusti dierum capilli dicuntur esse candidi: id [...]st albi sicut lana. Sic igitur dealbatio hæc ex [...]splendore verę lucis venire intelligenda est: & ex visionum cœlestium claritate descendere.

D Post hæc mansio fit in Ressa: quod apud nos dici potest visibilis: siue laudabilis tentatio. Quid est hoc q̄ quis grandes habeat anima profectus: tamen tentationes ab ea non aufe[...]runtur? Vnde apparet: quia velut custodia quædam: & munimen: ei tentationes adhiben[...]tur. Sicut enim caro si sale non aspergatur: q̄uis sit magna: & pręcipua: corrumpitur: ita & anima nisi tentationibus assiduis quodammo[...]do saliatur: continuo resoluitur: ac relaxatur. Vnde constat propter hoc dictum esse: q̄ om[...]ne sacrificium sale salietur. Inde deniq; est: qđ et Paulus dicebat. Et ex sublimitate reuelatio[...]num ne extollar: datus est mihi stimulus car[...]nis meæ angelus Sathanæ: qui me colaphizet. Hæc ergo est visibilis: vel laudabilis tentatio.

E Ex hac venitur ad Macelath: quod est prin[...]cipatus: vel virga? Ex vtroq; vero potestas in[...]dicari videtur: & q̄ anima eousq; profecerit: vt dominetur corpori: & ipsa in illud virgam potestatis obtineat. Immo non solum corpo[...]ri: sed & vniuerso mundo: cum dicit: Mihi au[...]tem mundus crucifixus est: & ego mundo.

Inde venitur in montē Sephar: quod tubici[...]natio appellatur. Tuba signū belli est. Igitur vbi se tantis: ac talibus virtutibus anima sen[...]tit armatam: necessario procedit ad bellū: qđ est ei aduersus principatus: & potestates: & aduersum mundi rectores. Vel certe tuba ca[...]nit: in verbo dei: prædicationis scilicet: & do[...]ctrinæ: vt det significantem vocē per tubam: vt qui audierit: præparare se possit ad bellū.

F Post hęc venitur super Charadath: quod in nostra lingua sonat idoneus effectus, profecto vt & ipse dicat: q̄a idoneos nos fecit ministros noui testamenti. Inde mansio habetur apud Maceloth: quod interpretatur ab initio. Con[...]tēplatur nāq; qui ad contēplationem tendit initium rerū: immo potius cuncta ad eum re[...]fert: qui erat in principio: nec ab isto initio ali[...]quando discedit. Post hæc fit mansio in Ca[...]ath: quod est cōfirmatio: vel patientia. Neces[...]se est enim eum: qui vult etiam aliis prodesse: multa pati: & cuncta ferre patienter: sicut de Paulo dictū est. Ego enim ostendam ei quanta oporteat eum pro nomine pati meo. Inde ve[...]nitur Thara: quod apud nos intelligitur con[...]templatio stuporis. Non possumus in latina lingua vno sermone exprimere verbum gręcum: quod illi ecstasin vocant: id est cū pro ali[...]cuius magnæ rei admiratiōe obstupescit ani[...]mus. Hoc est ergo: qđ dicit: contēplatio stupo[...]ris: cum in agnitione magnarum: & admira[...]bilium rerum mēs attonita stupet. Post hæc G

venitur ad Matheca: qđ interpretatur mors noua. Quæ est noua mors? Quando Christo commorimur vt & conuiuamus ei. Inde Asen na venitur: qđ os: vel ossa significare dicitur. Virtus per hæc sine dubio: & robur patientię
H declaratur. Iam hinc habetur mãsio apud Mesaloth: qđ significare putatur excludens. Quę excludens est? sine dubio malignas suggestiones contrarii spiritus de cogitationibus suis. Sic enim & sapientia dei dicit. Si spiritus potestatem habentis ascẽderit super te: locum tuũ ne dimittas. Tenendus est ergo locus: & excludendus est aduersarius: ne inueniat locum in corde nostro: sicut Apostolus dicit: Nolite locum dare diabolo. Post hæc Banaim venitur: qđ fontes significat: vel excolationes: id est vbi diuinorum verborum fontes haurit vsq; quo excolet eos bibẽdo. Excolat autem dicitur hic a colando: non a colendo. Excolat ergo verbũ dei quis: cum ne minimum quidem mandatũ præterit: immo cum ne iota quidẽ vnum: vel vnus apex de verbo dei ĩtellect⁹ eius habetur
I otiosus. Post hæc venitur in Galgat: qđ interpretatur tentamentum: siue constipatio. Fortitudo quædã (vt video) & munimen est animæ: tentamentum. Ita enim virtutibus admiscetur: vt videatur absq; iis virtus nec decora esse: nec plena. Et ideo proficiẽtibus ad virtutem: & variæ: & frequentes mansiones in tentationibus fiunt. Quas cum trãsieris applicabis in Tabatha. Tabatha interpretatur bona. Ad bona ergo non nisi post tentamẽtorum experimenta venitur. Inde applicuerũt (inquit) in Ebrona: qđ est transitus. Transeunda nãq; sunt omnia: quia etiã si ad bona venias: oportet te & ad meliora transire: vsq; quo ad illud bonum venias: in quo semper debeas perma-
K nere. Post hęc peruenitur ad Gasiongabis: qđ interpretatur consilia viri. Siquis desiit puer esse sensibus: iste peruenit ad cõsilia viri: sicut et ille qui dicebat: Cum autem factus sum vir quæ paruuli erant deposui. Sunt ergo magna consilia viri: sicut & ille ait: Aqua alta: consilium in corde viri. Hinc iterum venitur Syn. Iterum tentatio est Syn. Diximus enim: quia nec aliter expedit iter istud ĩcedere. Sicut verbi gratia: Siquis aurifex vas necessarium facere volens: frequenter illud igni admoueat: frequenter malleis subdat: rasoriis sæpe perstringat: vt & purgatius fiat: & ad illam speciem: quam prospicit artifex: atq; ad illam pulchri-
L tudinem deducatur. Post hæc applicatur ad Pharãcades: qđ est fructificatio sancta. Vides inde quo venitur: vides quia tentationum sulcos fructificatio sancta subsequitur. Inde ap-

plicatur in montem Or: qđ interpretatur mõtanus. Venit eñ ad montem dei: vt & ipse fiat mons vber: & mons coagulatus: vel ab eo: q semper in monte dei habitet: montanus dicatur. Subsequitur post hæc mansio Selmona: qđ interpretatur vmbra portionis. Illam puto vmbram dici: de qua & propheta dicebat: Spiritus vultus nostri Christus dominus: cu[i] diximus: in vmbra eius viuemus in gentibus. Sed & illa similis huic vmbra est. De qua dicitur. Spiritus domini obumbrabit tibi. Vmbra ergo portionis nostræ: quæ nobis opacit[a]tem præstat ab omni æstu tentationum: Chr[i]stus dominus est: & spiritus sanctus. Hinc iam venitur ad Fino: qđ ĩterpretari putamus ori[s] parsimoniam. Qui enim intueri potuerit my[s]terium de Christo: & de spiritu sancto: & si v[i]derit: siue audierit ea: quæ non licet hominibus loqui: necessario habebit oris parsimoniã sciens quibus: vel quãdo: vel quomodo de my[s]teriis diuinis oporteat loqui. Post hæc venitur Oboth: cuius nominis q̃uis non inuenerimus interpretationem: tamen non dubitamus: sicut & in cæteris omnibus etiam in hoc nomine consequentiam profectuum conseruari. Sequitur post hæc mansio: quæ appellatur Cai: qđ interpretatur chaos. Appropiat enim per hos profectus ad sinus Abrahæ: q dicit ad eos: qui in tormentis sunt. Quia inter vos et nos chaos magnum cõfirmatum est: vt & ipse in finib⁹ eius sicut beatus Lazarus requiescat. Inde iterum venitur Dibongad: quod significare fertur apiarium tentationum. O miram diuinæ prouidentiæ cautelam. Ecce iam viator hic itineris cœlestis: summæ perfection[i] proximus fit successione virtutum: & tamen ei tentamenta non desunt: sed noui generis audio tentamenta. Apiarium (inquit) tentationum. Apis laudabile animal in scripturis positum est: ex cuius laboribus reges: & mediocres ad sanitatem abutũtur. Qđ recte de verbis prophetarum: & apostolorũ: atq; omniũ: qui sacra volumina conscripserunt: accipitur. Et istud esse apiarium: id est omnem numerum scripturarum diuinarum dignissime intelligi puto. Est ergo iis: qui ad perfectionem tendunt: etiam in hoc apiario: id est in verbis propheticis: & apostolicis nonnulla tentatio. Vis videre quia sit in iis tentatio non minima? In hoc apiario scriptum inuenio. Vide (inquit) ne aspiciens Solem: & Lunam: adores ea: quæ sequestrauit dominus deus tuus gentibus. Vides quæ tentatio de apiario isto procedit? Et iterum cum dicit: Deos non maledices. Et iterum in noui testamenti apiario: vbi

gimus. Quid me vultis occidere hominem: ui veritatem locutus sum vobis? Et iterũ in iis ipse dominus dicit. Propterea in parabolis loquor eis: vt vidẽtes nõ videãt: & audientes non intelligãt: ne forte conuertãtur: & sanẽ eos. Sed & cum Apostolus dicit. In quibus eus huius sæculi excæcauit mẽtes infideliũ. t multa huiusmodi in hoc diuino apiario tẽ mẽta reperies. Atq; necesse est venire vnum uẽq; sanctorum: vt etiam per hæc: quã perfe e & pie de deo sentiat: agnoscatur. Post hæc m venitur Gelmon de Blathaim: qđ interpretatur contemptus ficuum: id est vbi contẽ untur: & despiciuntur penitus terrena. Nisi nim spreta fuerint: & contempta ea: quæ dectare videntur in terris: ad cœlestia transire on possumus. Sequitur enim post hæc manso Abarim contra Nabau: quod est trãsitus. Nabau vero abscessio interpretatur. Vbi ẽm er has omnes virtutes iter egerit anima: et d summã perfectionis ascenderit: transit iam e sęculo: & abscedit: sicut scriptũ est de Enoc: t non inueniebatur: quia transtulerat eũ deus. Qđ & si videatur esse adhuc in sęculo: qui uiusmodi est: & in carne habitare tamẽ non nuenietur. In quo non inueniet? In nullo actu eculari: ĩ nulla re carnali: nullo colloquio vaitatis inuenitur. Transtulit enim eum deus o iis: & esse fecit in regione virtutum. Vltina mansio est ab occidente Moab: iuxta Iordaem. Omnis namq; hic cursus propterea agiur: & propterea curritur: vt perueniatur ad lumen dei: vt proximi efficiamur fluentis sapientiæ: & rigemur vndis scientię diuinę. Vt ic per omnia purificati: terram repromissionis mereamur intrare. Hęc interim de israeliticis mansionibus secũdum vnum exponendi modum ĩ transcursu perstringere: atq; in me lium proferre potuimus. Verũ ne huiusmoi expositio: quæ per Hebræorum linguam no ninum significantias currit: ignorãtibus linuę illius proprietatem affectata videatur & violenter extorta. Dabimus etiã in nostra lin gua similitudinem: qua consequẽtiæ huius ra io patescat. In literario ludo: vbi pueri prima elementa suscipiunt: abecedarii dicuntur qui dam: alii syllabarii: alii nominarii: alii iam calculatores appellantur. Et cũ audierimus hæc nomina ex ipsis: qui sint in pueris profectus agnoscimus. Similiter & ĩ liberalibus studiis. cum aut locũ recitare: aut allocutionẽ: vel lau dem: aliasq; per ordinẽ materias audierimus: ex materiæ nomine profectũ adolescentis ad uertimus. Quomodo ergo & per hæc: quę locorum: quasi materiarum nomina memoran tur: non credamus in diuinis eruditionibus profectus indicari posse discẽtium? Et sicut illis singulis quibusq; dicendi materiis immorantes quasi mansiones in eis quasdam facere videtur: & de vna ad aliam: ac de alia item ad aliam proficisci: ita etiam hic mansionum nomen & profectio ab vna ad aliam: & ab alia iterum ad aliam: cur non profectum mẽtis indicare credatur: & incrementa significare virtutum. Illam vero aliam expositionis partem D prudentibus quibusq; ex ista coniiciendam: & contemplandam relinquo: *Sapientibus enim* sufficit occasionem dedisse: Quia nec expedit vt auditorum sensus penitus remaneat otiosus: & piger. Ex horum ergo collatione etiam illa meditatur: immo & aliquid perspicacius: ac diuinius contempletur. Non enim ad mensuram dat deus spiritũ. Sed quia dominus est spiritus: idcirco vbi vult spirat: & optamus: vt etiam nobis aspiret: quo meliora horũ: atq; altiora in verbis domini sentiatis: Iter agẽtes per hæc: quę pro nostra mediocritate descripsimus: vt & in illa via superiore: & excelsiore: etiam nos vobiscum possimus incedere: Deducẽte nos ipso domino nostro Iesu Christo: qui est via: & veritas: & vita: vsq; quo perueniamus ad patrem: cum tradiderit regnum deo: & patri: & subiecerit ei omnem principatum: & potestatem. Ipsi gloria: & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Quæ sit terræ sanctę descriptio: terminorumq; eius: & finiũ: quos dominus descripsit. Cap.XXXIIII. Homilia: XXVIII.

Ltima in libro Numerorum historia refertur: in qua dñs iubet Mosi pcepta dare filiis Israel: vt cum ingressi fuerint terram sanctam capere hæreditatem eius: sciãt quos in ea terminos finium suorũ debeãt obseruare: & post iam ipso dño describẽte dicitur. Ad Africũ quidẽ: hoc est ad occidẽtem illius loci terminus obseruetur: & illius ad orientẽ: & sic per quatuor cœli plagas: nomina quædam dominus ipse designat: quę in iudæa ista terrena populus dei debeat custodire. Dicit ergo ĩ iis simplicior quiq; auditorũ: quia possunt hęc necessaria videri & vtilia: etiam secũdum literam: pro eo vt nemo transgrediatur terminos per pręceptũ domini cõstitutos: & fines alterius tribus alia violare non audeat. Ecquid faciemus: cum in E

terris istis non solum inuadendi alterius fines iudæis:sed qualitercunq; possidendi facultas nulla remanserit?profugi nãq; ab ea:& extorres exulant & fines:nõ quos lex diuina statuit nũc possidẽtes custodiunt:sed quos victorũ iura mandarunt. Quid inquã nos faciemus:qui hæc in ecclesia legimus? Si secundum iudęorũ sensum legamus:superflua nobis profecto videbuntur & inania. Sed & ego:qui lego de sapiẽtia scriptum:exi post eam sicut vestigator volo exire post eam:& quia in rebus eam corporalibus non inuenio: insequi eius vestigia cupio:& inuestigare quo eat:ac videre intellectus meos:ad quę me cubilia pertrahat. Puto enim q̄ si diligenter eam sequi potuero:& inuestigare vias eius:dabit mihi aliquas occasiones ex scripturis:quomodo etiam de his locis explicare debeamus:si credimus iis:quæ Paulus in mysterio loquitur:qđ qui per legem deseruiunt vmbræ:& imagini deseruiunt coelestium. Et si secundum ipsius nihilominus sententiam lex:cuius pars est hæc lectio:quã habemus ĩ manibus vmbram habet futurorum bonorum:consequens videtur:& necessarium omnia:quæ quasi de rebus terrenis describuntur ĩ lege:vmbras esse futurorum bonorum.

G Omnisq; hæreditas terræ illius:quæ in iudęa terra sancta:& terra bona appellatur: imago sit bonorum cœlestium:quorum hæc (vt diximus) quæ in terris bona memorantur: vmbrã atq; imaginem teneant. Sed vt paululum et meus sermo:& vestra intelligentia sublimetur:atq; ingressum quendam ad ea:quæ dicimus aduertenda concipiat:vtamur aliqua similitudine. Nemo dubitat q̄ in terra Iudæa omnis locus:omnis mons:omnis ciu[illegible]s & vicus:certis quibusq; vocabulis designetur:nec est vllus omnino sine nomine locus: sed propriis singula quæq; appellationibus designantur. Verbi gratia. Quibus aut Chananei in suis locis: aut Pherezei nihilominus in suis. Amorreiq;:aut Euaei: vel etiam Hæbræi nominarunt. Ita ergo secundum sentẽtiam Pauli:qua vmbram: & exemplar cœlestium dicit esse terrena:fortasse & in cœlestibus regionibus erunt locorum differentiæ non minimæ.

H Videris quibus:vel quorum appellationibus: vocabulisq; distinctæ:& nomina nõ solum plagarum cœli:sed etiam omnium stellarum:syderumq; signata. Qui enim fecit multitudinẽ stellarum (vt ait propheta) omnibus eis nomina vocat. De quibus quidẽ nominibus plurima in libellis:qui appellantur Enoch secreta continentur:& arcana. Sed quia libelli ipsi non videntur apud Hebræos in authoritate haberi: Interim nunc ea quæ ibi nominantur ad exemplum vocare differamus. Sed ex his: quæ habemus in manibus: de quibus dubitari nõ potest:rerum prosequamur indaginem. Describitur ergo verbis dei in lege diuina terra Iudęæ:& hęc referri debere dicitur ad imaginem cœlestium. In cœlis autem euidẽter esse Hierusalem ciuitas pronuntiatur ab Apostolo & mons Syon. Consequens igitur est:vt sicut sunt etiam aliæ ciuitates circa Hierusalem terrenam sitæ:& vici:& diuersæ queq; regiones: ita & illa cœlestis Hierusalem secundum imaginem terrenorum habeat circa se et alias ciuitates:ac vicos:diuersasq; regiones in quibus populus dei:& verus Israel: per Iesum verum:cuius ille Iesus Naue ferebat imaginem:collocandus est quandoq;:& hæreditatem sortis distributione:id est meritorum cõtemplatione capturus. Sic ergo nunc dominus dicit in distributione terrę: Verbi gratia. Terminos tribus illius esse istos:& alteri⁹ alios. Ne forte quoniam diuersa erũt merita eorum: qui hæreditatem consecuturi sunt regni cœlorum idcirco etiam in iis tribubus obseruanter dirimi iubetur ista distinctio terminorum. Vt sciamus has esse meritorum differentias obseruandas in vnoquoq;. Verbi gratia:Qui ita negligẽter vixerit vt pro fide quidẽ sua mereatur haberi inter filios Israel: pro negligentia vero vitæ: gestorumq; desidia in tribu Ruben aut Gad:aut dimidia tribu Manasse debeat reputari:& non intra Iordanem: sed extra eum sortem hæreditatis accipere. Alius vero qui se emendatione vitæ: & conuersatione propositi talem reddiderit: vt secundum quas solus deus nouit rationes: aut in tribu Iuda: aut etiam in ipsa tribu Beniamin: In qua ipsa Hierusalem:& templum dei atq; altare consistit: debeat reputari: & alius in alia: atq; alius in alia: Et hoc modo hæc quæ nunc in libro Numerorum scripta referuntur adumbratio quædam sit futuræ sortis in cœlis:eorum dũtaxat qui per Iesum dominum:ac Saluatorem nostrum hęreditatem (vt diximus) capient regni cœlorum. Ibi credo diligenter obseruabuntur etiam ista quæ hic adumbrantur priuilegia sacerdotum:quibus vicina quæq; vrbibus loca: & ipsis mœnibus iuncta segregari mãdatur a filiis Israel: Ibi credo & ciuitates istæ erunt: quarum hic figura describitur:quas refugii nominat ciuitates:ad quas cõfugiant:non omnes homicidę sed qui ignoranter homicidium commiserũt. Sunt enim fortassis aliqua peccata:quæ si proposito: ac voluntate committimus: homicię

s non faciunt:& sunt alia:quę si ignoranter mittim⁹:decernitur nobis credo:& præpa :ut ex pręcepto dei aliquis locus: vbi ad cer m tempus habitare debeamus. Si qui non luntaria peccata cōmisimus.si tamen mun inueniamur & alieni ab iis peccatis:quę vo ntate commissa sunt. Et ob hoc secernūtur ædā ciuitates ad refugiū. Videtur quibus m ꝙ singulorum quoq; syderum positio:& tus ciuitas dici: vel haberi possit in cœlo. uod ego quidē definire non audeo. Video im omnē creaturā in spe quidē ꝑpter eū: i subiecit esse subiectā: expectare tamen li rtatem in redemptione filiorū dei: sine du & pręclarius aliquid:aut sublimius operi Si ergo(vt diximus)vmbram habet lex fu rorum bonorū:& exēplari:& vmbræ deser unt cœlestiū qui in lege deseruiunt:& nunc r speculum:& in ænigmate:tunc autem fa ad faciem habebitur rerum cōtemplatio. redo ꝙ & nunc cōuersationem dicimur ha re in cœlis per speculū:& in ænigmate:tūc tem facie ad faciem: tamen cōuersationem erebuntur habere in cœlis.Si ergo per con quentiā rerum:& promissionū fidē nos trās rri de terris oportet ad cœlū: puto ꝙ in ip cœlestibus locis Iesus dn̄s noster non absq; eritorū sorte vnumquēq; in illa:vel illa cœ parte: & habitatione constituat. Sed sicut ulta est differētia in terris:verbi gratia:ha tare in locis fœcundis: & copiosis: ac bonis mnibus abundātibus:vbi & aeris temperies eruditio hominū: ac liberalia instituta non esunt: & longe aliud est habitare: aut in lo is infœcūdis: & rerū pœnuria squalidis: aut stu torridis:aut frigore:geluq; torpentibus el certe vbi nullæ leges:sed immanis & sæua arbaries:vbi bella semper & nunq̄ quies. Et ęc non sine occulta quadā dei dispensatione: t iudicio eius: & iustitia vnicuiq; decernunt a & in illis locis erit aliquid tale: vt in nullo rorsus inanis habeatur in terris vmbra cœ estium. Erit ergo & ibi(vt diximus) aliqua iuitas refugii:& erit alia i deserto sicut Bos or in hæreditate Ruben ciuitas esse dicitur n deserto:Sed & illa nihilominus consequen ia capienda est. Quia sicut cū dispergeret de us filios Adam statuit fines gētium secūdum numerum angelorū dei:vel(vt in aliis exem plaribus legimus) secundū numerum filiorū israel in initio mundi:ita dispersi sunt filii illi us Adam: sicut vel illorum merita: vel ipsius Adæ contemplatio postulabat: quid dicemus uturū:cum nouissimi Adam(Qui nō in ani mam viuētem:sed in spiritum viuificantē fa ctus est)cœperit filios non dispergere:sed dis pensare diuina dignatio:nō in initio:sed in fi ne mundi:& non vt illos:qui in Adam omnes mortui sunt:sed vt eos: qui in Christo omnes viuificati sunt?Sine dubio erit quædam diui sio:& distributio talis:quę nō solum pro meri tis eorum qui dispensantur:sed & pro nouissi mi Adam:in quo oēs viuificandi dicuntur:cō C templatione pensanda sit.Sed quis nostrū ta lis est:vt ad huiusmodi distributionē: & ad il lam cœlestis hæreditatis sortē venire merea tur?Quis ita beatus erit:cuius sors in Hieru salem veniat:vt sit ibi:vbi templū dei est: im mo vt ipse sit Dei templū? Quis ita beat⁹ est: vt ibi dies festos agat:vbi altare diuinū perpe tuis ignibus adoletur. Quis ita beat⁹ est:qui sacrificiū suum:& incensum suauitatis supra illum ignem ponat: de quo dicebat Saluator. Ignem veni mittere in terrā? Quis ita beatus est:qui ibi semper agat pascha in loco: quē ele git dn̄s suus?Ibi pentecostes diem gerat:& fe stiuitatem repropitiationis:& tabernaculorū solēnitatē nō iam per vmbram: sed per ipsam speciem:rerumq; veritatem. Quis nostrū di gnus habebitur tam beatę sortis electione: cū De⁹ diuidere cœperit filios nouissimi Adam non cui dicat: eris super quinq; ciuitates po testatem habens: aut cui dicat:eris super de cem ciuitates potestatē habens:nec cui dicat. Intra in gaudium dn̄i tui: sed cui dicat.Sede te & vos mecum super duodecim thronos:iu dicātes & vos duodecim tribus israel.De qui bus dicat. Pater volo vt vbi ego sum: & ipsi sint mecū. Volo etiam istos esse reges vt ego sum rex regum.Volo & istos habere domina tionem:vt & ego sum dominus dominātium. Beati qui ad hāc ꝑuenient beatitudinis sum mam. Beati qui ad ista conscendere poterunt fastigia meritorum:& benedict⁹ Deus noster qui hæc promisit diligētibus se.Ii sunt ipse ve re sacris numeris numerati apud dominum: immo ipsi sunt: quorum etiam capilli capitis numerati sunt:per dominum nostrum Iesum Christum:Cui est gloria & imperium in sæcu la sæculorum.Amen.

Explicit tractatus Ori genis super Numeros.

t.v.

¶Prologus sancti Hieronymi Presbyte
ri ad Chromatium episcopum In tracta
tum Origenis super librum Iesu Naue.

D IN diuinis voluminibus re=
fertur: ꝙ ad cõstructionem
templi vnusquisq; pro viri
bus obtulerit. Potentes qui
dem: & prĩcipes populi au=
rum: argẽtum: lapides pre=
tiosos. Alii ęra & ligna: sed imputribilia. Qui
dam etiam coccum: purpuram: & byssum: &
linum: alii vestibus hæc quoq; sacerdotum: &
stolæ pontificis profutura. Pauperiores autẽ
quiq; etiam pelles rubras offerentes: sed & pi
E li caprarum non respuuntur. Idcirco nãq; Be
selehel ille repletus dicitur omni sapientia a
deo: vt intelligens singula hæc: quibus vsibus
apta sint: nihil ex offerentium deuotione re=
pudiet. Quia ergo & tu o mi semper venera=
bilis pater Chromati iniungis: & præcipis no
bis: vt aliquid ad ædificationẽ & constructio=
nem diuini tabernaculi ex Gręcorum opibus
& copiis conferamus: oratiunculas. xxvi. in Ie
sum Naue: quas ex tempore in ecclesia perora
uit Adamãtius senex: ex græco latine tibi pro
virium mearum paruitate disserui. Vt sane
nũc nostri temporis Beselehelis iudicii sit in
iis: quæ offerimus: etiam si nihil inuenitur au
ri puri quod ad altare proficiat: nec argenti:
quod ecclesiæ bases efficiat: aut capitella deco
ret. Si nullus ex iis illis lapidibus: qui logio in
sertus pontificale vestimentum: & vestrũ di=
uinorum conscium pectus exornet. At certe
perspicare si vel purpuræ aliquis in iis: & re=
gii decoris: aut cocci: & mystici cruoris color
intexitur. Si quid puritatem byssi imitetur:
& fortitudinem lini: & dignũ aliquid habeat
sacerdotalibus indumẽtis: postremo si vel ru
bras apud nos pelles: verecundiam frontis in=
uenias. Ad vltimũ si vel caprarum certe repe
rias pilos: quibus vel pœnuriam nostram te=
gamus aut si quas incurrimus culpas pœni=
tendo purgemus. Totum ergo hoc: de tuo iu
dicio pẽdeat. Si quid sane est quod placere po
test hoc sit auctoris. Neq; enim: quæ aliis labo
re parta sunt diripere: & nostræ laudi applica
re iustum putamus. Si vero vim sensuũ ora=
tio inculti sermonis exasperat: hoc vel mihi:
vel (vt cum tua venia dixerim) tibi ipsi repu
tato: qui opus quod eruditis debet iniungi:
expetis ab indoctis.

Finis prologi.

Incipit tractatus Origenis in librum
Iesu Naue Homilia Prima.

DOnauit Deus no=
mẽ: qđ est sup om F
ne nomen dño: et
saluatori nostro Ie
su Christo. Est au
tẽ nomẽ: qđ est su
per omne nomen
Iesus. Et quia est
istud nomẽ super
omne nomẽ: idcir
co in noïe Iesu om
nẽ genu flectit cœlestiũ: terrestriũ: & inferno
rum. Et quia est hoc nomen sup omne nomẽ:
idcirco ĩ multis generatiõibus a nullo cogno=
minatũ est. Scripsit Moses librum Genesis: in
quo legim⁹ Abrahã: & eos qui ex eo generati
sunt. In qbus sunt iusti q̃plurimi: sed null⁹ ex
ipsis Iesus meruit noïari. Neq; Abel Iesus di=
ctus est neq; ille qui cœpit inuocare nomẽ dñi
dei. Neq; ille: qui placuit deo: & tralat⁹ est: cu
ius mors inuẽta nõ est. Neq; ille qui in genera
tione sua solus iustus inuẽtus est apud deum
Noe: Sed ne ipse quidẽ: qui repromissiones ac
ceperat testamẽti Abraham: nec ille qui ex eo
natus est Isaac. Sed nec supplãtator Iacob: nec
quisq̃ ex filiis eius. Moses fidelis erat in omni
domo eius: & nondum tamen vocatus est Ie=
sus. Sed Iesu nomen primo inuenio in Exodo:
et volo intueri quando primo nomen Iesu co=
gnominat. Venit (inquit) Amalech: & expu= G
gnabat israel: & dixit Moyses ad Iesum in Ra
phidim. Hæc est prima appellatio noïs Iesu.
Elige (inquit) tibi viros potentes ex oïbus fi=
liis israel: & egredere: & conflige cum Ama=
lech crastino. Moses confitetur nõ posse se ex=
ercitum ducere. confitetur se nõ posse obtine
re: q̃uis eũ de terra Aegypti eduxerit. Et ideo
(inquit) vocauit Iesum: & dixit. Elige tibi vi=
ros: & egredere. Vides cui cesserit bellũ gere
re aduersum Amalech. In hoc primo nomen
diximus Iesu: vbi eum primũ videm⁹ ducem
exercitus. Nõ cui Moses iniunxerit principa=
tum: sed cui cesserit prĩcipatũ. Nõ potest Mo
ses eligere viros potentes. Tu (inqt) elige tibi
viros potentes ex oïbus filiis israel. Hic ergo
vbi primũ disco nomẽ Iesu: ibi cõtinuo etiam
mysterii video sacramẽtũ. Ducit enim exerci H
tũ Iesus. Et factũ est cũ extolleret manus suas:
inualescebat israel. Cũ autẽ deiiceret manus
suas inualescebat Amalech. Tunc ergo inua=
lescit Iesus magis: & tunc vincit: quando Mo
ses erigit manus suas. Victus autem est popu

us ille ab Amalech:quoniã iam non erigebat man⁹ suas:sed erãt dimissæ deorsum.illi sunt enim qbus dicit. Si crederetis Moysi credere tis vtiq; & mihi. Et ecce me vultis occidere: qui legem nõ facitis? Cessante nãq; lege apud illos:& operibus legis: qui dum suã iustitiam quærũt statuere:iustitiæ dei nõ sunt subiecti: dimissę sunt manus Moysi. Inualuit incredulitas:vincitur populus. Sed & Nabat:& Abiud:& Eleazar relinquũtur in castris: vt iudicent populũ. Derelinquitur etiã Iethro:& ipse vt iudicet populũ cũ eis. Iesus vero non derelinquit: sed seqtur Mosen in montẽ cũ quadã dictiõe verbi mirabilis: in eo qđ dicit: quia assistebat Mosi. Quomodo assistebat? nõ vt secũdus:nõ vt inferior:sed vt adiutor ꝓtegens. Sed & illud quale est:ꝙ cum primo nominat⁹ est:nõ est indicatũ nomẽ patris eius:neq; in secũdo:neq; in tertio. Cũ vero pater ei⁹ noĩatur Naue:tunc ipse nõ Iesus:sed Ause dicit. Inter eos enim qui ad explorandũ missi sunt: nomẽ eius Ause scribit. Et fortassis (vt mihi videt) pro exploratoris officio nõ Iesus: sed Ause dictus est:& Naue filius noĩatur. Cũ vero redit opere expleto: & ꝑteritis oĩbus solus subleuat ipsos: desperationẽq; populi solus erigit:tũc a Moseo Iesus noĩatus est:nec Naue filius dicitur:sed ille ad quẽ dixerat Moses educ exercitum:& conflige cũ Amalech. Illud etiã intuẽmus: magnitudinẽ eius puidem⁹:ꝙ cũ in trãsfigurationẽ vultus Moysi oĩs filiorũ israel hebetaret aspectus: nec aliqs posset intueri faciẽ vultus eius: Iesus non solũ faciẽ contuet:verũ etiã i interiorib⁹ tabernabuli mysterioꝝ cõscius ꝑseuerat. Quo igit nobis hæc cuncta ꝑspiciunt? Nẽpe eo ꝙ liber hic nõ tã gesta nobis filii Naue indicet: q̃ Iesu mei domini nobis sacramenta depingat. Ipse est eñ qui post mortẽ Mosi suscepit imperiũ:ipse est qui ducit exercitũ:& cõfligit aduers⁹ Amalech. Et qđ ibi adumbrabrat in mõte manib⁹ extẽsis: affigit cruci suæ triũphãs prĩcipat⁹: & potestates in semetipso. Defunctus est igit Moses. cessauit eñ lex. Quoniã lex & ꝓphetæ vsq; ad Ioannẽ. Vis autẽ de scripturis ꝓferã documẽta:ꝙ lex Moses appellat? Audi qđ dicit in euãgelio. Habent Mosen:& ꝓphetas: audiant illos. Mosen vtiq; hic sine dubio legẽ noĩat. Defunctus est ergo Moses famul⁹ dei:defuncta est eñ lex:& legalia ꝑcepta iam cessant. Aut si non tibi auctoritatis videt:cũ a me ista ꝓferunt: sequere Apostoli auctoritatẽ dicẽtis. Quoniã mulier viuẽte viro alligata est legi:& adultera noĩabitur si fuerit cũ alio viro. Si vero mortu⁹ fuerit vir eius:soluta est a lege viri:vt iam nõ sit adultera si fuerit cũ alio viro. Mulierẽ sine dubio animã noĩat:quæ sub Moysi lege tenebat. de qua dicit. Viuente viro alligata est legi. Si autem mortuus fuerit vir ei⁹: sine dubio lex: absolutã dicit eã aĩam: quæ videbat esse subiecta. idcirco necesse est legem mori:vt qui credunt Iesu: nequaq̃ adulterii crimen incurrãt Iesus igit dñs & Saluator meus suscepit principatũ. Et si videt: conferamus gesta Mosi cũ prĩcipatu Iesu. Cũ Moses educeret populum C
de terra ægypti: nullus ordo in populis:nulla in sacerdotibus obseruãtia. Transeũt aquã maris:aquã salsam:nec quicq̃ in se dulcedinis continentẽ:& murus erat eis aqua dextra:lęuaq;. Hæc Moseo duce gesta cognoscim⁹. Cũ vero dominus meus ducit exercitũ:quæ sunt quæ iam tũc adumbrant:videamus. Sacerdotes præcedũt:arca testamenti portatur in humeris sacerdotũ. Nusq̃ iam mare:nusq̃ salsus fluct⁹ occurrit:sed duce domino meo Iesu venio ad Iordanẽ:& venio nõ ꝑturbatione fugæ:neq; perterritus metu: sed venio cũ sacerdotibus arcam testamẽti dñi:in qua dei lex & diuinæ literæ seruant:ceruicibus suis humerisq; portãtib⁹:ĩgredior Iordanẽ nõ cũ furtiuo silentio:sed in tubarũ cãtibus mysticũ qddam:diuinũq; canentibus:vt ad prędicationẽ tubæ cœlestis incedã. Ibi dictũ est ꝙ diuisa est aqua in duas partes: & ex aquis vnus murus factus est a dextris:alius a sinistris. Hic vero: qui venit soluere medium parietẽ sepis: fecit vtraq; vnũ. Ex vna eñ parte erecta est aqua: alia vero pars defluxit i mare. Deinde hic ait: D
Pręparate vobis cibos ad viã. Et hodie si audias:dicit tibi Iesus:si sequeris me:præpara tibi cibos ad viã. cibi etẽn opera sunt:quæ nos ad futurã vitã:velut fidele viaticũ comitant. Videam⁹ tamẽ quoniã nõ cõuenit negligẽter:& quasi i trãsitu literas legere diuinas:vnde eos iubet cibos parare nõ habẽtes frumẽtũ. Mãna etẽn cibus erat eis. Sed cũ iã transierim⁹ fluminis huius ripas desit manna: & ideo si non vnusq;q; ꝑparauerit sibi cibos:non poterit sequi Iesum terrã repromissiõis intrãtẽ. Videamus quos primũ i terrã repromissiõis capiat fructus. Tũc (inqt) mãducauerũt primũ fru- E
ctũ de regiõe palmarũ:& mãducauert primo azima. Vides ergo qa primũ nobis mũdi hui⁹ iter digressis:si recte seqmur Iesum:primo occurrit palma victorię: & abiecto fermẽto malitię & neqtię:azima nobis synceritatis:& veritatis parantur. Mittit tñ Iesus nr̃ exploratores ad Hierichontiũ regẽ:& hospitio suscipiũtur a meretrice. Sed illa meretrix quę ab Iesu missos suscepit exploratores ꝓpterea suscepit

ne vltra sit meretrix. Sed & vniuscuiusq; nostrũ anima meretrix fuit: donec in desyderiis: et cupiditatibus viueret carnis. Suscepit vero exploratores Iesu: angelos: quos misit ante faciẽ suã: vt prępararẽt viam ei⁹. Quos tamẽ si ex fide aĩa vnaquęq; suscepit: nõ ĩ humilib⁹ locis: neq; in inferioribus collocat: sed in superioribus: & excelsis. Quia non humiliorib⁹ et terrenis Iesum dominũ suspicim⁹: sed a patre
F profectũ: & de cœlestibus veniẽtẽ. Sed nec lini stipulam: in qua exploratores delitescebãt: ego absq; sacramẽtis accipio. Linũ nãq; est indumentũ sacerdotale: per qđ significat: vel iis qui inuitãdi erant culmẽ sacerdotale delatũ: sicut Petrus apostolus dicit. Vos autẽ gẽs sancta regnũ sacerdotale. Vel certe q in sacramẽto legis: vbi de sacerdotib⁹ adnotat: populi huius: qui est ex gentibus: latebat occulta vocatio. Cõtinuo ergo inimicitias suscepit meretrix aduersus Hierichontiũ regem. Quid: nisi quia caro cõcupiscit aduersus spiritũ: & spiritus aduersus carnẽ? Et iterum ait. Odit vos hic mũdus: qa me priorẽ vestrũ odio habuit.
G Est ergo rex aliqs inimicus meretricis huius: qui est princeps huius mundi: qui insequtur: & occupare cupit exploratores Iesu: sed non potest obtinere: qa p mõtes iter faciũt. Non incedunt per humilia: nec vallibus delectãtur: sed collinos vertices: & montiũ excelsa sectantur: quia hæc meretrix dicit: Leuaui oculos meos ad mõtes vnde veniet auxiliũ mihi. Nõ potest illuc ascẽdere mũdi huius prĩceps: nec potest per excelsum iter ad Iesum puenire. Quinimmo etsi eũ tentãs collocauerit ĩ excelsis: dicit ei: Mitte te deorsum: qa humilia semp diligit et caduca. In iis regnat: in iis sedẽ suã collocat in qbus etiã vsq; ad infernũ descendat. Moses nõ dixit stet sol: nec maximis imperauit elemẽtis: sicut Iesus fecit. Stet (inquit) Sol sup Gabaon: & Luna sup vallem Elom. & pp̃terea addit scriptura & dicit. Quia nunq̃ sic audiuit deus hoĩem. Iesus ergo meus solem stare fecit: nõ tũc solũ: sed multo magis modo in aduẽtu
H suo. Deniq; dũ nos bellũ gerim⁹ aduersus inimicos nostros: & colluctamur aduersus prĩcipatus: & potestates: & rectores tenebrarũ harũ: aduersus spiritalia nequitię ĩ cœlestib⁹: sol nobis iustitiæ indesinenter assistit: nec deserit vnq̃ nec festinat occũbere: quia ipe dixit. Ecce ego vobiscũ sum oĩbus dieb⁹. Nõ solũ autẽ duplicato die nobiscũ est: sed oĩbus dieb⁹ nobiscũ est vsq; ad cõsummationẽ sæculi: donec & nos
I obtineamus aduersarios nr̃os. Sed & illud videamus: qd est qđ repromisit Iesus militibus suis. Oĩs (ingt) locus quẽcũq; subdideritis vestigiis pedũ vestrorũ: vester erit. Dixerat hoc illis: qui tũc erãt: de regionibus Chananeorũ: Pherezeorũ: Hiebuseorũ: cæterarũq; gentiũ: quarũ regiones expulsis indignis habitatoribus: ipsi hæreditate cœperũt. Sed nobis in iis verbis qd repromittit: videam⁹. Sũt quędam aduersariarũ potestatũ gẽtes diabolicę: aduersum quas nobis certamẽ gerit: & agones ĩ hac vita desudant. Quãtascũq; ergo ex iis gentes pedibus nr̃is subdiderim⁹: quãtoscũq; in certamine vicerim⁹ ipsorũ regiões: ipsorũ puincias: & regna: Iesu nobis dño distribuẽte capiemus. Fuerũt em̃ illi aliquãdo angeli: fuerũt ĩ regno dei magnifici. An nõ legimus q Esaias dicit de vno ex ipis: quomodo cecidit Lucifer: q mane oriebat? Lucifer iste sine dubio sedẽ habebat ĩ cœlis. Postea vero q̃ factus est angelus refuga: si eũ vincere potuero: & subiicere pedibus meis: si meruero vt dñs meus Iesus conterat Sathanam sub pedibus meis: cõsequẽter locũ Luciferi accipere merebor ĩ cœlis. Sic ergo intelligimus pmitti nobis ab Iesu dño nostro: q oĩs locus: quẽ subdiderim⁹ vestigiis pedũ nostrorũ: noster erit: Si nõ putemus: qa in hãc hęreditatẽ p ociũ & negligẽtiã oscitantes et dormitãtes ĩtrare possim⁹. Ira suę gẽtis angelũ habet. Hãc nisi viceris ĩ temetipso: & absciderIs abs te oẽs motus iracũdię: ac furoris: locũ quẽ aliquãdo habuit ille angelus: capere ĩ hęreditate nõ poteris: pro eo q desidia tua nequaq̃ eũ de terra repromissionis expuleris. Similiter & supbiæ: & zeli: & auaritiæ ac libidinis. Sunt aliqui incẽtores angeli: & instinctores horũ malorũ: quorũ nisi vitia in temetipso viceris: atq; ea de tua terra quæ iam p gratiã baptismi sanctificata est: exterminaueris: nullo modo plenitudinẽ repromissæ hæreditatis accipies. Sub Moseo non est dictũ hoc qđ sub Iesu dicitur: quia cessauit terra a præliis. Certũ est q & terra nostra hęc: in qua agones habemus: & certamina sustinem⁹: solius Iesu domini virtute cessare poterit a præliis. Intra nos etenim sunt oẽs gentes istæ vitiorũ: quæ animam iugiter: & indesinenter oppugnant. Intra nos sunt Chananei: intra nos sunt Pherezei: hic sunt Hiebusei. Qualiter ergo nobis laborandum est: qualiter vigilandũ: vel quanto tẽpore pseuerãdũ: vt oĩbus istis de nobis vitiorũ gẽtibus effugatis: tandẽ terra nr̃a cesset a bellis? Et ideo ppheta cõmonet: vt ĩ lege domini meditemur die: ac nocte. Quę vtiq; diuinorũ verborꝝ meditatio: velut tuba quędã est aĩos tuos ad præliũ cõcitãs: ne forte aduersario vigilãte tu dormias. Ideo nec dies ad meditandũ sufficit: sed & nox adiungit. Vos ve-

o quid facietis: qui nō solum nocte dormitis ed & tota die? Aut occupationib⁹ sæculi: aut arnis delitiis deseruitis? Et vix raro ad eccle iam diebus solēnibus conuenitis? Aliqui autē x vobis etiā veniētes nō veniūt: qa venientes on verbo dei: sed fabulis vacant. Propter qd icit ad vos sermo diuinus. Exurge qui dor nis: & exurge a mortuis: vt cōtigas Christū xurge em̄ a mortuis dicit iis: qui in operib⁹ ermanēt mortuis: in immūditiis suis: & sce ribus pdurātes: quæ licet hoībus nō sint ma ifesta: deo tamē sunt cognita. Sed vel ex hoc œnitudinē agite: & conuertimini ad deū ex oto corde vestro: vacate orationibus: vacate erbo dei. Quid pdest si ieiunam⁹ p peccatis: t iterū peccata cōmittimus? Quid pdest la isse: & in cœno denuo volutari? Ieiunasti ali uāto tēpore: tale est quale si interim ex ægy to discesseris. Trāsisti mare rubrum: secutus s Mosen: præcepta scilicet & mādata legis ob ruās. Sed iam te a Moseo suscepit Iesus: qui e etiā circūcidat secundo: in loco qui dicitur ollis præputiorū. Circūcidendus igitur tibi t nō solū idolorū cultus: quē in initiis abieci ti: sed denuo tibi etiā auaritia circuncidenda t: q est idolorū subtilior cultus. Deniq̧ Iesus ecundo circūcisum populum circūcidens sic ixit. Hodie abstuli a vobis opprobriū Aegy ti. Donec peccamus: donec regnant in nobis itia passionū: etiā si relictis simulachris abs essisse videamur ex ægypto: opprobrium ta nē ægypti ablatū nō est a nobis. Si ergo secū lā hāc circūcisionē acceperis vitiorū: & absci leris a te omne vitiū iræ: supbiæ: inuidię: libi linis: auaritię: iniqtatis: cæterorūq̧ similium unc a te ęgypti abstergent opprobria: & trās atus in terrā repromissiōis hæreditatē regni œlestis accipies: per verum Iesum Christum lominū: & Saluatorē nostrū: Cui est gloria in æcula sæculorum. Amen.

De eo quod scriptum est: Moses famulus neus defunctus est. Cap. I.

Homilia secunda.

Nisi moriatur Moyses: nō po terimus aduertere quomo do regnat Iesus. Si ergo con syderes Hierusalem subuer sam: altare destitutū: nusq̄ sacrificia: nec hostias: nec li bamina: nusq̄ sacerdotes: nusq̄ pōtifices: nusq̄ ministeria leuitarū. Cum hæc oīa vides ces sare: dicito: quia Moses famulus dei defunct⁹ est. Si videris neminem ter in anno venire ante conspectū dn̄i: nec offerre munera in tēplo nec iugulare pascha: nec azima edere: nec of ferre primitias: nec primogenita consecrare. Cum hęc omnia non vides consecrari: dicito: quia Moses famulus dei defunctus est. Cū ve ro videris introire gentes ad fidem ecclesiæ: extrui altaria: non cruore pecudum respergi: sed pretioso Christi sanguine comparari: cum videris sacerdotes: & leuitas non sanguinem hircorum: & taurorū: sed verbum dei per spi ritus sancti gratiam ministrātes: tunc dicito: qa Iesus post Mosen suscepit: & obtinuit prin cipatum. Non ille Iesus filius Naue: sed Iesus filius dei. Cum videris quia pascha nostrū im molatus est Christus: & azima edimus synce- D ritatis: & veritatis. Cum videris fruct⁹ terræ bonę in ecclesia tricesimos: sexagesimos: & cē tesimos: id est viduas: & virgines: & martyres Cum videris multiplicari semen Israel ex iis: qui non ex sanguinibus: neq̧ ex voluntate vi ri: neq̧ ex volūtate carnis: sed ex deo nati sunt Et cum videris filios dei: qui dispersi erāt: cō gregari in vnū. Cum videris sabbatizare po pulum dei: non otium gerētem a conuersatio ne cōmuni: sed otium gerētem ab operatione peccati. Cum hęc oīa vides: dicito quia Moses famulus dei defunctus est: & Iesus filius dei ob tinet principatum. Deniq̧ & in libello quodā E qui licet in canone non habeatur: mysterii ta men huius figura describitur. Refertur enim quia duo Moses videbantur. Vnus viuus in spiritu: alius mortuus in corpore. In quo hoc est mirum quod adumbrabatur: quia si ituea ris literam legis inanem: & vacuam ab iis om nibus: q̄ superius memorauimus: ipse est Mo ses mortuus in corpore. Si vero potes remoue re legis velamen: & intelligere: quia lex spiri talis est: iste est Moses: qui viuit in spiritu. Et F dixit (inquit) dominus ad Iesum filium Naue ministrum Mosei. Moses famulus meus defun ctus est: nunc ergo exurgens transi Iordanem hunc: tu & omnis populus hic in terram quā do vobis. Requires fortasse quomodo minister Mosei fuerit etiam dominus noster Iesus fili us dei. Quia cum venisset plenitudo tempo ris: misit deus filium suum factum ex muliere factum sub lege. Per hoc ergo q̧ factus est sub lege: Mosei minister effectus est. Dicit autem deus: vt transeat in terrā: non quā dedit Mo ses: sed quam (inquit) ego do vobis. Vides er go: quia Moseo mortuo Deus dat terram po pulo per Iesum. Quam terram? Illam sine du bio: de qua dicit dn̄s. Beati māsueti: quia ipsi hæreditate possidebūt terrā. Omnē (inquit) G locū quēcunq̧ ascenderitis vestigiis pedū ve

strorum:vobis dabo eum.Quę sunt loca:quæ
ascendimus vestigiis pedũ nostrorũ?Legis li-
tera humi posita est: & deorsum iacet. Nusq̃
ergo ascēdit:qui legis literã sequitur.Si vero
potueris a litera ascendere ad spiritũ: & ab hi
storia ad intellectũ conscendere celsiorē: tunc
vere ascēdisti locum editũ:& excelsum:quem
a deo in hęreditate percipies.Si em̄ in iis:quę
scripta sunt:typos intelligas:& aduertas for-
mas esse cœlestiũ:& mente: ac sensu:quæ sur-
sum sunt: quæras: vbi Christus est in dextra
dei sedens:tũc & illum locũ in hęreditate per
cipies:dicente dño:& Saluatore nostro.Quia
vbi ego sum:ibi erit & minister meus.Si ergo
vsq; ad Christũ sedentē in dextera dei perue-
neris fide:vita:puritate:virtute: & illis vesti
giis pedum tuorũ: quæ lauit Iesus:illum locũ
H incesseris:dabit tibi eũ deus:dum nõ solũ hæ-
res efficeris dei:sed & cohæres Christi. Sicut
(inquit)dixi Mosi:eremũ:& antilibanũ hunc
vsq; ad flumen magnum:flumen Euphraten.
Eremum deus subiecit Iesu: id est deserta: de
quibus dicit propheta.Lętare eremus sitiens.
et multi filii desertę:magis q̃ eius: quæ habet
virum.Et iterum non dixit libanũ:sed antili-
banum:quem a deo accepit Iesus. Antiliban⁹
autem dicitur quasi ꝓ libano. Si ergo videas
priorē populũ illũ scd̃m carnē israel:q erat ve
ra oliua: ipsum intellige fuisse libanũ verum.
Sed cũ videris: quia pro incredulitate sua au
fertur ab eo regnũ:& datur genti facienti fru
ctum ei⁹:istum populum: qui pro illo expulso
introducitur in regnũ:antilibanum senti:quę
est ecclesia dei ex gentibus congregata per Ie-
sum Christum dominũ nostrũ:Cui est gloria:
et imperium cum spiritu sancto in sęcula sęcu
lorum.Amen.

De duabus & semis tribubus: id est tribu
Ruben: & tribu Gad: & semi tribu Manasse:
& nouem & semis tribubus. Cap.II.
Homilia tertia.

I MOses duab⁹: & semis tribũ
bus terrã partit̃:id est tri-
bui Ruben: & tribui Gad:
& tribui Manasse dimidię.
Reliquis vero tribubus:nõ
Moses:sed Iesus diuidit ter
ram.Pactum tamen initum est cum illis dua-
bus:& semis tribubus:quæ trans Iordanē ac-
ceperant terram: vt relictis mulieribus & in-
fantibus suis in illa terra trans Iordanem:ipsi
cum fratribus suis pugnēt vsq;quo etiam ipsi
consequantur hæreditatem.Oportuit igitur
post obitum Mosei:qui pactũ istud inierat:Ie-
sum promissa deposcere:& cõmonere eos au-
xiliũ pugnaturis fratrib⁹ ferre.Hæc quidē hi K
storia narrat:verũ quia nos forte iam cõuersi
ad dominũ sumus:qui aufert velamē ex lectio
ne veteris testamēti:& donat seruis suis: cre-
dentibus in se:vt reuelata facie gloriã dñi spe
culantes hæc oĩa:quæ figuraliter illis accide-
bant:ꝓpter nos scripta esse sentiam⁹:in quos
fines sæculorũ deuenerũt. Et ideo(sicut ante
iam diximus) ascendere tentemus a litera ad
spiritũ:a figuris ad veritatē: & consyderem⁹
quam formã teneāt istæ duæ:& semis tribus:
quæ per Mosen terram hæreditatis accipiũt.
Et quã formã teneāt reliquæ nouem & semis
tribus:quę per Iesum repromissionē terrę san
ctæ suscipiunt.Et primo oĩm puto ꝙ impossi-
bile fuerit fortuitu accidisse:vt hi qui per Mo
sen accipiũt portionē:oēs primogeniti essent.
Ruben nãq; primogenitus est ex Lia. Gad pri
mogenitus ex Gælfa:& Manasses primogeni-
tus ex Assenech ęgyptia filia Putipharis sacer
dotis Heliopoleos:quã accepit Ioseph. Nunq̃ L
ego mihi persuadeo:vt fortuitu acciderit pri
mogenitos esse omnes: quibus per Mosen de-
cernebatur hęreditas:sed magis hoc arbitror
ꝙ in iis iam tũc duorũ adumbrabatur forma
populorũ.Vnius quidē: qui primogenit⁹ per
naturę ordinē videret:alterius qui per fidem:
& gratiam:benedictionē acciperet hæredita-
tis.Nec prius illis:qui per Mosen accipiũt hæ
reditatē:id est qui per legē placuerunt deo:re
quies datur:nisi adiuuent in pręliis fratres su
os.Mulieres tantũ:& infantes accipiũt quietē
per Mosen. Cæteri autē non requiescunt: sed
exeunt ad auxiliũ fratrũ suorũ.Vide mihi ho
die laborãti in agone vitę huius:& habēti cer
tamen aduersus inimicos: id est cõtrarias po
testates: quomodo in auxiliũ veniunt illi: qui
ante aduētũ Iesu Christi dñi mei in lege iusti
ficati sunt. Vide quomodo Esaias mihi præ-
stat auxiliũ:cũ me sermonibus suæ lectionis il M
luminat.Vide accinctum: & expeditũ venien
tem Hieremiam ad auxilium nostrum:& vo-
luminis sui iaculis hostes acerrimos: & cor-
dis mei tenebras effugantē. Accingit̃ & Da-
niel ad auxiliũ nostrũ: cũ nos de Christi præ-
sentia:ac regno: & de Antichristi futura frau
de instruit:& præmonet. Adest & Ezechiel sa
cramēta nobis cœlestia in quadriformibus ro
tarum circulis signans:& rotã concludens in
rota. Ducit & Osee bis senas ꝓphetici agmi-
nis turmas: & ꝓcedunt oēs succincti lumbos
in veritate: quam prædicant ad auxilium fra-
trũ suorũ:vt eorũ voluminibus instructi: dia

licas non ignoremus astutias. Isti ergo: qui
i fortes sunt: armati & præcincti lumbos in
ritate exeunt in auxiliū nostrū: & pugnant
biscum. Infantes autē: & mulieres nō exeūt
prælium nostrū. Nec mirum: infans enim di
ur: qui nō loquitur. Quid me ergo adiuua
potuit ille: qui nihil locutus est? Cuius ni-
inuenio quod legam? cuius sermo non in-
uit? Mulierem vero dicit Apostolus infir-
am vas esse. Vnde & consequenter infirmū
s ad conflictū nō venit: ne confringatur & per
. Sic nanq; & de Iesu domino in euangeliis
citur. Quia calamū quassatū nō confregit.
uia ergo mulieres a viris suis domi doceri
bentur: & magis in discipulorū: q̄ docentiū
rsona ponuntur: ad auxilium meū non ve-
: qui docere me nō potest: & cuius nihil in-
nio: quod imitari debeam: vel tenere. Vi-
amus ergo quid dicūt ad Iesum isti: qui ve-
it ex illa terra: quam distribuit Moyses. Si-
c audiuimus (aiunt) Mosen: ita audiemus
e. Nihil tam verum: q̄ ꝙ omnis qui audit
osen: audiat & Iesum dominum nostrū. De
u eñ ille scripsit. Vnde & dominus in euan
lio arguens eos: quia ex eo: ꝙ sibi non cre-
nt: nec Moseo credant: dicit. Si crederetis
osi: crederetis vtiq; & mihi. De me enim il-
cripsit. Mihi tamen nec hoc ociosum vide-
: ꝙ non tres integræ tribus sunt istæ: quæ
Mosen dispensantur: & illæ integræ nouē
æ per Iesum hæreditatē potiūtur. Sed duæ
semis hic: & ibi nouem & semis: & ista vna
ibus diuiditur in duas partes: per quā neq;
c tertius numerus integer adimpletur: ne-
ibi decimus perfecte & integre cōsummatur.
quo arbitror illud īdicari: ꝙ & illi priores:
i per legem habebant: contigerint quidem
entiam trinitatis: nō tamen integre: & per-
cte: sed ex parte. Deerat eñ illis in trinitate
iam de vnigeniti incarnatione cognoscere.
am licet de aduentu eius crederēt: & de re-
uis eius dispensationibus non solum crede-
nt: sed etiam prędicarent: non tamen etiam
dere: & adipisci ea: quæ crediderant: potue-
nt. sicut & dominus discipulis suis dicit de
s. Quia multi prophetę: & iusti cupierūt vi
re quæ vos videtis: & nō viderunt: & audi
quæ vos auditis: & nō audierūt. Erat enim
des eorum non integra: pro eo ꝙ nōdum in
hristo fuerat dispensatio carnis impleta. Et
uod nos factum iam credim⁹ & impletū: illi
ntūmodo futurū credebāt. Propterea ergo
ibus illę: neq; duę sunt: ne patres extra fidē:
salutem sint trinitatis: neq; tres integræ et
rfectæ: ne beatæ trinitatis in illis iam sacra-
mentum videretur expletum. Sed contigerūt
quidem tertium numerum. Et sicut dixit do
minus: cupierunt videre quæ videmus: & au-
dire quæ audimus: sed minime potuerunt: qa
nondum filius hominis fuerat exaltatus: nec
temporū iam venerat plenitudo. Hic me etiā
aliquid amplius mouet. Ego puto ꝙ fortasse
nec in aduentu Iesu: & incarnatione eius ad-
huc quod perfectū est: & integrum discimus:
sed nec si ad crucem ducatur iam: & consum-
metur in omnibus: nec si a mortuis resurrexe
rit: cuncta nobis per semetipsum: quę perfecta
sunt: pandet. Alio adhuc opus habemus: qui
nobis aperiat: & reuelet vniuersa. Audi ipsum
dominum in euangeliis dicentem. Multa ad-
huc habeo vobis loqui: sed nō potestis illa mo
do audire. Veniet autē spiritus veritatis: qui
a patre procedit: & de meo accipiet: & ille vo
bis indicabit omnia. Vides quia non solum D
apud Mosen iste tertius numerus non demō-
stratur implet⁹: sed & adhuc & Iesus dicit disci-
pulis suis. Nōdum potestis audire: nisi ille pa-
racletus veniat spiritus veritatis: quia per ip
sum & in ipso adimpletur perfectio trinitatis.
Nam & ꝙ nouem & semis trib⁹ sunt: quę sub
Iesu duce agunt: & nō integrę decem: qui nu-
merus in omnibus consummatus dicitur et
perfectus: eadem sine dubio ratio inuenitur:
vt hoc quod a domino Iesu reseruari dicitur
spiritui sancto: semiplenum videatur: ac me-
dium. Quis enim per dominum: & saluato-
rem pœnitētia prædicetur: & conuersio a ma
lis ad bona: & detur omnibus credentibus re
missio peccatorum: & omnia quæ ad perfectio
nem decadę videntur tendere/compleantur:
tamē perfectio & summa cunctorū bonorum
in eo consistit: si post hæc omnia sancti spirit⁹
quis gratiam mereatur accipere. Alioquin ni
hil in eo perfectum putabitur: cui sanctus spi-
ritus deest: per quē mysteriū beatæ trinitatis
impletur. Vis vt adhuc tibi euidētius ꝓbem: E
apud priorē populū illū: quē Moses in duabus
et semis tribubus adumbrabat: non fuisse oīa
integra: nec perfecta? Declarat etiam illa histo
ria: quæ in hoc ipso libello Iesu Naue scripta
est: cū dicit: quia altare quidē verum erat in il
la terra: quam Iesus dispensabat. Isti tamē qui
erāt trans Iordanem: id est Ruben: & Gad: et
dimidia tribus Manasse: fecerunt sibi altare:
sed non verum altare: sed quod typum habe-
ret: & formam veri altaris: quod erat apud Ie
sum. Nihil ergo mireris si nō integram scien
tiam trinitatis acceperāt illi: qui nec integrū
nec verū altare construxerant. Ideo deniq; nec
multi hostes: neq; plures reges cōtrariarū vir

F tutũ ab illis dicunť esse deiecti. Seon (inquit) tantũmodo regem Amorreorũ. & Og regem Basan: & Amalechitas deiecerũt trans Iordanem. Iesus vero vbi ducit exercitũ: nũc quinque reges simul cadunt: qui confugerãt in speluncas: & non solũ cadunt: sed & suspendũtur in ligno: nũc vigintinouem pariter iugulantur: & immẽsę multitudines aduersi exercitus psternũtur: & exterminãtur omnes: qui sanctã terrã in immũditiis possident: qui terrã fluentem lac: & mel in amaritudine malitiæ detinent. Interea mittuntur ab Iesu exploratores in hierico: & suscipiuntur a meretrice Raab. Exploratores isti: qui mittuntur ante faciẽ Iesu: possunt & angeli dei putari: sicut scriptũ est. Ecce mitto angelum meũ ante faciem tuã qui præparet vias tuas. Quod per alios quidem inuisibiliter: per Ioannem vero visibiliter cõplebatur. De quo & hoc scriptum est. Denique de Ioannis baptismo dicitur a domino: Quia scribæ & pharisæi non crediderunt ei: Meretrices autem & publicani credẽtes baptizati

G sunt. Sic ergo etiam in hoc completur quod meretrix Iesu exploratores susceperit: per quos et de interitu totius inimicæ gentis refertur erepta. Sed videamus quidem quæ est meretrix. Raab dicitur. Raab interpretatur latitudo. Quæ est ergo latitudo: nisi ecclesia hæc Christi: quę ex peccatoribus velut ex meretricatiõe collecta est? Et dicit. Angustus mihi est locus: fac mihi locum vbi habitem. Hos autẽ mihi quis enutriuit? Et iterũ ad quã dicitur: Dilata pedes tuos: & extende tẽtoria tua. Ista ergo latitudo est: quę suscepit exploratores Iesu. Scio me aliquãdo in quadam ecclesia disputantem de duabus meretricibus: de quib⁹ scriptum est in tertio libro Regnorũ: quę ad iudicium venerãt Salomonis: quarum vna viuũ: alia mortuũ habebat infantem discussisse diligẽtius: & dixisse: quia illa meretrix hæc esset: cui Salomon non ille: sed hic: qui pacem venit facere eorum: quæ in cœlis sunt: & quæ in terris reddi viuũ iussit infantẽ. Illa vero alia: quę mortuũ habebat infantẽ: vel illius esset prio-

H ris populi synagoga: vel eorũ: qui in hæresim declinarunt. Est & alia meretrix: quã in Oseæ iubetur accipere propheta: in figura sine dubio huius: quæ ex gentibus cõgregata est. Talis ergo & hęc meretrix esse dicitť: quæ exploratores suscepit Iesu. Sed hæc susceptos eos in superioribus collocat: atque in editis: & excelsis fidei cõstituit sacramẽtis. Nemo enim: qui ab Iesu mittitur: inuenitur deorsum: & humi iacens: sed in superioribus permanet: & non solum ipse in superioribus permanet & excelsis sed & ista meretrix: quę eos suscepit: ex meretrice efficitur iam ppheta. Dicit enim. Scio: quia dñs deus vester tradidit vobis terrã hãc. Vides quomodo illa: quæ aliquando erat meretrix & impia: & immũda: nunc iam spiritu sancto repleta est: & de præteritis quidẽ confitetur: de præsentib⁹ vero credit: pphetat autem & prænũciat de futuris. Sic ergo Raab: quæ latitudo interptatur: dilatatur & pficit: vsque quo in omnẽ terram exeat sonus ei⁹. Sed & Iaphet similiter dilatatio interpretatur. Qui vtique & ipse formã populi hui⁹ ferebat: qui saluatur ex gentibus: & Chanaan puer seruus ei subiicitur a patre & fratri suo Sem: qui formã gerit eorũ: qui ex circũcisione saluanť. In quo admiranda est benignitas: & prouidentia dei qui volens peccatori Chanaan præstare remedium: & conferre ei salutẽ: seruũ eũ fecit fratribus suis: sicut Esau fact⁹ est: vt seruiret fratri suo Iacob. Non vtique vt periret: sed vt salutem melioribus obediẽdo conquireret. Pręstatur enim malis plurimũ: & peccatoribus: qui semetipsos recte regere nesciũt: vt nõ sibimet ipsis cõmittãtur: sed vt serui fiant sanctorum: & subiaceant melioribus: vt non suo sensu malo sed illorũ bono reganť. Videtis quam multa benignitas dei: quã abscondit: & occultat ab auribus vulgi: & quã verbis asperioribus tegit: ne forte seruus malus: & ingratus contẽptor efficiatur: cũ nimiam domini sui intellexerit bonitatem: sed videamus quid egit cum exploratoribus ista sapiens meretrix. Cõsilium eis dat mysticũ: & cœleste: nihil habens terrenũ. Per montana (inquit) abite: nolite per valles incedere: humilia & deiecta refugite: quæ excelsa sunt: & sublimia prædicate. Ipsa autẽ signum coccineum ponit in domo sua: p quod saluari de excidio debeat ciuitatis. Aliud nullum fuit signum quod acciperet: nisi coccineũ: quod sanguinis formam gerebat. Sciebat etenim: quia nulli esset salus: nisi in sanguine Christi. Datur etiam hoc mandatum huic: quæ quõdam meretrix fuit. Omnes (inquit) qui inuenti fuerint in domo tua saluabuntur. Qui autem exierint de domo: impunes sumus nos ab hoc iuramẽto tuo. Si quis ergo saluari vult: veniat in hanc domum: huius quæ quondã meretrix fuit. Etiam si de illo populo vult aliquis saluari: ad hanc domum veniat: vt salutẽ consequi possit. Ad hanc veniat domum: in qua Christi sanguis in signo redemptionis est. Nam apud illos: qui dixerunt: sanguis eius sup nos: & super filios nostros: Christi sanguis in condẽnatione est. Positus enim fuerat Iesus in ruina: & resurrectiõe multorum:

t ideo cõtradicẽtibus signo eius: efficiť san
uis eius ad pœnam: credẽtibus ad salutem.
Nemo ergo sibi psuadeat: nemo semetipsum
ecipiat extra hanc domũ: id est extra ecclesi
m nemo saluať. Nã siquis foras exierit: mor
is suæ ipse fit reus. Hic sanguis est signũ: qa
ic est purificatio: quę per sanguinẽ cõstat.
Quod aũt in fenestra dependet hoc signũ: il
ud arbitror indicari: quia fenestra est: quæ il
uminat domum & per quã non integrũ: sed
antum quantũ oculis: & visui nostro suffici
t luminis: capimus. Quia ergo & incarna-
io Saluatoris nõ nobis merum ingessit: & in
egrũ deitatis aspectũ: sed tanq̃ per fenestras
ecit nos per incarnationẽ suam lumen deita
is aspicere: idcirco mihi videtur signum sa-
utis per fenestrã datum. Quo signo: salutẽ
consequantur omnes: qui in domo eius: quæ
liquando erat meretrix: fuerint inuenti: mũ
dati in aqua: & spiritu sancto: & ĩ sanguĩe do
mini & Saluatoris nostri Iesu Christi: Cui est
gloria & imperiũ in sęcula sæculorũ. Amen.

De eo ꝙ Iordanem transit arca testamen
ti dñi: cum sacerdotibus: & leuitis: & populo
Vbi dicitur ad Iesum: in die hac incipio exal
tare te. Vbi præcipiť populo: vt longe sit ab
arca testamenti duo milia cubita.

Homilia quarta. Cap. III.

PEccatori quidẽ omnis crea
tura hostis est: sicut de ęgy
ptiis scriptũ est. Terra eos
impugnabat fluui⁹ impu-
gnabat: aer ipse impugna-
bat. Iusto vero etiã quę iac
cessibilia videntur: plana efficiunť & ꝑcliuia
Mare rubrũ iustus tanq̃ per aridam transit.
Aegyptius vero si transire voluerit: submer
getur: nec fiet ei aqua murus dextra: lęuaq;.
Iustus etiã si eremũ horribilẽ ingrediať: & va
stam: cibus ei ministrať e cælis. Ita ergo & in
Iordanem arca testamẽti duxerat populum
dei. Consistit ordo sacerdotalis: & leuiticus:
& aquę velut reuerentiã quandam dei myste
riis referentes: cursum suum refrenãt: & coa
ceruantur in cumulum: iter dei populo inno
xium concedẽtes. Et ne mireris cũ hęc gesta
tibi erga priorẽ populũ referuntur tibi chri
stiane: qui per baptismi sacramentũ Iordanis
fluenta digressus es: diuinus sermo maiora
multo: & celsiora ꝓmittit: iter tibi p aera ip-
sum & transitũ pollicetur. Audi etenim Pau
lum dicentẽ de iustis: Rapiemur (inquit) ob
uiam Christo in aera: & ita semp cũ dño eri-
mus. Nihil oĩno est: quod metuat iustus: oĩs
ei creatura famulatur. Audi deniq; quomo-
do etiã p prophetã repromittit de⁹ dicẽs. Si
trãseas per ignem flãma nõ aduret te: quoni
am ego dñs deus tuus. Omnis igiť locus sus
scipit iustum: & oĩs creatura exhibet debitũ
famulatũ. Et ne existimes ꝙ hęc in prioribus
quidem gesta sunt. In te vero qui nunc audi- D
tor horum es: nihil tale geratur. Omnia com
plentur in te secundum mysticã rationẽ. Et-
enim tu qui nup cupis idolatrię tenebris de
relictis ad audientiã diuinæ legis accedere:
nunc primũ ægyptum derelinquis cũ cathe
cumenorũ aggregatus es numero: & præce-
ptis ecclesiasticis parere cœpisti. Digressus
es mare rubrũ: & in deserti stationib⁹ posit⁹
ad audiendam dei legẽ: & intuendum Mosei
vultum per gloriã dñi reuelatũ quotidie va
cas. Si vero & ad mysticum baptismi veneris
fontẽ: & cõsistente sacerdotali: & leuitico or-
dine initiatus fueris: venerandis illis: magni
ficisq; sacramẽtis: quę norunt illi: quibus nos
se fas est: Tunc etiã sacerdotũ ministeriis Ior
dane digresso terras repromissionis intrabis
in qua te post Mosen suscipit Iesus: & ipse tibi
efficitur noui itineris dux. Tu vero tantarũ:
ac talium virtutum dei memor: ꝙ tibi mare
diuisum est: & ꝙ aqua fluminis stetit: cõuer-
sus ad ea dices. Quid tibi est mare ꝙ fugisti?
& tu Iordanis: quia cõuersus es retrorsum?
Mõtes: quia exultastis sicut arietes: & colles
sicut agni ouium? Sed respõdebit tibi sermo
diuinus: & dicet. A facie dñi cõmota est ter-
ra: a facie dei Iacob. Qui cõuertit petrã in stã E
gnum aquę: & rupem in fontes aquarũ. Quã
ta ante gesta sunt. Mare rubrũ pedibus trãsi
tum est: manna de cœlo datum est: fontes in
eremo disrupti sunt. Lex p Mosen data est: si-
gna & prodigia multa in eremo gesta sũt: &
nusq̃ diciť exaltatus esse Iesus. Vbi vero Ior-
danis trãsiť: ibi dicitur ad Iesum. In hac die
incipio exaltare te in conspectu populi. Neq;
enim ante mysteriũ baptismi exaltatur Iesus
sed exaltatio eius: & exaltatio in cõspectu po
puli inde sumit exordiũ. Si enim omnes: qui
baptizãtur: in morte ipsius baptizanť: mors
autem Iesu in crucis exaltatione completur:
merito vnicuiq; fidelium tunc primũ Iesus
exaltatur: cum ad mysterium baptismi per-
uenerit: quia sic & scriptũ est. Qꝫ exaltauit
illum deus: & donauit ei nomen: quod est su
per omne nomen: vt in nomine Iesu omne ge
nu flectatur cœlestiũ: & terrestiũ: & inferno-
rum. Veruntamẽ per sacerdotes deducitur F
populus: & iter agit ad terrã repromissionis

magisterio sacerdotū. Et quis hodie in sacerdotibus tantus: ac talis est: qui in illo ordine mereatur ascribi? Si eñ sit aliquis talis: cedēt ei flumina Iordanis: & ipsa elemēta verebūt: pars aquarum fluminis retrorsum resiliet: ac post tergum frenabitur: pars vero ī mare salsum rapido lapsu diffugiet. Quod tamē nec ipsum absq; mysterii ratione arbitror scriptū φ pars aquarum Iordanis mergatur ī mare: atq; in amaritudinē profluat: pars vero ī dulcedine perseueret. Si enim omnes qui baptizantur acceptæ cœlestis gratiæ dulcedinem custodirent: & nullus in peccatorum amaritudinem verteretur: nō vtiq; esset scriptum quia pars fluminis salsi maris gurgitib9 fuisset immersa. Et ideo mihi videt̄ in his verbis
G baptizatorū varietas designari: quā quidē nos (quod cū dolore cōmemoro) sæpe videm9 accidere: vt hi qui scd̄m baptisma cōsequūtur: cū se rursum ad negocia sæculi: & illecebras libidinis tradūt: & cū auaritię salsum poculū bibunt: in ea aquarū parte firment: quę in mare pfluit: atq; in salsis fluctibus diffluit: pars vero illa quæ cū stabilitate pmanet: & dulcedinem suā seruat: designet eos qui acceptum
H dei munus indeclinabiliter tenent. Et recte vna pars est eorum: qui saluātur: quia & panis vnus est: qui de cœlo descēdit: & dat huic mundo vitam. Et fides vna est: & vnū baptisma: & vnus spiritus quo oēs potant̄ in baptismo: & vn9 deus pater omniū. Interea sacerdotalis ordo est: & leuiticus: qui iter ostēdat populo dei: qui exiit de ægypto. Ipsi eñ sunt q edocent populū exire de ægypto: de errorib9 scilicet mūdi: & trāsire per eremū vastā: id est tentationū genera diuersa transcurrere: neq; noceri a serpentibus: qui sunt morsus dæmonum: & malarū suggestionum venena vitare.
I Qz etsi aliquis forte percussus fuerit ī eremo a serpente: vt ostendāt ei aereum serpentē in cruce suspensum: quem qui viderit: id est qui crediderit in eum: cuius figuram serpens ille monstrabat: diabolica per hoc venena diffugiet. Sacerdotalis: & leuiticus ordo est: qui assistit arcæ testamēti dñi: in qua lex dei portatur: sine dubio & ipsi illumināt populum de mandatis dei: sicut ppheta dicit. Lucerna pedibus meis verbū tuum dñe: & lumen semitis meis. Hoc lumen per sacerdotes accenditur: & leuitas. Qz si alius forte quis ex hoc ordine accensam lucernā posuerit sub modio: & nō super candelabrū: vt luceat oībus: qui ī domo sunt: videat quid sibi agēdū sit: cū dño lucis reddere cœperit rationem pro iis: q nihil illuminationis a sacerdotibus capiētes in tenebris ambulant: & peccatorū obscuritate cæcantur. Vide deniq; quid dicit. Populus (inquit) vt longe sit ab arca testamenti: duo milia cubitorū. Sacerdotes vero: & leuitę proximi: & satis pximi: ita vt in humeris ipsorū arca dñi: & legislatio diuina portetur. Beati qui merent̄ proximi esse deo. Sed memēto qđ scriptū est: Qui approximant mihi: approximunt igni. Si aurū: vel argentū fueris: & igni approximaueris: multo per ignem splendidior & rutilantior effulgebis. Si vero supra fundamentū in te fidei positū conscius tibi es superædificasse te ligna: fœnū: stipulam: cū tali ædificatione si igni approximaueris: cōsumeris. Beati igitur qui proximi sunt: & q ita pximi sunt: vt ignis eos illuminet: nō adurat. Saluabitur tamen & Israel: sed longe positus saluabitur: & iter aget nō sua virtute: sed adminiculis: & prouidentia sacerdotū. Quando autem? Ad trāsitū Iordanis. notaui enim et hoc non sine causa esse signatū: vt & tēpus distingueretur. Decima (inquit) mensis primi. Ista ipsa est dies: in qua & agni mysteriū præcipiebatur in ægypto. Decima die mensis primi terrā repromissionis incedūt: quod mihi valde beatum videtur: vt eadem ipsa die qua errores quis subterfugerit sæculi: etiam terram repromissiōis ingredi mereatur: id est in hac die qua in hoc sæculo viuimus. Omnis enim vita nostra psens: in vno die designatur. Et ideo edocemur p istud mysterium: ne actus nostros: & opera iustitię in crastinum differamus. Sed hodie: id est donec viuimus: donec in hoc mundo demoramur: oīa: quæ ad perfectionē pertinent: festinemus implere: & ita demū poterimus decima die mēsis primi terram repromissiōis id est beatitudinem perfectionis intrare. Sed & alia q̄plurima si diligēter obserues: in hanc diem recapitulari scripturarū relatiōe deprehēdes de libris singulis. Vti ne nunc sermo nobis plus q̄ volumus dilatet̄: hoc sentiendum est de eo: φ sæpius dies iste reperitur. Quia licet generalis nobis sit vna perfectio: tamē vnāquāq; speciē virtutū quā aggredimur explicare: si eam potuerimus integre: pfecteq; cōplere: est ipsius virtutis sua quoq; perfectio. Verbi causa. Si is qui iracundus est: virtutē mansuetudinis cupiat adipisci: sine dubio primo offendit in multis: donec lōga meditatione vsū multi tēporis in naturā cōuertat. Et cū obtinuerit qđ proposuit: adipiscit̄ quidē pfectionem mansuetudinis: nō tñ ex hoc etiā pfectionem virtutū oīm possidet. Sic ergo per singulas virtutes inueniunt̄ multæ pfectiones.

Right margin letters: K, L, M

Perfectio vero generalis illa est: quę omniũ in se pfectionũ cõtinet summã. Propterea ergo multa in hac die gesta recapitulanť: vt mltas perfectiones ad vnũ tendere significẽt finem: sicut & ꝓpheta dicit. Multũ peregrinata est aĩa mea. Et iteꝝ. Dũ dicũt mihi per singulos dies vbi est deus tuus. Hæc rememoratus sũ & effudi in me aĩam meã: qa ptransieã in loco tabernaculi vsqꝫ ad domũ dei. In voce exultationis: & confessionis sonus epulantis. Post labores em̃ & tẽtationes: quas in huius mundi eremo ptulerim⁹: post trãsitum rubri maris: post fluenta Iordanis: si digni fuerimus terrã repromissiõis intrare: cũ lætitia & exultatione pueniemus: sequẽtes sacerdotes dñi Christi: & Saluatoris nostri: Cui est gloria: & potestas in sæcula sæculorum. Amen.

De duabus & semis tribubus: quæ transierunt Iordanẽ. Et de Iesu quomodo exaltauit eũ dñs in conspectu filiorũ israel. Et quomõ populum circũcidit cultris petrinis secũdo. Homilia quinta. Cap. IIII. & V.

De iis quidẽ: q mare rubrũ trãsierũt: Apostolus dicit Quia oẽs in Moysen baptizati sũt in nube: & ĩ mari. De iis vero q Iordanẽ trãseunt: possumus etiã nos simili modo ꝓnũtiare: quia omnes in Iesu baptizati sunt in Iordane: ita vt ea quæ in Iordane gesta referunť: formã teneant sacramenti: qđ p baptismũ celebratur. Illđ vero: qđ scriptũ est: Et festinauit popul⁹ & transiit Iordanẽ. Et factum est cũ ptransisset oĩs populus: trãsiit & arca testamẽti dñi. Nõ mihi ociose additũ videť a spiritu sancto qđ dixit: qa festinauit populus trãsire. Vnde & ego arbitror: qa nobis quoqꝫ venientib⁹ ad baptismũ salutare: & suscipientib⁹ sacramenta verbi dei: non ociose: nec segniter res gerẽda est. Sed festinandũ est: & perurgẽdũ: vsque quo oĩa trãseamus. Transire em̃ oĩa: implere est oĩa: quę mandanť. Festinemus ergo transire: id est adimplere primo qđ scriptũ est: Beati paupes spiritu: vt deposita omni arrogãtia & Christi humilitate suscepta: puenire ad repromissam beatitudinẽ mereamur. Sed & cũ hæc impleuerim⁹: nõ nobis standum est: neqꝫ cessandũ: sed transeũda sunt: & cætera quę sequũtur: vt esuriamus: & sitiamus iustitiam Transeundũ nobis est & qđ seqť: vt ĩ hoc mũdo lugeamus. Cito etiã reliqua transeũda sũt vt mansueti efficiamur: & vt pacifici maneamus: vt per hoc filii dei vocari possimus. Festinandũ quoqꝫ nobis est: vt psecutionũ põd⁹ virtute patiẽtiæ transeamus. Cũqꝫ hęc singula: quæ ad virtutis gloriã spectãt: nõ segniter nec remisse: sed cũ omni instãtia: & celeritate congrimus: hoc mihi videť eẽ cũ festinatione trãsire Iordanẽ. Cũ vero trãsierim⁹: & obtinere potuerimus: q̃ obtinere debem⁹: rursũ nobis diligẽtiæ: & cautelę cura succedit: ne forte negligẽti⁹ incedẽtes: ĩprouiso aliquo lapsu effundanť gressus nr̃i. Sicut & ꝓpheta dicit. Paulominus effusi sunt gressus mei. Nec remissior nobis sollicitudo in conseruãdis: q̃ in cõquirendis debet esse virtutib⁹. Aut nõ hęc tibi designari videnť ĩ eo qđ dicitur: qa quadraginta milia virorũ accincti: vel expediti transierũt ad pugnã in cõspectu dñi ad expugnandũ Hiericho ciuitatẽ? Requiramus qui isti sũt: quos scriptura dicit accinctos: vel expeditos. Ego ex memetipso pręsumere aliqđ: & ꝓnuntiare nõ audeo: Apostoli magis literis doceamur in talib⁹: qui sunt isti accincti Paulo exponẽte discamus. Audi ipẽ qđ dicit Estote ergo accincti lũbos vestros ĩ veritate. Vides ergo qa Paulus accinctos nouit eos: q pręcincti sunt cingulo veritatis. Igitur etiam nostrũ esse cingulũ veritas debet: si tamẽ seruauerimus militię huius & cinguli sacramẽtum. Si em̃ veritas est cingulũ nostrũ: quo ad Christi militiã cingimur: si qñ falsum loquimur: & mẽdaciũ de ore nostro ꝓcedit: discingimur a militia Christi: & balteo veritatis exsoluimur. Ergo si ĩ veritate sum⁹: sum⁹ cincti Si vero ĩ falsitate: discincti. Sed nos imitemur potius istos: quadraginta milia virorũ accinctorum ꝓcedentiũ ad bellũ ĩ cõspectu dñi: & semp sim⁹ in veritate succincti. Sed ne illud quidẽ ociose prætereo qđ addidit scriptura: Quia accincti in cõspectu dñi. Non em̃ sufficit te apud hoĩes videri seruare veritatẽ. Possibile nãqꝫ est fallere hoĩes: & veracem videri: sed nõ ex eo in veritate succinct⁹ es: nisi & in cõspectu dñi seruaueris veritatẽ: id est nõ solũ qnæ voce hoĩes audiunt sed & ea quę in corde perspicit deus: vt nihil sit falsum ĩ lingua: nihil sit in corde fucatũ. Secundum qꝫ ꝓpheta dicit de talibus. Qui loquuntur pacẽ cum proximo suo: mala autẽ sunt in cordib⁹ eorũ. Absqꝫ his ergo oĩbus esse debet qui vult accinctus in conspectu dñi ꝓcedere ad expugnãdũ Hiericho: qa transeuntes Iordanẽ fluuium: ad pugnas: & bella transimus. Vis iterum discere quæ nos pugnæ post baptismũ quæ bella suscipiunt? Noli a me: sed ab ipso rursus disce apostolo Paulo: ipse te docet di-

cens. Nõ enim nobis est pugna aduersus car
nem: & sanguinẽ: sed aduersus principatus:
et aduersus potestates: aduersus huius mun
di rectores tenebrarũ harum: aduersus spiri
talia nequitiæ in cœlestibus. Formę sunt & fi
guræ quæ scripta sunt. Ita em̃ dicit Apostol⁹
Hæc em̃ oĩa in figura contingebant illis: scri
pta sunt aũt propter nos: in quos fines sæcu
lorum deuenerunt. Si ergo ꝓpter nos scripta
sunt: age: quid cessas? Exeamus ad bellum: vt
oppugnetur a nobis ciuitas prima hui⁹ mũ
di malitia: & peccati superba mœnia destruã
tur. Circũspicis forte quo tibi itinere ꝓgredi
endũ sit: qui campus certaminis expetẽdus.
Nouum tibi fortasse videbit̃ quod dicturus
sum: sed tamen verũ est: præter temetipsum
extrinsecus nihil requiras. Intra te est præliũ
quod gesturus es. Intrinsecus est mala ædifi
catio: quæ subruenda est: hostis tuus de tuo
corde ꝓcedit. Nõ mea vox ista: sed Christi est
Audi em̃ ipsum dicentẽ. De corde em̃ proce
dunt cogitationes malæ: homicidia: adulte
ria: fornicationes: furta: falsa testimonia: blas
G phemiæ. Vides quãtus & qualis exercit⁹ ho
stium tuorũ aduersum te de tuo corde ꝓce
dit. Isti nobis prima strage fundendi sunt: isti
prima acie ꝓsternẽdi. Horũ si subruere mœ
nia: ipsosq; ad internicionẽ cędere poterimus
ita vt nõ relinquamus ex eis: qui renuntiet:
vel respiret. Si iã nullus ex iis prorsus in no
stris cogitationibus rediuiuus eruperit: tũc
nobis per Iesum dabitur illa requies: vt vnus
quisq; requiescat sub vinea sua: & sub ficu sua:
H cum iam non sit: q exterreat filios israel. Ve
rumtamẽ transeũt Iordanẽ quadraginta mi
lia virorum armatoꝝ accincti in cõspectu do
mini ad bellũ: & tũc dicit scriptura. Quia in
die illa exaltauit dñs Iesum in cõspectu toti⁹
generis filiorũ Israel. Fuerit quidẽ exaltatio
filio Naue: vt dux popl'i illius apd̃ eos: quos
regebat: magnificus haberet̃. Noster vero Ie
sus dñs meus dux & rector populi hui⁹ quo
modo exaltat̃ in cõspectu oĩs gentis filiorũ Is
rael: videamus. Ego arbitror: qa ipse semper
apud patrẽ exaltatus est: & excelsus. Sed hoc
op⁹ est: vt ĩ cõspectu nostro exaltet illũ deus.
Exaltatur aũt in cõspectu meo: cũ mihi subli
mitas: & celsitudo diuinitatis eius aperitur.
Quando ergo mihi excelsa diuinitas reuela
ta ẽ: tunc ꝑfecto cũ Iordanẽ transierim: & va
riis sacramẽtorũ munimẽtis futura armarer
I ad prælia. Et timuerũt (inqt) Iesum: sicut ti
muerant Mosen. Oĩs qui sub lege est: timet
Mosen. Cũ vero ad euangeliũ ex lege trãsie
rit: mutata obseruãtia mutat̃ & timor: sicut

et apostolus dicit. Ego aũt p legem: legi mor
tuus sum: vt deo viuã: cũ Christo cõfixus sũ
Viuo aũt iam nõ ego: viuit vero in me Chri
stus. Post hęc iubet̃ fili⁹ Naue facere cultros
ex petra: & sedẽs circũcidere filios israel secũ
do. Velim ego in hoc loco percõtari a Iudęis:
quomõ põt quis secũdo circũcidi circũcisiõe
carnali? Semel em̃ circũcisus qs: vltra nõ ha
bet qd̃ secũdo possit auferri. A nobis vero qa
bus dicit̃: qa lex spiritalis est: vide q̃ digne: &
cõuenienter ista soluant̃. Dicimus em̃: qa ille
qui in lege eruditus est: & per Mosen edoct⁹
abiecit idolatrię errores: simulachrorũ supsti
tionẽ: cultũq; deposuit. hęc est circũcisio pri
ma per legẽ. Si vero is veniat a lege: & ꝓphe
tis ad euãgelicã fidẽ: tũc accipiet etiã secun
dam circũcisionẽ p petrã: qui est Christus: &
cõplet̃ hoc: qd̃ dixit dñs ad Iesum. Hodie abs K
tuli opprobriũ ægypti a filiis Israel. Sicut au
tem dixit Apostolus. Bibebãt aũt de spiritali
sequenti eos petra: petra vero erat Christus:
ita etiã nos in hoc loco cõpetẽter possum⁹ di
cere: circũcisi sunt aũt de spiritali sequẽti pe
tra: petra vero erat Christus. Nisi em̃ qs fue
rit per euangeliũ secũda circũcisione purga
tus: nõ põt opprobriũ ęgypti: id est illecebras
corporaliũ deponere vitiorũ. Videamus ta
mẽ quale sit hoc ipsum qd̃ dicit̃. Quia hodie
abstuli opprobriũ a filiis israel. Oẽs hoĩes etiã
si ex lege veniãt: etiã si per Mosen eruditi sint
habent tñ opprobriũ peccatorũ. Quis erit si
milis Paulo etiã scd̃m legis obseruãtiã? Audi
deniq; ipsum dicentẽ. Secũdũ iustitiã: quę in
lege est: cõuersatus sine querela. Ipse aũt pro
nuntiat: & dicit. Fuimus em̃ & nos aliqñ insi
pientes: increduli: errãtes desyderiis: & volu
ptatibus variis: in malitia: inuidia: odibiles:
odiẽtes inuicẽ. Nõ tibi vident̃ hęc opprobria L
esse: & opprobria Aegypti? Sed ex quo venit
Christus: & dedit nobis secundã circũcisionẽ
per baptismũ regeneratiõis: & purgauit ani
mas nr̃as: abiecim⁹ hęc oĩa: & pro iis assumpsi
mus cõsciẽtię bonę adstipulationẽ in deum.
Tunc per secũdã circũcisionẽ ablata sunt no
bis opprobria ęgypti: & purgata sũt vitia pec
catorũ. Nemo ergo si integre cõuersus est: si
ex corde pœnituit: si fideliter Iordanis fluẽta
digressus est: si secũda p euãgeliũ circũcisiõe
purgat⁹ est: ꝓteritorũ metuat opprobria de
lictoꝝ. Audis qa hodie abstuli a te opprobriũ
ęgypti. Hoc & ĩ euãgeliis significat cũ dñs di
cit. Remissa sunt tibi peccata tua: sed iã noli
peccare: ne qd deterius tibi accidat. Si enim
post remissionẽ peccatoꝝ vltra nõ pecces: ve
re ablatũ est a te opprobriũ ęgypti. Si vero ite

rũ peccaueris: iterũ in te vetera reuoluũtur opprobria: eo magis quo mlto maioris crimĩnis est filiũ dei cõculcare: & sãguinẽ testamẽti pollutũ ducere: ꝗ̃ legem Mosei negligere. Mlto eñ maioris opprobrii est: q post euãgeliũ: ꝗ̃ ille q sub lege posit⁹ fornicat̃. Quia iste tollẽs mẽbra Christi: facit mẽbra meretricis. Vides ergo ꝗ̃ grauiora: & cumulatoria in te opprobria si neglexeris: reuoluant̃. Deniq; iã nemo te reũ stupri arguet: sed sacrilegii scelere cõdẽnat: qa dicit̃ ad te. An nescitis qa corpa vr̃a tẽplũ dei est? Siqs aut tẽplũ dei violauerit: dispdet illũ de⁹. Hæc ẽt si pri⁹ ignorabas: nũc tñ ex quo in aurib⁹ tuis ista verba dicunt̃ & ĩ cor tuũ huiuscemodi doctrina trãsfundit̃ scito te iis auditis tẽplũ dei: & mẽbrũ Christi esse iã factũ. Vide quãtũ ꝓfeceris ex homunculo terreno. In tẽplũ dei ꝓgressus es sine dubio: in quo habitare debet deus. Et q caro: & sanguis eras: ꝓfecisti vt mẽbrum Christi sis. Sed sicut magn⁹ est iste ꝓfectus: ita & discessus terribilis: atq; irremediabilis pene lapsus. Iam tibi eñ nõ licet tẽplo dei vti: nisi ĩ sanctitate: nec mẽbra Christi ad indignũ reuocare negotiũ. Et ideo siquãdo te malę alicuius cõcupiscẽtię pulsat illecebra: memor horũ: quę nunc audis: hosti illi occurre: q de teipso: hoc est de tuo corde ꝓcedit: & resiste ei in talibus verbis: & dic: qa nõ sum meus. Emptus enim sum ꝑtio sanguinis Christi: & mẽbrũ ipsi⁹ effect⁹ sum. Nõ licet mihi tollere mẽbrũ Christi: & facer̃ mẽbrũ meretricis. Dic ei. Quia tẽplũ dei effect⁹ sum: nõ mihi licet immũdũ aliquid illuc inducere: nec fas ẽ mihi violare tẽplũ dei. Sed & illđ adde. Quoniã q fornicat̃: in corpus suũ peccat. Nõ istud corp⁹ solum: qđ tẽplũ dei effectũ est: sed & illđ qđ dicitur Quia oĩs ecclesia corp⁹ Christi ẽ: & in oẽm ecclesiã videt̃ delinquere: q corp⁹ suum maculauerit: qa per vnũ mẽbrũ: macula in oẽ corpus diffundit̃. Est & illud opprobriũ ęgypti: qđ si neglexeris: etiã post Iordanis transitũ: & post baptismi secũdã circũcisionẽ: vetustæ consuetudinis inustione suggerit̃. Obseruare auguria: reqrere stellaꝝ cursus: & euẽtus ex iis futurorũ rimari: seruare sõnia: cæterisq; hmõi supstitionib⁹ implicari. Idolatrię nãq; mater est Aegypt⁹: ex qua certũ est hmõi opprobria pullulare. Quę si trãsito iã Iordane suscepis et iis te rursus laqueis illigaueris: tecum sine dubio opprobria ęgypti trahis. Sed siqñ te talis curiositas ĩterpellat: & de corde tuo hmõi hostis erũpit: dic ei. Quia Iesum ducẽ sequor in cuius potestate sunt ꝗ̃ futura sunt. Quid mihi scire ꝗ̃ futura sunt? Quęcunq; ille vult: hęc futura sunt. Ideo ergo vt in nobis vere se cũda circũcisio cõpleat: ꝑ quã vetera ægypti opprobria deponam⁹: ab iis oĩbus segregati prorsus eẽ debemus: vt purificati corpore & corde: puras etiã man⁹ leuemus ad deũ. Puro quoq; ore: & purgatis labiis: ac mẽte syncera prece & actibus glorificemus deũ: in Christo Iesu dño nostro: cui est potestas: & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

De pascha qđ fecerũt filii Israel in Galgala & qũo fructus terrę ceperunt e regione palmarũ. De prĩcipe virtutũ militię dñi. Vbi dicit̃ ad Iesum. solue calceamẽtũ de pedibus tuis: loc⁹ eñ in quo stas terra sancta est. Cap. V.

Homilia sexta.

Vi nõ obediẽtes fuerũt mãdatis dñi: incircũcisi dicũt̃ Ex quo ĩtelligit̃ illos appellari incircũcisos: q nõ obediunt mãdatis dñi. Sed tñ & circũcisos: & ĩcircũcisos: qa oẽm aĩam diligit de⁹: nõ penit⁹ derelinqt. Misit eñ Iesum: q oẽs simul dignos circũcideret: & indignos. & nõ filiũ Naue Iesum. nõ eñ vera & pfecta circũcisiõe ille populũ circũcidit: sed Iesum Christũ dñm: et Saluatorẽ nostrũ. Hic eñ ẽ: q vere a nobis pollutionẽ abstulit carnis: & abscidit: & a corde: atq; aĩa nr̃a peccatoꝝ ingnamẽta purgauit. Deniq; audi qđ dicit scriptura in iis: qui per Naue filiũ pfigurabant̃. Circũcisi aũt (inquit) filii Israel reqeuerũt in eodẽ loco: sedentes ĩ castris vsq; dũ sanarent̃: & tũc dixit dñs ad Iesum. Hodierna die abstuli opprobrium ęgypti a vobis. Nõ eñ sufficit nobis circũcidi: sed & post circũcisionẽ sanari: id ẽ vsq; quo etiã cicatricẽ ipsam circũcisionis vulnus obducat. Quãdo ergo cicatrix in vulnere nr̃æ circũcisionis obducit̃? Ego ita arbitror: ꝙ circũcidi per Iesum nostrũ: hoc est vitiis carere: malas cõsuetudines: & pessima instituta deponere: fœdos: & incõditos mores: & quicqđ ab honestatis: & pietatis regula abhorret abscindere. Sed hoc cũ in initiis facim⁹: ipsa nouitatis quodãmodo difficultate constringimur: & quasi cũ labore quodã: & dolore animi veteris cõsuetudinis culpa: nouellas institutione mutamus. Et ideo est (vt dixi) quædam difficultas in initiis: vt vix ægre amputare possim⁹ prima: & secũda suscipe. Hoc ergo mihi videt̃ tẽpus esse: quo velut in dolore circũcisionis nostrę dicimur residere vsq; quo obducta cicatrice sanemur. Obducimur aũt

cicatrice: cum iam noua instituta absq; difficultate cõplemus: & in vsum nobis vertitur: quod pri⁹ quasi insolitũ difficile videbat̃. Et tunc vere iam sanati dicimur: cũ vitiis carentes virtutes nouo vsu vertim⁹ in naturã. Et ita demũ merito ad nos dicit sermo diuin⁹: ea quæ sequunt̃. Hodierna die abstuli opprobrium Aegypti a vobis. Quia posteaq̃ ablatũ est opprobriũ ęgypti: tunc dicitur. Et fecerũt filii Israel pascha q̃rtadecima die mensis primi. Nõ em̃ ante circũcisionem pascha facere poterãt: sed neq; statim post circũcisionẽ carnes agni comedere anteq̃ sanarent̃. Sed postea q̃ sanati sunt: dicit̃ quia fecerunt pascha filii Israel quartadecima die mensis. Vides ergo qa nemo immũdus facit pascha: nemo incircũcisus: sed quicũq; mũdus fuerit: & circumcisus. sicut & Apostolus interpretat̃ dicens. Et enim pascha nostrum immolatus est Christus. Itaq; diẽ festũ celebrem⁹: nõ in fermento veteri: neq; in fermẽto malitię: & malignitatis: sed in azimis synceritatis: & veritatis. Sed & tũc quidẽ quando exiit populus de terra ęgypti portauit sparsum in vestimẽtis suis. Cũ aũt defecisset sparsum: & panes non haberent: pluit illis deus manna. Cũ aũt venerũt ad terrã sanctã: & fructus perceperũt ꝑ uinciæ palmarũ: defecit eis mãna: & tũc edere cœperũt de fructibus terrę. Itaq; tres species ciborũ generaliter describunt̃. Vnũ quidẽ quo vescimur exeuntes de terra ægypti: sed hoc ad paruũ tempus sufficit. Post hoc autẽ mãna succedit. Tertiũ vero iam de terra sancta capim⁹ fructũ. In quib⁹ differẽtiis (vt meę paruitatis intellectus assequtur) illđ arbitror indicari: ꝙ primus cibus est: quẽ de ægypto exeuntes nobiscũ portauimus: parua hęc eruditio sęcularis: aut etiã si qs forte attigit liberaliũ literarũ cognitionẽ: q̃ exiguũ aliqd iuuare nos põt. In eremo vero positi. i. in hoc in quo nũc sumus vitę statu: mãna vescimur: ꝑ hoc ꝙ diuinę legis instructionib⁹ erudimur. Qui vero meruerit terrã repromissionis intrare: id est ea: quę a Saluatore repromissa sũt consequi: ille edit fructus e regione palmarũ. Vere em̃ fructũ palmę inueniet: qui deuicto hoste ad promissa ꝑuenerit. Certũ nãq; est: ꝙ quantacũq; illa sunt: quę nũc in lege dei: vel diuinis literis intelligere possum⁹ aut sentire: multo sublimiora: & excelsiora erunt illa: quæ cessante ænigmate facie ad faciẽ sancti quiq; videre merebunt̃: quia quę oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hoĩs ascendit: hęc prępárauit deus iis: qui diligũt eum. Q; si secundũ literã solam intelligẽda sit lex: inueniuntur sine dubio filii Israel: cũ melioribus vterẽtur (Manna quippe de cœlo capiebant) ex repromissione deteriora accepisse: quibus: prius ægyptiacis deficientibus cibis: melior vtiq; successerat cibus mãna de cœlo. Et quomodo tũc putabit̃ meliore cibo cessante successisse deterior: nisi qa maior: & verior ratio in spiritali intelligẽtia: q̃ in textu literę deprehẽdit̃? Sed interim posteaq̃ introduxit Iesus populũ in terrã sanctã: tunc expurgatis oĩbus celebrat pascha. Et factũ est (inqt) cum esset Iesus in Hiericho respiciẽs oculis vidit hominẽ stantẽ contra se: & gladius euaginatus erat in manu eius. Et accedẽs Iesus dixit. ei. Noster es: an aduersariorũ? At ille dixit. Ego sum princeps militię virtutis dñi. Respiciens ergo oculis videt principẽ militię virtutis dñi: tanq̃ qui pri⁹ non respexerit: sed tunc cum principẽ militiæ dñi visurus esset. Quẽ tamen cũ vidisset Iesus: nõ eum velut cõmunem hoĩem vidit: sed intellexit virtutem esse quandã. Nondũ tamẽ cert⁹ est: ex diuinis virtutibus: an ex cõtrariis vna sit: quæ videt̃: & ideo interrogat: & ꝑquirit dicẽs: Noster es: an aduersarioꝝ? At ille ait. Ego sum prĩceps militię virtutis dñi. Nũc adueni. & cũ hoc audisset: adorauit Iesus: & dixit. Dñe quid ꝑcipis seruo tuo? Quid est qđ nos per hoc edocet Iesus? Illud sine dubio: quod dicit Apostolus. Nolite omni spiritui credere: sed ꝓbate spũs si ex deo sunt. Cognouit ergo Iesus nõ solum ꝙ ex deo est: sed quia deus est. Nõ em̃ adorasset: nisi agnouisset deũ. Quis em̃ ali⁹ est princeps militię virtutũ dñi: nisi dñs noster Iesus Christus? Omnis nãq; cœli militia: siue angeli: siue archangeli: siue virtutes: siue dominationes: siue principatus: siue potestates: omnia hęc q̃ per ipsum facta sunt: sub ipso principe militãt: qui est principũ prĩceps: & q largitur principibus principatũ. Ipse est em̃ qui dicit in euãgelio. Esto potestatẽ habẽs supra decem ciuitates. Et alii. Esto tu potestatẽ habẽs supra quinq; ciuitates. Hic est qui accepto regno regressus est. Sed interim videamus quę pręsens lectio suggerit. In Hiericho est Iesus. Adhuc hostes obtinẽt ciuitatẽ: nondũ victi sunt: & iam tamẽ dicitur ad Iesum. Solue calceamentum de pedibus tuis: locus em̃ in quo stas terra sancta est. Et quomodo hiericho terra sancta est: quę ab hostib⁹ retinetur? Sed ne forte hoc sit: qđ indicatur: qa quocunq; venerit princeps militię virtutis dñi sanctificat locũ: qa nec ipsa hiericho loc⁹ erat sanctus. Sed quia princeps militiæ dñi venit illuc: loc⁹ dicitur sanct⁹. Ego etiã amplius aliqd audeo &

dico: quia etiã Moses vbi stabat: per seipsum non erat locus sanctus: sed qa dñs stabat cum Mose: præsentia dñi sanctificauerat locum. & ideo dicit ad eũ. Solue corrigiã calceamenti tui: locus em̃ in quo stas terra sancta est. Vnde & nos si vita & meritis accedamus ad deũ & digni efficiamur vt adsistat nobis deus: dicitur etiã ad nos vt soluamus a pedib9 aíę nostrę: si qd in eis vinculi mortalis annexũ est. Isti sunt em̃ pedes: quos lauat Iesus: quos nisi lauerit: nõ habebimus partem cũ eo. Q̃ si ergo ab aía nostra & sensib9 omne vinculũ curę mortalis absoluimus: cõtinuo libẽter etiã nobis aderit: & adsistet de9. Quæ aũt sunt in cõsequẽtibus: videam9. Circũdatur Hiericho: expugnari eã necesse est. Quomodo ergo expugnatur Hiericho? Gladius non educit aduersus eam: aries nõ dirigit: nec tela vibrant. Tubę solũmodo sacerdotales adhibent: & iis Hiericho muri subruunt. In figura em̃ mũdi poni Hiericho in scripturis frequẽter inuenimus. Nã & in euãgelio qđ dicitur: Homo de Hierusalẽ in Hiericho descẽdisse: & in latrones incurrisse: forma sine dubio erat illi9 Adę qui de paradiso in huius mũdi exiliũ trusus est. Sed & cæci: qui erãt in Hiericho: ad quos venit Iesus vt faceret eos videre: formã gerebant eorũ: qui in hoc mũdo cæcitate ignorantiæ premebant: ad quos venit filius dei. Hæc ergo hiericho: id est mũdus hic: casurus est. Consummatio etem̃ sæculi iamdudũ sanctis voluminibus puulgata est. Quomodo ergo ei cõsummatio dabitur? qbus organis? vocibus (inqt) tubarũ. quarũ tubarũ? Paulus tibi secreti hui9 pdat arcanũ. Audi ipse qd dicit Canet (inqt) tuba: & mortui: qui in Christo sunt: resurgẽt incorrupti: & ipe dñs in iussu: in voce archangeli: & in tuba dei descẽdet de cœlo. Tũc ergo dñs Iesus noster cũ tubis vincet Hiericho: & prosternet eã: ita vt ex ea meretrix sola saluet: & oĩs domus eius. Veniet (inqt) dñs noster Iesus: & in tubarũ voce veniet. Sed iam nũc oremus vt veniat: & destruat mundũ: qui in maligno positus est: & omnia quę in mũdo sunt: qa omne qđ in mundo est: cõcupiscẽtia carnis est: & concupiscentia oculorũ. Ista destruat: ista iã iamq; dissoluat Saluet aũt hãc solã: quę exploratores eius suscepit: quæ Apostolos eius in fide: & obedientia receptos: in supioribus collocauit: & adiũgat: & societ meretricẽ hanc cũ domo Israel. Sed iam non repetamus: nec reputemus ei veterẽ culpam. Aliquãdo meretrix fuit: nũc aũt vni viro casta: virgo casta copulata est Christo. Audi apostolum dicentẽ de ea: Statui aũt hoc ipsum vni viro: virginẽ castam exhibere Christo. Ex ipsa erat & ille ipse: qui dicebat. C Fuimus em̃ & nos aliqñ insipiẽtes: increduli: errantes: seruiẽtes desyderiis: & voluptatib9 variis. Vis adhuc copiosius discere quomodo meretrix iã nõ sit meretrix? Audi adhuc Paulum dicentẽ. Et hæc quidẽ fuistis: sed abluti estis ĩ noĩe dñi nostri Iesu Christi: & ĩ spiritu dei nostri. Vt em̃ posset euadere ne cum Hiericho interiret: validissimũ ab exploratoribus signũ salutis accepit: spartum coccineum. Per Christi etenim sanguinẽ ecclesia hęc vniuersa saluat: in ipso Iesu Christo dño nr̃o: cui est gloria & imperiũ in sæcula sæculorũ. Amen.

De Hiericho quomõ capta est. Et vbi præcepit Iesus filiis Israel de anathemate non sumerẽt. Et Raab qũo saluata est. Et de eo: q furatus est ex anathemate linguã aureã: & dextralia pura. Cap. VI.

Homilia septima.

Iericho tubis subruitur sacerdotũ. Statim em̃ vt tubarũ clangor increpuit: murorũ deiectus est ambit9. Dixeramus iam & prius q̃ Hiericho formã sæculi p̃sentis obtineat: cui9 robur & munimẽta sacerdotaiib9 tubis videm9 eẽ destructa. Firmitas nãq; & munimẽta: qb9 velut muris mũd9 iste nitebat: idolorũ cultus erat: diuinationũ fallacia arte dæmonũ ministrata: augurũ: atq; aruspicũ: magorũq; cõmenta: quibus oĩbus velut muris validissimis ambiebatur hic mũdus. Insuper etiã diuersis philosophorũ dogmatibus: & eminẽtissimis assertionibus ac disputatiõibus: velut pceris qbusdã et robustis turrib9 firmabat. Veniẽs vero dñs E noster Iesus Christus: cui9 ille prior filius Naue designabat aduẽtũ: mittit sacerdotes apostolos suos portãtes tubas ductiles: p̃dicationis magnificã: cælestẽq; doctrinã. Sacerdotali tuba primus in euãgelio suo Matthæus increpuit. Marcus quoq;: Lucas: & Ioãnes suis singulis tubis sacerdotalib9 cecinerũt. Petrus etiã duabus epistolarũ suarũ p̃sonat tubis. Iacobus quoq; & Iudas. Addit nihilominus adhuc & Ioãnes tuba canere p ep̃las suas: & apocalipsim: & Lucas ap̃lorũ gesta describẽs. Nouissime aũt ille veniẽs qui dixit: puto aũt nos deus nouissimos ap̃los ostẽdit. Et in q̃tuordecim ep̃larũ suarũ fulminãs tubis muros hiericho: & oẽs idolatriæ machinas: & philosophorũ dogmata: vsq; ad fundamẽta deiecit. Mo- F uet me sane etiã illđ qđ historia refert: qa nõ

solum sacerdotes tubis cecinerũt: vt caderẽt muri Hiericho: sed & audita voce tubę: dicitur vniuersus populus vlulasse vlulatu magno. vel: sicut in aliis exẽplaribus habetur: iubilasse iubilo magno. Et q̃uis iste sermo improprie tralatus esse videatur. ἀλαλαγμὸσ em̃ in græco scriptũ est: q̃d neq; iubilum: neq; vlulatũ proprie significat: sed illam magis ostẽdit vocem: qua belli tempore exercitus clamorẽ cõsonum tollens: vnanimiter sese cohortari ad prælium solet. Tamẽ hic sermo in scripturis iubilatio magis: q̃ vlulatio consueuit inscribi: vt ibi: Iubilate dño oĩs terra. Et iterũ. Beatus populus qui scit iubilationem. quod etiã me ꝓmouet dictũ: quid istud tantũ sit operis: quod beatũ populum faciat. Nõ dixit: quia beatus populus qui operatur iustitiã: vel beatus populus qui scit mysteria: vel qui scit cœli: ac terræ: & syderũ rationẽ. Sed beatus (inq̃t) populus: qui scit iubilationem. In aliis timor dei beatũ facit. Sed vnũ tantũmodo hominẽ facit beatũ. Sic em̃ dicit. Beatus vir qui timet dominũ. Alibi etiã plures fiũt beati: sicut pauperes spiritu: vel mãsueti: vel pacifici: vel mũdi corde. Hic aũt beatitudo ꝓfusa est: & tãta hic / nescio q̃ / causa beatitudinis indicatur: vt vniuersum pariter populũ faciat beatum: q̃ tamem scierit iubilationẽ. Vnde mihi videtur iubilatio indicare quendã cõcordiæ & vnanimitatis affectũ. Qui si incidat ĩ duos: vel tres Christi discipulos: oĩa quęcũq; petierint ĩ nomine Saluatoris: præstat eis pater cælestis. Si vero tãta fuerit btĩtudo: vt vniuersus populus cõcors & vnanimis maneat: vt eadẽ dicãt oẽs: in eodẽ sensu: atq; ĩ eadẽ sentẽtia ꝑmanẽtes: isto tali ppl̃o vocẽ vnanimiter eleuante fiet illud: quod scriptũ est in actibus apostolorum: quia terrẽmotus factus est magnus: vbi tunc vnanimes orabãt apostoli cũ mulieribus et Maria matre Iesu. & terrẽmotu facto destruentur: & cadent oĩa: quę terrena sũt: ac mũdus ipse subuertetur. Audi deniq; dominũ: & G
Saluatorẽ nostrũ ad hoc ipsum suos milites cohortantẽ: quomodo dicit. Cõfidite: ego vici mundũ. Illo ergo duce: iam nobis victus est mundus: & muri eius conlapsi sunt: q̃bus homines sęculi nitebantur. Sed & vnusq̃sq; nostrũ debet in semetipso ista cõplere. Habes in te Iesum ducẽ per fidem: fac tibi tubas ductiles ex scripturis sanctis. Inde duc sensus: ide sermones. ꝓpterea em̃ tubæ ductiles appellantur. In ipsis cane: id est in psalmis: & hymnis: in canticis spiritalibus: cane in ꝓpheticis sacramẽtis: in mysteriis legis: in apostolicis dogmatibus cane. Et si in talibus cecineris tubis: & septies arcam testamenti circũtuleris: id est si legis mystica pręcepta ab euangelicis nõ separes tubis: si etiã iubilationis cõsensum de temetipso exigas: id est cogitationũ: & sensuum tuorũ populus qui intra te est: concordẽ semper & cõsonã ꝓferat vocẽ: & nõ aliquãdo verum dicas: aliquãdo ꝑsonæ potẽtis adulatus mendacio maculeris. Si nõ te aliq̃n blandum remissio faciat: aliq̃n iracũdia truculentum: si nõ arrogans erga modicos: & apud superbos humilis inueniaris. Deniq; si non pugna intra te geritur: dum cõcupiscit caro ad H
uersus spiritum: & spiritus aduersus carnẽ. Si hęc intra te iam consonãt: & concordãt: vocẽ iubilationis emitte. Quoniã tibi destructus: et deiectus est mundus. Talis (opinor) erat ille qui considẽter dicebat. Mihi aũt absit gloriari: nisi ĩ cruce dñi mei Iesu Christi: per quem mihi mũdus crucifixus est: & ego mũdo. Adhuc me tamẽ mouet aliquid in loco: parũ mihi sensisse videor de iubilatione: humilia dixisse de magnis. In aduentu Iesu muri Hiericho subuersi sunt: in aduẽtu mei dñi Iesu mũdus vincitur. Quomodo tamẽ vincitur mũdus: scire velim manifestius: & lucidius intelligere quæ dicuntur. Volo ego ipse: qui doceo: vobiscũ pariter discere. Paulum nobis cõmuniter adhibeamus magistrũ. Ipse est em̃ minister Christi: qui nobis possit indicare quomodo Christus vicerit mundũ. Audi ergo ip̃m dicentẽ. Quod erat contrariũ nobis: tulit illud de medio affigens illud cruci suę: & exuens principatus: & potestates: transduxit: libere triũphans eos ĩ ligno crucis. Ex iis ergo verbis illud intelligo: q; videntes pugnã Iesu cælestes virtutes: principatus: & potesta- I
tes cõtrarias exutas potestatibus suis: alligatum fortẽ: & vasa eius diripi: increpuerũt tubis suis cęlestibus: q̃a alligato principe huius mundi victus est mundus: & vocem iubilationis in triumpho Christi cęlestis exercitus dedit. Vere ergo beatus est populus gentium: qui nouit talem hanc iubilationem cœlestis exercitus: & qui mysteria agnoscit: & credit. Sed videamus quid est quod in sequentibus indicatur. Dicit em̃ Iesus. Custodite vos ab anathemate: ne forte concupiscatis: & tolla- K
tis ab anathemate: & faciatis castra filiorum Israel anathema: & conteratis nos: & omnem synagogam domini. Tale est: quod indicatur in iis verbis. Videte ne quid in vobis sæculare habeatis: ne sæculares mores: ne vitia: ne tergiuersationem de sæculo vobiscum ad ecclesiam deferatis. Sed anathema sit vobis omnis conuersatio sæcularis. Nolite diuinis

mundana miscere. Nolite negocia sæculi ec-
clesiæ secretis inserere. Hoc est: qđ & Ioannes
Epistolæ suæ personat tuba dicens. Nolite di
ligere mũdum: neq; ea: quæ in mũdo sunt. Et
Paulus similiter. Nolite (inquit) conformari
huic mũdo. Qui enim hæc faciunt: accipiunt
de anathemate. Sed & illi: qui (verbi causa)
cũ Christiani sint: solẽnitates gentilium cele
brant: anathemata in ecclesias introducunt.
Qui de astrorũ cursibus vitas hoim: & gesta
perquirũt: qui volatus auiũ: & cætera huius-
modi: quæ in sæculo prius obseruabãtur: in-
quirunt: de Hiericho anathema inferũt in ec
clesiam: & polluũt castra domini: & vinci fa-
ciunt populum dei. Sed & multa alia peccata
sunt: per quę anathema de Hiericho introdu
citur: & prosternitur ab inimicis. Aut nõ &
Apostolus hæc eadẽ pcipit: cũ dicit: Modicũ
fermentũ totũ massam corrumpit? Sed videa
mus iam nũc quæ sequũtur. Subuersa Hie-
richo: Raab meretrix saluatur sola. Sic enim
scriptũ est de ea. Et Raab meretricẽ: & omnẽ
domum patris ei⁹ viuificauit Iesus: & adiecta
est ad Israel vsq; in hodiernũ diẽ. Vellem re-
quirere a Iudęis: & ab iis: qui Christiani qui-
dem dicũtur: sed in scripturis adhuc sensum
Iudaicum seruãt: quomodo exponant Raab
meretricem adiectã esse domui Israel: vsq; in
hodiernũ diem. Quomodo Raab vsq; in ho-
diernum diem adiecta esse dicitur? Hoc enim
scripturæ sanctæ moris est dicere de iis: quæ
vsq; ad finem: vel vitæ: vel sęculi permanent.
Verbi causa: vt ait. Hic pater est Moabitarũ
vsq; in hodiernũ diem. Quod significat vsq;
in finem sæculi. Et iterũ dicitur in euãgelio:
Quia diffamatus est sermo hic apud Iudęos
vsq; i hodiernũ diẽ: id est vsq; quo sęculũ stat.
Raab vero meretrix quomodo adiecta dicit̃
domui Israel vsq; in hodiernũ diem? Nũquid
matri successio posteritatis adscribitur: vt vi
deat̃ in sobolis reparatione seruari? An illud
magis intelligẽdũ est q; vero Israeli adiũcta:
ac sociata est vsq; in hodiernũ diem? Et si vis
manifestius videre quomodo Raab adiungit̃
Israeli: intuere quomodo ramus oleastri inse-
ritur in radicẽ bonæ oliuæ: & intelliges quo
modo ii: q inserti sunt fidei Abrahæ: & Isaac:
& Iacob: recte appositi dicuntur: & adiecti ad
Israel vsq; in hodiernũ diẽ: quia in illorũ radi
ces nos rami oleastri ex gẽtibus adsumpti: q
aliquãdo meretricabamur: lignũ: & lapidem
pro deo colẽtes: appositi sum⁹ vsq; in hodier
nũ diem. Et facti sumus propter fidẽ Christi
nos sursum: ille autẽ populus: qui permansit
in icredulitate deorsum: secũdũ Deuterono
mii ꝓphetiã. Siquis ergo habet in se Christũ:
qui est omniũ caput: hic efficitur in caput. Il
li enim negauerunt Christũ Iesum: & effecti
sunt in cauda. Et qui erãt primi facti sunt no
uissimi. Sed & illud nõ ociose transcurrendũ C
est: q; vno peccante: ira super omnẽ populum
venit. Hoc modo accidit: quãdo sacerdotes:
qui populo pręsunt: erga delinquentes beni-
gni volũt videri: & verẽtes peccãtiũ linguas:
ne forte male de eis loquãtur: sacerdotalis se-
ueritatis immemores: nolũt implere qđ scri-
ptũ est: Peccãtẽ corã omnibus argue: vt cæte
ri timorẽ habeant. Et iterũ. Auferte malum
ex vobis ipsis. Nec zelo dei succincti imitant̃
Apostolũ dicentẽ: Tradidi huiusmodi homi
nem Sathanæ in interitũ carnis: vt spiritus
saluus fiat. Neq; illud euãgelicũ implere stu-
dent: vt si viderint peccãtẽ: primo secrete cõ-
ueniant: post etiã duobus vel tribus arbitris.
Q; si contẽpserit: & post hæc ecclesiæ corre-
ptione nõ fuerit emendatus: de ecclesia pul-
sum velut gẽtilẽ habeãt: ac publicanũ. Et dũ
vni parcũt: vniuersæ ecclesiæ moliunt̃ interi
tũ. Quæ ista bonitas? Quæ ista misericordia
est? Vni parcere: & oẽs in discrimẽ adducere?
Polluit̃. n. ex vno peccatore popul⁹. Sicut ex D
vna oue morbida grex vniuersus inficit̃: sic
etiam vno vel fornicãte: vel aliud quodcũq;
sceleris cõmittẽte: plebs vniuersa polluit̃. Et
ideo obseruemus nos inuicẽ: & vniuscuiusq;
cõuersatio nota sit: maxiẽ sacerdotib⁹ & mi-
nistris. Nec putẽt se recte dicere: quid hoc ad
me spectat si alius male agit? Hoc est dicere
caput ad pedes: qd ad me pertinet si dolẽt? Si
male habẽt pedes mei: nõ mea interest: dum-
modo caput in sanitate pduret. Aut si dicat
oculus manui nõ indigeo opera tua: quid ad
me pertinet si doles? si vulnerata es? Nũquid
ego oculus conturbabor ex ægritudine ma-
nus? Tale ergo est qđ agũt ii: qui ecclesiis prę
sunt: non cogitantes quia vnum corpus su-
mus omnes qui credimus: vnũ deum haben-
tes: qui nos in vnitate constringit: & cõtinet
Christus: cuius corporis tu: qui ecclesię prę-
sides: oculus es. Propterea vtiq; vt omnia cir
cũspicias: omnia circũlustres: etiã vẽtura prę
uideas. Pastor es: vides ouiculas dñi ignaras
periculi ferri ad præcipitia: & per prupta pẽ-
dere: non occurris? non reuocas? non saltem
voce cohibes: & correptionis clamore deter-
res? Sic memor es dominici sacramenti: vt cũ
ille derelictis nonaginta nouẽ in cœlestibus:
propter vnam ouiculã: quæ errauerat: ad ter
ras descenderit: & inuẽtam vectauerit hume
ris suis ad cælum: nos in nullo prorsus in cu-

randis ouiculis magistri pastoris sequamur
E exẽplũ: Hęc nõ ideo dicimus: vt ꝑ leui culpa aliquis abscidatur. Sed si forte cõmonitus qs & correptus ꝑ delicto semel: & iterum: ac ter tio: nihil emẽdationis ostẽderit: vtamur medici disciplina. Si oleo perunximus: si emplastris mitigauimus: si malagmate molliuim⁹: nec tamẽ cedit medicamẽtis tumoris duritia solũ superest remediũ desecãdi. Sic eñ dñs dicit. Si dextera manus scandalizauerit te: abscinde eã: & ꝓiice abs te. Nunqdnã man⁹ corporis nostri aliquãdo scandalizat nos? an de hac manu corporis euãgeliũ dicit: Abscinde eã: & ꝓiice abs te? Hoc est: qđ dicit: vt ego q videor tibi man⁹ eẽ dextera: & presbyter nominor: & verbũ dei videor prędicare: si aliqd cõtra ecclesiasticã disciplinã: & euangelii regulã gessero: ita vt scãdalũ tibi ecclesię faciã: in vno cõsensu ecclesia vniuersa cõspirãs excidat me dexterã suã: & ꝓiciat a se. Expedit eñ tibi ecclesię: absq; me manu tua: quæ male agẽdo scãdalũ feci: introire in regnum cælorũ: q̃ mecũ ire in gehẽnã. Hæc idcirco dixi m⁹: qa videm⁹ in scripturis sanctis referri: ꝓpter vnũ peccantem anathema facti sunt
F filii Israel: ita vt vincerent̃ ab hostib⁹. Sed videamus & ipsum peccatũ eius quale sit. Furatus est (inqt) linguã aureã: & posuit eã in tabernaculo suo. Nõ puto illo furto parui auri tantã vim fuisse peccati: vt tã innumerosam dñi ecclesiã macularet. Sed videamus ne forte interioris intelligẽtiæ sit tãta: & tã grauis acerbitas ista peccati. Multus decor est in verbis: & multa in philosophorũ: vel rhetorũ sermonibus pulchritudo: q oẽs de ciuitate sunt
G Hiericho: id est huius mũdi hoĩes. Si ergo inuenias apud philosophos peruersa dogmata luculẽti sermonis assertionib⁹ decorata: ista est lingua aurea. Sed vide ne te decipiat fulgor opis: ne te rapiat sermonis aurei pulchritudo. Memẽto: qa Iesus anathema iussit esse oẽ aurũ: qđ in Hiericho fuerit inuẽtũ. Si poetã legeris modulatis versib⁹: & ꝑfulgido carmine deos: deasq; texẽtẽ: ne delecteris eloquẽtię suauitate. Lingua aurea ẽ: si eã sustuleris: & posueris in tabernaculo tuo: si introduxeris in cor tuũ ea: quę ab illis asserunt̃: pollues oẽm ecclesiã dñi. Hoc fecit infelix Valẽtin⁹ & Basilides: hoc fecit & Martion hæretici: furati sũt isti liguas aureas de Hiericho: & philosophorũ nobis nõ rectas in ecclesias ĩtroducere conati sunt sectas: & polluere oẽm eccle
H siã dñi. Sed nos ꝓcedẽs patrũ sequamur exẽplũ: discutiamus diligẽtius: ne qs abscõditã in tabernaculo suo habeat Hierichõtiam linguã: & abiiciam⁹ malum ex nobis ipsis: quia etiã si nos cessamus: arguet deus: ita vt ipse sponte cõfiteat̃ & dicat. Furatus sum linguã aureã: & dextralia pura. Vides cuiusmodi furat⁹ est furtũ? linguã furat̃: & dextralia pura. Pura autẽ dextralia sunt opa: in qbus diuinũ nihil miscet̃: sed totũ secũdũ hominem gerit̃. Deniq; & nostris in disputationib⁹ moris est dicere: qa Christũ nõ purũ hominẽ dicimus: sed deũ & hominẽ cõfitemur. Illud aũt qđ de Hiericho furat̃: purũ eẽ dicit̃: id ẽ sine deo: q̃ vtiq; furãti extitit causa peccati. Et ideo nos nihil purũ: & humanũ de Christo sentiam⁹. Sed deũ pariter: atq; hominẽ fateamur: qa & sapientia dei multiplex dicit̃: vti per hæc mereamur participiũ sumere sapientię dei: q est Christ⁹ Iesus dñs noster: Cui est gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

De iis: quæ in euersione Hay gesta sunt: & de ligno gemino. Et de rege eius: vel quomodo eã incẽdio dederit Iesus: vt nõ habitet̃ in æternum. Cap. VIII. Homilia Octaua.

Eprecamur vos o auditores sacrorũ voluminũ: nõ cũ tędio: vel fastidio ea: q̃ legunt̃: audire: pro eoq; minus delectabilis eorũ videt̃ esse narratio. Scire etenim debetis: digna qdẽ esse sancti spiritus eloquio: quę legunt̃. Sed ad explanãda ea indigemus gratia spũs sancti illa: quã dicit Apostolus. Alii aũt per spiritũ dat̃ sermo sapiẽtiæ: alii sermo sciẽtię: secundũ eũdẽ spiritũ. Ista igit̃ etiã nos in locis ꝑsentib⁹ indigem⁹: in qbus refert̃ q; Iesus successit Moseo: & ipse populum ducit. & adumbrat̃ in ꝑsenti lectiõe talis qdã historia Qui habitabãt Hay ciuitatẽ: primo qdẽ visi sunt vincere & vertere filios Israel: ꝓpter peccatũ: qđ admiserãt. Postea vero q̃ ablatũ ẽ malũ de medio ipsoꝝ: iubet̃ a deo dux populi Iesus in duas partes diuidere populũ: vt pars simulet fugã: pars aũt subsistat in insidiis: qb⁹ decipiat̃ Hay cũ ꝓceperit Iesus. Quibus ita dispositis: rex Hay vidẽs Iesum & filios Israel eminus: cõcitat̃ aduersum eos in prælĩu. Illis
K vero simulãtib⁹ fugã: isti acrius insectant̃: & velut spolia ducturi de hostibus: oẽs simul ex vrbe ꝓcedũt: ita vt (sicut scriptura dicit) relinqrẽt vacuã ciuitatẽ. Sed posteaq̃ in constitutũ ꝓgressi sunt locũ: conuersus Iesus signũ dedit: vt exurgerẽt q in insidiis erãt: & dorsa hostiũ cęderẽt: & ita illi nouissimi: & isti primi: medios hostes cõclusos iterimũt vniuer

sos. Et hoc modo victis iis: q habitabāt Hay: regē ipsorū suspēderūt in ligno gemino. His auditis verisimile ē auditores dicere: quo mihi hæc? quid mihi confert si cognoscā ꝙ victi sunt ii: qui habitabant Hay: quasi nō similia: aut etiā potētiora bella / vel gesta sunt / vel gerātur? Hæc fuit cura spirit⁹ sancti: vt relictis tot: & tātarū nobiliū excidiis vrbiū: prælium ciuitatis Hay inscriptū sacris voluminibus mādaretur. Temerariū fortasse sit qđ facim⁹ tā ardua: & tā difficilia scripturæ sanctę loca explanare conātes. Sed si nos orationibus vestris iuuetis: nō solū culpā effugiemus audaciæ: verū & deuotionē nostrā amplex⁹ pater verbi deus dabit verbū in adapertiōe oris nostri: quo & vos ædificemini: & nos nō indeuoti pareamus. Orantes ergo: & intētis animis audite. Primo ꝓpter peccata victi sumus: & ii: qui habitabāt Hay: q̄plurimos ex nobis interfecerūt. Hay interp̄tať chaos. Chaos autē locū: vel habitaculū esse nouimus cōtrariarū virtutū: quarum rex: & prīceps diabolus est. Aduersus hūc veniēs Iesus in duas partes diuidit populū: & alios qdē in primis statuit: alios in posteriorib⁹: qui ex insperato post terga veniāt inimicorū. Et vide si non prima ps populi illa de qua dicit. Nō veni nisi ad oues perditas dom⁹ israel: & de qua dicit Apostol⁹ Gratia aūt: & pax omni homini operāti bonū Iudæo primū: tūc etiā & græco: id est gentili posteriori. Iste ergo populus est qui in primis statuiť: & quasi fugiēs cū Iesu. Posterior vero populus est: qui ex gētibus congregatur: qꝗ ex insperato veniētes. Quis enim speraret gētes saluari? Acrius post tergū aduersarios cędūt: & sic vterq; populus mediā turmam dæmonū cōclusam sternit & vincit. Sed fortasse dicas mihi: Quomodo ergo quasi fugiēs ponitur populus prior? Valde consequēter. Fugere etenim visi sunt: qui sequuntur Iesum: a legalibus oneribus: & p̄ceptis: ab obseruatione sabbati: a circūcisione carnis: a iugulatiōe hostiarum. Sed iterum non fugit qui secut⁹ est Christū: perfectionē: & plenitudinē legis. Post omnia autē: etiā rex Hay in ligno gemino dicitur esse suspensus. Hoc in loco mysterium tegitur q̄plurimos latēs. Sed orātibus vobis tētabimus hęc nō nostris opinionibus: sed diuinę scripturę testimoniis aperire. In superiorib⁹ diximus regem Hay diabolo posse conferri. Hic quomodo in ligno gemino crucifix⁹ sit: operępretium est noscere. Crux dñi nostri Iesu Christi gemina fuit. Mir⁹ tibi sermo fortasse & nouus videť: ꝙ dico Crux gemina fuit: hoc est gemina ratione constat: & duplici. Quia visibiliter quidem filius dei in carne crucifixus est. Inuisibiliter vero in ea cruce diabolus cū principatibus suis: & potestatibus affix⁹ est cruci. Nō tibi hoc videbiť verū: si tibi horū testē produxero Apostolum Paulū? Audi ergo de iis quid ipse pronūtiat: Quod erat (inquit) contrariū nobis: tulit illud de medio: affigens cruci suæ: exuēs principatus & potestates traduxit: libere triumphās eas in ligno crucis. licet in aliis exēplaribus habeatur triūphans eas in semetipso: sed apud græcos habeť in ligno. Ergo duplex ratio dominicę crucis: Vna illa: qua dicit Apostolus Petrus: ꝙ Christus crucifixus nobis reliquit exēplū: & hęc secūda: qua crux illa trophæum diaboli fuit: in quo & crucifixus est: & triūphatus. Ideo deniq; & apostol⁹ Paulus dicebat: Mihi autē absit gloriari: nisi in cruce domini mei Iesu Christi: per quem mihi mūdus crucifixus est: & ego mūdo. Vides quia & hic Paulus duplicē crucis ꝓdidit rationē. Duo enim sibi contraria dicit esse crucifixa: se sanctū: & peccatorē mūdū. Ad illam formā sine dubio quā superi⁹ dixim⁹: Christi: & diaboli. Nos enim mūdo crucifigimur: tūc cū veniēs prīceps huius mūdi: in nobis nō inuenit quicq̄. Et nobis mūdus crucifigiť: cū peccati cōcupiscētias nō recipimus. Sed siquis forte est attētior auditorū: potest dicere: Forma qdē rerū gestarū videť eē cōueniēs. Sed adhuc illud me mouet: ꝙ diabolus / & exercit⁹ suus quātū ad historiæ figurā ostēdiť: interēptus est. Et quomodo videmus adhuc & diabolū: & cōtrarias potestates intantū valere aduersum seruos dei: vt etiā Apostolus Petrus cū ingēti cautela p̄moneat & dicat obseruandū esse: Quia aduersarius noster diabolus sicut leo rugiēs circuit quęrēs quē transuolet. Videam⁹ ergo si & in hoc dignū aliqd sancti spiritus eloquiis possimus inuenire. Aduentus Christi vnus qdē in humilitate cōpletus est: alius vero spať in gloria. Et hic prim⁹ aduēt⁹ in carne: mystico quodā sermōe in scripturis sanctis: vmbra eius appellať: sicut & Hieremias ꝓpheta denūtiat dicēs: Spiritus vult⁹ nostri Christus dñs: cui nos diximus: in vmbra eius viuimus in gētibus. Sed & Gabriel cum euāgelizaret Mariā: de natiuitate eius dicit: Virt⁹ altissimi obūbrabit tibi. Propter qđ intelligimus q̄plurima primo hoc aduētu eius adūbrari. Quorū adimpletio: atq; pfectio: in secūdo cōsumeť aduentu. Et apostol⁹ Paulus dicit: Quia resuscitauit nos cū eo: simulq; sedere fecit in cælestib⁹. Et vtiq; nōdū videm⁹ credētes: aut resuscitatos esse iā: aut in cæle-

stibus consedisse. Sed adumbrata sunt quidē hęc nūc per fidē: qa mente: & spe a terrenis: & mortuis opib⁹ eleuamur: & quotidie cor nostrū erigim⁹ ad cœlestia: & æterna. Implebit tn̄ hoc in secūdo eius aduētu: vt ea: quæ nūc fide: & spe p̄sumpsimus: tūc etiā rerū effectu: corporaliter teneam⁹. Ita ergo & de diabolo intelligendū est: ꝙ victus qdē: & crucifix⁹ est: sed iis: q cū Christo crucifixi sūt. oīb⁹ aūt credētibus: & vniuersis pariter populis tūc erit crucifixus: cū cōplebit illud: qđ dicit Apostolus: Quia sicut in Adā oēs moriunt: ita & in Christo oēs viuificabūt. Est ī hoc etiā resurrectionis futurę mysteriū. Nā & tūc diuidet populus in duas ptes: erūt & tunc qdā primi: & alii postremi: qcūqꝫ ad Iesum ī vrū cōspirauerit. Iā tūc vltra oīno nō erit diabol⁹: qa iā nō erit mors. Vis tibi etiam hæc de diuinis testimoniis cōprobemus? Audi Apostolū dicētē. Hoc. n. dicim⁹ vobis ī verbo dn̄i: qa nos: q viuimus: q reliq sum⁹: ī aduētu dn̄i nō p̄ueniemus eos: q dormierūt: qa ipse dn̄s in iussu: & in voce Archāgeli: & in tuba dei descēdet de cælo: & mortui qui in Christo sunt: resurgēt primi. Deinde nos q viuimus: qui reliqui sumus: simul rapiemur cū illis in nubib⁹: obuiā Christo in aera: & sic semp cū dn̄o erim⁹. De diabolo autē dicēs ait. Nouissimus inimicus destruet mors. Quia vere tūc vicet mors: cū mortale hoc absorbeat a vita. Sed videamus quę in posteriorib⁹ cōsequunt. Et incēdit (inquit) Iesus Hay: & effecta est vrbs: quę nō habitet inæternū. Vides qa hæc: quę cōsequuntur: magis ad mysterii: q̄ ad historię ptinēt veritatē. Non enim tā ille locus terræ inhabitabilis est inæternū: q̄ locus dæmonum: inhabitabilis erit tūc: cum iam nemo peccabit: neqꝫ regnabit in aliquo peccatū: cū diabolus: & angeli eius igni tradentur ęterno: domino nostro Iesu Christo sedente rege: & iudice: & dicēte iis: qui priores: & posteriores vicerūt: Venite benedicti patris mei: percipite regnū qđ vobis paratum est ab origine mūdi. Aliis autem dicet: Ite in ignem æternū: quem præparauit Deus diabolo: & angelis eius: donec omni animæ: quibus ipse nouit: remediis cōsulat: & omnis Israel saluus fiat. Sed & aliud mihi occurrit in loco consyderanti Iesum fugientem a facie exercitus Hay. Quid putas est: qđ Iesus fugiens designabat? Videamus ne forte sit aliquid: qđ fugiendo vincam⁹: & est aliqua perfecta virtus in fuga. Paulus nos Apostolus docet dicēs. Fugite fornicationē. Vides ergo esse quendam spiritum fornicationis: quem fugere debemus: quicūqꝫ caste: & pie in Christo: ac pudice volumus permanere. Ista ergo fuga est: quæ habet salutē: ista fuga virtutis est: ista fuga beatitudinē cōfert Et nō solū fornicationis spirit⁹ fugiēdus est: sed simili modo sicut dictū est: fugite fornicationē: audiamus dici ad nos fugite iram: fugite auaritiā: fugite inuidiā: & liuorē: fugite detractiones: & maleloquia: quæ tamē nescio siquis effugiat: nescio siquis euadat. Iste talis erat exercitus Hay: quē Iesus fugiendū docebat milites suos: & de iis fortasse mādat discipulis suis dicēs: Si vos persequūtur in hac ciuitate: fugite in aliam. Vult enim nos fugere ab huiusmodi hostibus. Vult nos lōge effici ab huiuscemodi malis: & si potuerimus interim euadere horū malorū fugienda contagia: tūc vidētes deuotionē: & propositū mentis nostræ sanctæ queqꝫ virtutes: illę fortasse de qbus dicit Apostolus: Nōne oēs sunt ministeriales spūs in ministeriū missi: ꝓpter eos qui hęreditatē capiunt salutis? Qui fortasse sint sancti angeli: q videntes nos insectationē dęmonū pati: insurgūt aduersus eos: qui nos insectant: & oēs eos post tergū cędētes interimūt. Iesus enim est cū iis: q insectationes patiūtur magis: q̄ cū illis: q persequūtur. Et merito: quia delectat esse Iesus cū iis: qui fugiūt superbiā: qui fugiūt dolū: & qui fugiūt mēdacium. Si ergo ita intelligamus ea: quę scripta sunt: digna fortasse videbit lectio stilo spirit⁹ sancti. Nā quid mihi ꝓdest: si sciā ꝙ in gemino ligno rex Hay suspēsus est? Si autē sciā duplicē esse virtutē crucis: in qua & Christ⁹ in carne suspēditur: & diabolus cū suo exercitu triūphat: ex intelligētia sacramēti ædificabitur aīa mea. Et vt magis fortasse adhuc excelsius amplitudinē mysterii dilatem⁹: in hoc ligno intelligit esse sciētia boni & mali: in quo & bon⁹ Christus: & diabolus malus pepēdit. Sed mal⁹ qdē vt interiret: bon⁹ vero vt viueret ex virtute. sicut & Apostol⁹ dicit de Christo: qa & si crucifix⁹ est ex infirmitate: sed viuit ex virtute dei. Immo nō solū vt viuat: sed vt viuificet: quia ipse est nouissim⁹ Adam in spiritu viuificāte. Sed hęc tropice dici intelligenda sunt. Christus enim ipse dicitur arbor vitę. Sed sicut in aliis ipse esse ostēdit & sacerdos: & hostia: & altare: & non ex altera intelligentia impedit altera: sed tropice de ipso in suis locis vnūquodqꝫ sentitur: ita etiā nūc in figuris sacramētoꝝ: nō impediet de vno: atqꝫ eodē sumpta diuersitas personarū. Sed videamus quid etiā in cōsequētibus scribit. Et percusserūt (inqt) eos in ore gladii: vsqꝫ quo non relinqueret ex eis: qui saluus fieret: neqꝫ qui

effugeret. Hæc cũ legũt Iudæi crudeles efficiũtur: & humanũ sanguinẽ sitiẽtes: putãtes quia & sancti ita percusserũt eos: q habitabãt Hay: vt nõ relinqueretur ab iis: qui salu⁹ fieret: neq; q effugeret: nõ intelligẽtes in iis ver bis adũbrari mysteria: & hoc nobis magis indicari: ꝙ ex iis: quorũ chaos est habitaculũ: & qui regnarũt in abysso dæmonibus: nullũ penitus relinquere debem⁹: sed oẽs interime re. Interimimus aũt dæmones: nõ ipsam eorꝝ substãtiã perimẽtes: sed quia opus eorꝝ ac stu diũ: hoc est: vt peccare hoĩes faciãt: & hæc est illorꝝ vita si nos peccemus: sine dubio interitus eorũ est si non peccemus. Interficiũt ergo habitatores Hay sancti quiq;: & perimunt: & nõ dimittũt ex eis vllũ: hi sine dubio: qui cũ omni diligentia seruãt suũ cor: ne de eo cogi tationes malę ꝓcedãt. Sed & qui obseruãt os suũ: vt oĩs sermo mal⁹ nõ ꝓcedat ex ore eorũ hoc est non relinquere vllũ q effugiat: cũ eos nec sermo effugit malus. Agite ergo & vos: præparem⁹ nos ad huiuscemodi ꝓlia: ꝓcutia mus Hay in ore gladii: & extinguam⁹ oẽs ha bitãtes chaos: oẽs cõtrarias virtutes. Vtinã & ego modo dũ loquor ad vos verbũ dei: cor peccatoris pulsare possim. Qđ si fecero: certũ est ꝙ gladio oris mei percutiã fornicationẽ: percutiã malitiã: reprimã furorẽ: & siqua alia sunt mala: in ore gladii: id est oris mei sermo ne restinguã: & nõ relinquã ex eis: qui saluus fiat: neq; qui effugiat. Si enim oẽs hos hostes nostros extinxerimus: tũc vere diẽ festũ celebrabim⁹ Deo: & deuictis aduersariis lęta solẽ nitate gaudebimus. Tale aliqd mihi videtur etiã a sancto Propheta in Psalmis designari: vbi dicit de se: Quia in matutinis interficiebã oẽs peccatores terræ: vt disperdã de ciuita te domini oẽs: qui operãtur iniquitatẽ. Siue enim ciuitas domini ecclesia dei viuẽtis acci pitur: eiiciunt doctores de ecclesia: & interfi ciunt eos: qui operãtur iniquitatẽ: cõtrarios dęmones: aduersariasq; virtutes: qui cogunt homines ad peccatum: docẽdo: instituẽdo: & occultata in diuinis literis ex locis talibus: in qualibus nũc sumus: mysteria referando: siue ciuitatẽ domini vniuscuiusq; nostrum animam intelligamus: quæ ædificatur a domino ex lapidib⁹ viuis: id est ex virtutib⁹ variis & diuersis. De ipsa quoq; ciuitate sanct⁹ quisq; & diligens eiicit peccatores: id est cogitationes pessimas: & cupiditates prauas in terficit in matutino. Iustus enim dicit: In ma tutinis meditabor in te: quia fuisti adiutor meus. Quod est istud matutinum: nisi domi nus noster Iesus Christus: qui est lux vera: & exoriens in cordibus nostris: atq; illuminans ignorantiæ nostræ tenebras: & huiuscemodi nobis mysteria reuelans: facit nos in lumine suo lumen videre? Siquãdo ergo legis in scri pturis sanctis iustorũ pugnas: cædes: ac strages interemptorũ: & quia sancti nulli penit⁹ hostiũ parcunt: quinimmo & si pepercerint: reputari eis in peccatũ: sicut reputatum est Sauli: q viuũ reseruauerat Agag regẽ Amalech. Hoc modo quo supra exposuim⁹: intelli ge bella iustorũ: quia hæc bella ab eis aduersum peccatũ gerũtur. Quomodo autẽ manebũt iusti: si vel parũ aliquid peccati in semetipsis reseruauerint? Et ideo dicitur de eis: qa nõ reliquerũt nec vnũ: qui saluus fieret: nec effugeret. Fortasse nõ mihi credes ꝙ aduersum peccatũ nobis iniungitur pugna: Paulo C
crede dicẽti: Nondũ vsq; ad sanguinem resti tistis aduersum peccatum. Vides tibi aduersum peccatũ pugnam proponi: & vsq; ad san guinis profusionẽ istud tibi prælium cõsummandũ? Aut non euidenter hæc indicat scriptura diuina: & in iis: in qbus moris est ei di cere: sanctificate bellum: & expugnabitis pugnã domini? Quid enim aliud est sanctificare bellum: nisi interemptis omnibus animæ nostræ hostibus: qui sunt vitia peccatorũ: & mortificatis mẽbris: quæ sunt super terram: atq; omnibus malis cupiditatibus amputatis: effici sanctũ corpore: & spiritu: & fortiter facientẽ venire ad cõspectũ Dei viuẽtis: & ꝓ palma victoriæ: virtutis merito coronari a Christo Iesu domino nostro: Cui est gloria: & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

De altari: quod ædificauit Iesus. Vbi scripsit in lapidibus altaris Deuterono mium. Et quomodo relegit Iesus Deuterono mium in auribus totius populi stãtis in Gari zin: & Gebal: Vbi cõuenerũt reges Amorreo rũ aduersum Iesum. Cap. VIII. &. IX.

Homilia Nona.

Osteaq̃ subuertit Iesus hay id est chaos: & oẽs habitato res eius exemit: oportebat eum dignũ aliquod tali: tãtaq; victoria excelso omniũ munus offerre. Quid ergo istđ ẽ: qđ agit post victoriã: D
videam⁹. Aedificauit (inqt) Iesus altare dño deo Israel in mõte Gebal: & fecit illud sicut ꝑ cepit Moyses famul⁹ domini filiis Israel. Scri ptũ est aũt in lege Mosei altare fieri ex lapidi bus integris: in quibus nõ est iniectũ ferrum.

Et posteaq̃ fecit altare Iesus: imposuit ibi holocausta dño: & imolauit sacrificiũ salutaris: & post sacrificium scripsit in lapidibus Iesus Deuteronomiũ: legẽ Moysi: & scripsit eã corã filiis israel: & omnes seniores israel: & iudices: & scribæ eorũ p̃cedebãt hinc & illinc arcam testamẽti domini. Videamus ergo quid in iis omnibus indicatur: & quid præsens le-
E ctio nobis ædificationis adquirat. Omnes: q in Iesum Christũ credimus: lapides viui esse dicimur: secũdum q̃ scriptura pronũtiat dicẽs. Vos autẽ estis lapides viui: ædificati domus spiritalis in sacerdotio sancto: vt offeratis spiritales hostias: acceptabiles deo per Iesum Christũ. Sicut aũt in istis terrenis lapidibus obseruari nouimus: vt hi quidẽ lapides q validiores sunt & potẽtiores: primi in fundamẽta iaciantur: vt ipsis credi: & superponi possit totius ædificii pondus. Alii vero: qui sequẽtes sunt: id est paulo illis inferiores: proximi illis: qui in fundamẽto sunt: ordinẽtur. Qui vero plus inferiores sunt: paulo supius a fundamentis. Tum deinde in cõparatione lapidũ q infirmiores sunt: in superioribus: & prope ipsa iã tecti fastigia collocent̃. Ita nunc intellige etiã de lapidibus viuis: esse aliquos
F in fundamẽtis huius spiritalis ædificii. Qui aũt sunt isti: q in fundamẽtis collocant̃? Apostoli & p̃phetæ. Sic em̃ dicit Paul⁹: hæc ipsa docẽs. Aedificati (inquit) supra fundamẽtũ Apostolorũ: & Prophetarũ: ipso angulari lapide in Christo Iesu domino nostro. Vt autẽ promptiorẽ te p̃pares o auditor ad hui⁹ ędificii cõstructionẽ: vt lapis aliquis inueniaris vicinior fundamẽto: disce quia & ipse Christus huius qđ nũc descripsim⁹ ędificii fundamentum est. Sic enim dicit Apostolus. Fũdamẽtum enim aliud nemo potest ponere: p̃ter id: qđ positũ est: qui est Christus Iesus. Beati ergo: qui supra illud tã nobile fundamẽtum ædificia religiosa: & sancta cõstruxerint. Sed in hoc ædificio ecclesię oportet esse & altare. Vnde ego arbitror: q̃ quicũq̃ ex vobis lapidibus viuis apti sunt in hoc: & prõpti: vt orationibus vacent: & vt die: noctuq̃ obsecrationes offerãt deo: & supplicationũ victimas immolent: ipsi sunt: ex quibus Iesus ædificat altare. Sed intuere quid laudis ipsis lapidibus altaris adscribit̃. Sicut dixit (inq̃t) legislator
G Moses ædificari altare ex lapidibus integris: quibus ferrũ nõ est iniectũ. Qui putas sunt isti integri lapides? Nouit vniuscuiusq̃ conscientia qs sit integer: qui sit incorruptus: impollutus: immaculat⁹ in carne: & in spiritu. Quis sit ille: cui ferrũ iniectũ non est: id est q iacula maligni ignita concupiscẽtiæ nõ recepit: sed scuto ea fidei extinxit: & repulit. Vel quis est ille: qui ferrũ pugnę: ferrũ belli: ferrũ litium nunq̃ recepit: sed semp pacificus fuit: semper quietus: & mitis: & Christi humilitati conformatus. Isti sunt ergo lapides viui: ex quibus Iesus dñs noster altare cõstruxit ex lapidibus integris: quibus ferrũ nõ est iniectũ: vt offerat super eos holocausta: & sacrificiũ salutis. Ego puto q̃ forte isti tales lapides in H
tegri: & incõtaminati: sancti apostoli esse possint: omnes simul altare vnũ facientes p̃pter vnanimitatẽ: atq̃ cõcordiã. Sic enim referuntur: omnes simul vnanimiter orãtes: & apientes os suũ dixisse: Tu dñe: q corda omniũ nosti. Isti ergo: qui poterãt vnanimes: vna voce: atq̃ vno spiritu orare: ipsi fortasse digni sunt qui debeãt om̃es simul vnũ altare cõstruere super qđ Iesus sacrificiũ offerat patri. Tamen & nos tentemus dare operã: vt eadẽ dicamus omnes vnanimiter vnũ sentiẽtes. Nihil p̃ cõtentionẽ: neq̃ per inanem gloriã gerẽtes: sed in vno sensu: atq̃ in eadẽ sentẽtia permanentes: si forte possimus etiã nos apti effici lapides ad altare. Non. n. deserit nos Iesus dominus noster: sed q̃uis nos vacãtes orationi qđ oremus secũdum q̃ oportet: nesciamus: ipse tamen spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. domin⁹ aũt spiritus est. Si ergo orationes nostras spiritus adiuuet & offerat eas patri omniũ deo gemitibus: quibus nos explicare non possumus: certum est: quia & altaris cõstructionẽ sollicite requirat a nobis. Sed nõdũ plenus altaris ornatus est etiã si ex integris lapidib⁹ cõstruatur: etiã si ferrũ eis: & iaculum maligni non inueniatur iniectũ: sed adhuc deest aliqđ: & adhuc ẽ: qđ iis oĩb⁹ adiiciat Iesus. Quid illud est? Scripsit I
(inq̃t) Iesus sup lapides altaris Deuteronomiũ legẽ Mosei: & scripsit eã in cõspectu filiorũ israel. Scripserit quomodo potuerit tũc filius Naue sup lapides altaris legẽ describere & prout valuit: adumbrauerit typos: nos interim videamus quomodo noster Iesus in lapidib⁹ viuis: & integris scripsit Deuteronomiũ: qđ quasi secunda legislatio dicit̃. Si ergo vis videre quomodo prima lege infirmata secũdã legẽ scribat Iesus: audi eũ in euangeliis dicẽtẽ: Dictũ est antiquis: nõ occides. Ego autem dico vobis: Quia oĩs: qui irascitur fratri suo: homicida est. Et iterũ: Dictũ est ãtiquis nõ mœchaberis. Ego autẽ dico vobis: Siqs aspexerit mulierẽ ad cõcupiscẽdũ eã: iam mœchatus est eã in corde suo. Et dictum est antiquis: non periurabis. Ego autem dico vobis:

Nolite iurare oĩno. Vides Deuteronomium: qđ scripsit Iesus in lapidib⁹ viuis: & integris: non in tabulis lapideis: sed in tabulis cordis carnalibus: nõ atramẽto: sed spiritu dei viui? Si aũt vis euidẽtius noscere in qbus cordib⁹ Iesus scripserit legẽ: & ĩ qb⁹ nõ scripserit: etiã hoc tibi ex scripturaꝝ auctoritate patefaciã: vt cõsolationem capias tu: q ex gẽtibus vocatus es: nec verearis eorũ iactantiã: qui legem Mosei tabulis: vel chartulis scriptã se accepisse gloriãtur. Audi ergo in quorũ cordib⁹ dñs Iesus ĩscripserit legẽ. Paulus dicit. Cũ em̃ gẽtes: quæ legẽ nõ habẽt: naturaliter, quæ legis sunt: faciũt: huiusmodi nõ habentes legẽ: ipsi sibi sunt lex. Qui ostẽdunt opus legis scriptũ in cordibus suis: testimoniũ reddẽte eis conscientia. Si ergo videas gẽtes ad Iesum venire: & credere ei: & opus legis implere: qđ illi: qui legẽ acceperãt: implere nõ possunt: non dubites de eis dicere: qa Iesus in istis lapidibus integris Deuteronomiũ scripsit. Mouet me sane: qđ addidit ĩ cõsequẽtib⁹ scriptura. Et scripsit (inqt) Iesus sup lapides Deuteronomiũ corã filiis Israel. Quomodo potuerit tam magnũ librum: vel adsistẽtibus: & permanẽtibus ibi filiis Israel describere: ita vt nõ discederẽt vsq; quo scriptura tot versuũ finiretur? Vel etiam quomodo potuerint lapides altaris ferre tam magni libri cõtinẽtiam? Dicant mihi isti adsertores literę Iudęi: qui spiritum legis ignorãt: quomodo in hoc historię veritas demõstrat? Sed apud illos vsq; in hodiernũ diẽ cũ legitur Moses: velamen est positum super cor eoꝝ. Nobis vero cõuersis ad dñm Iesum: aufert velamen. Quia vbi spiritus dñi: ibi libertas intelligẽtiæ. Noster ergo Iesus dñs nõ indiget multo tempore: vt Deuteronomium scribat: vt secundã legem in cordibus credentiũ figat: atq; in eorũ mẽtibus: qui ad altaris cõstructionẽ digni sunt eligi: legẽ spiritus signet. Statim nãq; vt qs crediderit Iesu Christo: & lex euãgelii in eius corde descripta est: & in cõspectu filiorũ Israel descripta. Aderãt enim tũc cũ tibi sacramẽtũ fidei tradebat cælestes virtutes: ministeria angelorũ: ecclesia primitiuorũ. Si.n. recte intelligamus Israelẽ dici mẽtẽ deũ videntẽ: rectissime hoc de ministris angelis magis dicitur: secũdũ domini sentẽtiã dicentis de infantibus: q; & tu fuisti infans in baptismo: Quia angeli eorũ semper vident faciẽ patris mei: qui in cælis est. Corã istis igitur filiis Israel: qui aderãt illo in tẽpore: cũ tibi fidei sacramẽta tradebantur: vidẽtibus faciẽ dei: Iesus in corde tuo Deuteronomiũ scripsit. Vis tibi adhuc euidentius hæc de scripturis sanctis pbemus: quia corã filiis Israel legẽ secundam scribat Iesus? Apostolus ad Hebræos manifeste designat dicens. Non enim accessistis ad sonũ tubæ: & ad mõtem ardẽtem: sed accessistis ad montẽ Sion: & ciuitatem dei viuẽtis Hierusalem cælestem: & ecclesiam primitiuorũ adscriptam in cælis: & multitudinẽ angelorũ collaudãtium deũ. Vides ergo: quia corã iis omnibus: qui ex eo: q; semper deũ vident: & merito filii Israel appellãtur: Iesus legẽ suam in cordibus credentiũ scribit. Sed & nũc per hæc: quę loquimur: Iesus Deuteronomiũ scribit in eorũ cordib⁹ qui integra fide: & toto animo: quæ dicũtur: accipiunt. Qui integro auditu: atq; integro corde: & nõ corrupto sensu: ac reprobo circa fidẽ: audiũt: & retinẽt: quę dicũtur. Quia necesse est Deuteronomiũ in integris lapidib⁹ scribi. Post hęc dicit. Et omnis (inquit) Israel & presbyteri / & iudices / & scribę pręcedebãt hinc & illinc arcã testamenti dñi. Arca testamẽti dñi ẽ: in qua tabulę legis manu dei scriptæ seruantur. Et circa hãc arcam testamẽti omnis: qui vere Israel est: incedit: & nõ est lõge ab ea. Leuitę ergo: & sacerdotes etiã in humeris suis eã portant. Etenim quicũq; sacerdotali religione: & sanctitate viuũt: non solũ ii: qui sedere vidẽtur in consessu sacerdotali: sed ii magis: qui sacerdotaliter agunt: quorũ pars est dñs: nec vlla eis portio habet in terris: ipsi sunt vere sacerdotes / & leuitæ dñi: q in humeris suis legem dei portant: agẽdo videlicet: & implendo per opus ea: quæ scripta sunt in lege. Sed & pselitus (inqt) & ĩdigena simul: & erũt dimidii iuxta mõtẽ Garizin: & dimidii iuxta montẽ Gebal. Quomodo etiã ista explicabimus? Vere adiutorio dei opus est: vt possim⁹ verbis nostris verba diuina disserere: & explanare q sunt dimidii: q incedebãt iuxta mõtẽ Garizĩ: & q sunt dimidii: q licet & ipi saluent: nõ tñ potuerũt iuxta mõtẽ Garizin ĩcedere: sed incedũt iuxta mõtẽ Gebal. Mons Garizin benedictiones habet: Mõs autẽ Gebal maledictiones: quæ peccatoribus imminẽt. Statuerũt etenim (sicut scriptũ est in Deuteronomio) sex tribus ad benedicẽdũ in mõte Garizin: & ipsas tribus: quæ nobiliores sunt: & eximiæ: id est Symeõ / Leui / Iuda / Isachar / Ioseph / & Beniamin. Alias vero sex ignobiliores ad maledicendum. In quibus & Ruben: qui ascendit cubile patris: & thorum maculauit paternum: & Zabulõ: qui est vltimus filius. Hæc quidem veterum historię referunt gesta: sed quomodo nos hanc historiæ narrationẽ ad mysticam intelligentiam refe

remus:vt ostendamus qui sunt isti:qui ince=
dūt iuxta mōtē Garizin:& q sint isti:qui in=
F cedunt iuxta montem Gebal? Ego sic video
duas esse species eorū:qui per fidem festināt:
& properāt ad salutē. Vnā eorū:q promissio
nū cœlestiū cupiditate succensi:summo stu=
dio:diligētiaq; nitūtur:ne vna saltē minima
eos beatitudo prętereat:habentes desyderiū
nō solū benedictionis capiēdę:& effici in par
te sortis sanctoꝝ:sed etiā adsistere ī cōspectu
dei:& semper esse cū domino. Alii vero sunt:
qui & ipsi tendūt ad salutē:sed non tā amore
benedictionū:vel ꝓmissiouū ipsorum:q̄ hoc
magis habētes in prospectu:& dicentes:suffi
cit mihi non ire in gehennā:sufficit mihi nō
mitti in ignē æternū:sufficit nō expelli in te
nebras exteriores. Cū ergo in singulis qbusq;
fideliū talis sit ꝓpositi varietas:hoc mihi
designari videtur in hoc loco:ꝙ dimidii illi
qui iuxta mōtē Garizin incedūt illū:qui ad
benedictiones elect⁹ est:istos singulariter in=
dicēt:qui nō metu pœnæ:sed benedictionū:
& repromissionū desiderio veniūt ad salutē.
G Illi vero dimidii:qui iuxta mōtē Gebal ince=
dūt:in quo maledictiones prolatæ sunt:istos
alios indicēt:qui malorū metu:& suppliciorꝝ
timore complentes:quæ in lege scripta sunt:
ꝑueniūt ad salutē. Hic iā dei solius est nosse
ex oībus nobis filiis israel qs est:q boni ipsius
desyderio succēsus facit:qđ bonū est:qui ve=
ro nostrū metu gehennæ:& æterni ignis ter
rore tendit ad bonū:& studet:ac festinat im=
plere:quæ scripta sunt. Certū est enim nobi=
liores esse illos:qui boni ipsi⁹ desyderio:& be
nedictionū amore qđ bonū est:agunt:q̄ illos:
qui pro mali metu bonū sectant. Solus ergo
Iesus est:qui potest ex omni populo huiusce=
modi mētes animosq; discernere:& alios qdē
statuere in montē Garizin ad benedictiones:
alios vero statuere in montē Gebal ad male=
dictiones:nō vt maledictiones accipiant:sed
vt intuētes pręscriptas maledictiones:& pœ
nas peccatorib⁹ cōstitutas incurrere caueant
H eas. Post hæc refertur quia legit Iesus omnia
verba legis:id est benedictiōes:& maledictio
nes:secundum omnia quæ scripta sunt in li=
bro legis:nec fuit vllū verbū ex omnib⁹ quæ
mādauit Moyses qđ non legerit Iesus coram
omni ecclesia filiorū Israel. Facilis quidē est
explanatio historiæ quomodo filius Naue le
gerit omnia verba:quæ scripsit Moyses corā
omni ecclesia filiorꝝ Israel. Noster vero domi
nus Iesus quomodo hoc populo suo faciat:
ostēdere nō mihi videt otiosum. Et ego qdē
arbitror ꝙ si quādo nobis legitur Moyses:&
per gratiā domini velamen literę amouetur:
& incipim⁹ intelligere:quia lex spiritalis est
& quia(verbi causa)dicēs lex:nō infrenabis
os boui trituranti:non de bobus hæc:sed de
Apostolis dixerit:& rursum cū in lege dicit:
quia Abraham duos filios habuit:vnū de an
cilla:& vnū de libera:ego in iis intelligo esse
duo testamēta:& duos populos. Istam nobis
legem quæ sic intelligitur(quā spiritalē no=
minat Paulus)Iesus dn̄s legit:& ipse est:qui
hęc in auribus totius populi recitat:ꝑcipiēs
nobis ne sequamur occidētē literā:sed tenea
m⁹ spiritū viuificātē. Legit ergo nobis Iesus I
legē:cū nobis legis reuelat arcana. Nō enim
nos:qui de ecclesia catholica sumus:sperni=
mus legē Mosei:sed suscipimus eā. Si tamen
Iesus eā nobis legerit. Sic enim recte poteri=
mus intelligere legē si eam nobis legat Iesus:
vt ipso legēte nos sensum eius:& intelligētiā
capiamus. Aut nō est putandū ꝙ inde conce
perat sensum ille:qui dicebat:Nos autē sen=
sum Christi habemus:vt sciamus quæ a deo
donata sunt nobis quæ & loquimur. Et illi q
dicebant:nōne ardēs erat in nobis cor nostrū
cū nobis aperiret scripturas in via? Quando
incipiēs a lege Moysi vsq; ad prophetas legit
eis oīa:& reuelauit quæ de ipso scripta sunt.
Mira tamē figura sermonis ostēditur in iis:q̄
scripta sunt:cū dicit:nō erat sermo ex oīb⁹:
quæ mandauit Moyses:quē nō legerit Iesus
in auribus totius ecclesiæ Israel. Et primo le
gisse in auribus:videam⁹ quid dicit. Vereor
ne forte aliquos auditorū sermo noster offen
dat. Sed tamē dicendum est:quod scriptum K
docemus:quia si sermo hic arguit nos:ꝙ non
omnes:qui audimus legē:de ecclesia sum⁹ fi=
liorū israel:sed nō cōtinuo si est aliqua diffe=
rentia inter auditores legis:& ecclesiā filiorū
Israel:auditor excluditur a salute. Attendite
ergo diligētius verbis scripturæ dicētis:non
erat vllum verbū ex omnibus:quæ mādauit
Moyses:quod nō legerit Iesus in auribus to=
tius ecclesię filiorꝝ Israel. Et addidit:etiā mu
lieribus:& infantibus:& proselitis. Nouit:do
min⁹ noster Iesus esse alias aures pręter istas
carnales:quas ad audientiā verborū suorꝝ:&
ad audiētiā legis reqrit. Vnde & in euāgelio
posteaq̄ de singulis:quæ oportebat:edocuit:
addit & dicit:Qui habet aures audiendi au
diat. Qđ vtiq; si de auribus dixisset carnali=
bus:superfluū videretur. Nemo enim nō ha=
bēs aures ad verba eius audiēda cōuenerat.
Sed quoniā sciebat in auribus interioris ho=
minis:id est intellectu cordis recipi debere q̄
dicta sunt:quia nihil ꝓdest audire sermonē si

nõ retineatur: & seruetur in corde: idcirco au res ab auditoribus exposcebat. Hoc ergo etiã nunc vel cum scripturæ in ecclesia leguntur: vel cum sermo explanationis profertur ad populum: scripturæ auctoritatem sequentes dicimus: videte ne legantur quidem ab Iesu verba legis: sed q̃plurimis non legantur: quia Iesus illis legit legẽ: qui aures habuerint audiendi. Sed & q̃ adiunxit ad ecclesiam domini etiã mulieres: & infantes: & proselitos: si quidem separatim intelligamus mulieres: & infantes: & proselitos: & eos velut sequelam quandam esse sentiamus ecclesiæ: quoniam in domo magna non sunt tantummodo vasa aurea: & argentea: sed & lignea: & fictilia: dicimus viris quidem fortibus fortem traditum cibum: illis videlicet: de quibus Apostolus dicit: Perfectorum autem est solidus cibus: ex quibus ipse sibi præparat ecclesiam non habentem maculã: aut rugam: aut aliquid horum: eos vero: quos in mulierum: vel infantum vel proselitorum appellatione secernit: intelligim⁹ illos esse: qui adhuc lacte indigent: aut etiam velut infirmi: vt sunt mulieres: holeribus vescũtur. Si vero simul oĩs accipiatur ecclesia: viri qdẽ intelligũtur illi: qui in omnibus perfecti stare norunt armati aduersus astutias diaboli: mulieres vero illi: qui nondum ex semetipsis quæ vtilia sunt: gerunt: sed imitando meliores: & eorum exempla sectando: Ex quibus & caput habere dicuntur. Caput enim mulieris vir. Infantes vero erunt: qui fide nuper suscepta lacte euangelico nutriuntur. Proseliti autem catecumini videbuntur: vel ii: qui iam sociari fidelibus studẽt. De quibus singulis similia etiam Ioannes sentiens in epistola sua scribit: & singulis quibusq̃ ætatibus propria quæq̃ gesta decernit. Verumtamen Iesu nobis recitante legem: & reuelante cordibus nostris intelligentiam spiritalem: neq̃ ꝓseliti: id est catecumini: diutius catecumini maneatis: sed festinate ad percipiendam gratiam dei: vt & vos in ecclesia filiorum Israel annumeremini: & vos infantes nolite pueri effici sensibus: sed malitia paruuli estote sensibus autem estote perfecti: sicut & Apostolus ad Hebræos dicit: relinquentes principiorum Christi sermonem ad perfectionem feramur. Sed & vos: qui sub mulierum appellatione infirmi: & remissi: & languidi estis: commonemini vt remissas manus: & dissoluta ingenia erigatis: id est negligentes: & desides animos suscitetis: & virilem cõstantiam in explendis præceptis legalibus: & euangelicis assumatis: atq̃ ad virorum fortium perfectionem celeriter properetis. Non enim nouit scriptura diuina secundum sexum separationem virorum: ac mulierum facere. Et enim apud deum sexus nulla discretio est: sed pro animi diuersitate: vel vir: vel mulier designatur. Quãtæ ex mulierum sexu apud deum in viris fortib⁹ numerantur: & quanti ex viris inter remissas: & languidas mulieres reputantur? An non tibi videtur inter mulieres existimandus ille vir: qui dicit non possum obseruare quæ scripta sunt: vendere quæ habeo: & dare pauperibus? non possum percutienti maxillam prębere alteram: non possum maledicentem benedicere non possum blasphematus deprecari: non possum persecutionem pati: & sustinere non possum cætera similia quæ mandãtur? Qui dicit implere nõ possum: quid tibi videtur aliud: q̃ inter mulieres: quæ nihil virile possunt: esse numerãdus? Sed videamus quid post hæc scriptum est. Et audierunt (inquit) omnes reges Amorreorum: & qui trans Iordanem: et qui in montanis: et qui in campis: et qui sup ora maris magni: et qui erant in antelibano: et Cethei & Amorrei: et Chananei: et Pherezei: et Euei: et Gergesei: et Hiebusei: et cõuenerũt in vnũ: vt expugnarẽt Iesũ: & Israel simul. Historia rerum gestarum manifesta est: nec explanatione indiget quod euidenter expletum est. Ex iis tamen quæ gesta sunt visibilibus: nostri domini Iesu Saluatoris bella: ac triumphos: quos egerit: contemplemur: q̃uis etiam in ipso hæc visibiliter cernamus expleta. Conuenerunt enim reges terræ: Senatus: populusq̃: et principes Romani vt expugnarent nomen Iesu: et Israel simul. Decreuerunt enim legibus suis: vt non sint Christiani. Omnis ciuitas: omnis ordo Christianorũ nomen impugnat. Sed sicut tũc omnes illi reges conuenientes contra Iesum nihil facere potuerunt: ita vel principes: vel potestates istę contrariæ: vt non Christianorum genus latius ac profusius propagetur: obtinere non valebunt. Scriptum namq̃ est: quia quãto magis eos humiliabant: tanto magis plures fiebant et inualescebant valde. Confidimus autem: quia non solũ nõ nos potuerunt obtinere visibiles inimici: et aduersarii nostri: verum etiam visibiliter Iesu domino nostro vincente: conteretur Sathanas sub pedibus seruorum eius. Illo etenim duce semper vincent milites sui: ita vt nos dicamus sicut in Esdra scriptum est. Quia a te domine est victoria: et ego seruus tuus: benedictus es deus veritatis. Quem semper et nos inuocemus: vt det nobis victoriam in Christo Iesu domino nostro: cui est gloria: et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

D

De dolo Gabaonitarum: vbi dicunt: audiuimus quāta fecit dominus vobiscum per mare rubrum. Cap. IX. Homilia decima.

E N domo patris mei mansiones multæ sunt: dicit verbū dei. Sed & resurrectio mortuorū nō habebit æqualē resurgentiū gloriā: sed alia caro volucrū: alia pisciū: & corpora cœlestia: & corpora terrestria. Sed alia quidē cœlestiū gloria: alia vero terrestriū. Alia gloria Solis: alia gl'ia Lunæ: alia gloria stellarū. Stella ab stella differt in gloria: ita & resurrectio mortuorū. Multæ ergo eorū: qui ad salutē veniūt: differentiæ designātur. Vnde & nos Gabaonitas istos: quorū historia recitanda est: arbitror portiūculā quandā esse eorū: qui saluandi sunt: ita tamen vt nō absq; alicuius notæ inustione saluētur. Vides nāq; quomodo ligni cæsores: vel aquæ gestatores fieri cōdemnantur: ad obsequiū populi: & altaris dei ministerium: quoniā quidē cū dolo: & calliditate accesserūt ad filios Israel: pannis: calceamentisq; veteribus induti: & cibum vetusti panis ferentes. Isti ergo veniunt ad Iesum cum omnibus vetustatibus suis: & orant ab eo hoc tantū vt saluentur. In quorū figura
F tale mihi aliquid videtur ostendi. Sunt quidā in ecclesia credentes quidē: & habentes fidem in deum: & adquiescentes in omnibus diuinis præceptis: quiq; etiā erga seruos dei religiosi sunt: & seruire eis cupiunt: sed & ad ornatum ecclesiæ: vel ministeriū satis prompti: paratiq; sunt. In actibus vero suis: & conuersatione ppria: obscœnitatibus & vitiis inuoluti: nec oīno deponentes veterem hominem cum actib9 suis: sed inuoluti vetustis vitiis: & obscœnitatibus suis: sicut & isti pannis: & calceamentis veteribus obtecti: præter hoc q; in deū credūt & erga seruos dei: vel ecclesiæ cultum videntur esse deuoti: nihil adhibēt emēdationis: vel innouationis in mores. Istis ergo Iesus dn̄s noster salutem quidem cōcedit: sed quodāmodo salus ipsa eorum notā non euadit infamiæ. Si
G milis quoq; etiam in libello: qui appellatur pastoris: de iis figura describitur. Ait enim: quia est arbor quædā: quæ vlmus appellatur: quæ fructum non affert: portat tamen vitem: quæ affert plurimum fructum: & ex eo: q; adminiculo est viti: quæ eius viribus nitens: vel afferre: vel seruare potest plurimū fructū: etiam vlmus: quæ infructuosa est: necessaria videtur & vtilis: ex hoc ipso q; frugiferæ deseruiat viti. Tale aliquid intellige etiam in Gabaonitis: qui nō deposuerunt quidem veterem hominē cum actibus suis: ministrant tamen sanctis & seruiunt: & aliquid vtilitatis impēdūt: & tali quodam ordine ab Iesu salutem cū iuramenti interpositione suscipiunt. Ego nolebam in Gabaonitarum ordine consequi: nec in ligni cæsoribus: vel aquæ gestatoribus numerari: sed inter Israelitas cuperem hæreditatem terræ repromissionis accipere. Obseruandum sane est: q; solent hæretici legentes hunc locum H
calūniam facere: ii qui testamentum vetus nō recipiunt: & dicunt. Vide quomodo nihil humanitatis habuit Iesus filius Naue: vt hominibus: qui ad se supplices venerant salutē concedens: notam eis infamiæ: & iugum seruitutis infligeret. Hæc si anima audiat minus instructa in scripturis diuinis: infirmari continuo & periclitari potest: ita vt refugiat catholicā fidē. Nō enim intelligunt eorū subreptiones. Iesus enim secundū mēsurā fidei ipsorum cōpetens erga eos iudiciū tenuit. Porro autē Raab meretrix: quæ fide integra credidit cum omni domo sua: & exploratores Israeliticos plenissima deuotione suscepit: ex integro in consortium populi: societatemq; suscepta est: & scriptum est de ea: quia apposita est ad filios Israel vsq; in hodiernum diem. Isti vero: qui nō tam Israeliticæ gentis consortia dilexerunt: q̄ suæ perditionis metu perterriti: cum calliditate & fraude accesserunt ad Iesum: quomodo poterant libertatem vitæ: & regni consortium dolis seruilibus promereri? Deniq; I vis nosse: quia digna erga eos ab Iesu mentis eorum ignobilitate conditio dispensata est? Ipsi dicunt: quia audiuimus quanta fecit dominus vobis per mare rubrum: & in deserto. Et cum hæc dicerēt: & audisse se: & scire de diuinis mirabilibus faterentur: nihil tamen fide dignū: nihil tātarum virtutum admiratione gesserunt. Et ideo videns Iesus angustum eorum: exiguumq; in fide propositū: moderationem erga eos iustissimā seruat: vt salutē mererentur: qui parum licet fidei detulerant: nec tamen summā regni: vel libertatis acciperent: pro eo: q; fides eorum nullo operum nobilitaretur accessu: quoniam fidem sine operibus mortuā haberi pronūtiat apostolus Iacobus.
Verūtamen sciendū est quātū ex huiuscemodi figurarum adumbrationibus edocemur: q; K si qui tales sunt in nobis: quorum fides hoc tātū modo habet: vt ad ecclesiā veniant: & inclinent caput suū sacerdotibus: officia exhibeāt: seruos dei honorent: ad ornatū quoq; altaris: vel ecclesiæ aliquid conferant: nō tamē adhibent studium: vt etiam mores suos excolant:

actus emendēt: vitia deponant: castitatem colant: iracundiā mitigent: auaritiā reprimant: rapacitatem refrenent: maleloquia: & stultiloquia: vel scurrilitatem: & obtrectationū venena ex ore suo non adimāt: sciant sibi qui tales sunt: qui emendare se nolūt: sed in iis vsq; in senectutē vltimā perseuerant: partem: fortēq; ab Iesu domino cū Gabaonitis esse tribuēdā. Sed potius deprecamur vos fratres: verbi Dei legatione fungētes: vt dum potestatem adhuc habemus emendandi: demus operā: & festinem⁹ abiicientes antiquas sordes: & pannos veteres vitiorū: cōiungi: ac sociari Israeliticę libertati. Vis aūt videre Israelitarū quanta libertas sit? In lege præcipitur ne liceat Hebræum puerū si forte in seruitutem deuenerit: amplius q̄ sex annis seruire: septimo vero anno dimitti eum lex liberū iubet. Tanta apud eos libertatis est cura. Quæ vtiq; si ad spiritalē intelligentiā reuocemus: etiam si Hebræus puer es tu: q in seruitium decidisti: puer em̄ est: qui facilitate animi in seruitium decidit. Quale seruitiū? Scriptura dicit: Qui autem peccat: seruus est peccati. In hoc seruitiū: nō virilis: & perfectus animus decidit: sed puerilis: & facilis. Igitur etiā si Hebræus puer es: id est fidelis: etiam & baptisma in ecclesia cōsecutus: & post hoc in peccati seruitium decidisti: sufficiat tibi sex annis seruitus: in septimo anno obserua ne seruias: sed festina ad libertatem tuā. Septenarius numerus legem significat mandatorum. Senari⁹ vero numerus: mundi huius tenet figuram. Donec ergo quæ huius mundi sunt: sapis: etiā iis exerceri secundū carnē cogitas: necesse est te seruire peccato. Cum vero ad septenariū numerū: id est ad legis scientiā veneris: tūc require libertatē tuā: & redi ad nobilitatē paternā ne si permanseris in malis tuis: & perseueraueris in peccatis: defixa in aure nota: velut q cōmonētis te dei: & ad libertatē pristinam reuocantis verba non audias: eris peccati seruus in æternum. Tum deinde require abs te si libēter velis ex patrefamilias: & nobili viro in hoc mundo seruus effici: abnuis sine dubio: quippe cū etiā ex cōditione seruili videamus q̄plurimos ad libertatē festinare: & inquantū possunt cupere etiam diuites fieri: & honoribus vndecunq; quæsitis vilitatem genuinæ ignobilitatis obtegere. Si ergo in hac vita nemo esse vult seruus: sed quantū fieri potest & liber esse: & diues: & nobilis cupit: vt non solum sibi sufficiat: sed & aliis largiat: in illis æternis rebus: ac nullo fine mutandis indifferenter tolerabimus seruitutem: & parum nobis videtur si in ligni cæsoribus: & aquæ gestatoribus deputemur? Propterea ergo dum dies est: operemur qđ bonū est: & emendationi nostræ operā demus: vt ex actibus: & conuersatione nostra: ac moribus nobilitari mereamur: & digni efficiamur spiritum accipere adoptionis: vt inter Dei potius filios habeamur: per vnicum: & verum filium eius Iesum Christum dominum nostrum: Cui est gloria: & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

De auxiliis Iesu: quibus iuuit Gabaonitas. Cap. IX. Homilia Vndecima.



I qui sociauerint se ad filios Israel: omnes qui prius amici erāt: post amicitias: & familiaritatē filiorū Israel: inimici fiunt. Gabaonitas: qui a filiis Israel fœdus pacis acceperāt: Iebuseus rex Hierusalē inuitatis secū aliis quatuor regib⁹: aggredit expugnare. Sed Gabaonitę vidētes quinq; reges aduersum se ī pliū cōspirasse: nequaq̄ propriis viribus: copiisq; cōfidūt: sed mittunt ad Iesum auxilia postulantes. At ille diuino permissu adest Gabaonitis: laturus auxiliū. Hic autē mirabilia cœlitus ostendūtur. Dominus desuper saxa grandinis pluit: & quinq; regum qui aduersum Iesum pugnabāt exercitum vastat. Tūc vero Iesus videns diuinā secū dexteram prælianti: & prosperis successibus cuncta procedere: nouā quandā & mirā orationē extollit ad cœlū dicens. Stet Sol super Gabaon: & Luna super valle Elom: donec expugnē populū istū. Et stetit Sol & Luna in loco suo: donec peruinceret dominus inimicos eorum. Et stetit sol in medio cœlo: & nō est progressus ad occasum: in finem vnius dei. Non fuit dies talis ante hoc: nec ita exaudiuit deus hominem quia dominus pugnabat pro Israel. Et fugerūt illi quinq; reges: & absconderūt se in spelunca in Mageda. Hæc secundū historiā gesta: miracula diuinæ virtutis vniuersis sæculis prædicant: nec interpretatione extrinsecus indigēt in quibus gestorum lumen coruscat. Quid tamen in iis spiritalis intellectus cōtineat: requiramus. Cum anima humana verbo dei se sociauerit: dubitare non debet statim se inimicos habituram: & eos: quos habuerat ante amicos in aduersarios esse vertendos: idq; non solum pati se ab hominibus speret: verū etiā de contrariis virtutibus: & spiritalibus nequitiis id sibi imminere p certo sciat. Et ita fit: vt q amicitias expetit Iesu: multorū sibi sciat inimicitias tolerandas. Omnes qui pie volunt viuere

in Christo persecutionē patiuntur. Sed & Sa-
lomon similia dicit. Fili (inquit) accedens ad
seruitutē dñi: præpara animā tuā ad tentatio
nē. Oppugnātur etiā ergo nūc Gabaonitæ cu
iuscunqꝫ modi sint ꝑpter amicitias Iesu: & li-
gni licet sint cæsores: & aquæ gestatores: id est
licet vltimi meriti sis in ecclesia: tamen hoc ip
so quia ad Iesum pertines: impugnaberis a qn-
E qꝫ regibus. Sed tamen nec Gabaonitæ derelin
quuntur: vel spernuntur ab Iesu: vel ab duci-
bus: ac presbyteris Israelitarum: sed infirmita
ti eorum auxilium ferunt. An non tibi vide-
tur hoc agere illud Apostoli mandatum quo
dicit: Cōsolamini pusillanimes: sustinete infir
mos: patiētes estote ad omnes. Et iterum. Vos
autem potentiores: imbecillitates infirmorū
sustinete. Hoc ergo modo Iesus cum ducibus:
& principibus suis: adest iis qui pro nomine
suo a contrariis virtutibus oppugnantur: &
non solum auxilium pręstat in bello: verum &
producit tempus diei: & spacia lucis protelās
aduentum discutit noctis. Volumus si pos-
sumus ostēdere quomodo dominus noster Ie-
sus ptelauerit lucem: & maiorē fecerit diem:
vel pro salute hominū: vel pro interitu contra
riarum virtutū. Ex quo aduenit saluator: finis
F erat iam mundi. Deniqꝫ ipse dicebat: Pœniten
tiam agite: appropinquabit enim regnū cœlo
rum. Sed retinuit & repressit diē cōsummatio
nis: & adesse prohibuit. Vidēs eñ deus pater
salutē gentiū per ipsum solū posse cōstare: di-
cit ad eū. Pete a me: & dabo tibi gentes hæredi
tatem tuā: & possessionē tuā terminos terræ.
Donec ergo paterna pollicitatio compleatur:
& ecclesiæ ex diuersis nationibus crescant: at-
qꝫ introeat tota gentiū plenitudo: & tunc de-
mū omnis Israel saluetur: dies producitur: dif
fertur occasus: nec vnq̄ sol occumbit: sed sem-
per exoritur: dū credentiū cordib⁹ sol iustitiæ
lumen veritatis infundit. Cū vero repleta fue
rit mensura credentiū: & deterior iam: ac deco
lor ætas vltimæ generationis aduenerit: cum
increscente iniqtate refrigescet charitas mul-
torū: & perpauci remanserint: in quibus fides
inueniatur: tūc iam abbreuiabunt dies. Idem
igit atqꝫ ipse dominus nouit & extendere diē
cum salutis est tēpus: & breuiare diem: cū tri-
bulationis: & perditionis est tempus. Nos ta-
men dum habemus diem: & producitur nobis
spacium lucis: sicut in die honeste ambulem⁹:
G & opera lucis operemur. Sed & illud videa-
mus quid est: qđ dicit: quinqꝫ reges fuisse: &
hos in spelunca fugisse. Sæpe diximus dupli-
cem esse Christianorū pugnā. Perfectis quidē
& talibus qualis erat Paulus: & Ephesii (sicut
ipse Paulus dicit) non erat pugna aduersus
carnem: & sanguinem: sed aduersus principa-
tus: & potestates: aduersum mundi huius re-
ctores tenebrarū harum: & spiritalia nequitię
in cœlestibus. Inferioribus vero: & nondū per
fectis pugna adhuc aduersus carnē & sangui-
nem geritur iis: qui adhuc carnalibus vitiis:
& fragilitatibus impugnantur. qđ etiā in hoc
loco indicari puto. Etenim Gabaonitis indi-
ctum esse a quinqꝫ regibus diximus bellū: quo
rum figurā dixi esse in iis: qui imperfecti sunt.
Isti ergo a quinqꝫ regibus impugnātur. Quin
qꝫ autem reges quinqꝫ sensus corporeos indi-
cāt: visum: auditum: gustū: tactū: & odoratū.
Per aliquē enim horum vnūquēqꝫ necesse est
decidere in peccatum. Qui quinqꝫ sensus illis
quinqꝫ regibus cōparantur: qui Gabaonitas:
id est qui carnales homines expugnant. Qꝫ au H
tem dicunt in speluncas cōfugisse: potest hoc
fortasse indicari: quia spelunca locus est in pro
fundū terræ defossus. Igitur etiā isti: quos su-
pradiximus sensus: cum se terrenis actibus in
corpore positi demerserint: & nihil ad op⁹ dei:
sed totum ad ministerium corporis egerint: in
speluncas confugisse dicuntur. Sciendū tamē
ꝙ ista ipsa regna: quorum nunc reges vincun-
tur ab Iesu: & confugiunt ad speluncas: post
modum in sortem veniunt sanctoꝝ: & pars do
mini appellantur: sicut regnū Hierusalem: vel
Lachis: vel Chebron. In quo hoc arbitror in-
dicari: ꝙ etiam isti quinqꝫ sensus: quos supra
exposuimus: in corpore positi: cum per Iesum
fuerint deuicti: ita vt infidelitas ab eis: & incre
dulitas depellatur: & cum moriuntur pecca-
to in eo: ꝙ desinunt a ministerio peccati: istis
ipsis postmodum ministris vtetur anima ad
operandam iustitiam. & ita fit: vt Hierusalem
in qua prius rex nequam regnabat & pessim⁹:
postmodum in ea regnet Dauid potens ma-
nu: vel pacificus Salomon. Assident etenim
etiā iis ipsis: quos diximus: corporalibus sensi
bus hominum malignæ virtutes: quæ eos ad
malas cōcupiscentias: & fœda ministeria ani-
mæ præbenda sollicitent. Quas malignas vir-
tutes cū fides Christi superauerit: & in ligno
crucis eius fuerint suspensæ: vt & de ipsis triū
phet in ligno crucis suę: interēptis iis: regnoqꝫ
depulsis: tunc efficitur anima in parte dei: tūc
Hierusalem regnū dei efficitur: & tēplū in ea
domino cōstruetur. Aut non hoc de semetipso
sentiebat ille: qui dicebat: quia eramus aliquā
do & nos insensati: increduli: errantes: seruien
tes desideriis: & voluptatibus variis! Non eñ
aliud est hoc ꝙ Hierusalem aliquando fuisse
sub rege Adonibeie scribitur: vel aliæ ciuita-

tes sub aliis. Sed interim Iesus interfecit inimicos: non crudelitatem docens per hoc: sicut hęretici putant: sed futura sacramenta designās de iis quę gerebautur: vt cum interemerit eos reges: qui regnū peccati tenent in nobis: possimus illud implere quod dicit apostolus: Sicut exhibuimus membra nostra seruire iniquitati ad iniquitatē: ita nunc exhibeamus mēbra nostra seruire iustitiæ in sanctificationem. Quid ergo est: qđ ab eis hoc loco velut crudele culpatur? Hoc (inquit) qđ scriptum est: ponite pedes vestros super collū eorū: & interficite eos. Quid ꝙ hæc non crudelitas: sed humanitas: & benignitas inuenitur? Vtinam & tu talis esses: qui poneres pedes tuos super serpentes: & scorpiones: & supra omnem virtutem inimici & conculcares draconē: & basiliscū. i. regulū: q aliquando regnauit in te: & tenuit in te regnū peccati: vt illis omnibus interemptis: qui in te regnabāt opere peccati: solus in te regnet Christus Iesus dominus noster: cui est gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

De eo: ꝙ spiritaliter intelligi debeāt bella: quæ gessit Iesus. Cap. X. Homilia. XII.

SI ea: quæ per Moysen de tabernaculo: vel sacrificiis: & omni illo cultu adumbrabātur: typus: & vmbra dicūt esse cœlestiū: sine dubio & bella quæ per Iesum gerunt & regū atq; hostiū strages cœlestiū vmbra: & typus esse dicenda sunt: eorū dūtaxat bellorū: quæ dominus noster Iesus cū suo exercitu: & magistratibus: id est credētiū populis: atq; eorū ducibus cōtra diabolum & eius angelos præliatur. Ipse enim est: qui in Paulo: & in Ephesiis pugnat aduersus principatus: & potestates: & rectores tenebrarū harum: aduersus spiritalia nequitiæ in cœlestibus. Et vide ingrate hæretice: quomodo ex integro veteribus noua cōcordant. Promissum est veteribus regnū terræ sanctæ: terræ fluentis lac & mel: quæ terra tunc a peccatoribus: & pessimis incolis: ac regibus tenebatur. Venit in istam terram Iesus cum exercitu domini: & Israeliticis ducibus: expugnat omnes: interimit: obtinet: & ob victoriæ meritū accipit eorum regna: quos vicit. Tibi per euangelia non promittuntur regna terræ: sed promittunt regna cœlorum. Sed hæc regna non sunt vacua: nec inania. Habent habitatores suos peccatores: & nequā spiritus: angelos refugas. Ibi habitant illi: aduersum quos te apostolica perso-nans tuba Paulus cohortatur ad prælium: & sicut ibi dicebat Iesus: quia bellum vobis erit aduersum Amorreos: & Pherezeos: & Eueos: & Iebuseos: similiter tibi etiam hic Paulus denuntiat dicens: nō erit vobis pugna aduersus carnem: & sanguinē: id est non sic pugnabim⁹ sicut pugnauerūt antiqui: nec in terris nobis aduersus homines habēda sunt prælia: sed aduersus principatus: & aduersus potestates: aduersus mūdi huius rectores tenebrarum. Iam vtiq; intelligis in qbus locis huiuscemodi sint tibi mouenda certamina. Aut si tibi non suffi- C cit intellectus: nisi etiam loca ipsa manifesta tibi voce signentur: audi in consequētibus. Aduersum spiritalia nequitiæ in cœlestibus. Audisti qui sint illi: qui tibi bello: & de cœlestibus expellendi sunt: vt tu possis loca illa regni cœlorū hæreditatis sorte suscipere. Sed & dominus in euāgelio nōne euidēter hæc indicat cum dicit: A diebus Ioannis regnum cœlorū vim patitur: & vim facientes diripiunt illud? Quid ergo cessas o hæretice etiam domino & Saluatori nostro calumniam facere: qui regnū cœlorum: quod credentibus in se promiserat: per vim diripi iubet? Et vtiq; si adhibenda vis est: certum est: ꝙ possidentibus adhibenda est. Vim enim facere: hoc est expellere possidentem: possessionēq; diripere. Dicite ergo quid aliud est: quod accusatis fecisse Iesum successorem Mosei? Atq; vtinam digni essemus quibus dominus Iesus sapientiæ suæ aulam panderet: & introduceret nos intra thesauros scientiæ suæ: & ea de quibus nunc pedetentim conamur: tanq̄ per speculum: & in ænygmate aliqua ex parte cōtueri & inspicere: figuras plenius nobis referare: & perfectius dignaretur aperire: videres quomodo nobis claresceret: cuius potissimum ex spiritalibus hostibus iis: qui nunc impugnant Israel: spiritalem figuram tenuit iste princeps de Mageda: & ille de Lachis: & ille de Lebna: aut cuius intra temetipsum vitii: vel erroris: quibus anima implicatur: formam tenēt singuli quiq; horum: quos Iesu duce interfecit populus domini: ii videlicet qui audiunt mandata eius: et præcepta custodiunt: quibus ipse tribuit facultatem calcandi super serpentes et scorpiones: et super omnem potestatem inimici. Oremus ergo vt nostri pedes tales sint: tam speciosi: tam validi: qui possint calcare ceruices inimicorum: qui possint ita caput calcare serpentis: vt calceamentum nostrum mordere nō possit. Qui em̄ pugnat sub Iesu duce aduersum cōtrarias potestates: debet etiam illud promereri: quod de prioribus bellatoribus scribitur. Et reuersus

D est(inquit) vniuersus populus ad Iesum incolumis: & nõ mutiuit quisq̃ de filiis Israel in lingua sua. Vides ergo quia qui sub Iesu militat: incolumis debet redire de prælio: nec vsq̃ debet ex iaculis maligni ignitis vulnus accipere non in corde pollui: non in cogitatione maculari: non per iram: non per cupiditatem: non ꝑ aliam quálibet occasionem: dæmoniacis vulneribus locum dare. Qđ autem addidit: quia nullus mutiuit in lingua sua: hoc mihi videť ostendi: quia de victoria nemo se iactat: nemo suæ virtuti: quia superauit: ascribit: sed scientes quia Iesus est qui victoriam tribuit: ipsi in lingua sua nõ mutiunt. Quod bene intelligẽs Apostolus Paulus dicit: non autem ego: sed gratia Dei: quæ in me est. Puto autem quia ad hoc respicit & illud domini mandatũ quo ait: Cum autem feceritis omnia hæc: dicite quia serui inutiles sumus: qđ debuimus facere fecimus. Et in hoc enim simili modo rerum prospere gestarum videtur prohibere iactãtiam. Sed Martion: & Valentinus: ac Basilides: cæteriq; cum ipsis hæretici: dum hæc nolunt sicut sancto spiritu dignum est intelligere: declinauerunt a fide: & inseruerunt se impietatibus multis: alium deum legis: & mũdi creatorem ac iudicem proferẽtes: velut per hæc: quę scripta sunt: crudelitatem quandam docentem: ꝙ calcare hostium ceruices iubentur: atq; in ligno suspendere reges terræ illius quam violenter inuadunt. Atq; vtinam dominus meus Iesus filius dei mihi istud concedat: & iubeat me pedibus meis conculcare spiritum fornicationis: & calcare super ceruices spiritus iracũdiæ: & furoris: calcare auaritiæ dęmonem: calcare iactantiam: conterere pedibus superbiæ spiritum. Et cum hæc fecero operis gesti summam: non mihi sed cruci eius appendere: sequenti Paulum dicẽtem: quia per ipsum mihi mundus crucifixus est: & ea: quæ iam superi[9] memorauimus: ꝙ ait: non autẽ ego: sed gratia dei: quæ in me est. Q; si ita facere meruero beatus ero: & dicetur etiam mihi: qđ dicit antiq; Iesus. Viriliter agite: & confortamini: non timeatis nec vereamini a facie eorum: quia dominus deus tradidit vobis omnes inimicos vestros in manus. Hæc si spiritaliter intelligam[9] & huiuscemodi bella spiritaliter procuremus & expellamus omnia illa spiritalia nequitię de cœlestibus: demum ipsorum ita poterimus etiam loca & regna ab Iesu hæreditatis sorte suscipere: præstante domino & Saluatore nostro Iesu Christo: cui est gloria: & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

De Lachis: & de Lebna: & de Chebron ciuitatibus: quas receperunt filii Israel. Cap. X.
Homilia Tertiadecima.

Aec oĩa: q̃ figuraliter accidebãt illis: scripta sunt aũt ꝑpter nos ĩ quos fines sæculorũ deuenerũt: cũ legit is: q in manifesto Iudęus est: & q manifestã habet in carne circũcisionẽ: nesciẽs qđ sit ĩ occulto esse Iudęũ in circũcisione cordis: nihil aliud putat esse: nisi bella descripta & interit[9] hostiũ: & Israelitas duce Iesu vincẽtes: & diripiẽtes gẽtiũ regna. Qui vero in occulto Iudę[9] est: id est Christianus: qui Iesum non tam filiũ Naue: sed filiũ dei sequitur: hæc oĩa mysteria intelligit esse regni cœlorum: & dicit quia etiã nunc dñs meus Iesus Christus bellatur aduersum virtutes contrarias: & eiicit eas de ciuitatibus: quas possidebãt: id est de aĩabus nostris: & interficit reges: q regnabãt in aĩabus nostris ne vltra regnet in nobis peccatum: vt postea q̃ ĩteremerit regẽ peccati de ciuitate animæ nostrę: fiat anima nostra ciuitas dei: & regnet ĩ ea deus: & dicať ad nos: quia ecce regnũ dei intra vos est. Est ergo op[9] summæ misericordię hoc qđ hæretici crudelitatis accusant: qđ dñs Iesus adumbratũ prius a filio Naue per singulas quasq; ciuitates: nunc in veritate per singulas quasq; aĩas credẽtiũ cõplet: vt quæ possidebantur a malis & pessimis regibus secundũ principẽ aeris mundi huius: spũs qui nunc operať in filios diffidentiæ: expulsis iis: & perẽptis: facere eas digneť habitaculũ dei: & sancti spiritus templũ: vt mẽbra quæ seruierant sub rege iniquo iniquitati ad imunditiã: nũc seruiãt iustitiæ ad sanctificationem. Sic ergo intellige ꝙ interfecit Iesus regẽ Hiericho / et regẽ Hay / et regẽ Lebna: & regẽ Lachis: et regem Chebron: vt istæ om̃s animæ quæ ante sub regibus pessimis peccati legẽ colebant: nũc sub dei legibus agant. Sed et de ipsis interpretationibus nominum si curiosius: ac diligẽtius perscrutemur: inuenietur significãtia nominũ nũc ad mali regni: nũc etiã ad boni intelligentiã posse conferri. Vt puta: Lebna cãdor ĩterpretať. Cãdor autẽ diuerse intelligiť. Est em̃ cãdor lepræ: est et candor lucis. Possibile ergo est etiã noĩs ipsius interꝑtationẽ: vtriusq; status differẽtias indicare: et candorẽ qdẽ lepræ habuerit Lebna sub regibus malis: quo destructo atq; euerso: cum ad Israeliticum regnũ peruenit Lebna: candorem lucis acceperit: quia candor in scripturis et laudabilis et culpabilis ponitur. Et iterum

Lachis interpretaē iter. Iter aūt & laudabile & culpabile in scripturis habetur. Quod difficile nō est ꝓbare: sicut dicit in psalmis. Et iter impiorū peribit. Et alibi e cōtrario: Iter rectū facite pedibus vestris. Potest ergo ītelligi etiā hic: ꝙ iter īpiorū fuerit primo ciuitas Lachis: quo destructo: atq; subuerso: postmodū Israelitis regnantibus: ad iter perducta sit rectū. Similiter aūt & Chebron: quā interpretari dicūt coniunctionē: vel cōiugiū. Coniūctio vero aīæ nostræ fuit primo cum malo viro: & marito pessimo diabolo: quo destructo: & extincto liberata est a lege prioris: & pessimi viri: & cōiuncta est viro bono: & legitimo: illi de quo dicit Apostolus Paulus: statui aūt vos vni viro: virginem castā exhibere Christo. Sic ergo etiā nominum ipsorū intelligentia ad geminū hunc vniuscuiusq; ciuitatis cōsonat statum. Ego puto ꝙ sic melius est intelligi bella Israelitica: & ꝙ sic melius præliari Iesus putetur: & destruere vrbes: ac regna subuertere. Sic enim & illud dictum religiosius: & clementius apparebit: ꝙ dicitur ita subuertisse: & vastasse singulas quasq; vrbes: vt nihil ī eis relinqueretur qđ spiraret: neq; qui saluus fieret: neq; q effugeret. Vtinā em̄ dn̄s de aīabus credentibus sibi: & quas suo vē dicat regno: & de mea ipsius aīa ita eiiciat: & extinguat omnia priora mala: vt nullus in me malitiæ sensus vltra respiret: nullus iræ: nullus cōcupiscentiæ alicuius malæ in me saluetē affectus: nullus supsit: q effugiat sermo malus de ore meo. Sic enim potero Iesu duce purgatus ab oībus prioribus malis: effici in ciuitatibus filioꝝ Israel: de qb⁹ scriptū est: ædificabūt ciuitates Iudæ: & habitabūt in eis. Etem̄ nunc vniuscuiusq; nostrū animam Iesus destruit: & ędificat: & sicut dicebamus tunc cū Hieremiā differebamus: qui acceperat verba in os suum quibus subuerteret: & ædificaret: euelleret: & plantaret: ita etiā nunc in iis: quæ habemus in manibus: intelligendum puto: nō secundum hæreticos: vel secūdū Iudæos. Sed sicut ibi ad Hieremiam dictum est: Ecce cōstitui te hodie super gentes: & regna: eradicare: & subuertere & perditum dare: & post hęc ædificare: & plantare: ita & de iis quæ per Iesum scribunē gesta credendum est: immo potius de iis: quę per nostrū dominū Iesum etiā nunc geruntur in nobis. Primum nāq; opus verbi dei est: eradicare præcedentia mala: spinas: ac tribulos vitiorū. Dū enim istæ malæ radices occupatam detinent terram: non potest semina bona: & sancta suscipere. Necessariū ergo & primum hoc op⁹ verbi dei est: plantā eradicare peccati: & omnē plantā: quā nō plātauit pater cœlestis: euellere igniq; cōsumere. Secundi iā operis est plantare. Quid est: qđ plantat deus? Moyses dicit: quia paradisum plantauit Deus: & quotidie plantat in animabus credentiū. In aīa enim: de qua excidit iram: mansuetudinē plantat: & de qua excidit superbiam: plantat humilitatē: de qua eradicat lasciuiā: pudicitiā plantat: & de qua extirpat ignorantiā: inserit scientiam. Nō tibi videtur talis esse debere plantatio: quam plantat deus: magis q̄ insensibiliū terrenorūq; lignorum? Est item in primis opus verbi Dei D destruere ædificia diabolica: quæ in anima cō struxit humana. Ille etem̄ turres superbiæ in vnoquoq; nostrum: & muros elationis extruxit: hæc sermo dei subuertit & subruit: vt merito secundū Apostolū efficiamur dei cultura & dei ædificatio: supra fundamentū apostolorū: & prophetarū: posito ipso summo angulari lapide Christo Iesu: ex quo iunctura ædificii crescat in templum dei in spiritu: & ita demū effici mereamur in hæreditatē terrę sanctæ: in parte Israelitica: extinctis oībus: & peremptis hostibus nostris: ita vt non relinquaē ex eis: q respiret: in nobis: sed solus in nobis respiret spiritus Christi per ora: & sermones: & intelligentiam spiritalem: & secundum doctrinam Iesu Christi domini nostri: Cui est virtus & potestas in sæcula sæculorum. Amen.

De Iabin rege Asor: & de cæteris regibus: qui cōgregati sunt aduersum Israel. Cap. XI. Homilia Quartadecima.

HAs easdem scripturas ante E aduētū qnidē dn̄i nostri Iesu Christi cū legeret Israel ille: q secūdū carnē est: nihil aliud in iis: nisi bella: & effusionē sanguinis ītelligebat ex quo etiā ad nimiā ferocitatē acuebanē animi eorū: & semp bellis: ac seditionibus pascebaē. Postea vero q̄ p̄sentia dn̄i mei Iesu Christi humanis cordib⁹ placidū sciētiæ lumen infudit: quippe cū secūdū Apostolū ipse sit pax nostra: pacem nos docet ex ipsa lectione bellorū. Pax enim reddiē animæ: si ab ea hostes sui peccata: ac vitia propellanē. Et ideo secundū traditionē dn̄i nostri Iesu Christi: cū nos legimus ista: armamur etiā nos: & concitamur ad p̄liū: sed aduersus illos hostes q de nostro corde procedūt: cogitatiōes scilicet malas furta: falsa testimonia: blasphemias: cæterosq; iis similes aduersarios animę nostræ: de qua conamur secundum ꝙ hæc scriptura refert: si fieri potest: non relinquere vllum: qui saluus

fiat: neque qui respiret. Si enim hos hostes obtinuerimus: competenter obtinemus aerias potestates: & regno suo eas: quod intra nos supra vitiorum sedes collocauerant: depellemus. In prio-
F ribus lectionibus rex Hierusalem congregauerat secum alios quatuor reges: aduersum Iesum & aduersum filios Israel: nunc autem iam non vnus quatuor congregat: aut quinque: sed vide vnus quantam multitudinem congregat. Vt autem audiuit (inquit) Iabin rex Asor: misit ad Iobab regem Amorreorum: & ad regem Symeon: & ad regem Zif: & ad reges qui erant circa Sydonem magnam: & per montana: & in Araba: quae est contra Ceneroth: & ad campos: & in Faneandor: & ad Chananeos: qui erant in maritimis ab oriente: & ad Amorreos: qui erant in maritimis: & ad Ce-theos: & ad Pherezeos / & ad Iebuseos: qui erant in montanis: & Eueos: qui erant sub deserto Masecma: & exierunt ipsi: & reges eorum cum ipsis sicut est arena maris in multitudine: & equi: et quadrigae multae nimis. Et conuenerunt omnes reges isti: & coierunt in vnum ad aquam Maron pu-
G gnare contra Israel. Dixit autem dominus ad Iesum. Non verearis a facie illorum: quia crastina die ad hanc horam ego tradam eos sauciatos ante faciem Israel. Equos eorum subneruabis: & currus eorum igni exures. Et venit Iesus: & omnis populus bellatorum cum eo super ipsos ad aquam Maron & subito irruit super eos in monte: & tradidit eos dominus in manus Israel: & caedentes eos persecuti sunt vsque ad Sydonem magnam: & vsque in Masefoth ad aquam: & vsque ad campos Masse: contra orientem: & trucidauerunt eos vsquequo non superesset ex eis: qui euaderet. Et fecit eis Iesus sicut praecepit ei dominus: & equos
H eorum subneruauit: & currus eorum exussit igni. Et conuersus est Iesus in ipso tempore: & occupauit Asor: & regem eius interfecit gladio. Vides quanta aduersum Iesum: & Israeliticum exercitum: contrariarum virtutum: & pessimorum daemonum examina concitentur? Isti omnes daemones ante aduentum domini: & Saluatoris nostri: quieti & securi humanas animas possidentes: in earum mentibus: corporibusque regnabant. Sed vt in terris apparuit gratia: & misericordia Saluatoris nostri dei: edocens nos vt pie: & sancte in hoc mundo: & segregati ab omni contagione peccati viuamus vt libertatem suam: atque imaginem dei: in qua ex initio creata est: anima vnaquaeque recipiat: Ista de causa ab illis iniquis veteribus possessoribus earum pugnae exoriuntur & praelia. Et si opprimantur primi: multo plures exurgunt postmodum: atque in vnum coeunt: & conspirant in malum: qui semper dissident a bono: & si secundo victi fuerint: iterum tertio aliae virtutes nequiores exurgunt. Et fortassis quanto magis augetur populus dei: & multo plus crescit & multiplicatur: tanto illi plures ad oppugnandum conspirant. Sed tempus est: prout I
deus dederit discutere singulos quosque aduersi exercitus reges: & pro significantiis nominum vniuscuiusque etiam opus: quod gerit in malitia: contemplari. Primus omnium: qui & auctor belli huius nominatus est: congregans caeteros et ad coniurationem sceleris inuitans: Iabin nominatur: qui erat rex Asor. Ipse est enim: qui dicitur etiam caeteros conuocasse. Iabin autem interpretatur sensus: siue prudentia. Quis ergo est iste sensus: siue prudentia: nisi ille: quem dicit Esaias propheta Sensum magnum? Ait enim. Et inducam super sensum magnum principem Assyriorum: qui dixit: mea virtute faciam: et sapientia sensus mei auferam fines gentium: et virtutem eorum depraedabor. Iste ergo est: qui ibi quidem dicitur sensus magnus rex Assyriorum hic autem Iabin: sensus vel prudentia. Etenim serpens fuisse in paradiso scribitur prudentior omnium bestiarum: quae erant super terram. Sed et villicus iniquitatis prudenter fecisse dicitur illa quae fecit. Hic igitur Iabin: rex est Asor. Interpretatur autem Asor aula. Est ergo omnis K
terra aula huius regis: qui totius terrae: velut aulae vnius obtinet: principatum: qui est diabolus. Vis autem videre quoniam aula ipsius est terra? In euangeliis scriptum est: quia fortis in aula sua securus dormit: vsquequo veniat fortior qui et ipsum alliget: et quae possidet auferat. Est ergo rex aulae: princeps mundi huius. iste mittit ad Iobab: ipse est enim: qui mittit ad omnes gentes: et inuitat ad praelium. Mittit et ad regem Maron. Iobab quidem interpretatur inimicitiae. Maron autem amaritudines. Mittit ergo diabolus ad aliam virtutem inimicam ex angelis sine dubio refugis: quae virtus amaritudinum rex est: quo auctore scilicet operam dante: quae omnes in hoc mundo amaritudines: et asperitates miseris mortalibus infiguntur: eueniunt. Sunt autem ista diuersa genera peccati. Neque enim aliquid amarius potest esse peccato: etiam si quaedam dulcia videantur in primis sicut Salomon scribit. Sed in nouissimis (inquit) amarius felle inuenies quod dulce in initiis videbatur: et acutius acie gladii. Iustitiae vero natura contraria est: in initiis videtur amarior: in nouissimis vero melle dulcior inuenitur: cum virtus fructus attulerit. L
Misit igitur diabolus ad Iobab inimicum amaritudinis regem. Mittit autem etiam ad regem Symeon: qui interpretatur exauditio. Sed dua-

plex videtur esse exauditio. Aliquando quidem cum exaudiuit hominē deus: secundum ꝙ & Symeon vnus ex patriarchis nomen accepit: quoniā quidem exaudierat deus precē matris eius. Dicitur autē exauditio: qua quis exaudit præceptū diaboli. Solet enim dicere diabolus: si procidens adoraueris me: tibi dabo hæc omnia. Sed tu si Iesum sequeris: dicis ei: dominū deum adorabo: & ipsi soli seruiam. Audiant aūt illum: qui sunt ex parte eius: sicut & nunc fecit iste Symeon: illum audiens venit ad pugnam cōtra Iesum. Mittit autem & ad regem Zif. Zif autem interpretatur quomodo fluit: velut admiranti sermone: quia & reuera mirandū est: quomodo fluunt omnia: quæ sunt huius mundi carnalia: & quomodo fluxa sunt & caduca: quæ apud infideles homines permanentia deputantur: & perpetua. Qui aūt rerum cōsyderat rationē: & vitæ huius: quæ putantur bona: cōtuetur: quomodo semper mutentur: & transeant: iste dicit quomodo fluit. Vocat aūt cōtra filios Israel diabolus etiam eos: qui circa Sydonem magnam sunt. Ego quidē cum in locis Sydonis aliquoties demoratus sum: nunꝗ comperi duas esse Sydonas: vnā magnā: & aliam paruam: quantum ad terrenum pertinet locum. Sed si ad interpretationē nominis redeam: quod significat venatricem: vel venatores: video ꝙ aduersariarum virtutum: in quibus multę sunt differentiæ: quidam sunt venatores & in paruis & quidā venatores in magnis: id est ꝙ alii per parua peccata animas: alii per magna decipiunt. Verbi gratia: cum in voluptatibus sęculi: & carnis delitiis anima decipitur: in paruo capta dicenda est. Cum vero aut prouidētiā negat: aut dæmones quasi deum colit: hæc in magno putanda est esse decepta. Et ideo nūc mittit ad Sydonem: qui quasi ad venationem magnam conueniāt cōtra filios Israel. Mittit & ad montana. Montana intelligenda sunt omnis sensus: qui extollit se: & erigit aduersus scientiā dei. Mittit & in Araba. Interpretatur aūt Araba insidię. Inuitat ergo virtutes īsidiatrices: ꝗ humanas aīas nō vi: nec apertis expugnatiōibus: sed īprouisis insidiis: callidisꝙ decipiant: forte quales sunt & illi: de quib⁹ propheta dicit: Insidiatur in occulto sicut leo in cubili suo īsidiatur vt rapiat pauperē. Sed siquis talis est: qualis Paulus: confidenter dicit. Non eñ ignoramus astutias eius. Mittit & in Ceneroth. Interpretatur aūt Ceneroth: quasi lucernę. Nō lucernę: sed quasi lucernæ. Aliud est eñ lucerna: aliud quasi lucerna. Ioannes lucerna erat ardens: quia erat angelus lucis. Quasi lucerna aūt est ille: qui transfigurat se in angelum lucis. Et si vis adhuc euidētius noscere differentias lucernarū: & quasi lucernarū: quæ in Ceneroth sunt: audi Saluatorem dicentē ad discipulos suos. Sint lumbi vestri pręcincti: & lucernę vestrę ardētes. Sūt ergo eorum qui in ecclesia fidē catholicam docent: & plebem dei verbo veritatis illumināt lucernæ ardētes. Ii vero qui hæretica dogmata ex scripturæ sanctæ testimoniis falsis assertionibus docent: ꝓ eo ꝙ scripturas legunt: videntur accendere lucernas: sed quia falsis assertionibus vtuntur: non sunt lucernæ sed ꝗsi lucernę. Misit etiam ad campos. Necesse eñ erat: vt in societatem suam vocaret etiam eos qui in campis sunt: & humilia sapiunt: ac terrena. Misit & in Faneādor: qui interpretatur conuersio. Et conuersio duplex intelligitur. Est enim conuersio: qua quis ad deum conuertitur: vel a deo est conuersus ad bona. Est autem & illa conuersio: qua rex Iabin: id est diabolus ad se animas conuertit: sicut & de Symeone supra exposuimus. qualis putanda est & illa conuersio: quæ Galathis acciderat: de qua dicit Apostol⁹: Currebatis bene: quis vos impediuit: hoc est conuertit a cursu bono: & itinere recto? Mittit & ad eos: qui erant in maritimis locis: ad vicinos fluctuū Chananeos: qui interpretantur velut commotio: id est ꝗ semper in motionibus: & fluctibus permanēt. & ad maritimos Amorreos. Amorrei interpretantur amarescentes: qui sunt similes illis: de quibus superius disseruimus. Talis igitur est catalogus totius militię inuisibiliū hostium: qui congregantur ꝑ regem Iabin: vt expugnent nos: qui sequimur ducem Iesum: & Saluatorem nostrū. Sed quid dicit dominus? Ne verearis (inquit) a facie eorum: quia crastina die hac hora tradam eos in manus tuas. Video ꝙ hodie non possumus illos omnes opprimere: nec cunctos interficere: sed crastino perimentur: id est post consummationem huius sæculi. Tunc etenim omnis virtus contraria destruetur: & tūc penitus vincetur: cum videris iis: qui a sinistris sunt: dici: ite ī ignem æternum: quem præparauit deus diabolo: & angelis eius. Tunc enim & nos si vicerimus: & obtinere poterimus sequentes Iesum ducē: percipiemus regnum: qđ præparauit deus pater sanctis suis: & iis qui mandata eius & iustitias impleuerunt: per ipsum dominum nostrum Iesum Christum: cui est gloria: & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Finis Homilię. XIIII.

De his quę consequũtur post Iabin: & fecit
Iesus (inqt) sicut pceperat ei dñs. Cap. XI.

Homilia decimaquinta.

G Isi bella ista carnalia figurã
bellorũ spiritaliũ gererent:
nunq̃ (opinor) iudaicarũ
historiarũ libri discipulis
Christi: qui venit pacẽ do-
cere: legẽdi in ecclesiis fuis-
sent ab apostolis traditi.
Quo.n.eis bellorꝝ pficeret ista descriptio: qbꝰ
dicit ab Iesu: pacẽ meã do vobis: pacẽ meã reli
quo vobis. Et quibus per Apostolũ iubetur &
dicitur: nõ vosmetipsos vindicãtes: & magis
iniuriã accipite: & magis fraudem patimini.
Vnde deniq; sciens Apostolus nulla nobis iã
vltra bella esse carnaliter peragenda: sed ani-
mæ certamina contra spiritales aduersarios
desudanda: velut magister militiæ præceptũ
dat militibus Christi dicens: induite vos ar-
ma dei: vt possitis stare aduersus astutias dia
H boli. Et vt horum spiritaliũ bellorum ex vete
rum gestis habere possimus exempla: istas no
bis rerum gestarũ narrationes in ecclesia vo-
luit recitari: vt nos si spiritales sumus: audiẽ-
tes quia lex spiritalis est: in iis quæ audimus
spiritalibus spiritalia cõparemus: & contem-
plemur ex iis gẽtibus: quæ carnalem Israel vi
sibiliter oppugnarũt: quantæ sint gentes con
trariarum virtutũ ex spiritalibus: qui dicunt
spiritales nequitiæ in cœlestibus: quæ aduer-
sus ecclesiam dñi quę est verus Israel suscitẽt
bella. Moabitę veniunt & Ammanitæ: & oẽs
illi reges: & gentes inuisibiles: quas superius
memorauimus: aduersum nos veniunt pu-
gnaturi: ad hoc vt peccare nos faciant. Quia
sicut corpus accepto ferri vulnere moritur:
ita & anima accepto peccati vulnere morit.
Et puto q̃ eadem frequẽtius dicere nobis qui
dem pigrum esse nõ debeat: vobis tamen ne-
cessarium sit. Vtinam em̃ vel frequentius di-
cta hæc animis vestris crebro inculcata tenea
tis: vt nõ hæc legentes: vel iudaicũ in iis sen-
sum teneatis: vel hæreticum. Sed posteaq̃ ge-
neraliter cõmonuimus: nõ erit superfluũ etiã
speciatim de iis: quæ lecta sunt: pauca differe
re. Repetentes igitur ea: quæ in superioribus
omissa fuerant: differamus. Et fecit (inquit)
I eis Iesus sicut præceperat ei dñs. Equos eorũ
subneruauit: & currꝰ eorum exussit igni. Et
cõuersus Iesus in illo tẽpore occupauit Asor
& regem eius occidit gladio. Et interfecit om
nem: qui spirabat in ea ore gladii: & extermi
nati sunt oẽs: ita vt non relinqueretur in ea:
qui respiraret. Mandatũ dicitur a deo datum
ad Iesum: vt posteaq̃ expugnasset hostes supe
rius memoratos: nulli parceret: sed equos eo-
rum subneruaret. Vnde velut mãdatum dei
implens Iesus: fecit sicut præcepit ei dominꝰ.
In quo primo oĩm dicimus ad eos: qui volunt
secundũ literã tantũ hæc intelligi: qa si quidẽ
superfuissent aliqui ex hostibus: consequẽs vi
debatur equos subneruari: ne vti eis quis pos
sit ad fugam: nunc vero cũ dicatur nullus re-
lictus esse qui spiraret in hostibus: cur etiam
equi subneruari iubent: qui vtiq; vsui: ac mi-
nisterio poterant esse victoribus? Vis autem K
scire: quia soleant israelitæ huius rei: & vtili-
tatis habere curã: & deuictis hostibus: ad su-
os vsus reseruare iumenta? In numeris legi
mus scriptũ: quia cum ex præcepto dei proces
sissent pugnare aduersum Madianitas: deui-
ctis hostibus aliquot milia asinorum de pręda
hostium reseruarunt suis vsibus profuturos:
nec oĩno refertur ibi: quia interfecerint asinos
hostibus superatis. Nos ergo scripturam san-
ctam sibimetipsi conferẽtes: & spiritalibꝰ spi-
ritalia comparantes: requiramus quid est q̃
de asinis quidem nõ est scriptum: quia subner
uati sunt: nec Madianitarũ spolia: vel anima-
lia interempta dicantur: sed profuisse israeli-
ticis vsibus: De istis autẽ qui nõ habebant asi-
nos: sed equos: pcepit ipse dñs: & dixit: equos
eorum subneruabitis. Qđ & Iesus sicut a dño
mandatur: expleuit. Putamus hæc accidisse
fortuitu: vt equi hostiles interimerenť: & asi-
ni seruarentur: & in pręceptis dei fortuita ali
qua arbitramur incidere? An dignꝰ videtur
vt putemus magis in iis scripturã mysticum
aliquid indicare? Deniq; & filii Israel nunq̃ L
equis vsi esse referuntur: & lex nihil de equis:
sed de asinis mandat: vtpote de animalibus:
quæ ad humanos labores iuuãdos: & ad one-
ra eorum portanda videnť existere: equi vero
magis ad hominũ perditionẽ. Hoc em̃ est: qđ
per eos in pręliis geritur. Lasciui motus ani-
mal: & superbæ ceruicis accipitur. Sunt ergo
asini frequenter a scriptura in typo gentiũ po
siti: sicut & Saluator ostendit supra asinũ se-
dens: nunq̃ autẽ equo sedens refertur. Sed &
cum discipulos mittit ad soluendam asinam:
& pullũ asinæ: dicit eis. Si quis vos interroga
uerit: dicite: quia dominus eis opus habet: &
sedens super eum ingreditur Hierusalem: &
nunq̃ equo sedens ingressus esse dicitur. Sed
& propheta de ipso ita pronũtiauerat: q̃ se-
dens asino veniret ad Hierusalem: dicens. Ec
ce rex tuus mansuetus sedẽs super subiugalẽ

& pullum asinę nouellū. Et exterminabit currus Effrem: & equum ex Hierusalem. Vides ergo quomodo secundū prophetæ sententiā: qui super asinū sedet exterminabit currus Effrem & equum de Hierusalem. Et ideo videntur mihi asini quidē (vt diximus) figurā servare eorum: qui ex gentibus credunt: sup quibus sedisse scribitur dn̄s: equi vero qui exterminantur & currus: figurā tenere illorū: qui in cœlestib⁹ positi: per lasciuiā: & superbiam deciderunt: quādo vel ad filias hoīm concupiscendas semetipsos incestatores prębuerūt vel secuti sunt illum: qui dixit ponam super nubes sedem meam: & ero similis altissimo. Inde fortassis ē quod ꝓpheta dicit: falsus equus ad salutē. Et iterum dicit de iis: qui in dæmonibus confidebāt. Ii in curribus: & ii in equis nos autem ī noīe dei nostri magnificabimur. Neq̧ em̄ currus: & equos deo contulisset quātum ad inuocandum expectat: sed vtiq̧ hoc ostendit: quia sicut nos inuocamus deum verum: ita illi inuocant currus: & equos: id est dæmones: quos inuocabant gentes illæ: quæ aduersus Israel bellum gerebant. Sed & ægyptiorū equos cōmemorat scriptura: & istos ipsos: quos nunc interimi iubet. Vnde hoc intelligi datur: ꝙ in typo quidem asinorum gētes: quæ ad credulitatē veniunt: merito referuantur: in typo vero equorum: & curruū: dæmones: qui humanæ saluti aduersarii sunt: & inimici: merito perimuntur. Sed etsi passiones corporis: id est libidinē: lasciuiam: vel supbiam: ac leuitatem: quibus infelix anima velut equitans vectatur: & fertur ad præcipitia equos nunc dici: & currus intelligamus: & ipsos esse: qui ex præcepto dei subneruari iubentur: non erit rationi nostrę contraria intelligētia. Subneruatur equus quippe quando ieiuniis: & vigiliis: & omni abstinētiæ afflictione corpus humiliat̄. Et currus igni exuruntur: cum in nobis completur sermo dn̄i dicentis: ignem veni mittere in terram: & q̄ volo vt accendatur. Quo igne iam se illi ardere confessi sunt: qui dicebant: nonne cor nostrū erat ardens intra nos: cum adaperiret nobis scripturas? Ideo ergo & falsus equus dicitur ad salutem: si motus corporis nostri ferri permittamus infrę̄nes: nec abstinētiæ iugo lasciuiā carnis: & superba colla subdamus. Sed & nunc si quis forte ex iis: quæ dicimus: Dei verbis stimulatur: atq̧ cōpungitur: & is qui hesterno die pronus & feruidus: tanq̄ equus in libidinem ferebat̄: hodie si iis auditis pœnitet: conuertitur: ac secundū prophetam a timore dei confixus: refrę̄nat se: & reuocat a peccato: & pudicam dehinc: castamq̧ diligit vitam: videbimur etiam nos gladio verbi dei euaginato subneruasse equos. & magis per hoc digne impletur præceptū dei: q̄ si animalia quis equini generis de spoliis hostium capta subneruet. Quorum autē equi subneruant̄? Est etiā hoc operæpretiū quęrere. Equos (inquit) Iabin subneruandos. Iabin aūt prudētia interpretatur: vel sensus. Quæ est ista prudētia: vel quis sensus: cuius subneruandus est currus? Illius nimirū: de qua dicit Apostolus: quia prudentia carnis inimica est deo: & ille sensus: de quo dicit: inflati sensu carnis suæ. Iabin vero rex Asor. Asor aūt aula interpretat̄. Hęc est Asor quæ oīm horū regnorū obtinere dicitur principatum. qui intelligitur princeps huius mūdi regnans in aula: id est super terrā: vel quod maius est: in vitiis carnis. Sed & oīm illorum regum: quorū vim secundū noīm suorū interpretationē iam ante exposuimus: equi ab Iesu dicuntur interfici. Quorū nos: si recte sub Iesu duce militamus: debemus in nobismetipsis abscindere vitia: & accepto spiritali gladio subneruare omnem istū equitatū pessimū vitiorū. Sed & currus debemus incendere: id est oēm a nobis arrogantiæ: & elationis spiritum resecare: vt vltra nō in equis neq̧ armis sed in nomine dn̄i dei nostri inuocemus. Quo modo aūt in nobismetipsis cōplebim⁹: & hoc quod dicit: vt nō remittatur vllus: qui respiret? Videndū est quis sit: qui nec respirare q̧dem per pręceptū domini iubetur. Verbi causa: si ira ascenderit in cor meum: potest fieri: vt opera quidē iracundię nō impleam: vel metu deterritus: vel etiā futuri iudicii timore cohibitus. Sed nō (inqt) hoc sufficit: agendum tibi potius est: quatenus ne ipsa quidē cōmotio iracūdiæ locū habeat intra te. Si em̄ efferuescit animus: & cōturbat̄: etiā si nō impleuerit op⁹: ipsa tn̄ perturbatio indecēs est ei: qui sub Iesu militat duce. Similiter & de cōcupiscentiæ vitio: & de tristitiæ cæterisq̧ oīb⁹: sentiendū est. De qbus cunctis ita agendū est discipulo Iesu: vt nihil omnino horū in ei⁹ corde respiret: ne forte si parui alicuius vitii: aut cōsuetudo: aut cogitatio relinquat̄ in corde: ꝓcessu tēporis cōualescat: & paulatim vires latitando cōquirat: atq̧ ad vltimū reuocet nos ad vomitū nostrū: & fiant hoīs illius: cui hoc acciderit: nouissima peiora priorib⁹. Hoc erat quod & ꝓpheta ꝓspiciens in psalmis p̄monet dicens. Beatus: qui tenet & allidet paruulos suos ad petrā: Babylonis scilicet paruulos: q nulli alii intelligunt̄: nisi cogitationes malæ quę cor nostrū cōfundūt & cōturbāt. Hoc em̄ D E

interpretatur Babylon. Quæ cogitationes dum adhuc paruulæ sunt: & initia habent: tenendę sunt: & allidendę ad petrã: qui est Christus: & ipso iubente iugulandę: vt nihil in nobis resideat: qđ respiret. Sicut ergo ibi beatũ est Babylonis paruulos tenere: & allidere ad petram: & cogitationes malas statim in initiis necare: ita & hic beatum intelligendũ est & perfectũ: si nihil relinquat̃ ĩ nobis qđ possit
G gentiliter respirare. Et oẽs (inquit) reges eorum interfecit Iesus in ore gladii. In oĩbus nobis regnauit peccatũ: & in oĩb⁹ nobis vitia regnauerunt: & fuit in nobis omnib⁹ regnum generale peccati: sicut & Apostol⁹ dicit: Omnes em̃ peccauerũt: & egent gloria dei. Vnusquisq̧ tamen habuit in se aliquem specialẽ regem: qui in eo regnabat: & dominabatur ei. Verbi causa: in alio regnũ tenebat auaritia: ĩ alio superbia: in alio mendaciũ regnabat: in alio libido dominabat̃: & alius regem patiebatur furorum. Q₂ autem hęc ita sint: & in vnoquoq̧ nostrũ regnet peccatũ: apostolo Paulo crede dicenti. Ait enim. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obediendum ei. Erat ergo regnum peccati in vnoquo
H q̧ nostrum anteq̃ crederemus. Postea vero q̃ venit Iesus: & occidit omnes reges: qui in nobis tenebant regna peccati: præcepit nobis interficere omnes istos reges: & nullum ex eis relinquere. Siquis enim aliquẽ horum in semet ipso seruauerit viuũ: in exercitu Iesu esse non poterit. Si ergo regnat in te auaritia: si iactantia: si superbia: si libido: non eris israelitic⁹ miles: nec imples præceptum: qđ dedit domin⁹ ad Iesum. Sicut constituit (inquit) ei Moyses puer domini. Hic puer domini Moyses: sermo legis appellat̃: sicut & in euãgelio dicit: habẽt Moysen: & prophetas: audiant illos. Lex ergo præcepit nobis interficere oẽs reges peccati: qui nos prouocãt ad peccatũ. Sic fecit Iesus & nõ est transgressus quicq̃ ab omnibus: quæ
I cõstituit ei Moyses. Diximus quidẽ secundũ prioris expositionis ordinẽ: quia quæcũq̧ lex dei: qui nunc Moyses appellatur cõstituit: implet Iesus in nobis: & ipse est qui interimit in nobis vitia: & nequissima peccati regna subuertit. Potest aũt etiam de ipso dño & Saluatore nostro dici: quia quæ pręcepit Moyses in lege / fecit Iesus: & non est transgressus quicq̃. quoniã quidem dicit Apostolus: quia cum venisset plenitudo temporis misit deus filiũ suum factum ex muliere: factum sub lege. Si ergo factus est sub lege: cum sub lege non esset: omnia quæ lex mandabat: impleuit: vt nos redimeret a maledicto legis. Sed & ipse de se dicit: quia non veni legem soluere: sed adimplere. Et accepit (inquit) Iesus omnes ĩ bello: qa K
per dominum factum est: vt cõfortaretur cor eorũ: & occurrerẽt in prælium contra Israel. Non dixit quia aliquos accepit Iesus in bello & aliquos non accepit: sed oẽs accepit: id est cepit omnes: peremit omnes. Etenim species peccati purgauit dñs Iesus: omnesq̧ destruxit. Cuncti nãq̧ eramus insensati: increduli: errantes: seruiẽtes desyderiis variis: in malitia: & inuidia agentes: odibiles: odiẽtes inuicem & omne quodcũq̧ illud est peccati genus: qđ inuenitur in hoĩbus anteq̃ credant. Bene ergo dicit: quia omnes occidit Iesus: qui exierunt ad bellum. Nulla em̃ species peccati tanta est: qua nõ sit superior Iesus: qui est verbũ: & sapientia dei. Omnia em̃ superat & vincit. An non ita credimus: quia omne genus peccati cum ad salutare lauacrum venimus aufertur? Hoc em̃ & apostol⁹ Paulus designat: qui cum vniuersa peccatorum genera dinumerasset: addit post omnia: & dicit. Et hæc quidẽ fuistis: sed abluti estis: sed sanctificati estis: sed iustificati estis: in noĩe dñi nostri Iesu Christi. Hoc ergo modo omnes cepisse in prælio dicitur: & omnes peremisse: quia per dominum L
factum est: vt inualesceret cor eorũ: & occurrerent in prælium contra Israel: vt exterminarentur. Dum enim nõ veniunt inimicæ virtutes: quæ peccata operantur in nobis: nec prouocant nos ad peccãdum: nec lacessunt ad dimicandum: interfici nõ possunt: nec extermi nari. Ideo ergo deus dicitur permittere: immo & incitare propemodũ aduersarias virtutes exire aduersum nos in prælium: vt & nos victoriã capiamus: & illi interitũ cõsequant̃. Vnde mihi videtur esse infinitus quidam numerus cõtrariarũ virtutum: pro eo q̧ per singulos pene hoĩes sunt spiritus aliqui: diuersa in iis peccatorũ genera molientes. Verbi causa: est aliquis fornicationis spiritus: est iræ spiritus: alius est auaritię spiritus: alius vero superbiæ. Et si eueniat esse aliquem hominẽ: q iis oĩbus malis: aut etiam pluribus agitetur: omnes hos: vel etiã plures in se habere inimicos putandus est spũs. Vnde & per singulos plures esse credẽdi sunt: qa nõ singula singuli hoĩes habent vitia: vel peccata committũt: sed plura ab vno quoq̧ videntur admitti. Et M
iterum: non est putandum q̧ vnus fornicationis spiritus seducat eum: qui (verbi gratia) in Britãniis fornicat̃: & illum qui in India: & in aliis locis: neq̧ vnũ esse iræ spiritũ: qui diuersis in locis diuersos hoĩes agitet: sed puto magis principẽ quidẽ fornicationis spiritum

vnum esse: innumeros vero esse qui in hoc ei officio pareant: & per singulos quosq; hoies diuersi spūs sub eo principe militātes: ad huiuscémodi eos peccata sollicitent. Similiter & iracūdiæ spiritū principē vnum esse arbitror innumeros vero esse sub ipso agentes: qui per singulos quosq; hoies huiusmodi vitii peccata succendāt. Similiter & auaritiæ vnum esse principē: sic & supbię: & cæterorū malorū. Et ideo nō vnus principat⁹ dicitur in cōtrariis virtutib⁹ ab Apostolo: sed plures: aduersum quos pugnā sibi esse & nobis oibus scribit. Tamen reor omniū principē: velut eminentiorē quendā in nequitia: & in scelere celsiorē: qui totum mundū: quem isti ad peccata singuli q; per peccatorum species pro parte sollicitāt solus velut omnium principū dux: & totius nefandæ malitiæ magister: exagitet. cuius figuram cū labin discuteremus: pro paruo intelligētiæ nostræ captu in supioribus patefecimus. Puto sane quia sancti quiq; repugnantes aduersus istos incentores peccatorū spūs & vincentes eos: atq; eorum vnūquēq; superātes: imminuant exercitū dæmonū: & velut q̄ plurimos eorum interimant. Verbi causa: vt is qui caste: pudiceq; viuendo fornicationis spiritū superauerit: nō vltra fas sit illum spiritū: qui ab illo sancto victus est: impugnare iterum aliū hoiem: sed sicut illi spūs: qui rogabant Iesum: ne in abyssum mitterent: qđ nūc interim dominus pro præsenti dispensatione concessit: ita consequēs videtur: q; singuli quiq; nequā spūs cū vincūt a sanctis: vel in abyssum: vel in exteriores tenebras: vel quo quisq; ille locus eis dignus est: abducāt a iusto iudice Christo: agonis huius vitæ mortalium pside. Et inde est q; plurimo dęmonū numero iā victo: ad credulitatē gentes venire relaxant. Qui vtiq; nullatenus finirent: si integræ eorum: sicut prius fuerāt: subsisterēt legiones. Q; si alicui difficile videtur esse: qđ dicimus per singulos quosq; peccātiū multa vacare dęmonia: aut fabulosum hoc putat: redeat ad euangelii authoritatem: & inueniet illum: qui in sepulchris habitat dęmonem patiens: cum interrogaretur a Saluatore: quod tibi nomen est: respondisse legio. Multa enim (inquit) dęmonia sumus. Quid ergo mirum videtur: si per singula genera peccatorum singuli dęmones ascribant: cū scriptū sit in vno hoie integram fuisse dæmonū legionē? Memini autē similia me dixisse etiā in iis locis: in qbus exponebamus versiculum psalmi: in quo scriptum est. In matutinis interficiebā oēs peccatores terræ: vt disperdā de ciuitate dñi oēs: qui operantur iniquitatē. Ita deniq; etiā in manu iustorum gladii ancipites esse dicūtur: sine dubio qui cōtrarias virtutes perimāt. Puto aūt C
q; vehementior ad hęc pbanda: quæ diximus apostoli Pauli illa pferri possit assertio: cū dicit. Deus autem pacis conterat Sathanan sub pedibus vestris velociter. Si enim vnus est Sathanas: quomodo potest ipse contritus eē sub pedibus seruorum dei: & iterum operari? Si enim cōtritus est: & a deo cōtritus: operari vltra nō potest. Ne forte ergo tanti esse putandi sint Sathanę: quanti sunt illi: qui operātur opera Sathanę. Hoc eīm mihi videtur indicare & in Sapiētia: vbi dicitur: quia impius maledicens Sathanan: ipse maledicit animā suā. Sed & in alio quodā libello: qui appellat testamētum duodecim patriarcharum: q̄uis nō habeatur in canone: talem tamen quēdam sensum inuenimus: q; per singulos peccantes singuli Sathanæ intelligi debeant. Euidētius autem & ipsa nominis eius interpretatio (sicut studiosi Hebręorū tradunt) hoc idem significare videtur. Sathanas nāq; aduersarius dicitur. Omnes ergo qui aduersantur dei voluntati: Sathanæ possunt dici. Hæc ergo dixim⁹ D
pro eo quod scriptum est: quia cōfortauit dñs corda eorum: vt exirent ad prælium contra Israel: vt exterminarent. Beatus ergo est: qui indesinēter spiritalem machæram tenens: nō aufert eam a ceruicibus horum hostium: de quibus superius memorauimus: sicut & Hieremias ppheta dicit. Maledictus homo qui facit opera dñi negligenter: & aufert machærā suam a sanguine inimicorū. Hoc si secūdum literam intelligamus: necesse erit nos indesinenter sanguinē fundere. Q đ iudęi putantes E
qui ex integro caro sunt & sanguis: crudeles & implacabiles fiunt: dicentes maledictionē positam esse iis: qui a sanguine effundēdo cessauerint: & ideo pedes eorum veloces sunt ad effundendū sanguinē. Sed illis huiuscemodi intelligētia: quia caro & sanguis sunt: videatur: mihi autē præstet dominus nunq̄ negligere opera domini: nec auferre spiritalē gladium verbi dei a sanguine contrariarum virtutum: & mortificare eas in vnoquoq; auditorum. Interficiuntur aūt in vobis ita demum si iis auditis earum opera non agatis. Dicitur F
autem in cōsequētibus: quia cepit Iesus omnē terram: sicut mandauit dominus Moysi. Ille Iesus filius Naue: non video q; ceperit oēm terram. Quantū enim terræ cepit: qui Iudæam tenuit solam? Noster autem dominus Iesus ipse vere cepit omnem terram: in eo q; ex omni terra: atq; ex omnibus nationibus ad

eum concurrit gẽtium multitudo. Additur etiã post hęc: posteaq̃ omnẽ terrã cepit Iesus: & requieuit (inqt) terra a bellis. Hoc quomodo vere videbitur dici de filio Naue: quia cessauit terra a bellis: quæ nunq̃ fere tẽporibus
G eius cessauit a bellis? Sed hoc completur in solo dño meo Iesu Christo. Si eñ consyderes te qui venisti ad Iesum: & ab eo per baptismi gratiã remissionẽ cõsecutus es peccatorũ: & iã in te nõ pugnat caro aduersus spiritũ: & spũs aduersus carnem: cessabit terra tua a bellis: si tamen mortem Iesu Christi in corpore tuo circumferas: ita vt cessantibus in te oĩbus præliis: efficiaris pacificus: & filius dei voceris. Sed hoc fiet posteaq̃ bella transegeris: & aduersarios viceris. Tunc tibi dabitur requies: vt requiescas sub vite tua: qui est Christus Iesus: & sub ficu tua: qui est spiritus sanctus: vt ita gratias referas deo patri oĩpotenti: in ipso Christo Iesu dño nostro: Cui est gloria: & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

De eo qđ scriptũ est: & Iesus erat p̃sbyter: hoc est senior: & prouectus in diebus suis.
Cap. XIIII. Homilia decimasexta.

H
Etiam ante nos quidã obseruantes notarunt in scripturis: quia presbyteri: vł seniores non ex eo appellantur: q̃ lõgęuã duxerint vitam: sed ꝓ maturitate sensus: & grauitate vitæ veneranda hac appellatione decorẽtur: maxime cũ additur ad presbyterũ sermo iste: qui sequitur: plenus dierum. Si eñ æui ꝓlixitate appellandus: qui presbyter: vel senior: videret: quẽ magis oportebat alium hoc noĩe censeri: q̃ primum Adã vel certe Matusalem: aut Noe: qui vtriq̃ pluribus q̃ cæteri annis in hoc mundo vixisse declarantur? Sed nunc videamus ꝙ ex illis quidem nullus refert̃ a scriptura presbyter: aut senior appellatus: sed is qui longe breuioris
I temporis vitã duxit. Primus in scripturis sanctis Abraham presbyter: vł senior appellatur. Dictum est etiã ad Moysen a dño. Elige tibi ab omni populo presbyteros: quos tu nosti qa presbyteri sunt. Sed obserua etiã tu o auditor in omni scriptura: sicubi ĩuenire potes appellationẽ hanc senior & plenus dierũ: positã super aliquo peccatore. Nũc ergo sancti spirit⁹ vox est ꝓnuntiãtis Iesum presbyterum: vel seniorem: & prouectũ in diebus. Ita eñ dicit. Iesus eñ erat (inqt) presbyter: vel senior prouectus dierũ. Qđ vtiq̃ de peccatore dici non poterat: quia peccator nõ est prouectus dierum Non eñ se extendit ad ea: quæ in ante sunt: obliuiscens ea: quæ retrorsum sunt: sed semp retro conuertit: & ad vomitũ suum redit: & ideo nõ aptus est regno cœlorũ. Qui autẽ ad priora extenditur: & ad perfectionem fertur: iste prouectus est in diebus suis. Et nunc ergo
K dicit dñs ad Iesum: tu prouectus es in diebus tuis. Nescio ego si in hoc loco illud potest videri: qa hoc dicebat dñs ad Iesum: qđ de ætate eius senili oẽs videbant: & oẽs nouerant. Et quę sunt tam magna responsa ista diuina: quę hominibus deferuntur: vt dicant seni homini: quia senex es: quod oẽs videbant: & omnes nouerant. Sed mihi videtur magnũ aliquod testimoniũ a dño per hęc dari filio Naue: cum ei dicitur: quia prouectus dierũ es. Et quantũ quidem proloqui nobis: vel aperire de diuinis mysteriis fas est: ego arbitror ꝙ sicut sol iste dies facit mundo huic: ita & sol iustitię faciat aliquos dies spiritales: qui fulgore veritatis & lãpade sapientiæ illustrent̃. Si quis ergo in præceptis dei vitã hanc presentem: quę (sicut Iacob dicebat) paucoꝝ & malorũ dierum est: transegerit: & immaculatũ se ab hoc mundo custodierit: atq̃ oẽs aduersarios: & hostes suos subegerit spiritales: ab istis paucis & malis diebus prouehitur & promouetur ad illos dies æternos: & bonos: ęterni Solis luce signatos. Tali ergo quodam ordine intelligendus est & Iesus ex diuinis responsis prouectus dierum pronuntiari. Verum quoniã instituim⁹
L quæ de Iesu dicunt̃ etiam & ad dominũ & saluatorem nostrũ referre: quis ita presbyter & senior prouectus dierũ intelligitur: sicut ipse qui est principiũ: primogenitus oĩs creaturæ? Ideo fortassis ipse solus vere & integre presbyter dicitur: ante quẽ nemo est. Igitur tametsi sunt qui dicantur in scripturis presbyteri vel seniores: vel pontifices: tamen dñs Iesus: sicut in pontificibus põtificum princeps est: & sicut in pastoribus princeps pastorum est: ita & in presbyteris: vel senioribus princeps presbyterorum putandus est: & in episcopis princeps episcoporum: & omne quodcũq̃ honorabile nomen est primum in hoc: & principem esse credendum est saluatorem: quia ipse est omnium caput. Addit autẽ adhuc respon M
sum diuinum & dicit. Tu prouect⁹ es in diebus: & terra relicta est multa valde. In superioribus dicebatur (sicut obseruauimus) quia cessauit terra a bellis: & quia Iesus cepit omnem terram: & hic modo dictum est: quia terra relicta est multa valde. Putas ne contraria sibi scriptura cõtineat? Hoc ne leuiter suspicã

lum est. Sed redeamus ad intelligentiã spiritalem: & in ea nihil inuenies esse contrariũ. In uere dñi & Saluatoris nostri primo quidem aduentu cũ venit seminare verbũ suũ in orbẽ terræ: quomõ cepit oẽm terrã solo seminis iactu: & quomõ aduersarias potestates ex ea: & angelos refugas: qui gentiliũ mentes obsedeant: effugauit: & interim seminauit verbum tq ecclesias propagauit. Hæc est prima eius potius terræ possessio. Sequere autẽ me o auditor per subtiles lineas verbi: & ostendam tibi quomõ etiã secundo capiat terram hanc: quæ nunc dicit ad Iesum multa esse derelicta. Audi de eo Paulum dicentẽ. Oportet eñ eum regnare: donec ponat oẽs inimicos suos scabellum pedũ suorũ. Hęc ergo est terra: q̃ nũc multa dicit esse derelicta: donec oẽs oĩno subdant sub pedibus eius: & p hæc hæreditate capiat vniuersos. Et hæc est (inqt) terra: quæ derelicta est. Omnes fines Philistiim: & alia q̃plurima: q̃ sequunt. Multa adhuc supsunt quantũ ad nostra tempora spectat: q̃ videmus nondũ pedibus Iesu eẽ subiecta: q̃ necesse est vtiq oĩa obtinere. Neq eñ finis esse poterit rerum: nisi fuerint ei prius cuncta subiecta. Sic eñ & ppheta dicit: quia oẽs gentes seruient ei: & a finibus fluminũ vsq ad fines orbis terrarum in cõspectu eius procident Aethiopes: & de trãs ripas fluminũ Aethiopiæ offerent sacrificia. Vnde constat: q in secũdo aduentu hanc terram multã: quæ superest: obtinebit Iesus. Sed beati sunt illi: qui i primo eius aduẽtu obtẽti sunt. Isti eñ vere grati erũt: q multis aduersariis resistẽtib⁹: & mľtis hostib⁹ impugnãtib⁹ bello: & armis hęreditatẽ terræ repromissiõis accipiunt. Cum vero ex necessitate quis fuerit subiectus: tunc quãdo etiã nouissimũ inimicum destrui necesse est: scilicet mortẽ: non erit iam gratia iis: qui subiiciunt. Post hęc cũ enumerasset plurimas gẽtes: de Sydoniis solis dixit: & oẽs Sydonios ego exterminabo a facie filiorũ israel. Nominati sunt Chananei nominati sunt & ii: qui contra faciem ægypti sunt: & ii qui sunt ex finibus Accaron: & a sinistris partibus fluminũ: & aliæ q̃plurimę gẽtes: & de solis Sydoniis dicit dñs q eos euersurus sit. Sydonii dicũtur aũt (sicut ante iam diximus) venatores. Qui ergo intelliguntur isti mali venatores: quos dñs exterminat: nisi illæ virtutes cõtrariæ: de quibus dicit ppheta: Quia laqueos parauerunt pedibus meis: quibus scilicet venentur & decipiant animas ad peccatũ? Istos ergo dñs exterminat: quia si isti tales interierint venatores: cũ iam nemo fuerit qui laqueos tendat & retia: vt decipiat animas in peccato: tunc requiescet vnusqs q sub vite sua & sub ficu sua. Sed & illud nobis hodie lectũ est: quia Moyses dederit hæreditatem quibusdã. Post hæc vero legitur: qa et Iesus secundũ pręceptum dñi distribuit hęreditatem. Prim⁹ ergo Moyses hęreditatẽ distribuit: secundus autẽ Iesus. Nunc Moysen legem intellige. Ii ergo qui secundũ legem vixerunt: primi acceperũt hæreditatem: sed extra terram repromissionis. Tum deinde cũ accepissent terram hęreditatis non eam possident neq diuidunt intra se: sed expectãt vsquequo eis per Iesum distribuat in sorte. Nõne euidẽter hoc est qd̃ Apostol⁹ dicit ad Hebręos scribens de priorib⁹ patribus: quos dixit fide placuisse deo? Et addidit dicens: Ii autem omnes testimonium habentes per fidem nondum cõsecuti sunt repromissiones: Deo pro nobis aliquid puidente: vti ne sine nobis perfecti efficerentur. Habẽt igitur iam repromissionem suam: & requieuerunt: & digni iudicati sunt per Moysen capere hæreditatem. Veruntamen adhuc & ipsi pugnant: & in certamine sunt: pro iis qui sub Iesu militant. Sed requiris qui sint isti: qui pugnant: & quæ est illa pugna: quam illi gerunt. Ego sic arbitror: q omnes illi q dormierunt ante nos patres: pugnẽt nobiscum: & adiuuent nos orationibus suis. Ita nanq etiam quendam de senioribus magistris audiui dicẽtem in eo loco: in quo scriptũ est in Numeris: quia ablinget synagoga illa hanc synagogam: sicut ablingit vitulus hærbam viridem in campo. Dicebat ergo. Quare huiusmodi similitudo assumpta est: nisi quia hoc est: q intelligendum est in hoc loco q synagoga domini: quæ nos præcessit in sanctis: ore & lingua consumit aduersariam synagogam: id est orationibus: & precibus aduersarios nostros absumit? Non ergo in armis pugnandum est nobis aduersum hostes nostros inuisibiles: sed orationibus: & verbi dei meditationibus: & operibus: ac sensibus rectis. Sic enim armabantur & patres: fide & operib⁹ vĩcẽtes. Vide deniq quia sic scriptum est de eis. Crediderunt (inquit) deo: & Moysi famulo eius: Et tunc cantauit Moyses canticum hoc & dixit. Cantemus domino: gloriose enim honorificatus est. Ita ergo & nos fide plena opera perfecta indesinentes orationes meditationem verbi diuini intelligẽtiam spiritalem colentes: & iis omnibus velut armis dei muniti stemus aduersus astutias diaboli: inuocantes deum adiutorem nostrum in Christo Iesu domino nostro: cui est gloria: & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

De eo q̄ Leuitæ non acceperunt hæreditate terram. Cap. XIII.

Homilia Decimaseptima.

F Sicut vmbræ: & exẽplari deseruiunt cœlestiũ ii: qui legẽ suscipiũt: q̄ est illius veræ legis vmbra: ita exẽplar & vmbrã sequunt̃ diuisionis cœlestis ii: q in iudæa hæreditate diuidũt terrã. Erat ergo in cœlis veritas: vmbra vero & exẽplar veritatis in terris. Et donec vmbra hæc cõstabat in terris: erat Hierusalẽ terrestris: erat tẽplum: erat altare: erat & visibilis cultus: erãt pontifices: & sacerdotes: constabãt etiã ciuitates: & vici Iudeæ: & omnia hæc q̃ nunc in hoc libro descripta recitantur. Cum vero in aduẽtu Saluatoris nostri dei e cœlis descendens: veritas de terra orta est: & iustitia de cœlo ꝑspexit: vmbræ & exemplaria ceciderunt. Cecidit enim Hierusalem: cecidit templum: altare sublatum est: vti iam neq; in monte Garizin neq; in Hierosolymis sit locus vbi oportet adorare: sed veri adoratores: qui adorant patrẽ: in spiritu: & veritate adorent. Sic ergo præsente veritate: typus & vmbra cessauit. Et cum adesset templũ illud: qđ per spiritũ dei: & virtutẽ altissimi in vtero virginis fabricatũ est: dirutum est templũ ex lapidibus fabricatum Aderat pontifex futurorum bonorũ: cessauerũt pontifices taurorum: & hircorum. Venit agnus dei: qui tollit peccatum mũdi: destitit agnus ex pecudibus assumptis. Igitur si hæc omnia: quæ in vmbra prioribus data fuerant: præsente: & assistente veritate cessarunt: consequens sine dubio erat: vt hæreditate regni cœlorum patefacta: hæreditas terrena cessaret. Ratio aũt qua hæc cuncta desinerent: illa est: vt omne os obstruatur: & subdit⁹ fiat omnis mundus deo: ne qui forte ex incredulo populo occasiones suæ infidelitatis acciperent: & habentes vmbras antiquitus sibi traditas: vel templi: vel altaris: vel pontificii: vel sacerdotii: videret̃ sibi ꝑmanente antiqui cultus statu præuaricari religionis ordinẽ si trãsiret ad fidem. Propterea ergo auferri hæc omnia: quæ in terris dudum fuerant adumbrata: diuina prouidẽtia dispensauit: vt viam quodãmodo accipiant requirendæ veritatis: cessantibus typis. Si ergo veniens ad Hierusalem ciuitatem terrenam o Iudææ: inuenies eam subuersam: & in cineres: ac fauillas redactam: noli flere: sicut nunc facitis tanq̃ pueri sensibus: noli lamentari: sed pro terrena require cœlestem. Sursum respice: & ibi inuenies Hierusalem cœlestem: quæ est omniũ mater. Si altare videris destitutũ: nolo contristeris. Si pontificem nõ inuenias: nolo desperes. Est in cœlis altare: & assistit ei pontifex futurorũ bonorũ: secundũ ordinem Melchisedech: electus a deo. Sic ergo vobis pietate: & misericordia dei: etiam hæreditas terrena sublata est: vt hæreditatem quæratis in cœlis. Verũtamen videamus quid est qđ per vmbram describit̃: quia in vmbra legis veritas reformatur. Refertur ergo prima & secunda hæreditatis facta diuisio. Prima quidẽ per Moysen: secunda vero: quæ potentior est: per Iesum facta describitur. Et Moyses trans Iordanẽ tribui Ruben: & tribui Gad: & dimidiæ tribui Manasse possessionem decernit: cæteri vero omnes per Iesum suscipiunt hæreditatem. Diximus de iis iam pri⁹ quomodo ii qui per legem placuerunt deo: ꝑcedentes tempore eos: qui per fidem Iesu ad repromissionem veniunt: nõ per illam: quæ perfecta sunt consequuntur: expectantes eos: qui posteriores diuerso quidẽ tempore: sed vna fide placebunt (sicut Apostolus dicit) vti ne sine nobis perfectionẽ consequerent̃. Interea Leuitis neq; Moyses dedit hæreditatem: neq; Iesus: quia dñs deus ipse est hæreditas eorum. In qua re quid aliud sentiẽdum ẽ: nisi q̄ sint in ecclesia domini quidam: qui virtute animi: & meritorum gratia cæteros omnes præcedũt: quibus ipse dñs hæreditas esse dicitur. Et si fas est audere in talibus: & arcani recõditi aliquid aperire: videam⁹ ne forte illud sit: quod sacerdotũ: vel leuitarũ figuram latenter ostẽdit: quia in omni populo: eorum dico qui saluantur: maior sine dubio pars est: & longe numerosior eorum: qui simpliciter credentes in timore dei: per opera bona: & ꝑ honestos mores: & actus probabiles dño placent. Pauci vero sunt: & valde rari: qui sapientiæ: ac sciẽtiæ operam dantes: & mentem suam mundã: puramq; seruantes: atq; oĩbus præclaris virtutibus suas animas excolentes: cæteris simplicioribus per doctrinæ gratiam illuminant iter: quo gradiuntur: & veniunt ad salutem. Ii fortassis nunc sub leuitarum: & sacerdotũ nomine designantur: quorum hæreditas ipse dñs: qui est sapientia: quã præ cæteris oĩbus dilexerunt: esse perhibetur. Inuenio tamẽ aliquam differentiã in iis: quæ Moyses distribuit: & in iis: quæ Iesus. Moyses nãq; duabus & semis tribubus terrã distribuens: vltra Iordanẽ nõ dedit leuitis habitaculi portionẽ: quæ eos cõtingebat. Iesus aũt dedit nõ solũ in iis tribubus quas ipse dispensat: verum & in illis: q̃ a Moy

ę trans Iordanem fuerant collocatę. Habitacula etenim Leuitis in singulis tribubus decernuntur: vt per hoc multo magnificentius mysteriũ cerneremus. Iste eñ ordo Leuitic⁹ vel sacerdotalis: qui dei sapientiæ: & scientiæ operam impendit: nõ potuit a Moyse sortem habitatiõis accipere: quia nõ erat Moyses veritatis: sed vmbræ: & exemplaris minister. Iesus vero dñs noster: qui erat sapiẽtia dei: ipse habitacula sapiẽtibus prębet. Nõ eñ potuit dicere Moyses: vade vende oĩa tua quæ habes: & da pauperibus: & habebis thesaurũ in cœlo: & veni sequere me. Hoc est eñ partem dare Leuitis. Nec potuit dicere Moyses: quia qui nõ renuntiauerit oĩbus q̃ possidet: nõ potest esse meus discipulus. Nec potuit dicere Moyses: omnis qui nõ oderit patrem: vel matrem: & fratres: & sorores: & filios: insuper etiam & animã suã: nõ potest meus esse discipulus. Hoc Moyses dicere nõ potuit: idcirco ipsa habitacula sacerdotũ & Leuitarũ dispensare nõ potuit. Beatus ergo est qui se talem exhibet: & in istis omnibus: quæ præcepit Iesus inuenitur esse perfect⁹: vt ab Iesu sortem cœlestis mansionis accipiat in futuro. De quo dicit ipse dñs Iesus. Pater volo vt vbi ego sum: et isti sint mecum. Et sicut ego in te: & tu in me vnum sum⁹: vt & isti in nobis vnum sint. Q; si quis audiens perfectorum: & eminẽtiorũ hęreditatẽ dominũ dici: ignoras: & ambigis quid illđ sit: qđ sub hoc noĩe designatur: audi quia dñs sapientia est. Cui ergo dicitur hęreditas esse dñs: iste hæreditatẽ sapientiæ capiet. Dominus iustitia dicit. Cui ergo hæreditas dñs est: iste hęreditatem iustitiæ consequetur. Dominus pax est: dñs redẽptio est: dominus salus est: in dño sunt thesauri sapiẽtiæ: & scientiæ absconditi. Hæc omnia in hæreditatẽ percipiet: cuius hęreditas dñs fuerit. Veruntamen & isti quib⁹ sapientia dei: & verbum dei: & veritas: & iustitia hæreditas esse dicitur: habitationẽ interim cum illis accipiunt: quorũ hæreditas habetur in terris: vt ex ipsorum consortio ii: qui per semetipsos non dumvalent: per illos participes efficiantur sapientię: & scientię dei: & veritatis eius: ac verbi. Et ita etiã nõ minimos quosq; dispensatio diuina pertendit: vt qui principaliter nõ possunt diuinæ gratiæ capaces existere: illuminari ex istorum cõsortio mereãtur: & cõpleatur illud: quod scriptũ est: Qui multum non abundauit: & qui minimũ nõ minoratus est. Sed & illud: quod Apostolus ad Corinthios dicit de sanctis hierosolymitis. Vt vestra (inquit) abundantia fiat ad illorum inopiam: & illorum abundãtia fiat ad vestram inopiam. Ita ergo & nunc cohabitare iubetur leuita & sacerdos qui nõ habent terrã: Israelitæ qui habet terram: vt percipiat a sacerdote: & leuita cælestia: & diuina: quæ nõ habet. Lex eñ dei sacerdotibus cõmissa est: & leuitis: vt huic soli operam tribuant: et verbo dei absq; vlla sollicitudine vacent. Sed iterum vt vacare possint: laicorũ vti ministeriis debent. Si eñ laicus quę necessaria sunt: non præbuerit sacerdotibus: et leuitis: occupati illi in talibus: id est corporalibus curis: minus legi dei vacabunt. Illis aũt nõ vacantibus: neq; operam dãtibus legi dei: tu periclitaris. Obscurabitur enim lux scientiæ: quæ in illis est: te nõ subministrante oleũ lucernæ: et culpa tua illud eueniet: quod dixit dñs: quia cæcus cęco ducatũ præbẽs: ambo in foueã cadẽt. Sed et illud in te cõplebitur qđ dñs dixit. Si eñ lux quę ĩ te est: tenebrę sunt: ipsæ tenebræ quantæ sunt? Vt ergo lux scientiæ in sacerdotibus fulgeat et lucerna eorũ sit semper accensa: tu imple officium tuũ: comple mandatũ dei erga obsequia sacerdotum. Q; si forte susceptis a te quæ necessaria sunt: et sic nõ quasi auaritiam sed quasi benedictionẽ: illi neglexerint eruditioni operam dare: et verbo dei vacare: et ĩ lege dei meditari die: ac nocte: ipsi videbũt quomodo pro animabus vestris reddant dño rationem. Sed deprecemur potius dei omnipotentis misericordiã: vt suo lumine: sua veritate: suo splendore: oẽs nos illuminare dignet: et dare lucernam pedibus nostris verbũ suũ: et lumẽ semitis nostris: ipsum dominum nostrum Iesum Christum: qui est vera lux mundi: Cui est gloria & imperium in sæcula seculorum. Amen.

De initio diuisionis terræ: quæ diuisa est ab Iesu: & quomodo accessit ad Iesũ Chaleb: & petiit ab eo Hebron. Cap. XIIII.

Homilia decimaoctaua.

D Iscamus ex lege q̃ necessarie descripta ẽ terrę diuisio: q̃ primo p Moysen: secundo per Iesum dicitur facta: nõ vt vtrãq; seruem⁹: sed rationem vtriusq; discẽtes illam solam teneamus: quæ ab Iesu nostro dño traditur. Igitur illam terrã: q̃ est trans Iordanẽ: Moyses distribuit. Hãc aũt quę est terra sancta: & bõa: distribuit Iesus & principes tribuũ Israel. Vides ergo q̃ cũ cœ

perit vera illa hæreditas terrę sanctę a Salua
tore distribui:assumũt etiã principes tribuũ
veri & spiritalis israel. Quos aũt putamus eē
principes tribuũ nostrarũ:vel ecclesiæ princi-
pes:nisi sanctos apostolos: ad quos dicit Sal-
uator:quia sedebitis & vos super duodecim
thronos:iudicantes duodecim tribus israel?
Assumitur tamen ad diuisionē etiã sacerdos
qui est arcanus:& mysticus sermo dei. Sic eñ
dicit:quia conuenerit Iesus & Eleazar simul
ad diuidendã terrã. Et videamus quis est:qui
E primũ cepit hæreditatē ab Iesu. Caleph (in-
quit) filius Ieffone. Hic eñ primꝰ petit:& pe
tit certis quibusdã rationibus:& verbis:quæ
descripta sunt. Quæ verba etiã possunt nos
instruere ad salutē. Primo oĩm Caleph inter
pretatur quasi cor. Quis ergo est: quasi cor:
nisi is qui ĩ oĩbus intellectui operam tribuit:
qui nō aliquod mēbrũ corporis ecclesiæ esse
dicitur:nisi illud quod est in nobis præclariꝰ
cor:id est qui oĩa cũ ratiōe & prudētia gerit
et ita cuncta dispensat quasi nō sit aliud: nisi
cor? Interpretatur aũt & Ieffone pater eiꝰ con
uersio. Hic ergo Caleph filiꝰ est cōuersionis.
Quid:nisi quia ad deum cōuersus est: talem
ex se fructũ ꝓferret: vt cor filium generaret?
Est ergo omnis qui diuinis sensibus vacat:&
prudenter cuncta ac rationabiliter agit:Ca-
leph. Hic primo quidē eruditus a Moyse:se-
cundo vero ab Iesu:cui assistebat:cui & dicit.
Tu nosti verbũ:quod locutꝰ est dñs ad Moy
sen hoīem dei. Tu scis verbum:quod locutus
est dñs. Quis eñ aliꝰ nosse potest verbum qđ
locutus est dominꝰ ad Moysen: nisi Iesus so-
lus? Nemo sic intellexit legē sicut docuit Ie-
sus. Ipse eñ omnia docuit & aperuit:ipse re-
uelauit Paulo:quia lex spiritalis est. Sicut lo-
cutus est (inquit) de me:& de te. De me (in-
F quit) & de te locutus est Moyses. De te qdē
hoc est quod dixit dñs:quia si crederetis Moy
si:crederetis vtiꝗ & mihi. De me eñ ille scri-
psit. De me vero quod dixit:hoc est Caleph:
qui cor est:certum est:quia de corde scripse-
rit Moyses:quippe qui oĩa prudēter:sapiēter
ꝙ conscripsit. Ait ergo. Hodie valeo sicut va
lebam tunc. Sanctus quippe similiter valet &
in præsentibus:& in pręteritis:& in nouis:&
in veteribꝰ:& in euãgeliis:& in lege. Hoc est
ergo: qđ dicit: valere se hodie sub Iesu sicut
tunc sub Moyse:quia in vtriusꝗ testamenti
mysteriis cor vigilãs valet. Sed videamus eti
am petitionē eius:quã primã poposcit ab Ie-
G su Caleph filius Ieffone. Peto a te montē hũc
(inquit):sicut dixit dñs in die illa. Nihil in-
utile:vel deiectum sanctus requirit:nihil qđ
in demersis conuallibus iaceat: sed montem
quærit excelsum:sed montē in quo ciuitates
magnæ: & munitæ sunt. Scriptũ est eñ:quia
ibi sunt Machi ciuitates magnæ:& munitæ.
Et hæc poscebat:quia nouerat belligerari si-
cut scriptũ est. Ciuitates munitas occupabit
sapiens:& destruet munitionē: in qua confi-
debant impii. Putas cũ hęc diceret Salomon:
hoc nos volebat docere:quia sapiens caperet
ciuitates:& munitiones destrueret ex lapidi
bus cōstructas:an illud potiꝰ indicat:ꝙ ciui-
tates:& muri sunt impiorũ:dogmata & syllo
gismi philosophorũ:quibus astruunt impia
quæꝗ & diuinæ legi contraria:quę apud pa
ganos:vel barbaros obseruãtur? Sed & illa in
iis deputanda sunt:& ciuitates munitę esse: H
atꝗ in montibus collocatæ:quæ hæretici in
scripturarũ assertionibus:veluti in altis mō
tibus:collocant. Istas ergo ciuitates sapiens
quisꝗ verbum prædicans destruit: & vrbes
mēdacii veritatis ariete subuertit (sicut apo
stolus Paulus dicebat) cogitationes destruē
tes:& omnē altitudinē:quæ se extollit aduer
sus scientiã dei. Ita ergo etiã nunc hic sapiē-
tissimꝰ Caleph assistit ante Iesum:& ꝓmittit
valere se ad bellum:& promptũ esse ad præ-
lium:& ideo deposcit permitti sibi velut dis-
putandi facultatē:vt congrediatur cum dia
lecticis sæculi:cum iis:qui pro veris falsa con
firmant:vt eos confutet & superet:vt subuer
tat omnia:quæ illi falsis assertionibus cōstru
xerunt. Ideo deniꝗ videns alacritatē eius:be
nedicit (inquit) eũ:scilicet ꝙ talia deposcat:
et audeat. Sed & tu si vis dare operã studiis:
et legem dei prudenter meditari:& effici cor I
in lege dei:potes istas magnas & munitas vr
bes:id est assertiones subuertere falsitatis: vt
et tu merearis benedici ab Iesu:& accipere ab
eo Chebron. Interpretatur aũt Chebron con
iunctio:vel coniugiũ. Per quod potest fortas-
se illud ostendi ꝙ spelunca duplex cōparata
ab Abraham patriarcha:in ea est:in qua con
iugia patrum:& reliquię eorum iacent:id est
Abraham cum Sara. Isaac cũ Rebecca. Iacob
cum Lia. Meruit ergo Caleph patrũ reliqui K
as in hæreditatē suscipere:sine dubio qa per
sapientiã:quæ in eo erat:qua vigebat: & sub
Moyse:& sub Iesu:intellexerat coniunctionis
ipsiꝰ rationē:& ꝑspexerat qđ ei esset causę:ꝙ
cũ Abrahã sola Sara ibi iaceret:& neꝗ Agar:
neꝗ Cethura ei meruisset adiungi:vel qđ es-
set causæ ꝙ cum Iacob sola Lia iacere videre-
tur:& neꝗ Rachel:quæ amplius fuerat dile-
cta:neꝗ aliqua ex concubinis in sepulchro ei
fuerat copulata. Ipse ergo in memoriis patrũ

hæreditatem capit prudens & sapiẽs Caleph ipsi Iesus Enachitarũ gentis Metropolim tribuit Chebron: & efficitur ei sors vsq; in hodiernum diẽ. Vtinã & mihi daretur sors Abraham: & Isaac: & Iacob: & efficeret deus meus sicut effectus est deus Abrahã: & deus Isaac: et deus Iacob: in Christo Iesu dño nostro: cui est gloria: & imperiũ in sęcl'a sęculorum. Amen.

De finibus hæreditatis tribus Iudæ. Cap. XIIII. & XV. Homilia decimanona.

Istribuit Moyses hęreditatẽ: distribuit hæreditatẽ & Iesus. Sed nõ est scriptũ in distributione hæreditatis Moysi: qa cessauit terra a bellis. In distributione vero Iesu ipsa verbi præfatio incipit. Et cessauit (inquit) terra a bellis. Si ergo & tu dignus vis effici: qui hęreditatẽ cõsequaris ab Iesu: & sumere ab eo portionem: oportet te prius oĩa bella finire: & in pace consistere: vt etiã de tuę carnis terra dicatur: quia cessauit terra a bellis. Tunc deinde cũ consuetudo sit sanctę scripturæ quatuor partes orbis terræ: quas vl'axes: vel plagas nominat: appellare: in descriptione finiũ tribus Iudæ duæ tantũmodo nominant: duę reticentur. Scriptum eñi sic est. Et facti sunt fines tribus filiorũ Israel Iuda secundũ plebes eorum: a finibus idumęę: a deserto Syn: ad occidentẽ. Et cum descripsisset fines ab occidente: tunc deinde dicit: & ab oriente: omne (inquit) mare salsum: & alias duas partes reticuit: id est septẽtrionis: vel meridiani. Vide ergo si nõ repleta sũt ista mysteriis. Licet nos singula vel sentire: vel explicare nequeamus: tamen prout dñs prębere dignat: & nos capere valemus: discutere singula quæq; tentabimus. Facti sunt (inquit) fines Iuda secũdum plebes eorũ a finibus idumęæ a deserto Syn ad occidentẽ. Igitur fines Iudęæ proximi sũt finibus idumęæ. Idumæa vero (sicut sæpe iã diximus) interpretat terrena. Post terrenã ergo statim cõsequunt fines Iudęæ. Sed & a deserto (inquit) Syn. interp̃tatur aũt Syn: tentationes. Post tentationes ergo consequunt fines hæreditatis Iudęæ. Occidens & oriens nominatur: & vicina loca ea: quæ supra diximus: immo confinia. Sed vallis ægypti vicina occidentalibus partibus designatur: quæ est a deserto ad occidentẽ: ab oriente vero cinguntur fines mari salso. Post hoc a collib⁹ (inquit) qui tenduntur ad occidentem: & inde ascenditur ab occidente vsq; Cades Barne: et sic pertenditur ab occidente ad occidentẽ Cades. Et ii sunt fines eorum ab Africo: & inde perrexit vsq; ad vallem ęgypti. Vides quomodo in occidẽtis partibus: & Africũ: & ægyptum nomĩat: & occasum? Sine dubio: vt hęc omnia sciat sibi vnusquisq; euadenda esse: & transeunda: vt ita demũ possit ad tribum regiam peruenire: de qua dicit Apostolus. Certum est autem q; ex Iuda ort⁹ est dñs noster. A finibus autem idumææ est desertũ. Paulo ante diximus de deserto Syn: q; tentationes significaret: & ideo necesse est nos trãsire eremum tentationũ: vt sic possimus peruenire in hæreditatẽ filiorum Iuda. Sed & ascendere nos oportet ascensum collium Acabrin: qđ interpretatur scorpiones. Transeũdi ergo nobis sunt & calcandi etiam scorpiones: illi sine dubio: de quibus Saluator ait. Ecce dedi vobis potestatẽ calcandi super serpentes: & scorpiones. Qui ergo vult: & desyderat ingredi in hæreditatẽ tribus Iudæ: oportet eum ascẽdere ascẽsiones istas: & calcare: atq; euadere scorpiones: qui obsistunt. Vnde arbitror q; istud iter agenti Ezechieli prophetæ dicebat dominus. Fili hominis in medio scorpionum tu habitas. Et sunt (inquit) fines vsq; Cades. Cades interpretatur sanctum vel sanctificatio. Fines ergo Iudæ vsq; ad sanctificationem perueniunt. Sed videamus etiã qui sint fines ex partibus orientis. Non quo velim nunc locorum catalogum facere: sed vt mysteriorũ: quæ per hæc significantur: contueant imagines. Dicitur ergo ab orientis partibus tribus Iudæ esse mare salsum: & post hoc ĩ parte ei⁹ nominatur fons solis: & ciuitas solis: & in eadem tribu esse etiã ciuitas literarũ. Oportet igitur omnem qui vult introire in partem filiorum Iuda: transire prius mare salsum: vitę scilicet hui⁹ vndas: & turbines supare: & euadere oĩa quæ in hoc mũdo pro incerto sui: & lubrico marinis fluctibus cõparantur: vt possit ad Iudæ terram peruenire: & ad fontem solis accedere. Quis aũt est fons solis: vel cuius solis? Illius sine dubio: de quo scriptũ est. Timentibus autẽ nomẽ meum orietur sol iustitiæ. Huius ergo solis: si pri⁹ euaseris mare salsum: fontem inuenies in terra Iudæ. Quẽ fontem? Illum p̃fecto: de quo dicebat Iesus. Qui autẽ biberit de aqua: quam ego do ei: fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Huius igitur solis cũ talem qualem diximus inueneris fontem: inuenies etiã ciuitatem ei⁹. Est enim (inquit) ibi & ciuitas solis. Dicitur et in ęgypto ciuitas solis. Sed ista ciuitas: quę in ægypto est: huius solis nomen accepit: quẽ

pater cœlestis iubet oriri super bonos: & malos. Illa vero ciuitas: quæ in Iudęa est: sanctorum tantūmodo efficitur: qa ciuitas dei est. Et fons ille: de quo superius diximus: fluuius effectus est lætificās ciuitatē dei. Sed & tu si ex omni parte munitus sis: & cōtinentię muro circūdatus: si sapiētiæ: & magnanimitatis turribus cōfirmatus es: etiā tu efficieris ciuitas dei. Si vero ad hęc oīa adieceris tibi scientiæ lumen: sicut dixit Esaias: Illuminate vobis lumen scientię: & sol te iustitię radiauerit efficieris etiā tu ciuitas solis: vel ciuitatē solis sorte hæreditatis accipies. Sed & si te tradideris legi dei: & in ipsa meditaberis die: ac nocte: vt nō recedat liber legis de manu tua: sicut dicitur ad Iesum: et si memor sis pcepti Saluatoris: si ergo talibus te studiis mancipaueris: & eruditionē legis diuinæ: vel legendo vel audiēdo obtinueris: tuæ portionis efficiē ciuitas literarū. Et hæc quidē nos pro possibilitate sensus nostri: vel etiā pro vestri audit9 capacitate discussimus: summa vero scientię et pfundior: ac lucidior hoꝝ intelligētia apd illos erit: qui veram hęreditatē veri & vnigeniti filii dei: quę repromissa est iis: qui eū pfecte dilexerint: consequi merebunē: in Christo Iesu dño nostro: Cui est gloria & imperium ī sæcula sæculorum. Amen.

De difficultate ītelligētię: & de Caleph quomō accepit Hebron: & de filiabus eius.
Cap. XV. Homilia vigesima.

G
I quib9 possibile est ascēdere ad terrā sanctam: & bonā terram viuētium: in qua mors non est: si quis per spiritū meruit ad hæc videnda conscēdere: ille potest verius nosse hæreditatē: & locorū: & appellationū: quæ in iis locis scripta sunt differentias. Verum quia difficile est ita eruditā: vel gratia spiritus repletā inuenire animā: conamur nos cōsolationis communis causa: ne forte tædio efficiaē auditoribus sermo diuinus & lectio: si nihil explanationis accipiat: orantibus vobis: & dño donante hęc interim de huiuscemodi lectionibus pstringere: quæ ædificare possint aīas nostras. Siqua autem sunt: quæ nos ad præsens sentire nō possum9 vel vos nōdū potestis audire: ex iis tamē quę disserimus correctiores: atqꝫ emēdatiores redditi: etiā illa q̄ nūc capere nō possumus: meliores effecti cōprehēsuros nos sperare debem9 Et quidē optimū erit hęc assequi: dū in hac vita sum9: vbi laboris pręmiū iustū est. si min9: post obitū fortasse innotescēt iis: qui merebūtur. Verūtamen etiā illud admoneo: nō parū ex hoc ipso vtilitatis animę conferri: ꝙ aures nostras licet obscura videanē: penetrāt. Si eñ creditū est a gentilibus: ꝙ quędā carmina: q̄s præcātationes appellant: qbus istud artis est insusurrātes: noīb9 quibusdā cōpellatis: quæ ne illi quidē qui inuocāt: norūt: ex solo vocis sono vel sopianē serpentes: vel etiā de cauernis protrahanē abstrusi: sæpe aūt & ī corporibus humanis tumores: aut alia huiuscemodi voce sola reprimere dicunē: interdū etiā animę stuporē quendā sensus infligere: vbi tamē Christi nō restiterit fides: quāto magis toti9 præcantationis: & carminis validiorē & potentiorē ducendā credimus quācūqꝫ illā scripturæ sanctę: vel sermonū: vel nominū appellationē! Sicut eñ apud infideles cōtrarię virtutes audiētes illa vel illa noīa in carminib9: vel præcantationibus adsunt: & exhibent famulatū: & dant operā in hoc: ad qđ inuocari se ex illo: vel ex illo nomīe senserint: officii sui rem quodāmodo ac ministerii cui semetipsos mancipauerint dependentes: eo magis vtiqꝫ cælestes virtutes: & angeli dei: qui nobiscum sunt: sicut & dñs de paruulis ecclesiæ dicit: quia angeli eorū semper assistant in cōspectu domini: vidētes faciem eius: libenter & grate accipiunt: si semp verba scripturæ: & horum nominū appellationes velut carmina quædā et præcantationes ex nostro ore promamus. Quia etsi nos nō intelligimus quæ de ore pferimus: illę tamē virtutes: quę nobis adsunt intelligunt: & velut carmine quodā inuitatæ adesse nobis: & ferre auxiliū delectanē. Quia autem sunt non solum circa nos multæ diuinę virtutes: sed etiā intra nos: vt idicat pphe ta cū dicit in psalmis. Benedic anima mea domino: & oīa interiora mea nomē sanctū eius: hoc est omnia quæ intra me sunt. Constat ergo multas esse virtutes intra nos: quibus vel animarū nostrarū: vel corporū cura permissa est: quæ vtiqꝫ si sāctæ scripturæ legūtur a nobis: delectantur: & validiores erga nostri diligentiā fiunt: si linguis loquamur: & spiritus noster oret: sensus autē noster sine fructu sit. Dixit enim & hoc sanct9 Apostolus: et mirū quodammodo mysterium humanis auribus protulit: dicens aliquando fieri posse: vt spiritus qui in nobis est: oret: et sensus noster sine fructu sit. Intellige ergo ex hoc: qa fit aliquando noster quidem sensus sine fructu: spiritus autem: id est virtutes illæ: quæ animæ nostrę in adiutoriū datæ sunt: pascuuē et reficiunē

ex auditu scripturæ sanctæ: velut ex diuinis et rationabilibus cibis. Quid dico? quia diuinę virtutes pascantur: & epulentur in nobis: si nos verba diuinę scripturę proferamus ex ore? Ipse dñs noster Iesus Christus si nos inueniat iis vacātes: & huiuscemodi studiis: & exercitiis operam dātes: nō solum pasci: & refici dignatur ī nobis: verum etiā si has epulas apud nos viderit apparatas: patrem secum dignatur adducere. Sed hæc: quia satis magna: & supra hominē videtur: nō meis tibi: sed ipsius dñi & Saluatoris sermonibus comprobentur dicētis. Amen dico vobis: quia ego: & pater veniemus: & mansionē faciemus: & cœnabimus apud eum. Quem? Illum profecto: qui sua mandata custodit. Sed sicut diximus: quia sicut ex huiuscemodi meditationibus: diuinarum erga nos virtutū consortia: & officia prouocamus: ita e cōtrario malignarū virtutum insidias: & pessimorū dæmonū incursiones: ex huiuscemodi sermonū: & nominū appellationibus effugamus. Verbi gratia: vt si quis vestrum aliquando perspexit præcantationibus sopitum serpentē portari ī manib9 vel protrahi de cauernis nihil valentē nocere venenis: vtpote incantationis virtute torpentibus: ita etiā lectionis diuinæ virtute si quis intra nos est contrarię potestatis serpēs siquis ad insidiandum coluber latet: si patienter feras: si non tædio fatigatus auertas auditum: scripturæ carminibus: & diuini sermonis assiduitate depellitur. Si ergo vides o auditor aliquando legis scripturā in auribus tuis: quam non intelligis: & sensus eius tibi videtur obscurus: interim hāc primā suscipe humilitatē: quod solo auditu velut præcantatione quadam: noxiarum virtutum: quæ te obsident: & quæ tibi insidiantur: virus depellit & fugatur. Obserua tantū ne efficiaris sicut aspides surdę: & obturantes aures suas: ne audiant vocem incantationis: & veneficii: quod incātat a sapiēte. Verbi causa: est carmē: quod prçcātatur: & canitur a sapiēte Moyse: & quod prçcātatur: & canitur a sapiēte Iesu Naue: & quod prçcātatur & canitur a sapientib9 oīb9 prophetis. Hęc autem idcirco diximus: ne fastidium capiamus audientes scripturas: etiā si non intellegimus: sed fiat nobis secundū fidē nostrā: credentibus quia omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est. Si ergo diuinitus inspirata est: & vtilis: etiā si nō sentiamus vtilitatē: credere tamē debemus quia vtilis est. Solent medici prębere interdū cibū aliquem: interdum etiam potum dare: verbi gratia ad discutiendā caliginē visus: nec tamē in eden do ipso cibo: vel in potādo sentimus: quia vtile est: & prodest oculis: sed cum trāsierit visum cibi illi9: aut poculi virt9: paulatī purgat aspectum: & tunc demum sentire incipimus: quia cibus ille: vel potus profuit oculis. Sed & in aliis similiter corporis partibus eadē fieri solēt Hoc ergo modo credendum est etiam de scriptura sancta: quia vtilis est: & animę prodest: etiam si sensus noster ad præsens intelligētiā non capit: quoniam (vt diximus) & bonę virtutes: quę nobis adsunt: reficiuntur in iis sermonibus: & pascūtur: & contrarię torpescūt iis meditationibus & effugātur. Sed fortasse D dicitur ab auditoribus. Hęc nobis idcirco dicis: vt te ab officio disputationis excuses: & in iis finias: neque quicquam prorsus vel ex iis: quibus possibile est: cōsolationis exhibeas: neque vt dominū depreceris præstare gratiam suā ad reuelāda ea: quę lecta sunt: vt paruum saltē cibū ex occultorum: & secretorū explanatione sumamus. Nō ista de causa hęc dixim9 nec excusantes nos ista protulimus: sed vt ostēderemus in scripturis sanctis esse vim quādam: quæ legenti etiā sine explanatione sufficiat. Nunc vero: quoniam nō nobis sufficit tempus: vt de oībus: quæ dicta sunt: disseramus: vel pauca saltē: prout dñs donauerit: perstringemus. Initium distribuēdę hęreditatis quam Iesus distribuit: incipit a Caleph. Data est eñi huic Caleph portionis suę sors priusquam trib9 sua: quæ est filiorum Iuda: perciperet: & datur ei nō in extremis aliquibus partibus: sed in medio filiorū Iuda: & data est ei portio: nō per sortem: sed per præceptū dñi: & datur ei ciuitas integra. Quē aliū dignū erat talē cōsequi hæreditatē: & talē percipere portionem: nisi Caleph: qui solus saluus effectus est cum Iesu Naue: ex sexcētis milibus armatorū: qui exierant de ægypto? Ipsum oportet accipere Metropolim. Et ideo scriptū est. Dedit ei Iesus ciuitatē Arboc Metropolim Enach: quæ E erat Chebrō: & exterminauit inde tres filios Enach. Quid putas nobis volens ostendere etiam hoc designauit: quod Caleph accepta portione hæreditatis suæ: & tres filios Enach exterminauit: & noīa eorum descripsit: id est Susi: Achimach: & Thalami generatiōes Enach? Videamus ergo quid est quod nec sufficit ei dicere filios Enach: sed & nomina ipsorum addidit: & super omnia adiecit: istę erant generationes Enach. Sed & in consequētibus refert: quod accepta hæreditatis sorte Caleph: ascendit ad eos: qui habitabant Dabir. Nomen autem Dabir erat prius ciuitas literarum. Videndum ergo est quidem quod prius

erat ciuitas literarum: & postea facta est Dabir. Preterea refert: qa & filiã habẽs Caleph ꝓpo
F suerit talẽ quandã cõditionẽ dicẽs. Quicũq; excindere potuerit ciuitatẽ literarũ: & obtinuerit eã: dabo ei Axã filiã meã vxorẽ. Cũq; ille hoc ꝓposuisset: Gothoniel fili⁹ Chenner frater Caleph iunior cepit ciuitatẽ literarũ. Sed & ipm quæstionis locũ scriptura scta po suerit: si tñ (vt diximus) nihil ociose ĩ iis ver bis ꝑtereundũ: q̃ Gothoniel frater esse dicit̃ Caleph: & Caleph filius scribit̃ Iessone: & Gothoniel filius Chenner. Quomodo ergo videbitur frater esse Caleph: qui nõ est filius Iessone: sed ille dicitur filius Iessone: iste aũt filius Chenner: q dicit̃ cepisse ciuitatẽ literarũ: De quo addit̃: qa & iunior erat: & per conditionẽ virtutis merito acceperit Axam filiã Caleph
G vxorẽ: quia excidit & ꝑdidit ciuitatẽ literarũ Exiens aũt de domo patris sui Axa: quæ ei ex certa cõditione nuptũ tradita est: sedens sup asinum dicebat viro suo. Petam a patre meo portionẽ agri. Et exclamauit de monte: & dixit ei Caleph: quid est tibi: & dixit ei. Da mihi benedictionẽ: qa in terra austri nuptũ me tradidisti. Et accepit Gonetlam superiorẽ: & Gonetlam inferiorẽ. Et cõclusit scriptura dicens. Hæc est hæreditas tribus Iuda. Videtis quia vere auxilio dei opus est: vt hęc explanari queãt: Impossibile prorsus est vllum hoĩm de iis differere: nisi illuminat⁹ per dei gratiã fuerit. Ideo ergo iuuate me orationib⁹: & mecum pariter laborate: vt dñs in iis tam obscuris: & abscõditis locis lucẽ veritatis nobis dignetur ostendere: vt & nos vobis possim⁹ aperire quomõ hęc vera: & vtilia: & diuina sunt: sed pro fragilitate humanæ naturæ obtecta sacramentis: & inuoluta mysteriis. Primo ergo
H go discutiamus quare Metropolim accepit Caleph: & illam: quæ prima inter cęteras oẽs in terra repromissionis Metropolis nominat̃: et Metropolim Enach. Enach interpretat̃ humilitas inanis: vel respõsio inanis. Accepit ergo Caleph Metropolim hũilitatis inanis. Duas humilitates eẽ certũ est. Vnã laudabilẽ: de qua dicit saluator. Discite a me: qa mitis sum et humilis corde: & inuenietis requiẽ aĩabus vestris. Et de hac humilitate dictũ est: qa oĩs qui se humiliat exaltabit̃. Et alibi. Humiliamini sub potẽtissima manu dei. Est aũt & alia
I humilitas culpabilis peccatorũ: sicut illa quã de illicito coitu dicit scriptura: quia humiliauit illã. qđ de Ammon scriptũ est: qa humiliauit Thamar sororẽ suã. Est ergo humilitas ĩanis: q̃ descẽdit ex peccato. Hui⁹ igit̃ humilitatis inanis Metropolim cepit: vel excidit Caleph: & interemit tres filios Enach: qui erant filii inanis humilitatis: & illis interfectis ipse habitabat ciuitatẽ: & facit q̃ in cõsequẽtibus scripta. Qui aũt sunt isti filii inanis humilitatis: quos exterminauit Caleph: Primus Susui qui interꝑtat̃ extra me: hoc ẽ extra sanctũ: qa extra sanctũ est filius inanis hũilitatis: imo & extra deũ. Est & alius Achiman: qui interꝑtatur frater meus extra cõsiliũ: velut si dicam⁹ K
frater sine cõsilio. Oẽs etem̃ fratres: qui de humilitate inani nascũtur: certũ est qa et extra cõsiliũ sunt. Tertius Thalami: q interpretat̃ pręcipitiũ: vel suspẽsio: qđ designat nihil ĩ stabilitatis: sed vaga oĩa: & in pręceps ruẽtia. Istos ergo tres filios Enach exterminauit: & interfecit Caleph: & post istos descẽdit in Dabir. Nomẽ erat Dabir: prius ciuitas literarũ. Dabir interꝑtatur loquela. Sed nomẽ Dabir: prius ciuitas literarũ. Igitur ciuitatẽ literarũ intellige omne testamẽti veteris instrumẽtũ: id est & hanc ipsam: quam nũc differere conamur: scripturã intelligamus esse ciuitatẽ literarũ: quæ postmodũ efficiat̃ Dabir: qđ est loquela. Hęc etem̃ quę prius in literis erat: & secundũ literã intelligebat̃: modo in ecclesiis: Christo reuelante dño: loquela effecta est: loquentibus: & differẽtibus primo sctis apostolis: & remouẽtibus superficiẽ literæ: ꝓferentibus vero de ea spiritalẽ loquelã. Sed & singuli quiq; doctores ecclesiarũ literã legis loquelam: & disputationẽ euangelicã faciunt. Qui L
autẽ sunt tres filii Enach: quos Caleph: in cuius persona virtutẽ legis ascripseramus: interimit: Inanis humilitas accipiẽda est illa: quã oẽs huius sæculi poetæ: vel philosophi de diuinitate senserunt: qa & humilia: & deo indigna sunt: quę senserũt. Quid eñi tam humile et quid tã inaniter humile: q̃ ligna: & lapides deos astruere: Hui⁹ ergo inanis humilitatis fili⁹ prim⁹ ẽ Susui: q dicit̃ extra me: hoc est primus sensus eorũ: & extra veritatẽ: & extra deum est. Secũdus vero Achiman: id est frater sine cõsilio. Rectũ est vero: qa & iste frater sit illius erroris: q sine cõsilio gerit̃. Quid eñi tã sine cõsilio est: q̃ relinquere deũ: qui nos fecit et seq eos: quos nos fecim⁹: Terti⁹ erroris sensus est Thalami: qđ est ꝑcipitiũ: vel suspẽsio. Nouissima nãq; hui⁹ erroris tẽdit in ꝑcipitiũ et in ꝓfundũ inferni. Ergo hos gẽtilitatis sensus tanq̃ filios Enach vetusti erroris abscidit lex: q̃ etiã scdm literã deum verũ: & creatorẽ oĩm ꝑdicat. Sed nũc ascẽdit Caleph ad istã ciuitatẽ literarũ: & dixit. Quicũq; exciderit ciuitatẽ istam literarũ: & obtinuerit eam: dabo M
ei Axam filiam meã vxorẽ. Et cepit eam Go-

thoniel filius Chener.Gothoniel aūt qui accepit ciuitatē literarū interpretatur responsio dei.Responsio aūt dei dici pōt:cui respondet deus:hoc est cui reuelat secreta:& pandit arcana.Iste ergo est:qui pōt accipe ciuitatē literarū:& veteris īstrumēti excindere literā occidētē.Frater Caleph iunior.Ego aūt sum de ecclesia frater Caleph iunior:q excisa:ac discussa legis litera:sensum in ea spiritalē requiro.Excindo aūt literā:cū iam nō secundū carnem circūcidor:neq̧ secundū carnem azima māduco:neq̧ pascha cū Iudeis obseruo: neq̧ sabbatū secūdū literā curo. Promissum nāq̧ mihi est:qa si excidero ciuitatē literarū:accepturus sim filiā fratris mei maioris.Eram nāq̧ prius filius Chener:qui interpretatur spretio literarū:sicut nos gētes alienati a cōuersatione Israel:spem non habētes:& sine deo in hoc mundo.Nā prior ille frater meus: cuius nūc accipio filiā:pro eo q̄ excidi ciuitatē literarū:ille filius Iessone fuit:qui interpretatur cōuersio.Dat mihi ergo filiā suā:id est scientiā dei sui:vel intelligentiā:minori fratri dat lex:secundū q̄ scriptū est:Auferet a vobis regnum dei:& dabit genti facieti fructus eius.Sciendū tamen est aliud esse legē:cuius nūc personam dedimus Caleph:aliud literā veteris testamēti:quā ciuitatē figuraliter diximus literarū. Accepta ergo filia eius ego frater eius iunior educo eam de domo patris sui.Quę cū venerit mecū sedens sup asinū.Super quē asinū? Illum sine dubio:quē soluerāt discipuli Saluatoris:dicit ad patrē suū.Da mihi benedictionem pater.Et accepit Gonetlam superiorē:& Gonetlā inferiorē.Quod euidētius Apostolus dicit:Pollicitationē habens vitę eius:quę nunc est:& futurę.Et vt Saluator repromittit iis: qui verbi sui perfectionē sequūt: quia accipiāt centuplū in pręsenti sæculo:in futuro aūt vitā æternā cōsequant.Hoc ē ergo accepisse in benedictiōe Gonetlam superiorem et Gonetlam inferiorē. Quam benedictionē oremus:vt & nos cōsequi mereamur:p Christum dominum nostrū:cui est gloria & imperiū in sæcula sæculorum.Amen.

De filiis Iuda:qui non potuerūt dispdere Iebuseos de Hierusalem. Cap.XV.

Homilia vigesimaprima.

Ilii Iuda volebāt dispdere: vel interimere Iebuseos de Hierusalē:& nō potuerūt: ppter qd̄ habitarunt Iebusei cū filiis Iuda ī Hierusalē vsq̧ in hodiernū diē.Volumus a litera incipiētes inqrere ab iis:q putāt hęc scdm literā stare posse:qd ē qd̄ dī vsq̧ in hodiernū diē:qd verbū sp scriptura p eo ponit:vt ęternitatē sęcli p hoc significet:sicut & dicit:nolite recedere a dño ī hodierno die.i. donec sęculū stat.Ostēdat ergo mihi quomō Iebuseus donec sęculū stat:habitet cū filiis Iuda in Hierusalē:qppe cū ne ipi quidē filii Iuda habitēt ī Hierusalē.Ideo ergo nec istud verū esse poterit:q̄ Iebusei cū Iudęis habitēt in Hierusalē:quādoqdē ne ipi qdē habitāt ī ea. C
Sed nos intelligam⁹ hæc spiritaliter:assumentes euāgelii parabolā:q̄ dicit de zizaniis.Sinite vtraq̧ crescere:ne forte cū vultis eradicare zizania:eradicetis simul cū ipsis etiam triticū.Sicut ergo in euāgelio pmittūt zizania simul cū tritico crescere:eodē modo etiā hic ī Hierusalē.i.in ecclesia sūt qdā Iebusei:isti: q ignobilē:& degenerē vitā ducūt:qui & fide: et actibus:& oī cōuersatione sua puersi sunt. Neq̧ eñ possibile ē ad liqdū purgari ecclesiā dū in terris est:ita vt neq̧ ipius ī ea quisq̧:neq̧ peccator residere videatur:sed sint ī ea oēs sancti:& beati:& in qb⁹ nulla prorsus pcti macula nō dephendat.Sed sicut dicit de zizaniis ne forte eradicātes zizania siml' cū illis eradicetis & triticū:ita etiā sup iis dici pōt:in qb⁹ vel dubia:vel occulta pctā sunt.Neq̧ eñ dicimus de iis:q manifeste & euidēter criminosi sunt:vt nō de ecclīa expellant.Audi ergo scripturā dicentē:qa nō potuerūt filii Iuda dispdere Iebuseos:sed habitauerūt cū ipsis ī Hierusalē vsq̧ in hodiernū diē.Vnde depcor vos qui fideles estis:vt ita vitā vestrā: & cōuersationē seruetis:ne ī aliquo vel ipsi scādalū patiamini/vel aliis scādalū faciatis:sed sit vobis summi studii:sūmeq̧ cautelę:ne qs in hāc sāctam cōgregationē vestrā pollutus introeat: ne qs Iebuseus habitet vobiscū. Vides ergo: qa dicit scriptura:q̄ nō potuerūt eiicere filii Iuda Iebuseos de Hierusalē.Iebuseus aūt īterpretat cōculcatio.Ergo qa nō possum⁹ eiicere istos:q nos cōculcāt:eos saltē quos possumus:quorū pctā manifesta sunt.Vbi eñ peccatū nō est euidēs:eiicere de ecclīa neminem possumus:ne forte eradicātes zizania:eradicem⁹ simul cū ipsis etiā triticū.Mouet me tñ quod dixit:qa nō potuerūt eiicere Iebuseos: id est eos:qui interpretāt cōculcatio.Et ideo videamus qui sunt in ecclesia conculcantes. D
Illi sine dubio:de qbus dicit dñs in euāgeliis. Nolite mittere sanctū canibus: neq̧ margaritas vestras ante porcos:ne forte conculcēt eas pedibus suis:& conuersi elidant vos. Iste est ergo Iebuseus/conculcatio: qui indigni E

audiunt verbū dei:& cū audierint neq; vt in
fideles discedunt:neq; pmanēt vt fideles: sed
percepta mysterioꝝ notitia:fidei nr̄ę secretio
ribus scrutatis:cōuersi postmodū impugnāt
nos:& cōtradictionib⁹ suis corda nr̄a dirum-
punt:cōculcantes verbi dn̄ici margaritas:&
ornamēta fidei maculātes. De istis ergo dicit
quia nō potuerūt filii Iudę eiicere Iebuseū de
Hierusalē:vsq; in hodiernū diē. Simile aūt ali
quid scriptū est & de Effrē. Ait em̄ scriptura
Et nō dispdidit Effrē chananeū: q habitabat
in Gazer:& habitauit chananeus ī Effrem vs
q; in hodiernū diē. Effrem aūt īterpretat̄ fru
F ctificatio. Qui ergo fructificat:& crescit in fi
de:nō pōt exterminare Chananeū semē pessi
mum:semen maledictū:semē semp mobile:se
men incertū. Hoc em̄ īterp̄tatur Chananeus
Et certū est:qa cū eo qui fructificat:& crescit
semp habitat Chananeus. Nunq̄ em̄ tētatio-
num motus cessant ab eo. Sed tu si vere fructi
ficas ī deo:& vides talē aliquē inquietum:tur
bidū:mobilē:scito qa Chananeus ē. Si nō po-
tes eū eiicere de ecclesia:qa non potuerūt alii
Effrem dispdere Chananeos:illd̄ obserua qd̄
Apostolus cōmēdat dicēs. Subtrahite vos ab
omni fratre īqete ambulāte. Sed qm̄ Salomō
suadet hęc q̄ legimus describi ī corde triplici
ter:etiā illud:p̄ter illa quę diximus:qd̄ cordi
meo occurrit ad aures vestras p̄ferā:& vos fa
cite qd̄ scriptū ē:vt vno dicēte oēs examinēt.
Me ergo dicēte qd̄ sētio:vos discernite:& ex-
G aminate sicut rectū est:aut min⁹ rectum. De
Hierusalē frequēter diximus q; visio pacis in
terpretat̄. Si ergo ī corde nr̄o Hierusalē ędifi
cata:hoc ē si visio pacis in corde nostro funda
ta est:& Christū semp:q est pax nr̄a: ītuemur
et seruamus ī corde:si quidē ita fixi & stabiles
sumus in hac visiōe pacis: vt nūq̄ prorsus vl
la cogitatio mala:vel alicuius peccati cōsiliū
ascēdat in cor nostrū:si hoc ita fieri possit:po
terimus dicere:qa in Hierusalē sumus:& nul
lus alius habitat nobiscū:nisi soli illi:qui san-
cti sunt. Nūc vero cū etiā ad grandē p̄fectū
H veniamus:& summis nosmetipsos studiis ex
colamus:tamē nō puto cuiq̄ tm̄ in corde pu
ritatis euenire:vt nunq̄ aduersę cogitatiōis
cōtagione maculet̄:certū est etiā Iebuseos ha
bitare cū filiis Iuda in Hierusalē. Nō tn̄ ideo
hęc diximus q; negligamus quātū fieri pōt
eiicere eos:sed satis agendum nobis est:& ten
tādū quotidie eos eiicere de Hierusalē:sed si
cut scriptū est:nō possum⁹ simul oēs eiicere.
Hoc idē aūt etiā in iis qui fructificāt sentien
dum est:qui Effrē filii nominant̄. Qui & ipsi
Chananeos:id est vagas: & lubricas cogita-
tiones semp debent eiicere de aīabus suis. Po
tens est aūt deus:qui & Iebuseos:& Chanane
os subiiciat nobis. sicut scriptum est:Subiecit
aūt Chananeos filiis Effrem. Ipsum ergo do-
minū deprecemur:vt eiiciēs a nobis malas co
gitationes:bonas inferat:dignas Hierusalem
ciuitate cęlesti:in qbus nihil pollutū inuenia
tur & sordidū:qd̄ nos in die iudicii ex cōsciē
tię cogitationibus arguat:sed inueniatur in
nobis puritas cordis in Christo Iesu dn̄o no-
stro:cui est gloria & imperiū in sęcula sęcu-
lorum. Amen.

De tribu Effrem:& de Chananeis. Ca. XVI.

Homilia vigesimasecunda.

Hananei tertio dicti sunt ī
filiis eē Effrē. Sed obserue- I
m⁹ q sit in singulis ordo di-
ctoꝝ.i.qd cōtinet prim⁹ ser
mo:q dicit Chananeos esse
cū filiis Effrē:& qd secūd⁹
et terti⁹. Si em̄ diligēti⁹ ob
seruemus:qūo tertio dicant̄ eē Chananei cū
filiis Effrē:& dn̄o p̄stāte poterim⁹ īuestigare
ordinē dictionū:qd ex hoc primo:qd in secun
do:qd in tertio factū refert̄:puto q; nō erim⁹
increduli:qa vere hęc nō vt sola nobis rerū ge
starū narratio traderet̄:scripta sunt:sed sacra
mētis diuinis:deoq; dignis repleta. Primo er
go dictū ē:qa nō pdidit Effrem Chananeū: q
habitat in Gazer:sed habitabat Chananeus ī
Effrē vsq; in hodiernum diē:& factus est sub
tributo seru⁹ vsquequo ascendit Pharao rex
ęgypti:& accepit ciuitatē:& incēdit eā igni
et Chananeos:& Pherezeos:& qui habitabāt
in Gazer trucidauit:& dedit eam Pharao in
dotem filię suę. Secundo:Et factum est (in-
quit) quoniam inualuerunt filii Israel: & fe-
cerunt Chananeos subiectos:exterminatio-
ne aūt nō exterminauerūt eos. Tertio:quan-
do cōtradixerūt viri de tribu Effrem Iesu:vo
lentes secūdū numerositatē suā: qa plus erāt
et validi:maiorē accip̄ere etiā hęreditatis sor
tem:& iubent̄ ascēdere in saltū:& sibiipsis am
pliorē locū capere:et vt possint latiora spacia
occupare:iubent̄ exterminare Chananeū. Vi
deamus ergo nūc qd sibi videtur hęc de Cha K
naneis tripartita narratio. Prīo Chananeus
nobiscū est quidē:& sub tributo est:nō est tn̄
obediēs nobis:neq; seru⁹. Scd̄o etiā seru⁹ effi
cit̄:& obediēs. Chananeū hic carnē nostrā ac
cipiam⁹:vel ea q̄ carnis sunt. Hęc prīo nobis-
cū est:hoc est aīę iūcta est:sed nō obediēs: nisi
tm̄ q; tributa depēdet:id est ministeriū quidē
agēdi aliqd exhibet:vel mouendi. Concupis-

c't tñ aduersus spiritũ:& nõ est obediẽs aĩe:sed suis desideriis cedit. Si vero aliquãtũ profecerimus:efficit nobis caro seru9: & obediẽs:ac parẽs aĩæ volũtati. Et iste est secũdus aĩæ pfectus:cũ sibi carnẽ & seruire fecerit: & obedire. Tertiũ vero est:qd pfectũ est. Si.n.iã veniam9 ad pfectũ: etiã exterminãdus nobis dicit Chananeus:& morti traded9. Quomodo aũt hoc in nr̃a carne cõplet: audi apostolũ Paulũ dicẽtẽ. Mortificate mẽbra vestra: quæ sunt super terrã:fornicationẽ:imũditiã: & cętera q̃ sequũtur. Et iterũ dicit: Qui aũt sunt Christi:carnẽ suã crucifixerũt cũ vitiis:& cõcupiscẽtiis. Sic ergo tertio: hoc est cũ ad pfectionẽ venim9:& mẽbra nr̃a mortificam9: ac mortẽ Christi in corpore nr̃o circũferim9: exterminari a nobis dr̃ Chananeus. Sed & illud nõ otiose p̃tereũdũ est: q̃ dr̃ Pharao venisse: & accepisse ciuitatem Gazer:in qua Chananeus habitabat cũ Effrem:& dedisse eã in dotem filię suę. Gazer aũt interp̃tat̃ cõstructio. Si ergo corpus:& aĩa in vna:atq; eadẽ cõstructione habitẽt:id ẽ cõiũctę sibi inuicẽ & socię ita vt aĩa carnaliter viuat:& non festinet aĩa velocius sibi obediẽtẽ:& subditã facere carnẽ verẽdũ ẽ ne veniat Pharao ex ęgypto:& captiuã ducat infelicẽ aĩam:ita vt ĩ dotẽ eã tradat filię suę. Si.n.cõsideres illud:qd̃ dixit Apostolus:exurgere aliã legẽ in mẽbris nostris:& captiuos nos ducere ĩ lege peccati:ĩuenies quomodo ille Pharao:qui est auctor: & rex peccati:filię suę:quę est lex peccati:animã quæ carnaliter vixerit:in dotẽ cõscribit. Post hęc etiã hoc videndũ est:q̃ filii Ioseph quęstionẽ mouent de hęreditate:maiorẽ sortẽ requirũt:dicentes ad Iesum. Quare nobis dedisti hæreditatis sortẽ vnã:& pedaturam vnam? Ego aũt populus multus sum:& dñs benedixit me. Si ergo & nos populus simus multus:& benedicat nos dñs:audiemus ab Iesu. Populus multus es:ascẽde ĩ saltũ:& mũda tibiipsi: & para locũ ĩ terra. Expurga Pherezeos:& Raphaim Necesse ẽ ergo nos eiicere Pherezeos. Inuenimus aũt Pherezeos ĩterp̃tari fructificationẽ. Sed(sicut sæpe iã diximus de aliis noĩbus)in hoc duplex est interpretatio. Est enim fructificatio bona: & fructificatio mala. (sicut in euangeliis designat̃) quia arbor bona/bonos fructus facit:& arbor mala malos fructus facit. Oportet ergo nos expellere omne quicq̃d nõ bene fructificat:& abscindere fructũ peccati:& expurgare fructus iniustitiæ. Sed & Raphaim(inq̃t)expelle: vel potius expurga de te. Raphaim inuenimus interp̃tatũ resolutæ matres. Est in aĩa nostra virtus quędam:quæ parit sensus:& velut mater est eorum sensuũ vel intellectuũ: qui procedũt e nobis:secũdũ q̃ dicitur de anima quasi de muliere: Salua autẽ erit per filiorũ generationẽ:si permanserit in fide:& veritate. Istæ ergo matres:hoc ẽ ista virtus aĩę:illis:in quibus fortis est:& valida:ac robusta:generat sensus validos:& potẽtes:& qui superari a cõtradicẽte non possint. In aliis qdẽ virtus ista resoluta est:& remissa: qd̃ indicatur ex sensibus:cũ lãguidi qdã proferũtur & inepti:& nihil in se fortitudinis cõtinẽtes. Hoc ergo significat̃ sub nomine Raphaim:vt huiuscemodi de nobis matres remissas:quæ sensus ineruditos:& inutiles pariũt:expurgemus. Et bene seruauit spiritalis intelligẽtię p̃prietatẽ. Non enim dixit exterminandos Raphaim:sed expurgandos. Non enim ipsos naturales animę motus euertere: atq; extermiare p̃cipitur: sed expurgare:id ẽ sordes:& ĩmũditias: quæ eis ex nostra negligentia aduenerũt:purgare:atq; depellere: vt naturalis eius vigor p̃prię:atq; ingenitæ virtutis effulgeat. Post hæc addunt adhuc filii Effrem:& dicũt:Non sufficit nobis mons: & equus electus:& ferrũ Chananeo est:qui habitat in meridie. Nunq̃ inuenies qui equũ habeat Israelitam:sed Chananeus habet illum equum:qui falsus est ad salutem. Habet & ferrum bellicũ Chananeus. Sed quid respondit illis Iesus? Si populus mult9 es tu: & virtutẽ habẽs:nõ erit tibi sors vna:q̃a salt9 est tibi:& emũdabis eum. Vides quid ad nos p spiritalem intelligẽtiã dicit̃: vt emũdemus syluam quę in nobis est:& excidẽtes inutiles:& infructuosas ex nobismetipsis arbores: faciam9 ibi noualia:quæ semper innouemus: & ex quib9 fructum capiamus tricesimũ: & sexagesimũ: & centesimũ? An non eadem nobis euangelii sermo denũtiat dicens: Ecce iam securis posita est ad radicem arboris? Omnis ergo arbor: quę nõ affert fructũ:excidetur:& in ignẽ mittetur. Hæc prioribus nostris Naue filius pręcepit Iesus de infructuosis arboribus excidendis:hæc nobis dominus Iesus in euangeliis mandata describit. Et quomodo non verum est qd̃ vmbra præcessit:& veritas secuta est? Quid aũt est:q̃ addidit Iesus:Si emũdaueris (inquit)syluam:erit tibi cũ exterminaueris Chananeum? Diximus iã superius quomodo nobiscũ positus Chananeus/primo tantũ tributa depẽdet:secũdo obediẽs efficitur & subiectus:tertio vero in mẽbrorũ nostrorũ mortificatione etiam exterminari dicitur. Quę si recte intelligimus:& donauit nobis dñs per gratiam suam ita hæc intelligere: sit aliquid

operępretii hęc de secretis: & abscōditis ī publicum produxisse: & venisse ad agnitionem nostrā: quæ seruabatur obtecta: & conemur secūdum hęc: quę diximus: Chananeum: qui nobiscū est: citius subiicere nobis: & obedien
F tem facere: post hæc etiam exterminare: quia si dimittimus eū: & negligimus: veniet Pharao ex ęgypto: & incipiet locū nostrū in dotē dare filię suę: & captiuos nos tradere legi pec cati. Sed absit hoc ab Israelitica nobilitate: vt seruiat filiæ Pharaonis Israelita: quē iam de⁹ eduxit de terra Aegypti: iterū seruiat illi: q ī mari rubro submersus est/Pharaoni. Obseruemus ergo sicut & hic dicit Iesus: vt pręualeamus nos contra Chananeos: ne si forte illi inualuerint super nos: & obtinuerīt nos: de Israeliticis Chananeos nos faciāt: sicut & ille effectus est: quē superauerat carnis illecebra: cui dicit a propheta: semen Chanaan: & nō Iuda species seduxit te. Nō eueniat ergo nobis audire semen Chanaan: quia maledictus Chanaan puer: seruus erit fratribus suis. Nobis aūt pręstet dn̄s: vt filii simus Abrahā: & Isaac & Iacob: secūdū ꝓmissionē hęredes: & ob hoc ex lapidibus suscitati: vt simus filii Abrahan a Christo Iesu dn̄o nostro: cui est gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

De ratione sortiū: vbi septē tribus capiūt hęreditatē. Cap. XVIII. Homilia. XXIII.

G IN cōsuetudine hominū cū aliqd sorte diuidit: fortuitu videt sors illa ad illū cadere. In scriptura autē sancta nō ita est. Aliquoties q rebā apud memetipsum: si de tātis: ac talibus patres sancti sortibus iudicium cōmisissent. Q̄ si esset hoc apud sanctos ita gestū: iā de aliis hoībus: vel gētilibus nihil mirū videret: si nihil haberet eximiū in iis: q a sanctis sorte dicunt diuisa. Sed videamus si forte in scripturis inuenim⁹ aliqd positum: qd̄ nobis quid virtutis contineatur in sortibus manifestet. Incipiamus ergo a Leuitico: vbi scriptū est. Et accipient (inqt) duas sortes. Sors vna dn̄o: & sors vna apopompeo: hoc est transmissori. Et super quēcūq venerit sors apopōpei accipiet hircū illū: & adducet illum in eremū viuū: & dimittet illū ibi in dimissione sua. Aliū vero hircum immolabūt dn̄o: & reliqua: quæ ibi sunt: quę vtiq sciunt qui legunt. Et iterū vbi Moyses sorte diuisit tribui Rubē: & tribui Gad: & dimidię tribui Manasse: quæ popōscerāt trās Iordanem accipere terram illam: quā acceperūt filii Israel. Dedit aūt etiam Iesus secundū pręceptū dei Caleph filio Iessone tribus Iudæ sortē. Dedit aūt & tribui Effrem: & illi: quę superat: dimidiæ tribui Manasse. Et post hæc congregauit
H (inquit) ecclesiā filiorū Israel: & dixit: Mittā sortē: & proferā in cōspectu dn̄i sortē: si prius describētes terrā: attuleritis descriptionem eius. Et ita post hęc sortibus missis hęreditas populo dei distribuit: & agitatur sors ista: nō fortuitu: sed secundum hoc: qd̄ pręestinatū est a deo. Deniq tribus Beniamin prima ibi accepit sortē vbi erat Hierusalē. Post hāc tribus Symeon secūda: post hāc Isachar. Deinde Zabulon: deinde Asser: post etiā Neptalim: inde Dan. In qbus nouissime veniūt tres illæ tribus: quæ ex cōcubinis descēderant Iacob. Quę ergo sit ratio sortiū apud memetipsum requirebam: vt ex multis testimoniis scripturæ: qd̄ latebat agnoscerem. Inueniebam sane in scripturis etiam gētiles homines vsos esse sortibus: tunc cū nauigaret Ionas: & tēpestas vrgeret. Aiūt nāq ii qui nauigabant: Mittamus sortē: & videamus cuius causa hęc tanta malitia est. quasi sors tantū valeret: vt prodere posset: cuius causa periculū nauigātib⁹ immineret. Et q̄uis gentiles essent: & alieni a cognitione dei: nō tamen in hac opinione fallūtur: sed qd̄ verū erat: ꝓdit eis sors. Deniq venit (inquit) sors super Ionā. Quærēs ergo de iis: inuenio & Salomonē in prouerbiis dicētem. Contradictiones cohibet sors: & inter potētes definit: veluti cessare ostēdēs contradictiones: vbi mittitur sors. Sed cū hæc in testamēto veteri non pauca referri de sortibus inuenirem: conuerti me etiam ad nouū testamētū vt viderē si forte vel ibi contemnuntur sortes. at ne ibi quidē earū vsus abiicit: & inuenio ꝙ aliquando cū deesset numero Apostolorum vnus Apostolus: & esset necessariū in loco Iudæ aliū subrogari: conuenientes apostoli: qui vtiq multo sapiētiores erant: q ii qui nunc episcopos: vel presbyteros: vel diaconos ordinant: elegerūt duos: & statuerunt in medio. Nec tamen de eis sibimetipsis iudicium permiserunt: vt illum facerent: quē ipsi volebant: sed orantes (inquit) miserunt sortem: vt ex illis duobus: quos statuerant in cōspectu dei: id est Ioseph: qui vocabatur Barsabas: qui cognominatus est iust⁹: & Matthiā. Et cecidit (inquit) sors super Matthiā: & annumeratus est cum vndecim Apostolis. Præcedēte nāq oratione non iam casu: sed prouidentia: sors diuinū iudicium deferebat. Sed adhuc quærebam in nouo testamento: sicubi

sors in Christo:vel in ecclesia nominatur:vel in rebus mysticis:& quæ ad animã pertinere videatur.Inuenio Paulũ ad Ephesios scribentem dicere de Christo. In qua (inquit) sorte vocati sumus:prędestinati secũdum propositũ eius:qui omnia operatur secũdũ cõsiliũ voluntatis suę:vt simus in laudẽ gloriæ eius:qui ante sperauimus in Christo. Sed & ad Thessalonicẽses hęc scribẽtem.Gratias agẽtes deo patri:qui idoneos nos fecit ĩ parte sortis sanctorũ in lumine. Tã multis igitur ex scripturis sanctis de cõmemoratione sortiũ testimoniis cõgregatis:quo ex multorũ locorũ consideratione virtutem rei possimus diligentius apprehẽdere:mihi quidẽ ex iis omnibus: vel euidens adhuc sensus ad liquidũ patere non potuit:vel etiã de re tãta enũtiandi & proferendi arcani metus insedit.Illud tamẽ:inquãtum res patitur:contigisse sufficiat:qđ nobis ab Apostolis sors ducta designat:quia vbi ex fide integra:& oratione præmissa sors ducitur:ea quę dei voluntas continet in occulto sors hominibus declarat in manifesto.Secundum interiorem vero intellectũ: sicut Paul⁹ videtur indicare:cũ dicit in parte sortis sanctorũ:& sorte vocari ĩ Christo: vidẽdũ est ne forte nõ solũ in hominibus:sed & in supernis virtutibus sors agat: & præsideat aliqua virtus huic officio: quæ (verbi causa) Iesu filio Naue nũc sorte hæreditatẽ distribuenti: nõ ad aliquam gratiam: sed secundũ ꝙ scit deo placere:ducatũ prębeat:& illi quidem faciat euenire quę prima sunt:quem scit apud Deũ primũ locum tenere:quo hoc qđ in occultis habetur apud Deũ:sortis gubernatione etiã hominibus demonstraretur:aliũ vero facere secũdi loci:& aliũ tertii. Quod ita gestũ esse non solũ in terris arbitror:verũ etiam in cęlestibus:& huiusmodi sortẽ:quæ apud deũ meritorũ contemplatione distinguitur:etiã illo tẽpore habitam cũ diuideret & constitueret excelsus gentes:& disseminaret filios Adã:& cõstitueret fines gẽtiũ secũdũ numerũ angelorũ dei:Et facta est portio dei Iacob: funiculus hæreditatis eius Israel. Vides enim quia & hic partem & funiculũ Israel dño dicit eẽ sortitũ.Non ergo fortuitu arbitrãdũ est per sortẽ venisse ad liqdũ angelo illã gẽtẽ suscipere:verbi causa:Aegyptiorũ:alii aũt Idumæorum:& alii Moabitarũ:& alii Indiam: & vnãquãq; nationẽ earũ:quę sunt super terrã.Sed & ibi etiã si secũdũ numerũ angelorũ dei dicant sorte gẽtes esse diuisæ:tñ illa sors (sicut in hoĩbus dixim⁹) qa dei iudiciũ:qđ in occulto est:sors pãdit in publico:talis etiã ibi fuisse credẽda est:qa & merito:& virtute sua vnusquisq; angelus illã:vel illã gentẽ in diuisione suscipet.Et qd dico de magnis:& de generalibus reb⁹:cũ ne p singulos qdẽ nostrũ absq; huiusmodi sorte:q̃ dei iudicio dispẽsat:euenire dicẽdũ est:verbi causa:vt ali⁹ nostrũ talẽ: vel talẽ vitã statim a natiuitate sortiat:vel certe illud:qđ erga hoĩes geri ex scripturis sanctis sępe docuim⁹:ꝙ & boni angeli adsunt hoĩb⁹: & cõtrarii: ꝙ nõ vtiq; fortuitu:& absq; iudicio ille angelus illi⁹ aĩæ:verbi causa: Petri custos eẽ sortitus sit:& ali⁹ Pauli:vel alius vni⁹ infantis de ecclesia:de quoꝝ ãgelis dicit dñs qa semp videãt faciẽ pr̃is sui:q in cælis est.de qbus vtiq; dubitandũ nõ est:ꝙ iudicio dei: q illoꝝ dignitatẽ:vel nostrę aĩę ad liqdũ perspicit qualitatẽ:vniuscuiusq; nostrũ custodiam sortiant:sorte quadã mystica Christi dispẽsatiõe directa.Ego aũt quãtũ ad opinionẽ meã spectat:puto audẽter dicendũ etiã de iis virtutibus:quæ mũdi huius ministeria suscepe rũt:ꝙ nõ fortuitu:vel casu illa virtus terræ: vel arboꝝ germinationib⁹ præsit:illa fõtium ac fluminũ sufficiat:ac sufficienter exhibeat: alia imbriũ:alia vẽtoꝝ:alia marinis:alia aũtẽ terrestrib⁹ aĩalib⁹:vel singulis qbusq; e terra gignẽtibus p̃sit:& esse in iis singulis sacramẽta ineffabilia diuinæ dispẽsationis: vt ordine suo cũcta & cõpetẽti p vnãquãq; virtutẽ dirimant officio.Sic eñ & Apostolus Paul⁹ dicit.Nõne oẽs sunt ministri sp̃us ĩ ministeriũ missi:ꝑpter eos:q hæreditatẽ capiũt salutis? Ad horũ igit̃ imitationẽ credẽdũ est etiã hic scripturã referre sortes duci p Iesum:& hęreditatẽ p vnãquãq; tribũ diuina dispẽsatione decerni:& p ineffabilẽ ꝓuidẽtiã dei: ac p̃sentiã in iis sordibus adũbrari futurę in cęlis hęreditatis exẽplar.quoniãqdẽ lex vmbrã dicit̃ habere futurorũ bonoꝝ:& sicuti dicit Apostol⁹ de iis:q ad dñm Iesum Christũ venerũt qui accessistis ad Sion mõtẽ:& ad ciuitatem dei viuẽtis Hierusalẽ cæleste: est aliqua ĩ cælis ciuitas:quę dicit̃ Hierusalẽ: & mõs Sion. Non est vtiq; sine causa ꝙ Beniamin in sorte sua accepit Hierusalẽ:& mõtẽ Sion:nisi quia cælestis illius Hierusalẽ ratio sine dubio hoc exigebat:vt aliq̃ Beniamin dari deberet Hierusalẽ terrestris:quę illius cælestis figurã seruat:ac formã.Similiter aũt de Bethleẽ dicẽdũ est:ꝙ nõ sine certa quadã ratione in Iudę sorte decernit̃:vel Ebron:vel aliæ singulę ciuitates singulis quibusq; tribubus cõscribũtur:nisi qa (vt dixim⁹) illa cælestia loca:in qbus & Hierusalem:& Sion esse noĩat: sine dubio & cętera quę iis vicina:vel cõiuncta sunt

loca: hoc in se causæ: & rationis cõtinebãt in cælis: ꝙ sorte distributa gubernabãt ĩ terris.
F Hinc ergo est: ꝙ dispensauit diuina sapientia noĩa quędã locoꝝ scribi in scripturis: q̃ mysticã quãdã interptatioñẽ cõtineãt: p quę indicetur nobis: qa hęc certis qbusꝙ rationib⁹: & nõ casu: vel fortuitu fieri dispensentur. Sicut em̃ non est putãdũ: ꝙ fortuitu accideret: verbi causa: vt ille angelus Michael vocaretur: alius autẽ Gabriel: alius vero Raphael: & vt ad humana descendã: sicut nõ fuit fortuitu: vt ille patriarcha Abraham vocaretur: & ille Isaac: & alius Israel: sed ne in fœminis qdẽ casu accidit: sed certa: & diuina ratione: vt illa Sara vocaret̃ ex Sarai: vel ille Israel ex Iacob: vel ille Abraham ex Abram: & vt certũ ẽ ꝙ vnusqsꝙ vel angelorũ: vel hominũ ex iis: quę sibi iniũgunt̃ officiis: & actibus etiã noĩa sortiant̃: ita cõsequẽs est: etiã loca quędã esse cœlestia & ciuitates: sicut Hierusalem cœlestis dicitur & Sion: esse etiã alias: quarũ typũ & imaginẽ istæ: quæ in terris sunt: cõtinẽt: quæ nũc in hac scriptura mystice nobis per Iesum
G filiũ Naue designant̃. Et de ipsis puto ciuitatibus dictũ. Aedificabũtur ciuitates Iuda: & habitabũt ibi: & hęreditabũt eã. De ipsis etiã dñs & Saluator dicit: quia multæ mansiones sunt apud patrẽ. Et de ipsis credẽdũ ciuitatibus seruo illi q bene negotiatus fuerat dominũ dicere: qa potestatẽ habebis super decẽ ciuitates: & alii: super quinꝙ ciuitates. Hæc de diuisione sortiũ terrę Iudę proferre ad vos in quãtũ fas fuit: ausi sumus scriptura ꝓuocãte quę Hierusalẽ dicit cœlestẽ: & mõtẽ Sion: & cętera: quæ similiter scripta sunt: esse dicit in cælis: quę nobis occasionẽ dederũt sentire de iis oĩbus: ꝙ mysteria in iis cælestia describantur. Et ideo dicimus: ne cũ fastidio hæc legatis: & putetis vilẽ aliquã eẽ scripturã: pro eo ꝙ est multis nominũ appellationibus cõsita: quin potius scitote ineffabilia per hæc mysteria cõtineri: & maiora q̃ potest vel humanus sermo ꝓferre: vel auditus mortalis audire: q̃ (vt ego arbitror) digne: & integre explanari non solũ a me minimo nõ possunt: sed nec ab ipsis quidẽ: q me mlto meliores sunt. Nescio aũt si vel ab ipsis sanctis apostolis plene: & in
H tegre ꝓferũtur. Non dixi ꝙ nõ plene sciãtur: sed nõ plene ꝓferãtur. Certũ est em̃ cognita esse hęc: & integre apprehẽsa illi: q raptus est vsꝙ ad tertiũ cælũ: q vtiꝙ in cælo positus vidit cœlestia: vidit Hierusalem verã ciuitatẽ dei: vidit ibi & Sion mõtẽ quocꝙ loci est: vidit & Hebron: vidit & oĩa ista: quæ cõscribũtur sorte diuisa: & nõ solũ vidit: sed & rõnes eorũ in spiritu cõprehẽdit: quia ipse cõfitet̃ se audisse verba: & traditiones. Sed quæ verba? Ineffabilia (inquit) & quę non licet homini loqui. Vides ergo qa sic omnia Paulus cõprehẽdit in spiritu: sed nõ licebat ei hoĩb⁹ ista proferre. Quibus hoĩbus? Illis sine dubio: de quibus culpabiliter dicebat: nonne homines estis: & secũdũ hominẽ ambulatis? Sed dicebat fortassis illis: qui iam non secũdũ hominẽ ambulabãt. Dicebat hæc Timotheo: dicebat Lucę: & cęteris discipulis: quos sciebat capaces esse ineffabiliũ sacramentorũ. De qbus & in ministerio tale aliqd Timotheum cõmonebat dicẽs. Memor esto verborũ: quæ a me audisti: quæ cõmẽda fidelibus hominibus: & iis qui idonei sunt alios docere. Sic ergo diuina hæc esse credentes: & mystica: dignos nos: & aptos ad eoꝝ capacitatẽ vitę actibus: ac meritis ꝑparem⁹: vt cũ digne a nobis fuerint intellecta: etiã hęreditate ea in cælis consequi mereamur: in Christo Iesu dño nostro: cui ẽ gloria & imperiũ in sæcula sæculorum. Amen.

De Amorreis quomõ habitauerũt cũ Effrẽ: & de Iesu quomodo accepit ciuitatem a filiis Israel. Cap. XIX. Homilia. XXIIII.

E Iebuseis: qui habitabant Hierusalem: dudũ dictũ ẽ: quomodo eos exterminare non potuerũt filii Iuda: sed & de Chananeis: quos non potuerũt exterminare filii Effrem: habitãtes in medio sui. Quibus similia etiam pręsens lectio refert de Amorreis dicens: Quia permansit Amorreus habitare in Elom: & in Salamis: & grauis effecta est manus Effrem super eos. Amorreus interpretatur amarus: vel amaritudo. Habitantes ergo in Elom: quæ interpretatur arietantes: vel in Salamis: qđ interptat̃ pacifici: permanent: & habitãt amaritudines in arietãtibus & pacificis. Arietãtes sunt ii: q in agonibus positi: expugnare diabolicas ædes: structurasꝙ conantur. Pacifici vero: q carnalibus cõcupiscẽtiis superatis: pacẽ aĩę gerũt. In vtrisꝙ tamẽ perseuerat: & cõtẽdit cõtraria virt⁹ amaritudo persistere. In quo tale aliqd intelligere possumus: quia dicit permãsit habitare Amorreus in ipsis. Verbi gr̃a: si inimica virtus dęmonis ex amaritudinis turma veniẽs obsideat alicuius corpus: perturbet: ac decipiat mẽtẽ: adhibeantur aũt multæ orationes: multa ieiunia: multæ exorcistarum inuocationes: & ad hæc omnia surdus dæmon in obsesso corpore per

maneat:& persistat:tolerabilius ferēs exorci-
starũ pœnas:& adhibita sibi ex Dei nois inuo
catione tormēta:q̃ discedere ab homine: quē
impudēter obsidet:& nequiter:ita etiā hic in
telligēdũ est in istis:q dicũtur Amorrei:q per
manēt:& persistũt habitare in Elom: & in Sa
lamin.Et vt vere ostēderet scriptura: qa pfe-
rētes pœnas & flagella persistũt:dicit:Et gra
uis effecta ē sup eos manus Effrem.Quomo-
do aũt grauis efficit manus Effrē sup Amor
reos?vel exorcistarũ(vt diximus)man⁹ īpo-
sitione vehemētius īposita grauari dicit sup
immũdos spũs man⁹ Effrē: vel qa boni actus
& bona opa grauāt & affligũt dęmonũ gen⁹:
cõtrariasq; virtutes.Quāto em̃ nos meliora
egerimus:& quāto in optimis cõuersamur:
tāto illis molesta hęc efficiunt & grauia.Gra
tũ vero illis est & acceptũ : & voluptates eis
quodāmodo exhibet:q in turpitudine: & fla-
gitiis viuit.Qui vero in bonis actibus manũ
suā grauauerit sup eos:etiā si penitus eos ex-
pellere non potuerit:certe tributarios eos fa
ciet & subiectos.Et abierũt filii Effrem pera-
grare terrā:secũdũ fines suos. Et cũ enarras-
set illā historiā in sequētibus quātā māsuetu
dinē & humilitatē habeat Iesus:q vere dign⁹
erat ferre nomē dñi Iesu: & Saluatoris nostri
declarat.Ait em̃.Dederũt(inquit)filii Israel
sortē Iesu filio Naue ex semetipsis per p̄ceptũ
dñi:& dederunt ei ciuitatē:quā petiuit Thā
nasac:q̃ est in mõte Effrem : & ædificauit ibi
ciuitatē:& habitauit in ea.Ipse est:q dedit hę
reditatē oīb⁹ filiis Iuda:q dedit Effrem:& di
midię tribui Manasse: ipse dedit & magnifi-
co illi Caleph filio Iessone hęreditatē:ipse mi
sit ternos p singulas tribus : q vniuersam ter
rā peragrarēt:atq; describerēt ī libro:& redi-
rēt:& ostēderēt.Ipse misit oīb⁹ sortes: & se in
nouissimis reseruauit . Quare putas voluit
esse oīm nouissimus?Sine dubio vt esset oīm
prim⁹.Et nec ipse sibi hęreditatē sorte p̄sum
psit: sed a populo accepit: & illi dat populus
hęreditatē a quo ipse accepat. Sic em̃ scriptũ
est.Et dederũt filii Israel sortē Iesu filio Naue
Sed & hęc figuraliter cõtigebāt illis:q̃ nobis
proponerent ad formā:vt & nos seruemus p̄
ceptũ illud q̄d iste opere impleuit: quo dicit:
Quāto magnus es:tāto magis humilia te:&
ante dñm īuenies gratiā.Et iterũ q̄d scriptũ
est.Si te ducē ordinauerint ne extollaris: sed
esto īter eos quasi vn⁹ex ipsis.Vide ergo quo
modo dux erat populi ipse:q eos ītroduxerat
in terrā sanctā:ī terrā repromissiōis: ipe erat
successor Moysi:& nõ ipse sibi pmittit sume-
re sortē terrę:sed expectat vt accipiat portiũ-
culā a populo:populi dux:& accepta portiũ-
cula sua Iesus:dignus hoc noīe:ædificat locũ
ipsum:quē accepit:& cõstituit:vt eũ vere fa-
ciat dignũ munere dei:& hęreditate diuina.
Sed quoniā ad dñm:& Saluatorē nostrũ ea q̄
de Iesu scribunt:referre cõsueuim⁹ : fortassis
etiā noster oīs hic popul⁹ dat partē aliquam
meo dño Iesu:& velut locũ quēdā habitatio-
ni ei⁹ tribuit.Sed ne iniuriosum eē videat q̄d D
dicit : reqramus quomodo ei dam⁹ nos serui
eius habitationis locũ.Ego si possem bon⁹ fie
ri:darē locũ filio Dei in me:& acceptũ locũ a
me in aīa mea dñs Iesus ędificaret eũ: & ador
naret:& faceret in eo muros inexpugnabiles:
& turres excelsas:& edificaret in me māsionē
(si mererer) dignā se & p̄re:& ita adornaret
animā meā:& capacē eā suæ sapiētiæ & scien
tiæ:& totius sanctitatis efficeret:in tantũ vt
etiā faceret deũ patrem secũ intrare: & in ea
facere māsionē:& cœnare etiā apud talē anī-
mā cibos:quos ipse donaret.Quod vt conseq
mereamur:pręparemus in nobis cor mundũ
quo libēter & grate mũdũ cordis nostri ītro
ire dignetur hospitium: Cui est gloria:& im
perium in sæcula sæculorum.Amen.

De ciuitatibus:q̃ datę sunt Leuitis : & forti-
bus eorũ. Cap.XXI. Homilia.XXV.

Mnes filii Israel acceperũt
sortes suas ī terra: Leuitis E
autem in hęreditate solus
sufficit de⁹. Verũ quoniā
accipiunt Leuitę decimas
& primitias de fructib⁹ a
filiis Israel per p̄ceptũ dñi:
oportebat etiā de terra(vt ita dicā) & de ha
bitaculis decimas accipe. Hoc est.n.ab oībus
decimas accepisse. Et ideo accedentes prima
rii viri:qui erant in filiis Leui ad Eleazarum
sacerdotē:& ad Iesum filiũ Naue:& ad prīci-
pes tribuũ filiorũ Israel: in Selon in terra Cha
naan:dixerunt.Dominus præcepit in manu
Moysi dari nobis ciuitates ad habitādum: &
suburbana earũ animalibus nostris.Oporte-
bat etiā de suburbanis: & de ciuitatibus sor-
tem fieri:ne forte indiscrete:& fortuitu inter
Leuitas celebrata diuisio videretur. Sicut er F
go distributio sortis:quę facta est in filiis Isra
el habuit rationē:qua quis prima sorte dign⁹
haberetur:& alius secũda:de qua (prout po-
tuimus)iam ante tractauim⁹:sed & de iis : q
per Moysen vltra Iordanem:& ab Iesu in ter-
ra accipiũt repromissionis:vbi prima sors ce
cidit ad Beniamin:& postmodũ ad cæteros:

in quibus fuit vltimus Dan: ita necesse est, eẽ & aliquã ratiõẽ etiã in ordine sacerdotalis: & leuiticæ sortis: vt alii prima: alii secunda: alii tertia sors ducat: per quas illa: vel illa loca vnicuiq; decernant. Dicunt aũt filii eẽ Leui Gersom: & Chaat: & Merari. Et ostẽditur primas ptes tenuisse in honore Chaat: quia filii Chaat fuerũt Amran: Moyses: Aaron: & Maria. Igitur de Chaat pars qdẽ plebis effecta est sacerdotalis: quę est Aaron: & filii ei⁹. Moyses autẽ aut in sacerdotali ordine: aut si qd etiã plus a sacerdotali eẽ põt: habẽdus est. Alia vero est ratio de filiis ei⁹. Cæteri aũt ex filiis Chaat secũdũ ordinẽ tenuerũt in tribu Leui qui sunt ex Isaar: & Chebron: & Odiel. Tũc deĩde post hos accipiunt ptẽ post Chaat ex filiis Leui Gersom tertio loco: nouissimus

G vero oĩm Merari. Hęc est aũt differẽtia primi ordinis: & secũdi: & tertii: vel quarti: quã primo omniũ obseruauim⁹ in Numeris. Postea enim q̃ ordinatę fuerãt duodecim tribus per quatuor orbis terrę ptes circa arcã testamenti dñi excubias agere: & statutę sunt tres qdẽ tribus ab oriẽte: tres aũt ab Africo: vel a meridiano: tres aũt ad mare: qđ est ad occidentẽ tres vero ad aquilonẽ: q est septẽtrio: ibi etiã isti per quatuor orbis terræ ptes eodẽ ordine deputant. Et ab oriẽte qdẽ vbi erat tribus Iuda: quę erat inter cæteras prima: Aaron: atq; ei⁹ filii collocant. Chaat vero filiis: q erãt reliqui: arcã testamẽti dñi leuare in humeris: & tubis canere statuitur: ita vt cũ prima tuba cecinisset: mouerẽt castra ii q erãt ab oriente. Cũ vero secũda cecinisset: ii q erãt a meridiano cõsurgerẽt. Tertia ab occidẽte: quarta ab aquilone. Vides quãtus ordo: & quãta in scripturis sanctis reꝝ consequẽtia custodit: quomodo nihil: nisi modo: & ratiõe: & ordine geritur! Intuere diligẽtius: & in omni scriptura hæc ita inuenies ordinata. Sed si tibi difficile est p oẽs libros vigilãtẽ cordis oculũ ducere: in hoc saltẽ loco diligẽtius, quæ referũtur

H aduerte. Prima (inqt) sors exiit Chaat: & facta est filiis Aaron sacerdotis: qui erat in Leuitis. Cui⁹ primã sortẽ exire decebat! Cui oportebat primatus dari: nisi Aaron primo põtifici: primo in vitę meritis: primo in honoribus & virtute! Certũ est apud te nunc saltem ꝙ nõ sit sors ista fortuita: sed adsit virtus superna: gubernãs eã secũdũ diuinæ prouidentiæ iudiciũ. Vbi ergo filiis Aaron prima habitacula sors hæc iusta decernit! In tribu (inqt) Iudę: in tribu Symeon: & in tribu Beniamin: per sortes ciuitates tredecim. Vides quomodo electis viris in electis tribubus habitacula dispẽsantur. Quos aũt oportuit secũdã sortẽ suscipere! filios (inquit) Chaat: qui reliq erãt post filios Aaron. Et quas tribus isti accipiunt! In tribu (inqt) Effrem: & in tribu Dan: & dimidia tribu Manasse: ciuitates decem p sortem. Qui sunt autem tertii! Filii Gersom. Et in qbus tribubus sortiunt! Isachar (inqt) & Aser: & Neptalim: & in dimidia tribu Manasse: quę est in Basan: itidẽ ciuitates decem. Qui sunt aũt vltimi, in Leuitis! Filii (inquit) Merari. Isti nouissimi: in quibus accipiant tribubus: videamus. Ex tribu (inquit) Ruben trans Iordanẽ: & Gad: qui erat cum ipso trãs

I Iordanem: & de tribu Zabulõ: qui & ipse vltimus est inter filios Liæ: accipiunt in sorte ciuitates duodecim. Sed nondũ ea: quæ magis obseruãda sunt in locis cõtingimus. De qb⁹ etiã si pãdere profundiora nõ possumus: saltẽ summa queq; perstringere nõ pigeat: vt ex iis vnusquisq; auditorũ occasionẽ capiat intelligẽtię altioris: & mysticę perquirendę. Cũ quatuor partes orbis terrę: Chaat accepit sortẽ primus inter filios Leui: a parte oriẽtis: cũ illis tribubus: quę ipse primatũ omniũ tenẽt. Vide ergo quomodo vniuersa cõueniunt. In

K quatuor orbis partibus certũ est oriẽtalẽ plagã nobiliorẽ videri: in qua & nobilior omniũ reliquarũ Iudæ tribus habebat: & filii Chaat sacerdotis: primã ducunt in primis: & tribubus: & orbis partib⁹ sortem: cum Gersom: & Merari: qui erãt primi inter filios Leui. Sic ergo tres filii primi Leui: accipiũt orientalem. Occidentem vero vbi erat Rubẽ: & Symeon: & Gad: sortitur secũ da sorte Chaat ex tribu Symeonis. Merari vero primũ sortit Ruben & iterũ Merari tertius in Numeris: ab oriẽte accepit Zabulon: vt iustitia seruetur: vt sorte ea: quæ secũdum dominũ dicitur: & credẽtium mẽtes ad mysteria futuri sęculi dirigat cõtuẽda. Post hęc eoꝝ: q ad mare erant: id est

L Effrem, & Beniamin, & Manasse: Chaat cum suscepisset secũda sorte Beniamin: cæteri ex familia ei⁹ sortiti sunt Effrem. Post hoc eos: qui erãt ex media tribu Manasse q̃ fuit in terra sancta sortit Gersom: & iterũ ipse Gersom sortitur etiã aliã dimidiã tribũ Manasse. Sed quia oportebat eos: q erãt in Aquilone: aliqd sacerdotalis gratię cõsequi: ne penitus nudati donis cælestibus viderẽtur: in iis: quorum nouissimus ordo erat in aqlone: de Dan: Neptalim: Aser: rursum Chaat non quidẽ inter sacerdotes: sed inter cæteros primã tamẽ accepit sortẽ in Dan: secũdam vero Gersom in Aser: & tertiam idem Gersom in Neptalim. Quis potest assequi hæc oĩa: & cõprehẽdere

Quis meminisse saltē & obseruare ordinē ip
im ministeriorū valet? Q₂ si secundū literā
olū difficile textus ipse narratiōis explicari
ōt: & permixtio vel locorū: vel personarū: q
n historia continent: euolui: qd dicim⁹ de iis
acramētis: q per hoc describunt: & in quib⁹
istributiones futurę hęreditatis adūbrant:
p quę sanctę terrę: quā mãsueti hęreditate
scipiēt: diuisio celebrabit? Quis castrorū se
es diuersas explicet: quomodo hęc in resur
ectiōe p singulos quosq; sanctorū sacerdotali
el leuitico ordine habēda sit distributio: vt
uēadmodū dicit Apostolus in resurrectiōe
ō confuse agant oīa: sed veniat vnusqsq; in
uo ordine: initiū Christus: deinde ii: q sunt
Christi: q in aduētu ei⁹ crediderūt? Cū tradi
erit regnū deo & patri: cū subiecerit ei oēm
rincipatū: & potestatem: ibi sine dubio tales
uedā castrorū obseruatiōes: & sacerdotales
istributiones: & ordines: ac tubarū significa
iones erūt. Fortassis em̄ sicut ordinauit de⁹
tellas cæli: & ratiōibus eas qbusdā mirādis:
c ineffabilibus collocauit: & alias qdē ipsarū
tatuit in axe aquilonis: alias in partib⁹ orien
is: alias vero in australi pte cōuexa: atq; ali
s in occasu: ita credo q & eos: q ex resurre
tione mortuorū tales erunt: sicut stellæ cæli
n multitudine: & claritate: venientes scili
es ex semine Abrahā: ordinabit de⁹ in regno
ælorū secūdū ordinē stellarū & partiū cæli:
 dabit aliis sortē ad oriētē: aliis ad occidētē
d austrū aliis: & quos ipse nouit statuet ad
qlonē: quoniā qdē multi veniūt ab oriēte: &
ccidēte: ex quatuor orbis partib⁹: & recūbēt
cū Abrahā: & Isaac: & Iacob in regno cælorū:
er gratiā dñi nostri Iesu Christi: cui est glo
ria: & imperium in sęcula sęculorum. Amen.

De eo: q sepultæ sunt petrinę machæræ: & de ara: quā extruxerūt duę & semis tribus: q sunt trans Iordanem. Cap. XXII.
Homilia Vigesimasexta.

IN superiorib⁹ quidē dictū est: qa filii Israel dederunt sortē Iesu in mōte Effrem: & qa accepta sorte Iesus ędificauit ibi ciuitatē: & in habitauerit in ea. Nūc aūt eadem denuo repetit scriptura: vt addat hoc q machæras petrinas: id ē cultros e saxo: qb⁹ circūcidit Iesus filios Israel ī eremo: recōdiderit in ea ciuitate: quā ædificauerat: & in qua habitabat. Vnde denuo & nobis repetēda expositio est: & qd adiectū est explanādū: vt deo donāte sensus scripturæ integer expleatur. Diximus etenim in superioribus: quia & dñs noster Iesus petat a nobis locū: quē ædificet: & in quo habitet: & qa debemus tales effici: tā mūdi corde: tā simplices mēte: tam sancti corpore & spiritu: vt & in aīa nostra locū dignet accipere: & ędificare illā: & habitare ī ea Et q putas sunt in omni populo ita acceptabiles deo: q ad hoc eligi digni sunt? aut forte nec singuli ad hoc capaces eē possunt: sed vniuersus populus: & cūcta simul ecclesia vix capax eē pōt: vt recipiat in se dñm Iesum: & habitet in ea? Videam⁹ ergo qs sit iste locus: in quo habitare debet Iesus. In monte (inquit) Effrem: hoc ē in mōte fructifero. Qui putas sunt in nobis mōtes fructiferi: in qb⁹ habitet Iesus? Illi pfecto: in qb⁹ sunt fruct⁹ spūs: gaudiū: pax: patiētia: charitas: & cætera. Isti sunt ergo mōtes fructiferi: q fructū Christi afferūt & mēte: ac spe semp excelsi sunt. Et licet pauci eē possint tales: tñ si vel pauci fuerint: in ipsis habitās dñs deus: q est lux vera: mittet radios lucis suæ etiā sup reliquos oēs: quos non dignos suo habitaculo principaliter iudicarit. Nūc aūt videam⁹ q sunt machæræ petrinæ: qb⁹ circuncidit Iesus filios Israel. Si oretis pro nobis: vt sermo noster viuēs sit: & efficacior: & acutior super omnē machærā: pstabit & nobis dñs Iesus: vt verbū dei: qd loquit ad vos: circūcidat omnē immūditiā: resecet impuritates: abscīdat vitia de auditorib⁹: & amputet omne quo vis mētis: & efficacia naturalis obtegit: & sic per verbū Dei: qd nūc machæra petrina dicit circuncidemini: & vos ab Iesu audietis: qa abstulit opprobriū Aegypti a vobis hodie. Quid enim nobis pdest exisse de ægypto: & nobiscū opprobria ægypti circūferre? Quid pdest ambulare per eremū: hoc est qd nos iuuat in baptismo secundo renunciasse: & morū nostrorū pristinas sordes: ac vitiorū carnaliū immūditias retinere? Oportet ergo post digressionē rubri maris: id est post gratiā baptismi: auferri a nobis etiā carnalia veteris cōsuetudinis vitia per Iesum Christū dominū nostrū: vt ita demū ægyptiacis carere possimus opprobriis. Ponūtur ergo illę machæræ petrinę: & cultri lapidei: qbus secūdo circuncisi sum⁹ ab Iesu: in eo loco: quē petit & accipit. In loco: quē possidet in anima iusti: in ipso recōdit & machæras. Sæpe ostendimus machærā verbū dei dictū: quo verbo abscīdūtur & purgātur peccata de animis audiētiū. Hæc ergo virtus verbi diuini recondit in eo loco cui datur sermo sciētię: & sermo sapientiæ: vt opportuno tēpore anima illa: quæ per

donũ spiritus repleta ẽ verbo sapiẽtiæ:verbo sciẽtię: proferat istas machæras in ecclesia: & circũcidat secũdo eos:q secũda indigẽt circũcisione. Qd aũt dicit petrinas machęras:hoc est e saxo cultros:& nõ e ferro artificis opere fabricatos:illud ostẽdit:ꝙ sermo hic dei: qui circũcidere de animis auditorꝝ imũditias potest:nõ ex arte grãmatica:vel rhetorica veniens:neqꝫ doctorũ malleis edomitus: aut studiorꝝ incudib⁹ elimat⁹:sed ex illa petra descẽdẽs:quæ de mõte sine manibus abscissa est:& orbẽ terrę cõpleuit:ac dona spiritalia credentibus tribuit. Post hæc Iesus conuocat filios Ruben:& filios Gad:& dimidiã tribum Manasse:qui secũ militauerũt ad hostes Israeliticos superandos:& dimittit eos ad hęreditatẽ suã. Datis iis etiã munerib⁹ qbusdã sicut scriptũ est. In quo videt̃ illud indicare mysteriũ: ꝙ cũ plenitudo gẽtiũ introierit:& quę repromissa sunt eis a dño Iesu perceperint illi q per Moysen eruditi & instructi fuerãt:& q nobis in certamine positis auxilia orationib⁹:& pcibus detulerũt:qa nõdũ repromissiones cõsecuti sunt:expectantes: vt etiã vocatio nostra cõpleret̃ (sicut dicit Apostolus):nunc demũ perfectionẽ:quę ab eis dilata fuerat cõsequantur cum muneribus:quę accipiũt ab Iesu: vt vnusquisqꝫ habitet in pace: omni bello: atqꝫ omi impugnatiõe cessante. Post hæc lectũ est nobis:qa filii Ruben: & filii Gad: & dimidia tribus Manasse:q erant trans Iordanẽ:ædificassent aram ingẽtem:filii vero Israel reliqui ignorãtes quare hęc ara fuisset extructa: mittũt Fineem filiũ Eleazari:filii Aaron:cũ decẽ viris de singulis tribub⁹ electis: si forte tanq̃ discedentes a deo hoc fecissent:vel apostatici effecti:& cõtra mãdatũ dei gerẽtes:expugnarẽtur a reliqs filiis Israel:sin aliter:vt cognoscerẽt causam. Alii vero satisfaciũt de ara: & dicũt. Scim⁹ qa altare verũ est apud vos: vbi Iesus habitat:nos autẽ fecimus hoc altare ad similitudinẽ illius altaris:qd apud vos extructũ est:vt & apud nos figura & imago veri altaris habeat̃:ne forte crastino (inqt) placeat vobis dicere: qa Iordanis finitimus est inter nos:& vos:& ipse determinat:& ideo non habetis portionẽ in altari nostro. Hęc illi respõsa miserũt. Sed videamus nos qd facti huius cõtineat sacramẽtũ. Prior populus circũcisionis in Rubẽ:q fuerat primogenitus:designatur:sed & in Gad: q & ipse primogenitus est ex Lia:& Manasse nihilominus primogenit⁹. Qꝫ aũt dico primogenitos:secundũ tẽpus loquor. Hęc ergo dicunt̃ ne inter nos:& illos: q ante aduentũ Christi fuerũt iusti: diuisio aliqua ac separatio videretur:sed vt ostenderẽt se etiã si ãte aduẽtũ Christi fuerãt:fratres tñ nostros esse. Licet em̃ habuerint altare tũc ante aduẽtũ Saluatoris nostri:sciebãt tñ & sentiebãt:qa nõ esset illud altare verꝝ: sed qa forma & figura erat futuri & veri hui⁹ altaris. Nouerant illi hęc:qa verę hostię:& q̃ possent auferre peccata: nõ in illo altari offerebãtur: qd habebat primogenitus popul⁹: sed in isto vbi erat Iesus: hic cœlestes hostiæ: hic vera sacrificia cõsũmant̃. Fit ergo vn⁹ grex & vn⁹ pastor: illi priores iusti. & q nũc sũt Christiani. Volo aũt ad horũ ꝓbationẽ memoriã facere etiã historię cuiusdam:si tñ dñs donare dignet̃:vt explanationẽ ipsius spiritalẽ inuenire possimus. Cadebat aliquãdo popul⁹ in deserto:& moriebat̃. Venit Aaron pontifex: & stetit in medio eorꝝ q moriebant̃:& eorꝝ q viuebãt:ne vlterius vastatio mortis ꝑficeret iã in cæteros. Venit & nũc verus põtifex meus dñs:& intercessit medius inter morientes:& viuos:id est inter eos:q ex Iudęis suã ꝑsentiã susceperũt:& inter eos:q nõ solũ nõ susceperũt:sed semetipsos magis q̃ illũ occiderũt dicentes:sanguis illius super nos:& super filios nostros. Vnde & oĩs sanguis iustus q effusus est super terrã a sanguine Abel iusti vsqꝫ ad sanguinẽ Zachariæ filii Barachiæ:quẽ occiderũt inter ædẽ & altare:requiret̃ a generatione illa:quę dixit:sanguis eius super nos:& sup filios nostros. Sũt ergo populi pars mortui:qa neqꝫ azima:neqꝫ dies festos cõpetẽter agũt:sed cõuersi sunt dies festi eorꝝ in luctũ: & cãtica eorũ in lamẽtationẽ: q etiã si velint nõ poterũt diẽ festũ celebrare in eo loco:quẽ elegit dominus deus. Et nos qdẽ nõ diximus ad illos:quia nõ erit vobis pars in hoc altari: vel in hæreditate dñi:sed ipsi sponte sua altare verũ:& cœlestẽ põtificẽ refutarũt: & eousqꝫ infelicitatis adducti sunt: vt & imaginem perderẽt:& nõ susciperẽt veritatẽ. & ideo dicitur ad eos:Ecce relinquet̃ vobis domus vestra deserta. Trãslata est em̃ ad gentes gratia spirit⁹ sancti:trãslatę sunt solẽnitates ad nos quia transiit ad nos & põtifex nõ imaginari⁹, sed verus secũdum ordinẽ Melchisedech electus. Et necesse est eũ veras hostias:id est spiritales:offerre apud nos:vbi ędificatur tẽplũ Dei ex lapidibus viuis: quæ est ecclesia Dei viuẽtis:& vbi est verus Israel:in Christo Iesu domino nostro:cui est gloria:& imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Explicit tractatus Origenis super Iesum Naue.

¶Incipit eiusdem Origenis tractatus in Librum Iudicum.

¶De eo: quod scriptum est: Et seruiuit populus domino omnibus diebus Iesu: & seniorum qui viderũt omnia opera domini magna: quæ fecit cum Israel. Cap. II.

¶Homilia Prima.

Ector quidẽ præsẽtis lectiõis ita legebat. Et timuit populus dominũ oĩbꝰ diebꝰ Iesu. Nos aũt habemꝰ: Et seruiuit populꝰ dño oĩbꝰ diebꝰ Iesu: & oĩbus diebꝰ seniorũ: eorꝝ qui longiorũ dierum fuerint post Iesum. Oportet ergo scire quia vnusqsq; nostrũ ipse sibi præstat: vt ĩ bonis diebꝰ sit: aut ĩ malis: dies habeat Iesu: id est dies iustorũ: aut dies habeat impiorũ. Si eñ intelligamus lumẽ verũ quod illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mundũ: & præbeamus ei ad illuminãdũ aĩas nostras; aut si oriať nobis sol iustitiæ & mũdũ animæ nostræ habemus hospitiũ: habemus & nos dies Iesu Christi: dies salutis. Siqs vero animã suã præbuerit ad recipiendã lucẽ illã: quæ extinguetur: lucẽ cõtrariã veritati: & ab ea fuerit illuminatꝰ: habebit & ipe dies sed malos. Et non erit in diebus Iesu: sed erit in diebus Manasse: vel in diebus Pharaonis: vľ in alterius cuiuscũq; diebus pessimis. Propterea deniq; in diebus Acab regis iniqui: & pessimi non potuit Esaias videre visum: non potuit videre dominũ sabaoth sedentem super thronũ excelsum & eleuatum. Sed ex quo mortuus est rex nequã: cuius erãt dies mali: tum potuit videre propheta visionem dei. Et vis nosse: quia dies isti cũ dicunť in scripturis illius: vel illius non significent tempus vitæ illius; de quo dicitur: vel præsentię corporalis? Audi qd de diebus domini nostri Iesu Christi propheta prędixerit. Exorieť (inquit) in diebꝰ eius iustitia: & abundantia pacis: vsq;quo extollať luna. Hoc si ita accipiamus: q; diebus quibꝰ Saluator demorabatur in terris: dies erant iustitię: & dies pacis: quomodo probabimus dies iustitię exortos esse iis: qui eum crucifixerũt: & qui aduentum eius non receperunt? Aut quomodo multitudo pacis in diebus eius fuisse videbiť apud eos: qui eum in mortem in falsis criminationibus tradiderunt? Quomodo istis videbuntur dies iustitiæ: & dies pacis exorti: in quorũ mẽtibꝰ iniquitatis: & furoris tenebræ versabanť? Et rursum: si ad illos dies: quos saluator exegit in carne: referatur hoc: qđ scriptum est: Orieť in diebus eius iustitia: & multitudo pacis: nũc quoniam non sunt illi dies: ergo nõ orietur iustitia eiꝰ: nec multitudo pacis Christi apud fideles: & religiosos inueniť? Magis vero vnusquisq; pro actibus suis: & cõuersatione vitę: dies sibi vel iniquitatis: & belli: vel iustitiæ: & pacis acquirit. Audi deniq; prophetam dicentẽ. Timentibus (inquit) nomẽ tuum orietur sol iustitiæ: sine dubio vt faciat eis dies iustitiæ: dies Iesu. De impiis dicit: quia occidet eis sol C iustitiæ: sine dubio illis: in quibus iustitia dormit ĩ eis: & tenebrę eis iniquitatis exortę sunt. Vis autem similiter a ꝓpheta discere: qui sint qui habeant multitudinem pacis? Audi quomodo dicit in psalmis. Pax multa diligentibꝰ nomen tuum: & nõ est illis scandalum. Dies ergo iustitiæ: & multitudo pacis exorietur diligentibus nomen domini. Sed habent & impii lucem suã: ex qua sine dubio oriuntur eis dies mali. Vis autem & hoc tibi de scripturis probari? Audi quid scriptum est. Lux (inquit) iustis semper: lux autem impiorũ extinguetur. Vides ergo quia est propria quædã lux impiorum: quæ extinguetur: & lux iustorũ: quæ permanet in ęternum. Et nescio si tam inepte quis intelligat: vt putet esse aliquam substãtialem lucem: aliam: quæ impiorũ dicatur: & aliã quę iustorꝝ. Qđ vtiq; nullo modo fieri potest. Vna est enim lux mũdi a deo facta: quæ omnibus cõmuniter & æqualiter lucet. Sed hoc modo: qđ superius exposuimus: intelligendũ est; q; anima nostra aut vero lumine illuminatur: quod nunq̃ extinguetur: q est Christus: aut si nõ habet in se istud lumen: qđ ęternum est: temporali sine dubio & extinguibili lumine illuminať ab illo: qui transfigurat se in angelum lucis: & falsa luce illuminat cor peccatoris; vt videantur ei illa esse bona: & præclara: quæ sunt ꝑsentia & caduca. Isto lumine illuminantur illi: qui summum bonum voluptatem putant. Isto lumine illuminãtur illi: qui diuitias & honores sæculi: & terrenã gloriã: quasi ęternitatis memoriã quærunt. Sunt ergo isti in diebus lucis eius: quæ extinguetur. Omnia hęc quę agunt & quæ desiderant & cupiũt: extinguunť. Hoc D lumine illuminantur & hæretici: falsi nominis scientiam prædicantes. Hinc Marcion illuminatus: deum legis iustum: sed non bonum dicit. Si ergo recte intelleximus: qui sint qui a dño nostro Iesu Christo vero lumine illumi-

nantur: & qui sint dies qui ab illo illumināntur qui se transfigurat in angelum lucis: & cuius lumen extinguitur: competenter intelligere possumus etiam istos Iesu domini: quibus dicitur q seruiuit populus domino omnib' diebus Iesu. Certum nāq; est q qui habet in se dies Iesu: seruiat domino. Nec fieri potest: vt habens in se aliquis dies Iesu: & lumē Christi: seruiat Zabulo: aut seruiat auaritiæ. Nec potest fieri vt illumineť quis lumine veritatis & seruiat mendacio. Nec potest illuminatus lumine sāctificationis: libidini & immunditiæ deseruire. Deniq; sic & Apostolus dicit. Quæ eñ participatio est iustitiæ cū iniquitate: aut quę societas luci ad tenebras? Quæ autē cōsonantia Christo cum Belial? aut quæ pars fideli cū infideli? Oremus ergo: vt semper ī nobis Christus: qui est lux vera: faciat dies bonos: nec vnq̄ de Zabulo nos illuminati habeamus in nobis dies malos: de qbus dicit Apostolus: Redimentes tempus: quoniam dies mali sunt. Dies eñ

E malos habemus: quando carnalia pro spiritalibus quærimus: terrena pro cœlestibus: p æternis caduca: pręsentia pro futuris. Siquando ergo huiuscemodi in te desideria videris exoriri: scitote in dieb' malis & pessimis positum. Et ideo insiste orationibus: vt libereris a die illo: et (sicut dicit Apostolus) eripiaris de præsenti sæculo malo. hoc eñ modo: qđ superi' diximus: non solum dies fiunt mali: sed et sęculū efficitur malum. Seruiuit ergo populus domino omnibus diebus Iesu: et omnibus seniorum dieb': qui fuerāt post Iesum. Beatus est qui in diebus Iesu seruit domino: qui verbo: et sapiētia eius illuminatur: qui ex doctrina eius accipit lumen scientiæ. Secundo autem loco et ille post hunc est beatus: qui in diebus seniorum: qui fuerunt post Iesum: domino seruit. Seniores q vel cū Iesu: vel post Iesū fuerūt: q sunt: nisi apostoli: q et ipsi scriptis: et præceptis suis illumināt corda nostra: & faciūt etiā ipi dies quosdā in nobis ex illa luce: quā ipsi ex vera luce participati sunt: venientes? Qui ergo illuminatur: et instruitur ex apostolorū præceptis: et ad seruitium domini apostolicis regulis īstruiť: iste est qui seruire dicitur domino in diebus senio

F rum qui fuerunt post Iesum. Vis autem videre: qa sicut Saluator erat lux vera: quæ illuminat omnem hominem venientem ī hunc mundum: ita et apostoli lux erant mundi? In euāgelio scriptum est: dicente dño ad eos. Vos estis lux mundi. Qz si etiam apostoli lux sunt mundi: sine dubio per præcepta: et mandata sua illuminant nobis dies: in quibus domino seruiamus. Qđ autē dixit omnibus diebus seniorū qui longiorum dierum fuerūt post Iesum: nec hoc mihi otiose dictum videtur: q lōgęui: vel longorū dierum dicūtur esse seniores qui post Iesum fuerūt. Et quidē dei est solius nosse post Iesum qui fuerint inter seniores: qui longiorē diem fecerit: id est qui maiorem ex se emiserit lucem: vtrū Petrus: an Paulus: Bartholomeus an Ioannes. Verūtamen longorū dicunť dies sancti. E contrario vero tunc quando iste mundus malis replebiť: quādo increscente iniquitate refrigescet charitas multorum: & quādo venerit filius hominis difficile fidē inueniet sup terrā: tūc nō dicunť futuri longi dies: sed magis abbreuiari dicūť: sicut dixit dñs: qa: nisi abbreuiati fuissent dies illi: nō fieret salua vlla caro. Mali ergo dies breuiari dicunť: lōgęui aūt sūt & mlti tēporis: & grādis quodāmō spatii dies boni: ī qbus dño seruim'. Vide tñ qa & hoc designauit ī euangelio: q ꝑpter electos breuiabūtur dies illi. Electis ergo breuiabunť dies mali

G dies iniqtatis: & scādali. Et vt ego arbitror cū semel electis dies mali cœperint breuiari: semp breuianť: & minuūť: vsq; dū ad nihilū redigātur: & penit' exsolescāt: atq; ad vltimū pereāt. ex quibus vnus puto erat & ille qui dicebat: pereat illa dies: in qua natus sum. Sic ergo electis dies mali breuiantur: & pereūt: dies vero seniorū sanctorum longæui sunt & ꝑlixi. Sed & illud: qđ dicētibus nobis occurrit: & vtinā domino suggerente occurreret: prætereundū nō est: qđ dixit: quia seruiuit populus domino omnibus diebus Iesu: nō dixit vnū diem fuisse Iesu: sed multi sunt dies Iesu. Quos ergo multos ponimus dies secūdum hūc ordinē: quem exposuim'? Ego sic arbitror: q dies vnus ipsius est iustitia: alius sanctificatio: alius prudentia: alius misericordia: & sic per singula virtutum dona dies computanť Iesu: in quibus domino seruitur: quia in iis virtutibus animi domino placetur. Sed & patientiam computato diem: & mansuetudinem: & pietatem: & bonitatem: & omne: qđ ad virtutem pertinet: ipsi' dicito diem. Et sic in omnibus diebus Iesu domino seruies: id est in omnibus iis virtutibus. Non enim vult scripturæ sanctæ institutio: vt aliquas ex iis virtutib' habeas in te: & alias negligas: sed vt omnibus iis virtutibus adornatus: & in earū actibus positus seruias dño. Eodem modo quis etiā seniorum dies habet in se: & in diebus eorū seruit domino: implēs illud: qđ dicit Apostolus Paulus. Imitatores mei estote sicut & ego Christi. In diebus (inquit) seniorū H eorū: qui cognouerūt oīa opera domini. Quis est q cognoscit omnia opera dñi: nisi qui facit ea? Sicut enim dictum est de filiis Heli: quia eos

sent filii pestilentiæ nescientes dñm: nõ φ igno rarent dñm: qui vtiq; & doctores erant cętero rũ: sed quia sic agebãt vt agũt illi: q nesciũt do minũ. Hoc modo etiam hic sentiendũ est: qđ di cit: qui cognouit omne opus. Et nõ solum (in quit) cognouerunt opus dñi: sed addidit: q oẽ opus cognouerũt dñi: id est qui cognouerũt et iustitiæ opus domini: & sanctificationis opus: & patiẽtiæ: & mãsuetudinis: & pietatis. Et oẽ quicquid ex mãdatis dei venit: opus dñi dicit. Sed sicut est opus dñi: est sine dubio huic con trariũ opus Zabuli. Certũ est eñ: quia sicut iu stitia est opus dei: ita & iniustitia opus Zabuli Et sicut mãsuetudo opus dei est: ita & ira & fu ror opus sit Zabuli. Cognouisse ergo dicũtur opus dei illi: qui faciũt opus eius. Vt autẽ hoc amplius ex scripturarũ auctoritate clarescat: quomodo soleat dicere scriptura: cognoscere: vel nescire: vide quomodo etiam alibi scriptũ est. Qui custodit (inquit) mãdatũ nesciet ver bum malũ. Qui autem mandatũ custodit po test fieri: vt nesciat verba mala? Scit quidem: sed nescire pro eo dicitur: φ ea cauet: & vitat. Sed de eodem ipso domino & saluatore qđ di ctũ est: quia nõ nouit peccatũ: certum est: quia ignorasse dicitur peccatum pro eo φ non egit opus peccati. Hoc ergo mõ & ille dicit cogno scere opa dñi: q opa dñi facit. Ignorat aũt opus dei q nõ agit opus dei. Sed & illud quomõ præ terimus qđ addidit: qui cognouerit opera dñi magna: quę fecit i Israel? Quid eñ: sunt aliqua opera domini parua: ad quorũ distinctionẽ hęc magna dicãtur? Ego arbitror φ omne quidem dei opus est magnum: sed pro capacitate eorũ qui operantur: si sibi inuicem comparẽtur: vel magna opera domini dicuntur esse: vel parua Verbi causa. Eduxit filios Israel de Aegypto: i manu forti: & brachio excelso: Aegypto prodi giis cœlestibus verberata: viã fecit in mari: mã na in deserto populo dedit. De cœlo locutus est ad Moysen: legem cõscriptam in tabulis la pideis dedit. Nõne hæc magna sunt opera dei? Sed si illud iis compares: φ ita dilexit deus hũc mundum: vt filium suum vnigenitum daret pro salute mundi: inuenies omnia illa parua esse ad huius operis magnitudinem. Quod opus etiam nos & cognoscere debemus: & cre dere: & operari opera domini. Non ergo negli gẽter: sed fideliter & attente: vt iueniamur & nos in diebus Iesu Christi: & in diebus sancto rum seniorum eius apostolorum: cum quibus & societatem cœlestis hæreditatis mereamur accipere: per ipsum dominum nostrum Iesum Christum: cui est gloria: & imperium in sæcu la sæculorum. Amen.

De eo: quod scriptum est: Et defunctus est Iesus filius Naue. Cap. II.

Homilia Secunda.

Ecitatus est nobis etiã Ie su obitus. Et ille qdem fi li⁹ Naue φ defunct⁹ est: nihil mirũ. Naturę nãq; qđ debebat exsoluit. Ve rũ qm̃ instituerã⁹ hęc: q̃ de filio Naue legebant ad dominũ nostrũ Iesum Christũ referre: vidẽ dũ est quomodo etiam de ipso dici conueniat: quia defunctus est Iesus. Ego arbitror secũdũ scripturæ auctoritatem hoc loquens: φ in qui busdã viuit Iesus: in quibusdã vero defunctus est. In Paulo viuit Iesus: & in Petro: & in illis oĩ bus qui merito possunt dicere: viuo autem iã non ego: viuit vero in me Christus. Et iterũ di cit. Mihi autem viuere Christus est: & mori lu crũ. In istis ergo talibus Iesus viuere merito di citur. In quib⁹ autem defunctus est Iesus? In il lis sine dubio: qui sæpe pœnitendo: & iterũ de linquendo: velut insultare morti Iesu dicunt. De quibus scribens ad Hebræos dicit Aposto lus. Rursum crucifigentes sibimetipsis filium dei: & ostẽtui habẽtes. Vides ergo quia in pec cantibus non solum defungi dicit Iesus: verũ & crucifigi ab eis asseritur: & illudi. Sed & tu ipe considera apud te: si quãdo de auaritia co gitas: & cupis aliena diripere: nũquid potes di cere: quia viuit Christus ĩ me? Aut si de stupro cogitas: si furore exagitaris: si liuore succende ris: si iuidia stimularis: si temulẽtia debaccha ris: si superbia extolleris: si crudelitate grassa ris: nunquid potes in iis omnibus dicere: quia Christus viuit in me? Sic ergo in peccantibus defungitur Christus: pro eo φ nihil in eis iu stitia: nihil patiẽtia: nihil veritas: & omnia il la quæ Christus est: operantur. A sanctis vero quæcunq; fiũt: Christus ea dicit operari. sicut & Apostolus dicit. Oĩa possum: in eo: q me cõ fortat Christus. Sed & ipse dñs in euãgeliis de hoc distinctionẽ pulcherrimã dedit cum dicit Quicũq; confessus me fuerit corã hominibus: cõfitebor & ego eũ corã patre meo q est in cœ lis. Qui autẽ negauerit me corã hominibus: & ego negabo eũ corã patre meo. Vidisti qa con fitẽtes in semetipso dixit cõfiteri: & quasi q ipe in eis viuat & operetur opera vitæ. In his autẽ qui negant non tenuit eandem verbi similitu dinem: vt diceret qa q negauerit in me / & ego non negabo in eum: sed qui negauerit me corã homini⁹ & ego negabo eum corã patre meo. Vt ostenderet quia qui negat quidem se ex tra ipsum est: qui autem confitetur in ipso est.

D Propterea ergo & hic scriptura dicit: qa cū defunctus esset Iesus: exsurrexit gñatio alia post eos q nō scierūt Iesum/ & opera q fecit in Israel & fecerūt filii Israel malū ante deū. Omps dñator deus nūq̃ accidat nobis / vt Iesus Christus posteaq̃ surrexit a mortuis rursum moriat̃ i nobis. Quid enim mihi prodest si in aliis viuat ex virtute: & i me moriat̃ ex infirmitate peccati? Quid mihi prodest si in me / & i meo corde nō viuit: & si in me opa vitę nō pficit? Quid mihi pdest si apd aliū ex bonis studiis: ex bona fide: ex bonis opibus pascit̃ & pficit̃: apud me aūt & in meo corde p multas cogitationes: & desideria nefanda: per studia pessima suffocatur quo

E dāmodo/ & necat̃. Vide em̄ qd addit scriptura. Quia surrexit inqt gñatio alia q̃ nō cognouit Iesum: & opera quæ fecit magna. Generatio illa q̃ nō cognouit dñm Iesum ista est malarū cogitationū: & pessimaꝝ cupiditatū: q̃ procedit ex corde. Ista est gñatio quę nō cognoscit dñm Iesum: neq; opus magnū qđ fecit in Israel Vides quia peccatores eousq; perueniūt: vt & opus illud magnū: & pręclaꝝ qđ fecit dñs obliuiscant̃: ꝙ crucifixus est ꝑ peccatis nostris: & resurrexit propter iustificationē nostrā. Vnde credo ꝙ propter hāc obliuionē metuēs apostolus dicebat discipulo suo Timotheo: quē pręcipuū habebat: memor esto Christū Iesū resur

F rexisse a mortuis. Sciebat em̄ qa huius tā magni opis: ꝙ surrexit a mortuis: fieri possit obliuio si generatio peccatrix oriret̃ i corde. Fecit ergo malignū corā deo generatio adultera: q̃ nesciuit Iesū/ neq; presbyteros: & seruiuit inqt Baalim & dereliquerūt dñm deū patrū suoꝝ. Hęc qdē fecerūt antiqui: Sed quoniā q̃ scripta sunt: nō propter illos: sed ꝑpter nos scripta dicunt̃: i quos fines sæculorū deuenerunt: videamus ne maiore ex parte de nobis hæc q̃ de illis dicta videant̃. Quis verū est qa nō p me sed p apostolū de nobis esse ista exponunt̃. Audi ipe qd dicat. In Helia aūt qd dicit scriptura: quomodo interpellat deū aduersum Israel? Domine ꝑphetas tuos occiderūt: altaria tua demoliti sunt: & ego relictus sum solus: & q̃rūt animā meā. Sed qd dicit illi respōsum diuinū? Reliq mihi septē milia viroꝝ: q nō curuauerūt genua Baalim. & addit: Sic ergo inqt & i hoc tēpore reliquiæ secūdū electionē gratiæ saluæ factæ sunt. Vides ergo qa illos q curuauerūt genua Baalim & q nō curuauerūt i reliquiis credentiū: & in multitudine nō credentiū interpretatur? Qđ hoc ostendit: quia illi q in tēpore saluatoris icreduli extiterīt & impii: genua curuauerūt Baalim: & adorauerīt simulachra Hi vero qui credūt / & implent opera fidei non curuauerūt genua Baalim. Neq; ei vsq̃ referẗ in historiis: vel in euangelicis / vel in aliis qbuslibet scripturis: ꝙ aliquis tēpore saluatoris genua flexerit simulachris: sed de illis itaq; hoc dicit̃ qui peccatis suis astricti / velut cōpediti tenebant̃. Vnde cōstat quia & nos quotiensc ūq;

G peccamus ꝙ captiui ducimur in lege peccati: genua nostra curuamus Baalim: sed nō in hoc vocati sumus: nec ad hoc credidimus: vt iterū seruiam⁹ peccato: & iterū genua flectam⁹ diabolo: sed vt flectamus genua i nomīe dñi Iesu: quia in noīe Iesu omne genu flectit̃ cœlestiū/ & terrestriū/ & infernorū: & vt flectamus genua ad patrē dñi nostri Iesu Christi: ex quo oīs paternitas in cœlo & in terra noīat̃. Sed qd mihi prodest si genua corporis mei ad orationē veniēs flectā deo: & genua cordis mei flectā diabolo? Si em̄ non stetero firmus aduersum astutias diaboli: flexi genua mea diabolo. Et si non cōstāter stetero aduersum irā: flexi genua mea irę. Similiter & si nō cōstāter libidini restitero: flexi libidini genua mei cordis. Et in singulis q buscq;: quę cōtraria sūt deo: hoc facere videbor nisi cōstāter & fortiter stetero: Sicut & illi fecerūt: q coluerūt Baalim: & dereliquerunt dominū patrū suoꝝ: q eduxit illos de terra Aegypti

H Non igit̃ putemus: quia videmur simulachra nō colere: propterea hæc nō & ad nostrum aliquos pertinere. Vnusquisq; qđ præ cæteris colit: qđ super oīa mirat̃: & diligit: hoc ei de⁹ est. Deniq; hoc est qđ ante oīa: & super oīa per mādatum suum deus deposcit ab homīe. Diliges inquit dñm deū tuū ex toto corde tuo: & ex tota anima tua: & ex totis viribus tuis: præoccupare quodāmodo erga se cupiens totos humanę mētis affectus: & sciens quia qđ ex toto corde dilexerit qs: & ex tota anima: atq; ex virib⁹ totis: hoc ei deus est. Discutiat nūc vnusquisq; semetipsum: & tacitus ex suo corde recenseat: quę in eo potissimū & sup cætera omnia flāma amoris exæstuet: qs sibi ardētior cęteris foueatur affectus. Vos ipsi de his habetote iudiciū: in statera hæc & vestri examinis appendite: & si quid est quod in dilectionis lance pręponde-

I rat hoc tibi deus est. Sed vereor ne apud q̃plurimos præponderet amor auri: & auaritiæ pōdus pressa satis lance demergat. Et vtiq; dicitur ad hunc. Non potes deo & mammonæ id est auaritiæ seruire. Vereor & in aliis ne libidinis & voluptatis amor intantum præponderet: vt vsq; ad terram demergat: in aliis amor gloriæ sæcularis & humanę dignitatis cupiditas super omnia pręgrauet: et valde paucos esse arbitror: q intra semetipsos scientes affectus suos et in staterę eos æqualitate pēsantes inue

ient q dilectionis dei pondus super omnia cę
era quæ sunt humana præponderet. Scio er=
go eũ qui & apud semetipsum summa exami=
natione pensauerat: & cũ inuenisset quia oms
qui intra se erãt affectus in illã partem vbi dei
erat charitas vergerent: cũ omni cõfidentia di
cebat: qa neq mors/neq vita/neq angeli/neq
virtutes: neq præsentia/neq futura/neq alti
tudo/neq profundum/neq creatura alia pote
rit nos separare a charitate dei: quæ est ĩ Chri=
sto Iesu dño nostro. Sed Paulus hic est qui hæc
ta potuit dicere: quia neq præsentia/neq fu=
tura/neq creatura alia eũ separare põt a chari
tate dei. Nos autem atq vtinam vel hoc dica
mus: qa neq aurũ/neq argentũ/neq voluptas
carnis/neq gloria sęculi/& caduca & tempora
lis dignitas/vel delitię corporales/neq libero=
rũ vł cõiugis gratia poterit nos separare a cha
ritate dei. Certe vel illud liceat a nobis confidẽ
ter dici: quia neq sæcularis literaturę amor/ne
q philosophorum sophismata/neq mathema
ticorũ deceptiones/& astrorũ simulati cursus/
neq diuinationes subreptiua dęmonum falla
cia cõmẽdatę/neq vll⁹ omnino pſciẽtiæ amor
per ea quę nõ licet inquisitę poterit nos separa
re a charitate dei: quę est in Christo Iesu domi
no nostro. An nõ totius gentilitatis error hinc
accipiet exordiũ: dũ ea quæ multum diligunt
homines deos esse volũt: & humanis quibusq
vitiis & cupiditatibus diuinum nomen ascri
bunt? Pecuniæ nãq cupidi/& auaritiæ amore
flagrãtes mãmonã quidem apud Syros deum
cupiditatis istius dicunt: libidinis & volupta
tis amatores Venerem deam sibi vitii huius
quo agitanť asscribunt. Similiter & in cæteris
vitiis hũc ipsum quo vrgẽtur affectum deum
sibi fecerunt. Vnde & apostolus eadem dicit.
Ait eñ. & auaritia: qđ est idoloꝝcult⁹. Vides
ergo quia nõ solum adorare simulachrum/sed
quia auaritiæ studere: idolorũ cultus: & serui
tus reputatur? Sic ergo & nos: cum aliquibus
vitiis ita dediti sumus: vt ea ex toto corde/&
ex tota anima/atq ex totis viribus diligamus
adorare idola & abiisse post deos alienos dici=
mur. Et adorauerũt inquit deos alienos: deos
gentiũ: qui in circuitu ipsoꝝ erant: & ad iracũ
diam concitauerũt deum. Vides qtum faciãt
peccata: vt peccantes illũ in quo nõ solum iræ
nullus affectus est: sed nec alius quidẽ passibi=
lis motus: nos ad iracundiam prouocare dica
mur. Verũ ille pmanet immutabilis in sua na
tura: nec vnq̃ irę turbatur affectibus. Ego au=
tem per ea quæ delinquo iram mihi ipse conci
sco: sicut dicit apostolus: & ita edocens. Secun
dũ duritiam tuam autẽ/& cor impœnitẽs the
saurizas (inquit) tibiipsi iram in die irę reuela
tionis iusti iudicii dei: q reddet vnicuiq secũ=
dum opera sua. Irritauerũt ergo dominum ad
iracundiã: & dereliquerunt dominũ: coluerũt
Baalim & Astharte: & irat⁹ est furore domin⁹
in Israel: & tradidit eos in manus diripiẽtium.
Q̃diu quis deo seruit: non tradiť in manus di
ripientiũ. Cũ autem dereliquerunt dominum
& seruire cœperunt passionibus suis: tunc di=
citur de eis: quia tradidit eos deus ĩ passiones
ignominiæ. Et iterũ. Tradidit eos de⁹ ĩ repro
bum sensum: vt faciãt ea quæ non cõueniunt.
Quare? Quia repleti sunt (inqt) omni iniqta C
te: neqtia: fornicatiõe: auaritia: & cæteris om=
nibus quæ dicunť: sicut & hic modo. Qui ser=
uierũt (ĩqt) & adorauerũt Baalim: & Asthar
ten: tradidit illos deus in manus diripiẽtium:
& facti sunt in manibus inimicorum suorum.
Hæc eñ (vt sæpe iam dixi) Iudæi tanq̃ histo=
rias rerum gestarum: & præteritarum legũt.
Nos autem propter quos hæc scripta dicũtur
scire debemus: quia si peccauerimus domino:
& animi nostri voluptates: ac desideria carnis
velut deum colamus: tradimur etiam nos: &
apostolica auctoritate in manus Zabuli con=
cedimur. Audi deniq ipsum dicentem de eo:
qui peccauerit. Tradidi (inqt) huiusmodi ho
minem Sathanæ in interitum carnis: vt spiri=
tus saluus fiat. Vides ergo: quia nõ solum per
apostolos suos deus tradidit delinquentes in
manus inimicorum: sed & per eos: qui ecclesię
præsident: & potestatem habent non solum sol
uendi: sed & ligandi: traduntur peccatores in
interitum carnis: cum pro delictis suis a Chri
sti corpore separanť. Et (vt mihi videtur) du
pliciter etiam nunc traduntur homines de ec D
clesia ĩ potestatem Zabuli. Vno modo: quo su=
perius diximus: cum delictum eius manifestũ
sit ecclesiæ: & per sacerdotes de ecclesia pelli=
tur: vt notatus ab omnibus erubescat: & con=
uerso eueniat illi qđ sequitur: vt spirit⁹ saluus
fiat in die domini nostri Iesu Christi. Alio au=
tem modo quis traditur Zabulo: cum peccatũ
eius manifestum non sit hominibus: deus au=
tem qui videt in occulto: perspiciens eius mẽ=
tem: & animam vitiis: ac passionibus seruien=
tem: & in corde eius non solum amorem sæcu
li: sed aut auaritiam: aut libidinem: aut iactan
tiam: vel alia huiusmodi: istum talem ipse do=
minus tradit Sathanæ. Quomodo eum tra=
dit Sathanæ? Discedit a mente eius: & auertit
se: & refugit a cogitationibus eius malis: & de
sideriis indignis: & derelinquit domum cor=
dis eius vacuam. Et tunc complebiť in illo ho=
mine qđ scriptum est. Cum autem immũdus

spiritus exierit ab homĩe: circuit loca arida: et si non inuenerit requiem: redit ad domum suam: et inueniẽs eam vacantem: et mundatam: assumit secum septem alios spiritus nequiores se: et intrans habitat in domo: et tunc fient
E hominis illius nouissima peiora priorib⁹. Hoc ergo modo intelligẽdum est deũ tradere quos tradit: non quia ipse tradat aliquem: sed ex eo ꝙ derelinquit: indignos eos scilicet iudicans q se non ita excolunt: et a vitiis purgant: vt libẽter in eis habitet deus. Ipso refugiẽte: atq͂ auertente se ab anima: quę in immunditia: ac vitiis posita est: tradita dicitur ex eo ꝙ deo vacua inuenitur et inuaditur ab spiritu nequã. Et ideo nos summo studio vigilemus: et festinemus purgari a vitiis: et concupiscentiis malis: vt deum intra nos tenere possimus: et vt habitare dignetur in nobis: dum delectatur et actib⁹ et sermonibus: et cogitationib⁹ nostris: si secũdum ipsius voluntatem geramus cuncta: quæ gerimus: vt siue manducamus: siue bibimus: siue aliud quid facimus: omnia in nomĩe faciamus domini nostri Iesu Christi: cui est gloria: et imperium: in sæcula sæculorum. Amen.

De eo: ꝙ traditi sunt filii Israel in manus inimicorum: et de Gothoniele: et Aioth. Cap. II. et. III. Homilia Tertia.

F QVãdo fecerũt filii Israel malignum in conspectu dei: et obliti sũt domini dei sui: ac relinquẽtes eum seruierũt Baalim: et lucis gentiũ: tũc thesaurizãtes sibiipsis iram traditi sũt iusto dei iudicio in manus inimicorum: secundũ hæc: quæ præsens lectio declarauit: in manus Chusarsaton regis Mesopotamiæ. Interpretatur Chusarsaton humiliatio eorũ. Traditi sunt ergo in manus eius: qui humiliaret eos. Et quia ipsi in excelsis montium impie agebant in altissimum: propterea ab ipso in humilitatem traduntur. Sed nolo putes: quia erga antiquos solũmodo erat hęc diuina prouidentia: vt eos: qui impie exaltabãtur: traderet humiliandos: vt salubri medicinę ratione/contraria contrariis curarẽtur. Nam et nunc omnipotenti deo erga ecclesiam suam de huiusmodi salubritate prouidẽtia est. Etiam nunc est Chusarsaton: rex Mesopotamiæ: cui tradũtur humiliandæ: et affligẽdæ animę: quę christiana humilitate cõtẽpta:
G in superbiã se atq͂ arrogantiã dederunt. Odiosum satis est in cõspectu dei superbiæ vitium: quia (sicut scriptura dicit) initium discedendi a deo superbia. Et iterũ alibi scriptura dicit: Deus superbis resistit: humilib⁹ aũt dat gratiã. Siquis igit̃ Christi hũilitate contẽpta: q ꝑpter nos cũ deus esset homo factus est: & humiliauit se vsq͂ ad mortẽ: extollitur: & effert̃: & ad potestates: & dignitates sæculi ꝓsilit: & artes qb⁹ hęc asseq nitit̃: etiã si cõtra fidẽ: & religionẽ sint: non refugit: nec horrescit: dũmodo qđ cupit obtineat: faciatq͂ malignũ in conspectu dñi: postq̃ indeptus fuerit summas infulas potestatũ: & ad ipsa superbię fastigia summa conscẽderit: inde deiect⁹ tradit̃ huic Chusarsaton vni scilicet ex aeriis principib⁹: vt humiliet eũ qui nimis fuerat exaltatus: vt affligat: vt conterat: donec resipiscat & quærat dominũ: quia cũ esset in superbia & elatione cõstitutus ignorabat dñm. Nũc ergo ii: q tradũtur pro peccato in tribulatione positi: videamus qđ faciunt. Illud profecto qđ scriptũ est. Et clamauerũt ad dominũ cum tribularent̃: & de necessitatibus eorum liberauit eos. Et eduxit eos de tenebris & vmbra mortis: & vincula eorũ dirupit. Sed vnusquisq͂ nostrũ etiam si paruus sit: & etiam si minimus: etiã si nulla sit vsus in ecclia dignitate: põt p superbiæ vitiũ laborare. Et nihil reperias tã fœdũ: neq͂ execrabile (sicut scriptura dicit) q̃ pauperẽ superbũ: & diuitem mẽdacem. Nonnunq̃ aũt morbus iste superbiæ penetrat nõ solũ pauperes plebis; verũ etiã ipsum sacerdotalem: & leuiticũ ordinẽ pulsat. Inueni- H
es interdũ etiã in nobis aliquos: q ad exemplũ humilitatis positi sumus: & in altaris circulo velut specula: in quibus arrogãtiæ vitium fœtet: & de altari domini: qđ deberet incẽsi suauitate fragrare: odor teterrimus superbiæ: & elatiõis renidet. Sed abiiciat̃ (quæso) ab omĩ hac sancta ecclesia: & pręcipue ab iis: qui ministrãt in sanctis: odor iste teterrimus: vt possimus (sicut Paulus dicebat) effici bonus odor Christi ne forte irascat̃ dñs: & ad iracundiã ꝓuocem⁹ sanctũ Israel: & tradat nos ĩ manus Chusarsaton: & humilitatem: quã in scientia Christi docere debuimus: in correptionis nostræ tribulatione discamus. Sed vide benignum dñm: misericordiã cũ seueritate miscentẽ: & ipsius pœnæ modũ iusta & clementi libratione pensantem. Non in perpetuũ tradit delinquẽtes: sed quãto tẽpore errasse te nosti: quãto tẽpore deliquisti: tãto nihilominus tẽpore humilia teipsum deo: & satis facito ei in confessione pœnitentiæ. Non expectes vt humiliet te Chusarsaton: & inuito necessitas extorqueat pœnitentiã: sed ipse pręueni tortoris istius manus: quia si te ipse emẽdaueris: si te ipse correxeris: pius est deus: & misericors: qui vindictã temperet:

ab eo:qui illam pœnitendo preuenit.Sed illud consideremus:quia donec seruirent Chusarsa ton ii qui traditi fuerant pro delictis:& nõ cla mauerunt ad dominũ:nemo suscitatus est qui saluare eos posset.Cũ autem clamauerunt ad dominum:tunc suscitauit dominus saluatorem Israel:& saluauit eos.Saluatorem autẽ di cit Gothoniel:qui interpretatur tempus mihi deus.Per hunc ergo Gothoniel prior ille populus de seruitute humilitatis ereptus est:& reddita est pax populo:quã superbia dudũ:& diuersa plebis facinora fugauere.Verum quoniam diximus spiritalem quendã intelligi posse Chusarsaton regem:& vnũ de aduersariis:& aeris potestatibus principem:ita consequẽs mihi videtur etiam Gothonielem istũ:qui ad liberandum populum suscitatus est:esse vnũ aliquem de militia cœlesti:& archãgelicis tur mis:qui ad adminiculum mittuntur eoꝝ:qui hæreditatem capiũt salutis:& sunt angeli Saluatoris:qui vel Gothonielis:vel Aioth specie designant:quia (sicut sæpe ostẽdim⁹) nõ solũ a cõtrariis virtutibus impugnamur:sed & diuinæ:bonæq; virtutes ad auxiliũ nostrum mittuntur a domino.Videamus tamen quis fuerit iste Gothoniel:cuius familiæ:cuius nobilitatis.Filius (inquit) Ceneth frater Caleph:illius laudabilis:& admirandi viri Caleph:qui fuit comes:& socius Iesu Naue:de quo (prout potuimus) in suis locis:quę visa sunt:disserui mus.Quid ergo dicit scriptura de isto Gothoniele:Posteaq̃ dixit:q̃a clamauerunt filii Israel ad dominum:factus est (inquit) spirit⁹ domini sup Gothonielẽ & iudicauit Israel.Putas est in nobis aliquis:qui ita validum:et ita iustum clamorem mittat ad dominum:vt dignus sit exaudiri:et mereatur populus accipere iudicem:quem spiritus dei repleat:et possit rectũ tenere iudicium? Vnde et liber ipse Iudicũ dicitur:et describuntur in eo iudices:qui iudicauerunt populum.Sicut enim alii libri Regum dicuntur:vel regnorum:ĩ quibus describitur vnusquisq; regũ quomodo regnauerit:vel qd egerit:ita et in hoc libello gesta Iudicum referuntur:et describitur:non solum siquid ab eis recte:et humiliter gestum est:verum et siquid culpabiliter emissum est.Cur tamẽ vtrũq; descriptum sit si requiris profecto vt nunc ecclesiæ principes:vel iudices peruidentes ea quæ ab eis laudabiliter gesta sunt:priorum sequantur exempla.Siqua vero in illis culpantur:vt isti caueant & declinent.Magna ergo laus primi huius iudicis Gothoniel refertur:q̃ spiritus dei factus est super eum:& per spiritũ domini iudicabat Israel.Qđ ego de alio quouis dictum non valde memini.Sunt ergo & omnium hodie ecclesiarum:quæ sunt sub cœlo:q̃ plurimi iudices:quibus iudicium non solũ rerum/gestarum datum est:sed et animarũ.Verum nescio siquis talis ecclesię iudex est:quem dignum faciat deus spiritu sancto replere:vt sicut Gothoniel iste testimonio scripturæ decoratus est:ita etiam ipsi:de quibus hoc optamus:dei testimonium mereãtur.Ait ergo.Et factus est super eũ spirit⁹ dñi:& iudicauit Israel:& exiit ad bellũ:& tradidit dominus in manus eius Chusarsaton regẽ.Quare hoc:Quia spiritus domini erat in eo:& confortata est manus eius super Chusarsaton regẽ.Et post hæc dicit:quia quieuit terra sub eo iudice quadraginta annis.Vides q̃ larga est diuina clemẽtia Octo annis filii Israel seruierãt pro multorum delictis:quadraginta annis per vnius iustitiã in pace perdurant.Sed quid dicitur post hæc? Et defunctus est (inquit) Gothoniel filius Ceneth.Rem video periculosam.Defunctus est D
Gothoniel:quia iam indignus erat populus:q̃ haberet iudicem talem.Deniq; in consequentibus dicit:Illo defuncto:adiecerũt (inquit) filii Israel facere malignũ in conspectu domini.Et confortauit dominus Eglon regẽ Moab aduersum Israel.Cõsidera quia pro eo q̃ indigni erant iam habere principem talem:propterea aufertur ab eis bonus iudex.Et fecerũt filii Israel malignũ in cõspectu domini:& excitatur eis hostis pessimus:Eglon rex Moab.Vides q̃a peccata vires hostibus præbent.Et quãdo nos facimus malignum in conspectu domini:& de linquimus:tũc confortantur a domino inimici nostri:tũc vires contrariis virtutibus danť.
Hoc siue secũdũ literam quæras ita inuenias: E
quia nõ inualescerent nisi eis delicta nostra vires conferrent:siue in spiritalibus consideres:similiter cõtrariæ virtutes nõ inualescerẽt aduersum nos:nec ipse Zabulus in nobis aliquid praualeret:nisi ei vires ex nostris vitiis præberemus:valde infirmus esset aduersum nos:nisi nos eũ fortem peccando faceremus:& nisi p peccata nostra locũ introeũdi:& d[illegible]iandi inueniret in nobis.Propterea & Apostolus deniq; præmonet dicens:Nolite locũ dare Zabulo:sicut & hic modo legimus:q̃a posteaq̃ fecerunt filii Israel malignũ in cõspectu domini:locũ dederũt Zabulo.Cõfortauit eñ dñs Eglon regẽ Moab:& adiũxit ei oẽs filios Ammon:& Amalech.Non solum (inquit) ipse confortatus est
ex peccatis filiorũ Israel:sed adiunguntur ei socii F
nequã ex filiis Ammon:& Amalech:qui cũ ipso pariter impugnẽt Israel.Et seruierũt (inqt) filii Israel Eglon regi Moab:decẽ & octo annis.

Obserua: quia etiam mensuras pœnæ indicat scriptura diuina: cū ante octo annos & hic decem & octo dicit. Certū est aūt q̄ secūdum peccati modū: & cōuersionis nostræ morā: etiā castigationis tempora tēperant. Transierunt eñ & isti decē & octo anni seruitutis: & non refert q̄a clamauerūt ad dñm: vel cōuersi sunt a malitia sua. Sed post decē & octo annos iterum dicit: q̄a clamauerunt filii Israel ad dñm: & suscitauit eis dñs deus saluatorē: Aioth filiū Gera:
G filiū Gemini: virū ambidextrum. Ecce qualis est iste q̄ suscitat̄ ad saluādū Israel: nihil habet in se sinistrum: sed vtrāq̄ manū dextrā habet. Hoc est eñ qd̄ dicitur ambidexter. Dignus vero populi princeps: & ecclesiæ iudex: qui nihil agat sinistrū: cuius qd̄ agit dextera: nesciat sinistra sua: in vtraq̄ parte dexter est: in fide dexter est: in actibus dexter est: nihil habet de illis q̄ collocant̄ a sinistris: q̄bus dicit̄: discedite a me operarii iniq̄tatis: nescio vos: ite ī ignē ęternū quē p̄parauit deus Zabulo: & angelis eius.
H Q̄z si licet in talibus ex simili p̄sumere: puto q̄ secūdū spiritalem ītelligentiā: & sancti oēs ambidextri dicant̄: & e contrario Zabulus: & priceps eius (si dici pōt) ambisinistri dicunt̄. Totum eñ qd̄ agunt sinistrum est: totum peruersum: totum igni æterno cum iis: qui a sinistris sunt: deputatum. Sed videamus quid agit hic ambidexter iudex. Miserunt (inq̄t) filii Israel mūera ad Eglō regē Moabitaꝝ: p̄ manū Aioth Et fecit sibi Aioth gladiū ex vtraq̄ p̄te acutū: palmę extensæ longitudine: & alligauit sibi eū Aioth ad femur dextrū. Vides q̄a dextrum est omne qd̄ agit Aioth hic ambidexter: & manibus dexter est: & ī pedibus dexter est. In femore eñ dextro gladium portat: vt veniat ad regē: & īterficiat eū. Dixeramus in superioribus
I q̄ isti quos ad salutē populi: & ad liberandos filios Israel suscitare dicitur deus saluatores: vel iudices: imaginē ferāt aliquorum principū ex cœlesti militia: & supernaꝝ virtutum: quas ad subsidiū deus emittat eorum q̄ ad se toto corde clamauerint: & per cōuersionē pœnitentię diuinā erga se clementiā flexerint. Sed hoc vt ne præsumptū apud auditores videat̄ a nobis debem⁹ ex scripturarum auctoritate firmare. Scriptū est ī Exodo: q̄a patres nostri filii Israel cū multo tēpore Aegyptiis: & Pharaoni regi durissimo: ī luti: & lateris cōfectione seruissēt: clamauerūt ad dñm (inq̄t) ita vt ip̄e dñs diceret: Clamor filiorū Israel ascēdit ad me: & mis-
K so q̄dē Moseo visibiliter eduxit eos. Refert autem scriptura q̄ angelus exterminator missus sit: q̄ vastaret q̄dem oīa primogenita Aegyptiorum: Israelitarū vero neminē tāgeret. Et sic declarat̄ virtutē fuisse cœlestē: q̄ vastatis Aegyptiis & p̄stratis: filios Israel de iugo seruitutis eduxit. Simile quoq̄ etiā illud refert̄ in historiis: q̄ sub rege Assyrioꝝ Sēnacherib: angelus dñi mittit̄: q̄ cæsis sub vna nocte: & prostratis centū octogintaq̄nq̄ milib⁹ hostiū: & vrbē de obsidione: & populū de iminenti liberaret interitu. Ita ergo etiā nūc eadem cōsequētia debemus aduertere: & siquādo p̄ peccatis nostris ī captiuitatē tradimur clamem⁹ ad dñm. Clamemus aūt nō ore: sed mente: ita vt dolor cordis fontē lachrymarū p̄ducat ex oculis: sicut ille q̄ dicebat: Lauabo per singulas noctes lectū meū lachrymis meis stratū meū rigabo. Si ita cōuertimur a malis: vt vltra nō cōtingamus mala. Si ita desinamus a superbia: vt vltra nihil superbū: nihil arrogās sapiam⁹: mittet etiā dñs virtutem suam cœlestem: per quam liberemur a iugo seruitutis Zabolicæ: quæ virt⁹ oīa pro nobis agat dextra: & prospera: quæ faciat nobis relinquere vitam sinistram: quę ducit in perditionē: & reuocet nos ad verā vitam: illū qui dicit. Ego sum via: & veritas: & vita: Iesū Christum dominum nostrū: Cui est gloria: & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

De Semegad: & Iabin: & Sisara: & cæteris iudicibus Israel. Cap. III. & IIII.
Homilia Quarta.

Oniūgit̄ principatui Aioth ambidextri: principatus Semegadi. Sed videamus qualiter Aioth q̄ interpretat̄ laus: cōcluserit pricipatū suū. Historia nos edocuit ea quæ de Eglon rege scripta sunt: q̄uo sapiētissimus hic Aioth arte quadā: & (vt ita dicā) callida: sed laudabili vsus deceptione interemerit Eglon tyrannū: q̄ īterpretat̄ rotat⁹: vel orbita. Oportet ergo tales esse & nostri populi iudices: qualis fuit Aioth iste: q̄ īterp̄tat̄ laus: vt oēs volubiles motus: & orbitates mali itineris excidāt: & perimāt Madianitarū regē. Madianitæ aūt interp̄tant̄ fluxus: vel effusio. Huius igit̄ fluxę: & dissolutę gētis priceps vel dux q̄ potest videri alius: vel intelligi: nisi sermo illius philosophi: q̄ summum bonum iudicat voluptatē: quem interficiat: & perimat euangelicus sermo: q̄ gladio cōparat̄: & sermo propheticus ipse in vētre eorū: atq̄ in imis pręcordiis ambidextri doctoris disputationibus concludatur: vt veritatis assertione eos cōcludēs: extinguat omnē praui dogmatis: & crassæ intelligentiæ sensum: qui se extollit: & erigit aduersum spiritalē scientiā Christi: vt hęc

G audebis. Animaduertisti ad puerũ meũ Iob? hoc est relaxasti animum tuum: cogitationes tuas: cõsilia tua: meditatiões tuas? Ad quem? Ad puerũ meum Iob. letaberis aduersarie sagitta in modũ ignis cõburente. Hanc vocem diabolus nequaq̃ audire patitur: non tolerat nequissimus: vt aliquis seruus dei sit: vel omnino nominetur. Cũ autem odio haberet Iob: atq; zelaretur eum: adiecit super nequitiã cũ seruũ dei illum nũcupari audisset: deo astruente ad puerum meũ Iob. Et animaduerte q̃tus sensus in hoc ipso demõstratur sermone:
H cum seruum suum appellat Iob. Primum quidem tanq̃ gloriã sibi existimat: atq; honorem omniũ dominus quũ sancte: atq; caste illi seruiunt hoĩes. Idcirco quasi gloriãs dicit nunc sane de solo Iob: puerum meum Iob: hoc ẽ seruum meum: alibi autem de plurimis: Misi ad vos omẽs seruos meos prophetas. Vnde etiã ipsos glorificat: atq; magnificat per id q̈ seruos: & famulos eos astruit: atq; appellat: sicut Moysen de quo dicit ad Aaron. Non sicut famulus meus Moyses in tota domo mea fidelis. Et post paululum. Quomodo nõ timuisti loqui de famulo meo Moyse? Quid hoc maius est: quid superius: vt quis sit creatoris seruus: atq; cęlestis regis famulus? Nõ est hac maior
I gloria. Super hęc autem ipsum diabolum increpat: deiicit: atq; obiurgat per id q̈ Iob puerum suum appellat. Animaduertisti (inquit) ad puerum meum Iob? Ac si diceret. Nõne victus es: & deiectus: atq; humiliatus: vt Iob corruptibilis: atq; terrenus homo seruus meus sit & in mea seruitute maneat? Tu vero o diabole cum superior sis angelis: cum inter cherubin a me creatus: a mea seruitute recessisti: & meum ministerinm dereliqsti: merito ex sanctis choris proiectus: atq; a cælestibus pulsus circa terras oberras: circa terras reptas: & terrenos circũuenire conaris. Ob hoc cum dicis q̈ terrã circuieris: & ea quæ sub cælo sunt pagraueris: quia cælestium refuga effectus: atq; in terrenis reptare: in terra mãducare: in persona serpẽtis es maledictus. Animaduertisti
K animo illo neqssimo/inuido/crudeli/prauo/fero: ad puerum meum mitẽ: benignum: subiectum: religiosum: non fraudulẽtum: sed deuotum: ad puerum meum: cui non est homo similis super terrã? In omnibus virtutibus: atq; studiis non est illi similis super terram. Abraham non est: Isaac requieuit: Israel transiuit: Ioseph quietem resumpsit: propterea non est illi similis super terram. Ego (inquit) testimonium perhibeo virtutibus eius: vtpote omnium cognitor dominus. Attestatur videlicet illi etiam malignus tuus liuor o diabole. Nisi (inquit) meus seruus fuisset sanctus: ac dignus: atq; mihi bene complacens: non vtiq; eum zelatus fuisses: non vtiq; ei inuideres. Nõ es zelatus Esau: neq; Ismael: nõ zelaberis Saul: atq; Achitofel: neq; Doech: neq; vllũ ex his q tuã peruersam fecerunt voluntatẽ. sed zelatus es a sæculo omẽs seruos meos: atq; cultores: id est Abel & Ioseph: & nũc ipsum Iob: atq; his similes omẽs: & omnes synceriter me inuocãtes. Quia nõ est (inquit) similis illi super terrã. In quo non est similis ei quisq̃ super terrã? In omnibus bonis operibus: atq; deo dilectis: sine querela est: vtpote q in nullo potuit reprehendi. Q̃uis (inquit) tu eum reprehendas o diabole: quasi propter diuitias me colẽtem: post paululum probabitur: quia omĩno Iob sine querela pmanet: & non solũ sine querela: sed & iustus: cũ iustitia etiam verus. Sed quia plærįq; hominum in hoc mũdo omĩbus modis sine querela fuerũt: & iusti: & veraces in humanis duntaxat iudiciis: & causis: atq; corruptibilibus iustitiis vniuersis: & qđ summum & maximum est: dei scientiam non habuerũt: charitatem quoq; dei: atq; culturam merito super hęc vniuersa Iob bona: adiicit id qđ maximũ ẽ dicẽs: dei cultor siue sine querela fuisse: siue iustus: siue verax. Omĩa hęc propter deũ erãt: atq; dei culturam. Sup quę vniuersa adiiciẽs dicit. Abstinẽs se ab oĩ re mala vtpote q deũ colebat: vtpote q deũ metuebat tãq̃ q deo seruiebat: & tãq̃ q deo placere cupiebat. Sic itaq; super oẽs cæteras virtutes pcipuã eius virtutem in cõclusione demõstrans dei cultorem illum fuisse ostendit: atq; ab omni re mala se abstinentem. Et vere cum hęc ad diabolum loqtur: per hæc diabolum arguit: atq; ĩcrepat: & veluti diceret: audi o diabole. Ad te enim ẽ hic sermo: & tua hæc ĩcrepatio atq; obiurgatio. Sine q̃rela ẽ Iob: tu vero omnibus criminibus es refertus. Iustus est Iob: tu vero ipse iniustus es: & totius iniustitię suffragator. Verus est Iob: tu autem totius veritatis es exors: atq; omĩ mẽdacio plenus: & omnis fallacię: atq; doli es pater. Dei cultor ẽ Iob tu vero dei refuga & apostata: atq; rebellis: & nõ solum tu: sed & omnes homines ad hoc instigas: suades: & doces. Abstinet se ab omni opere malo: & verbo Iob: tu autem omne ma-

lum: & illicitum: atque impium opus: aut verbum seminasti inter homines: atque in eo quae sub caelo sunt oriri fecisti. Dicit denique haec vniuersa deus ad diabolum cum laudat Iob & veraciter magnificat eum: vt nosset diabolus aduersus quem habebat: ne postea diceret non mihi indicasti: neque ego sperabam in omnibus super terram huiuscemodi esse constantiam. Cunctos audiui: qui fuerunt ab initio saeculi: & quamplurimos meis muscipulis circundedi: atque meis insidiis apprehendi. Merito putabam etiam hunc quasi vnum ex omnibus facile superare. Ob hoc ergo ne victus diabolus post hoc posset ea: quae memorata sunt dicere: propterea testificatus est illi deus: & ante praemonuit de omnibus quae circa Iob agerentur: ac si diceret. Noli putare o diabole quod aduersum auum Iob Esau habeas: aut aduersus vnum ex Esau similibus: sed aduersum Iob habes: in fide indeclinabilem: immobilem in iustitia: in gratiarum actionibus immutabilem: in doloribus non succumbentem: non deficientem in tribulationibus. Talem fuisse Iob sciens deus: ante testificatus est diabolo: dicens. Homo sine querela: iustus: verax dei cultor: abstinens se ab omni re mala. Sed & quę in laudem beati Iob dicit deus: atque in testimonium nequissimi diaboli: haec ad maximam inflammationem profecerunt: & succensionem nequitię aduersarii: atque ad maximam aduersum Iob concitationem liuoris: ac zeli. Merito audacia fratus nequissimus immoderanter protulit suam iniquitatem dicens. Non sine causa gratis Iob colit deum. Respondet nihilominus: & dicit: non labiis depromens: neque humano ore locutus: sed consiliis iniquis cogitans: atque ipsis cogitationibus illicita meditatus: respondens diabolus dicit: non sine causa Iob colit deum. Incipit ostendere: quia nequiter meditatus est. Incipit publicare: quia malitiose cogitauit. Non sine causa inquiens Iob colit deum. Non gratis: sed cum pretio. Non frustra: sed pro mercede. Non propter pietatem: sed propter diuitias: non propter domini dilectionem: sed propter peculii multitudinem. Non sine causa Iob colit deum. Habet pro quibus recompenset: habet pro quibus reddat retributionem. Non sine causa Iob colit deum. Si enim ferocioribus: atque immanioribus hominibus tantas conferres diuitias: & tantam gloriam: atque tantum honorem: profecto omnes vno consensu tibi seruirent: & te colerent. Non sine causa Iob colit deum: sed pro diuitiis: pro possibilitatibus: pro substantia: pro facultatibus: pro potentia: & gloria: atque honore. Pro his ergo atque C horum blandimentis te colit. Nunc vero facile est illi colere te: facile est etiam sine querela & iustum: atque veracem esse. Sine querela est: quia innumerabilia habet: & nullo indiget: iustus est: quia diuitias habet: verax est: quia omnes vndique illi inclinantur: & sermonem eius vsque ad nubes perferunt. Sed mitte manum tuam: & tange omnia quae habet: & scito si benedicat te. Aufer (inquit) diuitias: expolia facultatibus: detege gloria: priua honore: humilia ex sublimitate: & tunc non solum hanc culturam derelinquet: & si non in praesenti te benedicet: hoc est nisi te in presenti maledicat: & blasphemet: atque detrahat. Moyses D enim magnus homo dei cum scriberet Iob non ita scripsit sicut diabolus locutus est: sed decentius: ac benignius: vtpote deuotus dei famulus: diabolus enim crudeliter: ac nequiter locutus est: & vt plus ad iracundiam (vt putabat) prouocaret deum non dixit si non in faciem te benedixerit: sed si non in faciem tibi maledixerit. Moyses vero illicitam: atque crudelem diaboli vocem immutans: dixit. In faciem tibi benedicet. Non sine causa (inquit) Iob colit deum. Et vt quid? vel ob quam causam colit? Quia tu munisti illi ea quae extra domum atque intra domum eius sunt. Tu munisti: tu circundedisti: tu obumbrasti: tu protexisti: tu illęsa custodisti omnia bona eius: non solum ea: quae intra domum sunt: sed & ea quae extrinsecus sunt: extra domum vniuersa: quae sunt ei in circuitu. Quotiens inquit: volui ap E propinquare: & non inueni accessum: cum protegis: atque obumbras? Quotiens inquit: volui perdere: & exterminare: & non permisit omnipotens manus tua? Tu munisti ei omnia quae sunt intra domum: atque extra domum eius: tanquam flamma ignis angelorum tuorum custodia: ante me omnia bona circundans. Accessum mihi minime concessisti: neque approximare mihi permisisti: potestatem mihi nullatenus dedisti. Quid ergo laudas Iob quasi iustum? Quid magnificas Iob: quasi dei cultorem: atque religiosum? Non Iob religiositas: neque iustitia hoc fecit: sed largitiones tuae: atque multiplicia tua bona: pro quibus te colere videtur: quod si non hoc est: mitte manum tuam: tange omnia quae habet: nisi in faciem benedixerit tibi: vel potius maledixerit sicut dicit F diabolus. Tu inquit munisti: tu benedixisti: tu multiplicasti: tu conseruasti: & ea quae do

mi sunt: & ea quę extra domum: sed in circui
tu sunt: & ea q̄ sunt prope: & ea q̄ longe sunt
vniuersa. Pro his (inquit) omnibus deprecat̄
& colit: & gratias agit. Non tibi gratias agēs
sed pro ipsis bonis gratias recōpensans: non
te diligens: sed ipsam multitudinem pecunię
amans: & conseruans: atq̧ perdere nolēs. Nō
ergo inquit pro tua dilectione te colit: neq̧ ꝓ
pter tuam beatitudinem gratias agit: sed ꝓ
pecuniæ huius blandimento te colit: sed pro
pter beatitudinem suam rerūq̧ plurimarum
quas hic possidet copiam quā dedisti ei tibi
gratias agit. Aufer ergo illi quæ dedisti vni-
uersa: & apparebit om̄ibus quæ sit Iob perfi-
dia: & quia nō pura dilectione te colit: sed ꝓ-
pter pecuniam rerumq̧ tantarum possessio-
nem: ne eam si ingratus videatur auferas: te
G reueretur. Cui digne respondeatur & dica-
tur ad eū. Dico nequissime sathana: dico ma-
ligne diabole: nō intelligis o miserrime: quia
tu teipsum deiicis: tu temetipsum condem-
nas. Nam in his quę in Iob reprehendis ꝙ ille
ingratus extiterit: teipsum condemnas cum
tu eadem feceris. Nam hoc ipsum tu fecisti
cum a deo discederes: atq̧ deo resisteres: dere
linqueres quoq̧: atq̧ ingratus existeres: de q̧-
bus nunc Iob nec quicq̄ huiusmodi faciētem
pessime reprehēdis. Sed interim o diabole di-
cis: ꝙ non propter benedictionem colat me
Iob: sed pro donis meis: atq̧ pecunia. Dic er-
go nequissime sathana: q̄tum vel quid dedi
Iob: quemadmodum tibi? Nonne te superio-
rem angelis feci: & anteriorem archangelis?
Nonne inter ordines Cherubin creaui? Non
ne incorruptionis gloria te indui? Nonne in
indesinenti lætitia vultus mei te constitui?
Pro quibus tu vniuersis ingratus existēs me
dereliquisti: & a me recessisti: & rebellis mihi
H extitisti. Dic ergo o diabole quid huiuscemo
di dedi Iob? quid huiuscemodi impertiui? Nō
ne mortalem & corruptibilem infra angelo-
rum archangelorumq̧ naturam creaui? Nō-
ne in valle miseriarum cum cæteris filiis ho-
minum constitui? Nonne mortalitatis & cor
ruptibilitatis suæ passionibus eum: vt cæte-
ros homines: subieci? Nempe non in tristitiis
viuit sup terrā? Nēpe nō labores manuū sua-
rum manducat? Nempe non labores suos nō
habentibus diuidens: mihi gratias agit? Nē-
pe non sudore vultus sui edēs me colit. Quo
modo (inquit) o infelicissime diabole cum tu
pro gloriosis in incorruptione ingratus exti
teris: Iob reprehendis: illum qui in exiguis:
atq̧ paruis fidelis existens: indesinenter me
colens mihi gratias agit? Hæc itaq̧ audien-
tes nos o viri periti: caute nos obseruemus:
sollicite animabus nostris intendamus.
Nam idem ipse diabolus est etiam nunc: qui
vtiq̧ fuit & tunc: eundem iniquitatis liuo-
rem etiam nunc habet circa nos proculdu-
bio: quem & tunc habuit: atq̧ exercuit circa
Iob. Non quiescit vnq̄ aduersarius vester dia
bolus: sed tanq̄ leo rugiens: circuit quęrens
quem deuoret. Non quiescit vnq̄ accusare
homines ad deum: & deū ad hoīes. Merito er I
go diabolus est appellat⁹: id est accusator. Sic
nanq̧ & tunc Iob accusauit circa deum: qua-
si non propter synceritatem: sed propter pe-
cuniæ blanditionem deum coluerit: & deum
accusauit: & reprehendit non minime: sed po
tius q̄ maxime: quasi non digne: sed cohiben
ter Iob diuitias tribuerit: ob hoc solū: vt ad-
orarent illum tantum homines: & colerent.
Hoc ipsum nimirum etiam nunc facit: & vs-
q̧ ad consummationem sæculi omnes homi- K
nes occulte accusans ad deum: & pro verbo:
& pro opere: omnibus hominibus laqueos: &
capturas: & tendiculas ponit: & scandala
multiplicat: & tribulationes: & molestias in-
gerit: maxime iustis om̄ibus: atq̧ sanctis: cir
ca quos etiam zelum habet: & bella suscitat:
atq̧ prælium committit: sicut dicit in quo-
dam loco propheta: Et faciebat bellū cū san-
ctis altissimi dei: & præualebat eis donec ve-
nit antiquus dierum: & iudicium dedit san-
ctis excelsi. Merito ergo in omni tēpore cau
te: atq̧ sollicite obseruemus: atq̧ intenda-
mus animabus nostris: vt nec hic accessum
ad nos nequissimus inueniat: nec illic in con-
spectu dei nos reprehendat. Mitte (inquit)
manum tuam quę nunc circundat: quę nunc
munit: quæ nunc protegit: quæ nunc vndi-
q̧ obumbrat: quæ nunc nullatenus mihi ac-
cessum tribuit. Mitte nunc manum tuam: L
hoc est præceptum tuum: iussionē tuam: im
perium tuum. Hæc nanq̧ significans dicit
mitte manum tuam: ac si diceret: præcipe: iu
be: manda: permitte. Hæc vtiq̧ vniuersa ha-
bens intra mentem suam nequissimus diabo
lus dixit: mitte manum tuam. Non de eo in-
felix dixit ad deum: mitte manum tuam: eo
ꝙ manum dei vellet mitti: sciebat nanq̧ mi-
ser: quia vbicūq̧ manus dei mittitur cū ꝓpi-
ciatiōe mittit̄: illic & munit: & auxiliatur: ac
opitulat̄: & regit / & sanat / atq̧ saluat. Hęc ni
mirum sciens iniquus: aliud loquebatur: &
aliud cogitabat: aliud suggerebat: & aliud q̄-
rebat. Ob hoc ergo dicit callide: mitte ma-

num tuam. Bene inquit: Ecce mitto manum meam: vt tu dicis. Ad quid faciẽdũ mittam manum meam? Mitte (inquit) manum tuam & tãge omnia quę habet. Cur tãgam inquit? ad delendum ait tange: ad interitum: ad exterminium: ad perditionem. Et quomodo (inquit) perdam o inimice omnium bonorũ diabole ea quæ creaui? Quomodo extermiñe ea quę dedi? vel quomodo deleam ea quæ ego feci? Et adhuc aliter. Quomodo perdã o diabole substãtiam ex qua mihi non indignę victimę offerũtur: atq; syncera sacrificia immolãtur. Quomodo exterminem substãtiam: vnde viduæ vestiuntur: & orphani pascũtur: & infirmorum scapulę calefiũt? Quomodo perdam o diabole filios eius qui me nimium diligit? Quomodo obturẽ ora eorum qui in innocẽtia vna cum patre suo Iob deuote mihi gratias agunt? Sed interim quia non potest (inquit) aliter tua iniquitas sedari nisi sic: ecce omnia quę habet dedi ĩ manũ tuã. Nam si nõ dedero discedẽs gloriaberis: & plaudes: quasi victor discesseris: quasi ego hoc certamẽ nõ cõcesserim: quasi hoc bellũ fieri non permiserim quasi de Iob cõstantia nõ pręsumpserim: quasi ante prælium: & congressionem superatus fuerit Iob: qui a me magnificatus: atq; laudatus est. Ob hoc (inqt) ne de his glorieris o diabole: ecce omnia quæ habet dedi in manũ tuã. Et adhuc ꝓpterea: vt cũ hoc ꝙ gloriari: vel applaudere nõ permitteris: cum hoc ipo etiã humilieris: ac refuteris: atq; mendax comproberis. Iob vero exaltetur: & beatificet: atq; victor demonstretur: & sit deus verax: qui testimonium perhibuit Iob: tu vero diabole mendax: atq; auctor mendacii ostendaris. Ob hoc ergo omnia quæcũq; habet: dedi in manũ tuã vt omnes imperpetuo cognoscant & tuam iniquitatem o diabole: & Iob iustitiam: ac tolerãtiam: & meam pręsentiam. Et quia in tribulationibus: atq; tolerãtia probo electos meos: & quia plurimę tribulatiões iustorũ: & ex omnibus his liberabit eos domin⁹: & quia tanq̃ aurum in fornace: ita iusti atq; deo acceptabiles probantur in tentatione. Ob hoc ergo respondens dicit ad diabolũ. Ecce (inquit) omnia q̃ habet dedi in manũ tuã. Quia hoc quæsisti: vt ego manum meam mitterem: ideo ecce ego dedi omnia quęcũq; habet in manũ tuã & peculium: & filios: & substantiã: & labores & diuitias: & possibilitatem. Omia quæ sunt intra domũ: & extra domũ eius: omnia quæcunq; habet nõ defendo: neq; cõtradico. Non ꝓpedio: neq; obuio: sed in manũ tuã trado. Interfice: ꝑde: dele: atq; extermina. Perfice malignum tuum liuorem. Imple maledictum illud tuum odium. Pecuniã enim & filios Iob perdes: sed charitatẽ eius non perdes. Substãtiam ac labores ei⁹ intercipies: sed synceritatem illius: atq; gratiarum actionem nõ intercipies. Omia ergo quæcũq; habet dedi in manũ tuã: quę iram: atq; gladium continet: quę prælia: atq; bella operatur: quæ perditionem: atq; damnationem perficit: quę doloribus nõ satiatur: quę sceleribus: atq; impietatibus inhiat. In hãc (inqt) manũ tuã trado omia quæcunq; sunt illius: in hãc manũ quę si præualeret omnem hominem: & omnem spiritũ qui sub cœlo ẽ: subito in ictu oculi perderet: deleret: atq; ĩterficeret: si pmitteretur: & si iuxta voluntatẽ iniquitatis suæ potestatem haberet. Sed resistit illi omnipotẽs manus dei: atq; fortissima dextera creatoris: gubernãdo: obũbrando: protegẽdo: omnia quę sub cælo sunt facta tuendo. Q̃ autem ita est pditioni dedita nequissimi diaboli manus: manifestum est in Iob: quę mox vt pmissa est: & mox vt iussionem accepit: statim imparcenter cuncta perdidit: statim omnia interfecit. Ecce inquã oia quæ habet dedi in manũ tuã. Ecce omes tibi ademi occasiones: ecce non habes cõtradictionem: ecce non habes vllam replicationem: ecce non habes excusationem. Omnia quæcũq; habet dedi in manũ tuã: vt cũ omem Iob substantiã perdideris: tũc præsertim cognoscas: quia nõ propter substãtiam me colit Iob: sed propter charitatem: quia nõ propter facultates gratias mihi agit: sed ꝓpter synceritatem Ob hoc ergo ecce omnia quæcunq; habet dedi in manũ tuã: sed ipsum caue ne tangas. Dixisti o diabole: ꝙ nõ propter pietatẽ: sed propter diuitias Iob coluerit me: dixisti: aufer q̃ dedisti: & cognosces quid sit Iob. Ego (iquit) cognoscere non necesse habeo: prescienter. n. scio constantiam Iob: atq; deuotionem quam habet circa me. Omia vero quęcunq; sunt illi do in manũ tuã: vt cum probaueris: cognoscas: quia sol⁹ Iob valet resistere vniuersæ iniquitati: atq; malitiæ tuæ. Sed interim omnia (inquit) quęcũq; habet dedi in manũ tuã: sed ipsum caue ne tãgas. Q đ quæsisti (inqt) habes: quæ petisti accepisti: potestatem substantię: & possibilitatis: atq; diuitiarũ: peculii nihilominus: atq; filioꝝ: sed ipsum caue ne tangas: quia non ipsum quęsisti: sed quęcunq; habet. Idcirco omibus quęcunq; habet acceptis ipm caue ne tangas: neq; carnaliter: neq; spiritaliter: neq; manifeste: neq; latenter: ipm caue ne tãgas. Cur em nõ tangã? Ob hoc (inquit) quia seruat ad secũdam luctationẽ: certamen

quoq; & constantiam: atq; tolerãtię approbationem. Sufficit (inquit) nunc hæc quæ p pecunię atq; filiorum perditionem fit tentatio. Merito ipsum caue ne tangas. O bonitas tua Rex: o virtus: atq; magnificentia tua æterne. Q magnam cõsolationem tribuis iis qui ad te cõfugerint: & constantiæ fidutiam a te sperauerint: vt neq; hominũ: neq; iumentorum: neq; animatorum: neq; inanimatoꝝ potestatem habeat aduersarius: nisi vbi fuerit pmissus. Non autem permittitur: nisi vbi nouerit deus pro fidei manifestatione: & cõstãtiæ approbatione: atq; gloriosæ remunerationis retributione. Hęc scilicet nos scientes sollicite: atq; deuote ad deum confugiamus: instantissime: atq; syncerissime in orationib9 deũ inuocem9: vt auertat a nobis maligni insidias: vt eripiat nos de crudelibus illius incursionib9: & non permittat nos tentari supra id qđ possimus sufferre. Ecce (inquit) vniuersa quæcũ
H q; habet dedi in manu tua. Non ideo (inqt) dedi hęc omĩa in manu tua: quia oportuerat vel iustum fuerat: sed ob hoc vt nequitię tuę occasiones auferrẽ. Quomodo eñ iustũ erat: vel oportuerat vt darẽ ĩ manu tua iuga boũ quæ viduas arãdo releuabãt? Et greges pecorũ: qui orphanos vestiebãt: atq; calefaciebãt? Quomodo oportuerat: vel iustum erat vt iustos: atq; innocentes filios Iob tu nequiter interficeres o diabole: cum dixerim post in lege Iustum & innocẽtem non occides? Non ergo oportuerat neq; iustum fuerat: sed ꝓpter iniquitatem tuam: & zelum: & liuorem: vt inexcusabilis comproberis: & absq; contradictiõe redarguaris. Propterea ecce omnia quæcũq; habet dedi in manu tua: sed ipsum caue ne tã
I gas. Et factum est quasi dies illa. Quæ dies? Illa dies in qua malignus permissionem accepit: in qua nequissimus fiducia est fractus: in qua die diabolus innocentũ mortẽ fabricat9 est. Et factũ est quasi illa dies: in qua diabol9 gauisus est: qui nunq̃ est gauisus: in qua malignus exultauit: qui nũq̃ exultare est comprobatus. Nam exultationem ducit eorũ q sunt in pditionem: atq; viuorum mortificationẽ. Et factum est sicut illa dies. Quę dies? Illa (inquit) dies in qua filii Iob & filię nouissimũ illud vnanimitatis: atq; cõcordiæ prãdiũ pranderunt super terrã. In cælis nãq; æternæ glorię: & incorruptibilis beatitudĩe pariter fruuntur. Q autem nouissimum prandiũ tunc in corpore pranderunt: mox subsequẽter ostẽ
K dit: dicẽs. Et filii Iob: & filię manducabant: & bibebãt in domo fratris sui maioris: ac veluti paruuli infantes malis omĩbus expertes: simul sedent: & stant: simul & ludũt: & bibunt: nec quicq̃ mali: aut illiciti: aut etiã obscœni de inuicem ad inuicem cogitant: ita & beatissimi filii Iob ac filiæ casti erant animis: & mundo corde: & immaculata conscientia: & omnib9 immũditiis: atq; illicitis expertes. Merito cũ huiuscemodi eẽnt simul manducabant: & bibebãt caste. Ita erant simul olim Adã & Eua q̃diu in paradiso in innocẽtia permansissent. Ita & nũc sunt in sancta ecclesia castæ animæ ac sanctæ: sicut simplices infantes: atq; omnibus malis expertes. Sic scilicet fuerũt etiã benignissimi: ac deo dilecti: atq; omnibus angelis sanctis eius filii Iob propter innocẽtiam & sanctitatem. De istis ergo filiis Iob dicit istic:
& filii Iob: & filię manducabant: & bibebãt in domo fratris sui maioris. Et in hoc q maiori primatus honor ab oĩb9 exhibebatur: in hoc ipso etiam sicut & in omĩb9 circa dei ordinatione ambulare ꝓperauerũt. Dei enim ordinatio: atq; dei iustitia hæc est: vt maiori priatus honor ab omnibus exhibeatᷓ. Mãducabãt ergo & bibebãt ĩ domo fratr sui maioris. Mãducabãt: & bibebãt nõ luxuriose: neq; petulãter: neq; superflua loquẽtes: neq; illicita fabulantes: sed manducabant: & bibebant laudantes suum creatorem: benefactorem suum adorantes: atq; alentem se benedicẽtes. Sic itaq; mãducabant: & bibebant filii Iob. Quo tempore? Certum est q tempore prãdii. Non eñ alio poterant manducare: vel bibere tales: ac tanti viri filii tẽpore: quia nec ipse extra ordinem mãducare: vel bibere solitus erat: sed cõpetenti tempore: sed disposito tempore: atq; ordinato & ipse mãducauit: & filios suos circa ordinem manducare docuit. Sic itaq; hora prandii mãducãtibus illis: ac bibentibus: Iob sane in domo sua: Filii autem ei9 & filię in domo fratris sui maioris: nuntius venit ad Iob. Erat nãq; nequissimi diaboli versutia: vt horam prandii obseruaret: vt prandente illo tristes: ac mortiferos nũtios ad eũ mitteret: quo magis fatigaret: & eum interficeret: vt tẽpore comestionis: ac potus: atq; iocũditatis: tristes nuntios mittẽdo deficere illum iustũ faceret. Hęc nãq; demonstrans dicit. Ecce nuntius venit ad Iob: dolorum: atq; gemituũ nũti9: malorum atq; amaritudinis pręco: tribulatiõis: atq; angustiæ prædicator. Nũtius venit ad Iob: qui cõseruatus ab aduersario missus est a diabolo. Nũtius venit ad Iob: cõscissus / lacerat9 / cõpilat9 / cõtusus / flẽs / lamẽtãs / plãgẽs / & vociferãs: atq; vniuersa q sunt miserabilia luctu demõstrãs. Ita a maligno edoct9 vt ipso potius miserabili suo luctu ac plãctu:

i dei reprehẽsione iusti illius mentem conci
iret. Nuntius venit ad Iob: & dixit illi mise
abili: atq; lachrymabili voce dixit ei. Quid
ogitas o Iob? Ad mensam sedes: & ea q̃ conti
erunt ignoras. Delitiis vteris: & accidentes
bi miserias nescis. Dixit illi. Ad mẽsam splẽ
dam sedes Iob. Sed hodie ad mẽsam: cras ve
o ad lectum foras deportatorum filiorũ. Mo
o in iocũditate: post paululum autem in in
lici paupertate. Q; si nõ credis: q; si nõ spe
s ita esse: audi: iuga boum tuorum arabãt:
asinę iuxta illos pascebant: & venerunt prę
ones: & p̃dati sunt illa: & pueros occiderũt
ore gladii: & remãsi ego solus: & veni: vt ti
nũtiarem. O multiplex atq; callida aduer-
rii astutia: vt eadẽ quæ ingesserat mala: ita
llide enarraret: vt ad dei blasphemiã iusti
i9 viri animum prouocaret. Iuga (inquit)
oum tuorum arabant. Nõ enim ociosa erãt
q; inutilia stabant: sed arabãt vltimam ara
uram: atq; nouissimam exercẽtes culturam
uid ad hęc (inquit)? Et venerũt prędones:
p̃dati sunt ea: Iob. Vel vñ tibi viues: vel vn
aliis bñficia impertries? Vnde vel tibi vict9
el miseris: & nõ habẽtibus refectio? Iuga bo-
n tuorum arabãt: q̃ nec tibi vltra: nec aliis
abunt. Asinę tuæ pascebant: quæ vltra fœ-
s non facient: quæ nec tibi: nec aliis prode-
t. Quare (inquit)? Ob hoc (ait) quia vene
nt prędones: & prędati sunt ea. Qui (ait)?
itum me terres o homo: quasi iugis deprę-
tis viuere non possum. Sunt pueri plurimi
loni abundãtissimi: qui vniuersi mercimo-
um facientes: & me: & se pascãt: & me: & se
lerent. Sed respondit nuntius: qui venerat:
dixit: Inaniter tibi blandiris o Iob: atq; fu-
ruacue speras: q; coloni remanserint. Nam
qui iuga boum & asinas deprędati sunt: ii
m ipsi & pueros occiderunt. Quomodo oc
lerũt? In ore gladii (inquit): non pepperce-
nt: non miserti sunt: non reliquerunt: sed
nnes imparcenter occiderũt: sed imisericor
ter interfecerũt: atq; omnium sanguinem
udeliter fuderunt. Mihi soli (inquit) peper
runt: me solum remiserunt. Et cum sol9 re
ansissem: veni: vt nuntiarem tibi. Quid (in
uit) mihi nuntias o homo? Hoc mihi nunti
q; p̃dones prædati sunt: & cum prędati fu
ent: pueris non pepercerunt: sed & ipsos in
e gladii occiderunt: reliquias mihi non di-
ittentes: neq; solatia relinquentes. Hæc (in
it) mihi nuntias: nuntia & prædones: nũ-
& interfectores: vt si possum (inquit) vin-
em me: q; si non valeo vindicare de his qui
c fecerunt: eos enumerem: Deo autem id

q̃d factum est: vt iuste inquirat commendem
At nunc (inquit) o homo cum tu solus euase
ris ad maximum mihi incendium euasisti: p
argumento doloris mihi aduenisti. Deprędа
tionem mihi nuntias: & prędones non publi
cas. De proximo sunt: an de longinquo? Ho-
stes sunt publici: an fures occulti? Sed is qui D
euasit: non ideo vt ei parceretur: euasit: sed p
pter augmentum tentationis Iob aduenit.
Hic ergo nihil aduersus ea quæ dicta sunt:
respondit: sed tantum prædones nominauit:
nos intelligere admonens: atq; nobis intelli-
gendum relinquens: quos: vel quales prædo-
nes nominauerit. Illos sine dubio qui de cælo
propter apostasiam in prædam venerunt: &
ex sanctorum choris propter contumaciam
proiecti sunt. Illi nimirum: qui sub cælo om-
nem captiuitatem ostenderunt: tam carnali-
um q̃ spiritualium: qui prædati sunt vniuer
sos qui sunt super terram: & manifeste & oc-
culte. De quorum captiuitate dicunt sancti:
Benedixisti domine terram tuam: auertisti
captiuitatem Iacob. Et alibi: Cum conuerte-
rit dominus captiuitatem plebis suæ: exulta
bit Iacob: & lætabitur Israel. Isti scilicet præ-
dones: isti memorantur. Venerunt (inquit) E
prædones: vnde venerũt? ex seipsis: an ex chal
dęis: an etiam ex Aegyptiis? sed ex nullis isto
rum venerunt: sed ex abissis venerunt: ex in-
terioribus infernorum venerunt: a desertis
venerunt: sicut paulopost demonstrabitur in
filiorum internecione. Inde ergo venerũt isti
prædones: dimissi ad tentationem: atq; ad p-
bationem iusti illius. De istis ergo dicit: vene
runt prædones: & prædati sunt eos. Isti nãq;
sunt qui a sęculo deprędati sunt plurimos: &
plurima: plurimos in captiuitatem duxerũt.
Isti deprædati sunt Caim per sacrificii æmu-
lationem: gigãtes per superbiam: Illos ad tur
rem per dei cõtumaciam: Illos in Sodomis p
turpitudinis lasciuiam: Esau per insatiabili-
tatem: atq; petulantiam: Pharaonem per dei
contẽptũ: atq; pertinaciã: Illos in deserto per
idolatriam: aliosq; innumeros per eadem de-
prædati sunt: & his similia: atq; per alias in-
numeras rationes: & prædati sunt a sæculo:
& deprędantur vsq; in sæculum: aliquos per
adulterii appetentiam: vt Amon: alios p ho-
noris ambitionẽ: vt Absalon: alios per auari-
tiã: vt Iudã. Istos ergo prædati sunt nequissimi
diaboli hostes: aliis autẽ alios deprędati sunt
vt Noe Chã: Abrahæ Hismael: vt Isaac Esau
vt Israel Symeon: & Leui: & Ruben: vt Hely
sacerdoti: Ofni: & Phinees filios eius: vt Da-
uid superius memoratos filios: atq; aliis ali-

F os primos: ac nouissimos. Quæ vniuersa sciē
tes nos: atq; audiētes intēdamus caute aīab⁹
nostris: ne prędētur nos: atq; populentur prę
dones dęmones: ne dicatur de nobis venerūt
prędones: & prędati sunt eos: ne cōpellamur
fletus: atq; lamētationis canticum cantantes
dicere: Sup flumina babylonis illic sedimus/
& fleuim⁹. Ob quā rem? Quia illic interroga
uerunt nos: qui captiuos duxerunt nos: ver=
G ba cantionum. Sed cū hęc omnia audiret Iob
tam peculii deprędationem: atq; venientis: &
narrantis lamētationem: nec quicq̄ hac re q̄
obuenit dignū fecit: sed patienter hunc audi
tum sustinens: blande enarranti sibi respōdit
dicens. Quid eiulas o vir? Quid lamentaris o
homo? Diuitiarum possibilitas ita semper est
vertibilis: vt hodie sit hic: crastina vero alibi.
Et pręsertim (inquit) quia inimici p̄dati sūt
qa aduersarii abstulerūt: quia iniusti diripue
runt. Ego (inquit) vt inimicos aquirerē: non
gessi: neq; inimicos me putaui habere. Et qa
non peccāti mihi inimici quidem effecti hæc
ingesserūt: vt & pueros occiderēt: & peculiū
abriperent: sine illos possidere hæc cū iniqui
tate: nobis vero dabit deus alia sine peccato.
H Sed cum hęc audiret nequissimus diabolus a
beato Iob: & ore dicta: & aīo meditata: lique=
fact⁹ intra semetipsum: insipiēter (inquit) fe=
ci vt prædones nominarē: abstuli a deo hanc
culpam. Non enī imputat deo Iob q̄ gestū est
sed iniquorū virorū nequitię. Ego inquit me
ipsum circūueni: ego mihiipsi cōtraria gessi.
Idcirco consideraui quid faciam: conuertam
nunc sermonem ad cælestia: conuertam hæc
in dei blasphemiam. Hęc cum nequissim⁹ co=
gitat: cōtinuo alium nuntium mittit ad Iob
Qui cū īgrederetur: dixit ei. Ignis cecidit de
I cælo: & cōbussit oues: & pueros combussit si=
militer: & euasi ego sol⁹: & veni: vt tibi nūtia
rem. Nō est (inquit) vt tu arbitraris o Iob q̄
ex hominib⁹ sint tibi hę insidię: atq; hic incur
sus: Nō est ex hominib⁹: sed ex deo est: de cæ=
lis est. Ignis cecidit de cęlo/ & combussit oues
Noli (inquit) temetipsum seducere o Iob: no
li teipsum circūuenire: nō ex hominib⁹ est cir
cūuētio: sed ex deo est ista exterminatio. Non
ex terrenis tibi est hic īcursus: sed de cælis est
K tibi iste īterit⁹. Quod si nō credis: audi. Ignis
cecidit de cęlo & combussit oues/ & pueros si
militer. Nam cum oues cōbureret: puerorū
nō est misertus. Non pepercit pastoribus: sed
similiter & illos cōbussit/ atq; perdidit: sed pa
riter cūcta deleuit: vt per hęc omia tibi detri
mētum/ atq; dolorē ingereret: vt per hæc vni
uersa tibi tribulationem/ atq; angustiā adii=
ceret. Ignis cecidit de cælo: non ex se: neq; a se
neq; per se: sed cælesti iussione: atq; terribilis
dei pręceptione. Ignis cecidit de cælo. Quem
admodum olim in Sodomam/ & Gomorrā/
atq; super omnē regionem illam: ita & nunc
ab illo qui tūc in sodomam/ & gomorrā ignē
in perditionē pluit: ab hoc ipo (inquā) etiam
ignis cecidit de cælo: & cōbussit oues: & pue
ros: & pastores: omnia incendit: atq; pariter
deleuit. Sicut enim sodomitarum reliquiæ
non remanserunt: ita & nūc (inquit) tibi reli L
quiæ non supersunt: vt est moris: quia eiusdē
dei ira super te effusa est: cuius etiam: vt su
per illos: ignis cecidit de cælo. Non q̄ de cæ=
lo ceciderit ipe ignis: absit: sed quia ita finxit
nequissimus: & quia ipsum nuntium ita do=
cuit dicere malignissim⁹ diabolus: vt cū pu=
tet beat⁹ Iob: atq; arbitretur q̄ de cælo a deo
istæ miseriæ ei impingerentur: & vt in blas=
phemiam dei conuerteretur. Ignis cecidit de
cælo: & combussit oues. Non sunt (inquit)
terrenæ insidiæ hoc quod factum est o Iob:
sed cælestis est furor. Non est violentia hæc
humana: sed contritio est diuina. Si enim in M
habitaculis hoc euenisset: crederetur q̄ volēs
quis: vel nolens hunc succenderit ignē. Nūc
vero cum in solitudine (inquit) essemus in
modum sagittæ ignis de cælo super nos effu
sus: atq; iaculatus est: vt nec fugientes effu=
gerent: nec resistentes euaderent. Ignis (in=
quit) cecidit de cælo. Non mentiaris o diabo
le q̄ ignis cecidit de cælo: sed non quem deus
mitteret: sed quem tu finxisti in diuersas fi=
guras immutando temetipsum: aliquādo in
prædones: aliquando in ignem: aliquando in
tria cornua equitum. Item vero in vltimo in
spiritum quatuor angulos domus tangen=
tem. Et non est mirum q̄ permissus in tantas N
figuras immutaueris temetipsum: cū & co=
ram ipso domino in omne regnum orbis ter=
ræ ipsum immutando simulaueris: & hoc in
momento temporis: hoc est subito: repente:
atq; velociter. Ignis cecidit de cęlo. Non men
tiaris o miserrime omnium bonorum inimi=
ce: non a deo missus: sed tua iniquitate succē
sus est. Tu (inquit) es o diabole ignis ipse qui
de cælo cecidit: qui innumeros igne peccato=
rum immundo succendis. Tu es ipse ignis o
diabole: qui gehennæ igni plurimos peccato=
res facis: cui ignis & tenebræ digne reseruan
tur præ omnibus. Tu es ipse ignis o diabole
qui cum de cælis descendisses in medio mon
tiū igneorū p̄iect⁹ es: sicut dicūt sanctorum
oracula. Tu es ipse ignis: quē etiā ipse dn̄s ful
guris igni cōsimilās: atq; de cœlo cadentem

emonstrans dicit: vidi Sathanã tanq̃ fulgur e cœlo cadentẽ. Hęc nimirum vniuersa: quia ixit nequissimus ille: ignis de cœlo cecidit: ꝓ riam in ignẽ gehennæ per hæc ostendens rui am. Sed adhuc aduersus diaboli superbiam auca dicamus. Superbiens o diabole dicis: ꝙ gnis de cœlo ceciderit: & oues cõbusserit: vt ote tua voluntate: atq; operatione. Dic ergo infelix si super oues Iob potuisti de cœlo ignẽ dducere: & eas comburere: cum Helias deũ uocaret: & per synceram orationem ignem uper holocaustũ de cœlo adduceret: tu o mi rrime omniũ bonorũ inimice quomõ nõ po uisti cõpescere: vel reuocare illũ ignem: vel il um quẽ idem Helias sup duos quinquagena os de cœlo aduocauit! Fuerant nãq; illi quin uagenarii eius ministri: atq; neqtiæ eius nun i. Sed & hæc vniuersa diximus pro increpa one diaboli: atq; condẽnatione maligni. Bea us autẽ Iob quid respõderit audiamus: quo odo comminuerit secundã furoris illius sa ittam: quomõ transierit iniqui illius impetũ ost priorẽ: alterũ per tolerãtiæ affectũ: quem dmodũ & cætera vniuersa. Respondit nanq; qui venerat: dicens. Et quis me erit maior homo: vel quis me gloriosior o vir! Si itaq; t vere ꝙ ignis veniens de cœlo oẽs greges eos cõsumpserit illico: gratias illi qui pari r oẽs oues meas protinus in acceptabile sus pit holocaustũ. Nã quæ ego (inquit) per sin ula tempora oblaturus eram: hæc videlicet egit deus: vt statim pariter in vno susciperet olocausto per ignem qui de cœlo missus est. Omnis nanq; acceptabilis hostia: per ignẽ qui esuper fuerit missus suscipitur: atq; consumi ur. Quod enim plurimo tempore eram factu us: hoc nimirum accelerans vno tempore sus epit deus. Et quis me beatior sub cœlo! An e paululum (inquit) iuga boum vniuersa ꝓ nus mihi mactata. Item nunc greges ouium mnes pariter combussi: & immolaui. Et hæc inquit) deo eligente obtuli. Sed adhuc super unt cameli: qui mihi ad transactionem pro iciant: atq; in vitæ sustentationem sufficiant. ed cum hæc cogitaret & loqueretur Iob: atq; um patientia intolerabiles has sustineret pla gas: & nullatenus succumberet maligni tenta ionibus: alius nuntius venit ad Iob: & dixit d eum: Inaniter tibi blandiris o Iob: ꝙ came os pro vitæ sustentatione habeas: & ꝙ in spe ransactionis tibi supersint. Equites enim fece unt cornua tria: & circundederunt camelos: & prædati sunt eos: & non solum hoc sed & ueros occiderunt in ore gladii: & euasi ego so us: & veni vt nuntiarem tibi. Propterea (in quit) euasi ego solus: atq; restiti: vt id quod cõ tigit: cognitum facerem tibi: & vt quod ge stum est tibi enarrarem. Boues (inquit) & asi nas perdidisti o Iob: greges ouium tuarum cœ litus combusti sunt. Ecce & nũc post illa omia nouissima trãsactionis spes/cameli ablati sunt

E tibi. Prima (inquit) plaga per prædones: secũ da per ignem qui de cœlo cecidit: nõ ꝙ de cœ lo hic ignis ciderit: sed quia ita finxerit: atq; ita malignus docuerit: vt deum circa Iob ac cusaret: & Iob deum blasphemare cõpelleret. Tertia ergo per tria equitum cornua: qui ca melos circundantes exterminauerunt. Prima ergo per prædones proculdubio pedestres: se cunda per ignem desuper comburentem: ter tia per equitum tria cornua quæ camelos præ dati sunt. Omnia (inquit) hæc iacens sustine bis o Iob! omnia hæc patienter supportabis o homo! Cœlum (inquit) & terra aduersum te insurrexerunt: & siles! Ad dimicandum con

F tra te dei imperio armata sunt: & taces! Alter (inquit) nuntius venit ad Iob, alter post pri mum: numero vero tertius. Alter in nequi tia: tertius vero in enuntiatione miseriæ. Istos namq; nequissimos nuntios miseriarum an nuntiatores: atq; malorum suggestores: tan q̃ bonæ prædicationis nuntios: mittebat ne quissimus. Quos etiam ideo superesse fecit: vt eius malitia huic miseriarum denuntiationi deseruiret. Non enim angeli fuerũt: sicut qui dam arbitrantur: neq; spiritales dæmones: sed homines quidam ex famulis Iob: conseruati ab aduersario: atq; succensi a diabolo: ad dicenda omnia: ac facienda: per quæ possent Iob subuer tere ad dei blasphemiã. Tertius ergo hic nun

G tius venit ad Iob: & tertius doloris ꝑco illi effe ctus. Tertius memorauit dicens: equites fece runt tria cornua. Qui equites o homo! Menti ris etiam istic sicut & in ouibus cum diceres ꝙ ignis cecidisset de cœlo: quinimmo mentitur diabolus qui in te loquitur. Illic (inquit) o cal lidissime Sathana voluisti deum deprauare: quasi ignem de cœlo super oues mittentem. hic vero vis homines incusare quasi aduersum Iob insurrexerint illicite: vt circa vtrunq; Iob odium acquireret: & circa deum blasphemiã & circa homines bellum: ex quibus neutrum illi credere acquieuit constantissimus Iob.

H Sed adhuc equites (inquit) fecerunt sibi tria cornua. Qui equites o homo! Nam illo tem pore non erant equites plurimi inter homines sed q̃plurimi hominum pedestres aduersum inuicem bellum gerebant. Qui ergo fuerunt equites qui tria cornua sibi fecerunt: hoc est qui triplici modo se armauerunt: qui triplici

prelio circũdederũt camelos? Illi fuerunt spiri-
tuales equites: id est aerei spiritus: q terrã per-
agrant: qui pelagus transeunt: qui aerem per-
uolant: q omni vento & aqua: atq; omnibus tẽ-
pestiuis procellis vehementiores sunt: atq; ve-
lociores ĩ aerea sua iniqtate. Vnde etiam equi-
tes digne appellant. Qui super omnes luxurio-
sos: atq; impudicos sedent tanq̃ super equos:
& iuxta nequitiam suam exagitant illos: & ad
suæ iniquitatis: atq; impudicitiæ perfectionẽ
omnes ĩsectantur illos: de qbus dicitur. Adul-
ter sicut admissarius sub omni sessore hinnit:
& Nolite fieri sicut equus: & mulus in quibus
non est intellectus: & adhuc: Equi admissarii
facti sunt: vnusquisq; ad vxorem proximi sui
l hinniebant. Isti ergo tales sunt equi diaboli:
isti sunt equi maligni. Isti & oẽs qui eiusdem
seruiunt iniquitati. Isti quorum pedes iniqui-
tatibus currunt. Huiusmodi nanq; equorum
pedes veloces sunt ad effundendum sangui-
nem. Equites sunt nequissimi dæmones: atq;
aerei spiritus. Talis enim equus fuit olim Na-
buchodonosor: sed non iugiter: sed septem an-
nis tantum: qbus a nequissimis equitibꝰ: id est
dęmonibus: imparcenter est exagitatus. Talis
equus fuit & ille: qui in euangeliis a legione si-
militer per deserta: & per montes vrgebat: do-
nec veniẽs dominus illos qdem malos equites:
id est dæmones: effugauit: & illum miserum li-
berauit. Aliiq; inumeri a sęculo: alii aperte: alii
vero occulte: diuerse: ac varie dæmonum equi
effecti sunt: qbus vniuersis cum essent immun-
di: atq; execrabiles: in malis vsi sunt eis nequis-
simi dæmones. Aliis sane ad velocitatẽ homi-
cidii: & sanguinis: deuastationis quoq; atq; ne-
quissimi liuoris: & omnium quæ voluntas dia-
boli: atq; opus exigebat. De istis ergo equiti-
k bus dicit istic: Equites fecerũt tria cornua: &
circundederunt camelos. Et cur tria cornua:
& nõ quatuor? Ob hoc: quia quatuor reserua-
uit pro quatuor domus angulis ad interficien-
dos eius filios. Ob hoc ergo non quatuor: sed
tria cornua fecerunt: hoc est finxerunt: consi-
mulauerũt: armauerũt: vtpote equites equis
sedentes: atq; vniuersam armaturam haben-
tes: timorem ostendentes: atq; fortitudinem
demonstrantes: Equites fecerunt tria cornua.
O q̃ multiplicem inquisitionem: atq; disputa-
tionem habet hic sermo. Primum quidem hoc
L intelligere debet omnis sapiens: quia vniuersa
potentia: atq; exercitus: & omnes dæmonum
cateruæ simul illic conuenerunt: & pariter se
aduersum beatum Iob in prælio armauerunt:
vniuersum mundum despexerunt tantum vt
Iob superarent. Nam totũ mundũ suum iudi-
cauerũt: & aduersũ solũ Iob bellũ gesserũt: vt-
pote qa nõ erat similis alius in toto mundo. Itẽ
adhuc tria cornua fecerunt pro peculii cõsum-
ptione: & filiorum perditione: atq; corporis
plaga: superare eum nitentes. Tria cornua fe-
cerunt: quia & cũ eo tertio congressi sunt. Se-
mel sane cum omne peculium: atq; filios subi-
to interfecerunt. Secũdo quando totũ corpus
eius putredine ac vermibus repleuerũt. Ter-
tio quãdo per vxorem seduxerunt: amici vero
culpauerunt. Adhuc autem tria cornua fece-
runt: tanq̃ tria præcipua: ac singularia: id est
spem/fidem/charitatẽ: prædari eum conantes.
Fidem quam in dei culturã habuit: spem æter-
næ liberationis: ac cœlestis refrigerii: charita-
tem circa deũ: qua nihil est maius: neq; in hoc
sæculo: neq; in futuro. Pro his ergo omnibꝰ fe-
cerant tria cornua nequissimi dæmones: oẽs
pariter aduersum Iob dimicantes: omnes vna-
nimiter aduersum eum stantes. Solus autẽ dia-
bolus qui est in iniquitate maximus præsens
Iob erat: sollicite obseruans infelix quãdo blas-
phemiæ sermonem ex iusti illius ore potuisset
audire. Et quanto magis torquebatur Iob cor-
de lamentabilia nuntia subinde audiẽdo: tãto
plus torquebatur diabolus ea quæ volebat: vl
desiderabat: id est dei blasphemiam: ab eo non
audiendo. Sed adhuc tria cornua fecerunt hi
qui aduersus tria sæcula ab initio: & vsq; in fi-
nem bellum gesserunt: & aduersus eum qui ab
initio fuit vsq; ad diluuium: & a diluuio vsq;
ad passionem: & resurrectionem domini Chri-
sti: & vsq; in finem: & resurrectionem omniũ.
Et adhuc tria cornua fecerũt hi qui aduersus
tria dimicant: aduersus legem: & prophetas:
atq; apostolos. Aduersus legem sane: per ido-
lorum iniquitatẽ: aduersus prophetas p pseu-
do prophetas. Item & aduersus apostolos per
falsos apostolos. Post quæ vniuersa o amici vl-
timam audite disputationem. Aduersum Iob
olim: & aduersus oẽs subsequenter tribus cor-
nibus dimicauit: tribus cornibus congressus
est: triplici modo tentauit. Iuxta omnia quæ
ostensa: atq; memorata sunt. Nunc vero no-
uissimis tẽporibus: atq; in vltimo sæculo: non
in his solis tribus cornibus dimicat: non tripli-
ci modo congredit: sed mille modis: ac multi-
pliciter dimicat: cõgreditur: & tentat: insidia-
tur: seducit: atq; subuertit: per multitudinem
hæresum: per innumeros errores: per abundã-
tes seductores: per pseudochristos: ac pseudo-
doctores: qbus hic mũdus repletꝰ est: quos ne-
quissimus seminauit: quos atrocissimꝰ ille pro-
duxit: quos malignissimus fecit: florẽ & fructũ
in infidelitate atq; errore afferre coegit: quibꝰ

bus hic (vt diximus) mundus repletus est: q venerunt / & veniunt in verbo domini: in vestitu ouium: intrinsecus autē sunt lupi rapaces. Nomen Christianorum habentes: atq̃ speciē pietatis: & erroribus / & impietatibus / atq̃ seductionibus referti sunt. Isti sunt veræ ianuæ mortis: & viæ inferni. Isti sunt qui a veritate plurimos præuaricant: & a fide innumeros ab errare faciunt. Isti sunt ministri maligni diaboli: atq̃ nuntii veritate carentes. Isti sunt cæci duces cęcorum. Isti sunt nubes sine aqua: nebula a tempestate fugata: quibus caligo: vel nebula interiorum tenebrarum digne seruatur: atq̃ custoditur. Istos ergo fugiamus o viri. Istos late deuitemus o amici. Istos odio habeamus: & infidelitatem: atq̃ errorem: qui in eis est: velut flammam ignis declinemus: pro eo ne cum illis flammæ inextinguibili in die furoris / atq̃ reuelationis iusti iudicii dei mācipemur. Hæc scilicet vniuersa memorauimus: quia tria cornua ad dimicandum: atq̃ congrediendum aduersus Iob nequissimi dæmones fecerunt. Ad dimicandum vero aduersus ecclesiam nō tria tantum cornua: sed innumera: atq̃ inæstimabilia omnes sectæ / atq̃ hæreses faciunt: p quas vniuersas aduersus ecclesię vnitatem incessanter dimicant. Sed quemadmodum tunc trib[9] cornibus aduersus Iob congressus: cum confusione est superatus: nihil præualens aduersus Iob: sic & nunc multis modis aduersus ecclesiam congressus est: & per innumeras hæreses aduersus eam dimicans: reuocatur confusus. nihil præualens vere credentibus animabus. Firmum enim firmamentum dei stabit: & portæ inferorum non pręualebunt aduersus eam sicut dicit dominus portas inferni memorando diuersas sectas atq̃ hæreses infidelium: quę vsq̃ ad portas inferorum deducūt omnes qui eos sectantur. Post quæ vniuersa: adhuc vnū aduertamus. Tria cornua fecit diabolus in typum: atq̃ figuram trionymæ illius sectæ: triūq̃ deorum hæresis: quæ vniuersum orbem terræ in modum tenebrarum repleuit: quæ patrem: & filium: & spiritum sanctum aliquādo tanq̃ tres colit: nonnunq̃ vnum adorat: quemadmodum Græcorū lingua memoratur triada vel homousion. Istam ergo trinitatis sectā: & hæresim: atq̃ infidelitatem iam olim de longe designans versutissimus ille diabolus tria cornua misit ad Iob deprædandum. Sic namq̃ etiam nunc memorata trionyma hæresis: præsertim prædatur: atq̃ expugnat ecclesiam Sed cum videret nequissimus diabolus q̃ nihil profecisset per omnia quæ gessit: adiecit hoc quod erat maximum: atq̃ mirabilem filiorum internicionem. Sagitauit prima sagitta: & non vulnerauit iustum. Sagittauit secunda periculosiore: & non lęsit in veritate fundatū. Sagittauit & tertia per tria cornua: sed hæc inefficax extitit per tolerantiam. Ista ergo cū Iob retrorsum non auerteret: vnam (inquit) habeo adhuc nouissimā: ac terribiliorē vltimam atq̃ lamentabiliorem: id est filiorum internicionem: ac perditionē: natorū supplicium: atq̃ cōminutionē. Sustulit (inquit) atq̃ sustinuit priora cum de filiis se consolaretur: sed istam non supportabit: neq̃ sustinebit. Hoc ergo faciam: non sinam eum respirare: nō permittam resipisci: nō permittā consolari: sed subsequenter atq̃ subinde lamentabilibus eum nuntiis inquietabo. Hæc cum tractat nequissimus: atq̃ apud semetipsum loquitur: confestim ea ad impleuit. Merito adhuc anteriore loquente alius nuntius venit ad Iob. Non quieuerat prior narrando mala: & incipiebat alter narrare pessima. Non occurrebat beato Iob ingemiscere pro prioribus doloribus: propter alias & varias angustias quæ superueniebant illi. In modum autē vehementiū aquarum diuersis miseriis iusti illius aīam inūdare neqssimus ꝓperabat. Alter ergo nuntius venit ad Iob: alter post anteriorem: quartus vero numero. Alter vero nuntius venit ad Iob: propter nūtiorum: ac dolorū: atq̃ malorum diuersitatē. Alter nūtius venit ad Iob: & dicit ei. Ecce quartus (inquit) præstolor tibi o Iob dolorū nuntius atq̃ malorum pręco: & nō succumbis: neq̃ deficis. Sed licet prioribus non succubueris: nouissimis autē succūbes: & pauebis: atq̃ deficies: cū nouissimū atq̃ lamentabilē filiorū nuntiū audire non sustinueris. Filii (inquit) tui & filiæ tuæ cū manducarent & biberent in domo fratris sui maioris: subito venit spiritus ab eremo & tetigit quatuor angulos domus illius & cecidit super filios tuos: & mortui sunt. Hoc (inquit) est nouissimū: & lamentabile: atq̃ miserum nuntium: quod etiam ignorantibus filiorum dilectionem: amorē: vel affectum: compatiendo reuocat animū ꝓpter tam miserabilem causam. Filii tui (iqt) quos nutristi: quos educasti: quos ad maturitatem cum labore perduxisti. Filii tui quos pietatem docuisti: quos dei cultura imbuisti: quos vt inuicē se diligerent introduxisti: quos in omni iustitia tibi similes reddidisti. Filii tui quorū filios videre cupisti quorum posteritatem expectare orasti: a qbus in senecta requiescere te sperasti. Isti ergo filii tui: & nō solum filii: sed & filiæ: castæ: mundę: immaculatæ: atq̃ incoinquinatæ: quas in tempore nuptiarū gloriosis coronis coronare spe-

rabas. Isti ergo simul ĩ vnum vnanimiter/atq̃ cõcorditer/caste/benigne/mũde dũ mãducant & bibunt: non vagantes: neq̃ oberrantes: neq̃ post impudicitiã currentes: neq̃ ad illicita intendentes; neq̃ superflua loquentes: sed cum gratiarũ actione manducantes: atq̃ cum benedictione bibẽtes: & illud quod post hoc ab apostolo dictum est adimplentes: siue dum mãducatis: siue dum bibitis: siue dum aliquid agitis omnia in gloria dei facite. sic itaq̃ manducantibus: ac bibentibus filiis: ac filiabus tuis. Bene
H (inquit) ecce ostendisti q̃ manducauerint: & biberint: ostẽde & hoc quod factum est dum manducant/& bibunt. Maius (inquit) est q̃ vt edicere valeam: terribilius est: q̃ vt proferre audeam. Sed interim (ait) quia non est tacendũ: dicam: proferam. Subito spiritus venit ab eremo ita fortis: ita copiosus: ita vehemẽs: ita terribilis: atq̃ ĩsupportabilis: vt tãgeret quatuor angulos domus: & illideret eam super filios tuos: & mortui sunt. Cuius (inquit) fuit hæc domus? Fratris eorum maioris. Non fuerunt (inquit) in extera domo: neq̃ in aliena: sed in ꝓpria fuere domo. In domo filii tui: fratris sui maioris. O nequissime aduersarie: o callidissime diabole. Cur non dixisti simpliciter: & mor
I tui sunt? Sed cuncta enumeras: omnia denominas: & filios: & filias: & cibum/& potum/& domum/& fratrem/& filium tuũ maiorem: In domo inquiens fratris sui/filii tui maioris. Ob hoc (inquit) hæc oĩa denumero atq̃ denomino: quo magis atteram: atq̃ affligã animã eius atq̃ ob hoc hæc oĩa loquor: quo magis comminuam cor eius: cui hęc refero. Si solos (inquit) filios noĩassem: & filias nõ: profecto æstimãs q̃ mortuis filiis filiæ superessent ei ad cõsolationẽ
K consolaretur se. Ob hoc (inqt) oĩa denomino atq̃ intimo: vt potius audiẽtis aĩam dolorib⁹ afficiam: vt potius iusti illius mentẽ ꝑturbẽ: quo facile ad dei blasphemiã prouocem patientem. Manducãtibus (inqt) ac bibentibus meridiano tẽpore: hora prandii: subito spũs venit ab eremo. Hæc scientes sancti: atq̃ horum memores: q̃ ĩp̃o meridiano tp̃e: hora prandii: ruina occupati sunt filii Iob: atq̃ mortui: orauerunt ad deum conseruari sicut a negotio in tenebris ambulante: ita & a ruina & a dæmonio meridiano. Sicut enim in noctis tenebris: sic similiter in medio meridie pluriores dęmonum tentationes se demonstrant: q̃ cæteris temporibus. Hoc nimirũ claruit in filiis Iob: qui non alio tẽpore: sed medio interfecti sunt meridie. Subito (iqt) spirit⁹ venit ab eremo: & tetigit quatuor angulos domus. O malignissime aduersarie: item deo applicare cupis: item creatorem deprauare quæris: idcirco spiritũ: hoc est ventum ab eremo venire dicis. Nam quia
L deus est qui producit ventos de thesauris suis merito ventum ab eremo quasi a deo missum venire dicis: vt & hoc quod factum est deo imputetur: non in bono: sed in malo: atq̃ audienti in scandalum. Nam sicut sup oues ignem de cœlo cadere dixit: ita & nunc spiritum: id est ventum: ab eremo venisse dicit: vt vtraq̃ deo applicaret pro blasphemię prouocatione: atq̃ reprehensionis occasione. Subito (inquit) spiritus venit ab eremo. De repente: insperate: illico cum impetu: spũs: ventus: tempestas: procella venit ab eremo. Et quid fecit? Tetigit (in
M quit) quatuor angulos domus: & cecidit super filios tuos: & mortui sunt. Quis ergo (ait) est mortis eorum reus o Iob? Nonne qui ventum produxit: atq̃ adduxit? Sicut & ouiũ tuarum cõbustionis quis auctor est: nisi is qui ignem de cœlo misit? Sed audi (inquit) o Iob Cum substantiæ abundãtiã ꝑdere cõtempsisti oĩbus facultatib⁹ tibi ablatis: sustinuisti: filiorum vero perditionẽ quomodo sustinebis? Natorũ tormẽtum quomodo baiulabis? Subito (inqt) venit ab eremo spirit⁹: & tetigit quatuor angulos domus: & cecidit sup filios tuos: & mortui sunt. Per hoc q̃ dicit filios tuos stimulat sensum eius: doloribus afficit animam eius: liquefacit præcordia eius: ꝓuocat mentẽ eius: quo magis post filios liquescens succẽderetur. Sed quãto plus nequissimus tẽtationes Iob multiplicabat: tãto amplius coronam glorię apud æternum iudicẽ ei augmẽtabat. Qui enim simplicem transierit tentationem vel ꝓbationem: simplicẽ proculdubio accipiet mercedem. Qui autẽ fuerit multipliciter probat⁹ multiplici gloria sine dubio a iusto deo coronabitur: quemadmodũ beatus Iob: qui omnibus diaboli malignitatib⁹: atq̃ versutiis superior est effectus: & omnibus tentationib⁹ eius fortior cõprobatus respondit ei dicẽs. Dicis q̃ ab eremo veniẽs spũs: hoc est ventus: & tangens quatuor angulos domus deiecit eã: & filios meos interfecit: sed mentiris (inqt) o diabole: & me non irridebis. Mentiris o malignissime: & me nõ circunuenies. Nunq̃ eñ venti a deo excitati quatuor contra inuicẽ flauerunt: neq̃ flant: sed vnus & vnus: aut iste aut ille. Nunq̃ enim auditum est q̃ flantes venti domos a fundamẽtis subuerterent: & eas maxime quæ sup arida sunt fundatæ ad instar nauium quæ in pelago natitãt gñaliter subuertẽdo demerserũt. Hæc nunq̃ prouenerunt: neq̃ prouenièt a ventorũ flabris: vel procellis. Noli (inquit) insimulare mendacio deum o diabole tuis sceleribus:

noli deprauare creatorē tuis perditis iniquitatibus. Ex te enim sunt hæc: & non ex deo. Ex tua iniquitate: & non ex creatoris immissione. Subito (inquit) spiritus venit ab eremo. De te ipso hæc loqueris o infelix diabole. Tu videlicet es spiritus ab eremo veniēs: tu quatuor angulos dom⁹ tetigisti: atq; filiorum internicionem fecisti. Tu es qui aliquando in hostes prædantes te transfigurasti: aliquando ī ignem de cœlo cadentē: nonnunq̄ aūt ī tria cornua equitum: sicut & nunc in procellam venti quatuor angulos domus tangentem: & ipsam domum a fundamentis subuertentem: atq; eos q intrisecus erant interficientem. Tuæ (inqt) iniquitatis operationes sunt hæc omnia o neqssime diabole. Nam deus mortē non fecit: neq; lætat̄ in perditione viuorū: sed tua inuidia: atq; zelo mors introiuit in mundū. Sicut em̄ ī totū mūdum mors introiuit per tuū zelum: ita & nūc super filios Iob per tuū zelum: & inuidiā perditio aduenit: atq; interitus o nequissime diabole. Hoc autem tu ipē de temetipso demonstrās dicis: subito spiritus venit ab eremo. Subito ei occulte / atq; clanculo innumeros subuertis: innumeros circumuenis: & tuæ condemnationis hæredes facis. Quos enim æterna conuersio subito apprehendit: vtpote a te in malis seductos. Ob hoc ergo subito venit spiritus. Tu ipse es aeris penetrator diabolus aeriusq; spiritus ab eremo: spiritus vero tanq̄ in eremū ac solitudinem vbi neq; hominis: neq; quadrupedis vestigiū tradit̄ proiectus atq; expulsus. Aut adhuc venit ab eremo: vtpote omniū diuinorum exsors: & ab oībus desolatus: aut adhuc ab eremo venit: vtpote non solum ab īcorruptibilibus atq; inanimatis solitudinibus sequestratus: ac destitutus: sed quinimmo magis ī humanis atq; animatis solitudinibus: quę sunt animæ impiæ: sceleratæ: errantes: infideles: quæ sunt desolatæ omni sanctitate: quę nō habitantur: neq; a sancto spiritu paracleto: neq; a sanctis angelis dei: vtpote ī huiusmodi desertis habitans: a deserto teipsum venire dicis. Tale desertum factus est etiam ille quem scopis mundatum: atq; ornatum reperiēs nequissimus atq; immundus spūs alios septē nequiores se assumens habitauit in eo. Tale desertum factus est ille infelix Iudas: postq̄ spiritussancti familiaritatem: atq; illuminationem a se expulit: & sanctorum angelorū coniunctionem: atq; habitationem a se amouit: sicut dicit: & post hæc introiuit in eum Sathanas. Tales solitudines fuerunt olim oēs pseudoprophetæ: atq; falsi sacerdotes: illi ad quos dicit Micheas pphetą ante Achab regem Israel dedit dn̄s spiritum mendacem in ore oīm pphetarū tuorū. Quod cum audisset princeps ipsorū pseudoprophetarum Sedechias filius Chanaam: percutiens Micheam in maxillam dixit. Quis spiritus domini discessit a me: vt loqueretur in te. Per quę euidenter ostendit: quia discessit ab eo spirit⁹ domini: & habitauit in eo spiritus diaboli: vt pote desolato a spiritu sancto. Talia deserta facta sunt Iudæi qui dn̄o non crediderunt: neq; suscipere eum voluerunt. Propterea dixit ad eos dn̄s: ecce relinquet̄ vobis domus vestra deserta. Talia scilicet deserta facta sunt etiā nunc omnes infideliū sectæ: atq; hæreses: quæ desolatę fidei veritate: atq; omni pietate: in quibus habitans diabolus multitudines scādalorum tanq̄ zizania in eis oriri fecit. Post quæ vniuersa adhuc in vltimo talia deserta sunt oēs pertinaces: oēs crudeles: q nō agūt pœnitētiā: q cōtristant spiritū sanctū: ī quo pridē signati sunt in die redemptionis: qui cōtristant sanctos angelos: qui gaudent super eos: qui pro peccatis pœnitentiam agunt. Omnes ergo isti desolati sunt qui non pœnituerunt. Habitat vero in illis: vtpote in desertis: malignus aduersarius: qui tenet cor eorum: vt nec ad pœnitentiam confiteantur: neq; ieiunia exerceant: neq; eleemosynas faciant. Istis namq; peccata dominantur. Isti ergo omnes cum sint desolati sanctitate: & fide: atq; dei timore: desolantur de regno dei: & proiiciunt̄ de choris sanctorū: atq; in tenebras exteriores pellent̄: & in ignem inextinguibilem: qui præparatus est diabolo & angelis ei⁹. Hęc itaq; notat vniuersa: quia dicit subito spiritus venit ab eremo: & tetigit quatuor angulos domus. In tertia plaga tria cornua fecit diabolus: in quarta vero plaga quatuor angulos domus tetigit: & cecidit domus. Et quid si vnum tetigisset angulū: cadere non potuisset? Vtiq; potuisset. Ergo si per vnum angulum poterat cadere: cur oēs quatuor angulos tetigit? Audi. Quatuor angulos: id est quatuor partes tetigit: ob hoc vt ostēderet ferocitatē & insaniā: intēperantiā quoq;: atq; crudelitatē: cruētationē: atq; animū suū homicidalem. Nā oēs nequissimi dæmones mox vt relaxati sunt: & mox vt pmissionē acceperūt: cōtinuo oēs gn̄aliter ab oībus partibus sup domū ipsam irruerūt festinātes: atq; aduersū inuicē rapientes: quis primus hāc iniqtatē inciperet: qs primus hoc homicidiū perpetraret. Ob hoc ergo per quatuor partes irruerūt nequissimi dæmones tāq̄ leones de insidiis prumpētes: in gētē vnusq̄sq; eorū sibi reputās dolorē: si prior illo alter præcederet ad ei⁹ perditionem: & adhuc per quatuor partes: quia metuerunt infe

lices ne forte aliqs ex hac ruina euaderet: præter illum vnum quem sponte nequissimi reseruassent: qui & ipsorum iniquitati deseruiret: & Iob ipos dolores enarraret. Sed & adhuc per quatuor partes accurrētes: quatuor āgulos tetigerunt: ob hoc vt suam inconsonantiam atq; aduersus inuicem contrarietatem ostenderēt. Nam ad iniquitatis perfectionem omnes sibi concordant: cum inuicē sibi discordes sint omnes atq; contrarii. Et cecidit (inquit) domus
F super filios tuos & mortui sunt. Cecidit dom⁹ apprehendentibus dæmonibus / commouentibus / infrementibus / a fundamentis subuertētibus. Cecidit domus. Nec quicq̄ magnum. Nam si solus Sanson post hæc innumera Allophylorum milia in vna domo subito deiecit: quid mirum si innumeri dæmones vnam domum per quatuor angulos apprehendentes subuerterunt! Cecidit (inquit) domus super filios tuos / & mortui sūt. O q̄ magna fides tua beate Iob. O q̄ mirabilis est patientia tua vere dei serue. Non te exagitauit primus fluctus: neq; impulit secundum periculum: non te vulnerauit tertia sagitta: non te superauit quarta tentatio: neq; subuersio: quę quasi in pelago incipiens perfecta est in terra. Mortui (inquit) sunt filii tui: & vtinam iuxta omnium communem mortem. At nunc vero non ita: sed cecidit (inquit) domus super filios tuos: & sic sunt
G mortui. Suspira (inquit) o homo: & lachryma o Iob: tametsi non (inquit) ob hoc q; tales perdideris filios: saltem vel quia tam lamentabili morte mortui sunt: vel quia ita miserabiliter de vita exierunt. Quis ex videntibus non stupeat Iob! Quis ex audientibus non turbetur o vir! Tu vero lapidibus durior & saxis firmior extitisti. Filii tui mortui sunt & qd expectas vt non lugeas! Cum lapidibus cōmuniti sunt: cum puluere commixti sunt. Carnes eorum cum sanguine & ossibus: cum ipsis etiam visceribus comminutę sunt: fratrum cum sororib⁹ & sororum cum germanis: omnium comminutio simul cum ipsis antepositis cibis commixta est: omnium nihilominus viscerum cibus cum ipso vino quod in manibus habēt cōmixtus est. Immenso namq; furore vsus versutus diabolus & iram: & plenam indignationē demonstrans: nec quicq̄ reliquit quod non cōminuerit: neq; caluarios: neq; viscera: neq; ventriculos: neq; brachia: neq; manus: neq; pedes: neq; vllum membrum: neq; aliquam corporis compagem. Et non solum hæc: sed & ipsos lapides: & ligna nimio succensus furore cuncta contriuit: cuncta comminuit: cuncta commolliuit: cuncta commiscuit: cuncta incerta atq; indiscreta reddidit. Nam fundamenta domus ipsius sursum supra tectum excitauit: atq; superius tectum in profundo fundamenti dimersit. Nō em̄ ob hoc solum hæc fecit quo magis in contritione filiorum Iob animum comminueret: sed ob hoc quia prioribus plagis non succubuit. Propterea etiam istic omnem iniquitatem suam demonstrauit: & pro priori tolerantia: in filiorum comminutione in eo vindicauit: & comminuit membra: & carnes: & ossa: ac cum lapidibus: & puluere ipsius ruinæ commiscuit vt non separare: nec colligere: nec sepelire posset eos: a quibus sepeliri sperabat ac volebat. Hæc namq; venit nuntiare Iob: nouissimus nequissimi aduersarii nuntius. Hæc venit nuntiare quæ nunc auditorum continent mentem contristant præcordia: liquefaciunt animam. Beati vero Iob mens perstitit immota: anima in gratiarum actionibus non est consternata. Quis hominum nunc si vnum perdat filium habens alios huius vnius direptionem ac mortem supramodum non lugeat: etiam cum lamentationibus: ac clamore! Magnanimus vero ille Iob cum decem haberet religiosos liberos: & istos omnes simul protinus perderet: non luxit: non est contristatus: sed gratias egit danti: & iterum auferenti deo: & qđ est maximum non cum dedecore: & miserabili motu: ipsis natis morientibus: atq; in ipsius domus ruina contritis: quorum ciborum apparatus: cum comedentium carnibus est commixtus: & hi qui ministrabant vnusquisq; vbi apprehensus est: illic est comminutus: & potus ministrantium cum sanguine propinatus est commixtus. Erat visio lamentabilis: atq; aspectus miserabilis hoc quod gestum est: immo nec visio: nec aspectus. Non enim erat quod videret: neq; quod separaretur de eorum qui mortui sunt comminutis corporibus. Nam tanto furore comminuit ea nequissimus: vt nec de vultibus: nec de personis agnosci possint corpora: quæ cum terra: atq; lapidibus erant commixta: atq; concreta. Quod transcendit omne dictum: atq; omnem narrationem in dolore: atq; miseria. Quod nunc nos audientes expauescimus: ac terremur. Beatus vero Iob: nec ab auditu territus est: nec ab ipsa probatione expauit: sed in omnibus inclinabilis atq; immobilis permansit: factis proculdubio ostendens omnia: quæ deus pridem de eo veraciter dixerat verbis. Hæc audiens Iob. O magne homo dei moyses quid loqueris! qd scribis! qd dicis! Tu em̄ es qui hæc scripsisti. Cur ergo dicis audiēs Iob: quasi aliqđ

leue vel modicũ: & cur nõ dixisti: hæc expert⁹ Iob: hæc passus: hæc sustinens? Nã probatio: & passio: atq; tolerãtia fuerũt hæc quę facta sunt & non verba: neq; fabulæ auditus. Propterea (inquit) non dixit probationẽ: aut auditũ: qa non tanq̃ probationem æstimauit Iob: sed tãq̃ transeuntem auditũ: & tanq̃ fabulas percurrẽtes. Probatio vero fuit: atq; passio: sed dum cũ tolerantia/ & cũ gratiarum actionibus hæc sustineret Iob tanq̃ auditus pertransiit. Ob hoc ergo dicit hæc audiens Iob: tanq̃ vehementia tanq̃ terribilia: stuporẽ cõferẽtia: atq; in pauorem deducentia. Hæc audiens quę alius prior nõ audiuit: quæ alius maior nõ sustinuit: quæ alius ante eum passus non est. Hæc audiẽs Iob quem meditatus est diabolus: quæsiuit neqssimus: quem voluit iniquus: quem excogitauit iniustus. Hæc audiens Iob: quem angeli admirati sunt: quem incorruptibiles laudauerunt: vt is qui de terra plasmatus est viriliter pugnauerit aduersus eum qui de cœlis deiectus est: vt puluis aduersus spiritum: vt homo aduersus diabolum: vt corruptibilis aduersus incorruptibilem constanter steterit: & nõ succubuerit: atq; victoriam de illo sumpserit. Cum tribus malitiosis sagittis a diabolo sagittaretur tolerantiæ atq; fidei scuto se protegens transiit illibatus. Post quas tres quarta sagittauit illum inimicus tentator nouissime cum dolore/ vltima: miserabili: sed nec hac aliquid peregit: nec per istam suam voluntatem perfecit. Et ideo computat istam quasi vnam: non enim erat vna: sed decem erant in hac ipsa. Nam decem filiorum vna fuit perditio: vnus interitus. Q₂ autem non vulnerauit illum diabolus neq; dolorem incusserit nequissimus: euidenter ostendit mox in subsequentibus: dicens. Tunc surrexit Iob. Si enim vulneratus: vel cõtaminatus: vel laceratus fuisset: surgere omnino non potuisset. Ergo quia surrexit: manifestum est q; fortissimus perseuerauit: atq; illęsus perstitit. Tunc surrexit Iob. Surrexit animo: surrexit fide: surrexit veritatis studio: surrexit ad prælium: surrexit ad virtutem: surrexit ad officium constantię. Tunc surrexit Iob. Certum est: quia cum surrexisset dicit. Nunc belli tempus. Nunc approbatio: nunc victorię acceptio: nunc coronarum compositio: nunc retributionis expectatio: nunc audaciæ manifestatio. Q₂ autem ad hæc omnia surrexerit Iob: atq; ad horum omnium ostensionem: atq; perfectionem (iuxta hæc quæ sequuntur) manifestum est. Conscidit (inquit) vestimenta

C sua. Cur conscidit? Ob hoc conscidit: vt expeditior atq; constantior extitisset in prælio: vt illa quæ retardant deponeret: vt illa quæ impediunt a se proiiceret: vt tanq̃ audacissimus prę liator: & tanq̃ singularis monachus aduersus innumeros inimicos: & aduersus inæstimabiles aduersarios: singulariter immobilis perstitisset. Ob hoc ergo conscidit vestimenta sua. Nam & vere talis mos est in aliquibus gentibus: vt cum ad durum prælium venerint: tũc nimirum scindentes vestimenta sua cum furore: atq; indignatione currunt contra aduersarios intemperãter: nudo pectore: cum fiducia se offerentes: vt est Syrorum gens. Item vero aliæ barbaræ gentes expoliantes se atq; in ipsis tunicis se præcingentes: nudo pectore: atq; scapulati viriliter eunt in prælium. Sic itaq; admirabilis Iob conscindens vestimẽta sua: atq; omnia deponens impedimenta nudus: atq; audax stetit in spirituale prẹlium. Aut adhuc conscidit vestimenta sua: sine mora semetipsum ad D
ipsas prẹparans plagas. Ecce inquiens dorsum nudum: ecce corp⁹ detectum. Vos flagellate: ego autem sufferam. Vos verberate: ego autẽ sustineam: dicẽs cum Hieremia: dorsum meũ dedi ad flagella. Dicens cum Dauid supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. Sed & adhuc cum eodem Dauid. Et eram flagellatus tota die. Adhuc conscidit vestimenta sua: ac si diceret ad ipsos aduersarios nequissimos. O maligni: atq; iniqui aduersarii mortuum me æstimatis vt vos putatis: & vt vobis videtur in terrã me sepelire prẹparatis. Si ergo me mortuum æstimatis o inimici/ anticipem in pretiosam meam sepulturam conscindere pretiosas atq; regales meas vestes: vt nec post mortem gaudeatis eas possidentes. Puto q; ex illo consueuerunt homines: cum pretiosam sepulturam cuilibet miserint: conscindunt eam: ne aliqui scelesti: & ipsum corpus proiiciant: & ipsam pretiosam sepulturam possideant. Q₂ si tanq̃ viuentem me (inquit) iudicatis: ecce (inquit) etiam sic nudus: atq; scapulatus sto contra vos: nunq̃ vobis cessurus. Aut adhuc E
conscidit vestimenta sua. Ecce (inquit) o maligni inimici: peculium consumpsistis: filios pdidistis: substantiam diripuistis: nec quicq̃ aliud nisi solum corpus: atq; hanc vestem mihi reliquistis. Tollite (inquit) & hãc vestem: proiicio etiam hanc vobis: nihil apud me remaneat: ex his quæ in potestatem nequitiæ vestræ data sunt. Non sit mihi ex vobis hoc beneficiũ oleo peccatorum non vngetur caput meum. Super quæ vniuersa: ecce: inquit: & ipsum corpus nudum: detectum: paratum ad pœnę supportationem: ad dolorum tolerantiam. Torque (inquit) contunde: verbera: & cum p

cuncta probaueris: cognoscas quia solus Iob i-superabilis permanens in omnibus nunq̃ ce-det nequitiæ flagellis. Hęc itaq; vniuersa cum cogitaret / & loqueretur: atq; ipsis perficeret fa ctis: surrexit: & concidit vestimenta sua: & to tondit comam capitis sui: vt pote superfluam /
F otiosam / atq; inutilem. Totondit comam capi tis sui: factis perficiens id quod postea duri-ter ab Apostolo interminatum est verbo: quia vir si comam nutrierit: ignominia est illi. Hæc itaq; obseruans Iob totondit comam capitis sui. Cum totōdisset: procul dubio q̃ ipsis eam aduersariis proiecit. Ecce (inquit) tollite & hanc: habete etiam & hanc: deglutite & istam. Arbor (inquit) sum fructifera: omnia quæ su perflua: a me proiicio: vt illibatus perfectum fructum afferam. Vitis enim sum bene mace-riata: abscindo a me vniuersa superflua: vt in-congruis omnibus dicar purgatus: ac iustitiæ perferam perfectum fructum. Totondit comā capitis sui: non vt lugens: sed vt luctum depo nens: atq; proiiciens: omniq; luctu per toleran tiam superior existens. Totondit comam capi tis sui. Sicut Ioseph cum de carcere a Pharaōe educeretur: sicut Ionathæ filius cum Dauid ad Hierusalem post mortem Abesalon reuer-teretur: & alii innumeri priores ac posteri: q̃-diu lugebant non tondebant comam: deposito autem luctu: confestim tondedant: ita & nunc beatus Iob totondit comam capitis sui: vt hu-miliaret se: vt subiiceret: vt miseriam ostende-
G ret. Quod est huius rei idicium? hoc qđ in sub sequentibus dictum est. Aspersit namq; terrā super caput suum. Nisi em̄ valde humiliaret se: non vtiq; caput suū terra aspergeret. Asper sit iniquam terram super caput suum. Vnde hanc opinionē sumpsisti o beate Iob: vt terram capiti tuo aspgeres? A tritauo (inqt) gn̄is mei Abram dicente: ego sum terra & cinis: & a pa-triarcha totius gn̄is humani Adam: ad quē di ctum est: terra es & in terram ibis. Hęc itaq; ab illis audiēs atq; memor aspersit: terram capiti suo. Non itaq; sum tanq̃ diabolus qui de cœlo cecidit: sed sum tanq̃ vnus ex hoībus ortus de terra: ideoq; terrā aspergo sup caput meū. Nō sum sicut diabolus ex incorruptione pìectus: sed sum tanq̃ vnus corruptibiliū de limo plas-matus. Merito terrā aspgo sup caput meū: vt non erit (inqt) diabolus nequissim⁹ aduersus quē habet: qa aduersus terrenum habet: aduer sus corruptibilē: aduersus mortalē: aduersus
H hoīem de limo terræ plasmatū. Ob hoc aspgit terra caput suum: vt instruat oēs terrenos cor ruptibiles: atq; mortales: qa etiā ipsi possunt si militer stare aduersus neqssimū. Possunt īquā similiter sufferre: ac superare om̄es tentatiōes diaboli: si deum dilexerint atq; metuerint. Si-cut admirabilis Iob sustinuit: atq; portauit: nō modicum aliquid sed magnos & ingentes atq; terribiles dolores ac tormenta: quæ alius illo nec prior nec posterior sustinuit: & quod est su perius nō habens formam ex alio priore: neq; ex emplum recipiens ab alio anteriore. Cum vnū ex plurimis videretur Iacob filiū perdidisse: a
I cæteris oībus consolari non potuit: sed dixit. Ibo post filium meū lugens in infernū. Magna-nimus autē Iob post peculii perditionē: & post omniū bonorū direptionē: omniū filiorum mi serabilem interitum pariter simul cū audisset non suspirauit: non ingemuit: nō reprehendit non maledixit / non blasphemauit / nō culpauit non dixit ea quæ dicenda ratio exposcebat: quæ nunc illicite dicunt plurimi. Cur dedisti primo: aut cur abstulisti modo? Cur oblectasti primo: siue peculio: siue filiis: vel cur priuasti nunc his omnibus pariter? Melius erat vt om-nino non dedisses: q̃ vt dans rursum auferres. Vtilius erat vt omnino nō ostēderes: q̃ vt ostē sis denuo mulctares. Sed nihil horū dixit: neq; omnino cogitauit sanctissimus: atq; constan-tissimus ille Iob: nisi tantū vt mentē refrigera-ret: nisi tantum vt quia lugens dolor erat: hoc quod factū est: quę pertulit ostenderet. Vestes conscidit: comam totondit: terram capiti suo aspersit. Per quę vniuersa se ante deum humili ans nequissimū diabolum vsq; ad inferos deie-
K cit. Quid dicimus o viri? Nunquid ex alio cor pore creatus est Iob? Absit. Non em̄ cū persona rum acceptione creauit deus alios tales: ali-quos nihilominus tales: sed idē est oīm plasma de limo terræ: sed æqualis est oīm anima ex dei operatione. Sed quia non est omniū similis vo luntas: neq; pietas: neq; religiositas: neq; fides: neq; propositum circa deum: neq; spes vitæ æternæ: neq; timor gehennæ: neq; inferorum suppliciū in tenebris exterioribus: idcirco non omnes homines id demōstrant ꝓpositū neq; eā dem tolerantiā: non qa non possunt: sed qa no-lunt. Propterea digne ac iuste magnificat bea-tus Iob: qa volens sustinuit hęc oīa cum gratia rum actionibus. Nā post hæc vniuersa: quæ su perius memorata sunt: atq; ostensa: dicit. Et
L prostrauit se in terra: & orauit ad dominum. Primum surrexit: & ita demum se prostrauit. Surrexit ad prelium: prostrauit se ad precem. Surrexit ad virtutem: prostrauit se ad oratio-nem. Surrexit ad victoriæ perfectionē: prostra uit se ad coronæ acceptionē. Nam & ante im-peratores qui victores extiterūt: nō stātes: sed deorsum adorantes coronā accipiūt. Sic namq;

& beatus Iob in prima tẽtatione quã ꝑ peculiũ atq; filios sustinẽs victoriã de aduersario acqsiuit: ad orationẽ se ꝓstrauit: vt perfectas tolerãtiæ suæ a deo acciperet coronas. Ob hoc ergo prostrauit se: & orauit ad dñm. Quẽ cũ ꝓstratũ videret diabolus: gauisus est valde infelix: cũ autẽ adorantẽ atq; orantẽ audisset: obstupuit atq; expauit. Prostratus (inquit) orauit ad dñm. Iob ꝓstratus deiecit diabolũ: altũ humiliauit: exaltatũ supplantauit: confudit fortem: deformauit elatum. Super hæc autẽ omnia: qđ oĩbus maius / atq; superius est: cum sua prostratione Iob diabolum deiecit: & sua tolerantia nequissimum superat: formam ostẽdit eius: qui de cœlo venit: qui vt granũ tritici in terram cadẽs diabolum deiecit: & fortem alligauit: & vasa eius diripuit: & spolia diuisit: & captiuam duxit captiuitatem: & passiõe atq; resurrectione sua mundum redemit: atq; sæculum saluauit. Horum nãq; omniũ formam atq; exemplum ostendens: post horum omniũ lamentabilium tolerantiã: prostratus in terra orauit ad dñm: vt prostratio eius ruina efficeretur diabolo atq; subuersori maligno: & figuram per hæc in se gereret passionis ac resurrectionis domini. Prostratus (inquit) orauit ad dñm: ex tota anima: & ex tota mente: & ex cordis ꝓfunditate. Orauit ad dñm. Quid orauit? Tolerantiã / sufferentiã / consummationem. Orauit ad dominũ: sensus illibationem: mẽtis integritatẽ: animę sanitatem. Hoc ergo orauit ad dominũ: vt sanã inquit animã meã: atq; illibatum cor meum custodiat dominus & rex omniũ: & nunq̃ mihi præualebit malignus: & nunq̃ me superabit callidus inimic⁹. Q̃ q̃ atterat carnes: q̃q̃ cõminuat ossa: q̃q̃ cõsumat neruos: si animæ (inquit) meę sensus illibatus a te custodiatur: nunq̃ a te seducar domine deus meus: nunq̃ abstrahar a charitate tua rex meus. Idcirco orationẽ eius exaudiens deus: atq; deprecationem illius suscipiens iustus iudex: post hęc locutus est ad diabolũ dicens. Ecce tradidi tibi illum: tantum animam eius ne tetigeris. Sic itaq; prostrat⁹: orauit ad deum. Vere prostratus: hoc est valde vsq; ad terram humiliatus: merito vestem conscidit: comam capitis totondit: terrã capiti suo aspsit. Post hæc vniuersa: ꝓstratus orauit ad dominũ. Sic inquit rex Niniue post hoc in cinere & cilicio sedẽs: & cum humilitate orans: post triduũ imminentẽ calamitatẽ effugit. Sic inquit & Iosias Hierosolymę rex vestes suas conscindens præ timore cõminationis dei: famulos suos vestibus conscissis: & terra atq; cinere aspersis misit ad deprecandã atq; exorandã faciem dñi. Sic etiam primus his oĩbus admirabilis Iob: conscidit vestimenta sua: & comã capitis sui totõdit: & terrã capiti suo aspsit: & ita prostratus ad dñm orauit. Prostrat⁹ est ad orationem: sed non cecidit tanq̃ aduersarius in contumaciam. Prostratus est ad precem: sicut Abraham cũ ꝓ Loth orasset: sed nõ cecidit in contumeliã: sicut diabolus q de cœlo proiectus est ꝓpter apostasiam. Sed forsitan dicit aliquis. Et cur omnino totondit comam capitis sui: vel ob quam rẽ conscidit vestimenta sua: vel ob quam causam aspersit capiti suo terrã? Audite. Primo quidẽ ꝓ his oĩb⁹ quæ demonstrata sunt. Itẽ sane adhuc vestimenta sua conscidit: ob hoc quia ex his quæ diabolo data sunt: apud se nihil residere voluit. Comã vero capitis sui totondit Iob hoc: quia deposita diuitiarũ abundantia: etiã comę nimietatẽ deponeret: & vt aduersario ostenderet: quia sicut passus est quia comã totondit: ita cũ multitudinẽ bonorũ deponeret atq; amitteret: nihil se passum fuisse æstimasset: Aufer inquiẽs omnia superflua: nihil mihi supsit ex his quæ tibi data sunt. Terram vero ob hoc aspersit capiti suo: vt ex parte ostenderet filiorũ dolorẽ. Nisi eñ hoc fecisset: alienũ illum a natura humana fuisse diceremus. Hæc videlicet vniuersa gessit: propter naturalem dolorem. Gratias vero egit: ꝓpter cõstantiã & animæ veritatẽ: atq; illã quam circa deum habuit syncerítatẽ. Post quæ vniuersa: dixit ad eos. Ad quos? Ad aduenientes dæmonum nuntios. Nã hi quatuor præstolabantur ei: & quatuor miseriarũ prędicationes ei afferentes: quatuor lamentabilibus sagittis eum sagittantes: nouissima lamentabilior fuit: atq; animæ contigua filiorũ perditio. Ad istos ergo quatuor qui ꝑstolabãtur vt videbatur lugentes atq; mœsti simulatione dixit. Quid expectatis o viri? Quid sustinetis o homines? Hoccine: vt lugeã vobiscũ? hoccine vt vobiscum lamẽter? Non lugeo (inquit) rei familiaris direptionẽ ablatæ: nanq; sunt mihi cũ peculio pariter etiam molestiæ: atq; curæ. Non lamentor filiorum decessum: trãsiuit enim ab oculis meis tristitia & dolor. Si eñ pariter mecũ aduiuerẽt sup terrã: cum dolore eram cogitaturus quales fuissent: quales ꝑfecissent: qualẽ finẽ expectassent. De istis ergo securus effectus nõ lamentor: non plango quod vos cupitis: non reprehendo quod vos quæritis: non blasphemo quod vos vultis Non ridebit (inquit) de me diabolus: nõ gaudebit vt sperat super me inimicus: non inueniet apud me id quod expectat nequissimus. Nudus exiui de vtero matris meę: nudus ibo

F ſub terrā. Nihil habui cū veniſſem: nihil teq̄-
ro cū iero. Nihil attuli natus: nihil hinc aufe-
rā ſublatꝰ. Nudus exiui de vtero matris meę:
nō peculiū nec filios habens: neq; diuitiis: vel
poſſibilitatibus indutus: nudus & ibo ſub ter
rā. Qđ em̄ pariter cū corpore poſitū fuerit in
terra: cū eodē corpore terrę efficit̄ terra. Meri
to nudus ibo ſub terrā. Nudus ibo: nudus (in
quit) peculio: ſed & peccato. Nudus diuitiis:
ſed & impietatibus: nudus ſubſtātia: ſed & in
iuſtitia. Sicut em̄ de carnalibus poſſibilitati-
bus vniuerſis nudus effectꝰ ſum: ita (inqt) &
ab oībus illicitis nudus ibo ſub terram. Non
comitant̄ (inqt) mecū: neq; malignitas: neq;
iracūdia: neq; ſupbia: neq; inuidia: neq; zelus:
neq; cupiditas: neq; alienarū rerū appetentia:
neq; contumelia: neq; calūnia: neq; violentia:
neq; impudicitia: neq; laſciuia: neq; vllū ex his
quę deo cōtraria ſunt. Iſtis nāq; oībus nudus:
ibo ſub terrā. Nō em̄ ſum talis quales illi de q-
bus dicit̄: Quia nō habuerūt tegumētū: infer
no veſtiti ſunt. Nudus inquā malis oībus ibo
G ſub terrā: nudus malis: bonis vero oībus indu
tus: iuſtitia veſtitus: ſanctitate circundatus:
charitate ornatus: miſericordia ac bonis ope-
ribus coronatus. Beati ſunt / & beati erunt o
glorioſe Iob oēs qui te imitati fuerint: oēs qui
poſt te potuerint cū fiducia dicere: nudus exi
ui de vtero matris meę: nudus & ibo in terrā:
q etiā cū Aplo dicere veraciter poſſunt: Nihil
intulimus in hunc mundū: verūtamē nec au-
ferre aliqd poſſumus. Ve autē illis q nudi qui
dē venerūt: innumeris aūt iniuſtitiis: atq; im
pietatibꝰ: crudelitate quoq;: atq; infidelitate
onerati: atq; pgrauati ibūt in terrā. huiuſmo-
di veſtient̄ calamitate: atq; miſeria in die iuſti
atq; perſonā nō accipientis iudicii dei. Nudꝰ
H exiui de vtero matris meę: ſicut & oēs hoīes: ſi
cut & oīs caro: ſicut & oēs corruptibiles: nu-
dus & ibo in terrā. Hoc ipm nāq; expectāt oēs
quia idē eſt introitus oībus & exitus ſimilis: ſi
ue rex: ſiue famulus: ſiue diues: ſiue egenus: ſi
ue magnus: ſiue puſillus: ſiue liber: ſiue ſeruꝰ:
nudus ibit in terrā: nec quicq̄ valet auferre ſe
cū. Nā & hoc ipm qđ cū corpore mittit̄ nō af-
feret ſecū. Nō autē ſecū illud tollet: qa nō ſen-
tit: quia nō intelligit: quia terra efficitur: quia
in reſurrectiōe nō corporis ſepultura: ſed ani
mæ fides / & pietas: miſericordia quoq;: & ſyn
ceritas requirit̄. Nudus exiui de vtero matris
I meæ: nudus & ibo ſub terrā. Tanq̄ ſi diceret.
O viri prudētiæ: atq; ſapientiæ qđ eſt morta-
le hoc indumentū: quę eſt hęc ſuperuacua glo
ria: quæ ſunt terrenę hæ: atq; infidæ diuitię: q
ſunt hodie & craſtina non ſunt: quę hodie irri
dent iſtū: craſtina vero die eūt ad aliū? Fumus
eſt deficiens: flos eſt trāſiens: hęrba eſt areſcēs.
Et qui habent illas: tanq̄ nō habeāt: quia diu-
tius nō habent. Et qui nō habēt illas: tanq̄ ni-
hil amiſerint; quia nō permanēter relinquūt.
Nudus exiui de vtero matris meę: corpus ha K
bens tantū: atq; animā: nudus & ibo ſub terrā
Sicut veni: ita & ibo. Ita & exeo: aliena cuncta
relinquēs. Cū corpore ſolo ibo atq; anima trāſ
ibo. Quę accepi (inquit) habeo: quę attuli nō
amiſi. Superflua oīa derelinquēs nudus ibo il-
luc. Illuc inquit quo illuc? Primū quidē illuc
ibo quo oēs priores mei ierūt: quo oēs ab īitio
illuc in terrā matrē omniū: in terrā omniū do
mū. Terra nāq; eſt domus oīm mortalium. Il-
luc quo abiit Adam: & oēs qui poſt eum fue
runt. Illuc quo abiit ille ad quē dictum eſt: ter
ra es & in terram ibis. Illo (inquit) ibo nudus
ſicut & nudus veni. Aut adhuc illo (inquit)
ibo: vbi ſunt tabernacula iuſtorum: vbi ſunt
ſanctorū gloriæ: vbi eſt fideliū requies: vbi eſt
piorum conſolatio: vbi eſt miſericordiū hære-
ditas: vbi eſt immaculatorū beatitudo: vbi eſt
veracium lętitia: & exultatio. Illuc ibo: vbi eſt
lux / & vita: vbi eſt gloria & iocunditas: vbi eſt
lætitia: & exultatio: vel vnde aufugit dolor:
triſtitia: & gemitus: vbi obliuiſcentur priores
tribulationes hæ: quæ ſunt in corpore ſup ter
ram. Illuc ibo: vbi eſt tribulationum depoſitio
vbi eſt remuneratio laborū: vbi Abrahæ ſinꝰ:
vbi Iſaac proprietas: vbi Iſrael familiaritas:
vbi ſanctoꝝ animæ: vbi angelorū chori: vbi
archangelorū voces: vbi ſpiritusſancti illumi
natio: vbi Chriſti regnū: vbi æterni Dei pr̄is
infecta gloria: atq; beatus cōſpectus. Illuc (in-
quit) ibo: illuc pueniā: nō reprehendens: non
maledicēs: non blaſphemans: non criminans:
ſed gratias agens: & confitens: atq; cū gratia-
rū actionibus dicēs: dñs dedit: dñs abſtulit: ſi
cut dño placuit ita factū eſt. Nō ero (inquit) L
ingratus: non ero infidigraphus: ſicut tu ad-
uerſarie. Nō reddam malū pro bono: ſicut tu
infelix diabole: ſed confitear: quia dñs dedit:
dñs abſtulit: ſicut dño placuit ita factū eſt: ſit
nomē dñi bñdictū. Lamētabiles (inqt) ad me
miſiſti nuntios o diabole: & noxios: atq; immi
ſericordes tuę nequitiæ legatos: per quos me
crudelibus tuæ iniquitatis ſagittaſti ſagittis
quas ego (inquit) oēs idētidē in te cōuertam
crudeliora efficiens tibi i ſpiritu vulnera. Do
minus inquā dedit: dñs abſtulit: ſicut dño pla
cuit ita factū eſt. Hoc fuit diabolo vulnꝰ: hoc M
fuit diabolo afflictio: & dolor: tribulatio quo-
q; atq; anguſtia: quia cum putat: & vult blaſ-
phemiam audire a Iob: & reprehenſionem ac

maledictum in deo:confessionem: atq; gratia rum actionem audiuit. Hoc factũ est illi ignis deuorans: hoc factum est illi incendium per urens:quia hoc audiuit qđ non sperabat. Dñs dedit & dñs abstulit: sicut dño placuit ita factũ est:sit nomen dñi benedictũ in sæcula. Nõ em̃ tantũ tetigerũt Iob lamẽtabiles istæ diabo li sagittæ:quãtũ vulnerauerũt eũ synceres ei⁹ gratiarũ actiones. Dñs dedit: & dñs abstulit. Qñ voluit(inquit)dedit vt bonus: & qñ voluit identidẽ vt habens potestatẽ abstulit. Dominus dedit: & dñs abstulit. Dedit(inqt)vt innotescat q̃ fidelis sim: q̃ pie dispẽsem: q̃ misericorditer distribuã. Abstulit autẽ: vt appareat quõ gratias agã: quomodo cõfitear: quomodo adorẽ: plus nunc rebus sublatis: q̃ pridẽ datis. Dñs dedit: & dñs abstulit. Dedit sua: & iterum abstulit sua: ego(inquit) nihil amisi nullum passus sum detrimentũ. Merito postq̃ vsus sum reddidi: mutuanti mihi eas gratias agens. Dominus dedit: & dominus abstulit: sicut domino placuit ita factum est: sit nomen domini benedictum. Quid dicis o beate Iob? Dominus vere dedit: sed non dominus vere abstulit: sed abstulit omnium inimicus: & nequissimus aduersarius atq; inuidus diabolus Dominus dedit: sed aduersarius abstulit. Dominus dedit: & inimicus refuga abstulit. Porro si diabolus abstulit: quomodo dicit Iob: q; dominus abstulerit? Ignorãs atq; per suspitionem dicit. Putabat enim: atq; arbitrabatur q; dominus abstulerit: & nesciebat q; diabolus abstulit: concedente domino: atq; permittente. Merito ergo dicit. Dominus dedit: dominus abstulit: sicut domino placuit ita factum est: Hæc nãq; fuit illa vere magna Iob constantia: q; nesciens quia diabolus abstulit putabat q; dominus abstulerit: & hoc putans: domino quasi auferenti gratias agit. Dominus(inqt) dedit: & dñs abstulit: sicut dño placuit ita factũ est: sit nomẽ dñi bñdictũ in sęcula. Si enim scisset Iob q; aduersum diabolum habebat: & quia diabol⁹ cũ illo hoc bellum faciebat: & qa malignus inimic⁹ rem familiarem: & filios ei abstulerat: perfecto oĩno ad nihilũ ipsas tentationes deduceret: & in derisionẽ illum habẽs: euidenter aduersus inimicum resisteret: & apte aduersus apertum hostem staret. Nunc vero inimicus quidem hoc celauit diabolus: cũ istos ei inferret labores. Clemẽtissim⁹ aũt dñs in suspitione erat: & incusabaẽ his oĩbus. Nã cum diceret diabolus: ignis cecidit de cœlo: & subito spiritus venit ab eremo: deum incusabat istis dolorib⁹. Similiter cum audisset Iob q; ignis cecidit de cœlo: & cõbussit oues: & qa spiritus venit ab eremo: & ruina occidit ei⁹ filios: quid aliud suspicari poterat nisi q; deus illi ipsos dolores cœlitus immisisset? Ob hoc ergo p̃sertim magnificatur Iob: quia cũ deus suspicatur in istis plagis: ac doloribus: suscepit cũ cõstantia: atq; gratiarũ actionibus: & nõ dixit: quid peccaui circa te vt talia patiar ex te? Sed cũ ab inimico percutereẽ: atq; dolorib⁹ afficeretur: dñm in istis dolorib⁹ suspicabaẽ: & gratias agebat percutienti se: atq; doloribus afficienti dicens. Dñs dedit: & dñs abstulit: sicut dño placuit ita factũ est: sit nomẽ dñi benedictum in sæcula. Hęc itaq; vniuersa: atq; plu- D
riora ad præstolantes sibi nequissimi nuntios beatus Iob locutus est: & p illos ad ipsum diabolum qui eos miserat: qui stabant ante eũ tristes / ac flentes sicut finxerãt: oẽmq; miseriam ostendentes: ac depromentes: vt facile beatũ Iob ab blasphemiam prouocarent ad quos plurima: & alia locut⁹ Iob: dixit. Cur tristes estis o homines? Ob quã causam eiulatis o viri? Ne forte hoc vos contristat quia ego deo gratias ago? ne forte hoc vobis molestum est q; ego dãti ea: confessionem do: & auferenti ea inuocationem emitto. Non me homo mulctauit? sed deus de cœlis qui mihi dedit diuersa: abstulit: sicut & vos dicitis: q; ignis de cœlo ceciderit. Si ergo non homo mihi damnum ingessit: sed E
deus quando voluit dedit: & item quando voluit abstulit: gratias ei qui dedit: & gratias identidem ei qui abstulit. Sua dedit: & item sua abstulit: & ego(ait)nihil amisi. Nã ex vtero materno nudus veniens: nihil habui. Qui habuit dedit mihi: mutuauit vtenti mihi: abstulit q̃ sua sunt: nihil perdidi: sed gratias ago mutuanti: vsus his quæ data sunt mihi: & cõfiteor largitori: dicens. Dominus dedit: & dominus abstulit: sicut dño placuit ita factũ est. Placuit antea vt daret: placuit nũc vt rursus auferret: sicut domino placuit: ita factum est. Omne quod deo placuerit bonum est: omne F
quod domino placuerit iustum est. Placuit illi vt daret? bene placuit. Placuit illi identidem vt auferret? iuste placuit. Sicut domino placuit: ita factum est. Q̃diu illi placuit habuimus: quando placuit ei nõ habemus: sicut domino placuit ita factum est. Qñ habuim⁹: nõ propria nostra habuimus: sed dñi: & cum perderemus oĩa: nõ ꝓpria perdidimus: sed abstulit q̃ sua erant dñs. Sicut dño placuit: ita factum est: sicut dñs voluit: sicut domino placuit. Oĩe qđ vult dñs vita est: lux est: reqes est: æterna beatitudo est: vita em̃ in volũtate eius est: & ira in indignatione ei⁹. Qđcũq; ergo placuit dño: siue percutere: siue mulctare

siue ditare: siue pauperē facere: siue arguere:
siue corripere: omnia beatitudo est incorru-
ptibilis: atq; indesinens. Beatus (inquit) ho-
mo quem tu erudieris domine. Sicut domino
placuit / ita factũ est: sit nomē domini bñdictũ
in sæcula. Sic oportet omnes christianos: atq;
oēs credentes dicere: & facere: & cogitare in
omnibus quæ eos circũdederit: atq; eis occur
rerint: siue pecunias perdāt: siue filii auferan-
tur: siue paupertas incumbat: siue infirmitas
immittat. Dicāt in his oībus cũ synceritate: si
cut dño placuit: ita factũ est: sit nomē dñi be-
nedictũ in sęcula. Nomen dñi inquit: propter
qđ oĩa sustineo: atq; suffero: ꝑpter qđ oībus q̄
mihi obuenerũt superior existo. Sit nomē dñi
G benedictũ in sęcula. Nomen dñi: qđ mirabili-
ter cœlos extēdit: qđ terrā firmiter fundauit:
qđ abissos terribiliter signauit. Sit nomen dñi
benedictũ in sęcula. Qđ cum vidissent leones
in Daniele: in agnos immutati sunt: qđ cũ flā
ma ignis agnouisset in Anania / & Azaria / &
Misaele: foras a fornace fugit / atq; eos qui ex-
tra fornacē erant cōbussit: vtpote nō habētes
in se sanctũ nomen dñi. Illis aũt qui intra for-
nacē erant nō appropinquauit: quia terribile
nomen dñi in illis cōspexit. Hoc etiā & cetus
cũ videret in Iona: obstupuit: atq; illęsum eũ
quem de naui susceperat reddidit: intamina-
H tũ remisit quē viuũ suscepit. Hoc inquam no
men dñi sit benedictũ in sæcula: hoc nomē qđ
pauci ex prioribus agnouerũt: posteriores ve
ro oēs susceperũt. Hoc nomē de quo dicũt san
cti ex persona dei: Vobis q̄ timetis nomē meũ
cognominabitur nouũ nomen qđ benedicet
super terrā: & adhuc: Nō est nomen aliud sub
cœlo datũ hoībus in quo oporteat nos saluos
fieri. Hoc inquā nomē dñi sit benedictũ in sę-
cula: qđ iram auertit: qđ maledictũ abstulit:
atq; remisit: qđ dæmones terruit. hoc nomen
domini sit benedictũ in sæcula. Sit benedictũ
in angelis: & in hominibus: in cœlestibus vir-
tutibus: in spiritibus: atq; in omnibꝰ iustorũ
animabus: in gētibus: & in oībus fideliũ con-
gregationibus. Sit nomen domini benedictũ.
I Quousq;: aut q̄diu sit benedictũ? In sæcula
inquit: in finem ꝓsentis: & in initio infiniti il
lius sæculi. Sit (inq̄t) nomen dñi benedictũ in
animabus castorũ: in cordibus piorũ: in mēti
bus religiosorũ: in ecclesia sanctoꝝ: in congre
gatione verissimoꝝ dei famulorum. Sit nomē
dñi benedictũ nō in tēpore dimēso: atq; statu
to: sed in sęcula. In sæcula (inq̄t) siue in ꝓsenti
sęculo vsq; in finē: siue in futuro sęculo illo in
finito: atq; indeficiēti. Sit nomē dñi benedictũ
in sæcula. Circũcisio (inquit) ad tempus fuit
lex vsq; ad plenitudinē tēporis fuit. Postq̄ ve
nit plenitudo tēporis misit deus filiũ suũ qui
legē impleuit: & gratiā demōstrauit: & nomē
illud benedictionis imperties cũctis in perpe-
tuo petētibus tradidit. Sit nomē dñi benedi-
ctũ in sæcula. Nomen dñi ait boni: misericor-
dis: patientis: benigni: clementissimi. Sit no-
men dñi benedictũ: qui benedictionē semina-
uit: produxit: atq; ostēdit. Sit nomē dñi bene K
dictũ: qui cũcta bene perficit: qui cuncta bona
vniuersis prouidet: q̄ bene (inquit) mihi ma-
gnā patientiā: atq; tolerantiā cōdonauit: vt
tanq̄ aurũ in fornace probatꝰ: perspicuę fidei:
tolerātię quoq;: atq; patiētię formā cũctis sub
sequēter ostendā. Iustus: cōprobatus: electus:
demonstratus: atq; probabilis ostēsus: nō dño
qui est pręscius sed hominibꝰ in mundo igno
rātibꝰ. Nā ꝓsciꝰ dñs etiā ante passionis initiũ
tolerantię sciebat exitum. Merito testimoniũ
perhibuit: qui ob hoc ipsam tētationē ꝑmisit:
vt his q̄ in mundo sunt cōprobaretur iustus
Pro his ergo oībus sit nomē dñi benedictũ in
sęcula. Hæc audientes subsequēter etiā sancti
prophetæ a beato Iob edocti dixerunt. Sit no-
men dñi benedictũ: ex hoc nũc & vsq; in sęcu-
lũ. Sicut eñ mirabilis Iob cũ dolores sustine-
ret: & nomē dñi benedixit: ita & beati ꝓphe-
tæ persecutiones: ac dolores sustinētes terribi
les nomē dñi benedixerũt. Post quę vniuersa:
velut victoriæ titulũ: glorię: ac laudis atq; ho
noris illi statuēs magnus ille Moyses scribit:
ac dicit. In his ergo oībus quę ei acciderũt nō L
peccauit Iob: neq; in conspectu dñi: neq; in la-
biis suis. In his oībus (inq̄t) tā plurimis: tam
magnis: tā periculosis: tāq; terribilibus: ac ve
hemētissimis: in oībus primis: ac nouissimis:
maioribus: ac minoribus: q̄ fuerũt ante plagā
in oībus mirabilibus: ac lamētabilibus: graui
bus quoq;: & mētē ꝑturbātibus: animā cōmi-
nuētibꝰ: ꝓcordia ꝑterrentibꝰ. In his oībꝰ. Nā M
nisi essent plurima: & magna: atq; terribilia:
non vtiq; dixisset in his oībus q̄ ei acciderũt.
Tāq; si diceret. Quis regũ a sæculo talia bella
peregit o viri? Quis ab initio procerũ huius-
cemodi ꝑfecit victoriā o hoīes: quēadmodum
admirabilis Iob? Qui ꝑcussus est: & nō est inter
fectus: sagittatus est: & nō est vulneratus: do-
loribus est affectꝰ: & nō ē deiectus: suffossus ē
& nō est subuersus: miseriis est afflictus: & nō
est cōminutꝰ. Solꝰ sup omnes antiquos: ac po
steros imobilis gratificētię: & tolerātię scuto
se circũdās: solusq; aduersus innumeros stās:
insuperabilis ꝑseuerauit: atq; solus de multi
tudine iniquoꝝ victoriā sumpsit. Hoc nimirũ
scribēs / ac ꝓferēs Moyses: & tāq̄ ꝑpetē titulũ

formā tolerantię his qui in mūdo sunt: stamens: dicit. In oībus q̄ ei acciderūt nihil peccauit Iob. Acciderūt ei diuitiæ: & gloria: sed
nihil peccauit: non em̄ est elatus in superbiā.
Accidit em̄ splendor & lætitia: sed nec quicq̄
peccauit. Non em̄ est oblitus timorē dn̄i: neq̄
dereliquit misericordiā: ac miseratione. Post
hæc videlicet accidit ei paupertas: ac miseria:
sed nihil peccauit Iob: quia non blasphemauit
eum dominantē. Accidit ei dolor: & plaga: &
vermes: & putredo: sed nihil peccauit iustus
ille, nā cū gratiarū actionibus vehementes illos sustinuit dolores. Veraciter ergo scribit
magnus ille Moyses de Iob: & veraciter dicit:
In oībus quæ ei acciderunt nihil peccauit Iob:
neq̄ in cōspectu dn̄i: neq̄ in labiis suis. Quid
est qd̄ dicis: o magne Moyses? quid est qd̄ loqueris: neq̄ in cōspectu dn̄i: neq̄ i labiis suis? Ego
(inquit) absq̄ mendacio loquor: & iuste loquor
in conspectu em̄ dn̄i non peccauit: hoc est in
animæ cōsiliis: neq̄ in cogitationibus: neq̄ in
tractatiōibus cordis. His em̄ obseruat: & ista
respicit facies dn̄i q̄ in corde cogitant atq̄ tractātur. Iuxta hoc quod dictum est. Non sicut
videt homo: videt deus: sed homo videt in facie: & non in corde. Deus autem videt in corde: & in facie: & in cogitationibus: atq̄ in ipsis cordis consiliis. Istas scilicet cordis cogitationes cōsilia quoq̄: atq̄ tractatus designās
dicit neq̄ in conspectu domini. Verba autem
& eloquia demonstrās neq̄ (inquit) in labiis
suis. Ac si diceret. Omnia quæ prouenerūt ei
ita sustinuit Iob: & ita supportauit: vt nec in
verbis labiorū blasphemaret deū: neq̄ in cordis cogitationibus reprehenderet: neq̄ in animæ consiliis culparet. Quomodo malum cogitaturus erat Iob in corde suo aduersus deū:
qui pro filiorum cordibus curam gerens: dixit: ne forte filii mei in cordibus suis mali aliquid cogitauerint aduersus deum? Non peccauit (inquit) in cōspectu dn̄i corde: male cogitando: neq̄ in labiis suis: illicita loquēdo. Super hęc oīa nō dedit (inquit) insipientiā deo.
Quid est qd̄ dicit: non dedit insipientiā deo?
Ac si diceret. Non extitit infidelis deo: nō extitit infirmus: neq̄ istabilis: neq̄ perfidus: neq̄ commotus. Non dedit insipientiā deo. Nō
enim fuit queādmodum domus illa quę super
arenam est fabricata: quæ non habuit fundamentum: hoc est fidei ac pietatis firmamentum: quæ facile ventis: & aquis commota: cecidit. Sed non fuit talis beatus Iob: sed firm⁹:
stabilis: atq̄ immobilis fuit. Idcirco oīs impetus nequissimi: & oīs inundatio diaboli sub
uertere: vel deiicere immobilē illū non potue
runt. Hoc itaq̄ demōstrans: dicit. Nō dedi insipientiā deo. Sicut diximus nō extitit infidelis deo: neq̄ infidigraphus: neq̄ ingrat⁹. Aut
adhuc (inquit) non dedit insipientiā deo. Ac C
si diceret: nō fecit sermones dei: neq̄ testimonia eius infidelia: neq̄ superuacua: neq̄ mendacia. Quę verba dei: vel quæ testimonia? Ea
quæ ad diabolum locutus est: testimoniū per
hibendo Iob: non fecit ea infirma: vel superua
cua succumbendo: atq̄ detrahendo: sed fidelia illa atq̄ firma fecit: cū gratiarū actione suf
ferendo cuncta sibi accidentia. Merito ergo di
cit: non dedit insipientiam deo: non extiterūt
testimonia dei de illo infirma: neq̄ mendacia
per illum: sed fidelia: ac firma: atq̄ vera. Non
dedit vllam occasionem: vel suspitionem infidelitatis deo. Non necesse habuit deus confundi de his: per quæ velut fideli testimoniū
perhibuit illi. Nam cum esset firmus: & fidelis: non dedit insipientiam deo: hoc est infidelitatem deo. Q̄ autem erubescat deus infide D
libus: atq̄ infirmis: ipse dominus ostendit dicens. Qui erubuerit me: cōfundet hūc fili⁹ hominis cum venerit in maiestate sua. Deus vero attestabatur fidei Iob: diabolus vero attestabatur īfidelitati. Deus testificabatur q̄ nō
propter pecuniam: sed propter dilectionē coluerit illum Iob: diabolus vero cōfirmabat q̄
nō propter dilectionem colebat illum Iob: sed
propter substantiam. Postq̄ vero omnia ei abs
tulit diabolus: & rem familiarem: & filios: &
in eisdē gratiarū actionibus permaneret Iob
circa deū: tunc nihilominis apparuit q̄ non
propter pecuniam: sed propter dilectionē seruiebat deo: tunc scilicet testimonium diaboli
infirmum: ac mendax factū: dei vero testimonium verū: ac fidele probatū est. Hęc sane vni
uersa vno verbo ostendēs: atq̄ perstringēs: di
cit: In his oībus quę ei acciderūt: nihil pecca
uit Iob: neq̄ in cōspectu dn̄i: neq̄ in labiis suis
& non dedit insipientiā deo. Studeamus etiā E
o viri studeamus omni virtute nostra o amici
vt non demus infidelitatem deo: vt nō existamus ei infideles: neq̄ in fide: neq̄ in verbis: ne
q̄ in factis: neq̄ in cogitationibus: neq̄ in con
siliis: neq̄ in impietate: neq̄ in tribulationib⁹
neq̄ in delitiis: neq̄ in gloria: neq̄ in paupertate: sed hæc vniuersa cum patientia transeamus: atq̄ cum gratiarū actionib⁹ sustineam⁹:
vt in omni vita nostra fideles deo: & firmi i fide: ac pietate reperiamur ad instar beati Iob:
qui in omnibus quæ ei acciderunt fidelis permansit coram deo: & fidelia omnia ostendunt
de se testimonia eius: q primus hominū post
Abel: atq̄ Abraham his q in mūdo sunt bono

rũ dereliquit formã:qui nominatur:atq; magnificatur inter homines in perpetuo:q requiescit cũ angelorũ choris in gloria incorruptibili in infinita sæcula. Qua requie etiam nos oẽs dignos habeat misericordia domini.

Explicit Liber Primus.
Incipit Liber Secundus Origenis in Iob.

F Icut pulcherrimi solis radii delectabiles sunt ad vidẽdũ omni homini illibatos oculos habẽti:ita & admirabilis Iob passio desyderabilis est:ac delectabilis:atq; necessaria ad audiendũ:omnibus piis:omnibus credentibus:omnibus deũ timentibus:atq; deum diligẽtibus. Nã admirabilis Iob:cũ prima congressione victoriã de diabolo pfecisset:atq; triũphator de maligno extitisset:quãto magis victoriã de illo sumpsit tanto amplius illũ ad zelũ circa se:& ad mai⁹ certamẽ:atq; bellũ cõmouit. Velut eñ ĩextinguibilis ignis flãma succẽsus nequissimus tractans apud semetipsum:dixit:Nũc mihi ẽ belli tempus:nunc victoriæ spes mihi nusq̃ est. Nunc exurgã ad certamen circa Iob:nũc euidẽter cecidi ꝓpter tolerantiã eius. Nõ(inqt) est mihi fugiendum. Non enim permittit superationem virtus ipsa quæ nunc est:sed adhuc est mihi congrediendum. Timeo enim ne rursus terribiliter cadam ante eum. Sed interim fugit cum non valet:& congredi non audet:& concertare metuit. Melius est(inquit) vt congrediar:q̃ ante secundam luctationem indeliberanter fugiam:aut ante secundam cõgressionem inutiliter terga vertam. Forsitan (inquit) in secunda congressione victoria ad me reuertetur. Forsitan enim contemnit sua:& filios:seipsum aũt nõ cõtemnit:suũ ꝓpriũ corpus nõ spernit:proprios suos dolores non despicit. Quęrã illũ:ipsum requiram:corpus ipsius percutiã dolore:liquefaciã vulneribus:cõsumã vermibus:forsitan his doloribus succũbẽs maledicet:forsitan hãc pœnã non sufferens blasphemabit. Diuersa enim immutãtur tempora:aliquãdo huc:aliquãdo aũt illuc flectũtur. Merito(inqt)est etiã mihi adhuc spes victoriæ. Hæc itaq;:atq; his similia cogitans
G atq; apud semetipsum tractans nequissimus diabolus:rursus impudẽtia vtitur:rursus ĩportunitatẽ demõstrat:rursus tãq̃ canis rabidus in baculũ irruit:nõ cõsyderãs propriam deiectionẽ:nõ intelligẽs propriã deformitatẽ Rursus ante faciẽ dei subintroire audet:rursus irreprehensibilẽ illũ Iob reprehendere nõ metuit:quo magis per omnia confusus:atq; cõuictus existeret. Hæc nãq; vniuersa demonstrãs:atq; cõmemorãs:dicit. Et factũ est quasi dies illa. Quę dies? Dies tẽporis:dies opportunitatis. Et factũ est quasi dies illa. Dies tolerãtiæ:dies cõsummationis:dies adimpletionis primæ victoriæ Iob. Et factũ est quasi dies illa. Dies in qua diabolus cecidit:Iob vero surrexit:dies in qua diabolus humiliat⁹ est:Iob vero exaltatus:dies in qua diabolus confusus ẽ:Iob vero coronatus est. Et factum est quasi dies illa:in qua rediuiuũ iudiciũ inter Iob & diabolũ est auditum:in qua rediuiuę coronæ Iob ab angelis aptatæ:atq; consecratæ sunt. Factũ inquã est quasi dies illa:similis ei de qua superius dictũ est:de qua iã superius plurima diximus. Et factũ est quasi dies illa:& venerũt angeli dei vt starent ante dominũ:& diabol⁹ venit cũ illis vt staret ante dominũ. Venerunt H
angeli:nõ de loco in locũ trãslati:nõ de regione ad regionẽ trãseũtes:non de prouincia ad prouinciã cõmeantes:sed ante dominũ iugiter perseuerantes. Nã sicut iustis lux semper:ita facies dei super iustos semper:ita ante deũ iusti semper:multo magis gloriosi atq; sancti angeli:qui indesinẽter ac perpetue permanẽt ante deũ in gloria. Venire aũt dicunt:vel ire cũ ad ministeriũ fuerint missi:cum legationes adimpleuerit:cũ mãdata pfecerint:cũ ꝓpter eos q patiẽter sustinuerint:deũ magnificauerit:cũ ꝓpter eos q salutẽ adipiscũtur deũ laudauerint:quãdo pro pfectis cœlesti dño confessi fuerint:quando pro oĩmodis dei miraculis æterno regi indesinẽter gratias egerint. Et nolite mirari o amici q; angeli venire:vel ire dicũtur:qa maiora atq; mirabiliora audituri estis. Nã & ipse deus q est angelorũ:atq; oĩm spirituũ rector & cõditor venire/& ire dicit:descẽdere & ascẽdere:sedere & surgere:dormire:& a somno surgere. & qđ ẽ oĩb⁹ stupẽdũ magis:dr tãq̃ potẽs crapulatus a vino. Exurge quare obdormis dñe? exurge & ne repellas in finẽ:& suscitatus est tãq̃ dormiẽs dñs:tãq̃ potẽs crapulatus a vino:& descẽdit dñs:& locutus est cũ Moyse:& ascẽdit de⁹ postq̃ locutus est ad Abrahã:& alia innũera his similia de deo in scriptura reperiuntur fuisse dicta. Si ergo ĩmobilis:& inexcitabilis:& ĩemigrabilis atq; simplex in hisdem semper iugiter permanẽs de⁹:hæc vniuersa dicitur & ire/& venire venit(inquit)deus ad Balaam:& sedere:& surgere:quid magnũ si angeli eius:atq; ministeriales spiritus venisse ad deũ dicuntur ad increpandũ diabolum:atq; oẽs qui operãtur

olũtatẽ illius: & ad testandũ sanctis atq; syn
eritatibus eorũ: quas habẽt circa deũ. ad ma
nificãdũ deũ in misericordiis eius: & bonita
ibus eius: atq; longanimitatibus: & inuesti
abilibus ei⁹ miraculis: q̃ indesinẽter ostẽdit
irca gen⁹ humanum. Sic ergo venerũt: & ve
iũt angeli ante deũ. Prima vice venerunt vt
ustificationib⁹ Iob attestarent̃ & fidei / ac pie
ati eius; sed tunc sane solis iustificationibus
ob attestati sunt. Nunc vero secunda vice ve
iẽtes ante deũ: nõ solis iustificationibus eius
unt attestati: sed & tolerantiæ: & iustificatio
ibus: patiẽtiæ quoq; / ac cõstãtię: atq; dilectio
is quã erga deũ habuit plenitudini. Istis nã
q; oĩbus attestantes gloriosi angeli: necnon &
iaboli nequitiã accusantes: atq; mendacẽ illũ
õprobãtes venerũt ante deũ: cũ q̃bus & dia
olus venit. Venit nihilominus non facie ad
aciẽ: sed cõsiliis: & cogitationib⁹: sensibus: at
q; tractationibus: desyderiis ac deliberationi
bus. sicut superius p̃ plurima demõstratũ est.
Quas cogitationes cũ videret deus: respõdit
illi: dicens. Vnde venis tu? Respõdit nihilomi
nus nõ labiis loquẽs: nec verba depromẽs: ne
q; colloquio suo iniustũ illũ dignũ faciens: sed
nec oĩno in p̃sentia eũ suscipiens. Nã ille quia
a sanctis execrat̃ / & odio habet̃ atq; cõculcat̃:
in cõspectũ dei nũq̃ veniet. Si em̃ impii (vt su
perius dictũ est) nõ resurgẽt: neq; peccatores
in cõcilio iustoꝝ: m̃lto magis omnium imple
tatũ prouisor: atq; totius peccati auctor dia
bolus in cõciliũ diuinũ non veniet: neq; deifi
co colloquio dignus habebit̃: iuxta oĩa quę in
anterioribus memorauimus. Venit ergo: cõ
siliis / & cogitationibus: atq; desyderiis: & au
diuit nõ colloquiũ: sed increpationẽ: atq; ob
iurgationẽ nequissimarũ cogitationũ suarũ:
atq; infestorũ desyderiorũ ac deliberationum
suarũ: quę demõstrãs: dicit. Et respondẽs dñs
ait ad diabolum. Vnde venis tu? Interrogat
pręscius: atq; prouid⁹ qui oẽm sciẽtiam cũctis
præstat hoĩbus: interrogat refugãt: apostatã:
aduersariũ: nequissimũ: iniustũ. Interrogat:
vt ex ore illi⁹: atq; ex respõso illius eũ arguat
& cõdemnet: atq; cõuincat: vtpote mendacẽ:
& malignitatis zelo: ac liuore repletũ. Vnde
venis tu deiecte: cõfuse: humilitate? Vnde tu
venis victus: supatus: conculcatus? Vnde tu
venis q̃ de excelsis es expulsus: & sup terrã es
cõdẽnatus: q̃ de cœlis es proiectus: iter hoĩes
abdicatus? Vnde tu venis: q̃ post iniquitatem
festinas: qui post iniustitiã curris? Tu q̃ homi
cidia appetis: tu q̃ adulterii es cupidus: tu qui
sanguine potaris: qui omniũ impietatũ super
terrã es prouisor: omniũ malorũ inter hoĩes
inuẽtor. Vnde tu venis? Tu q̃ tẽpus nõ habes
tu qui quietẽ nõ expectas: tu q̃ resumptionis
memor nõ es: neq; requiẽ speras. Vnde tu ve
nis? Confitere: & noli negare: ostende: & noli
celare. Sed non accipiens hęc nequissim⁹: nec D
oĩno audisse se simulans: pro aliis alia respõdit
dicẽs. Circuiui omnẽ terrã: & peragraui vni
uersum orbẽ q̃ sub cœlo est. Subtiliter fingis
o infelicissime diabole: humiliationem tuã te
gis: deformitatẽ tuã reticescis: cõfusionẽ tuã
minime depromis: q̃ a luto conculcatus fue
ris: q̃ a terra deuictus: q̃ a puluere fueris su
peratus. Lutũ em̃: & terra: & puluis est Iob: p̃
pter terrenũ corpus: sed interim terrenus: ac
luteus superauit (inq̃t) te o diabole: q̃ cũ sis ĩ
corruptibilis spiritus: tanq̃ fulgur de cœlo ce
cidisti proiectus. Corpus scilicet luteũ supa
uit fulgorẽ incorruptũ: spiritũ immortalẽ: at
q; incorporeũ. Hãc scilicet cõfusionẽ tuã reti
cescẽs: ac p̃termittẽs o callide diabole gloria
ris / ac plaudis q̃ terrã circuieris: & ea quę sub
cœlo sunt peragraueris. Sed hoc ĩ maximam
deformitatẽ tuã dicis: nã gloria tua: atq; ela
tio referta est omni deiectione. Si em̃ tãtũ po
tuisti vt oẽm terrã post hęc oẽs terrenos: atq;
vniuersos qui sub cœlo sunt circuires: ac q; pa
grares: hoc est cõculcares: atq; sub te subiice
res: q̃uo nõ potuisti vni terreno: atq; corrupti
bili Iob p̃ualere? Sed oĩs potentia tua: ac vir
tus: atq; prędones exercitus tui: & gladius eo
rũ: & triplicia equitũ tuorũ cornua: & ignis q̃
de cœlo cecidit: vt tu dixisti: & vẽti q̃ ab ere
mo venerũt: q̃d erat tuæ nequitiæ inspiratio:
vniuersa (inquit) hęc infirma: ac superuacua
extiterũt per iusti Iob tolerantiã: atq; per gra
tiarũ actiones confusa: atq; aduersa. Post quæ E
vniuersa non (inquit) te o diabole interrogo
quã terrã circuieris: & ea q̃ sub cœlo sunt per
agraueris. de istis nanq; interrogare te opus
nõ habeo. Scio enim q̃ incessanti neq̃tia inde
finenter cũcta q̃ sub cœlo sunt circuis: & p̃uo
las: vt pote aerius spiritus fulguris velocitati
consimulatus. Non (inquit) te de hoc iterro
go: sed hoc: vnde veneris: vel a quibus veneris.
Ab inconfuso: confusus: ab exaltato hũiliat⁹: F
a glorioso spe vacu⁹. De istis (inq̃t) ĩterrogo
atq; de his te admoneo: cũ stes velut igneis ia
culis stimulatus. Quis em̃ ẽ maior ignis dia
bolo q̃ hic: vt a carnali & terreno superet̃: atq;
conculcet̃: cũ sit spiritus incorporeus? Vnde
tu venis seductor: insidiator: humiliatus: de
iectus: confusus. Vnde tu venis? Vbi est arro
gantia tua? vbi est elatio? vbi magniloquium
tuũ? Vbi sunt mẽdacia tua: q̃b⁹ dixisti: q̃ me
Iob p̃pter pecuniam coleret. Tu facultates ei

abstulisti: ego vero gratiarum actiones atq; cõfessionem ab eo suscepi. Nam cũ tu (inqt) omnẽ substãtiã eius abstuleris vt non habeat vnde mihi hostias offerat: solita gratiarũ actionum mihi sacrificia immolat ex mundo corde atq; consciẽtia pura. Vnde venis tu o diabole? Non a pœnitẽtia: non a cõuersione: neq; ab hoc q; deformitatẽ tuam videns cõfundaris. Sic itaq; interrogo te malignissime vnde venias. Non enim venis sicut pridẽ ab Adam cum victoria: sed sicut post hoc a Iob cũ confusione. Adam enim olim seduxisti: sed Iob post hoc non supplantasti. Adã de paradiso eradicasti: sed Iob a sanctitate non auertisti. Vnde tu venis de excelsis expulsus: & de cœlis deiectus: de angelorũ choris proiectus? Vnde venis tu qui super terrã iniustitiam germinasti: qui sub sole impietates disseminasti: qui ea q̃ sub cœlo sunt vniuersa malis replesti: Vnde venis tu? Tu qui es mortis auctor: malorũq; inuentor: atq; malorũ omniũ initiũ: iniquitatis operator: pater mendacii: Vnde (inquit) tu venis? Circuiui (inqt) omnẽ terrã: & peragraui vniuersa quæ sub cœlo sunt: & ecce ad

H sum. Adsum (iquit) qui non succumbo: neq; humilior: qui nõ cõuertor neq; satisfacio: qui pœnitẽtiam non ostendo: sed tanq̃ vitiis indomitus persto. Mutaberis (inquit) o diabole in dilectissimo tuo: hoc est in temetipõ. Nam cũ non flecteris: neq; subiiceris: neq; pœnitentiã demonstras: in irremediabilẽ inferorũ pœnam demergeris: inextinguibili igni gehennę traderis: & tu & omnes qui te ad infidelitatẽ sequũtur: tu inquã & omnes q per te ad impie-

I tatem persuadentur. Adsum (inqt) is qui nõ ita est in factura sua factus: sed in operibus ita demõstratus. Qui nõ ita est fact⁹ natura: sed exiuit voluntate. Non enim in factura naturæ: sed in volũtatis operatione diabolus est factus. Adsum (inquit) is qui peccatis congaudeo: qui impietatibus lætor: qui iniquitatib⁹ iocundor: qui omni iniustitia & omnibus impudicitiis atq; omnib⁹ malis delector. Adsum inquit is qui spem nõ habeo: qui salutẽ non expecto: qui misericordiã nõ sustineo: qui refrigerii nõ sum memor. Circuiui (inquit) terrã & peragraui eã: & ea quæ sub cœlo sunt: & ecce adsum. Cui post hæc omnia respõdẽs deus dicit. Non te de hoc interrogo qualiter terrã circuieris: hoc est eos qui terrena sapiũt: neq; de hoc quemadmodũ ea quæ sub cœlo sunt p agraueris: hoc est eos qui cœlestia non desyderant: sicut & tu ipe: qui cœlo reuerti vltra nõ potes: sed hoc te iterrogaui & interrogo: Animaduertisti ad puerum meum Iob? ac si diceret et: intellexisti quid sit Iob? Relaxasti sensum tuũ ad eũ: cognouisti ne illum: vel probasti indeclinabilẽ fidẽ eius / & immobilẽ firmitatẽ / & inuiolabilẽ fortitudinẽ: & inuiolabilẽ pietatẽ atq; religiositatẽ illius? Animaduertisti vel intendisti ad puerũ meum Iob? ac si diceret: Certus es o inimice omniũ bonorũ diabole: vter nostrũ veritatem dixerit ego an tu: vter absq; mendacio loquutus fuerit: ego qui ei testimoniũ perhibui: an tu qui eũ accusasti. Dicis q; terram circuieris: & ea quæ sub cœlo sunt peragraueris: reperisti similẽ Iob: vidisti ne æqualem illi? Ob hoc (inquit) te interrogo vnde veneris: vel vnde venias: vt ostẽdã Iob sanctitatẽ: ac meritũ: patiẽtiã quoq; / ac victoriã: gloriã nihilominus / atq; coronã: tuã vero deiectionẽ: & humiliationẽ: cõfusionẽ quoq; atq; perditionẽ. Q̃q̃ enim tu neges: sed ego ostendã. Quis tu nõ confitearis: sed ego non sileo. Terram enim te circuisse dicis: perditionem tuã vero nõ depromis. Cũ abscõdis tuã deiectionẽ: coronas Iob furaris. Respexisti ad puerũ meum Iob: qui caput tuũ conculcauit: qui humiliauit altitudinẽ tuã: qui deiecit elationẽ tuã? Gloriaris (inquit) nequissime Sathanas q; terrã circuieris: & ea quæ sub cœlo sunt peragraueris. Sed mala est hæc gloriatio tua: atq; inutilis elatio. Ad malũ enim circuisti terrã: & ad iniustitiã peragras ea quæ sub cœlo sunt. Peruolas enim pelag⁹ & aerẽ: & penetras omnes gẽtes / prouincias / ac regiones, vt plurimos filios gehẽnę facias: vt pluriores tuæ pœnæ efficias participes. Sicut enim canis rabidus vias ac transitus percurrit: vt oẽs quos ante se inuenerit: alios qdem morsibus vulneret: alios nihilominus in stuporem deducat terroris: ita & tu (inquit) neqssime Sathana: terrã circuis: & ea quæ sub cœlo sunt vniuersa pagras: nõ vt aliquem cõponas: sed vt cũctos extermines: quorũdã animã per peccata vulnerans: aliorũ nihilominus mentes obtũdens atq; infatuans. Et cur superius sa- I ne illũ diabolũ appellat: nũc vero Sathanam? Diabolus enim accusator interpretatur: Sathanas vero resistens vel rebellis: aut etiã contumax. Ergo quia superius occulte qdem accusauit Iob ad deũ: idcirco supius diabolum illũ appellat: vtpote accusatorem. Nunc vero rursus qa ad euidentem cõtumaciã circa Iob peruenit: merito Sathanã illum dicit: vtpote rebellem. Respexisti ad puerũ meũ Iob o infelix diabole? Cũ dolore audisti: q; puerũ suum nũcupauit de⁹ Iob. Dolor tibi fuit hæc vox amaritudinis: hæc auditio grauis tibi fuit: hic dict⁹ ve tibi fuit pro hoc testimonio quod at

ratus est deus Iob/dicēs. Respexisti ad pue-
meū Iob? Et ante (inquit) puer meus fuit: &
puer meus permanet: & tuę nequitię accu
o nihil ei prēualebit. Respexisti ad puerum
um Iob? Superius dixit: Animaduertisti ad
erū meū Iob: nunc vero respexisti ad puerū
ū Iob. Ac si diceret: Vidisti/probasti/certꝰ
quia & antea seruus meus fuerit: & nūc ser
s meus permanet: & a mea (inqt) seruitute
q̄ fugit: nec fugiet. Et ipse (inqt) testis sum:
ngeli mei auditores: qui in conspectu meo
sientes: & Iob tolerātiam mirātes: dixerūt.
gnū miraculū vidimus inter hoīes o terri
s creator omniū: nimio stupore dignum o
rne rector diuersorū. Vnus terrenꝰ homo
imo plasmatus nostris imortalibus angelo
choris multo inferior: illū qui ex immorta
is cherubin officiis cecidit: atq̧ proiectus
st diabolum: sola tolerātia: ac deuotis gra-
rū actionibus superauit: atq̧ in fugā vertit
ēs fraudes eius: atq̧ iniquitates supuacuas
nōstrauit. Respexisti (iquit) ad puerū meū
? Ad illū obtēperantē puerū: atq̧ verū: qui
cussus nō discessit: qui cęsus est: & nō deli-
it: q tibi est traditus & nō me denegauit: qa
percussus est: & mihi gratias agit. Istū (in
t) puerū respexisti q aduersum te stetit: &
hi non restitit: q aduersum te dimicauit: &
adorauit: q te cōculcauit: & me nō contē-
: qui te odio habuit: & me dilexit? Ad hunc
uit) puerū meū respexisti? Ad hūc cui simi
in tolerātia a tēporibus Abel nō fuit? Abel
cū semel sustineret iternicionē: trāsiuit: &
quieuit. Iob vero cū plurimo tēpore sustine
: diutius morte affectus ē: & multipliciter
loribꝰ mulctatus: atq̧ afflictus: in quo appa
(inqt) q̧ nō est illi similis homo sup terrā.
rahā non est: Melchisedech translatus est:
e requieuit: Enoch eleuatꝰ est: Abel assum
is est. Merito nō est illi similis aliꝰ homo su
terrā. Ex his qui nūc sunt: ex his qui modo
ūt: nō est illi similis sup terrā. Intēde quia
dicit nō est illi similis super terrā: ex his qui
rūt: vel erūt. Nā post hoc fuit Ioannes quo
ior inter natos mulierū nō fuit. Merito de
s qui tūc fuerūt: dicit: nō est similis illi alius
his q sunt super terrā. Ac si diceret. Ex his
i sunt super terrā in tēporibus eius: in die-
s eius: in vita illius: non est alius similis illi:
iustitia: in fide: in pietate: in tolerātia: ī con
itia: in gratiarū actionibus: in misericordia
q̧ in omnibus virtutibus: nō est alius homo
ilis illi in terris. Quis alius ante eū: vl' post
talia sustinuit? & sustinēs gratiarū actiones
cōpensauerit pro vehemētioribꝰ doloribꝰ:

atq̧ amarissimis pœnis? Quis extitit toleran- D
tię Iob forma? nullus. Abrahā eīn filiū immo-
lare p̄ceptus est: sed protinus idētidē viuū il-
lū suscepit: quē mactaturus: atq̧ immolaturꝰ
fuerat. Iob vero nō ita: sed repēte: subito: inspe
rate septē filios: & tres filias simul parit mor-
tuos: & nūq̄ reuiuiscētes audiuit: & vidit: sed
fides ex eo mortua non est: neq̧ patientia: neq̧
gratiarū actio: neq̧ dilectio quā erga deū ha-
buit. Sed quēadmodū aurū per ignē transiens
splēdidius: atq̧ gloriosius efficit: ita & Iob ten
tationū ignē transiens clarior atq̧ deo pretio
sior: atq̧ acceptabilior cōprobatus est. Merito
ergo dicit: Nō est similis illi sup terrā. Fulget
(inquit) tanq̄ sol veritate: ac patiētia: relucet
fide: & tolerātia: velut cœli lumīaria. Ob hoc
nō est similis illi alius super terrā: firmus vt la
pis: vt fundamētum immobilis: tanq̄ adamas
incōminutus. Non est similis illi ex his q sunt E
in terris. Sine querela: vtpote nec ab angelis:
nec ab hominibꝰ in vllo est reprehēsus. Iustus:
vtpote iusto dei iudicio iustus cōprobatꝰ. Ve
rus: vtpote/nec ī verbo: nec ī facto: neq̧ in ma
gno: neq̧ ī minimo falsitati approximās: neq̧
mēdacio cōmunicans. Dei cultor: vtpote: non
oberrāti animi cōscientia vnū colens omnipo
tentem: omnium creatorē: patrē Iesu Christi.
Abstinēs se ab omnibus operibus malis: & an-
tea: & nūc: ab initio & vsq̧ in finē. Nō eīn: nec
antea facultatū abundantia: neq̧ nunc bonoꝝ
perditio ad mala eum declinauerūt. Sup hæc
omnia quidem summo singulari atq̧ mirabili
modo perseuerās in simplicitate. Cū tanta (in
quit) a te sustinuerit: cū tāta a te passus fuerit
tanta ex tua malitia supportauerit: adhuc per
seuerat in simplicitate. Omnes q in doloribus
& in tormētis: atq̧ in passionibꝰ fuerint: ipsis
doloribus examaricati: atq̧ exaggerati: ama-
riores: & noxiores: atq̧ peiores efficiunt. Sed
nō ita est (inquit) constantissimus Iob: sed ita
nō est admirabilis ille vir: sed adhuc perseue-
rat in simplicitate. Ac si diceret: adhuc inno-
cētior in ipsis doloribus perseuerat: adhuc lon
ganimior: adhuc modestior: adhuc benignior
adhuc iustior: adhuc syncerior circa deū Quā
tū eīn (inquit) tu o diabole augmētasti ei ma-
la: tātū Iob adiecit ad innocētiam: Adhuc per
seuerans in simplicitate. Adhuc inquit: ac si
diceret. Super oīa quæ ei fecisti: super oīa quæ
ei ostēdisti: super oīa quibꝰ eū afflixisti. Super
omnia hęc videlicet adhuc perseuerat in sim-
plicitate. In pręcedētibus laudatur Iob a deo: F
vtpote iustus: ac verax dei cultor: nūc vero ad
iecit illis deus super hāc laudē dicēs: perseue-
rans in simplicitatee sua. Bene ac digne. Figu

ra em̄ fuit eorũ:quę in noua gratia oĩa in simplicitate trãsierunt:atq; sustinuerũt:nulli malũ pro malo reddẽtes:sed pręceptũ dñi adiplẽtes:dicẽtis. Diligite inimicos vestros:& benedicite eis q maledixerint vobis:& volẽti auferre palliũ tuũ dimitte ei & tunicã. Horũ nãq; oĩm typũ gerẽs beatus Iob cũ hoc q in simplicitate pseuerauit:atq; cuncta sustinuit:cũ hoc ipo etiã auferẽti palliũ suũ:hoc est oẽm substãtiã suã diabolo: & tunicã dimisit: cõscindẽs illã:atq; proiiciẽs illi:& dicẽs. Quæ postulasti a deo:accepisti:tolle & hęc q̃ nõ quęsisti:tunicã/atq; palliũ meũ. Perseuerãs adhuc in simplicitate. Nã quãtũ ad tuos sermones o diabole aduersarii in eũ insurrexerũt:inimici eũ depdati sunt:sed nec istis ĩ aliquo replicauit:sed circa istos oẽs simplicitatẽ ostendit. Merito dicit perseuerãs in simplicitate:typũ atq; figurã gerens dñi dicẽtis per prophetam de semetipso. Ego aũt tanq̃ agnus immaculatus duct⁹ sum ad sacrificium. Sic itaq; admirabilis Iob pseuerat in simplicitate:sup hęc vniuersa q̃ ingessisti ei:pseuerat in simplicitate. Et quis(inquit) post hoc ex his q audierit vl' agnouerit nõ me rephendat q tantum pmisi tuę crudelitati aduersus iustũ illũ insurgere: & ita ĩmisericorditer innocentẽ vexare? Post q̃ vniuersa perseuerat in simplicitate. Ecce(inqt)antea laudaui testificãs tibi quis fuerit Iob: ecce nũc adiicio sup laudẽ eius/dicẽs:Perseuerat in simplicitate. Perseuerat(ait)id est expectat. Quid expectat? Expectat tolerãtiæ remunerationem:expectat coronas innocẽtię. Aut adhuc expectat ĩquit. Quid(inqt)expectat? Te(ait)expectat o diabole tanq̃ audax belligerator:tanq̃ cõstãtissim⁹ pliator:tãq̃ admirabilis vir fortis. Sic itaq; ait:expectat:ñ dubitat:ñ terga dedit:sed adhuc expectat. Adhuc:inqt:expectat: vt te superet:atq; deuincat:conculcet:atq; hũiliet: & omnimode deiectũ:atq; cõfusum demonstret. Cũ talẽ ergo noueris esse Iob: & ita p̃pter te expectantẽ ad secũdã cõgressionẽ:si audes approxima:incipe:apprehẽde paratũ:inuenies te expectantẽ. Adhuc(inquit)expectat in simplicitate: Tu autẽ terrã circuis: & ea q̃ sub cœlo sunt peragras:vt idola fundas:vt adulterium germines:vt homicidium multiplices: vt sanguinẽ effundas:vt artes magicas:& auguria: et diuinatiões:atq; maleficia dissemines:vt infidelitatẽ doceas:vt dei blasphemia:atq; omnibus malis ea q̃ sunt sub cœlo repleas:vt castos vel castas polluas:vt pios ad ĩpietatẽ declines: vt iustis molestias:atq; tribulationes suscites.

G

H Pro his(inqt)oibus tu o diabole terrã circuis et ea quę sunt sub cœlo peragras. Iob vero non ita:sed expectat adhuc in vno loco tanq̃ in eadẽ patiẽtia:& veritate: in eadẽ fide & pietate atq; dei cultura fundatus/stabilitus atq; cõfirmatus:& nunq̃ ab ea declinatus:aut pręuaricatus. Sic itaq; expectat immobilis: atq; innocẽs. Aut adhuc expectat in simplicitate. Colũba(inquit)est simplex:rationabilis:spiritalis: incorruptione digna:acceptabilis:angelis dei familiaris. Idcirco tanq̃ columba simplicitatẽ ostẽdit. Nã sicut colũba de nido effugata sublatis sibi pullis:atq; ante oculos mactatis: non indignat:neq; terret:neq; nidum deserit:neq; ad malitiã immutatur:ita & beatus Iob cũ nidus ab eo auferret:hoc est diuitię/atq; substãtia:& filii eius interficerẽtur ante oculos eius non est indignatus: neq; ad malitiã hoc est ad blasphemiã:aut ad maledictionẽ est imutatus sed cũcta sustinuit cũ innocẽtia: atq; gratiarũ actionibus. Pro his ergo oĩbus dicit perseuerãs in innocẽtia. Tu vero dixisti pdere rem ei⁹ sine causa. Nũc rem eius dixisti vt pderes:post paululũ autẽ carnes eius dicis vt pdas:vt ista in simplicitate sustinẽs Iob augmentũ gloriosarũ coronarũ accipiat: & tu(inqt)o versute diabole augmentũ confusionis: & deiectionis: atq; ruinę pcipias:vtpote & de cœlo deiectus et ĩ terris ab Iob pstratus:etiã & ĩ hoc vltimo expectãs qñ a dño Iob atq; oĩm rectore deo vnigenito p crucẽ psternaris atq; ĩ inferos demergaris. Tu inquã dixisti rẽ eius pdere sine causa:neq; vt pcipiẽs/neq; vt ĩperãs. Caruisti enĩ hoc o diabole vt cũ potestate dicas iubẽdo/vel pręcipiendo:sed dixisti q̃rens/postulãs/supplicans/petẽs. Sic inquã dixisti rẽ eius pdere sine causa. Age(inqt)q; ille hoc est diabolus ita dixerit:ita petierit:ita quęsierit:ita supplicauerit: tu vero cur exaudisti:cur acquieuisti:cur dedisti:cur sine cãrẽ illius iusti pdere pmisisti? Ob hoc:inqt:exaudiui:ob hoc acqeui: ob hoc rẽ:atq; filios ei⁹ pdere pmisi:vt appareret Iob iustitia:& diaboli iniustitia:vt appareret mea veritas:& diaboli mendaciũ: vt clareret meũ testimoniũ:& iniqui illi⁹ blasphemia. Dixisti: inqt:sed nõ vt iubẽs. Nisi:inquit:exaudirẽ:& acquiescerẽ:atq; traderẽ oẽm rẽ Iob ĩ potestatẽ diaboli:& pdere oĩne peculiũ:ac filios iuxta volũtatẽ suã pmitterẽ:nũq̃ vtiq; cognosceret diabolus:qa non pפter rẽ coluerit me Iob:sed propter charitatẽ: nunq̃ vtiq; quiesceret blasphemãdo sanctos ante deũ:& hoĩes:sed in hoc staret:atq; oẽs hoĩes scãdalizaret:quia & deus fauorabiliter colẽtibus se rem daret:& colentes illũ nõ propter dilectionẽ: sed propter rẽ familiaris gratiam ei seruirẽt. Merito ergo n̄ posset hæc dicere diabolus dedit illi in ptãt

rē Iob:& filios:& post paululū ipsum corp⁹
:s ad suppliciū.Si ergo cum tāta ingessisset
o:& ille in iisdē gṙarū actiōib⁹:atq; cōfessiōi
s pseueraret adhuc:sup hęc oīa eadē vsus ē
pudētia:atq; īprobitate dicēs:coriū:pro co
.qd faceret si oīm bonorū Iob ptātē nō acci
ret? Ob hoc(inqt)in ptāte ei⁹ tradidi:nō q
bolo placere voluerī:sed totū mūdū infor=
re festinās:q̄ sit mea iustitia:& diaboli ini=
itas:liuor quoq; eius:atq; iuidia:& q̄ sit iu=
rū fides & tolerātia:vel dilectio eorū circa
.Siliter petiit:& petet vsq; ī finē sclī p oīb⁹
tis:vt ptātē accipiat:vt corpa eoꝝ affligat
ıīas eorū tāgat.Sic afflixit martyres p prin
es huius mūdi igne: & gladio cōsumēs car
eoꝝ.Hęc nāq; fuit volūtas & petitio diabo
vt sanctos tormentis afficeret:atq; torqret.
hęc fuit sāctoꝝ oratio:vt oīa supplicia ppt
ū sustinētes æternę glīę apud eū ī fide effice
nt hęredes. Q3 aūt hęc petat diabol⁹ oñdit
dēter dñs dicēs:Sathanas petiit vt vos cri
aret tanq̄ triticū:& cętera.Hęc nāq; vniuer
ppt īprobitatē:atq; īpudētiā:zelū quoq;:ac
uidiā maligni quā habet circa sanctos:dicta
nt.Ad quē de istis loquēs deus dicit.Tu aūt
tisti rē ei⁹ pdere sine causa.Cui⁹ rē? Iusti:ac
:atq; credētis Iob.Desiderasti rē ei⁹ pdere si
causa:p tuo(inqt)zelo:atq; iuidia:pro tua
ligna suspitiōe callidissime diabole.Petisti
ei⁹ pdere sine causa.Nihil pagēs:vel pficiēs
i solā iniqtatē tuā:atq; malitiā.Petisti rē ei⁹
ere sine cā. Porro sine cā piit.Quare piuit?
abolo(inqt)sine cā piuit.Nihil eñ pegit:
q pfecit:cū rē ei⁹ pderet:nisi suā deiectiōnē:
p hūiliatiōnē oñdit.Iob vero hęc res nō sine
puenit:sed ad īgētem gloriā:& laudē:atq;
norē hui⁹ rei pditio puenit corā deo:& āge
ei⁹:& apud deū glīę augmētatio ei puenit:
up terrā duplex p remuneratiōe receptio:
p retributio.Sic itaq; diabolo qdē sine cau=
acta ē hui⁹ rei pditio:Iob vero nō ē facta si=
cā:sed p ętnę beatitudinis remūeratiōe:&
elis corā āgelis dei:& ī terra ī cōspectu oī3
tiū.Increpās ergo & redarguēs atq; obiur=
s diabolū:dixit.Tu vero petisti rē ei⁹ pdere
e cā:tu desyderasti:tu petisti:tu q̄sisti:tu rē
⁹ festinasti pdere sine cā:tāq̄ si diceret: Vbi
psumptio tua o diabole q mox vt rē ei⁹ abs
lisses cōtinuo eū a pia dei cultura:atq; eius
arū actiōib⁹ discedere fecisses? Vbi ē(inqt)
rogantia tua bonorū oīm inimice diabole?
bi tumultuatio tua:atq; seditio? Vbi labor
us:atq; sollicitudo? Vbi cōtētio tua:atq; al=
rcatio? Laborasti.n.atq; certasti bella diuer=
cōficiendo:& castra statuēdo: & equites de

mōstrādo:& igne exurēdo:& vētos admouen
do:& fundamēta quatiendo:& domos deiicie
do:atq; oēm sollicitudinē demonstrādo:vt iu
sti Iob rē:atq; filios pderes. sed frustra extitit
ingēs tuus labor:atq; sollicitudo.Rem eñ Iob
perdidisti:sed iustitiā eius nō pdidisti:sed fidē
eius:ac pietatē non dissipasti.Idcirco audi in=
quit cū increpatione.Petisti rē eius pdere sine C
causa:sed olim qdē rē Iob sine cā pdidisti: post
hoc aūt cū dñs venisset ad terras:illius vnguē
ti pditionē gratis fieri ęstimasti:dicēs p os Iu=
dę.Vt quid hęc pditio hui⁹ vnguēti facta est?
Et vnguētū sane qđ pro bono cū fide effusum
est pditionē iudicasti.Rē vero Iob q̄ cū iniqta
te piit:pditionē non ęstimasti.Et qđ maius est
hoc vnguētū:illud qđ a Iuda effusum est:hoc
est sanguinē vnigeniti:perditionē reputasti.
Nā sicut cū illic vnguētū illud effunderet:re=
pleta est domus illa vnguēti odore:ita & istic:
id est ī passiōe dñi:cū sanguis dñi effunderet:
repletus ē orbis terrę salutis suauitate.Sed in
his oībus nō cessauit neqssim⁹: & īprob⁹:atq;
impudēs diabolus:neq; confusum se recogno
uit:sed tāq̄ canis rabidus ad baculū infelix cu
currit:cū priorē suā deformitatē nō ītelligit:
sed sperat q per nouissimū bellū priorē ruinā
posset resarcire:nesciēs miser q nouissima pe=
iora priorib⁹ ei eēnt efficiēda.Idcirco post hęc D
vniuersa:respōdit diabolus añ deū:& dixit.
Coriū p corio.O īpudētia:atq; īprobitas tua
o diabole:tantā deformitatē:atq; cōfusionem
tuā nō cōsideras:sed inuerecūde:atq; idētidē
hoc est iterum/atq; iterū recurris cōtraria ti
bimetipsi loquēdo:ac dicēdo:atq; q̄rēdo:& te=
metipsum destruendo.Primū eñ dixisti cū ad
deū de Iob locutus fuisses:aufer illi rē:priua
eū diuitiis:minue eū opulentia:humilia eū de
altitudine:denuda illū his q̄ dedisti:si nō cōti
nuo ī faciē maledixerit tibi:& detraxerit:atq;
blasphemauerit.quasi magnū fuerit hoc vt di
uitię/atq; res eius familiares auferrent.Qđ er
go tūc magnificasti:vt ei res familiares aufer
rent:hoc nūc nimirū minoras.Qđ tūc singu=
lare:atq; indubitabile iudicasti:q sublatis di=
uitiis Iob cōtinuo esset blasphematurus:hoc
nihilomin⁹ nūc ad nihilū redigēs dicis:coriū
pro corio.Coriū diuitiarū p corio corporis:
coriū bonorū pro corio ossium.Hęc nāq; duo E
coria repetit:ac memorat istic diabolus:rē fa=
miliarem:& diuitias exterius corium:īterius
vero coriū corpus/& ossa.Coriū qđ nō valde
doleat rē familiarē:corium qđ valde doleat co
riū corporis.Hæc scilicet cogitās malignissi=
mus diabolus:a quo nūq̄ malę cogitatiōes de=
ficiūt:hęc ergo nequissim⁹ diabolus nequiter

atq̧ callide tractãs: dicit ad dominum de Iob: Coriũ pro corio: ac si diceret: qd magni passus est Iob? Quid graue sustulit hic quẽ defendis? Rẽ familiarẽ: & filios amisit: sed sperat ꝙ rursus & rẽ: & filios acquirat: cõfidit ꝙ & idẽtidẽ des sicut & ante dedisti. Pro hac ergo spe: atq̧ cõfidẽtia necdũ a te recessit: necdũ te reliquit necdũ te detraxit: necdũ te blasphemauit: qa necdũ tetigerũt illũ dolores corporis: qa necdũ apprehẽdit eũ ossium pœna. Coriũ pro corio. Exteriore (iquit) corio decoriatus: hoc est rẽ familiarẽ ablatã: contẽpsit: atq̧ ad nihilũ reduxit. Tãge interius coriũ eius: hoc est tormẽtis affice carnes eius: & cõtere carnes illius: & apparebit cõstantia eius: quã nunc habere videtur. Superuacua eñ est fides eius quã nunc

F circa te habere se putat. Coriũ pro corio. Ac si diceret: dolorẽ minorem: pro dolore maiore. Pœnã moderatiorẽ ꝓ pœna fortiore. Minorẽ (inquit) ac leuiorẽ: atq̧ moderatiorẽ sustinẽs Iob dolorẽ videt̃ adhuc cõstantiã habere: pro grauioribus leuiora facile sustinẽs: ꝓ acrioribus mitiora leniter sufferens. Nã oĩs pœna: & oĩs dolor q foris fuerit a corpore: leuior videt̃ esse magis q̃ illi dolores qui sunt in corpore. Ideo coriũ pro corio: hoc est pœna minor pro pœna maiore: dolor leuior ꝓ dolore vehemẽtiore. Nam aliud est rem familiarẽ amittere: et detrimẽta sustinere: aliud sane est carnibus ipsis putrescere: & vermibus repleri: & in puluerẽ terrę cõmassari hũore hulcerũ: q ex ipsis liquescẽtib[9] carnib[9] ducit̃. Idcirco facile sustinet Iob exterioris corii dolorẽ ꝓ dolore corii propinquioris: hãc rei familiaris direptionẽ: pro corporis afflictiõe. Q̃diu ergo leuiorẽ dolorẽ sustinet: illousq̧ a te nõ discedit: neq̧ negabit te. Immuta (ingt) coria: hoc ẽ imuta dolores: & cõtinuo immutari eũ ad blasphemiã sentiés. Coriũ (ingt) pro corio. Hui[9] rei exẽ

G plũ etiã in nobis videmus. Nã cũ pcutit̃ quilibet: vl' cędit̃: frequẽter manũ pro toto porrigit corpore: & protegit caput: & dorsum manu: & videt̃ illi vt in manu magis percutiat̃ q̃ in dorso: vel capite: & dat coriũ pro corio: coriũ manus pro corio capitis. Hęc itaq̧ vniuersa designans nequissimus: callide dicit de Iob: coriũ pro corio. Nã sicut hi qui vapulãt corio manus alteꝝ corporis protegũt coriũ: ob hoc tantũ vt corpus integrũ habeant: sic (ingt) & Iob exteriora rei familiaris detrimẽta cõtẽnit vniuersa: tãtũ vt corporis effugiat pœnã. Sic nãq̧ & hi qui in mari nauigãt: cũ pꝛiculũ passi fuerint: oĩa quę ĩ naui habuerint: cõtemnũt: atq̧ in mari proiiciũt ob hoc vt ipsi euadant: sic & quicũq̧ diuitũ cum in corporis infirmitatẽ inciderint: oẽm substãtiã suã libẽter offerũt: tãtũ vt corporis incolumitatẽ recipiant. Sic (inquit) & Iob omnes diuitias: & oẽm rem familiarẽ facile contẽnit: tantũ vt dolores nõ contingãt carnes eius. Quo autẽ proposito dixerit hæc vniuersa nequissimus dæmon: ꝑ hęc quę sequunt̃ ostendit: dicẽs. Omnia quæcunq̧ habuerit homo: dabit pro anima sua. Sic (inquit) & Iob omnia quęcũq̧ habuerit cõtẽpsit: tãtũ vt corpus cõseruaret illęsum. Sed adhuc (inquit) coriũ pro corio. Quis dixit hoc? Diabolus. Ad quẽ dixit? Ad deum. De quo dixit? de Iob. Quo proposito dixit? Superius multipliciter demonstrato. Super hęc autẽ vniuersa: adhuc audi de his quæ dudũ in principio facta sunt. Cõmonefacit istic nequissimus diabolus: quia pridẽ quãdo Iob pater: atq̧ patriarcha Adam: meis (ait) seductionib[9] obediẽs: te contẽpsit: ob hoc pelliceis tunicis a te creatore indutus est: pro vindicta abnegatoris: eo ꝙ te dereliquerit: ad me aũt ierit: & ex hoc huius rei mihi debitor extitit: merito nunc (inquit) corium pro corio. Corium (inquit) Iob: pro corio Adã: da mihi. Vexaturus erã coriũ Adã: & nõ me permisisti. Da ergo mihi coriũ Iob pro corio Adã. Da mihi coriũ filii pro corio patris. Exigã (inquit) a filio debitũ genitoris. Persoluat (ait) pellẽ: vel corium nouissim[9] nũc prioris tũc debiti. Vlciscar peccata prioris patris eius: atq̧ patris omnium. Hęc itaq̧ vniuersa memorãs: atq̧ de iis vniuersis admonẽs nequissim[9]: malignissime dicit. Coriũ pro corio. Coriũ Iob pro corio Adę. Coriũ filii pro corio patris. Coriũ posterioris pro corio prioris. Ita scilicet diuerse demõstrat̃: ac memorat̃ hoc qđ ait corium pro corio. Et adiecit dicẽs. Oĩa quæcũq̧ habuerit homo dabit: & eruet animã suã. Veꝝ est hoc: quia cũ ad periculum vel discrimẽ ꝑuenerit homo: oẽm rem familiarẽ contẽnit: vniuersam substãtiã suã spernit tãtũ vt animã eruat: vt animã suã incolumen liberet. Et nũc cum speras ꝙ aduersum Iob loqueris: pro Iob loqueris o inimice omniũ bonorum diabole: & nõ intelligis. Euidẽter eñ Iob plusq̃ cęteri plurimi oĩa quęcũq̧ habuit despexit: atq̧ contẽpsit: & diuitias: & possibilitatẽ: et filios: & rẽ familiarẽ: ob hoc tantũ vt animã suã acquireret: atq̧ lucrifaceret: vt animã suã illęsam / & incõtaminatã / atq̧ illibatã custodiret. Hęc scilicet dicẽdo o diabole: & teipm confundis: Iob vero ꝓpositũ ostẽdis. Oĩa q̃cũq̧ habuerit homo dat vt eruat aĩaꝫ suã. Ob quã rẽ: quia redẽptio viri ꝓpria ẽ substãtia. Oĩa q̃cũq̧ habuerit hõ dabit vt eruat aĩam suã. Hoc egit Iob: propterea aĩam suã inuiolatã cõseruauit.

c egerũt beati martyres. Idcirco postq̃ oĩa
ruptibilia atq; terrena cõtẽpserũt: post hoc
ilomin⁹ ꝓpriũ corp⁹ ĩ pœnã: atq; ĩ incẽdiũ
diderũt: ignẽ: atq; gladiũ sustinẽtes tm̃: vt
: suas mũdas: atq; castas deo exhiberẽt. Sed
rĩ videam⁹ adhuc post hęc q̃ bene digesta
t. Nã sæpe etiã a malo aliqd boni ꝑficiscit
ꝑ pessimus: & malignus ita voluerit: sed qa
us: ac bñdictus de⁹ maligni malitiã in bo
cõuertit: timẽtib⁹ atq; diligẽtibus se: sicut
vel martyrib⁹: atq; credẽtibus: q omĩ tole
ia supantes neqtiã ei⁹ ęternę vitę: atq; glĩæ
reditatẽ capiẽt apud deũ. Sic etiã nũc istic
no q maligne a diabolo dict⁹ est: oĩa q̃cũq;
uerit hõ dabit vt eruat aĩã suã ꝓ pietatis
nemoratiõe diligẽtib⁹ deũ ꝑficit. Verũtñ
dixim⁹ post hęc vniuersa maligni; ipsi⁹ dia
i: ex ipsi⁹ sermonib⁹ eius notã ostẽdam⁹ cũ
qtatis ei⁹ arma ĩ eũ cõuertim⁹. Dic o neqssi
diabole aduersum te ab initio de re familia
atq; diuitiis Iob locut⁹ es: nũc vero aĩam ꝑ
nis: aĩam noĩas. Ob quã rẽ: nisi ob hoc: quia
maligne de aĩa Iob tractas? qa callide animã
is q̃ris? Necdũ corii eius ptẽtẽ accepisti: nec
pellis ei⁹: hoc est corpis ei⁹: cõstãtiã appro
ti: & iã aĩę ei⁹ q̃ris supplãtationẽ: oĩa ĩquiẽs
ęcũq; habuerit hõ dabit ꝓ aĩa sua. Post hæc
iecit: dicẽs. Nõ ergo ita ẽ. Quid dicis o dia
le: nõ ita ẽ? Vel ob quã rẽ hoc dicis: nõ ergo
ẽ? Ac si diceret: nõ ẽ adhuc definitũ: necdũ
deliberatũ: nõ est sicut Iob arbitrat: q; iã vi
it: q; oĩa pfecerit: atq; ĩpleuerit: necdũ est in
e doloris: sed ĩ initio. Nõ ergo ita est sicut di
i ẽ: q; nõ sit illi filiis alius sup terrã. Quid oĩ
peregit? quid sustinuit? Quid supportauit?
ec quicq̃ magnũ aduersus futura. Cũ susti
erit nouissima tũc demũ laudabit: nũc vero
ita ẽ. Sed porrige manũ tuã: & tãge carnes
is: & ossa: si nõ in faciẽ tibi bñdixerit. Tange
nqt) rem familiarẽ: & filios: tãge diuitias: &
ssibilitatẽ: tãge (inqt) carnẽ: & ossa si non in
iẽ benedixerit: hoc est maledixerit. Patiẽtia
nqt) in dolore carnis ostẽdat: sufferẽtia ĩ os
pœna demõstret. Porrige manũ tuã idẽti
o diabole: manũ vt porrigas q̃rere fingis:
eadmodũ vt supius? Nã vere vt tibi tradat
pis: vt tibi ĩ potestatẽ det vis. Porrige manũ
ã. Ad qd faciẽdũ porrigã? tãge (inqt) carnẽ
ossa ei⁹. Affige (inqt) cõminue: cõtere: do
rib⁹ affice: putrefac carnes: & ossa ei⁹: & vni
ersas cõpages neruorũ illius: si nõ ĩ faciẽ tibi
aledixerit: atq; blasphemauerit. Hoc (inqt)
indiciũ patiẽtię: & firmitatis: atq; cõstãtiæ
⁹: vt ossiũ tormẽta absq; murmuratiõe sus
tat: vt dolores corporis absq; reprehensione

sustineat: vt putredinẽ vermiũ supportet absq; blasphemia. Ob hoc ergo dico nõ ita ẽ: sed porrige manũ tuã: vt sit inchoatio hui⁹ belli: certaminis quoq;: atq; disceptatõis: vt appeat Iob cõstãtia pfecta: aut me⁹ sermo veridicus. Cui digne rñdeat. O inimice oĩm bonorũ diabole nõ tibi suffecerũt ꝓpria: sed tm̃ crudelitate: atq; ĩpietate aduersus iustũ hũc vteris: tm̃ iniustitiã me pficere cupis: vt iustũ Iob tibi iniusto cõtradã? vt ĩnocẽtẽ impio deputẽ? vt miseriis afficiã eũ q sine peccato ẽ? vt molestiã ingerã deuoto? vt nõ discedẽtem percutiã? vt flagellẽ nõ delinquẽtẽ? vt tribulẽ gratias agẽtẽ? Quid hoc ĩdecorosi⁹: atq; illiciti⁹? Quis oĩno carnaliũ hoc faciat? Quis ex terrenis prorsus hoc agat: vt morigerũ: atq; deuotũ seruũ: iiuste ad suppliciũ cõtradat? Sed iterĩ vt tuã ĩiqtatẽ redarguã: atq; ĩiustitiã obiurgẽ: ecce trado tibi eũ: vt absq; cõtradictiõe cõuincaris: & absq; excusatiõe cõdẽneris: atq; ĩ oĩbus mẽdax cõproberis. Ecce trado tibi illũ. Substãtiã q̃sisti: & accepisti: nũc ipm̃ q̃ris: habes. Ecce trado tibi illũ. Nõ cõtradico maledicte: nõ tibi denego cõdẽnate: nõ ꝓpter tuã (inqt) malignitatẽ sed ꝑpt Iob innocẽtiã: vt iustus appareat: vt sine q̃rela eẽ cõprobet: vt glĩosus coronet: vt verax demonstret. Pro his (inqt) oĩbus ecce tibi trado illũ. Nudũ illũ reliqsti: nudũ cõstituisti solũ reddidisti: solũ illũ tibi trado: & accipies illũ solũ. Aĩam nõ q̃sisti: aĩam ne tetigeris. Carnẽ & ossa petisti: aĩam ne tetigeris. Cõtere tm̃ carnẽ: afflige ossa: aĩam ne tetigeris. Terrã tibi trado: cœlo ne appropinqueris. Corruptionẽ habeto: ĩcorruptionẽ ne tetigeris: hoc ẽ aĩam. Terrenũ vas cõfrige vt volueris: ĩteriori vero thesauro ne appropĩqueris. Luteæ testę facito qd volueris: ptiosissimã vero margaritã ne tetigeris. Nõ maculauit illã iniqtas: nõ violauit illã pessima cogitatio: nõ puertit illã dei blasphemia: nõ polluit illã creatoris rephensio. Idcirco aĩam ei⁹ ne tetigeris. Meũ (inqt) plasma est ĩuiolabile: mea hĩtatio ẽ ĩcõtaminata: mea cõmoratio ẽ incoĩqnata. Ideo aĩam ei⁹ ne tetigeris: q̃ ad imaginẽ dei ẽ creata: q̃ ĩcorruptibili sapiẽtia est ĩbuta: q̃ sermone / & sciẽtia ẽ coronata: q̃ dei cognitiõe est ĩduta: q̃ corruptibilis dñatiõe hui⁹ mũdi ẽ honorificata: q̃ paulo minorẽ gloriã ab angelis sup terrã est ĩdepta. Hãc sc3 aĩam ne tetigeris: neq; huic appropinquaueris: neq; cõmunicaueris: neq; cõmiscearis: neq; seduxeris: neq; obtuderis: neq; ĩfatuaueris: neq; fatigaueris: neq; deceperis. Omnibus itaq; modis: aĩa3 ei⁹ caue ne tetigeris. Nã tu cũ animã eius nõ tetigeris: neq; ei approximaueris: nunq̃ me innocens eius aĩa negabit.

D

E

Pro his ergo oibus aiam ei⁹ caue ne tetigeris. Nõ tetigisti(inqt)aiam Ioseph in luxuria:nõ tetigisti aiam Abrahę in tentatione:nõ tetigisti aiam Noe ĩ medio gigantũ:nõ tetigisti animã Enoch ĩ medio iniustorũ:nõ tetigisti aiam Abel innocẽte ei⁹ ĩternicione. Ergo qa nullius (inqt)illorũ aiam tetigisti o diabole:idcirco ĩmaculati oẽs:atq; beati ĩ cõspectu meo cõsummati sunt. Noli ergo nec Iob aiam tangere:& gl'iosus etiã hic in cõspectu meo cõsummabit. Nõ tetigisti(inqt)martyrũ meorũ aias:nõ tetigisti mirabiliũ veridicorũ meoꝝ testiũ aias. Idcirco ii succũbẽtes vniuersi: ꝑpter fidẽ cõtẽpserũt mortẽ:ideo intaminati oẽm ignis poenã irriserũt: atq; gladii.merito ĩmarcessibilib⁹ coronis coronabunt in cõspectu meo. Ne tetigeris(inqt)animã Iob. Conculcabit eñ caput tuũ:& cõminuet virtutẽ tuã:& cõteret fortitudinẽ tuã:& hũiliabit altitudinẽ tuã:& deiiciet elationẽ tuã:& demõstrabit oĩ carni fiduciã:ad stãdũ aduersum te cõstãter vsq; in scla. Malignus naq; es:& ĩualidus:callid⁹:atq; ĩfirmus:astutus ad ĩsidiãdũ:sed ĩpossibilis ad opprimẽdũ:doctus ad decipiẽdũ : & ĩualidus ad resistẽdũ. Nã sicut facile seducit ĩstabiles:atq; incredulos:cũ sit callidissimus:similiter facile resistũt illi oẽs iusti:atq; credẽtes:oẽs deum timẽtes:atq; Iob imitãtes:vtpote ĩualido. In arbitrio ergo hoĩm est ptãs:sctitas:atq; cõstãtia In arbitrio ẽ hoĩm ptãs fidei:ac pietatis. Si eñ voluerint declinare a malis: & facere bona: & valẽt:& pñt:& nõ ꝑualet illis nequissim⁹:si fuerit cor eoꝝ secũdũ deũ:si fuerit volũtas eorũ in sanctitate:si aia eoꝝ fuerit ĩ veritate: si mẽs in fide:ac pietate:si admonuerit semetipos in misericordiã:& miseratione:in bona opa:atq; oĩa q̃ ĩ dei tiore pficiunt:& de oĩb⁹ q̃ iuxta dei

G volũtatẽ fiunt. Cũ.n.volũtas hoĩm cõsenserit volũtati dei tũc oĩa q̃ bona sunt facile pficiunt hoĩes. Cũ iis qbus delectat de⁹ delectati fuerit hoĩes:tũc nihilominus oĩa q̃cunq; vita digna sunt:psto sunt hoĩbus. Nã & Iob hõ fuit carnalis: fuit terren⁹:corruptibilis:talis quales oẽs hoĩes:sed deuotior: atq; studiosior circa eleemosynas:& bona opa ĩ fide: ac dei timore prę oĩbus hoĩbus. Idcirco acceptabilis fuit Iob deo sup oẽs homĩes. Idcirco superauit nequissimũ diabolum magis q̃ oẽs homines in tẽpore suo. Sic itaq; possunt oẽs hoĩes q voluerint : & deo placere:& diabolo resistere:& volũtatẽ dei facere:& ĩ regnũ cœlorũ introire:& in vitã ęternã requiescere. Aut adhuc secũdũ ipsam historiã: Animã(inquit)ei⁹ ne tetigeris:hoc est ne eã ante tẽpus de corpore eiicias. Ac si diceret. Ita demẽtire ipsum dolorẽ:atq; corporis poenã:vt ipsam animã ante tẽpus de corpore exire nõ cõpellas. Noli ergo mortificare corp⁹ n ante pfectionẽ cõstãtię:vel cõsummationẽ tolerãtię discedat aĩa. Sic itaq; oĩbus modis tar carnalib⁹:q̃ etiã spiritalib⁹ aiam ne tetigeri: Post q̃ vniuersa : dicit. Exiuit diabolus a faci dñi. Q̃uo exiuit a facie dñi is q indignus est sentia dñi? Sic exiuit a facie dñi sicut & veni ante cõspectũ dñi. Sic exiuit:queãdmodũ & s perius ostẽsum:ac memoratũ est. Exiuit diab lus a facie dñi. Exiuit:sed ñ carnalib⁹ vestigii neq; corruptibilib⁹ gressibus:sed nequissimi cogitationib⁹:qb⁹ aduersus Iob nequiter me ditatus est:atq; cogitauit ęmulãdo: atq; inui dẽdo ĩnocẽti illi:atq; iusto. Sic itaq; cogitatio nibus venit ante deũ q̃rẽs:ac desyderãs vt lo acciperet ĩ ptãtẽ. Sic idẽtidẽ nequissimorũ c filiorũ accipiẽs pfectionẽ:hoc est Iob potestat ad affligẽdũ carnẽ & ossa eius:nã hoc medit tus quęsiuit:Exiuit a facie dñi:hoc est quieu meditari:ac cogitare q̃ pridẽ meditatus fu rat:atq; cogitauerat. Nã primũ apud seme ipsum nequiter meditãs:atq; cogitans: dixi Quis mihi daret vt possem venire ãte deũ? inuenire potestatẽ carnis: ossiũq; Iob:vt affl gẽs illũ secũdũ animũ meũ:cogerẽ eũ rephẽ re illũ quẽ nũc pdicat:& negare illum cui n gratias agit? Istis ergo cogitatiõib⁹ pridẽ v nit ante dñm. Deinde cũ accepisset potesta Iob:ac quiesceret hæc cogitare : postq̃ quieu ab istis meditatiõib⁹:atq; cõsiliis exisse dici facie dñi. Ergo qa exierũt a facie dñi cogitat nes eius:merito ipse dicit exire a facie dñi. S itaq; exiuit diabolus a facie dñi:hoc ẽ tractat ei⁹:& cogitatio/meditatio quoq; maligna: q; iniustũ desyderiũ. Exiuit a facie dñi:hoc e quieuit:atq; cessauit meditari:& cogitare po q̃ id qđ q̃siuit accepit. Nã & vere veniũt ant deũ:& iustitię iustorũ:& impietates iniusto Sic naq; dicit angelus ad Corneliũ. Oratiõe tuę:& eleemosynę tuę ascẽderunt in memori ante deũ. Sic & olim dixit angelus ad Thobi: Cũ orares tu & Sarra filia Raguelis:ego obt li memoriã orationũ vestrarũ ĩ cõspectu de Itẽ vero de ĩpiis dicit dñs. Nũc recordabor ĩ iustitiarũ illoꝝ:& vlciscar pctã eoꝝ. Et Hier mias dicit ad ĩpiorũ cõciliũ. Nõne icẽsoꝝ v rũ recordat⁹ est dñs de idolatriis:& ascẽdit ĩ cor eius? Sicut ergo vniuersa hæc veniũt ant deũ:ita diabolus venisse dicit : & exisse a faci dñi. Nõ psona veniẽs:sed cogitationibus: at malignitatis suę meditationib⁹:q̃ aliquãdo v niebãt cũ ille cogitabat:aliquãdo exibãt cũ il le cogitare quiescebat. Hæc itaq; demonstrãs dicit. Exiuit diabolus a facie domini. Exiui

e:hoc est discessit:deseruit: oblitus est:vl-
nõ ęstimauit:neq; curauit:neq; recordat⁹
ꝙ sit deus.Illo eñ vsq; ante deũ fuisse dicit:
u de deo cogitauit:cũ Iob ei accusaret.Post
ero accepit qđ voluit: & qđ quęsiuit:cõti-
) relinquẽs dei memoriam:a facie dei exisse
e dicit.Exiuit diabolus a facie domini: to-
exiuit:& sensu:& consilio:& meditatione:
ractatu:atq; memoria exiuit a facie domi-
Sic exiuit olim in principio diaboli discipu
primus aduersarii fructus Cayn: cũ iustũ
rfecisset Abel.Sic exiuit sicut dicit scriptu
Exiuit Cayn a facie dñi. Sic exeũt etiã nũc
cie dñi cũcti pertinaces: atq; impœnitẽtes
l deũ nõ cõuertunt:q pœnitẽtiã nõ cõfitet
cie dei nõ reqrũt:q diẽ iudicii nõ metuũt:
œnã iferorũ nõ cõtremiscũt:q cõdẽnatiõe
hẽnę nõ terrentur.Hoc metuentes oẽs iusti
ote depcati sunt deũ:dicẽtes.Ne proiicias
a facie tua.& alibi.Faciem tuã dñe requirã
auertas faciẽ tuã a me:& alia pluria his si-
ia.Ex istis ergo oĩbus exiuit diabolus.omes
ab eo in errorẽ ducuntur:atq; seducũtur:
oẽs qui voluntatẽ eius faciunt:& oẽs qui ad
nitẽdum corda sua obdurãt:isti oẽs proii-
nt a facie dei: isti oẽs expellunt in tenebras
eriores:& ĩ ignẽ inextinguibilẽ:qui prępa-
us est diabolo:& angelis eius: atq; omnib⁹
faciũt voluntatẽ eius.Exiuit diabolus a fa
dñi deferẽs Iob vt putabat: ĩterficiẽs iustũ
m vt confidebat.Sic nãq; & primus disci-
orũ eius Cayn postq̃ propter iuidiã(vt di
m est)interfecit Abel exiuit a facie dñi.Sic
q; diabolus pater/& origo omniũ malorum
stẽs:interfectorũ quantũ ad ipsum Iob:exi-
a facie dñi.Certũ est ꝙ nequiter atq; impie
id semetipsum tractãs:dixit ad deum. Vl-
ius nõ indigeo facie tua: quia accepi pote-
tẽ eius quẽ zelabar vel quęrebã. Deus vero
ens firmã consummationẽ Iob:acquieuit vt
diabolicũ ignẽ probatus fuisset:queadmo-
si teneat ĩ manu sua quis adamãtẽ: & alius
pet dicat ad eũ: da mihi nũc adamãtẽ ĩ ptã-
et ego illũ cõminuã in ignẽ:cõterãq; ictib⁹.
vero qui eũ in manu habet confidẽs vere:
ia adamas est:dicat: Tolle:proba:experire:
ia nequaq̃ huic adamãti ꝑualebis. Sic ergo
oĩm cognitor:atq; ꝑscius deus velut inuio-
bilẽ adamantẽ habẽs Iob q̃rẽti diabolo dedit
in potestatẽ:cõfidẽs vere qa verus adaman
s est Iob.Sic nãq; & singularis ille:& diuin⁹
elestis quoq;:atq; ĩcorruptibilis adamas vni
nitus deus.a patre ad terras missus.de quo
cit deus pater. Ecce ego ponã adamantũ in
edio populi mei:quẽ neq; ignis tẽtationũ in
deserto cõminuit:quẽ nõ plagę impiorũ ĩ cru
ce cõtriuerũt:quem sepultura sepulchri:neq;
mortis introitus:vel inferoꝝ violauit:sed oĩa
superãs:diuinũ/& incorruptibilẽ se adamantẽ
fuisse demõstrauit.Adamãtus vero est natura
liter talis lapis:cui neq; ignis:neq; ferrũ:neq;
aliud quicq̃ pręualet.Ferro eñ si ꝑcutiat de
mergit in ferrũ tanq̃ plũbũ missum ĩ ignẽ. Si
in ignẽ mittat:similiter ꝑmanet vt missus est:
et nõ violat.Ergo qa nihil ei ꝑualet: ideo ada-
mãtus appellat. Adamãtus vero interpretat
ex gręca lingua:indomabilis:inflexibilis:inal-
terabilis:incõminutus:& vt breuiter dicã:cui
nec quicq̃ pręualet:neq; ꝑcutiendo:neq; adu-
rẽdo.Nã ꝑcussus nõ cõminuit:exustus non
cõterit.Merito ergo adamas appellat: vtpote
insuperabilis.Qꝫ si dixerit aliquis:vbi est mo- C
do:vel vbi cõspicit huiuscemodi lapis adamã
tus? Audi. hęc oĩa typus fuerũt dñi Iesu Chri
sti:quia vsq; ad aduẽtũ dñi erãt: & visa sunt:
post aduentũ autẽ dñi visa nõ sunt. Vbi videt
nunc phœnix:vbi vrna Adã? Vbi videt arca
testamẽti? vbi vrna mãnę? Sic similiter nũc vbi
videt adamãtus? atq; ea q̃ typũ dñi gerebant?
Ea scilicet vsq; ad aduẽtũ dñi visa sunt:vtpo-
te figurę:& inde abscondita sunt:dño ipsas fi-
guras adimplẽte.Idcirco nunc neq; arca testa
mẽti:neq; vrna mannę:neq; cynnamum: neq;
adamas:neq; phœnix istis:nũc hoĩbus vere vi
dent:nisi forte quis simile aliqd simulatũ cõtẽ
dat:dicẽs esse qđ nõ est.Cum ergo typus esset
dñi Iesu Christi Iob:tradidit illũ deus in ꝓba-
tionẽ tanq̃ adamãtũ inuiolabilẽ:cui⁹ potesta-
tẽ accipiens diabolus exiuit a facie dñi. Exiuit
diabolus:hoc est deferẽs. Ad deferendũ eñ in
troierat:& quantũ iuxta iniquitatẽ suã in ipa
delatione ꝑficiẽs: ac delati potestatẽ accipiẽs:
exiuit a facie dñi.Exiuit gaudẽs q nunq̃ est ga
uisus:exiuit lętus ille q nunq̃ ẽ lętatus:vtpote
habẽs Iob in potestatẽ ad puniendũ illũ secun
dũ suã iniquitatẽ. Exiuit diabolus a facie dñi:
exiuit tãq̃ lup⁹ rabiẽs:tãq̃ leo rugiẽs:tãq̃ vr-
sus sanguinẽ appetẽs:tãq̃ malign⁹ serpẽs:tãq̃
vipera sęua:ac ꝑniciosa.Exiuit diabol⁹ a facie
dñi.Exiuit oĩ iniqtate:& ira:furore quoq; atq;
indignatiõe:crudelitate nihilomin⁹:atq; oĩ ĩ-
pietate refert⁹.Exiuit tãq̃ bestia ferox:ac sęua
atq; ĩmanis.Exiuit cogitãs ĩfelix suo amarissi-
mo mõ Iob afficere pœnis:qđ & fecit stati sine
mora.Percussit Iob plaga sęuissima:a pedibus D
vsq; ad caput.Magnitudinẽ plagę: atq; vulne
ris admirationẽ:dolorisq; fortitudinẽ non va
lẽs aliter edicere/atq; ostendere:dixit ꝑcussit
Iob plaga sęuissima.Nõ solũ plaga/sed & sęuis
sima plaga.Suffecerat hoc solũ:vt plaga tãtũ

flos fœni sit carnis gloria? Vide quis imperauit ante hos triginta annos: quo imperium ei9 effloruit: cōtinuo aūt sicut flos fœni emarcuit: tunc deinde alius post ipm: deinde alius atq; alius: qui deinde duces: & principes: & oīs eorum gloria: & honor nō solum tāq̄ flos emarcuit: verum etiā tanq̄ puluis aridus: & a vento dispsus ne vestigiū quidē sui reliquit. Alii etiā diuitiis elati: & honoribus tumidi: studētes vel laudabiles haberi per simulatā bonitatem: vel execrabiles per indomitā crudelitatem. Quorū si quis vana studia ęstimat ęmulanda: eat nunc ad cadauerū eorū reliquias: si tamen vel ipsę inueniri queant: aliquātis eñ ne hoc quidē concessum est: & tunc inueniet quomodo oīs caro fœnū est: & oīs gloria eius vt flos fœni. Exaruit fœnum & flos eius decidit. Qui aūt nō diligit flosculos carnis: neq; carnaliter viuit: sed diligit verbū dei: & in ipso proficit: audi qd speret. Verbū (ingt) dñi manet ineternū. Sed & hoc ipsum qd ait: qa sicut fœnū cito arescēt: malignantes scilicet: non arbitror otiosum cur fœno eos cōparauerit: cū vtiq; & alia possit eē materia: cui cōparentur hi qui malitiose egerunt. Fœnum mutorum & irrationabilium aīalium cib9 est. Fortassis ergo pro eo q̄ oēs stulti: & impiti: et qui contra rationē & sapientiā dei viuunt: sequunt̄ eos qui in malitia principes sunt: & ex illorum vita vel actibus vesci dicunt̄: qbus et obediunt: idcirco eos fœno comparauit. Nemo eñ prudens ab illis sumit exemplum. Nā sicut vir prudēs qui audit verba dñi & facit ea: iste est qui māducat panem illū qui de cælo descendit: & Iesus est cibus ei pro eo q̄ ex verbis eius pascit̄: & in mādatis eius viuit similiter & hi qui in malitia eminentes: sicut fœnum efficiunt̄ iis qui sibi obtemperant: vł æmulationē sui ad nequitiā gerunt. Similia aūt etiā de holeribus hęrbarū intelligēda sūt quibus cōparant̄ hi qui faciūt iniquitatē: pro eo q̄ velociter transeāt. Inuenimus tñ in scripturis diuinis interdū & laudabilia holera: q̄ per pręceptū apostoli māducare iubent̄ infirmi. Alia aūt sunt illa: & his cōtraria: de qbus dicitur q̄ flumina ægypti aqua sit deorsum descendēs: & rigans sicut ortū holerū: quo videlicet ęgypti9 non arbor dicat̄: sed ne vitis q̄dem nominet̄: sed holera quę cito deficiūt. Et vis videre q̄ cito Aegypti9 decidat? Vide qd dicatur de eis in exodo. Aegyptii aūt festinauerūt: inquit decolligauerūt axes suos: & cito fugierunt sub aqua. Sicut holera ergo hęrbarū cito decident. Deniq; & Achab ille iniquus: qm̄ talia holera parabat plantare in vinea Naboth Iezrahelitę: ppter qd Nabuthe9 magis mori elegit q̄ pmittere vt excisa vinea Israelitica holera plantarent̄. Fecit ergo hoc tanq̄ iustus: vt nō permitteret excidi vineam iustitię: cuius fructus lætificat cor hoīs: cū in sapientię cratere miscetur: & plantari holera iniquitatis: velociter viridātia: sed velocius arescētia. Puto ergo q̄ etiā in nostris cordib9 q credimus saluatori: sit aliqua vinea plātata sicut dixit. Vinea facta est dilecto in cornu: in loco vberi. Sed & ad illos dictum est: q bus sermo dei factus est primū: qa ego plantaui te vineam totā veracem. Est ergo in nobis vinea q̄dam ex qua fructū sciētiæ qui lętificat cor hominis per donum sapientię pmimus in torcularibus scripturarū: cū pfectius: & latius diuinę legis mysteria cōtuemur. Sed pficiētibus nobis in hiis studiis: & Israelitico oclo ad oculum spiritalē tendentibus: venit Achab iniquus: & impius: Achab inimicus vineæ nr̄æ: et aduersum optima studia hæc sapiētiæ iuidiā cōcitat: tumultū cōmouet: dolos & factiones per Iezabel: hoc ē per carnalē sapientiam instruit: & vult excidi vineā istā spiritualis intelligētię: & plantari holera: id est vt quę legimus: carnaliter intelligam9: sicut holera eñ oīs gloria carnis est: vt impleat̄ in nobis illud quod culpat apostolus dicēs ad Galathas. Sic insensati estis: vt cū spiritu cœperitis nūc carne pficiamini. Q2 autem in aīa sancta sint vineæ: & agri a dño benedicti: audi etiam Isaac ad filiū suū Iacob dicētē. Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni quē bñdixit dñs. Melius ergo est vineā nos colere ī aīa nr̄a: & torcular fodere scripturarū: & vindemiare botros: & premere vinū de vinea Soreph: vt & nos dicamus ad dñm: qa poculū tuū inebriās q̄præclarū est. Posteaq̄ dixit sicut holera hærbarū cito decidere faciētes iniqtatē: & phibuit æmulari inter malignātes: & imitari facientes iniqtatē: tūc dicit qd facere debeamus. Spera (ingt) in dño: & fac bonitatē. Contēptis scilicet illis oībus quę superius culpata sūt honoribus: diuitiis: & oī gloria carnali: atq; oībus sęculi bonis: in dño (inqt) spera. Sperans aūt in dño nō sis otiosus: sed bonitatē faciēs: spera in eo. Quę est aūt ista bonitas? videamus. Vnus est ex illis fontibus quos sancti spirit9 fruct9 eē enumerat apłus. Fruct9 aūt spūs est charitas: gaudiū: pax: patiētia: bonitas: & iustitia. Fac ergo bonitatē. velut si diceret ad agrū loquēs: fac illū fructū vel illū: ita nūc tibi auditori diuinarū scripturarum: tāq̄ agro: loqt̄ sermo diuinus. Fac bonitatē: & inhabita terram: & pasceris in diuitiis ei9. Noli esse sicut

foeni arescens: noli fieri sicut holera herbarum: quae cito deficient: sed spera in dño & fac bonitatē: & inhabita terrā. Quā terrā inhabitare nos iubet si bonitatē fecerimus? Vtique si de ista loqueret terra quā habitamus: & qui faciunt bonitatē: & qui nō faciunt habitant hāc terram. Superfluū ergo videtur esse mandatū si intelligatur hęc terra. Sed videamus ne forte illam dicat terrā de qua scriptū est: quia semen aliud cecidit super terrā bonā: quae attulit fructū. in qua nunc terra cor auditoris significari videt. Hanc ergo iubemur inhabitare: hoc est nō longius euagari: nō vltra citraque discurrere: sed habitare: & consistere intra animae nostrae terminos: & cōsiderare eā diligētius: atque effici eius agricola sicut fuit Noe et plantare in ea vineā: & excolere terrā: quę intra nos est: nostrę animę innouare noualia: et nō seminare sup spinas: videlicet cū animā nostram purgamus a vitiis: & incultos: atque asperos mores ad māsuetudinē Christi imitationis excolimus: & ita demū ex virtutū diuitiis pascimur. Neque em̄ putandū est praecipi nobis terrenas diuitias quaerere: quas contēnere iubemur & spernere. Ait ergo. Inhabita terrā: hoc est ergo animae tuae semper assiste: ibi semper pmane: & excole terrā tuā: vt cū abundare coeperis iustitię fructibus: tunc pascaris in diuitiis ei9. Quid est aūt pasci in diuitiis eius? Quia quodcunque seminauerit homo: hoc & metet. Et qui seminat in carne: de carne metet corruptionem. Qui aūt seminat in spiritu: de spiritu metet vitam aeternā. Si aūt habites terrā tuam: & ipsam in spiritu & non in carne seminaueris: pasceris in diuitiis eius: sicut oues illae quae in loco viridi pasci dicuntur: de quibus dicit sermo diuin9: In loco viridi ibi me collocauit. Vn̄ cōstat quod vnusquisque nostrū ipse sibi praeparat intra se locū viridē: in quo pascit a dño: cum agros animę suae excolit: & in spiritu seminās semp ad lętitiam spiritalis culturae adducit. Delectare in dño: & dabit tibi petitiones cordis tui. Moris est scripturae diuinae duos hoīes introducere ὁμωνυμία: id est similitudine alterius alterū ex altero nominare: hoc est ea quae exterioris sunt hoīs: cōpellere etiā in interiorem. Quod autē dico tale est. Exterior homo corporalis vescitur cibis corruptibilib9: & sibi aptis. Est aūt & cibus quidā interioris hoīs: de quo dicitur: quia ī omni verbo dei viuit homo. Est poculum exterioris hoīs: est aliud interioris. Bibimus em̄ de spiritali sequēti petra: & bibim9 aquā: quā dicēte Iesu: qui bibit nō sitiet īaeternum. Est & indumentū exterioris hoīs: est & interioris hoīs indumētū. Et si quidē peccator sit: induit se maledictū sicut vestimentū. Si aūt iust9 sit: audit. Induite vos dn̄m Iesum Christū: & induite vos viscera misericordię: benignitatē / humilitatē / mansuetudinē / patientiā. Et quid necesse est enarrare per singula quomodo interior homo exterioris hoīs homonymis appellatiōibus nominet? Arma exterior homo: & interior habet. Qui secundū interiorem hoīem militat: induit armis dei: vt possit stare aduersus versutias diaboli. Sed post multa exēpla: veniamus ad hoc qđ ppositum est. Videamus quid est qđ significat ex eo qđ dictū est: Delectare in dño & dabit tibi petitiones cordis tui. Sciendū primū est quia hoc qđ dixit in latino delectare in dño: in gręco delitiare in dño dicitur. Hoc em̄ graecus sermo indicat: qđ est κατατρυφησομ. Sicut ergo secundū exteriorē hoīem possibile est non solū cibis vti: verū etiā delitiis perfrui: & maxime qui diuites sunt delitiis vtunt: ita etiā īterior homo pōt nō solū cibis vti: verū & delitiis perfrui. Quod fieri hoc modo arbitror. Siquis audiat verba ea solūmodo: quę se inuitent ad timorē dei: iste cibū tantūmodo capit ex huiuscemodi verbo. Qui vero dederit operam ad intelligēdam legem: ad perscrutādos prophetas: ad exsolutiones parabolarū euangelii: ad explanationē verborum apostolicorum: & qui in oībus intellectui & scientiae operā dederit: iste delitiis fruitur. Nō em̄ ad hoc solū quod ei ad vitā sufficit: cibo vtitur mandatorum: sed in oī agnitione sciētiae delectat. Hoc est qđ arbitror & in eo indicari: quod dicit deus ab initio plantasse paradisū delitiarū: sine dubio ī quo spiritalibus delitiis frueremur. sed et alibi Torrentē (ait) delitiarū potum dabis eis: sanctis scilicet. Sed & hic scio quod in latinis exēplaribus haberi solet torrentē voluptatis tuae: sed in graeco habet τρυφησ: quod est delitiarū. Sed & sctīs qbusque corporaliū delitiarum contēptus indicit: & spes delitiarū spiritaliū repromittit. Vis etiā de hoc authoritatē accipere scripturae diuinae? Diues quidā erat: et Lazar9 paup. In delitiis corporalib9 erat diues: Lazar9 cōficiebat inedia. Excessit vterque de saeculo: & Lazarus quidē ab angelis sublat9 est in sinū Abrahae: vt ibi ī delitiis requiesceret: ille aūt qui in delitiis fuerat corporalib9 abiit ī gehennā ignis: sicut ī euāgelio scriptū est. Et audit ab Abrahā: qa tu cōsecut9 es bōa ī vita tua: hoc ē delitiis abusus es: & Lazarus mala: nūc aūt hic reqescit: tu vero cruciaris. Nemo pōt: & in carne: & in spiritu habere delitias. Sed si quis in carne delitiatur: sicut ille

diues:carebit gremio Abraham: & delitiis. Qui vero in præsenti sæculo pane afflictiõis vescitur:sicut & ille pauper:cũ hinc abscesse-
E rit in delitiis erit. Delitiare ergo in dño:& dabit tibi petitionẽ cordis tui. Q; si adhuc plenius intueri vis:quomodo quis delitietur in dño:perspice ꝙ dñs veritas est:& sapientia est et iustitia est: & sanctificatio est. Si ergo abundaueris in diuitiis veritatis:si abundaueris ĩ intellectu sapiẽtiæ:si copiosus fueris in actib⁹ iustitię:tũc plene & integre delitiaris in dño. Quę vtiqꝫ cũ expleueris:tunc etiã id qđ cõsequtur adipisceris:dabit eñ tibi dñs petitiones cordis tui. Necessario tñ addidit petitiones cordis tui:cũ potuisset vtiqꝫ dicere petitiones tuas:ita aũt facilius intelligi põt. Q; si singulorũ membrorũ ꝓpria quædã persona fingať: verbi causa: si oculus haberet vocẽ:nunquid nõ diceret peto lucẽ:vt videã ea q̃ me videre delectant? Refugio eñ videre horrorẽ aliquẽ: et omne qđ cõturbat:& cõtristat aspectũ. Similiter et si auditus acciperet vocẽ:nunquid nõ diceret peto sonũ modulata arte cõpositũ sonũ delectabilẽ:asperũ vero & terribile aliqd audire refugio? Ita si gustui vox daretur:& tactui:& oẽs sensus nostri sine dubio hæc peterent:quæ suo sensui cõuenirent. Ab his ergo
F transeamus ad cor in quo est mens:& principalis intellectus:& videamus quid desyderet et quid petat cor:sicut de oculo:vel de aurib⁹ cęterisqꝫ sensibus in supioribus demonstrauimus. Secundũ sui naturã cor sine dubio intelligentiã poscit. Sicut oculus visum:ita cor intellectũ reqrit. Sicut auris suauẽ sonũ cupit: ita cor sapiẽtib⁹ sensibus delectať. Sicut gust⁹ dulci sapore ita cor prudẽtibus cogitatiõib⁹ gaudet. Sicut odoratus suauitate fragrãtiæ: ita cor rõnabilib⁹ studiis lætať. Sicut tact⁹ lenibus ac mollibus:ita cor vtilibus:& optimis consiliis delectať. Si ergo delitieris in dño:& sapientiæ:& veritatis:& iustitiæ copiis: atqꝫ delitiis pfruaris:dabit tibi dñs petitiões cor-
G dis tui apta s delitiis supradictis. Post hæc dicit. Reuela dño viam tuã:& spera in eũ:& ipse faciet. Omnis qui male agit odit lucem:& nõ venit ad lucẽ vti ne arguanť opera eius. Qui aũt facit veritatẽ venit ad lucẽ. Quoniã ergo qui male agit odit lucẽ:& quantũ in ipso ocultans mala quæ agit:& timẽs ne arguatur velat:& cõtegit viam suã:& tanq̃ velamento quodã operit actus suos. Verbi gratia. Siqs vestrũ:licet nõ optem esse in hoc conuentu talẽ aliquem tñ si quis:inter vos siue cathecuminus:siue etiã vnus aliqs ex plurib⁹ fideliũ conscius sibi est ꝙ fornicatus sit:& celat delictum:nunquid nõ tibi videtur iste occultare et operire viam suã quam incedit? Qui aũt caste agit:& cõfidit de puritate vitę suę:nõ vult cooperire viam suã:sed vult eam manifestam esse:manifestã dico nõ hoĩbus:ne forte percipiat mercedem suam ab hoĩbus:sed deo manifestat. Propterea ergo dicitur:reuela ad dominũ viã tuã. Sed et si malorũ tibi cõscius aliquoꝝ fueris noli occultare: sed p exomologesim.i.cõfessionẽ reuela ea dño:& spera ĩ eũ & ipse faciet. Hoc ẽ cũ confessus fueris & reuelaueris ei delicta tua:spa ĩ eũ ꝙ possis ab eo veniam ꝓmereri:& ipse faciet. Quid faciet? Sine dubio sanũ te faciet. Dicet tibi. Ecce iam sanus factus es:vltra noli peccare:ne quid tibi deterius cõtingat. Hęc faciet:si delicta tua ei reuelaueris. Si vero pura est via tua:& mũda consciẽtia:& hęc ei reuelaueris:spera in eum Quid faciat:ex cõsequẽtibus disce. Producet
sicut lumẽ iustitiã tuã:& iudiciũ tuum sicut meridiem. Tuam iustitiã:quam tu egisti ĩ occulto:& reuelasti eã soli deo:hanc ꝓducet sicut lumẽ deus:& ostẽdet te iustũ illuminatũ sole iustitię:cœlo:& terrę:& oĩbus qui in cœlo sunt ostendet lumẽ iustitiæ tuę:et (si ita dici oportet) iactabit se de te tanq̃ de filio:tanq̃ qui acceperis spiritũ adoptionis. Producet ergo iustitiã tuã sicut lumen:quia qui secundũ mandatũ dñi iustus est:iustitiã suã ita facit sicut ipse mandauit:dicens. Vos aũt cũ facitis iustitiã vestrã:nesciat sinistra quid faciat dextera tua. Hæc ergo iustitia quę ita fit:vt nõ hoĩbus appareat:nec vt humanã gloriam captet:sed fit in occulto:vt pater qui videt ĩ occulto:reddet palam ĩ tẽpore suo:ꝓducitur a deo sicut lux:& iudiciũ tuum sicut meridies Omnia eñ iusti iudicia quæ cũqꝫ iudicauit: non solum sicut lux erunt:sed sicut meridianum lumen:quod vtiqꝫ clarissimũ:& splendidissimum est. Plęnitudo eñ lucis:in meridiano tempore designatur. Si ergo fueris iustus & bonus:producet deus sicut lumen iustitiã tuam:& iudiciũ tuũ sicut meridiẽ. Vel certe ĩ iudicio cũ causa tua discutitur iustitiã causæ tuæ tanq̃ lucem deus faciet manifestã: & iudicium quod & diiudicat:velut in meridiẽ faciet manifestum. Quæ scientes ita futura deprecemur misericordiã dei:vt cõcedat nobis tales fieri:qui digni habeamur:quorũ deus ipse lucem iustitię producat in medium: & iudicium nostrum sicut meridiem clarum & lucidum habens lucem veram in seipsum dominũ nostrum:cui est gloria:& imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Explicit Homilia Prima.

Incipit Homilia secũda de eodẽ Psalmo: ab illa parte Subditus esto dño: & ora eum.

Præcipiente mandato: & dicente: subditus esto dño: necessariũ videtur pscrutari quid sit subditũ esse dño: & quid sit nõ esse subditũ. Sicut.n. nõ oĩs: q dicit dñe domine: intrabit in regnũ cælorũ: sed q facit volũtatẽ patris mei q in cælis est: ita nõ oĩs q dicit se subiectũ esse dño: subiectus est ei: sed q re ipsa subiect9 est ei. Quia vere subiectũ esse domino: nõ sermo pfessionis: sed opus subiectionis ostẽdit. Plenius autem intelligitur qđ dicimus hoc modo. Domin9 noster Iesus Christus iustitia est. Nemo ergo iniuste agens subiectus est Christo: q est iustitia. Christus veritas ẽ. Nemo mẽdax Christo subiectus est qui est veritas: siue cũ in rebus: siue cũ in doctrina mẽdaciũ loquitur. Dominus Iesus Christus sanctificatio est. Nemo est subiectus sanctificationi: cum pollutus sit: & impurus. Dominus Iesus Christus pax est. Nemo litigiosus: & turbulẽtus Christo subiectus est: q est pax: sed ille subiectus est ei qui dicit: cũ his qui oderũt pacem erã pacificus. Vnde & in alio psalmo ad animã suã dicit pphera. Veruntamen deo subdita esto anima mea: quia ab ipso est patiẽtia mea. Sed & Apostolus magna quidẽ & mystica de subiectiõe significat dicens. Cũ autẽ subiecta ei fuerint omnia: tũc & ipse filius subiectus erit ei q sibi subdidit omnia. Audi ergo quid dicit: qa oĩa necesse est Christo esse subiecta: & tũc ipsum esse subiectum: subiectione videlicet illa quã de spiritu intelligi dignum est. Interim necesse est omnia Christo esse subiecta: vt tunc demũ etiã ipse impletis omnibus: & perfectis p subiectionem tanq̃ victorię suę hanc referens palmam patri dicatur futurus esse subiect9.

B Qđ nisi mystice intelligatur: impiũ aliquid sine dubio non aduertẽtibus indicare credit. Non enim putãdum est: q filius dei nũc qdẽ patri nequaq̃ subiectus sit: in nouissimis vero temporibus cũ sibi fuerint cũcta subiecta: tũc erit & ipse subiectus: sed quia oĩa! nostra in se recipit: & se esse dicit: qui in nobis esuriat: seq qui in nobis sitiat: & nudus sit: atq ęger: quiq hospes: & qui retrusus in carcerẽ: & qcquid vni ex minimis suis factũ fuerit: sibi factum esse testatur: cõsequẽter & merito cum vnusquisq nostrũ plene & perfecte subditur deo: ita vt ĩ nullo prorsus ĩobediẽs pareat: se eẽ subditũ protestatur. Sed & alio modo pla-

C ni9 intelligitur qđ dicim9. Si aliquod mẽbrũ corporis doleam9: q̃uis anima nostra incolumis sit: & reliqua omnia membra nostra sana sint: tamẽ quia dolore vnius mẽbri totus homo affligitur: non dicimus quia sani sumus: sed quia male habemus. Verbi causa: dicim9 ille non est sanus: quare! quia pedes dolet: aut renes: aut stomachũ. Et nemo dicit quia san9 est: si stomachũ dolet: sed non est sanus: quia stomachũ dolet. Si intellexistis exẽplũ: redeamus nũc ad id quod propositũ est. Apostolus dicit quia corpus Christi sumus: & mẽbra ex parte. Christus ergo cuius omne hominũ genus: imo fortassis totius creaturę vniuersitas corpus est: & vnusquisq nostrũ mẽbra ex parte est: si aliquis ex nobis qui mẽbra eius dicimur ægrotat: & aliquo peccati morbo laborat: id est si alicui9 peccati macula inuritur: & nõ subiectus deo: recte ille nõdum dicitur esse subiectus: cuius sint membra illi qui non sunt subiecti deo. Cũ autẽ omnes eos qui corpus suũ dicũtur ac mẽbra: sanos habuerit: vt in nullo inobediẽtiæ laborauerint morbo: sanis omnibus mẽbris: deoq subiectis: merito se dicit esse subiectũ illi cuius nos mẽbra deo in omnibus obedimus. Qz si teipsum perscru-

D tari vis: & videre si iam subiect9 es deo: an adhuc inobediẽs permanes: hoc modo teipsum discute. Si nihil est contrariũ deo in te: subiectus es ei. Cõtrariũ autẽ dicimus hoc modo. Deus charitas est: si odiũ in te nõ est: non habes qđ cõtrariũ deo est. Deus veritas est: vide ne sit in te mẽdaciũ: qđ est cõtrariũ veritati. Si eñ est in te mẽdaciũ: non deo subiectus es: sed ei qui est mẽdacii pater. Et si iniustitia in te est: patri iniustitię subiect9 es magis q̃ deo: qui iustitia est. Si & reliqua in te dephẽderis vitia: scito te tãdiu non deo: sed diabolo esse subiectũ. Certum est nãq quia fornicationis tẽpore spiritui fornicationis sumus subiecti: aduersantes spiritui castitatis. Et tẽpore iracundię: vel furoris: spiritui irę obedimus: spiritui mãsuetudinis resistẽtes. Propterea ergo vidẽtes quia omnis vita nostra agonẽ quẽdã obediẽtię gerit: siue Christo: siue his qui contrarii sunt Christi: conemur per orationis: p eruditionis religiosam institutionẽ hoc agere: ne vnq̃ diabolo: vel malitiæ ei9 obedire inueniamur: sed omnis actus noster: & omnis sermo: atq omnis cogitatio inueniat in subiectione Christi. Qz si forte dicis: quid pdest

E si nũc subiectus sim: cũ iam ante peccauerim & præuentus sim in delictis! sine dubio cum deliquimus: subiecti nõ fuimus deo: sed cum desiuimus a delictis: tunc initiũ subiectionis accepimus. Cũ ergo timori dei subiecti pec-

care cessamus: tunc etiam fiduciã accipimus
poscendi pro delictis prioribus veniã. Donec
autẽ permanemus in delictis: frustra veniam
poscimus delictorũ. Vnde & memini me fre-
quẽter dixisse ad vos: quia veniam delictorũ
tũc digne poscimus: cũ lõge positi a peccato:
illam vocẽ possumus dicere. Ne memineris
iniquitates nostras antiquas. Non dixit eas
quas facimus: sed eas quas aliquãdo fecimus.
Subditus ergo esto domino: & subiectus noli
peccare. Tunc obsecra eũ pro delictis preteri-
F tis: & antiquis. Ne ęmulatus fueris eum qui
prosperatur in via sua: in homine faciẽte ini-
quitatẽ. Describit ea quæ accidũt hominibꝰ.
Frequẽter enim si videamus iniquũ in ꝓspe-
ris successibus: & in ea quã dicunt felicitate
vitæ positũ: scandalizamur: & periculũ fidei
incurrimꝰ: atq; in corde nostro aduersum di
uinã prouidẽtiam cõquerimur: dicẽtes: quid
prodest iuste agere? Ecce iusti tribulãtur: hic
iniustus feliciter agit. Iniustus est: & ad sum-
mas diuitias peruenit: honorũ: ac potestatum
excelsum culmen ascẽdit: fortassis melius est
iniustũ esse q̃ iustum. Hęc infirmę: & fragiles
animę: etiã si nõ ore proferũt: in corde suo ta
men loquũtur: cũ viderint iniquos prosperis
successibꝰ agere in via sua. Et ideo nobis man
dati huius medela succurrit: ne cũ hæc vide-
rimus æmulemur: id est ne irritemꝰ dominũ
aduersum nos loquẽdo talia in cordibus no-
stris: sed recogitare debemus: quia præsens sę
culum eorũ est: qui futuræ beatitudinis non
habẽt spem. Et ideo patienter feramꝰ illos his
successibus ꝓsperis agere: percipere bona sua
in vita sua: donec veniat & nostrũ: ad qđ inui
tati sumus: & cuiꝰ nobis repromissa sunt bo-
na: ad quod respicimus: in quod speramus: cu
ius bona nõ sicut in hoc sęculo tãq̃ vmbra p̃-
tereũt: sed permanẽt inæternum. Impossibile
aũt est: & in præsenti sæculo bona cõsequi: &
in futuro. Necesse est enim dici vni: quia cõse
cutus es tu bona tua in vita tua: & alii qa cõ
secutus es mala: & alter pro malis bona: & al
ter pro bonis mala recipiat: sicut exẽplo sunt
ille diues: & lazarus. Ideo ergo noli æmulari
in eo q ꝓsperatur in via sua: in homine facien
G te iniquitatẽ. Post hæc cõmonet vitium quo
omnes pene turbamur: & nescio sicubi rarus
quis ita perfectus inueniatur: qui careat hoc
morbo. Desine (inquit) ab ira: & derelinque
indignationẽ. Multa sunt vitia: quę a multis
facile vitant. Verbi causa impudicitiæ malũ.
si quis operã enixius cõtinẽtię dederit: impu
dicitiã abiecit. Aliquãti etiã auaritiã subiu-
garũt: ita vt cũ in cęteris nõ sint perfecti: vi-
deãtur tamen vitare hoc malũ. sed & alia nõ
nulla. Iracũdię aũt durũ: & acutũ vitiũ inflã-
mat: & exagitat etiã eos: qui videntur esse sa
piẽtes. Vnde & Salomon in prouerbiis dicit:
Ira perdit etiã prudẽtes. Idẽ: noli (inquit) mi
rari: si insipiẽtem: si malũ: si infidelẽ iracũdia
inflãmat: quia frequẽter etiam bonos: & pru
dentes viros ira exagitat. Est ergo hoc pecca
tũ etiam vnũ ex illis qđ ad ędificiũ deferet li-
gna: fœnũ: & stipulã: & necesse ẽ huiusmodi
materias (sicut scriptũ est) per ignẽ probari:
ita vt permaneamus tãdiu in igne: donec de
nobis ligna iracũdię cõsumant: & fœnũ indi-
gnationis: & stipula verborũ: eorũ videlicet q̃
huiuscemodi vitiis exagitati protulimus. Id
circo ergo desine ab ira: & relinque indigna-
tionẽ: id est nõ satisfacias animis tuis: cũ com
motus fueris ad iracũdiam: sed desine: dere-
linque: cõtemne. Nos vero cũ hæc mandata
suscipiamus: & ecõtrario cũ cõmoti fuerimꝰ
non ab iracundia: sed a mansuetudine desini
mus: nõ indignationẽ relinquimus: sed leni-
tatem. Verũ ex hoc saltem incipiamus emen
dare nosmetipsos: & paulatim per cõtinentiã
& assiduã meditationẽ lenientes iracũdiam:
veniamus etiã in hoc vt vltra nõ irascamur:
atq; indignationis: quæ per furorem concita
tur: impetũ retũdẽtes assidue perueniamus
vsq; in illud: ne vltra indignationis commo-
tiõe turbemur. Noli æmulari vt nequiter fa-
cias. Noli (inqt) in æmulationẽ nequitiæ cæ- H
teros prouocando: etiã ipse nequã fieri: quia
æmulatio mali vincere semper in malitia aliũ
studet: Quia qui nequiter agunt extermina-
bunt: qui autem expectant dominũ: ipsi hęre-
ditate possidebũt terrã. Apparet quia nequi-
tia alia quidem species mali est: præter cæte-
ra peccata. Vnde & hic sermo diuinus alium
describit peccatorem: & alium nequam: sicut
& ibi simili vtitur distinctione cum dicit. Cõ
tere brachiũ peccatoris & maligni: id est ne-
quam. Sed & dominus in euangelio diabolũ
non dixit peccatorem tantummodo: sed mali
gnum: vel malum: & cum docet in oratione:
vel dicit. Sed libera nos a malo. Et alibi. malꝰ
homo fecit siue malignus. Definiũt quidam
πονηρείαν: id est nequitiam spontaneam: vel
voluntariam esse malitiam. Aliud est enim
per ignorantiam mala agere: & vinci a ma-
lo: aliud est voluntate: & studio mala facere:
& hoc est nequitia. Vnde & merito diabolus
hoc nomine πονηρός: id est malignus: vel ne
quam: appellatur. Sed & nobis exprobrans
Saluator dicebat. Si ergo & vos cum sitis ma
li: scitis bona data dare filiis vestris. Et nunc

ergo ait: Quoniam qui nequiter agunt exterminabuntur: qui autem expectant dominū ipsi hæreditate possidebunt terram. Est & alia quædam terra illa de qua scriptura dicit fluens lac & mel: quam Saluator in euangeliis repromittit mansuetis: dicens. Beati mānsueti: quoniam ipsi possidebunt terram. Hæc nostra quā habitamus proprio vocabulo arida appellatur: sicut & cælum istud quod intuemur proprie firmamētum dicitur. Ex appellatione vero alterius cæli: etiam istud firmamentum cæli nomen accepit: sicut edocet scriptura Geneseos. Quid ergo est? In præsenti quidem vita vtimur cælo: & terra visibilibus istis: in quibus veri cæli: & veræ terræ præter nomina nihil aliud inuenimus: sed idcirco hic ita arbitror appellata: vt cum hæc ita nominantur: illa quæ vera & magna sunt ad desiderium & memoriam cognominātiū veniant. Qui sunt autem qui hæreditate possidebunt terram? Qui expectant (inquit) dominū. Expectamus dominū: quia ipse est expectatio nostra: & patientia: sicut scriptum est: Et nunc quæ est expectatio mea: nonne dominus? Sicut ergo Saluator sapientia est: & pax: & iustitia: ita est & expectatio: vel patientia. Et sicut participatione iustitię eius iusti efficimur: & participatione sapientię eius sapientes: ita & participatione patientiæ eius patiētes efficimur. Est ergo velut fons quidam perennis de quo haurire possumus: & patientiā: & iustitiam: & sapientiam: & omnia quæcunq; sunt virtutum bona: si tamen bona digna: & pura vascula nostra deferamus ad fontem. Ait ergo. Qui autem expectant dominum: ipsi hęreditabūt. Post hæc autem sermonem quendam addidit mysticum: qui super auditum meum sit: & supra linguam meam: qui excedat sensum meū. Ait enim: siue de omnibus peccatoribus: siue de vno aliquo peccatore. singulariter enim dicit: Pusillum adhuc & non erit peccator. Pusillum adhuc profecto a præsenti tempore vsq; ad consummationē sæculi esse dicit: aut fortasse etiam vltra consummationem sæculi: & donec ille ignis vindex consumat aduersarios. Si autem fiat hoc aliquo modo: vt non erit peccator: & qua ratione fieri possit: vt peccator non sit: discutiat: & requirat qui potest. Veruntamen pusillum adhuc: & non erit peccator: & quęres locum eius: & non inuenies. Non solum autem peccator non erit: sed nec locus peccatoris erit. Quis est autem locus peccatoris: nisi ista quæ prætereūt? Cælum (inquit) & terra præteribunt. Sine dubio ergo cum ipso peccato: quod pręteriit: etiam loc⁹ præteriet peccatoris. Cælum (inquit) & terra præteribūt: verba autem mea non præteribunt. Studeamus ergo nos facere verba dei quę non prętereūt: ne forte & nos cum istis quæ prætereunt intereamus. Si enim peccatum facimus: quod præterit: sine dubio & nos cum his quæ prætereunt deputabimur. Si autem facimus iustitiam: quæ non præterit: neq; ipsi præteribimus: sed permanebimus cū permanente iustitia secundum illud qđ scriptum est. Numquid non valet manus mea saluos facere: aut grauaui aurem meam ne exaudiam? Sed peccata vestra separant inter vos: & deum. C Sed & ab initio creaturæ non sine aliqua mystica ratione firmamētum factum esse dicitur qđ separaret inter aquas & aquas: & diuideret habitaculum mortalium a sedibus: & habitaculis angelorum. Ex eo ergo loc⁹ nobis peccatoribus arida hęc: quā etiam terrā cognominauit dominus: deputata est. Sed & alia quædam loca nominantur aquæ: quibus superferri spiritus domini dicitur. Et alia quædam loca abissus nominantur: quibus tenebræ superpositæ referūtur. Et de aquis quidē dicitur in alia scriptura: qa viderūt te aquæ de⁹: Viderūt te aquę: & timuerūt. De abisso aūt dicit: qa cōturbata est abissus: sine dubio quia non habet pacem: sed habet tenebras superpositas. Sed & dæmones in euangelio rogare dicuntur: ne iubeātur abire in abissum: velut in locū quēdam pœnæ: & se & suis actibus dignum. Non solum ergo peccator non erit: sed etiam locus eius: quisquis ille est: q̄retur: & non erit. D Mansueti autem hæreditabunt terram. Aduersum Valentinianos: & cæteros hæreticos: qui putant Saluatorem meum dicere in euangelio: quę in antiquis literis non sunt: proferēdus est iste versiculus: sicut & nos didicimus a quodam presbytero proferre hæc ad conuincendos eos. Qđ enim dictum est in euangelio: Beati mansueti quoniam ipsi hęreditabunt terram: vide quomodo ante iam dictū est a spiritu sancto per Dauid: immo ipse Christus qui nunc in euangeliis dicit: Beati mansueti: quoniam ipsi hęreditate possidebunt terram. Addit sane propheta etiam amplius aliquid q̄ in euangelio legimus: dicens. Et delectabuntur in multitudine pacis. Etiam hic sermone ipso vtitur gręcus: de quo & superius dixim⁹. κατατρυφησουσιν: id est delitiabuntur: magis q̄ delectabuntur. Igitur delitiabuntur: siue delectabūtur mansueti: in multitudine pacis. Si qui sunt carnales homines delectantur in cibis

qui destruetur cum ventre suo: sicut & Apostolus dicit. Esca ventri & venter escis; deus autem hunc & illas destruet. Sancti autem istas quoque delitias contemnũt: & respuunt: habent autem delitias in multitudine pacis. Multitudo autem pacis esse dicitur in dieb9 Christi. Ita enim scriptum est. Et multitudo pacis erit in diebus eius: vsquequo auferatur luna. Quicunque ergo definit ab ira: & relinquit indignationem: & neque animus in iram irritatur: neque sermone vtitur iracundo: non solum forinsecus: verum & intrinsecus: tot9 in pace est: & neque prouocãti se ad iracũdiam cedit: neque ipse alterum ad iracundiam prouocat: sed in semetipso pacem habet: & in aliis: si qui forte diffident: seruat diligere mansuetudinem: quę pacis custos est fidelissima: quae cuncta moderatur: iste delitiatur: vel delectatur in multitudine pacis.

E Obseruabit peccator iustum: & fremet super eum dẽtibus suis. Sicut enim naturaliter contraria sunt lux: & tenebrę: ita contrarii sunt sibi peccator & iustus. Et si videris aliquãdo odio haberi iustũ: nõ dubites dicere de eo qui odit iustum: quia peccator est. Si videris persecutionem pati eũ qui bene viuit: non dubites dicere de eo qui persequitur: quia non solum peccator est: sed nequam. Obseruabit ergo peccator iustum: & obseruans eũ fremet super eũ dẽtibus suis. Q: dicit fremet dentibus: nescio si de carnalibus dentibus accipiendum sit: licet possibile sit etiam hoc fieri a peccatore aduersus iustũ. Cũ comminatur ei: cum furit aduersus eũ: cum silet voce: & clamat furore: cũ iusto molitur insidias: & omne malum excogitat aduersum eum: tunc etiam corporaliter adimpletur qd dicitur: Fremet super eum dẽtib9 suis. Sed cum haec facit peccator aduersus iustum: Dominus (inquit) irridebit eum: quoniam prospicit quod veniat dies eius. Quem diẽ prospicit dominus peccatoris? Illum sine du-

F bio: cum quęritur peccator: & non erit. Gladium euaginauerunt peccatores: tetenderũt arcum suũ: vt deiiciãt inopem: & pauperem. Non quod omni genere peccatores gladium habeant corporalem: sed videamus ne forte sicut sunt quędam arma dei: in quibus esse dicitur lorica iustitiae: & gladiũ spiritus: & scutum fidei: ita etiam sint arma diaboli: quibus indutus est homo peccator. A contrariis igitur intelligamus contraria: & statuamus duos milites armatos: vnum militem dei: alterum militem diaboli. Et si quidem miles Dei habet loricam iustitiae: sine dubio miles diaboli cõtrariam huic gerit iniustitiae loricam. Et si miles dei in galea salutis coruscat: econtrario peccator q est miles diaboli: galea pditionis indutus est. Et si parati sunt pedes militis Christi ad euangelii cursum: & praedicationem: ecõtrario peccatoris pedes velociter currunt ad effundendum sanguinem: & calceamenta eius: hoc est praeparatio: concinnatur ad malum. Habet ergo miles dei scutum quoddam fidei: habet & miles diaboli infidelitatis scutum. Ita ergo est gladius quidam spiritus sancti in his qui militãt deo: est autem & gladius maligni in his qui militant peccato: quem gladium euaginare nunc dicuntur peccatores. Quomodo autem putandi sunt peccatores euaginare gladium? cum iam impudenter: & absque vllo verecundiae velamento iniquitates suas perpetrant: nec erubescunt: ac reuerentur: neque tanquam in vagina nequitiam suam recondũt: & contegunt: sed superbo: & elato spiritu velut gladium quendam denudãt. Similiter etiam illud quod se- G quitur peragunt: id est intenderunt arcum suum. Sed & iusti habent arcum: habẽt & sagittas. Denique & vna sagitta ipsorum est dominus Iesus: ipse enim ait: & posuit me sicut sagittam electam. Habẽt ergo iusti sagittas: habent & peccatores. Sermo sagitta est: & iusti quidem sermo cum arguit: & corrigit peccatorem: velut sagitta compungit: & transforat cor eius: vt conuertatur ad poenitentiam: & saluetur. Sermo autem peccatoris est habens venenum: & sagittans: ac vulnerans eum: q non est armis dei munitus. Tũc enim verba iniquorum praeualent aduersum nos: cum min9 caute scuto fidei cõmunimur. Tetenderũt ergo arcum suũ: vt deiiciant inopẽ & pauperem. Sciunt peccatores: quia non possunt deiicere diuitem: propterea neque insidias ei tendũt: sed omnes eorum insidiae aduersum pauperem diriguntur: sicut & alibi dicitur: quia insidiatur sicut leo in cubili suo: insidiatur: vt rapiat pauperẽ. Et quia redemptio viri diuitiae eius sunt: pauper autem sufferre nõ valet minas: ideo diuites efficiamur in spiritualibus bonis: id est in omni verbo: & in omni scientia: in operibus bonis: abiiciẽtes diuitias peccati: prospicientes non ea quae videntur: sed ea quae non videntur. Quae enim videntur diuitiae temporales sunt: quae autẽ non videntur aeternae sunt. Et si in talibus diuitiis ditescimus: vulnerari sagittis non possumus peccatorum. Restinguentur enim scuto fidei: per Christum dominum: & Saluatorem nostrũ: cui est gloria: & imperium in saecula saeculorum. Amen.

Incipit Homilia Tertia de eodem Psalmo: ab illa pte. Gladiũ e uaginauerũt peccatores.

SVperiore tractatu dicebamus quædam de gladio: & arcu peccatorum: & armis dei: & quia omnes homines armati sunt: & ꝙ diximus omnes homines: nunc adiiciam qđ defuit superioribus: id ē hi homines qui peccare iam possunt: vel abstinere a peccatis. Infantes enim neq; dei arma tractare possunt: neq; arma diaboli. Si qui autē in verbo: & actu: & cogitatiõe possunt iam scire quod rectum est: & vitare qđ cõtrariũ est: ipsi sunt qui dicũtur om̃es habere arma: & si quidem peccant: diaboli arma habent: & iniquitatis: si vero recte agũt: armis dei dicentur induti. Qđ ergo dixit Gladiũ euaginauerunt peccatores: tetenderũt arcum suum: explanãtes dicebamus secũdum Apostolum qui dixit a cõtrariis: & gladiũ spiritus quod est verbũ dei: quia peccatorum gladius eēt spiritus: qui in ipsis est nequã: qui eos inspirat ad verba blasphemiæ: & iniqtatis: & turpitudinis. Verbi causa: si videas gẽtiles aduersum se in disputationibus dimicantes: & diuersas contra se inuicem impietates dialecticę artis versutiis astruentes: potes tunc dicere competenter: quia gladium euaginauerunt peccatores.

Sed & ego q dicor fidelis si forte certamen sit mihi cum aliquo: & ad iracundiam prouocatus: abiecta mãsuetudine proferam verba furiosa: & spiritum mendaciis: & tumidis: venenatisq; sermonibus retegam: merito etiam ego tãq̃ peccator euaginasse gladium dicor. Bonũ igitur primũ est ne habere quidem gladium peccati: secũdum vero est saltē nõ eum euaginare: sed recõdere in vagina sua. Si em̃ non proferatur gladius de vagina: neq; exerceatur: acies eius obtunditur: & erugine consumitur: & si semper cesset ab opere exterminabitur. Hoc enim dominus etiam pollicetur: vt exterminet romphęã: id est peccatum ita vt vltra iam non sit peccator. Sed si quidē verbi dei præuenimus hoc op⁹: & in hac vita positi faciam⁹ in nobis interire peccatum: vt nunq̃ omnino a nobis: neq; per cogitationem neq; per opus: neq; per verbum peccati gladius proferatur: non indigebimus pœnæ ignis æterni: non tenebris exterioribus cõdemnabimur: neq; illis suppliciis quæ peccatoribus imminent subiacebimus. Si vero in hac vita contemnimus commonentis nos diuinæ scripturę verba: & curari: vel emendari eius correptionibus nolumus: certum est: quia manet nos ignis ille qui præparatus est peccatoribus: & veniemus ad illum ignē in quo vnusquisq; op⁹ quale sit ignis ꝓbabit. Et (vt ego arbitror) omnes nos venire necesse est ad illum ignem. Etiam si Paulus sit aliquis: vel Petrus: venit tamen ad illum ignem: sed illi tales audiunt: Etiam si per ignem trãseas: flamma non aduret te. Si vero aliquis similis mei peccator sit: veniet quidem ad ignem illum sicut Petrus & Paulus: sed non sic transiet sicut Petrus & Paulus. Et quemadmodum ad rubrum mare venerunt Hebręi: venerunt & Aegyptii: sed Hebręi quidem transierũt mare rubrum: Aegyptii autem demersi sunt in ipso. Hoc modo etiam nos si quidem Aegyptii sumus: & sequimur Pharaonem diabolum pręceptis eius obedientes: demergemur in illum fluuium siue lacum igneum: cum inuẽta fuerint in nobis peccata: quæ sine dubio ex præceptis elegimus Pharaonis. Si autem sumus Hebræi: & sanguine agni immaculati sumus redempti: si non portamus nobiscũ fermentum nequitiæ: ingredimur quidem & nos fluuium ignis: sed sicut Hebræis erat aqua murus dextra/læuaq;: ita etiam ignis erit murus: si nos faciamus quod de illis dictum est: quia crediderunt Deo & Moysi famulo eius: id est legi eius: & mandatis: & sic sequamur columnã ignis: & columnam nubis. Hæc monuimus repetentes explanationem: quomodo gladium euaginauerunt peccatores. Sed ne illud quidem otiose transeundum est: ꝙ etiam tetendisse dicuntur arcum suum: quod non iam appositione contrarii sicut in cæteris fecimus: sed ex similibus absoluimus. In decimo psalmo scriptum est: quia peccatores intenderunt arcum: parauerunt sagittas in pharetra: vt sagittent in obscuro rectos corde. Vnde apparet: ꝙ cor impii repletum est velut pharetra sagittis venenatis. Sunt ergo sagittę impiorum: consilia: & cogitationes pessimæ: os vero: ac labia eorum arcus quidam est: quo dilatato: atq; distento venenati cordis spicula iactãtur. Quod autem ait in obscuro: competenter dictum est. Non enim isti tales in die: id est in luce dei incedũt sed in tenebris ambulant: & in obscuritate malitiæ: atq; ignorantiæ delitescunt. Qꝫ autem sagittant rectos corde: id est simplices: & ignorantes malitias suas. Sed puto ꝙ hic sermo non tam de hominibus peccatoribus: q̃ de contrariis potestatibus dicatur. Illę sunt enim: quæ in obscuro sagittant rectos corde. Propterea ergo die: noctuq; vigilent

hi qui recto sunt corde: quia illi quidem parauerunt sagittas. Non dixit iaculati sunt: sed parauerũt sagittas: non sagittarũt: neq; vulnerauerunt: sed parant se vt sagittent. Vides nos anteq̃ vulneremur cõmoneri: vt nos ab illorũ vulneribus defendamus: & omni custo
E dia seruemus cor nostrum. Volo etiam amplius aliqd in his locis positus aperire: ne semper de inferioribus loquar ad vos: sed aliquando quædam etiam superiora pulsemus. Considero ergo: quia sicut saluator sagitta est dei sicut scriptũ est: posuit me sicut sagittam electam: sine dubio autem simili exemplo etiam Moyses in quo locutus est Deus: sagitta dei est: & cæteri prophetę: & Apostoli Christi: in quibus Christus ipse loquebatur: certum est quia per sagittam dei vulnerabant eos: & cõpungebãt cor eorum: quibus sermonẽ dei loquebant: ita vt hi qui ab ipsis audiebant sermonem dei dicerent: quia vulnerata charitate ego sum: sic rursus econtrario: quomodo Christus est electa sagitta dei: sic & Antichristus sagitta diaboli. Et sicut omnes in quibus Christus loquutus est: vel loquit: secũdũ hãc similitudinem: prophetæ: & apostoli etiã ipsi sagittę erant dei: & quicũq; iustus: & prędicator loquitur verbum dei ad salutem hominũ consummandam: sagitta dei dici potest: ita & omnes peccatores in quibus diabolus loquitur sagittę diaboli dici possunt. Si quãdo ergo te videris p os peccatoris sagittis diaboli vulnerari: illius quidẽ miserere: qui se ad hoc opus exhibet diabolo ministrũ: tu autem memor esto tui: & arripe scutum fidei: vt possis in ipso om̃ia tela maligni ignita extinguere.
F Non solũ autẽ in verbis: sed in factis dirigun tur in nos tela diaboli. Si enim videres mulierem insidiantem tibi: vt te decipiat: nonne & hæc ignitũ telum diaboli est: cũ tibi ita loquitur: vt in te ignem libidinis concitet? Similiter & si quis te verbis amaris: & asperis ad iracundiam concitet: nõne & hic ignitum iaculum est maligni: quo inflãmaris: & incẽderis ad furorem? Sed & si quis in aliud quoq; te p uocat: & instigat: qđ tu impatienter feres: in peccatum decidas: intellige diligentius: & aduerte hos omnes iacula esse maligni ignita: quibus rectos corde inflãmet: & vulneret ad peccatum. Sed qđ est infelicius: paucas video sagittas dei: pauci sunt qui ita loquuntur: vt inflammẽt cor auditoris: & abstrahãt eum a peccato: & cõuertatur ad pœnitentiã. Pauci ita loquũtur qui auditoris corde percusso eliciant ex oculo lachrymã pœnitẽtię: qui aperiẽtes futurę spei lumen: & magnitudinẽ futuri sęculi: ac regni dei gloriam protestantes suadere possint hominibus: quæ videtur contemnere: & expetere quę nõ videtur: spernere quę tẽporalia sunt: & quę æterna sunt quærere. Perpauci sunt tales: & ipsi siqui sunt pauci: per inuidiã: & liuorẽ ita agitur ne omnino vel pauci sint: ne vel prodesse aliqb⁹ possint. Sagittę aũt diaboli omnibus in locis abũdãt: omnis terra ipsis repleta est. Populi orbis militaris manus maxima ex parte sagittæ sunt maligni: vtinã ibi tantũmodo: atq; in illis p̃ualeret inimicus: vt illos solos haberet sagittas. Nunc aũt vereor etiã eos qui intus sunt: & meipsum vereor: ne forte diabolus adducat me in aliquod scandalum: & vtatur me sagitta aduersus animã hominis: quia qui scandalizauerit aliquẽ siue in verbo: siue in facto: iste illi animę quã scandalizauit sagitta extitit: & iaculũ diaboli. Et vide quid accidit nobis infelicius. Interdum dũ nos putam⁹ dicere aduersus aliquem: & incaute proferimus sermones: dum contentiosius agimus: & quibuslibet verbis vincere studemus: tunc diabolus ore nostro vtitur velut arcu: per quẽ sagittas suas dirigat: & sagittet rectos corde: eos videlicet qui nos audiunt ea loquentes: in quibus scandalum patiũtur. Et sicut deus posuit arcum in nubib⁹ ne fiat diluuiũ: & vt tempestas desinat: ita econtrario diabolus ponit arcum non vt cessare faciat: sed vt suscitet tempestates: vt serenitatem conturbet in anima: vt pacem depellat: vt bella commoueat: & vt turbines excitet: ac procellas. Cum enim videris aliquẽ vitiis & passionibus agitatum circũire: & perturbare omnia: nolo dubites q; ille sagitta diaboli est: & os eius posuit arcum suũ: & tetẽdit sagittas verba eius vt sagittet rectos corde. Sed qui muniti sunt armis dei: ab his talibus non poterunt vulnerari. Q; autem addidit vt trucident rectos corde: cum superius dixisset: vt deiiciant inopem: & pauperem: iunxit pauperibus rectos corde. Quos puto quia similiter etiam dominus coniungat in euangeliis: vbi enim dicit beatos pauperes: ibi etiam beatificat mundos corde: & nihil interesse arbitror inter mundos corde: & rectos corde. Trucidantur autem hoc modo. Si quis simplici mente: ac desiderio veniat ad ecclesiam: vt proficiat: vt melior se fiat: iste si videat nos qui multo iam tempore in fide stetimus: vel non recte agentes: vel cum offendiculo loquentes: efficimur illi nos lapsus ad peccatũ. Cum autẽ peccauerit: trucidatus est: & sanguis animæ eius profluit. Omnis ab eo virt⁹ H

vitalis abscedit. Et si audis dici in Genesi quia sanguinem animarum vestrarum exquiram ab omni fratre: & ab omni bestia: non putes quia de hoc sanguine magnopere præcipiat corporali quantū de interioris hominis sanguine: id est de vita animæ: & sanguine spirituali. Scandalizati enim animæ sanguis effunditur: cum ciderit in peccatū: & propterea dixit: quia requiritur sanguis ei⁹ a fratre. Et quare etiam a bestia? Si fidelis est qui te scandalizauit: frater est: a quo requirēdus est sanguis tuus. Frater enim tuus est: qui fudit sanguinem tuum. & ideo dictum est de manu fratris requiram sanguinem. Cum vero contraria potestas fera & nequā perurget hominem: & infidelis est per quem insidiatur: si potuerit fundere sanguinem animæ tuæ: id est deiicere te in peccatum: bestia est per quam exquirit dominus sanguinem tuum. Sed & Ezechiel propheta cum dicit speculatorem se positum domui Israel: qui si annuntiauerit romphæam venientem reus non fiat sanguinis: si non nuntiauerit reus sit sanguinis: & in lege cum dicitur: si hæc: & hęc fecerit innocens erit a sanguine: sine dubio etiam hic animæ sanguinem designat: qui effunditur per peccatum. Propterea ergo timeamus omnes ne forte sanguis alicuius qui scandalizatur: requiratur a nobis: sicut propheta designat. Hæc oportuit nos repetere: vt plenius ostenderemus quomodo gladium euaginauerunt peccatores: & tetenderunt arcum suum: & quis esset pauper quē deiicerēt: & quomodo trucidātur recti corde: vel quis est sanguis eorum qui effunditur. Nunc autem videamus quid sit istis ipsis peccatoribus q hęc faciunt: id est qui gladio diaboli vtuntur: & iaculis maligni: quid de his rursum dicit sermo diuin⁹. Framea (inquit) eorum intret in cor eorum: & arcus eorum conteratur. Framea genus teli est: hoc nomine nuncupatum Sermones igitur isti: quos inspirante diabolo iniqui: & peccatores proferunt (inquit) aduersus iustum: vt trucident rectos corde: conuertentur aduersum ipsos qui eos proferunt vt illuc redeant: vnde processerant. Sicut eñ dicitur ad iustos: & sanctos apostolos a domino: In quācunq; domum intraueritis dicite Pax huic domui: & si fuerit ibi fili⁹ pacis pax vestra veniet super eum: sin minus: pax vestra ad vos reuertetur: sic & hic ecōtrario gladius impiorum qui euaginatur: vt trucidet rectos corde: reuerti in ipsos dicitur: & demergi in cor eorum: atq; arcus eorum cōfringi: dum domin⁹ de insidiis eorum liberat iustum. Melius est modicum iusto: super diuitias peccatorum multas. Secundum literam continuo etiam simplicioribus quibusq; vtilis ammonitio est: de qua & prius dicendum est: q̄uis habeat etiam profundi⁹ aliquid: qd si qs capere potuerit: capiat. Quid ergo nos C
doceat litera: videamus. In hoc mundo communem vitæ sollicitudinem gerunt: & iusti: & iniusti: vt habeant quæ ad victum necessaria sunt. Sed iusti quidem non tam propensi sunt erga sollicitudinem victus: q̄ enixe gerunt iustitiæ curam: ita vt etiam si eis quærenda sunt: quæ ad victum necessaria sunt absq; iniustitia quærantur: vt ipse quæstus eorum qui quotidiano vsui necessarius est: cum omni iustitia fiat. Iniusti vero nihil curant de iustitia: sed omnem curam in hoc impendunt quomodo acquirant: in hoc eorum omne studium est: quomodocunq; & qualiacunq; lucra captare: non quærunt si bene acquirant: si cum iustitia: non sunt solliciti: vt in iudicio Christi inueniantur possessiones eorum cum iustitia quæsitæ. Quomodo possunt hæc facere: qui agrum ad agrum coniūgunt: & villam villæ appropiant: vt aliquid proximo auferant? Cum ergo vnum e duobus fieri necesse sit: id est aut multa acquirere cum iniustitia: aut modicum cum iustitia: melius est (inquit) modicum iusto: super diuitias peccatorum multas. Et vere quasi speciali quodam titulo multæ diuitiæ in iniquitate censentur. Vnde & ego arbitror dominum & Saluatorem nostrum: quasi vere deum: & dominum mammonam iniquitatis pronuntiasse cum dicit: facite vobis amicos de iniquo mammona. Hæc secundum literā. D
Videamus nunc si quid etiam secreti contineat sermo. Sunt multa: & diuersa studia literarum in hoc mundo: & videas q̄plurimos incipientes a grammaticis ediscere carmina poetarum: comœdiarumq; fabulas: tragœdiarum: vel commentitias: vel horrificas narrationes: historiarum longa: ac diuersa volumina: tum deinde transire ad rhetoricam: atq; ibi omnem fucum eloquentiæ quærere: post hæc venire ad philosophiam: perscrutari dialecticam: syllogismorum nexus inquirere: mēsuras Geometriæ pertentare: astrorum leges ac stellarū cursus perscrutari: omittere quoq; nec musicam: & sic per omnes istas eruditi tam diuersas: & varias disciplinas: in quibus nihil de Dei voluntate cognouerunt: multas quidem sed peccatorum diuitias congregauerunt. Videas autem vnum de ecclesia imperitum quidem in verbo: atq; eruditione: E

sed fide: ac timore dei repletum: qui propter timorem dei in nullo audet delinquere: sed veretur omnino aperire os suum: ne forte sermo malus procedat de ore eius: & obseruat etiam in minimo delinquere: a quibus obseruare se non potest ille qui diues est in huiusmodi sapientia. Hos igitur sibi conferens sermo diuinus ait. Melius est modicum iusto: super diuitias peccatorum multas. Vt sunt diuitiæ peccatorum sapientia huius mundi in qua diuites sunt: & abundantes in eloquētia: nec tamen se per hæc continere præualēt a peccato. Modicum autem iusti est: qui habet fidem tanq̄ granum sinapis modicā: sed viuidam: & vehementem: per quam se cōmunit: & continet a peccato. Melius est ergo hoc modicum fidei iusto super diuitias peccatorum multas: quas habent in eloquētia: ac sapientia huius sæculi: quę destruitur. Tamen si potuerit quis & diuitias habere: & nō peccatorum habere diuitias: sed congregare aliqua de thesauris Moysi legislatoris: alia etiā de cēsu acquirere prophetarum: de Esaia: de Hieremia: de Ezechiele: perscrutari quoq; secreta Danielis: cæterorūq; prophetarū recon ditos: & obscuros penetrare thesauros: iste iā non confertur sapientibus huius mundi: vt melior illis dicatur: sed illis magis exęquatur qui dicebant: quia diuites facti estis in omni verbo: & in omni scientia: & qui destruentes huius mūdi sapientiam: & velut victores ei⁹ effecti: dicunt se paratos esse ad captiuandū omnē intellectū extollētem se: & erigētem aduersus scientiam Christi. Et si quidem ille sit quē superius dixim⁹ imperitus: & idiota: sed fidelis & timens deū: melius est modicū illud fidei huic iusto super diuitias peccatorū multas: quas ex huius sęculi sapientia cōpararūt. Super ambos aūt istos est qui diues est in verbo dei: & sciētia veritatis: id est qui secūdum Paulum diues est in om̄i verbo: & in om̄i sciētia: & nihilominus diues est in operibus bonis.

F Si autem vis scire quid est diuitem eē in omni verbo: breuiter te docebo. Incipe discutere a prīo verbo Geneseos: ide in verbo Exodi: post hęc in verbo Leuitici: in Numeris: in Deuteronomio: ditesce de Iesu Naue: ditesce de omnibus simul iudicibus: & iam inde per consequentiam de singulis quibusq; scripturæ diuinæ libris vsquequo peruenias ad Euāgelicas apostolicasq; diuitias. Nam verbi causa: si quis vni verbo psalmorum operam dederit: & integrum psalterium cū voluerit canit diues est quidem: sed non in omni verbo: atq; omni scientia: sed est diues in solo verbo psalterii. Vel si quis euangelicæ: atq; apostolicæ lectioni studium tribuat: & in mandatis noui testamēti semetipsum exerceat: diues ē & hic: sed non in omni verbo: nisi euangelico tātum: & apostolico. Si vero potuerit nouum: ac vetus testamētum pari studio ediscere: atq; ex omni eius eruditione instrui: ita vt paratus sit reddere rationē de singulis quibusq; quæ scripta sunt: & vitam suā secūdū verbū veritatis eius quę in scripturis cōtinet aptare: iste vere diues est in om̄i verbo: & in omni opere bono. & istas puto esse diuitias de quibus dicitur: redemptio animę viri proprię diuitię eius. Melius est ergo modicum iusto super diuitias peccatorum multas: quoniā brachia peccatorum conterentur. Quomodo potest hoc secundum literam stare: etiam si aliquis vim facere conetur per imperitiam? Sūt multa in scripturis ita posita quę etiam eum qui valde brutus ē: & stertit mouere possunt immo cogere: vt necesse habeat litera derelicta ad intellectum conscendere spiritalem: sicut & nunc faciunt brachia ista peccatoris q̄bus imminere contritionem comminatur.

G Sed & in alio loco dicit. Contere brachium peccatoris & maligni. Quid ergo? brachium istud corporeum peccatoris: & maligni putabimus conterendum? Non facile hoc accidere videmus. Sed si intueamur quomodo cum elati fuerint in superbiam peccatores: & arcus suos parauerint: & sagittas illas suas: de quibus superius diximus: tetenderint aduersus iustos: cum hæc omnis eorum intentio domini fuerit virtute destructa: sic merito dicitur brachium peccatoris esse contritum. Vel alio modo: quoniam manus & brachium operis est indiciū. Si ergo videas peccatorem ad opus bonū: ad opus misericordię non extendentem manū suam: absurdum nō erit dicere brachium eius esse cōtritum. Sed huiuscemodi contritionem non a deo: sed a diabolo fieri credendum est. Ipse est enim qui conterit: & constringit brachia peccatorum: ne ad misericordiā extēdantur. Fit ergo quædam contritio peccatorū a deo: cū insidiantes eos iusto destruit: & deterret: q̄dā vero a diabolo: cū boni operis studia: velut vinctis & cōtritis infideliū brachiis impedit. Et est alia cōtritio quę a deo quidem cōceditur: impletur autē a diabolo: illa de qua dicebat diabolus ad dominū. Verūtamē immitte manum tuā & tāge omnia quæ habet: nisi in faciē te benedixerit: Et tū accepit eum in potestate. Vnde & ipse Iob ait: Manus enim domini est quæ cōtigit me. Suffulsit autem iustos dominus.

Qui infirmi sunt: & fragiles: opus habent suffultore. Vbi ruina imminet: & lapsus: ibi quæritur suffultura. Omnis autem homo quantũ ad humanã fragilitatẽ spectat: & infirmus est: & promptus ad lapsum. Et in hoc quidẽ psalmo scriptũ est: quia iustos suffulciat dominus: & in alio dicit. Suffulcit domin⁹ omnes qui cadunt: & erigit dominus omnis elisos. Tantum est vt nos expergiscamur aliquando & euigilemus: vt siquando per infirmitatem casus aliquis imminet: deprecemur dominũ vt mittat nobis verbum suum: & sapiẽtiam suã: quæ suffulciat casuros: & erigat. Cognoscit dominus dies immaculatorũ: & hæreditas eorũ in æternum erit. Secũdum scripturas sicut in multis locis obseruauimus: dñs nõ oĩa cognoscit: sed sola illa quæ bona sunt. Mala aũt dicitur ignorare: non ꝙ vere aliquid sit qđ eius scientiam lateat: sed ea quæ indigna sunt notione eius: dicitur ignorare. Qđ ostendim⁹ etiã de scripturis: cum dicit apostolus. Si qs in vobis propheta: vel spiritalis cognoscat quæ scribo vobis: quoniam domini sunt. Si quis autem ignorat: ignorabitur. Et in euãgelio vbi dicit dominus ad peccatores. Nescio vos: discedite a me operarii iniquitatis. Sicut ergo & alibi dicitur: cognoscit dominus qui sunt eius: sic hic non impiorum: sed immaculatorum dies cognoscere dicitur domin⁹. Digni ẽm sciẽtia domini, immaculatorum dies. Sed & hoc secundum literam nescio si possit consequenter exponi. Qui enim possunt esse dies immaculatorũ: qui non sint etiam peccatorum: cum huius sæculi dies vna eademꝗ sit omnibus: atꝗ in eadẽ siue iusti: siue peccatores simul luce versentur: sicut & ipse domin⁹ de patre dicit quia: solem suum iubet oriri sup bonos: & malos? Quomodo ergo hic velut exceptum aliquid: & segregatum immaculatorum dies cognoscere dicit dominus? Sed videam⁹ ne forte vnusquisꝗ propriã sibi ipse faciat diem. Et si quando abiicientes mendacium loquimur veritatem cũ proximo nostro: in veritatis die: & veritatis luce versamur. Similiter & cũ retrahimus nos ab his qui oderunt fratres: & in tenebris ambulant: & in dilectione fratrum permanemus: dies nobis facimus charitatis. Sed & cũ iustitiam custodimus: & cum visitantes viduas: atꝗ orphanos in tribulatione sua immaculatos nos custodimus ab hoc sęculo: ĩmaculatorũ nobis ipis facimus dies. Et isti sunt dies quos nosse dicitur: quando cognoscit dies immaculatorum. Verum si sacratiorem adhuc sensum in hoc loco volum⁹ perscrutari: possum⁹ dicere quia dies mali sunt huius sęculi: secundum ꝙ scriptum est. Quoniam dies mali sunt. Dies autem boni alii sunt: qui & ipsi immaculatorũ sunt: quos dominus cognoscit: in quibus & hæreditas eorum in æternum manet: tunc sine dubio: cũ iusti hæreditatẽ capient vitæ æternæ: consequẽter quę oculus nõ vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit: quæ pręparauit deus diligentib⁹ se: illi sunt immaculatorum dies in quibus non iste sol quem occasus excipit: & cuius nox succendens lumen interimit: sed sol iustitię lucebit: qui noctem nesciat: qui lumen æternum sit: sicut scriptum est. Quia ipse dominus erit eis lux sempiterna. Et non confundentur in tempore illo. Soli iusti non confundentur in tempore malo. Tempus autem malum hic tempus iudicii nominat: propter multitudinem peccatorũ: & eorum quos sęua tormenta suscipient. Tunc ergo in tempore resurrectionis cũ omnes resurrexerint: & alii resurgunt in vitam æternam: alii in confusionẽ ęternã: tunc (inquit) iusti non cõfundentur quia nihil dignum confusione in eorum actibus inuenietur. Addit autem. Et in diebus famis saturabuntur. Inquirẽdũ primo est qui sint dies famis. Cõminatur in quodã loco deus per prophetam: & dicit. Ecce dies veniunt dicit dominus: & immittam famem super terram: non famem panis: neꝗ sitim aquæ: sed famem ad audiendum verbum dei. Et circuibunt ab oriente vsꝗ ad occidentem vt audiãt verbum domini & nõ inueniẽt. Isti sunt ergo dies: & istud est tempus famis: cum non sunt qui verbũ dei loquanť. sicut & fames nunc est apud Iudæos. Nusq̃ enim prophetę: nusq̃ sapiens: nusq̃ prudens æstimatur: nusq̃ quinquagenarius: nusq̃ sapiens consilarius: nusq̃ intelligens auditor: omnia abstulit deus a Iudæa: & Hierusalẽ. Sed & in nobis metus est ingens: ne forte etiam nobis immineat fames. Sicut ẽm illi de quibus supradiximus legendo legẽ: & non faciendo incurrerunt in hoc vt verbi dei famẽ paterẽtur: & auferrentur ab illis omnia dei dona quæ supradiximus: & mandatũ est nubibus (prophetis scilicet) ne pluerent super eos pluuiam verbi dei: verendum est ne tale etiam aliquid nobis correptionis inducatur genus: sed magis efficiamur non auditores legis tantum: sed & factores: vt mandet dominus nubibus suis: non vni: neꝗ duabus: sed pluribus: pluere super nos pluuiam: vt in ecclesia prophetæ duo: vel tres dicant: & cæteri examinent. Et si sedẽti reuelatum fuerit prior taceat: vt plures fiãt operarii inconfusibiles recte tractantes verbũ D

veritatis: vt dicat vnusquisq; doctorũ: & prædicantium verbum dei secũdum Paulum: ego plantaui: & ille rigauit: sed deus incremẽtum dedit. Hæc autẽ fient si nos qui rigamur a nubibus: & audimus verbum dei afferamus fructus illos quos enumerat Apostolus: id est fructus spiritus: qui sunt gaudium: charitas: pax: patientia: longanimitas: & cætera his similia. quos fructus si moramur afferre: verẽdum est ne mandetur nubibus abstruere a nobis imbres suos: & incipiat vnusquisq; sanctorum facere illud qđ scriptum est: qui autem intelligit in tempore illo sedebit: & tacebit: quia tempus
E malum est. Sed meminisse debem⁹ historię antiquorum de famis tempore: quomodo iustus in tempore famis saturatur. Conueniens puto fames erat temporibus Heliæ prophetę: quando clausum est cœlum annis tribus: & mẽsib⁹ sex. Et tunc populus quidem periclitabatur fame: sed Helias non patiebatur famem. Et tunc quidem pascebatur ab angelo: quando & abiit in virtute escæ illi⁹: & permansit quadraginta diebus: & quadraginta noctibus: nunc autem coruis ministrantib⁹ pascebatur: cum ei in matutino panes deferrẽt: & ad vesperum carnes. & iterum refertur bibisse aquã de torrẽte corrath: & venisse in Sarepta sidoniorum ad mulierem viduam famis tempore: & quia iustus erat: non est passus inediam famis: sed vbiq; ei abundantia pręsto erat atq; vno: eodemq; tempore erat peccatorib⁹ fames: Helias autem qa iustus erat nesciebat famem. Sic ergo etiam si fames veniat aliquãdo: qđ domin⁹ nõ præstet ecclesiæ suæ: si quando tamen accidat: qui habet intellectum: & exercitium in meditatione verbi dei: & cõstituit meditari in lege eius die ac nocte: atq; exercere se ad intellectum spiritalem percipiendum: inueniet in his panem illum qui de cœlo descendit: & fiet ei sermo dei abundans cibus: & profluens potus: & non solum cibus: & potus: verum si profundiora sacramenta mysticæ intelligentiæ potuerit perscrutari: erunt ei sermones dei delitiæ. Potest
F etiam alio modo in hoc loco profundior sensus aperiri. Dominus & saluator ait. Veniet nox quando nemo potest operari. Et hoc dicit de illo tempore qđ erit post hoc sæculum: tẽpore quo vnusquisq; pro malis suis recipiet pœnas. Tũc ergo dicit noctem illam futurã cum iam nemo potest operari aliquid: sed vnusquisq; tunc pascitur ex operibus suis quæ hic positus operatus est. Cũ ergo nox fuerit: nemo operatur in illo tempore malo: cũ peccatores suppliciis affliguntur: erit sine dubio fames his q nullos fructus boni operis collegerunt. In illo autem famis tempore: saturabuntur iusti ex fructibus scilicet iustitiæ suæ. Sicut em̃ in deserto sex diebus colligebãt manna: in sexta autem die non vnius diei modum: sed quãtũ sufficeret in crastinum colligebant: & vnusquisq; edebat in die sabbati quæ collegerat in die sexta: ita etiam nunc velut sexta quædã dies putanda est domini nostri Iesu Christi aduentus & tempus hoc dispensationis eius: quã passione sua hoc in sæculo procurauit. Et idcirco dũ in die sexta sumus: colligamus manna dupliciter: vt sufficere nobis possit dum aduenerit vera sabbati obseruatio populi dei. Si enim nõ collegerimus duplices cibos q nobis: & in præsenti sæculo sufficiant: & in futuro: in diebus famis non saturabimur. Sic enim cum iusti saturabuntur in dieb⁹ famis: Peccatores (inqt) G
peribunt: inimici autem domini statim vt honorificati fuerint: & exaltati: deficientes vt fumus deficient. Docet nos sermo diuinus quales sint honores sæculi huius. Cum enim videris illum acceptis illius prouinciæ fascibus tumidum: alium consulatibus elatum: alium diuersis magistratibus elatum: cum ergo omnẽ istam videris elationẽ: considera quia deficientes sicut fumus deficient: recordare etiã quantos in his honoribus videris: & vsq; ad te quãta eos fastigia conscendisse memineris: & vide si non omnes pene posteaq̃ exaltati sunt: deiecti denuo: & prostrati sicut fumus defecerũt. Inimici autem domini statim vt honorabuntur: & exaltabunt: deficientes vt fumus deficient. Econtrario vero amici domini statim vt contempti fuerint: & despecti: & ab hominib⁹ humiliati: a deo exaltabuntur: & erigent: quoniam omnis qui se exaltat humiliabitur & qui se humiliat exaltabitur. Post hęc addunt quæ- H
dam quæ non parua indigent expositione. Ait em̃. Mutuabitur peccator & nõ reddet: iustus autẽ miseretur: & cõmodat. Etiã hoc: si secundum literã accipiamus: non videbitur verum. Multi etem̃ peccatores mutuo accipiũt pecuniam: & reddũt cũ fœnore: ita vt & ipsi interdum lucrũ ex pecunia quã sumpserant ceperint. Definit autem hic propheta dicens. Mutuabitur peccator: & non soluet. Sed si intelligas quis est qui fœnerat: & quis est qui accipit fœnus: & requiras quis est peccator qui nõ reddit pecuniã quã sumpsit: intelliges consequentiam habere qđ scriptũ est. Verbi gratia. Cum docet Paulus: & assistunt ei auditores: Paulus est qui pecuniam fœnerat dominicam: auditores autem sunt qui ex ore ei⁹ pecuniam verbi

suscipiunt fœneratã. Et si quidẽ iustus sit qui suscipiat ab eo pecuniã: reddet integrũ fœnus & dicet. Quinq; mnas mihi dedisti: ecce acqui siui alias quinq;. Si iustus est: dicit. Quinq; talenta mihi dedisti: ecce habes decem: vel duo talenta mihi dedisti: ecce habes quatuor. Si vero peccator est: suscepto dei verbo non operatur ex eo opera mandati: & non reddit vsuras: sed consumit omnia quæ accepit in fœn⁹. Ecce & nunc vos omnes quibus hæc loquor pecuniam accipitis fœneratam: verba mea: hæc pecunia domini est. Aut si dubitas: audi prophetam dicentem: quia eloquia domini eloquia casta: argẽtum igni probatum terrę purgatum septuplum. Si ergo male doceo: pecunia mea reproba est: secundum illos quibus dictum est: argentum vestrum reprobum. Si autem bene doceo: pecunia: vel argentum nõ est meum: sed domini est: & probatum est. Licet ergo mihi fœnerare pecuniam domini: meam autem propriam pecuniam non licet: quia verbum domini prohibet humanam pecuniã fœnerari. Quæ est ergo humana: & quæ domini pecunia? Ego puto ꝙ Valentini sero humana pecunia est: & reproba: & Marciõis: & Basilidis pecunia humana est: & reproba: & omnium hæreticorum sermo non est probata pecunia: nec dominicam integre in se habet figuram: sed adulterã: quę (vt ita dicam) extra monetam ita figurata est: quia extra ecclesiam cõposita est. Si autem videris aliquẽ non sua propria: sed dei verba proloquentem: qui vere audeat dicere: aut probamentum quæritis eius q in me loquitur Christi: scito quia iste fœnerat quidem: & non suam: sed domini pecuniã fœnerat: & facit illud qđ scriptum est tota die miseretur: & fœnerat: habẽs auctoritatem fœnerandi ab ipso sibi meo deo Iesu Christo datam. Ipse est enim dominus qui in parabola data pecunia dicit ad seruos. Ite negociamini vsquequo redeam. Et ad illum seruũ qui pecuniã multiplicare contempserat dicit. Quia oportuit te pecuniam meã dare nũmulariis: & ego veniens exegissem eam vtiq; cum vsuris. Iste est ergo peccator qui mutuatur: & non soluet: iustus autem acceptam pecuniã restituet cum vsuris: hoc est acceptum dei verbum cum operibus repręsentat. Audis sermonem de castitate: collaudas doctorem: amplecteris doctrinã: admiraris magisterium: per hæc suscepisti pecuniã castitatis. Et si quidẽ peccator es egressus ecclesiam: inseris te negotiis sæcularibus: excipit te lasciuia: subsequitur temulẽtia: corruptorum hominum malefida colloquia: oblitus continuo omnium quæ a doctore susceperas: quæ laudaueras: quę admiratus fueras: & ad impudica rursum deuolueris scorta: & effectus peccator: qui mutuatus es verbum castitatis: & non reddis opera castitatis. Similiter & si audieris verbum iustitiæ in ecclesia: egressus es foras: occurrit tibi vicinus cuius agellũ concupieras: & continuo oblitus eorum quæ dicta sunt: vt cupiditati tuæ satisfacias inuadis quę aliena sunt: & sic mutuatus de iustitia pecunię non reddis vsuras: operans gesta iustitiæ. Sic ergo & de singulis quibusq; mutuatur peccator: & non soluet: iustus autem miseret: & cõmodat. Non solũ (inquit) fœnerat iustus hoc est non solum prędicat verbum: hoc est nõ solum docet imperitos: verũetiam miserat infirmos. Sequitur enim exemplũ domini dicentis: Misericordiam malo q̃ sacrificiũ. Quia qui benedicunt eum hęreditabunt terram: qui autem maledicunt eum exterminabuntur. Qui benedicunt eum id est qui benedicunt iustum hæreditabunt terram. Quã terrã? Terram illam bonam: terram multam hæreditabunt illam fluentem lac & mel: vbi sunt bona illa quę vere bona sunt: illam possidebunt qui benedicunt iustum: maledicentes vero eum exterminabuntur. Et vobis parum videtur interdum male loqui de sanctis: & perleue est vobis dicere de seruis dei: ille talis: & talis est: ille fingit: & ille sæculum diligit: ille autem impostor est: non audis quia qui maledicunt iustum exterminabuntur? Aut si hoc parum vobis videtur audite alibi deum dicentem ad iustum. Inimicus ero inimicis tuis: & aduersabor aduersariis tuis. Videtis quanti periculi sit inimicari iustis: vel male loqui de sanctis. Si enim vere credimus illud quod dixit dominus de vno quoq; seruorum suorũ: quia esuriui & nõ dedistis mihi manducare: & ea quæ addit & dicit: quia qui vni ex minimis meis fecit: mihi fecit: consequens est vt & hoc dicat: Qui maledicebatis mihi: detrahebatis de me: & falsa contra me loquebamini & accusabatis me. Et si dixerimus domine quando tibi maledicimus: aut quando detraximus: aut quando falsa contra te loquuti sumus? tũc dicet ad nos. Amen dico vobis: quia quod fecistis vni ex meis minimis: mihi fecistis. Sicut enim dantes manducare vni ex istis mihi fecistis: & dantes bibere vni ex istis mihi dedistis: & sicut induentes vnum ex istis: me induistis: ita maledicentes vni ex istis mihi maledixistis: & si benedixistis: vel honorastis vnum ex his mihi benedixistis: & me honorastis: sicut & alibi nihilomin⁹ dicit: qui

B

vos recipit: me recipit: & qui vos spernit: me spernit. Propterea ergo contineam⁹ linguam nostram: & seruos domini admiremur: & benedicamus iustos: & nunq̃ detrahamus de eis: aperiamus os nostrum ad male loquendum ne forte exterminemur: sed benedicamus vt & nos benedictionem consequamur per Christũ dominum nostrum cui est gloria: & potestas: in sæcula sæculorum. Amen.

Explicit Homilia tertia.

Incipit Homilia quarta de eodem psalmo, ab illa parte apud dominũ gressus hoïs dirigant.

C A Domino (inqt) gressus hominis dirigunt. Et alibi in hoc ipo psalmo dicit de gressib⁹ iusti hoc modo. Lex dei eius in corde ipsi⁹: & nõ supplãtabunt gressus eius. Sed & in septuagesimosecundo psalmo dicitur. Paulomin⁹ effusi sunt gressus mei. Gressus ergo a gradiendo nominam⁹ secundũ illud qđ in Exodo scriptũ est: q̃ Moyses vidit flammã ignis & angelũ cum rubus arderet quidẽ: sed nõ cõbureret: & dixit digrediens siue transiens videbo visionẽ magnã hãc Ex hoc ergo loco occasio nobis datur intelligẽtiæ eorũ quæ habemus in manibus. Igit de his quę i Exodo scripta memorauim⁹: id est digrediens videbo visionem istam magnam: audiui quendã de sapientibus ante nos dicentem: cũ explanaret hunc locum quia non est possibile prius videre visum magnum id est ĩtueri: atq; perspicere magna mysteria stanti in conuersatione: & actibus mundi hui⁹: sed transire oportet prius ab his: & transcendere omnia sæcularia: & sensum nostrũ ac mentem liberam fieri: & tunc ad magnarũ: & spiritalium rerum intuitum peruenire: & ita demũ visum magnũ videre. Hunc quidem ille explanãs locum quę supra memorauimus enarrabat. Nos vero quibus studium est secundum scripturę monita: verba sapientium laudare: & addere ad ea: possumus ad hæc quæ ille dixit tale aliquid addere. Vnusquisq; qui iter agit ad virtutem proficit in ambulando: vt paulatim per multos

D profectus itineris pueniat ad eam. Iter ergo agens & velut quibusdam passibus gradiens digreditur semper: & trãsit ea quę explicuit: ac posteriora omittens ad ea quæ priora sunt: se extendit. Digrediens ergo transit primũ locum malitiæ: & inde proficiens passibus: & ingressib⁹ transit alias peccatorũ sudes: tum deinde scrupeas nequitiæ cautes: & lubrica: & prærupta vitiorũ. Cum vero hæc etiam euaserit: semper ad ea quæ in antea sunt se extendens minus restat malitiæ: & omne qđ pficit viæ: si tamen incedendo cautius gressus suos obseruauerit ne labatur vt singula quæq; digrediens malitiæ loca ita vt non offendat pedem suum in ea: secundum hoc qđ in exodo scriptum est: videre possit visionem magnam. Nemo enim adhuc qui in malitia est: nec digreditur eam: & transiit: poterit visionem istam magnam secretorũ dei: sciẽtiæ scilicet & sapientiæ: contueri. Magna ergo est visio: cum puro corde deus videtur. Magna est visio cum puro corde verbum dei: & sapientia dei q est Christus eius agnoscitur. Magna visio est agnoscere: & credere ĩ spiritum sanctum. Magna ergo hęc visio scientia trinitatis est. Verũtamen etiam Moyses tunc videbat in Exodo visum magnũ: & angelus dicitur qui videbatur in rubo: in ignem: & magnam eam visionem appellat. Intelligebat eñ quis esset in angelo. Continuo deniq; dicit ad eum. Ego sum deus Abrahã: & deus Isaac: & deus Iacob. Vide ergo q̃ magna sit visio hæc: q̃uis & hoc ipsum sit magnum scire q̃ deus facit angelos suos spirit⁹: & ministros suos ignẽ vrentem. Et nunc quidẽ Moysi adhuc pascenti pecora Hietro soceri sui: & gradiẽti: vel trãseunti ab his: magna est visio hæc: in qua ei angelus dicitur apparere. Si autem etiam mare rubrum transierit: & colũna eum nubis obtexerit: & futuri baptismi adorauerit sacramenta: tunc etiam maiorem visionem poterit videre. Ingredietur eñ caliginem: & turbinẽ: vbi esse ipse dicitur deus: vbi scriptũ est quia Moyses solus accedebat ad deũ: cæteri autem a longe stabant. Et in tantũ per istas magnas Moyses proficit visiones: vt diceret ad deum. Si inueni (inquit) gratiam coram te: manifesta mihi teipsum vt euidenter videam te. Et tunc audit a deo quia ponam te in foramine petræ: petra autem erat Christus: vt per foramẽ breuissimũ videas posteriora mea: hoc est: vt ea quæ in nouissimis temporibus implebũtur per assumptionem carnis agnoscas: faciem autem meam videre nõ poteris. Sed digressi per q̃plurimas visiones: redeamus nunc ad hoc quod proposuimus de psalmo: quia a domino (inquit) gressus hominis diriguntur. Supra exposuimus quomodo iter quis ingreditur ad virtutem: quoniam qui iter agit ad virtutem: multa sunt quæ digredi habet & transire. Ergo & tu qui ad Christũ tendis: qui est dei virtus: digredere luxuriam: scorta: adulteria: E

digredere furta: falsa testimonia: tũ deinde digredere & auaritiam: & oẽm pecuniç cçterarũ q; malarum rerum concupiscentiam: digredere iracũdiam: digredere inuidiam: per quã primum terra humanũ sanguinẽ bibit: digredere mendacium: digredere tristitiã sæculi. Nisi hęc omnia digressus fueris: visionem illam magnã domini videre non poteris. Sunt ergo quidam in nobis gressus: & pedes quibus iter hoc agimus: sunt gressus interioris hominis quibus ambulare possumus per illam viam quę dicit: Ego sum via veritas & vita. Hoc ergo iter agentibus multis gressibus vtẽdum est nobis vt illa omnia quæ supradiximus transeamus: quia gressus hominis a domino dirigunt. Nõ sufficit homini volenti istud iter incedere sola propositi sui voluntas: nisi & dominus direxerit gressus eius: quia frequenter accidit iter agentibus vt ambulent: quod iter tamẽ rectũ tenere non possint: sed decedant in aliquos errores: vt illi qui in philosophiæ eruditione versantur: videntur quidem iter virtutis incedere: sed quia a domino non dirigunt gressus eorum: non tenent iter rectum. Sed & hęretici nihilominus ingrediuntur etiam ipsi iter: sed cũ scripturas carnaliter: non spiritaliter intelligunt: declinãt in sinistram. Si vero spiritaliter intelligant: in ipso autẽ spiritali intellectu apostolicç non teneant regulã veritatis: decidunt nihilominus & ipsi ad dexterã: diabolo (vt ita dixerim) gressus eorum non dirigente: sed detorquente a via recta. Nos ergo neq; ad dexteram: neq; ad sinistram declinantes: ingrediamur mediam viam quæ est Christus dominus quia in ipso ambulantiũ gressus dominus dirigit. A domino ergo gressus hominus diriguntur: & viam eius cupiet: illam scilicet viam de qua supradiximus. Cupiet eñ qui a deo dirigitur Christũ: & desiderabit permanere semp in Christo. Cum ceciderit (inquit) non cõturbabitur. Superius dicens quia a domino dirigun tur gressus eius: hic de casu eius loquitur. Vide ergo quia etiam his qui iter hoc incedũt aliquando accidat cadere: etiam his qui a dño diriguntur: sed est multa differẽtia inter casum iusti: & casum iniusti. Iustus (inquit) cum ceciderit non prosternitur: iniustus: & qui spem non habet in deo positam: si ceciderit prosternitur: & nõ surgit: id est si peccauerit: non poenitet: & peccatum suum emendare nescit. Iustus aũt si in aliquo offenderit: si in verbo. apostolus enim est qui dicit in multis eñ offendimus omnes: & si quis in verbo nõ offendit: hic perfectus est vir. Offendit ergo & iustus in verbo: fortassis etiam aliquãdo & in facto: sed scit emẽdare: scit corrigere: scit ille qui dixerat nescio hominem: paulopost cum respectus fuisset a domino: flere amarissime: scit & ille qui de tecto mulierem viderat: & concupierat eã: dicere peccaui: quia tibi soli peccaui & malũ coram te feci. Si ergo cum ceciderit iustus nõ psternitur: non permanebit in peccato: sed exiliet cito: tanq̃ damula ex retibus: & tanq̃ auis de laqueo. Iniustus autem nõ solum permanet sed & prosternitur in peccatis. Iustus autẽ qd facit? Lex dei eius in corde ipsius: & nõ supplantabuntur gressus eius. Ibi dixit quia diriguntur gressus hominis a domino: hic qa non supplantabuntur gressus iusti: quia dominus (inquit) confirmat manus eius. In alio psalmo id B est in septuagesimo secundo dicit. Mei autem pene moti sunt pedes. Qđ id ipsum mihi videtur intelligendum similiter. Proficientes eteñ ad virtutes velut ascensu quodam nitimur: in quo ascensu si quis labatur: & decidat: ascensionis suæ perdit profectum. Istius ergo effusi sunt gressus. Hoc autem fit: cum quis post profectum retrorsum fuerit conuersus: sicut accidit & vxori Loth. Quæ ingrediebat bene egrediens de Sodomis: & effugiens poenas malorũ ingrediebatur & ascendebat ad montem quo angelo duce pergebat: sed quoniã contra mandatum dei fecit: q; iussa fuerat non respicere retrorsum: neq; stare in omni regione illa: sed ad montem ascendere: atq; ibi saluari: cum conuersa ad posteriora retrorsum respexit: ibi effusi sunt gressus ei⁹: & perdidit omne qđ fuerat ante digressa: permansit perfecta statuũcula salis. Hoc est qđ dominus in euangelio dicit: nemo mittẽs manum suam ad aratrum: & retro respiciens aptus est regno dei. Vis tibi ostendam & alios quorum effusi sunt gressus? recordare illos qui transierunt per mare rubrũ tãq̃ per aridam: & peccantes in deserto ceciderũt: & ibi effusi sunt gressus eorum. Sed & nunc si quando accidat aliquem vixisse in continẽtia trib⁹ aut quatuor annis: & eo amplius: alium in verbi & doctrinę studio & sapientiæ laboribus operam dedisse: tunc deinde si victus fuerit hic: vel ad carnis luxuriam transeat: vel ad alia peccata declinet: aut ad vitam se transferat sæculi: vel ad negotia: ac lucra corruptibilis vitæ cõuertat: nõ dubites de eo dicere quia effusi sunt gressus ei⁹. Nos ergo deprecemur dominum vt dirigat gressus nostros: & custodiat vias nostras: vti ne supplantẽtur gressus nostri: vt in via quã incedim⁹: hoc est in Christo domino nostro: quasi supra petram stabi-

lem vestigia nostra firmētur: ne quoquo modo supplantari possimus: per illū scilicet cui⁹ nos caput obseruamus: & ille nostrū obseruat calcaneum: cui vtiq nunq̄ nos oportet plantam nudam præbere: sed semper debemus esse calceati pedes in præparatione euangelii pacis: vt si venerit diabolus supplantator: & inuenerit pedes nostros munitos: & supra petrā stantes inde nos supplantare nō valeat. Quis em̄
C paulo ante dixerimus posse etiā casum aliquē: & lapsum accidere his qui virtutis viā sequūtur: tamen obseruandum est quia ibi vbi dixit cum ceciderit non prosternetur: superius non tam de iusto q̄ de homine puro proposuerat. Ait enim. A domino gressus hominis dirigentur & viam eius cupiet: cum ceciderit non ꝓsternetur. In quo ostenditur esse aliquos casus qui tamen non continuo indicent esse victum & prostratum eum qui ceciderit. Sicut enim in agone fieri solet vt duobus inter se luctantibus accidat primo quidem cadere vnū: & cum ceciderit surgat: & vincat: ita etiam in nostro agone qui est nobis aduersum principem huius mundi si forte acciderit aliquem de nobis vinci: & in aliquo peccato cadere: possibile est vt post peccatum resipiscat aliquis: & exurgat & perhorrescat malum quod admisit: & de cætero non solum contineat se: verūetiam satisfaciat deo: lauans per singulas noctes lectū suū & lachrymis rigans stratū suum: accipiēs verbum propheticę auctoritatis qua dicitur. Nū quid qui cadit nō adiiciet vt resurgat: aut qui auersus est non conuertet? Vęh his qui auersi sunt auersione impudenti: dicit dominus. Et iste est qui cadere quidem potuit: prosterni vero non potuit. Si autem videris aliquem cecidisse in aliquod peccatum: & post casum desperantem conuersionē: & dicentem iam quomodo possum ego saluus fieri qui cecidi: iam nulla spes est: peccata mea me colligant quomodo audere possum accedere ad dominum: quo modo ad ecclesiam redire? Et si hac desperatione iste talis recedat etiam a deo: hic non solum cecidit: sed in casu suo prostratus: atq demersus est. Et est quidem optabile vt athleta pietatis: ac virtutis maneat semper immobilis: vt ne vnam quidem luctā (vt ita dicam) perdat: ne semel inclinetur: aut supplātetur. Quod si fieri non potest: sed euenerit eum cadere: non iaceat post casum: ne prosternat̄: sed exurgat: & emendet culpam. Expurget pœnitētiæ suæ satisfactione commissum: ne etiā de ipso apostolus dicat: & lugeam multos ex his qui ante peccauerunt: & non egerunt pœnitentiam de immūditia: & fornicatione: & īpudicitia quā gesserunt. Quare etiam apostolus exempla palęstrici agonis assumpsit cum dicit: nemo coronatur nisi qui legitime certauerit: nisi quia nos scire volebat legis certamina: & agones? Qui & de seipso ait. Sic pugno: nō quasi aerem verberans. Et iterum: Certamen bonum certaui. Quia ergo certamen nobis est: & agon propositus: etiam legis agonem nosse debemus. D
Sunt athletæ q in oībus certaminib⁹ vincunt: & in omnibus coronāt̄ur. Inter pædas vincūt: inter agonios vincunt: inter andras vincunt. Alii vincuntur inter andras: sed coronant̄ inter agonios: nōnūq̄ etiam inter andras vincūt. Ergo aliquanti semper: aliquanti secundo: vel tertio coronant̄. Certe miserum est: & vltimæ infelicitatis in omnibus agonib⁹ tam variis: atq diuersis: ne vnam quidem promereri coronam. Ita ergo & Christianus cui certamē est non aduersus carnem: et sanguinē: sed aduersus principatus: et potestates: et aduersus principes huius mundi tenebrarum harū: aduersus spiritalia nequitiæ in cœlestibus: cum tantos habeat et tales aduersarios tanq̄ agonista vigilare debet: si fieri potest: vt semper vincat: quotiescunq conflixerit: et primas inter pædas: id est inter pueros: statim capiat coronas. Vis tibi ostendam aliquos qui inter pueros: id est in primo statim lacte coronati sunt? Respice beatū Danielē: q a puero et ꝓphetiæ gratiā meruit: et iniquos arguēs presbyteros: puer coronam iustitiæ: et castitatis obtinuit. Vis tibi et alium proferam inter pueros coronatū? Hieremiam vide: qui cum se propter adolescentiā excusaret a prophetando: audiuit a domino. Noli dicere quia puer ego sum: quoniā ad omnes quoscunq mittam te ibis: et quæcunq dixero tibi loqueris. Sed fortasse adultæ tibi iam istę videantur ætates. Dabo tibi athletam qui ante luctatus sit: et vicerit priusq̄ inter homines emiserit vagitus: Iacob adhuc intra vterū matris suę luctatus cum fratre Esau supplantauit eum: et vicit: ex quo et supplantati: et deuicti fratris benedictiōes primogenitia parēte suscepit. Nā et illi pueri nō tibi vident̄ in puerili agone coronati q apud Bethleem a bimatu et infra ꝓ dn̄i noīe palmā cepere martyrii? Vides quāta in pueros coronarū habem⁹ exēpla. Hæc de eo q repetiuimus expositionē versiculi illius qui dicit: Cū ceciderit nō prosternetur. Et quare nō ꝓsternatur: adiecit causam dicens: quia dn̄s cōfirmat manū eius. Et vide: q̄ cōsequenter de singulis dicit. Ne cadat: dominus (inquit) gressus eius dirigit: si autē ce

ciderit: nō prosternitur: dominus (inquit) fir
A mat manū eius. Vides ergo quia domini semper auxilio indigemus. Primo ne cadamus: tū deinde etiam si ceciderimus: vt resurgamus. Iuuenis fui: & senui: & non vidi iustum derelictum: nec semen eius quærens panem: tota die miseretur: & fœnerat: & semen eius in benedictione erit. Qui simpliciter dicunt: & secundū historiam accipienda esse verba scripturæ diuinæ: dicent sine dubio in hoc loco confirmare Dauid quia transacta ætate iuuentutis suæ cum iam vsq; ad senectutis suæ tempus venisset: in omni hoc tempore nunq̄ se vidisse ita iustum derelictum vt panib⁹ indigeret. Et quid facimus de Paulo apostolo: q enumerans & exponens prophetarum vitas dicit eos indigentes: tribulatos: in pedibus caprinis oberrasse p cauernas petrarum: & per speluncas: & de se ipso cōmemorans frequenter dicit: in fame: & siti. Et cum hæc pati iustos frequenter scripturarum historiis cognoscamus: quomodo nūc putandum est hoc Dauid dicere secundū simplicem intellectum? Sed videam⁹ ne forte sint aliquæ ætates īterioris hominis nostri: ad similitudinem exterioris & corporalis ætatis. Vnde & īterdum ad viros iam matura ętate dicitur: quia pueri sunt: & aliis quia senes: & aliis quia iuuenes: & hęc vtiq; dici de corporali ętate non cōuenit. Deniq; cū plurimi ante Abra-
B ham sexcentos: & quingentos: vt minimū trecentos annos vixissent: de nullo illorum dictū est quia senior: & plenus dierū fuerit: nisi Abraham tantūmodo. Ex quo intelligendum est q nō de ætate corporis: sed de maturitate īterioris hominis designatum est. Vnde & nos optare debem⁹ nō pro ætate corporis: neq; pro officio presbyterii: appellari presbyteri & seniores sed pro interioris hominis pfecto sensu: & grauitate cōstantię: sicut & Abraham appellatus est presbyter nutritus in senectute bona. Est ergo ætas aliqua secūdum interiorem hominem puerilis: est & ætas iuuenilis: est & senilis: secūdum q apostolus dicebat. Cum essem paruul⁹ loquebar vt paruulus: sapiebam vt paruulus: cogitabam vt paruulus: cum autē factus sum vir: euacuaui quæ erant paruuli. Ego hæc ab apostolo non de corporali ætate dici intelligo: sed quoniā cum in initio credidisset: fuit paruulus nup genitus: rationabile & sine dolo lac concupiscens: tunc intelligebat scripturas vt paruulus: sapiebat de euangelio vt paruulus: cogitabat vt paruulus: sed post hæc proficiēs ætate ad similitudinē Christi (de quo scriptū est: quia proficiebat ętate: & sapiētia: & gratia apud deū: & apud homines) deponebat quæ erāt paruuli: & propterea dixit: cū factus sum vir: quæ paruuli erant deposui. Ita ergo intelligēdus est etiam Dauid dicere iuuenis fui: & senui: vt si diceret: cum essem paruulus secundum interiorem hominē: nunc iam senui. Nisi enim senuisset: propheta non esset. Namq; senum est prophetare. Etiam si videas aliquādo iuuenē prophetantem: non dubites dicere de eo: quia secundum interiorem hominē senuit:
propterea propheta est. Deniq; Hieremias cū C
audisset priusq̄ te plasmarem in vtero noui te: & anteq̄ exires de vulua sanctificaui te: & prophetam in gentibus feci te: respondit quia iuuenis ego sum: & nescio loqui. Sed ille qui ei donauit gratiā vt non esset puer: sed esset senior secūdum interiorem hominē: ait ad eum: Noli dicere qa iuuenis ego sum. Alioquin nisi hęc ita intelligantur: quid habebit rationis vt dicat puer: cui⁹ ætas iuuenilis: & rudis: noli dicere quia iuuenis ego sum: hoc est dicere: non dicas quod verum est? Iuuenis ergo erat secundum ętatem corporis: sed quoniā dominus dederat verba sua in ore eius: quibus eradicaret: & subuerteret: & disperderet: & rursum ædificaret: & plātaret. quę virtus verborū animam eius illuminans: & sanctificans non eā sinebat esse puerilem: ideo merito ad eum dicitur noli dicere quia iuuenis ego sum. Similiter ergo & hoc qđ Dauid dicit: iuuenis fui: et senui et nō vidi iustum derelictū: nec semen eius quærēs panem: secūdum hoc quod supra de ætate iuuenili: vel senili interioris hominis dixim⁹ sentiendum est: alioquin secūdum exteriorē hominem sic derelinqui a deo putādus est iustus: cum ægritudo corporis aduenit: cum tribulatio: cum paupertas: et singulæ quæq; hui⁹ vitæ molestiæ generātur. Hæc maxime iustis accidere solent: quib⁹ et persecutionem pati pro nomine dei solēne est: sed non derelinquuntur cum patientes hæc omnia et tolerantes dicūt nemo nos separabit a charitate dei: quæ est in Christo Iesu: neq; tribulatio: neq; fames: neq; angustia: neq; nuditas: neq; gladius: neq; alti-
tudo: neq; profundū: neq; alia creatura. Deni- D
q; prophetę: qui circuibāt in deserto per cauernas petrarū: et spelūcas: egētes: tribulati: afflicti: licet in desertis oberrarēt: et essent ab hominibus derelicti: multitudo tamen eos angelorum circūdabat. Sic deniq; Heliseus cum esset ab homínib⁹ derelictus: cœlesti circūdabatur exercitu: secundū qđ scriptū est. Aperi oculos pueri hui⁹: vt videat: quia plures nobiscū sunt q̄ cum illis. Et vidit totū montē equitibus: et curribus plenū. Nunq̄ em̄ solus est iustus: sed ne vnius quidē: aut duoꝝ: vel triū tantūmodo

angelorũ societate subnixus est: sed exercitus ei virtutũ cœlestiũ prẽsto est. Q̃ si plurib⁹ adhuc testimoniis op⁹ est: suscipe & aliud. Iacob q̃diu erat in domo parẽtum: & cũ fratre Esau: non erat cum exercitu angelorum: cum vero secessisset ad solitudinem deserti: & solus iter ageret ad Mesopotamiã: dormiuit in loco quodam: & exurgens dicit quia vocatur hic locus παρεμβολη: q̃d est castra: ꝓ eo ꝙ vidit ibi nõ vnũ: sed plura castra dei. Hęc dicimus de eo ꝙ nequaq̃ iustus dicit̃ derelinqui in spiritalibus dũtaxat bonis. In coporalibus em̃ vide q̃d iustus dicit: in quibus etiã gloriat̃. Vsq; ad hanc (inquit) horam & esurimus: & sitim⁹: & nudi sumus: & colaphis cædimur: & laboram⁹ operantes manib⁹ nostris. Et iterũ. Maledicimur & benedicimus: persecutionẽ patimur & sustinemus: blasphemati: deprecamur. Sed quoniam iste talis non derelinquebatur spiritu: dicebat. Propter q̃d placeo mihi in infirmitatib⁹ meis: in iniuriis: in necessitatib⁹: in persecutio-
E nibus: in angustiis ꝓ Christo. Dupliciter ergo derelinquitur: qui derelinquit̃. Corporaliter quidem hoc modo: quo superius dixim⁹: pati omnes sanctos: & non lędi. Derelinquũtur vero spiritu illi de quibus dicitur: quoniã non ꝓbauerũt deum habere in notitia: tradidit eos deus in reprobum sensum: vt faciant quæ non cõgruũt: repletos omni iniquitate: nequitia: auaritia: plenos inuidia: homicidiis: contẽtione: dolo: susurratores: detractores: deo odibiles cõtumeliosos: su̾bos: elatos: & cętera huiusmodi mala pro quibus & derelinqui meruerunt. Quæ quoniam aliena sunt a iusto: propterea dicit: q̃a non vidi iustum derelictũ: nec semen eius quærens panem. Iterum si audis semen eius: ad semen corporeũ rediturus es. Et quomodo verum inuenies hoc ꝙ semẽ iusti ne quęrat panes: cũ videas Ismael illum de semine natum Abrahę: quiq; cũ mater eius fugiẽs dominã suã Saram portaret eum in deserto: & aquã vtiq; quærebat: & panes? Sed Esau de via veniẽs deficiebat inedia: & intãtũ famis rabie præcipitatus est: vt primatus suos lentis cibo distraxerit. Oportet ergo nos secũdum ea quę supra diximus etiã semen iusti intelligere spirituale. Et quid aliud semen iusti dignũ est putare: nisi discipulũ iusti: qui suscepto ab eo verbi dei semine: ad vitam generat̃ ęternã? Verbi gratia: si orationib⁹ vestris mererer esse iustus & accipere a dño gratiã in verbo sapientiæ: & sciẽtię: ita vt possem secundũ gratiam quã ipe a dño meruissem: vobis quoq; ministrare verbum dei: & serere illud in aĩabus vestris: tũ deinde ingressus sermo dei in aĩas vestras: & hærens in corde vestro formaret mẽtes vestras secũdum speciem verbi ipsius: id est vt hoc velletis: & hoc ageretis q̃d verbum dei vult: & ꝑ hoc ipe Christ⁹ formaret̃ in vobis: tũc vere efficeremini semen iusti: q̃d nõ q̃rit panẽ: habẽtes scilicet in vobis semper panẽ illum qui de cœlo descendit. Q̃ si respondeas mihi: & dicas: F
quanti audierunt Petrum: & Paulum: qui vtiq; erant iustissimi doctores: & tamen peccauerunt: & quomodo ergo semen iusti dicentur? Sed vide ne forte sicut nõ omnes qui ex Abraham sunt: etiã semen Abrahã: dicunt̃ quib⁹ dicit: si filii Abrahã essetis opera vtiq; Abraham faceretis: ita etiam illi qui audierunt Petrũ: & Paulum: & nõ fecerũt quæ docuerat Petr⁹ vel Paulus: non erãt semen eorũ: quia suscepta ab eis verbi semina: ex anima sua velut abusione quadam abiecerũt: & effuderunt. Deniq; & in G
hoc ipso psalmo dicit alio loco: semen impiorũ exterminabitur. Certum est autẽ quia impiorum semen corporale nõ exterminabitur. Iob deniq; semen Esau semẽ impii erat: & vtiq; nõ exterminatur: sed manifestatus est iustus a domino: & propheta esse ostenditur: & a deo supra omnis iustos collaudari meretur. Sed hoc est q̃d superius diximus: quia sicut semen iusti sermo: & doctrina eius est: qui sermo ita pascit & reficit animas: vt negentur panibus indigere: q̃a Christus panis eorũ est: ita ecõtrario doctrina impiorum: & sermo semẽ eorum est: q̃d exterminandum dicitur: quia ex falsitate compositum est: et adueniente luce veritatis certum est quia mendacii tenebræ fugabunt̃. Tota die miseretur et fœnerat iustus: tota die miseretur: et tota die dicitur fœnerare: ad nihil aliud vacat nisi vt fœneret de ea pecunia quæ sibi abundat. Nũquid et hic hoc putabit: quia iustus tota die sedeat ad mensam: et habẽs pecuniam ante se hanc fœneret necessitatem patientibus? Forsitan hoc putabitur esse quod dictũ est per Moysem: et tu fœnerabis gentibus multis: tu autẽ mutuo nõ quęres. Sed certum est quia de dñica pecunia dicatur: quæ nũmulariis pręcipitur erogari de thesauris sapiẽtię: et scientię dei prolata: vt faciam⁹ de quinq; talentis decem: de duobus quatuor. Quanto autem abundantiorem pecuniam habuerim⁹ in anima nostra: tanto magis tota die fœnerabimus. Sed et nunc licet non sim iustus: tamen hoc quod loquor pecuniã vobis dominicã fœnero: sed vos orate vt efficiar iustus: et possim vobis iustitię pecuniã fœnerare: vt non solum verbo: verũetiã iustitię exemplo iustitiam doceam. Propterea sicut sunt pecunię iniustę: quæ inique et contra legem cõgregant̃ per calũniã H

& mendacia: & diuersa auaritiæ mala: & rursum: sunt pecunię q̄ iuste & secūdū legē cōgregatę sunt: id ē de ꝓpriis: & iustis laborib⁹. Ita etiā in verbo: & doctrina esse inuenit̄. Sūt verba nec bene: nec iuste: nec legitime cōgregata: vt hæreticorū verba sunt: & doctrina cōtra legē dei cōgregata: q̄ nos velut iniquā pecuniā: & pestiferā: & de malo collectā refugere debemus. Orate ergo vt hęc nostra pecunia quam vobis fœneramus tota inueniat̄ ex iustis laboribus: tota de dn̄ica moneta ꝓcedēs: vt & vos fœnus integrū cōsignetis: & nos nō audiam⁹ quia oportuit te pecuniā meā dare nummulariis. Iuuenis ergo fui & senui: & non vidi iustū derelictū: nec semen eius quærens panē. Tota die miseret̄: & fœnerat. In superioribus dicit̄: quia mutuatur peccator: & nō reddit: hic q̄ iustus tota die miseret̄: & fœnerat. Et vide q̄ in cōtrariis pares sint. Peccator nō solum mutuo accipit: sed & cū acceperit nō reddit: iust⁹ autē nō solū mutuo nō accipit: sed & fœnerat & nō solum semel: vel bis: sed tota die fœnerat hoc est toto vitę suę tēpore fœnerans miseret̄: vnde & semen eius in benedictione erit. Declina a malo: & fac bonū: & inhabita in sæculū sæ
A culi. Hæc (inquit) audiens fac q̄d bonū est: habitabis in sæculū: hoc est si ita egeris quemadmodū edoctus es: habitatio tua erit ęterna. Si em̄ respicias nō ad ea quę vident̄: sed q̄ non videntur: quoniam quæ videntur temporalia sunt: quę autem non videntur ęterna sunt: habitabis in sęculum. Quia dominus amat iudiciū: & nō derelinquet sanctos suos. Qūo dn̄s amat iudiciū? Dū nihil apd̄ eū sine iudicio fit: nihil sine ratione. Ita ergo & tu sciens qm̄ dn̄s amat iudiciū: age oīa iusto iudicio: & vero: audiens illū qui te admonet: dicēs. Cū cōsilio oīa fac: cū consilio vinū bibe. Et non derelinquet dn̄s sanctos suos: in ęternum cōseruabunt̄. Sicut dicit: quia habitabit in sęculū: ita & cōseruabunt̄ in ęternū. Q̄d vtrūq; ad futurū respicit tēpus / vel sęculum: cui cōseruabuntur sancti vt deinceps in æternitate perdurent. Iniu-
B sti punient̄: & semen impiorū peribit: iusti aūt hæreditabunt terrā. Diximus iam hinc superius quale impiorum sit semen: cum id verbū doctrināq; retulimus: & quomodo exterminabitur: dum om̄e mendaciū a luce veritatis velut tenebrę effugatur. Iusti autē hæreditabūt terram. Et hinc superius iam dixim⁹: quomodo siue iusti siue mansueti hæreditatem terrę bonæ: & magnæ illius consequantur: & quomodo habitent in ea in sæculum sæculi: nō solum in sæculū: sed in sæculum sæculi. Vide q̄ magna dn̄i retributio. Pro labore trigīta: aut quadraginta: vt multum certe quinquaginta annorum recipit homo non solū sęculi huius retributionem: sed in sæculum sęculi. Si vero permaneat quis in verbo dei: & sapientiæ eius adhæreat: atq; in lucis æternitate ꝑsistat: perueniet etiam in hoc vt referat deo gloriam in sæcula sæculorum. Amen.

Explicita est homilia Quarta in Psal. XXXVI.

¶Incipit homilia Quinta de eodē Psalmo. ab ea parte: Os iusti meditabitur sapientiam.

Ex quidem volēs nos aperire os ad verbū dei: ꝓcepit dicēs. Loqueris (inq̄t) hæc sedēs in domo: & pergēs in via: & iacēs: & surgēs. Sed & Salomon in prouerbiis simile aliquid breui cōmonitione distinguit: dicens. Aperi os tuum verbo dei. Similiter etiā nūc ꝓpheta nos docet: cū dicit. Os iusti meditabit̄ sapientiā. Reuera em̄ nec debet aliud quicq̄ procedere de ore iusti: nisi sapiētia. Vnde & vos imperitiores quiq; fratres audiētes sermonē ꝓphetæ: date studiū & meditamini cū iustitię operibus etiā de ore vestro ꝓferre sermonē sapiētiæ. Q̄d ne difficile vobis videat̄ ꝓceptū: breuē vobis sapiētię in sinuabo sermonē. Apostolus ait: quia Christ⁹ est dei virtus: & dei sapiētia. Si igit̄ Christum semper loquamini: si semper eius verba meditemini: si præcepta eius in ore teneatis: digne os vestrū meditabitur sapientiā. Neq; em̄ hęc sola est sapientiæ meditatio: si quis docere potest: vel latius in ecclesia disputare: & contradicentes reuincere. Est quidem & hoc op⁹ sapientiæ: sed alius amplius: alius autem min⁹. In alio hoc ipsum q; credit dei sapiētię: sapiētia reputatur: in alio & hoc q; acquiescit sapientibus: & amat dicta sapientiū: sapientia dicitur nonnullis vero etiam interrogantibus tantūmodo de sapientia: sapientia reputatur. Illud solum obseruate fratres: ne quis vestrum inueniatur non solum nō loqui: nec meditari sapientiam: verum & odisse: atq; aduersari his qui studium sapientiæ gerunt. Solent em̄ imperiti habere etiam istud cum cęteris pessimū vitium: vt inanes & superfluos putēt eos qui verbo: & doctrinæ operam dederint: & amplectuntur magis imperitiam suam: q̄ illorū studia ac laborem: mutatisq; nominibus exercitia eoꝝ verbositatē: suā vero indocibilitatē: vl' imperitiam simplicitatem vocantes. Optim⁹ tamen & ille est qui sapientiā probat actibus: & esse sapiēs vitæ suæ probitate cognoscitur.

Beatus ergo qui os suum aperit verbo dei: &
proficiēs ętate secūdū Christū ꝓficiet & sapiē
tia. Certe si amplius nō possumus in sapiētia
proficere: saltē illud obseruare nō pigeat: ī psal
mis: & hymnis: & cāticis spiritualib⁹: & ī ora-
tione vel honore dei frequētius aperire os no-
strū. Est em̄ & hæc nō parua sapiētiæ medita-
tio: vt per hoc inueniat̄ semper os iusti sapien-
D tiā meditari. Nō tñ mihi videt̄ otiosum: quia
nō dixit: os iusti meditat̄: qđ vtiq; ad p̄sens tē
pus spectare poterat: sed dixit meditabit̄ sapiē
tiam: qđ sine dubio ad futurū respicit tempus
in quo etiā cæteri interpretes om̄es absq; vno
cōsentiunt. Ne forte ergo aliquod mysticū de
signet hoc tempus: quo scilicet indicetur futu
ræ repromissionis: & gratiæ: & hæreditatis
spes talis quædā futura: vt os iustorum nō ci-
bis: & potu: neq; delitiis: & voluptatibus: non
vescendo, epulis: sed meditando sapientiam re
pleatur. Vltra enim non erit aliquis imperit⁹
in regno dei: non indocilis permanebit: nullus
erit a rerum scientia peregrinus. Omnes effi-
ciemur / si tamē merebimur / discipuli sapiētię
Si quis hic positus imbuitur: & instruitur in
his quæ potuit in carne positus attingere: ibi
iam illuminabit̄ perfectioribus disciplinis: &
ea quæ hic studio ac labore quęsita sunt ad cō
pendium futuræ inibi institutionis accedent
Qui vero hic nondū deposuit prima rudimē
ta: sed adhuc vt paruulus loquitur: & vt par-
uulus sapit: etiā ibi instituit̄ vt paruul⁹: quo
effectus aliq̄n vir per profectū sapientiæ: quæ
E paruuli sunt deponat. Aut non tale aliquid si
spiritaliter intelligatur etiam lex designat: cū
dicit: loqueris in eis sedens domi: & pergēs in
via: & iacens: & exurgens. Qđ ita possum⁹ in
telligere: Sedentes in domo: & iacētes: cum in
ecclesia quæ est domus dei loquimur verbum
dei in hoc scilicet corpore positi: pergentes in
via: in illa quæ dicit ego sum via: loq̄mur ver
bum dei: & exurgentes: cum exurrexerimus
e somno mortis in resurrectione: tūc loq̄mur
illa quæ p̄fecta sunt exurgētes de somno mor-
tis: sicut & Salomon dicit de eo qui sapientiā
sibi amicā: & familiarem fecit. Quia si sederis
sine timore eris: & si dormieris libenter som-
num capies: & non timebis terrorem superue
nientē: neq; impetus impiorū irruētes sup te.
Sufficiant ista de eo qđ scriptū est Os iusti me
ditabitur sapientiam: quibus additur & lin-
F gua eius loquetur iudicium. Duplici mō lin-
gua iusti intelligitur loqui iudicium: siue pro
eo q̄ oīa recto iudicio: & cū deliberatiōe: & cū
cōsilio loquit̄ q̄ loquit̄: & nihil per iracundiā:
nihil vt hominibus placeat: nihil ex tristitia:
nihil ex metu: quę singula solent vtiq; nō inte
grū hoībus seruare iudiciū: vl̄ certe q̄ semper
de futuro iudicio loquit̄ iustus: vt cōmonens
semp vel semetipsum: vel qui se audiūt de fu-
turi iudicii metu: & de suppliciis q̄ pręparata
sunt peccatorib⁹: de futura examinatiōe: sed
& de repromissionibus sanctoꝝ: quę p̄paratæ
sunt eis a deo: & semetipsum saluum faciat: &
eos qui se audiūt. Et hoc modo cōplebit̄: quia
lingua iusti loquetur iudiciū. Si vero oportet
etiā hic declinationē futuri temporis obserua
re: quia non dixit loquit̄: sed loquet̄: possum⁹
etiā in hoc tale aliquid intelligere: quia nunc
quātūcunq; illud est qđ de dei iudicio: vel loq
possumus: vel sentire: necesse est nos illud sci
re qđ definit apostolus dicens. Q̄ inscrutabi
lia sunt iudicia eius: & inuestigabiles viæ ei⁹.
Si vero peruenire poterimus ad illā perfectio
nem de qua dicit: tunc autem facie ad faciem:
id est cum res ipsę nobis euidentiores fient: cū
cœperimus agnoscere rationem singularū re
rum quæ in hoc mundo: vel gestæ sunt: vel ge
runtur: quali iudicio gestæ sunt: vel quo iudi
cio deus vtatur in singulis: quibus prouiden-
tię suæ dispensationibus si quis dignus fuerit
cōsiderare: & perspicere q̄uo iudicia dei abis-
sus multa est: cum plenius recipere poterim⁹
gratiam spiritus illius qui omnia perscrutat̄
etiam alta dei: tunc vere & integre secundum
prophetici verbi distinctionem lingua iusti lo
quetur iudicia dei. Lex dei eius in corde ipsius G
Non solum in ore iustus meditabitur sapien-
tiam: & lingua loquetur iudicium: sed & ī cor
de suo legē dei gerit: quia lex velut radix quæ
dam in profundo cordis posita: germinat ver-
ba iustitiæ: verba sanctitatis: quæ profert iu-
stus de corde suo: & non solum verbum: verū
& actus etiam & gesta. Iudæi pene indefinen-
ter legem dei ore suo: & labiis meditāt̄: sed nō
habēt ea ī profundo cordis defixa: & ꝓpterea
dicit̄ ad eos. Popul⁹ hic labiis me honorat: cor
autē eorū longe est a me. Nō ergo si secūdum
hoc qđ legimus ore nostro sapientiā medita-
mur: & lingua nostra loquamur iudicium: &
lex dei fit in cordibus nostris: adipiscemur il-
lud quod sequitur: & nō supplantabunt̄ gres-
sus ei⁹. Puto vos meminisse eorū quę dudū de
gressibus disputauimus: & opus est nos in me
moriam reuocare quæ dicta sunt: vt videam⁹
quomodo ingredientes quidam supplantant̄
& effundunt̄ gressus eorum: quod si seruatis
in memoria: & diligentius retinetis: scire de-
betis: q̄a si sapientiā dei meditemini ī ore vr̄o:
& lingua vestra loquatur iudiciū: & lex dei fit
in cordibus vestris: nūq̄ supplātabūt̄ gressus

vestri. Post hæc ait. Cõsiderat (inquit) peccator iustũ. Considerat & intuetᷣ peccator iustũ: & grauis est ei etiã ad videndũ: & ideo cõsiderat vt morti eũ tradat: qđ fecerunt sine dubio aduersus saluatorẽ illi qui prophetas occiderunt: & deum crucifixerunt: & nos persecuti sunt etiã nũc: & populũ dei qui est Christi: id est iustitiæ discipulos: considerant: & morti tradere cupiunt: & quærunt mortificare eos. Sed quid dicit populus dei iustus: & iustitiæ discipul⁹? Ille vtitᷣ verbo magistri: & dicit. Nõ haberes in me potestatẽ: nisi tibi data esset desuper. Potest hoc & in tẽpore psecutionis gẽtiliũ de sanctis martyribus: & cõfessorib⁹ aptari. Cõsiderant eñ impii persecutores vnũquẽꝗ iustorũ: & quęrũt mortificare eũ. Sed ne securũ reddat pacis tempore ista talis expositio: memento quia quotidianum habet iustus psecutorẽ diabolũ: & ille est qui cõsiderat iustum Insidiatᷣ eñ semper: & sicut leo rugiẽs circuit quęrens quẽ trãsuoret. Sed si fide plenus es: &
B cõfidis in dño: vide quid repromittatᷣ. Dñs autem nõ derelinquet eũ in manibus ei⁹: peccatoris scilicet: nec dãnabit eũ cũ iudicabitᷣ illi. Dupliciter intelligit hoc quod ait: iudicabitur illi: id est siue cum iudicatur iustus a deo: siue cum ipse deus iudicatur cum iusto. Frequenter enim diuina scriptura docet hoc fieri dicens. Quia ipse dñs in iudiciũ veniet. Cum ergo iudicabitᷣ iustus cũ dño: nõ cõdẽnabitur & ideo dicit: expecta dñm: id est si tribularis: si in angustiis es: si in persecutionibus: expecta dominũ: & custodi viam eius: nec declines ad dexteram: neꝗ ad sinistram. Si eñ indeclinabiliter expectaueris dñm: adipisceris illud qđ sequitur. Et exaltabit te (inquit) vt hęredites
C terram. Frequenter diximus de terra sancta: & de terra quæ in hęreditatẽ promissionũ cœlestium nominatur: cuius naturę etiam situs paulo euidentius in hoc versiculo designatur Nam ista terra in qua nũc viuimus deorsum esse dicitur: secũdũ illud qđ scriptum est. De⁹ autem in cœlo sursum: tu autẽ in terra deorsum. Illa autem terra quæ in hęreditatẽ iustis promittitur: non deorsum: sed sursum esse ꝓmittitur. Propterea ad eum qui expectat dñm & custodit viã eius: ait repromissionis sermo: exaltabit te vt hęredites terram. Nisi eñ quis exaltetur: & ascendat in altum: & efficiatᷣ cœlestis: non potest hæreditatem terræ illius cõsequi. Vnde ergo arbitror: quia sicut cœli istius: id est firmamenti: inferius solum arida hęc in qua nos habitamus: terra eius dicitᷣ: ita & illius superioris qui principaliter cœlũ dicitur: inferius solum in quo habitatores illi cœlestes cõuersantur: & vt ita dicam dorsum ipsum firmamenti huius: merito (vt dixi) terra illius cœli esse dicitur: sed terra bona: terra sancta: terra multa: terra viuorum: terra fluẽs lac & mel. & ideo dicit nũc sermo diuinus: exaltabit te vt hæredites terram. Cum perie- D
rint peccatores videbis. Fortassis hoc prius erit: vt peccatores: & impios iusti videant cõdemnatos. Prius enim peccatoribus pœnæ & & supplicia decernuntur: quæ cũ viderint iusti: & agnouerint quid intersit inter bonã vitam: & malam: & cum intellexerint bene viuẽdo de quantis euaserint malis: ita vt illi qui in pœnis sunt videntes eos in gloria dicant: nos stulti vitam eorum putabamus insaniam: postea ergo ꝙ viderint quomodo peremit peccatores: tunc ipsi exaltabuntur: & afferẽtur ad cœlum vt hæreditent terram. Nunc iam sermo monet: & solamen adhibet causę huic: quę E
crebro satis cor pene omnium hominũ pulsat. Nam quia frequenter nos infirmi vidẽtes iniquos quosꝗ: & impios in hac vita cum omni felicitate degentes: & prosperis successibus florentes abundare diuitiis: honoribus: fœcũda: & vniuersa prole gaudere: delitiis fluitare scãdalizamur: & dicimus in cordibus nostris. Vbi est iustitia dei? Si per prouidentiã diuinã res agerentur: permitteret deus hunc iniquũ & impium in tantũ felicitatis ascendere? Propterea ergo nũc sermo diuinus ex persona iustorum dicit. Vidi impium non solum exaltatum: sed superexaltatum: & eleuatum non super arbores qualescũꝗ: sed super cedros libani vt & arbor excelsa nimis sit: & locus mõtis cũctis excelsior: & tamen videns hęc omnia: trãsiui (inquit) & ecce non erat. Quid putas illud est quod trãsit iustus: vt ista cesset elatio? Si meministis in superioribus cum dicerem⁹ transisse Moysen vt videret visionem magnã potestis & nunc scire quid est qđ transire dicitur iustus. Cum videmus extolli impios: & in nimiam superbiam crescere: transeamus & nos mente: & intellectu ab his quæ videntur & tẽporalia sunt: & transferamus sensum nostrum ad ea quæ non videntur: & ęterna sunt Cogitemus temporalia hęc esse & paucorum dierum quæ videntur elata. Intueamur iudicii diem: & ita sensu nostro cernemus istum qui superexaltatus est: & elatus sicut cedrus libani: in die iudicii omnino non esse. Qui eñ non est particeps illius ꝗ semper est: id est qui dixit: Ego sum qui sum: iste neꝗ esse dicitur. F
Deniꝗ peccatores non computantur esse. Vnde & apostolus de vocatione gentium dicebat: Elegit deus quę nõ sunt: vt ea quę sunt

destruat. Et in libro Hester dicit. Non tradas dñe sceptrũ tuũ his qui nõ sunt. Donec ergo quis miratur superbos in elatiõe sua: donec adulatur quis peccatoribus: & superbis: certũ est eũ nõ transisse: nec vidisse quę non sunt: sed permanere in hoc pñti statu: & idcirco mirari in eis pñtem gloriã. Si autẽ eo modo trãseat quo superius diximus: id est mẽte: & sensu transcẽdat a pñtibus & tẽporalibus ad futura: atq; perpetua: tunc vero dicit de eo quẽ viderit elatũ sicut cedros libani: quia trãsii: & ecce nõ erat: qm̃ & cœlum ipsum & terra transibunt. Apud deũ oĩa q̃ futura sunt iã p factis habentur. Deniq; dicebat: dederũt i escã meam fel: qđ sine dubio futurũ adhuc erat: & iã factũ dicebatur: in siti mea potauerũt me aceto: & nõ dixit potabunt. Sic ergo apud deũ quę futura sunt iã facta dicunt. Quod si & tu imitator es dei & imitaris Christũ: non expectas quousq; iste elatus humilietur: & extinguatur: sed apud temet ipsum: & in mente: atq; animo tuo trãsisse ea iã cernis: si ipse sensu: ac mẽte transeas a pñtibus ad futura. Accipe & exemplum ad hæc quę dicemus. Si nauigiis: & naui positus vides terras: & promontoria: & montes transeũtia: nõ quo illa continuo moueantur: sed quia tu vento prospero flante transis: illa se subducere videntur: ac ferri. Ita & in hoc ergo si sancto spiritu tuo mentẽ tuã perflante: & spirante secũdo & pspero nauiges cursu: pertransies sensu tuo oĩa hęc quę videntur: quia tẽporalia sunt: & intueris illa quæ æterna sunt: sine dubio dicis: quia hæc oĩa quæ videntur iam non

G sunt: qa nec futura sunt. Vidi ergo impiũ superexaltatum & elatũ super cedros libani: & transiui: & ecce non erat. Monet me amplius adhuc aliquid in hoc loco. Video em̃ & alium impiũ qui exaltatur super cedros libani: & extollitur. Cũ em̃ hæretici supra conditorẽ deũ sibi fingunt aliũ quendã deũ: & exaltantur: atq; extollunt in verbo mendacii: negantes creatorem omniũ deũ: deũ esse bonũ: impiis suis pdicationibus extollũtur super cedros libani: aduersariis scilicet potestatibus imminẽtes: quarum inspiratione huiuscemodi aduersus creatorem oĩm deũ cõmenta simularunt: pro eo q; legem secundũ literã tantummodo intelligẽtes: & spiritualem eã esse ignorantes: decepti sunt in cogitationibus suis. Hos ergo ego si videã: & transeã: vltra iam nõ erunt. Quid trãseam? si transeam literam: si transgrediar historiæ superficiem: & perueniam ad sensum spiritalem: quoniam lex spiritalis est: si omnia illa in quibus errant: & decipiũtur spiritaliter explanẽ: dogmata eo⁊ impia: & iniqua iã non erunt. Et ita cõplebitur: vt exaltatus impius: & elatus me transeunte iã non sit: sed & cũ quęritur locus eius nõ inuenitur. Locus impii dogmatis: litera legis est: quę litera occidit. Cũ ergo nos a litera occidente trãsimus ad spiritũ viuificantẽ: ne locus quidẽ impii dogmatis repudiata litera potest inueniri. Quõ autẽ qrimus eũ? Cũ disputamus aduersos eos: & cum cõquerimur adinuicem: tũc quęrimus locum dogmatis illius in litera legis historię: & ostenditur secundũ historiã stare nõ posse: amota litera ac reiecta: nusq̃ vtiq; quærentibus nobis: & differentibus locus impii dogmatis inueni-

H tur. Custodi innocentiã & vide æquitatẽ. Custodire innocentiã nos pcipit sermo dei. Intantum corruptela morum profecit in hoĩbus: vt apud q̃plurimos innocentia pro stultitia iudicetur: verũ scriptura summę hoc virtutis iudicat opus: quia innocentiã iudicat illã q̃ nemini noceat: neminẽ lędat. Cum ergo dicit custodi innocentiã: hoc est qđ nos seruare pcipit vt neminẽ lædamus: nemini noceamus. Hoc autẽ obtinemus: si semper intẽto animo: & vigilanti videamus ęquitatẽ. Aequitatem ergo in hoc loco sic accipio: sicut veritatẽ: sicut iustitiã: sicut vitã: q; Christus est. Hæc em̃ vidẽdo simul etiã deũ videbimus. Custodi ergo innocentiã: & vide æquitatẽ: qm̃ sunt reliquiæ homini pacifico. Requiro q̃ sunt reliquiæ istæ quæ homini pacifico reseruantur? Reliquias dicere solemus cũ spiritus separatur a corpore: velut maiore parte hominum in spiritu deputata: quę superest pars corporis reliquię nominantur. Si ergo credimus verbis apostoli dicentis quia seminatur corpus in corruptione mortis scilicet tẽpore: & surget in icorruptione cũ resurrectionis tempus aduenerit: cũ etiã corruptibile hoc induerit incorruptionẽ: & mortale hoc induerit immortalitatem: tunc erunt reliquiæ homini pacifico. Erunt autẽ ibi pacifici hoĩs reliquiæ in pace: & in requie. Dicit enim & dñs de pacificis: quia etiam filii dei vocabuntur. Pater volo vt vbi ego sum: & isti mecum sint. Sunt ergo cum Christo reliquiæ hominis pacifici. Iniqui autẽ exterminabunt simul: id est omnes pariter exterminabũtur: quia vnus finis erit eorum gehenna. Reliquiæ impiorũ peribunt: tũc cũ corpus & animã perditum dabit in gehennam is qui habet

I potestatẽ. Salus autẽ iustorum a dño. Sed melius dicit in gręco: salus autẽ iustorũ apud dominũ. Non dixit in cœlo salus iustorũ: & hoc em̃ præterit: nõ apud aliquam creaturã: quia nihil immobile: vel immutabile: sed apud dominũ salus est iustorũ: qui semper manet: sem

per idem est: semper immobilis est: nec vsq̄ po test esse tutius salus hoīs q̄ apud dn̄m. Ille mi hi locus: ille mihi domus: ille mihi mansio: ille requies: ille sit habitaculū. Deniq̧ annunciaẗ nobis a sancta scriptura nō solū regnū cœlorꝝ sed regnū dei. Vt & memini me iam sępe dixis se: regnū cœlorū est eorū qui adhuc in ꝑfecti bus sunt: regnū vero dei eorū: qui iam ad per fectum venerunt finē. Vnde & nūc salus iusti apud deū esse dicitur: cum vtiq̧ perfectiōe vi tæ vsq̧ ad ipsum dn̄m meruerit ꝑuenire. Et ꝓ
A tector eorū est in tempore tribulationis. Q̄d est tempus tribulationis: nisi hoc in quo sum⁹ cum per arctā: & angustā viā incedimus quæ ducit ad vitam: si tn̄ per angustā incedimus: q̄ ducit ad vitam: & nō per illā latam: & spacio sam quæ diuitiis dilatatur: & luxuria dissol uitur: quæ in carnis voluptatibus emollescit: quæ pręsentē gloriā diligit. Horū ꝓtector nō deus est: sed mām̄ona: eorū autē qui in tribu latione & angustia sunt: protector est deus: q͞a multæ sunt tribulationes iustorū. Tribulanẗ enim considerantes tempus iudicii: & semet ipsos discutientes ne forte aliquid inueniatur in eis q̄d vocetur ad culpam. Qui ergo ꝓpter hoc tribulantur & sollicitī sunt: erit deus pro tector eorum in tempore tribulationis: in tem pore iudicii: cum tradentur impii ad pœnas: tunc & adiuuabit eos dn̄s in tēpore tribula tionis: & eripiet eos: & auferet eos a peccatori bus: non solū ab hominibus peccatoribus: sed etiā a cōtrariis potestatibus: vel certe eo tem pore cū anima separaẗ a corpore: & occurrūt ei peccatores dæmones: aduersæ potestates: spiritus aeris huius qui eā volunt detinere: & reuocare ad se si quid in ea suorū operū gesto rumq̧ cognouerint. Venit em̄ ad vnamquāq̧ animā de hoc mūdo exeuntē princeps huius mundi: & aeriæ potestates: & requirūt si inue niant in ea aliquid suum: si auaritiam inuene rint suæ partis est: si iram: si luxuriam: si inui diam: & singula queq̧ eorꝝ similia si inuenerīt suæ partis est: & sibi eam defendunt: & ad se eam trahunt: & ad partem eam peccatorū de clinant. Si vero aliquis imitatus est illum qui dixit: ecce venit princeps mundi hui⁹: & ī me nō habet quicq̄: si se aliquis ita obseruabit: ve niunt quidē isti peccatores: & requirentes in eo quę sua sunt: & non inuenientes tentabunt nihilominus ad suā partē violēter eum detor quere: sed dn̄s eripiet eum a peccatoribus. Et forte propterea iubemur cum quodā myste rio etiam in oratiōe petere: dicentes. Sed libe ra nos a malo. Sed causam qua eripiat iustos suos dn̄s a peccatoribus siue in tēpore exitus siue in tempore iudicii: cum dies ille secundū prophetā necessitatis & angustiæ: dies obscu ritatis: & perditionis: iudicii dies aduenerit: tunc ergo causam qua eripi mereanẗ subiūgit & dicit: quia sperauerunt in eū. Sperantes er go in se eripiet: & de tribulatione: & necessita te. Quomodo autem sperare debeas: volo tibi de scripturis sanctis ostēdere. Sicut nemo po test duobus dominis seruire: ita nemo potest in duobus dominis sperare. Nemo potest ī in certo diuitiarum sperare: & in dn̄o. Nemo po test sperare in principibus: & in deo. Nemo po test sperare in virib⁹ equi: & in deo. Nemo po test sperare in sęculo: & in deo. Nisi enim in so lo deo speraueris: & videat deus spem tuā ad sæculū æternū esse cōuersam: & quia aliā nul lā omnino spem geris nisi in ipso: qui viuificat mortuos: & vocat quę non sunt tāq̄ quę sunt: non poteris eripi a peccatoribus. Solus est em̄ ipse qui saluos facit sperantes in se: per Chri stum dominum nostrum: cui est gloria & po testas in sæcula sæculorum. Amen. B

Explicit homilia quinta Origenis sup psal mum trigesimum sextum.

¶Incipit homilia prima de Psalmo trigesimo septimo. Dn̄e ne in furore tuo.

Reator humano rum corporū de⁹ sciebat ꝙ talis es set fragilitas hūa ni corporis: q̄ lan guores diuersos posset recipere: & vulnerib⁹: aliisq̧ debilitatib⁹ esset obnoxia: & ideo vēturis passioni bus prouidēs/etiā medicamēta procreauit ex terra: & medicinę tradidit disciplinā: vt si ac cideret ægritudo corpori: nō deesset medela. Quo nobis ostendit ista ꝑfatio? Ad animā sine dubio reuocaẗ. Q̄m̄ & ipsam cū creator oīm cōdidisset: sciebat ꝙ futura esset vitiorum ca pax: & ob hoc subdita: atq̧ obonerata pecca tis. Et ideo sicut corpori medicamenta præpa rauit ex hærbis arte: disciplinaq̧ compositis: ita etiam animæ medicamenta præparauit in his sermonib⁹ quos ꝑ diuinas scripturas semi nauit: atq̧ dispersit: vt hi qui aliqua ægritudi ne fuerint oppressi: statim vt vim morbi sense rint: atq̧ alicuius vulneris stimulum: dolorē q̧ perspexerint: id est cum viderint animam aliquid præter naturam gerentem: requirāt aptam: & conuenientem sibi rationabilē disci plinam: quę eis ex preceptis dei possit mederi. C

Nã tradidit & medicinę artis industriã. Cui⁹ archiatros est saluator dicẽs de se quia nõ op⁹ habẽt q sani sunt medico: sed qui male habent Et ille quidẽ erat archiatros qui posset curare oẽm lãguorẽ: & oẽm infirmitatẽ. Discipuli vero eius Petrus vel Paulus: sed & prophetę medici sunt: & hi oẽs q post apostolos ĩ ecclesia positi sunt: quibusq; curandorũ vulnerum disciplina commissa est: quos voluit deus in ecclesia sua esse medicos animarũ: qa nõ vult deus noster mortẽ peccatoris: sed pœnitentiam: &
D orationẽ eius expectat. Deniq; & iste psalmus: qui nunc lectus est: nobis ostẽdit: vt si forte aliquando puenimur in delictis: qualiter nos: & cũ quo affectu orare oporteat: & medico supplicare pro doloribus: vel infirmitatibus nostris. Siqñ ergo preoccupauerit nos inimic⁹: & ignitis iaculis suis vulnerauerit animã nostram: primo hoc nos docet hic psalmus q̃ cõuenit post peccatũ cõfiteri peccatũ: & in memoriã recordari delictũ: vt per recordationẽ culpæ stimulatũ cor & cõcitatũ ꝓ delicto suo interim refrenet: ac reuocet ne quid tale vltra cõmittat & propterea puto superscriptũ esse ipsum psalmũ. Psalmus Dauid in recordationem. Quid sit autẽ in recordationẽ: per totũ ipsius psalmi corpus enarrat. Videam⁹ ergo nos oẽs peccatores: si ĩ aliquo delicto fuerim⁹ inuenti: vel quid dicere: vel quid facere debeamus: vt cũ hæc in scriptura sacra didicerim⁹ etiã medelam vulneris nostri consequi mereamur. Bonũ quidẽ erat semp corpus (vt ita dixerim) animæ nostræ in sanitate donare: & armis dei circũdatum ab omnibus telis ignitis diaboli maligni inuulnerabile permanere: nullius languoris: nullius ægritudinis quicq̃ experiri: nihilq; interiorẽ nostrũ hominẽ vitii: morbiq; suscipere. Q; si per negligentiã sui: atq; animi desidiã incurrerit in peccatũ: qd ipm
E consequatur agnoscat. Argui vel corripi est doloris pœna: cruciat⁹ & ita grauis est vt etiã hi qui fideles & religiosi videnť si forte vt homines aliquãdo in delicto aliquo incurrerint: & arguãtur: indignentur aduersus eos q arguunt: & oderint eos. Corripiũt enim vt emẽdent. Et hoc malũ fuit in causa: vt etiã a priori populo in odiũ haberenť ꝓphetæ: persecutionib⁹ agitarenť. Hoc fuit causæ qd Esaiam secari fecit: qd Zachariã ĩter tẽplũ & altare cõpulit trucidari: Hieremiã in lacũ cœni demergi. Et ad vltimũ hæc fuit causa quæ dñm nostrũ Iesum Christũ egit in crucẽ. Oĩa enim quæ supra enumerauimus scelera: atq; flagitia non alia ex causa commissa sunt: nisi q̃ dũ oẽs in medicinali disciplina resecari per corruptionem delinquentium nolunt: curæ impatiens populus: & medelæ: in perniciem medentis exarsit. Beati ergo sapientes iam ab ipsa scriptura appellanť hi qui cum deliquerint si arguantur non oderunt arguentes. Ita eñ dicit scriptura. Noli arguere malos ne oderit te: argue sapientem & amabit te. Vides quomodo sapiẽtem appellauit scriptura eum qui correptioni obnoxius est: non tamen odit: sed magis diligit arguentẽ. Tales erant illi qui ab apostolo arguebanť: & cõfutati non oderãt arguentes. Vnde & ego arbitror illum qui ĩ Corintho grauissime deliquerat: idcirco misericordiã consecutum: quoniã correptus ab apostolo & ita acerbe correptus: vt a conuentu abscinderetur ecclesiæ: nõ tñ odio habuit arguẽtem: sed animaduersionem patienter accepit: & fortiter tulit. Ego arbitror q̃ etiã maiorẽ affectũ cõcepit erga Paulũ: atq; erga oẽs q stati in Pauli in eius animaduersione paruerant. Vnde & Paulus sententiã reuocat: & eiectum reconiungit ecclesiæ: & addit: dicẽs. Cõfirmate in eũ charitatem. Vidit eñ eum post animaduersionẽ cõseruasse charitatẽ: & ideo dixit vt etiã post peccatũ nõ tã tribueretur ei charitas: inerat eñ: sed vt ab oĩb⁹ ea q̃ inerat firmareť. Necesse est ergo eũ qui peccat argui sed qm̃ grauis nobis infirmiorib⁹: q̃uis sit vtilis ista correptio: ferre eã sub oĩm p̃sentia deuitamus. Et quid dico oĩm p̃sentia! Interdum ne duos quidem cũ arguimur adesse patimur testes: sed culpamus arguentẽ: & dicim⁹. Oportuerat te soli mihi dicere q̃ velis: & nõ sub multorũ p̃sentia facere mihi ruborẽ. Dolemus: iactamur: efferuescimus: & in interioribus animæ sensibus cruciamur. Q; si talis correptio est qua ab hominibus vel corã hoĩbus arguimur: quid faciamus si deus nos arguat: si ipse deus confutet: & arguat in furore! nos q episcopi arguẽtis iracundiã ferre non possumus sed indignanter accipim⁹: illum furorem qui dei esse dicitur arguentẽ nos quõ tolerabim⁹! Sciens ergo propheta q̃ plurimas esse differentias arguendi: & volens quasi homo pro delictis quidem argui: verens autem ne grauiori pondere: id est ne in furore domini argueret: ait: sicut iam & ĩ alio psalmo ante dixerat: etiã hic. Dñe ne in furore tuo arguas me. Similiter autem dicit & quod sequitur. Neq; in ira tua corripias me. Oportet ergo nos aliq̃ & de correptione dicere: de qua generaliter nos apostolus docet: dicens. Oĩs quidem correptio ad præsens nõ videtur gaudii esse: sed mœroris: postea aũt fructum pacatissimum his qui per eam exercitati sunt reddet iustitiæ. Et videre

etiam a pueris quemadmodum cũ corripiunť verberibus a pædagogis: vel doctoribus excitantur: moleste quidem accipiunt: & summũ malũ iudicant dolorẽ illũ: qui eis causa eruditionis infligitur: & q̃uis profectus suos in huiuscemodi eruditionibus: vel correptionibus esse positos non ignorent: tñ moleste: atq; impatienter ferunt. Q; si eruditio puerorum huiuscemodi est: qd sentire debemus de nobis senibus: qualẽ nobis vel eruditionem: vel correptionẽ imminere censemus: quę nõ a dispensatoribus: neq; a pędagogis inferť? Nouit quippe scriptura pędagogũ: & dispẽsatorẽ: & procuratorẽ paruuli. qd inquã existimare: vł sentire debemus cũ ab ipo patrefamilias eruditio nostra facta fuerit: atq; correptio? Iterũ redeamus ad similitudinẽ puerorũ. Si corripiatur puer a pædagogo: nõ erit necesse eũ correptionẽ paternę austeritatis agnoscere: quę ex grauioribus delictis: ac flagitiosiorib⁹ prouocať. Si corripiať a doctore puer: nõ ita auster⁹ erit magister sicut pater esse potest: si grauia delicta in filio cognouerit. Si em̃ corripiat pater ꝑ maioribus: grauioribusq; peccatis: & tantum sit cõmissum filii ꝙ ad iracundiã cõcitauerit patrẽ: sine dubio post cruciat⁹: post supplicia
A etiam abdicationis pœna metuenda est. Si intellexisti similitudinẽ trãsi mihi ab exẽplo ad rẽ: & intellige de nobis oĩbus q̃ dicunť. Omes episcopi: atq; oẽs presbyteri: vel diacones erudiunt nos: & erudientes adhibẽt correptiões: & verbis austerioribus increpant. Est autẽ qñ erudimur etiam a procuratoribus: & actorib⁹ id est ab his angelis quibus creditę sunt dispẽsandæ: & regendæ animæ nostræ: quemadmodum describitur in quodam loco: angelus pœnitẽtię qui nos suscipit castigandos: sicut pastor exponit: si cui tamen libellus ille recipiendus videtur. Interim diuersis eruditioĩb⁹ succũbimus nos hoĩes castigãtibus nos: & corripientibus: nondũ tamen ab ipso patrefamilias castigamur: sed a procuratoribus angelis qui vniuscuiusq; nostri castigandi atq; emendandi sortiunť officiũ. Et est tolerabilius cũ ab aliquo horum corripimur. Sic quoq; interdum etiã pædagogo commissa est nostra correptio. Nã quicũq; sub lege erant: qm̃ lex pędagogus noster fuit in Christo: delinquẽtes in lege a pędagogo corripiebanť: cũ puniebãť ex lege. Puniebantur enim vel cũ lapidabantur: vel cum aliquid eorũ quæ Moyses scripserat pferebãt. Nullus ergo eorũ de quibus superius dixim⁹ ab ipso patrefamilias puniebatur. Non enim
B erat paterfamilias lex: neq; angelus pœnitentiæ. Sed sunt alia peccata pro quibus peccantẽ ipse paterfamilias punit. Eũ videlicet q mẽsuram facinorũ supergressus: vltra creaturæ cõtumeliã sceleris sui impietate tetendit. Nec tñ alius quis nouit ꝑter deũ solũ: qui vel quãdo procuratorib⁹ tradi debeat castigand⁹: vel qui corripiẽdus actoribus: qñ etiã qui subiici debeat pędagogo: cui etiã inferiores sint horꝝ oĩm correptiones: si quis scilicet talis est qui ipsam (vt ita dixerim) diuinã manũ in suam ꝓuocet vltionem. Si intellexisti quę dicta sunt: si altiorẽ secutus es intellectũ: intuere nũc qualiter hęc propheta ꝓsequiť: cũ dicit. Etiã si corripis me de⁹: noli me in ira corripere. Sed nos nec corrigi volumus: nec pędagogũ patimur cõmonentẽ: neq; ꝓcuratorũ: vel actorũ correptiones libẽter accipim⁹. Et propterea ab ipsa ira dei correptionẽ nobis ĩduci necesse est. Propheta em̃ dicit. Dñe ne ĩ furore tuo arguas me neq; in ira tua corripias me. Sed q hoc dicit debet ꝓferre aliquã rationem: quare nolit: vel in furore argui: vel in ira corripi. Et q̃ sit ista ratio videamus: vt nos si delinquim⁹: hãc rationẽ dicẽtes: & faciẽtes scd̃m hoc qd̃ docemur: nõ incurramus in vindictã furore arguentis: vel ira corripiẽtis. Q m̃ (inqt) sagittę tuæ infixę sunt mihi: & cõfirmasti sup me manũ tuã. Sermo dñi sagittis est similis: deniq; & saluator ita dixit. Posuit me sicut sagittã electã: & in pharetra sua abscondit me. Qui ergo loquitur sermonẽ dñi: sagittas iaculať. Et cũ loquiť corripiens & castigans: correptiõis iaculo corpforat audientis. Qui ergo ita suscipit verba dñi: vt ex his q̃ audit sermonib⁹ cor suũ confligať: & per stimulũ eoꝝ q̃ dicta sunt ad pœnitentiã suscitet: certũ est qm̃ in illũ inuanũ non abiit sermonis dei iaculũ: neq; transuolauit: sed in ipso oẽs illę sermonũ dei defixæ sunt sagittæ. Deniq; ita & quodam loco ait. Vidisti quõ cõpunctus est Achab? Merito ergo & nũc dicit ꝓpheta. Dñe ne ĩ furore tuo arguas me: neq; ĩ ira tua corripias me. Digna est eĩ causa q̃ subseqť q̃ ab eo correptionẽ furoris dñi debeat tẽperare: qm̃ sagittę tuę infixę sunt mihi. Verbi gratia. Et nũc si ex ista oĩ multitudine auditorũ sint aliqui cõscii sibi in aliquo peccato: atq; vtinã quidẽ nullus sit: verũtamẽ necesse est esse aliquos cõscios sibi: & hi si iis auditis q̃ loqmur recte & fideliter audiant: & cõpungať cor eoꝝ ex iaculis verborũ nostroꝝ: & transfixi talibus iaculis doleãt: & cõuersi ad pœnitentiã dicãt: dñe ne ĩ furore &c. qm̃ sagittæ tuæ infixę sunt mihi. Si vero audiẽs hęc nõ cõpũgať: sed tãq̃ in corpore iã emortuo ita in aĩa ei⁹ nulla sagitta: nullũ iaculũ sensum doloris ĩueniat: nec vllã recordationẽ suoꝝ capiat

peccatorum: iste quippe est vt stimulis furoris domini corripiatur: atq; iræ eius correptionibus arguatur. Non enim potest dicere domino: quoniam sagittæ tuæ infixę sunt mihi. Atq; vtinam omnes qui nos audiunt compūcti: & stimulati ex his quæ dicunt: atq; ad pœnitētiam conuersi dicant ad doctorem qm̄ sagittę tuæ infixæ sunt mihi: & dum castigas nos verbo dei: dum verberas: dū in interioribus nos
D conscientię percutis: Cōfirmasti super me manum tuā. Cōfirmat nāq; manū supra pueros pædagogus dū verberat: & emēdat: & confirmat manus cū verbera nō negligenter: aut leuiter infigunt. Ita etiā dn̄o dicere quis potest cū miserit sagittas: sed per quoscūq; vult mittere sagittas verborū suorū: qm̄ cōfirmasti super me manū tuā. Cū em̄ man⁹ dn̄i assit q emittit verborū iacula: & infigit sagittas in auditorum animam: merito etiā dn̄o dicit: quoniā cōfirmasti super me manum tuam. Nec est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ. Propterea ergo rogo non ipsius iræ tuæ potentiam experiri: qm̄ iudicium eius tantummodo accipiēs & solā quodāmodo faciē ei⁹ videns: quæ ex solis verbis diuinæ scripturæ deformat: iam doleo om̄e corpus meū: & conturbor: nec est vlla sanitas in carne mea: neq; pax in ossibus meis: tantū q; faciem irę tuę ex scripturis sanctis nō tamē ipsam iram sentire: vl' videre visus sum. Etsi ex hoc solo talia sunt quæ patior: propter hoc oro vt non ipsam iram patiar. Vide ergo si non manifeste hæc dicuntur in eo qđ ait: &
E confirmasti super me manum tuam: nec est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ. Potuit dicere: ab ira tua: sed nūc ait a facie iræ tuæ. Si em̄ dixisset ab ira tua: superfluū erat illud sine dubio quod superius dixit. Ne in ira tua corripias me. Nunc autem dixit non est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ. Quoniā quidē sola facies iræ tuæ: id est cōsideratio ipsa indignationis: ita me perterruit & conuertit: vt iræ tuę iā in me locus esse nō debeat. Nec est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ. De eo q apud Corinthū peccauerat iudicauit apl'us: dicens Tradere huiusmodi hoīem sathanę in interitū carnis. Nunquid putandū est q; iniquū fieri volebat quē dicebat tradi debere sathanę in interitū carnis? Quin potius apparet: qm̄ pro
F salute ei⁹ tradebat carnem ei⁹ in interitū. Deniq; addit dicens. Tradidi eiusmodi hoīem sathanæ in interitum carnis: vt spiritus saluus fiat in die dn̄i: ostendens non posse saluari spiritum: nisi caro in interitū traderetur. Quis ergo sit interit⁹ carnis: audi. Quia qđ interierit sine dubio mortuū est. Viuit autē caro in peccatore: mortua est caro ī hoīe iusto. Propt qđ & iusti dicūt. Semp mortificationem Iesu christi in corpore nostro circūferētes: vt & vita Iesu christi manifestet in carne nostra mortali. Et iterū: Mādatū accepimus dicēs: mortificate membra vestra q̄ sunt super terrā. Et beatus est qui mortuus est peccato secundum quod dictū est: corpus quidē mortuū est propter peccatū: spirit⁹ autē vita viuit ꝑpter iustificationē. Tradi ergo in interitū carnis tale est: vt emoriatur sensus carnalis ī nobis: & nō viuat carnis cupiditas in ea. Ex eo em̄ q; moritur sensus carnis: vt nō secundū carnem sapiamus: spiritus saluus efficit. Alioquin dum viuit sensus in nobis carnis: & caro viuit: nō possumus de spiritualib⁹ sapere. Hoc ergo modo apl'us tradidit in interitū carnis eū q secundū carnē vixerat: vt sensu carnis emortuo spiritus in die dn̄i saluaret. Si intellexisti apostolicū sermonē: ad id qđ ꝓpositū est reuertamur.
Vtinā in corpore meo si quādo delinquo & delictū ex sensu carnis venit: superduceret interitus carnis: vt spiritus saluaret. Si enim caro infirmat: sine dubio proficiēs infirmitas etiā ad mortificationē peruenit carnis: & tunc est q; recte dicit. Qm̄ nō est sanitas in carne mea. G
Si vero nō infirmatur quidem caro: sed redit ad sanitatem suā: id est vt sapiat quæ sunt carnis: ac desideret malum: tunc sanitas est ī carne: qđ vtiq; spiritui nō est bonū. Iste ergo qui arguitur: & recusat per furorem domini argui: atq; iracundia eius corripi: iustissimas causas huius excusationis ostendit: asserens se & sagittis verborum dei esse confixū: & ita turbatum: atq; perterritum a sola facie irę domini: vt nulla prorsus in carne ei⁹ sanitas: id est nullum peccandi vltra desiderium: manserit. Memini me aliquando de illo capitulo euāgelii disputantem: in quo scriptum est: spirit⁹ H
quidem promptus est: caro autem infirma: tale aliquid sensisse: q; anteq̄ saluator noster veniret ad crucem: & crucifigeret carnem: atq; emori eam faceret: anteq̄ perfecte mortificaretur: prius dixit infirmari carnem suam: & donec infirmabatur quidem caro: spiritū promptum esse dicebat. Cum vero cruci eā tradit: & perfecta morte consummat: tunc non iam promptum spiritum: sed in manib⁹ patris positum esse testatur. Hæc autem ille in se describens: nostris eruditionibus præbebat exemplum. Propter nos enim & nobis infirm⁹ erat Ideo consideremus nosmetipsos: si infirma est caro nostra: si non delitiis: luxuriaq; resoluit: hæc ei vitiosa sanitas præsto est. Vide si ꝑ abstinentiam quotidianam infirma efficitur ca

p:si per continentiam desideria referatur:li
ido cōprimitur:vitia cōquiescunt. Tūc etiā
nondū emortua est:tamen non est sanitas in
arne tua:sed etiam mēbra tua interim morti
cata sunt super terrā. Quid est autē qđ facit
nitatē in carne non esse? Si sentiamus faciem
ę dei. Dum em̄ recordamur iram Dei: & an
oculos vultum eius adducimus:ex ipsa in
itutione eius:quæ propter hoc facies irę ap
llata est: conturbata: & exterrita caro in
rmatur:atq; languescit. Non est pax ossibus
eis a facie peccatorū meorum. Etiam hęc de
et dicere qui peccauit:& post peccatū peccas
se recordaẗ:sicut ipse Dauid dicebat in qui
uagesimo psalmo. Et peccatū meum corā me
t semper. Sunt quidā qui cum peccauerint se
uri sunt prorsus:nec cogitāt de peccato suo:
ec venit ad sensum eoꝝ quid male gesserint:
d ita viuunt quasi nihil omnino cōmiserint:
ti ergo nō possunt dicere: quia peccatū meū
oram me est semper. Cum vero post delictum
uis consumitur:& affligitur pro delicto suo
t conscientiæ stimulis agitatur:mordetur si
e intermissione:atq; occultis confutationib⁹
npugnatur:iste merito dicit. Non est pax os
bus meis a facie peccatorum meorum. Est sa
e facies quædā etiam peccatorum: &(vt ita
ixerim)color quidam:& species per quam re
ordari:& recognosci solent ea quæ aliquādo
ōmissa sunt. Cū vero ante oculos cordis no
ri statuerimus peccata nostra:& vnūquodq;
ntuentes:recognoscētes erubescimus: factiq;
œnitemus:tunc conturbati:& exterriti me
to dicimus nos non habere pacem in ossibus
ostris a facie peccatorum nostrorum. Addat
iam hæc qui pœnitet pro peccatis suis:& di
it. Quia iniquitates meæ superposuerunt ca
ut meum:sicut onus graue grauatę sunt su
r me. Qui em̄ nec dolent:nec grauātur pro
ccatis suis:sed securi sunt: atq; ī delitiis flui
it:hęc dicere non possunt:nec sentiunt q; ini
uitates quidem suæ excrescunt:& vltra capi
s sui vadunt proceritatem:ipsi vero decres
unt:& in nihilum rediguntur:& ideo nō pos
nt dicere. Quoniam iniquitates meę super
osuerunt caput meum:sicut onus graue gra
atę sunt super me. Quomodo em̄ possunt di
ere illi qui in delictis suis non solum delectan
ur:verūetiam exultantes mala sua pręferūt?
Quibus profecto peccatum suum non onus ef
citur:sed voluptas. Non est ergo illorum di
ere hæc:sed eorū quibus libido iam sorduit:
uibus vitia horruerunt: a quibus deniq; de
rehensa est omnis prę sentium gratiarum vo
uptas esse pro nihilo:quia postea omnino nul
la futura est. Isti sunt qui possunt etiam dice
re hæc quæ sequuntur. Quoniam fœtuerunt: C
et putrefactę sunt cicatrices meæ. Nolite(in
quit Saluator)mittere margaritas vestras an
te porcos:ibi appellās eos qui peccatorum fœ
toribus delectantur sicut porci: qui fœtorem
omnem tanq̄ odorem suauissimum expetunt.
Considera ergo peccatorem qui peccatis suis
delectatur:& lætus est in malis suis:quoniā &
ipse in stercore fœtido volutatur: & nullū fœ
toris ei⁹:qui ex peccati stercore redditur:per
cipit sensum:velut in summis voluptatib⁹: &
gratissimis delitiis delectatur. Si vero istū eue
niat aliquando porcorum quidē sensum odo
ratumq; deponere:& sensum verbi dei perci
pere: ita vt possit sentire fœtorem peccatorū
suorum:statim conuersus ad pœnitentiam:&
emendationem requirens: impatiens proprii
fœtoris efficitur: proclamās ad cœlestem me
dicum:atq; ostendens cicatrices putrefactorū
suorum vulnerum dicit: Fœtuerūt: & putre
factę sunt cicatrices meę a facie insipiētię meę.
Recte autem hic peccatum insipiētiam nomi
nauit. Nemo enim sapiens id aliquando com D
mittit. Miseriis afflictus sum:& curuatus vsq;
in finem. Sed videas aliquando eum qui pecca
uit mœrentem:& contristatum tristitia quæ
secundum sæculum est: quæ enim secundum
deum est tristitia pœnitentiam in salutem sta
bilem operatur. Iste vero dicit quoniam mise
riis afflictus sum: & curuatus sum vsq; in fi
nem. Propterea fortassis ipse sanctus Aposto
lus dicit sciens se aliquādo peccasse. Miser ego
homo quis me liberabit de corpore mortis hu
ius? Peccauit enim etiam ipse cum persecutus
est ecclesiam dei:propter quod dicit. Nō sum
dignus vocari apostolus. Miseriis ergo affli
ctus sum ait. Nō dicit affligor adhuc. Si enim
transierunt iam peccata mea:afflictus sum mi
seriis:si autem permanent: & in ipsis conuer
sor adhuc:affligor miseriis. Miseriis ergo(in E
quit)afflictus:& curuatus sum vsq; in finem.
Si videas eum qui peccauit non posse respice
re in cœlum:sed curuato corpore: demersoq;
in terram vultu nō solum corporis: sed & ani
mæ: & contorquente sicut circulum collum
suum:intelligis quomodo quis curuatur vsq;
in finem. Si vero vis etiam per exempla cogno
scere quomodo peccatis suis vnusquisq; cur
uetur:ita vt suspicere non possit: nec in cœlū
eleuare oculos suos:intuere illum publicanū:
qui in euangelio ingressus templum/& de lon
ge stans:nec audens leuare oculos suos in cœ
lum:sed percutiens pectus suum: & confitens
peccata sua:dicebat. Deus propicius esto mihi

peccatori. Huic nimirũ conuenit dicere: quia curuatus sum vsq̧ in finẽ: & tota die cõtristatus ingrediebar. Hoc autem dicens velut affectum ipsum: & animũ pœnitẽtis exponit dicẽtis: ex quo peccaui: nunq̃ risi: nũq̃ lętatus sum nunq̃ mihi ipsi aliquid iocũditatis indulsi: sed semper in mœrore fui: semper in pœnitentia: semper in luctu. Tale est illud qđ in euangelio pręcipitur: dicẽte domino. Beati qui lugẽt: & beati qui flent. Econtrario autem si quis peccator sit: & multis malis obnoxius: & hic nullo flagitiorum suorũ stimulo pulsatus: insuper etiam & rideat: & lętus sit: atq̧ iocundus: nec in aliquo conscientię stimulis agitetur: vide si non huic illa conuenit dici quæ scripta sunt: vęh ridẽtibus nunc: quia lugebitis: & plangetis.

F Tota die contristatus ingrediebar: quoniã renes mei cõpleti sunt illusionibus. In renibus vel in lumbis humanorum seminũ receptaculum esse dicitur. ex quo illud genus indicat peccati qđ per libidinẽ gerit. Huius nãq̧ opus res est illa quã Apostolus inter prima sacrilegia designauit: dicẽs: tollẽs ergo mẽbra Christi faciam membra meretricis? Absit. Cum ergo quis propẽsius: & incontinẽtius in huiuscemodi lasciuiam fluxerit: tũc renes eius: vel lũbi repleti esse illusionibus asserũtur. Illusio em̃ est diaboli illudentis hominẽ: atq̧ in huiuscemodi peccati ĩcontinẽtiam prouocantis. Non ergo mirum est si peccatorum hominũ renes illusionibus repleti sunt: cum & Iob de dracone qui diabolus intelligitur: ita dicat. Virtus eius omnis in lũbis est: & potentia eius in vmbilico ventris eius. Virtus ergo diaboli pręcipue circa lumbos hominis est: vnde fornicatio adulteriaq̧ procedunt: vnde puerorum corruptio: vnde omnis spurcitia generatur. Ita sane etiam mulierum circa vmbilicum ventris est culpa: qđ honestiore voluit indicare sermone. in quibus videlicet vtrisq̧ draconis diaboli virtutẽ: potentiamq̧ esse designat. Et nõ est

G sanitas in carne mea. In hoc profectũ suũ ostendit: & proximum esse ad mortificationem carnis indicat: atq̧ interitum ei⁹. Nam ideo hoc: et hic secundo repetit: vt adhibitum iam esse remedium tentationum molestiis declararet. Afflictus sum/ & humiliatus sum valde. Festiuitatibus domini panem nos afflictionis edere iubemur: & ĩ ipsis festiuitatib⁹ dicitur: vt humiliet homo animã suã: & cũ festiuitas propiciationis indicitur: dicitur humiliate animas vestras. Quoniam ergo qui pœnitet pro delictis suis seipsum affligit: humiliat sicut & ille publicanus: de quo superius dixim⁹: propterea & consequẽter dicit in eo q̧ se ex corde pœnitere cognoscit obsecrans: ne in furore domini arguatur: neq̧ ira eius corripiatur: ex hoc qđ dicit. Afflictus sum: & humiliatus sum valde. Non enim solum afflictus sum: neq̧ solum humiliatus sum: dicit: sed valde afflictus sum: et valde humiliatus sum: vt exempli gratia dixerim: si diues aliquis secundum sæculum in multa affluentia posit⁹: & hic subito decidat: atq̧ ĩ egestatẽ vltimã redigatur: domo quoq̧ pulsus: & patria: insulis: ac scopulis relegatus squalentem / atq̧ infelicẽ in solitudine exigat vitam: tunc deinde recordatus patriæ: ac parentum: nobilitatis: famili ę: bonorum substãtiæ: diuitiarũ abundantiæ: ac totius illius vitæ qua in delitiis vixerat: qbus iste planctib⁹: quibus mugitibus recordationẽ priscę beatitudinis recoletur: vt sit ei maior pœna recordari quæ perdidit: q̃ pati quæ perferat? Ad huius exempli similitudinẽ ĩtuere mihi etiam eũ qui vitam in sobrietate: & castitate: iustitiaq̧ trãsegit: qui in actibus bene sibi conscius erat: iste si decidat de patria sua: id est de ecclesia: in insulam quandam: atq̧ in horrentes scopulos quæ peccati sedes est propellatur: & ex facultatibus: ac diuitiis suis quæ erant ei in omnibus operibus suis bonis: deuoluatur: & videat se in vltima paupertate positum: omnes enim eius iustitiæ: quas fecit non reminiscẽtur propter peccatũ: si se ergo in talibus videat: quibus gemitibus: quibusq̧ rugitibus proclamabit: dicẽs. Rugiebam a gemitu cordis mei: Domine in conspectu tuo omne desiderium meũ: & gemitus meus. Omnia ergo ex quo deliqui: siue cõcupiui concupiscẽtiam sęcularem: siue quid aliud cõmisi: omnia ante te profero: & in orationib⁹ meis in cõspectu tuo pono. Et gemitus meus a te nõ est absconditus. Nosti em̃ q̃a semper ingemisco. Cor meũ conturbatũ est: & deseruit me virtus mea. Tu vide dñe cor meum quia conturbatũ est pro peccatis meis. Et consequẽter exoro ne in furore arguat: neq̧ in ira corripiat. Q꞉ si mea me fortitudo deseruit: sine dubio fui aliquãdo fortis: & cõuersatio mea fuit bona: postea vero cecidi: quia deseruit me fortitudo mea: & lumen oculorũ meorum nõ est mecũ. Hæc vox illi⁹ videtur esse qui post illuminationẽ: post traditionem doctrinæ: post agnitionẽ veritatis in tenebris decidit. Ne ergo & nos eadẽ patiamur: sed potius vt lumen nostrum sit semper in nobis: & opera lucis agẽtes habeamus fidutiã tanq̃ filii lucis in Christo Iesu semper oremus & deum patrẽ incessabiliter deprecemur: cui est gloria: & potestas in sæcula sæculorum. Amen.

Explicit Homilia prima de psalmo. xxxvii.

Incipit Homilia secũda de eodẽ psalmo ab illa parte. Amici mei: & proximi mei.

Vi pro peccatis suis confitetur deo: & aĩo dolet dũ pœniteet: sciẽs post exitũ vitæ q̃ pœna immineat peccatori: hęc dicit: exponẽs quãta pati necesse sit eũ qui se ad pœnitẽtiam: emẽdationẽq; conuertit: quomodo derelinquãt eũ amici: & proximi sui: & longe efficiant̃ pro eo q; ipse se ad exomologesin peccati sui: mœrorẽq; cõuertit. Dicit ergo. Amici mei: & proximi mei aduersum me appropinquerũt & steterũt. Intellige mihi fidelẽ quidẽ hominẽ: sed tamẽ infirmum qui etiã vinci ab aliquo peccato potuit: & propter hoc mugientẽ pro delictis suis: & oĩmodo curã vulneris sui sanitatẽq; requirentẽ: licet pręuẽtus sit: & lapsus: volentẽ tamẽ medelam ac salutẽ reparare. Si ergo huiusmodi homo memor delicti sui cõfiteatur quę cõmisit: et humana cõfusione paruipẽdat eos q exprobrãt eũ confitentẽ: & notãt: vel irridẽt: ille autẽ intelligẽs per hoc veniã sibi dari: & in die resurrectionis pro his quibus nũc confundit̃ corã hominibus: tũc ante angelos dei cõfusionẽ: atq; opprobria euasurũ: vt nolit tegere & occultare maculã suã: sed pronũtiet delictũ suũ: nec velit esse sepulchrũ dealbatum: qđ deforis quidẽ appareat hominib⁹ speciosum: id est vt vidẽtibus se quasi iustus appareat: intus autẽ sit repletus omni immũditia & ossib⁹ mortuorum. Si ergo sit aliquis ita fidelis vt siquid cõscius sit sibi: procedat in mediũ: & ipe sui accusator existat: hi autẽ qui futurũ dei iudicium nõ metuunt hęc audientes: cũ infirmantibus quidẽ nõ infirmẽtur: cũ scãdalizãtibus nõ vrãtur: cũ lapsis nõ iaceant: sed dicãt longe te fac a me: neq; accedas ad me: quoniã mũdus sum: et detestari incipiãt eũ quẽ ante admirabant̃: et ab amicitiis recedãt eius qui delictũ suũ noluit occultare. Super iis ergo cõsequẽter dicit qui exomologesin: id est cõfessionẽ: facit. Amici mei: & proximi mei aduersum me appropiquauerũt & steterunt: & proximi mei de longe steterunt. Sed hæc non oportet formidare eũ qui post delictũ saluari cupit: neq; notã eorũ pertimescere: qui sua quidẽ peccata non cogitãt: nec memores scripturæ sunt diuinæ dicẽtis: noli improperare homini conuertenti se a peccato: sed memor esto: quoniam omnes sumus in culpis. Non ergo cogitet de talib⁹: sed cogitet de anima sua: exorans deum: vt ab ipo exaudiatur: & subleuetur post casum suum: vt possit etiã dicere quæ sequũtur. Quoniam iniquitatẽ meã ego pronuntiabo: & cogitabo pro peccato meo: Licet amici mei: & proximi mei cõtrarii sint: & propinqui mei longe se faciant a me: dũ ego ipse mei accusator efficior: dũ crimina mea nullo me arguente confiteor: dũ nolo imitari eos: qui etiam cum in iudiciis arguantur: & testibus cõuincãtur: & tortoribus etiam arguantur: tegunt tamẽ mala sua: et plus apud eos obtinet cõmissi pudor q̃ cruciantis pœna. Ego vero q scio nihil latere deũ: sed nuda esse omnia & manifesta in conspectu eius: quicquid abscõdo: occulto qđ nouit. Cur nõ potius ipse me arguo: ipse me cõfuto? quid expecto accusatorẽ: cũ accusator me⁹ cõsciẽtia mea mecũ sit? Sic forte & ille mihi parcet: si mihi ipse nõ parcã. Ergo proximi mei de longe steterunt: & vim faciebãt qui quęrebãt animã meã. Et q quærebãt mala mihi locuti sunt vanitatem. Hęc iterum de aliis dicit. Sunt eñ quidam qui quęrunt mala iusto: & nõ sic gaudẽt: cum audierint de bonis eius aliquid: sicut gratulãtur cum audierint mala: & velut insultant cum in malis aliquibus viderint iustum. Et isti sunt qui cum viderint iustum confitentem peccata sua: velut noxium quoddam euomunt virus. propter qđ dicit: & vim faciebãt qui quęrebant animã meam. Et qui quærebãt mala mihi locuti sunt vanitates. Et vere manifestissime peruidetur: quia non solum ii qui iusto quęrũt mala: sed etiã omnis qui cuicũq; mala conatur inferre loquitur vanitatẽ. Non enim loquitur ea quæ secundum deũ sunt: qui quærit agere mala. Vnde oportet magis quærere bona. Vtinã possemus etiam his qui oderunt nos reddere bona pro malis: & inimicis nostris vel suadere quæ bona sunt: vel optare feroces animos eorum ad cõcordiam: atq; pacẽ reuocare: vt per hoc efficiamur filii patris qui in cœlis est: qui solem suum oriri iubet super bonos & malos: & pluit super iustos: & iniustos. Qui ergo quærebant mala mihi locuti sunt vanitates: & dolum tota die meditabant̃. Vide insidiatorem iusti. Iam enim iustum voco eum qui in primis sui ipse accusator efficitur: sicut sermo scripturę designat. nam vt illum sapientem dicit scriptura: qui cum arguitur non odit arguentẽ: sed insuper diligit eũ: sic & iustus dicitur qui post delictum non permanet in delictis: nec expectat diabolum fieri accusatorẽ suum: neq; vt ille proferat in mediũ peccata ipsius: sed ipse se arguit: & cõuincit: & per confessionẽ suam liberatur a morte. Qui enim quærebãt mala mihi locuti sunt vanitatẽ: & dolũ tota die meditabantur. Ego autem velut surdus non audiebã. Nihil hac vir-

C

D

tute preclarius: nihil excellentius inueniri potest: vt audiens vnusquisq maledicos: atq obtrectatores suos male loqui: carpere: detrahere: incusare: ipse auertat aurem suam quasi nõ audiens: & declinet oculum suum tanq nõ videns: ne iracundia exasperetur: & prosiliat ad vindictam: ne querat oculũ pro oculo: nec verbum pro verbo: nec maledictum pro maledicto: nec mẽdacium pro mendacio: nec crimen pro crimine. Talis ergo est iustus: iam em (vt dixi) iustum eũ dico qui per confessionẽ suam peccatorũ suorum euomit passiones. Ego autẽ sicut surdus non audiebam: & sicut mutus nõ aperiẽs os suum. Et factus sum sicut homo nõ audiens. Cum maledicerer: cũ criminarer: cum omnia probra de me homines proferrẽt: ego eram sicut surdus: & non audiebã: & sicut mutus non aperui os meũ. Pro maledictis: nulla maledicta reddebã. Sed quid pdest nos hæc exponere: quid pdest hec nos de scripturis sanctis aperire: si nõ horũ meminerimus in eo ipso tẽpore quo res expetit: cũ maledicimur a fratribus: cũ detrahunt de nobis: cũ etiam in faciem probris: & conuitiis lacessimur: cũ omia fiunt vt excitetur furor noster: & animus ad iracundiã moueatur? Tunc oportet horũ meminisse: tunc recordemur quia scriptũ est: factus sum sicut homo nõ audiens: & nõ habens in ore suo increpationẽ. Interdũ dicit aliquis aduersum me: & forsitã mẽtitur: interdũ etiã vera sunt q dicit: ego tamẽ possum multa peiora de illo dicere: & vere dicere: & si quidem peccator sum: & nihil horũ memini que nunc diximus: imitabor illius malitiam: & reddẽdo maledicta p maledictis efficiar similis illi: sed nõ similis deo efficior. Si vero iust[9] sum: sicut surdus nõ audio: & sicut mutus non habẽs in ore suo increpationẽ: nihil respõdeo: & habẽs in quibus arguã: nõ arguo. Intelligo em quia qui recte arguit: impassibiliter debet arguere vt salutẽ expetat eius qui arguit: nõ vindictã. Cũ ergo quis detrahit de me: vel male de me loquit: si arguam eũ: nõ facio cõpetẽter. Ex iracũdia em: & indignatione hũc arguo: volẽs ei inferre tristitiam nõ illã que secundũ deũ est: quæ pœnitentiã in salutẽ stabilẽ operatur: sed tristitiam que lędat: animã nõ emẽdet. Si ergo horũ meminimus: hec quidẽ nõ faciemus: sed cũ tale aliquid acciderit nobis: dicimus qa factus sum sicut homo nõ audiẽs & nõ habẽs in ore suo redargutiones. Quare autẽ talis effectus sum? Quoniã (inquit) in te speraui. Nisi
E em sperassem in te: & credidissem tibi dicenti: mihi vindictam: ego retribuam: dicit dñs: me ipsum vtiq vindicassem: nunc vero memor sum præcepti illius quo iubemur nõ nosipsos vindicare: sed dare locũ irę. Et inuenies hec in scripturis diuinis: & legis. Et factus sum sicut homo nõ audiẽs: & nõ habẽs in ore suo increpatiões. Quoniã in te dñe speraui: tu exaudies dñe deus meus. Ego sicut surdus non audiebã eos qui me criminabant: sed tu audi ea que loquuntur. Si essemus tales quales nos esse vult sermo diuin[9]: sicut Helias dicerem[9] vtiq deo vt daret pluuiã & plueret: sicut Samuel in diebus messium peteremus: vt prestaret de cœlo imbriũ copiã: & audiremur. Nunc autẽ quomodo nos audiet deus: cũ nos ipsum nõ audiamus? Quomodo faciet ille qd volumus: cũ nos que ille vult non faciamus? Vult nos tales esse deus: vt quasi dii cũ deo loquamur. Vult nos esse filios dei: vt cõsortes: & coheredes efficiamur filii dei: & dicamus sicut ipse dixit pater scio quia semp me audis. Scimus quia dixit ad nos de[9]. Ego dixi dii estis: & filii excelsi omes. Sed nos p meritis nostris illud magis: quo digni sumus: & qd sequit: expectam[9]. Vos vero sicut homines moriemini: et sicut vnus ex pricipib[9] cadetis. Quia dixi: ne forte insultẽt mihi inimici mei. Cũ criminarer: & vicẽ criminãtibus nõ redderẽ: hæc dicebã: si reddidi retribuentibus mihi mala: vtiq derelinquar a deo et derelictus cadã necesse est. Cũ aũt cecidero insultabũt mihi inimici mei. Si vero nõ reddidero mala pro malis: sed deo dereliquero iudiciũ: ab ipso adiutus nõ decidã: sed stabo fortiter: & non insultabunt mihi inimici mei. Dixi etiã hoc. Dum cõmouerẽtur pedes mei: in me magna locuti sunt. Qdiu stetero intrepidus et immobilis: non loquẽtur magna cõtra me inimici mei. Non enim habent qd dicant. Statim autem vt trepidauero: non dicam cecidero: statim incipient exprobrare: & dicere. Vides hunc? ecce & ipse quid fecit? & cũ hæc doceat agit alia. contraria em eorum quæ docet agit. Isti ergo tale dicant necesse est. Dum cõmouentur pedes mei super me magna locuti sunt. Alius autem hoc melior quãtum ad personas pertinet: quæ inducuntur a prophetis: vel ipse sibi comparãtur: illud dicit. Mei autẽ paulominus moti sunt pedes. Illius quidẽ moti sunt pedes: mei aũt paulominus moti sunt. Fortassis autẽ sit alius aliquis: cuius nec parũ quidẽ: nec paulominus moti sunt pedes: illius opinor qui dicit: statuit super petram pedes meos. Ille nihil prorsus de cõmotione pedum suoꝝ: sed de stabilitate testatur. Beati ergo sumus si nulla omnino cõmotio ĩ nostris pedib[9] accusat: sed sunt stantes super petrã: id est sup ipm dñm Iesum Christũ. Qꝫ si ita stabiles esse

non possumus: secundus nos iste saltem & inferior suscipiat gradus: vt vel paulominus moueantur gressus nostri. Quoniam ego ī flagella paratus sum. Etiam hęc vox boni: & optimi (vt ita dixerim) peccatoris est: qui deliquerit quidē: spectet tamen delictorum flagella: quibus in pręsenti optet emēdari: ne puniatur: & pereat in futuro. Propone tibi ante oculos peccatorē dicentē ad dominū: ego quoniam peccaui: iā nunc in flagella paratus sum: noli me reseruare igni ęterno: noli me reseruare exterioribus tenebris. Dum ī hac vita sum: redde mihi peccata mea: quoniam flagellas oēm filium quem recipis. Oro te flagella me quoq: & noli me reseruare cū his qui non flagellantur: qui in laboribus hominū non sunt: & cū hominibus nō flagellabūtur: id est qui penitus derelinquunt a te: quorū emendationē: correptionēq non quęris. Sciēs ergo quę sit differentia cū flagellatur peccator ab eo qui flagellat oēm filiū quē recipit: & quæ sit differētia eius qui dignus non habetur flagellis: ait ad dn̄m: ego in flagella paratus sum: id est: si volueris superducere languores: in me mittere ægritudines tolerabiliter ferā: scio quia dignus sum: vt nō solū per ęgritudines peccata mea soluātur: sed per omnes afflictiones purgari desidero: tantū vt ęternis pœnis: & cruciatibus non reseruer. Si placet īferre dāna sustineo: si placet oēs facultates perire depereant: tantum ne anima pereat apud te. Si per mortē charorum: & propinquorū vis me purgari: moriantur etiā ipsi vt & ipsi ex huiusmodi vinculis liberētur: auferant filii: dū adhuc pueri sunt: & in rudib9 annis positi: nondū grauioribus peccatorum sordibus maculati sunt. Omnib9 igitur flagellis emēdari: verberariq paratus sum: & nihil horū recuso: tantū vt supplicia ęterni ignis effugiam. Ego ergo ī flagella paratus sum: & dolor meus corā me est semp. Ante oculos meos habeo dolorē meum: vt futuros pœnarū dolores: pręsentibus possim doloribus compēsare. Quoniam iniquitatē meā pronuntio. Pronunciationem iniquitatis: id est confessionē peccati: frequētius dixim9. Vide ergo quid edocet nos scriptura diuina: quia oportet peccatū nō celare intrinsecus. Fortassis em̄ sicut ii qui habēt intus inclusam escam indigestam: aut humoris: vl' phlegmatis stomacho grauit: & moleste imminentia: si vomuerint releuātur: ita etiam hi qui peccauerunt: si quidē occultāt: & retinēt intra se peccatū: intrinsecus vrgētur: et propemodū suffocant a phlegmate: vel humore peccati. Si autē ipe sui accusator fiat: dū accusat semetipsum: & confitetur: simul euomit & delictum: atq omnē morbi digerit causam. Tantūmodo circūspice diligētius: cui debeas confiteri peccatū tuum. Proba prius medicū: cui debeas causam languoris exponere: q sciat infirmari cū infirmāte: flere cū flēte: qui condolendi: & cōpatiendi nouerit disciplinā: vt ita demū si quid ille dixerit: qui se prius & eruditum medicū ostenderit: & misericordē: si quid consilii dederit: facias: & sequaris: si intellexerit: & pręuiderit talem esse languorem tuū qui in conuentu totius ecclesiæ exponi debeat: & curari: ex quo fortassis & cæteri ędificari poterūt: & tu ipse facile sanari: multa hoc deliberatione: & satis perito medici illius cōsilio procurandum est. Quoniam iniquitatem meam ego pronuntiabo: & cogitabo pro peccato meo. Quicūq vestrum cōscius sibi est in aliquo peccato: & ita securus ē quasi nihil mali fecerit: cōmoueatur ex hoc sermone qui dicit: cogitabo pro peccato meo. Bonū est eū qui delinquit non esse securū: & velut qui nihil deliquerit: nullā sollicitudinem gerere: nec cogitare quomodo possit suum delere peccatum. Si in corpore tuo macula aliqua vel vulnus oriatur: aut ex collisione aliqua intumescat: sollicitus es & perquiris quid curę debeat adhiberi: quomodo corpori sanitas antiqua reddat. Si circa oculos se aliquis acerbus humor infuderit: sollicitus es: & perquiris quomodo succurras: & pręuenias cæcitatē. Cum anima tua ęgrotet: & peccatorū languoribus vrgeatur securus es: contēnis gehennam: atq ignis ęterni supplicia despicis: & irrides. Iudicium dei paruipēdis: & cōmonentē te ecclesiā despicis. Cōmunicare nō times corpus Christi accedēs ad eucharistiam: quasi mūdus & purus quasi nihil in te sit indignū: & in his omnibus putas q effugias iudiciū dei. Nō recordaris illud qd̄ scriptū: quia propterea in vobis infirmi: & ęgri: & dormiūt multi. Quare multi infirmi? Quoniam nō seipsos diiudicāt: neq seipsos examināt: nec intelligunt quid est cōmunicare ecclesię: vel quid est accedere ad tāta: & tā eximia sacramēta: patiuntur hoc qd̄ febricitātes pati solent: cū sanorū cibos pręsumūt: sibimetipsis inferentes exitium. Hæc de eo qd̄ dictū est: cogitabo pro peccato meo. Sequitur Inimici autē mei viuunt: & cōfirmati sunt super me. Ad quæ omnia subsonare illud debet: ego autē cogitabo pro peccato meo. Et q̄uis videam: frequenter em̄ nos peccatores si videamus inimicos nostros viuētes austores contristamur: & querelas aduersus diuinā prouidentiam fundimus. Qui autē saluari vult ad hæc omnia semper hoc sibi respōdeat: etiā si inimi

C

D

ci mei viuunt: & cõfirmati sunt super me: ego tamen cogitabo pro peccato meo. Et q̄uis videam me peccatorem esse: consyderans tamen etiam cęterorum peccata quę fortassis grauiora sunt: videns quoq; eos pro peccatis suis non esse sollicitos: comparans me illis qui omnino de grauissimis delictis suis nihil cogitāt: & cogitās pro peccato meo spē habeo in te. Et multiplicati sunt qui oderunt me inique. Impossibile est in hac vita positum odio non haberi.
E Christus Iesus odio habitus est. Et quid dico ĩpossibile est in hac vita positum odio nõ haberi? Deus ipse qui in hanc vitam nõ venit: odio habetur ab aliquibus. Si enim non haberetur odio: nequaq̄ diceret propheta. Nonne odientes te domine oderam: & super inimicos tuos tabescebam. Perfecto odio oderam illos. Marcionistę: & Basilides: & Valentini oderūt deū et verba eius oderūt. Cum ergo deus odio habeatur: & Christus vsq; in hodiernum diem a Iudęis anathema fiat: cum spiritus sanct⁹ qui in prophetis locutus est ab hæreticis odio habeatur: tu vis odio non haberi: sed ab omnib⁹ diligi: & benedici? Vide ne te inueniat illa sententia quę dicit. Vęh cū benedixerit vobis omnes homines. Quin potius illud tātūmodo obseruemus: & vt nos dicamus: quoniam multiplicati sunt qui oderūt me inique. Opto cum odio habeat: vt sciat conscientia mea: quoniā iniuste odiū patior. Odio habiti sunt etiā prophetę: sed iniuste: odio habitus ē Christus: sed gratis. Si autē pro peccato meo odio habeor: non possum dicere: quia multiplicati sunt qui oderunt me iniuste. Iuste enim odio habeor: si perosus fuero propter inhonestos actus meos: et turpes. Non possum dicere: quia oderūt me gratis. Atq; vtinam tanta confidentia dicere possimus & nos: quia multiplicati sunt q oderūt me iniuste. Qui retribuūt mihi mala pro
F bonis. Ego quidē bona cū eis agebam. Illi vero obliti bonorū meorū reddebant mala pro bonis: criminabātur me: quoniam sequebar iustitiam. Criminantur me: & exprobrant inimici mei: pro iis siqua mihi aliquādo cõmissa sunt nec erubescunt me iustitiam subsequentē: nec dant veniam pręteritis malis pro p̄sentib⁹ bonis. Verū tu domine quoniam subsequebar iustitiam: ne derelinquas me domine de⁹ meus. Et hęc vox confitentis est: & misericordiā postulātis: ne derelinquas me domine deus me⁹: ne discesseris a me. In alio quidē psalmo dicit: spiritū sanctum tuū ne auferas a me. In hoc dicit ad ipsum deum ne discesseris a me. Ex quo ostēditur a quibusdam meritis suis discedere deū: & apud alios pro suis meritis permanere. Infelix tū homo ille a quo discesserit deus: beatus aūt est ille cū quo pmanet de⁹. Attēde ĩ adiutoriū meū dñe deus salutis meę. Et nos ergo oremus: & dicamus. Attēde in adiutoriū meū quoniā grādis ē pugna & potētes sunt aduersarii. Infestus ē hostis: ĩuisibilis inimicus p istos visibiles ĩpugnat. Attēde ergo ĩ adiutoriū nostrū: & adiuua nos p sanctū filiū tuū dñm nostrū Iesum Christū: p quē oēs nos redemisti: p quē tibi gloria: & potestas in scl'a scl'orū. Amē.

¶Explicit Homilia secunda de psalmo trigesimoseptimo.

Incipit Homilia prima de psalmo trigesimooctauo. Dixi custodiam vias meas.

Icut vn⁹ homo p̄ficit secūdū deum et studiū sibi adhibens melior seipso efficit: ita etiā populo vniuerso accidebat. Propt qd & ipo p̄ficiente: etiā legis ei fiebat augmētū. Deniq; quomodo in lege scriptū est: p̄cepta quędā sacerdotib⁹ sunt: & leuitis de sacrificiis cęterisq; solēnibus. Verū cum G proficeret populus eo tēpore quo inerat ei virtus adhuc proficiendi: nõ stetit res in illo primo ordine: sed alligatę sunt illis eminentiores quędā legis lationes secūdo & tertio. Et si quis vult scire q̄ sunt ista q̄ de sacerdotibus: ac leuitis adiecta sint: legat primū librū paralipomenon: & patienter inspiciat omnē illū catalogū nominū: & inueniet ibi admirandū quēdā ordinē: & distributionē tribuum p suo quoq; nomine: & loco p̄cipuū quid in solēni ordine esse sortitā. Sed & leuitas: & sacerdotes ĩueniet diuersis officiis: atq; ordinib⁹ distributos: vt alii quidē sint ad aperiendas ianuas tēpli prępositi: alii quibus claues credunt: aliis sacrificiorū et altariū cura cõmittit. Et multa sunt quę ex illius libri historia possum⁹ dicere de sacerdotalib⁹ institutis. Si quis ergo inspicere pōt quomodo exemplari & vmbrę cœlestiū deseruiūt Iudęi: ascēdat ab ĩferiori verbi crepidine ad summa ei⁹ ac sup̄iora fastigia: & cõtēplet ex iis futuri sacerdotii statū: & electionē illā cęlestē: atq; inibi cõtēplabit q sunt isti ordīes sacerdotales: vl' q̄ sint officia leuitarū q̄ ĩ cœlestib⁹ ministeriis exhibent: & oīa ĩ cœlis mēte cõiiciet: q̄ disposita vidit in terris. Erat eñ & ibi popul⁹: & ex pp'lo dei electi leuitę: & ex his rursum electi

et eximii sacerdotes: & sacerdotum nihilominus differētiæ q̃plurimæ: sicut in primo libro paralipomenon indicatur viginti quatuor esse ordines sacerdotū: alios quidē sub Eleazaro alios vero sub principe thamar: quorū & effemeria esse dicūtur. Sed dicat aliquis fortassis auditorū. Quid hęc pertinēt ad psalmū? Plurimū. Nam superscriptio est huius psalmi in finē pro idithun. ps Dauid. Hunc idithū inuenimus vnū esse ex his quib⁹ hymnorū studiū dei: ac sollicitudo cōmissa est. Oportuit ergo nos inuenietes hoc nomē psalmi superscripti: ostēdere quis fuerit iste idithun: & quomodo post primā legem: secūda facta sit de obseruationibus sacerdotalibus ordinatio. Apud gręcos quicūq; carmina: vel sonos musicos cōscribebāt: quibus eis visum fuisset in agone ea canēda pręstabant: & fiebat vt alius quidē coronaretur in agone: alius autē victori conscriberet carmen. In psalmis ergo diuinę scripturæ quicūq; sunt superscripti secundū septuaginta interpretes: victoriales: vel ad victoriā: vel victori attitulantur: pro eo videlicet q̃ velut victorię laus in ipsis inferatur. Fecit ergo Dauid diuino spiritu repletus psalmū hūc: & dedit idithū: cui officiū canēdi deo hymnos fuerat iniūctum: tanq̃ pollēti in huiusmodi disciplina. Et ideo ergo superscribitur in finē pro idithū psalmus Dauid. Sed nūc iam videam⁹ quid vox proferat iusti: & vidētes tanq̃ in speculo nosmetipsos intueamur si possumus tales esse: aut si multū nobis deest: aut certe iam proximi sumus: licet nondū plene assecuti sumus. Quoniam igitur multorū peccatorū initium humanus est sermo: & os nostrū multis malis ministrat: & valde difficile est inueniri hominē: qui vna saltē hora os suum: & linguā suā obseruet a peccato: ait. Dixi custodiā vias meas: vt non peccem in lingua mea. Mihi ipsi dixi: & intra me locutus sum: & hæc addidi. Sic volo seruare vias meas: vt nō peccem: hoc modo seruare possum si custodiam linguam meā. Ex verbis em̄ (inquit) tuis iustificaberis et ex verbis tuis condēnaberis. Et iterū. Amē dico vobis: de omni otioso verbo reddetis rationē in die iudicii. Non solum (inquit) de eo q̄d male locuti fueritis: sed quod otiose locuti fueritis: quia malus sermo nō est otiosus: operatur em̄ opus malum. Otiosus aūt sermo est: qui neq; boni: neq; mali aliquid agit. Si ergo in die iudicii rationē reddemus: nō solū pro malis verbis: sed etiam pro otiosis: quis gloriabitur castum se habere cor: aut quis confidit dicens mūdus sum a peccato? Verūtamen ait iustus: dixi custodiam vias meas: vt nō peccem in lingua mea. Posui ori meo custodiam. Alibi quidem scriptū est: omni custodia serua cor tuum: hic autē: Posui ori meo custodiā. Et iterū alibi scriptū est: Vide circūduc sepem spinarū circa possessionē tuam. Et iterum. Pecuniam tuā & aurū tuum alliga: & ori tuo facito ostium: & seram: & verbis tuis iugū: & staterā. Ego arbitror q̃ obseruatio horū mandatorū obseruantē & mansuetum faciat: & beatū: non solum rerū exitus: verū etiam ipsa obseruantia. Dum em̄ semper obseruat os suum/ & linguam custodit: ne prius sermonē proferat q̃ discutiat: & pertractet apud semetip̄m: si oporteat dici: si sermo talis est q debeat proferri: si persona talis est q̄ aut debeat: aut possit audire: si tēpus opportunum est proferēdi sermonis: dum singula ista perpendit: excluditur omnis iracundia: & timor: & incōsulti furoris impetus mitigatur: atq; oēm penitus deliberationē talis abscindit: & ita demum velut ex tranquillitate quadā: & conuicti animi per mansuetudinē sermo procedens: proferētibus gratiam p̄stat: & audientibus medicinam. Verū quoniam in illo maxime tēpore peccamus: quando peccator cōsistit aduersum nos: instigans: & prouocās: vt aliquid tale emittamus ex ore in quo rei teneamur in futuro iudicio: hoc describēs sanctus propheta dicit. Dū constitit peccator aduersum me obmutui: & humiliatus sum: & silui a bonis. Si quando quidē peccator astitit aduersum me: & loquebatur de me male: & obtrectabat: atq; irritabat me: vt similia ei redderē: & paria de meo ore proferrem: ego in illo tempore silentium meditabar: vt nihil penitus responderem. Propterea ergo dicit dū cōstitit peccator aduersum me: obmutui: & humiliatus sum: & silui a bonis. Nos vero aliquādo si nolumus humiliari: alia cogitam⁹: & dicim⁹ apud nosmetipsos. Quid hoc est? Iste me cōtēptui habuit: & ausus est talia in nos ingerere: & ita aduersum me mouere sermonē: nonne & ego huic similia: aut etiā grauiora inferam: vt & ip̄e audiat peiora q̃ dixit? Sed iustus non ita agit: quin potius humiliat se: etiā si seruus sit ille qui obtrectat: & cōuitia ingerit: aut si humilis: & peccator sit: & indignus. Ille dicit: dū cōstitit peccator aduersum me: obmutui: & humiliatus sum: & silui a bonis. Non dixit & silui tantūmodo: sed a bonis silui: in quo ostendit q̃ cū sint in me bona: et edoctus: atq; institutus sim bonis & dogmatibus atq; disciplinis: & possim etiam cęteros docere: quę bona sunt: tamen in eo tēpore quo peccator assistit aduersum me: & conuitiis lacessit: ac iurgiis: ego etiam bona verba mea co

hibeo:& reprimo:ne vel illi ignem suæ perditionis inflammem:dum non potest pariter parere malis: & conspicere bona: vel sermonum meorum faciam detrimentũ.Quid ergo?Hoc videbitur perfectum esse qđ dicit:dum constitit peccator aduersum me obmutui:& humiliatus sum & silui a bonis:aut profectus quidẽ
E est:nondum tamen perfectio.Tria nãq; in hoc loco de scripturis puto posse assignari: in quo dicit stare peccatorẽ aduersum se : & loqui in auribus suis ea quibus irritari : & exacerbari possit ad retribuendum.Et si quidem ego paruus sum:similia:&oculum pro oculo requiro: dentem pro dẽte:& maledicta: pro maledictis reporto.Si vero iam aliquantum profeci: nondum tamen perfectus sum:& taceo: & fero cõuitia patienter:nec quicq̃ omnino respondeo. Si vero sim perfectus non taceo: sed cum maledicor:benedico:sicut & Paulus dicebat.Maledicimur:& benedicimus: persecutionem patimur:& sustinem⁹:blasphemati: deprecamur. Et quoniam qui hęc agunt:id est qui pro maledictionibus benedictiones reddunt: qui pro blasphemiis deprecantur:videntur hominib⁹ velut pecudes:& purgamenta:tanq̃ q sensum iniuriæ non habeant: propterea ergo addidit dicens. Tanq̃ purgamenta huius mundi facti sumus omnium perispema. Sed nos nolumus cum apostolis purgamenta huius mundi fieri sed volumus non contemni ab hominibus:immo potius & timeri : & satis agimus reddere his qui lædunt:& pręuenire vindictam:quam sibi dominus reseruauit:dicẽs:Mihi vindictã: ego retribuam dicit dominus. Verum si non possumus in tãtũ proficere: & ad istud culmẽ veritatis ascẽdere:vt dicam⁹ cũ Paulo maledicimur & benedicimus:persecutionẽ patimur et sustinemus: blasphemati: deprecamur: vel hoc qđ adhuc per prophetam docemur: dicamus.Dum cõstitit peccator aduersum me obmutui: & humiliatus sum:& silui a bonis. Et quid addidit his?Et dolor(inquit)meus renouatus est.Hi qui in agonis certamine mutuis
F inter se verberibus agunt:in his semper præparare conãtur;vt illa sibi ab aduersariis verbera fortiter ferant: nec sensum doloris accipiant:& est eis summa virtus:lacertorũ ictus vel calcium absq; dolore suscipere.In quibus ille est perfectior qui ad ictum vulneris:nullum recipit stimulum doloris. Secũdus vero est is qui dolet quidem:sed nequaq̃ doloribus cedit. Tale aliquid intellige etiã in nobis.cũ maledicimur:& assistit aduersum nos antagonista:si quidem bene instituti sumus : & animo longa meditatione roborati : in nullo penitus ex illa tis maledictis:vel conuitiis contristamur: sed sumus pro nimia mentis constantia:ac patientia velut sensu doloris carẽtes;& per multam mãsuetudinem(vt audeam ita nominare)velut imitatores efficimur quodammodo dei. Deus enim maledicitur ab hæreticis: blasphematur ab his qui prouidẽtiam eius negãt:culpatur ab his qui thesauros sapientię eius ignorant: & dic mihi nunquid potes hoc cogitare q pro his omnibus iniuriis doleat quidẽ deus sed patiatur sicut nos: an tanq̃ diuina natura per impassibilitatem: neq; sensus doloris vllatenus recipit:neq; vllis:aut iniuriis:aut conuitiis excitatur? Talis ergo erit immo imitabit talem omnis perfectus:& iustus: qualis erat ille qui dicebat.Maledicimur : & benedicimus: persecutionẽ patimur:& sustinemus: blasphemati deprecamur.Qui autẽ nondum est perfectus proficit tamen:cum maledicitur obmutescit:& humiliatur:& silet a bonis. Sed iste q huiusmodi est dolet:& dicit:& dolor meus renouatus est. Describe mihi vulnus qđ curatur:& curam eius proficientem etiã proximã cicatrici : tum deinde in ipso vulnere quod iã cœperat obducere cicatricẽ: ĩtuere aliud vulnus infligi:& per hoc vulnus recens: illud pristinũ renouare.Tale etiã euenit huic qui proficit:sed nondũ perfectus est: nec iam ad summã perductus est sanitatẽ.Si ergo dum adhuc in tenero est cutis:accedant ei maledictorũ:& cõuitiorũ vulnera:renouat̃ dolor:& parãt̃ angustię.et tũc merito dicit:dũ cõstitit peccator aduersum me obmutui:& hũiliatus sum:& silui a bonis:& dolor me⁹ renouat⁹ est.Vide ergo quomodo is q in certamine positus est: qui se refrẹnare cupit ab iracũdia:vel furore:&dũ ipse hęc apud se meditatur:& irritatio ei superuenit peccatoris:quę eũ conturbet quidẽ:& fatiget:non tamen vincat:sed q̃uis prouocetur et inflãmetur ad respondendũ:remordens tamen dolorẽ suum cohibeat:& reprimat:hic dicit:dolor meus renouatus est.Pro eo q scilicet iã proficiebã:etiam me ad sanitatẽ peruenisse credebã:anteq̃ exacerbarer : & anteq̃ cõuitiis lacesserer:sed modo rescindit̃ vulnus meũ: & maledictũ mucronibus renouatur:dum iniurię dolor patientiã rumpit.In consequentibus adhuc amplius passionẽ describit eius q proficit:cum dicit.Cõcaluit cor meũ intra me. Cũ enim audit quis maleloquentis : & detrahentis vocem:non potest sine dolore:sicut ille qui perfectus est:qui iam diuturna constãtia beatitudinem meruit:sed iste dolet:& dolens cor de concalescente feruet intra se: ac perturbatur : sed non eo vsq;:vt & sermonem proferat

corde turbato. Verum concalescet quidem in
interioribus suis rei indignitate permot⁹: sed
caloris sui flāmas per silētiū decoquet. Videa
mus etiā aliū sermonē iusti: quē & summo stu
dio debemus æmulari. Et in meditatione mea
exardescet ignis. Et ego meditor eloquia dñi:
et frequēter in ipsis me exerceo: sed nescio si ta
lis sum: vt in meditatiōe mea ex vnoquoq; ser
mone dei ignis procedat: & accēdat cor meū:
et inflāmet animā ad ea quę meditor obseruā
da. Et ego nunc loquor sermones dei: sed opta
rem vt primo in meo corde: secūdo quoq; ī au
ditorum mentibus exardescerent: sicut erant
illi sermones quos loquebatur Iesus: de quib⁹
dicebant illi qui audierant: Nonne cor nostrū
erat ardēs ī nobis cū in via aperiret nobis scri
pturas? Vtinam & nūc adaperientibus nobis
scripturas diuinas: cōcalesceret cor nostrum
intra nos: & ī meditatiōe nr̄a accēderet ignis
et concitaremus in opus eorū quæ audimus:
et legimus. Tales deniq; erāt & Hieremiæ ser
mones: secundum q̄ scriptū est cū dicit ad eū
dn̄s. Ecce dedi sermones meos retrorsum ī os
tuum ignē. Quare ignē? Quia sermones quos
loquebatur accendebāt auditores: & nihil te-
pidum in eis: neq; frigidum permanebat: sed
sicut ignis cōsumit: ac interimit omnē mate-
riam: nec immūdum aliquid in se recipit: aut
pollutū: ita & hi quorū cor diuini verbi ignis
accēderit: non patiētur vltra materialibus: et
mūdanis sordibus pollui: nihil in se tepidum
recipient: & qđ euomi dignū sit: nec patiētur
multiplicata in se iniqtate refrigescere chari-
tatem: sed erunt semp lampades eorū accēsæ:
et lucernæ ardētes: & ipsi parati tāq̄ serui ex-
pectantes dominū suū de nuptiis redeuntem.
Aut nō istę erat ignis ille de quo saluator no-
ster dicebat: ignē veni mittere in terrā: & qđ
volo nisi vt ardeat? Iste proculdubio ignis est
qui frigus peccati fugat: & calorē spiritus re-
uocat. Hoc nimirū est etiā quod in actib⁹ apo
stolorum refertur: cū dicit quia visæ sunt eis
diuisę linguæ sicut ignis: & cōsedisse sup apo-
stolos: pro eo scilicet qđ euangelii verbū præ-
dicatur: & ignei vigoris deberēt gratia robo
rari: vt auditorum animæ flāmam per sermo
nis traducem sumerēt. Sed vnde mihi hoc vt
linguę ignis veniat in cor meum: & de lingua
ignea ego quoq; proferā sermonē: vt ex me: ve
lox sermonibus meis accendatur ignis in cor-
dibus auditorū: & arguat eū qui peccauit: et
efficiatur ei sermo me⁹ suppliciū: vt adustus:
et inflāmatus sermonibus meis veniat in pœ-
nitentiā quæ salutē stabilem operatur ex tri-
stitia quę secūdum deum est: quā ex verbi dei
increpatione suscepit? Atq; vtinam possim ita
accendere omnē animā auditorū: vt quicūq;
sibi conscius est non ferens nostri sermonis in-
cēdium: sed omnib⁹ intra se visceribus inflā-
matus velocius consumeret latentes intrinse-
cus vitiorū sordes: vt posteaq̄ ītereinisset om
ne quicqd carnis: & materiæ crassioris ꝓpriū
est & amicū: tunc iam ignis iste fieret in eo lux
et lucerna ardens: quę non sub modio: sed su-
per candelabrū poni deberet: vt illuminaret
omnis qui in domo sunt. Si ergo accēdit te ser
mo audit⁹: & intellexisti quid dixit apostol⁹:
& quis est qui me lętificet: nisi qui cōtristatur
ex me? Quoniā verba ipsius erant ignis: & lę-
tabatur apostolus sicubi videbat aliquem au-
dito sermone suo cōtristatum: & cōpunctum
ex his quę audierat: quodam conscientiæ suæ
igne succēsum ex recordatiōe delicti: propter
ea dicebat: & qs est qui me lętificet nisi qui cō-
tristatur ex me? Ita ergo & nos satis agam⁹ vt
in meditationibus nostris accendat ignis: qui
nos primo exurat: & recordatiōe: & conscien
tia peccatorum: postea vero expurgatos iā vi
ciis illuminet: & illustret. Locutus sum (inqt) B
in lingua mea. Quid locutus sit in lingua sua:
cōsideremus. Videtur em̄ mihi per hæc: my-
sticū aliquid indicare. Ait ergo. Notū fac mi-
hi domine finē meum: & numerū dierū meo-
rū qui est: vt sciam qd desit mihi. Si (inquit)
notum feceris finem meū mihi: & quantus sit
numerus dierum meorū notum feceris mihi:
potero per hæc etiā illud agnoscere quid de-
sit mihi. Aut forte p hęc etiā illud videbit īdi
cari: quia sicut omnis artis est aliqs finis: ver
bi gratia: structiōis finis: domū facere: naupa
gi: nauē cōstruere quæ possit fluctus maris su
perare: & ferre īpetus vētorū: & vniuscuiusq;
artis est aliquis talis finis: propter quē ars ip-
sa videt reperta: ita fortassis est vitæ nostræ:
vel totius mūdi finis quidam: propter quem
gerūtur omnia quæ geruntur in vita nostra:
vel propter quē mūdus ipē: vel institutus est:
vel cōstar. Cuius finis etiā apostolus meminit
dicens: Deinde finis cū tradiderit regnū deo:
& patri. Ad quem finem vtiq; festinādum est:
vt sit operæpretiū hoc ipm q̄ a deo creati su-
mus. & rursus: sicut corporis nr̄i cōpago par
ua quędam: & exigua ab initio natiuitatis: cō
festim tamen vrget: & tendit ad finem quen-
dā proceritatis suæ per ętatis augmēta. Et ite
rum: sicut anima nostra secūdū hoc q̄ in cor-
pore hoc degit: festinat primo loquelā recipe-
re balbutientem: secūdo deinde clariorem: tū
demū ad disputationem perfectam: atq; inte-
gram peruenire: hoc modo etiam omnis vita

nostra imbuitur quidē nunc velut balbutiens inter homines ī terris. Cōsummatur vero: & ad summū peruenit in cælestib⁹ apud deum. Cupit ergo propheta ista de causa agnoscere finem suū propter quem factus est: vt intuens finem: & dies suos perspiciens: & considerans perfectionē: videat quātum sibi deest ad illum finem quo tendit. Verbi gratia vt si ponam⁹ aliquem artificio traditum: & hunc dicere ad magistrū suū volo scire quę sit artis hui⁹ perfectio: & nosse qui sit faber perfectus: vel structor: & cum hoc didicerit requirat quātum sibi deest ab illa perfectione: vel quātum profecerit in artis disciplina: vt cum vtrūq cognouerit: sciat quid habeat: & quid perfectioni desit agnoscat: ita etiam & nunc propheta orat a deo discere vt innotescat sibi finis: & numerus dierū suorū qui sit. In quo nō est putandū ꝙ de corporali tēpore: & annis huius vitæ loquatur: sed oēm numerū dierꝝ scire vult q fuerit ī prima vita: qui fuerit in secūdo incolatu: qui in tertio. Multum em̄ (inquit) incola fuit anima mea. Velut si dicerent illi qui exierunt ex ægypto: Notum fac mihi dn̄e finem meū: quæ est terra bona: & terra sancta: & numerū dierum meorū in quib⁹ ambulo: vt sciam qd desit mihi: quātum restat vsquequo ꝑueniā ad terrā sanctā repromissionis: ita & hic vult nosse numerū dierū in quib⁹ iter agit. Habemus em̄ dies quosdā quidē in hoc mūdo: quosdam autē & extra hūc mūdum. Alium em̄ facit diem sol iste cursus nostri hui⁹ cæli spaciis terminatus: alium habet diem ille qui ad secūdi cæli ꝑuenire meretur ascēsum. Multo em̄ clariorem diem ducit: ille qui vsq ad tertium cælū vel rapi vel peruenire potuerit: vbi non solū ineffabile lumen inueniet: verūetiam verba quę homini loqui nō liceat: audiet. Noui & alios dies quorū numerū fortassis ꝓpheta merito requirit. Nā sicut in hoc cælo sol exortus et vniuersum mūdum illustrās diem facit: ita et in corde iusti qđ pro cōstantia: & firmitate fidei firmamētū merito appellat̄: si exoriatur sol iustitię Iesus Christus dn̄s noster & illuminet eū lumine scientię: & veritatis: diem facit in corde eius. Et quanto frequētius exorit̄: et illuminat: tāto maiorē sibi taliū dierū numerum cōputabit. Digne ergo conscius sibi propheta de huiuscemodi illuminatiōe dicit. Notum fac mihi domine finē meum: & numerū dierum meoꝝ quis est vt sciam quid desit mihi. Et addit. Ecce veteres posuisti dies meos. In græco scribit̄: palescas: qđ significat mēsuram quatuor digitorum. Volēs ergo docere nos qui iā in hac vita breues: & perpaucos ducimus dies: dixit hunc versiculum de quo supradixim⁹. Ex quo intelligitur quia possit et alius dicere quia dies meos posuisti vnū digitum: velut consequēs de temporis breuitate: et alius duos digitos: vel tres. Quæro autē si potest aliquis hominū dicere quia dies mei decem digiti sunt: aut viginti: aut etiā amplius. Et quia loca difficilia incurrim⁹: velim requirere sicubi ī scripturis tale aliquid inuenim⁹: ex quo possit aperiri plani⁹ id qđ videtur obscurum. In Esaia scriptū recordor quis metitus est (inquit) manu aquā: & cælū palmo: et omnē terrā pugillo. Ex quibus cōsideret quisquis ille est prudētior auditorū per singula loca differentias mēsurarum: quomodo eorum quidem qui cælum merētur appellari: pars vitæ q̄ cælestis est: palma dei metiri dicitur: quęcunq illa est dei palma: & eorū quorū vita adhuc terrena est: pugillo dei vita metit̄. Sed pugilli diuini differentiam nūc requirere: & nostrum sermonē: & auditum vestrum fortassis excedat. Verūtamen sicut ibi manu aquā metitus est: palma cęlum: & omnē terrā pugillo: et appendit mōtes in statera: & colles in iugo: ita etiam hic secūdum eandem consequētiam mensura ista intelligēda est: quoniā nihil deo sine mensura est: nihil sine pōdere: sed omnia ei in numero cōstant: & mēsura. Ita quoq propheta vita: & numerata: & demetita deo est: dum ꝓuidentię eius rationib⁹ regitur. Addit etiam in sequentibus: & dicit: Substantia mea tanq̄ nihilum ante te est. Nisi addidisset ante te valde cōtristabar: pro eo ꝙ humanā substātiā nihil esse dixisset. Nūc vero quia dixit ante te: velut diceret ad cōparationē quidē vel angelorum: vel reliquarum creaturarum nō est abiecta: nec minima substātia mea. Deniq et si bene egerimus: & mandata domini seruauerimus ad consortium inuitamur angelicū. Erunt (inquit) sicut angeli dei in cælo: ad cōparationem dei vero etiā si Petrus sim: aduersus quē portæ inferi non præualebūt: substantia mea ante eum nihil est. Et satis proprio vocabulo naturæ vsus est. Nihil enim est omne: q̄uis magnū sit: quicquid ex nihilo est: sol⁹ em̄ est ille qui est: & qui semper est. Nostra autem substātia tanq̄ nihil est ante eum: quippe quia ab eo ex nihilo procreata est. In sequētibus vero velut explanās hoc ipsum quod dixit: quia substātia mea tanq̄ nihilum ante te est: addit et dicit: verūtamē vniuersa vanitas omnis homo viuens. Quomodo accipis viuens? si quidem veram vitam vanitatem putamus: vt qd laboramus? Sed vide ne forte hoc qđ dicit omnis viuens: de hac præsenti vita accipiendum

sit:sicut scriptum est:& testimoniis cõprobabimus. Omnia em̃ quæ in hac vita sunt apud homines:vana sunt. Etiam si Moyses in hac vita sit:& ipse enim ex parte cognoscit:& ex parte prophetat:& per speculum & in ænigmate videt:& vmbrã scit:ac figuras docetur:& veritatem nondum videt:& ideo est quidem viuẽs:sed vanitas est vita eius. Et vis videre qa vanitas est? Cum venerit qđ perfectum est destruetur ista quæ ex parte sunt. Omne autem quod destruitur vanitas est. Et si quicquid ex parte est destruitur: si pphetę ex parte cognoscunt:recte etiam ipsorum vita vanitas appellatur. Destruũtur autem inferiora:cum venerint ea quæ meliora sunt:& perfecta:& p hæc vana esse arguũtur:per quod tanq̃ ex parte:& imperfecta destruuntur. Vniuersa ergo vanitas omnis homo viuens. Quia autẽ de hac vita accipiatur ista sententia:audi ecclesiastẽ ptestãtem & dicentẽ. Laudaui omnes qui mortui sunt:super omnes qui viuũt. Quicũq; ipsi viuũt vsq; modo:& bon[9] super istos duos qui nondũ natus est. Laudat ergo mortuos plusq̃ viuos:quia illi hoc saltẽ lucri habẽt:q; de vinculis hui[9] corporis liberati sunt:nec vltra carne ac pellibus induti sunt:nec ossibus:ac neruis inserti sunt: nec vltra subiacent necessitati corporis. Si ergo intellexisti quale sit viuere in carne:etiã si Moyses sit quis:vel quisquis ille est:molesta ei est ista vita. Non enim a corruptione resoluitur:quę mortali corpore:terrenoq; circũdatur. Vide ergo quia vniuersa vanitas est omnis homo viuens. Contẽnamus vanam istam vitam:& festinemus ad sanctam vitam: & beatam: ac veram: & in illã animo: et mẽte tendam[9] omni vanitate discussa. Nec dicamus dulcem istam lucem:qua nunc vtimur. Hoc enim illi dicunt:qui dulcedinẽ verę lucis ignorant:sed ne auspicia quidem veri luminis vlla senserunt: nec sciunt angelicam vitam sperandam esse animæ:cũ ex vanitate vitæ huius euaserit. Vnde & nos qui hæc credimus iam mente:& fide transferamur ad cęlũ: & in terris ambulãtes conuersationem habeamus in cælis:vt ibi sit thesaurus noster vbi est & cor nostrum: & vt regnum cæleste cõsequi mereamur:per Iesum Christum dominũ nostrum: cui est gloria & potestas & imperiũ in sæcula sæculorum Amen.

Explicita est Homilia Prima.

Incipit Homilia secunda super Dixi custodiam vias meas:ab illa parte Verũtamẽ in imagine pertransit homo.

Vanq̃ in imagine ambulet homo. Imago necessario alicuius est imago. Nã & scriptura sancta cum imaginem nominat:interdum quidem diffinit: & dicit cui[9] sit imago:interdum autem absq; vlla diffinitiõe ponit imaginem. Deniq; de saluatore cum dicit qui est imago:non siluit cuius imago esset:sed addidit dicẽs:qui est imago dei inuisibilis primogenitus omnis creaturæ. Et rursum cum docet nos de diuersis imaginibus: & quia singuli quiq; aliquã imaginem portent:dicit: Sicut portauimus imaginem terreni:ita portemus imaginem cælestis. Cum adiectione:vel terreni:vel cælestis imaginẽ nominauit. Alibi autem absq; vlla diffinitiõe dicit: sicut & hoc loco ait:q̃q̃ in imagine ambulet homo. Sed in imagine cuius? Dei: an imagine terreni: an imagine cælestis? Quomodo sciam ĩ hoc quid est qđ docere nos vult scriptura diuina: quæ absq; vlla adiectiõe ait: q̃q̃ in imagine (nescio cuius) ambulet homo? Et si quidẽ de iustis solis diceret:sine dubio dixisset: q̃q̃ in imagine cælestis ambulet homo. Aut si de peccatorib[9] tantum diceret: dixisset certe in imagine terreni ambulet homo. Verum quoniã generaliter de vniuersis mortalibus pronũtiatur:quorum alii imaginem cęlestis portant:quicunq; secundum legem dei viuunt: alii terreni imaginem portãt:qui carnaliter viuunt:pptereã necessario reticuit specialẽ imaginis designationem:& generalem sententiam de omnibus hominibus protulit:quia omnis homo in imagine ambulet. Tuum est iam discutere: & exquirere ex vniuscuiusq; fide:& operib[9]:ex cõuersatione: & actibus: ex cogitationibus: et verbis:& considerare vtrum in imagine cælestis ambulet:an in imagine terreni. Si misericors es sicut pater tu[9] cælestis misericors est: sine dubio in te patris cęlestis imago est. Si nõ solum amicis tuis benefacis: sed etiam inimicis reddis bona pro malis:sicut pater cælestis solem suum oriri facit super bonos:& malos: et pluit super iustos: & iniustos: imago in te cælestis est. Et si sic in omnibus perfectus es: sicut pater tuus cælestis perfectus est: imago in te cælestis est. Et rursum si non es imitator Christi nec apostoli Pauli:qui dicit imitatores mei estote sicut ego Christi: sed imitator es B

operũ diaboli qui homicida fuit ab initio:& si
terrena sapias:& terrena loquaris:& thesau-
rus tuus:& cor tuũ in terra sit:terreni imagi
C nẽ portas. Verum quia in his locis inuenti su
mus in quibꝰ de imagine sermo cõmotus est:
necessariũ videtur etiã psalmi illius versiculũ
in mediũ producere:ĩ quo de peccatoribꝰ scri-
ptum est:Dñe in ciuitate tua imaginem ipso-
rum ad nihilũ rediges. Constat ergo quia pec
catorum imaginem in ciuitate sua deus ad ni
hilum redigit:iustorũ autem imaginẽ sine du
bio tuetur:& seruat. Hæc est ergo imago ter-
reni:id est peccatorũ:quã ad nihilum rediget
deus in ciuitate sua:id est:si qs exierit de hoc
mũdo:& tulerit secũ imaginẽ terreni: ꝓpter
huiuscemodi imaginem in ciuitate illa dei ad
nihilum redigetur:nec consequetur partẽ in-
ter ciues cælestis illius ciuitatis:q cęlestis ima
ginis nõ reportat insignia. Sed & aliud sacra-
mentũ mihi videtur continere iste versiculus
ꝙ huiꝰ quidem mũdi vita:& cõuersatio ima-
ginaria quædã sit:& imago: futura autẽ non
sit imaginaria:sed vera:& hoc est qđ dicit:qa
imaginem habet vnusquisqꝫ virtutis:non ta-
men ꝓprie:& syncere viuit in ipa virtute. Ta
le autem qđ dicimꝰ. Sapientia:& sciẽtia pars
est magna virtutũ:sed in præsenti vita si quis
putat se cognouisse: nondum cognouit sicut
oportet scire:qui enim cognoscit:in ęnigmate
cognoscit. Ergo in imagine sciẽtię ambulamꝰ
& non in ipsa scientia: per quã facie ad faciem
cognoscitur. Ita nihilominus & in ipsa sapien
tiæ imagine: & nondũ in ipsa sapiẽtia ambula
mus:quia nondũ reuelata facie gloriã dñi spe
culamur. Eadẽ audeo de iustitia dei dicere:ꝙ
in imagine iustitiæ ambulamꝰ: & nondũ in il
la iustitia quę est facie ad faciẽ incedimꝰ. Neqꝫ
eñ capere poterit humana natura pellibus &
carne vestita:ossibus & neruis inserta:nudam
ipsam iustitię:syncerãqꝫ veritatẽ ferre & to
lerare secũdũ naturæ suæ potentiã: ac virtu-
tem. Siquidẽ ipe Christus est natura virtutũ:
ipse eñ iustitia:quæ humano generi nõ in ple
nitudinẽ splẽdoris aduenit: quia Iesus Chri-
stus seipm exinaniuit forma dei vt formã ser
D ui acciperet. Et si qdẽ de solis Iudęis sermo scri
pturæ loqueret:dixisset forsitan q̃q̃ in vmbra
ambulet homo: sed quia vt arbitror de melio
ribus sermo fit q̃ erãt illi qui secundũ vmbrã
legis viuebãt:propterea scriptũ est q̃q̃ in ima
gine ambulet homo. Qđ clarius ad intellectũ
veniet ex sermonibꝰ apl'i Pauli: q tres quasdã
species proprietatis designat in lege:vmbram
dicens:& imaginẽ:& veritatẽ. Ait nãqꝫ. Vm-
bram eñ habẽs lex bonorũ futurorꝫ:nõ ipsam
imaginem rerũ per singulos annos hisdẽ ipsis
hostiis quas offerunt indesinẽter nunq̃ potest
accedẽtes facere perfectos. Ergo lex vmbram
habet futurorũ bonorũ nõ ipsam imaginẽ re
rum: ostendens sine dubio aliam esse imaginẽ
rerum q̃ illã quæ legis vmbra designatur. Et
si quis potest describere obseruantiã illam iu-
daici cultus: consideret templũ illud non ha-
buisse imaginem rerum: sed vmbram:videat
quoqꝫ altare vmbram esse: videat & hircos &
vitulos qui adducuntur ad victimã vmbram
esse illa omnia:secundũ illud quod scriptũ est:
vmbra eñ est vita nostra sup terrã. Si quis ve
ro transire potuerit ab hac vmbra: veniat ad
imaginem rerum:& videat aduentum Chri-
sti in carne factum: videat eum pontificẽ:offe
rentem quidẽ & nũc patri hostias:& postmo-
dum oblaturum:& intelligat hæc omnia ima
gines esse spiritalium rerũ: & corporalibꝰ of-
ficiis cælestia designari. Imago ergo dicit̃ hoc
quod recipit̃ ad præsens:& intueri potest hu-
mana natura. Si potes mẽte & animo penetra
re cęlos:& sequi Iesum qui penetrauit cęlos:&
adsistit nũc vultui dei pro nobis: ibi inuenies
illa bona quorũ vmbrã habuit lex:& imaginẽ
Christus ostẽdit in carne:quę præparata sunt
beatis:quæ nec oculꝰ vidit:nec auris audiuit:
nec in cor hominis ascẽdit. Quæ cum videris
intelliges quia qui in ipsis ambulat:& in illorꝫ
desiderio:& cupiditate ꝑdurat:iste nõ in ima
gine:sed in ipsa iã ambulat veritate. Verũta-
men in imagine ambulat homo. Repetamꝰ er E
go sermonem illũ quem dixit apostolꝰ:in quo
generales duas imagines designauit: vnã qui
dem terrenã:aliam vero cælestem:& cõpare-
mus ad hoc q̃q̃ in imagine ambulat homo: et
hoc qđ generaliter dictũ est in multas species
diuidamus:vt cũ diuiditur sermo per singu-
la:atqꝫ discutitur: clarescat quod intrinsecus
latet. Hoc est autem quod dicimꝰ. Omnis po-
testas inimica:& vnaquęqꝫ virtus diuina quæ
auxilium præstat his qui salutem consequi cu
piunt:singulæ harum imagines quasdã expri
mũt in anima eorum qui se ad receptaculum
earum diuersis studiis exhibẽt. Verbi gratia
sicut superius diximus omnes quidem homi-
nes:aut cælestis:aut terreni imaginem porta
mus, sed & in his ipis multa diuersitas. Vt pu
ta omnis peccator portat imaginem terreni:
sed non omnis similiter. Non ęque imaginem
terreni portat homicida:& mendax:aut adul
ter:& conuitiosus:aut puerorum corruptor:
et fur: q̃uis oẽs isti terreni imaginem portẽt:
sed multa est inter ipos differentia pro diuer
sitate peccati. Secũdum has ergo diuersitates

imaginis terreni: cõtemplare etiam diuersita tem imaginis cęlestis: & intuere Paulum por tantem imaginem cęlestis: & Timotheum. Et quid? putam⁹ quia vt similiter in Paulo: ita & in Timotheo erat imago cęlestis? Nihil ampli us: nihil pręclarius habebat imago Pauli prę ter imaginẽ Timothei? Ego arbitror qa secũ dum hoc ꝙ præcedebat vitę merito: verbi po tẽtia: magnanimitate propositi Paulus Timo theum: ita & in illo maior: ac splẽdidior reful gebat imago cęlestis: qualẽ ĩ illo faciebat ima ginem Christus: cũ in eo loqueretur: & aliam & lõge (vt ego arbitror) inferiorem in illo fa ciebat imaginem qui dicebat: & dixit angelus qui loquebatur in me. & sic per singula: etiam apud teipsum requirens: diuersitatẽ inuenies imaginis siue terrenæ in peccatoribus: siue cę lestis in sanctis. Omne ergo qđ agitur a nobis p singulas horas: vel momẽta imaginẽ aliquã deformat. Et ideo p singula scrutari debemus actus nostros: & nosmetipsos ꝓbare in illo ope re: & in illo sermone: vtrũ cęlestis an terrena imago in anima nostra depingit. Sed & illud admonere vos inutile non videbitur: ꝙ multi in hoc mũdo propter imagines malorum re gum immo potius tyrannorũ perierunt: pro hoc tantũmodo ꝙ tyrannicæ apud eos imagi nes deprehensæ sunt: & hoc solum eis suffecit ad crimẽ. Perscrutet ergo nunc se vnusquisqꝫ vestrum: & cordis sui arcana recenseat: ac di ligẽter inquirat quas ibi imagines gerat. Si in uẽtus fueris habere ibi formas diaboli: & ima ginem sathanę: qđ tibi erit vitę refugiũ? Quis miserebitur tui: cum de intimo cõclaui cordis tui tyrãnica imago proferetur? Sin autẽ vis vt p species tibi huiusmodi imagines designẽ: au di. Ira: imago tyrannica est: auaritia: dolus: su perbia: tumor: glorię seculares: inuidię: ebrie tates: comessationes: & his similia. Quas si nõ citius abieceris de domo tua: si nõ detraxeris: et abraseris a sensibus tuis omnẽ fucũ pessimę huius picturę: & omne figmentũ venenati co loris absterseris: ipę te imagines perire faciẽt. Hæc de eo qđ scriptum est: in imagine ambu lat homo. Sequit. Thesaurizat: & ignorat cui congreget ea. Oportebat em̃ requiri quę sunt quę thesaurizãtur & ignorantur cui cõgregẽ tur: & quæ sunt quæ congregãtur & nõ igno rantur cui permanent. Sequitur. Et nunc quę est expectatio mea: nonne dñs? Sicut sapientia nostra Christus est: & iustitia Christus est: se cundũ ꝙ scriptũ est: Qui fact⁹ est sapiẽtia no bis a deo: & iustitia: & sãctificatio: & redẽptio: ita & expectatio id est patiẽtia nostra Christ⁹ est. Propterea nõ glorietur sapiẽs in sapiẽtia: nec fortis in fortitudinẽ sua: quia omnia habe mus ĩ Christo. Et nũc ergo quæ est expectatio id est patiẽtia mea? Dñs. Et substãtia mea a te est. Si habeo substantiã diuitiarꝫ spiritualiũ: a deo est. Insufflauit em̃ deus in faciem hoĩs spi ritũ vitæ: & fact⁹ est homo in animã viuã. Ab oĩbus iniqtatib⁹ meis eripe me. Necessario ad didit: ab oĩb⁹: quo scilicet nulla nos teneat: et cõstringat iniqtas. Sed quomodo deus ab ini quitatibus eripiat: cõsideremus. Si pœnitẽtes pro malis gestis cõuertamur ad deũ: suscipiẽs a nobis deus cõuersionem nostrã: absolutionẽ iniquitatũ donat secũdũ mensurã conuersio nis. Cui em̃ plus remittitur plus diligit: & ꝓ pterea dicitur quia mulieri illi multa remissa sunt: quia dilexit multũ. Pro mẽsura ergo pœ nitentiæ remissionis quãtitas moderatur. Ne nosmetipsos seducamus: putantes nullis hæc regulis: nullis dispensari iudiciis. Puto em̃ ꝙ qui oẽs iustitias impleuerit: ille oẽs abluat ini quitates: qui vero paucas: vel partẽ aliquã iu stitiæ operat⁹ est: partem aliquã iniquitatum resoluat: qui vero perfectam pro omnib⁹ ma lis: & integrã pœnitentiã gesserit: ita vt purũ cor iam offerat deo: iste simul omnẽ labem di luit peccatorꝫ: si vero ex parte pœnituit: & ex parte iam meruit absolutionẽ. Hæc ergo sciẽs propheta: & quia quosdã quidẽ eripit deus ab oĩbus iniquitatibus suis: quosdam ab aliquib⁹ iniquitatibus liberat: puto ꝙ propterea confi dens egisse se ea quib⁹ dignũ esset eũ ab oĩbus iniquitatibus eripi: dicit audacter ad dñm: ab oĩbus iniquitatib⁹ meis eripe me. Obprobriũ insipiẽti dedisti me. Donec habemus peccata C necesse est nos exprobrari ab insipiẽte: & accu satore nr̃o diabolo: & si inueniant peccata nr̃a nõ esse deleta: sed scripta in nobis stilo diaboli per hæc ipsa quæ gessim⁹ exprobrabit nos ini micus. Sicut em̃ bona quęqꝫ scripta dicunt nõ atramẽto: sed spiritu dei viui: ita mala quæqꝫ cõscribũtur atramẽto: & calamo diaboli. Pro pter qđ dñs & saluator noster deleuit chiro graphũ peccatorꝫ nostrorꝫ: qđ erat aduersum nos diabolo adstipulãte cõscriptũ: sicut & an te prædixerat per ꝓphetam dicentẽ. Ecce de leo sicut nubẽ iniquitates tuas: & sicut nebu lam peccata tua: & vltra nõ ero memor. Vt er go non exprobremur ab insipiente: conuerta mus nos ab oĩbus iniqtatib⁹ nostris: ne depre hẽdẽs in nobis maculas peccatorũ: id est suæ volũtatis ĩsignia: exprobret: & dicat. Ecce hic Christian⁹ dicebat: & signo Christi signabat in frõte: meas aũt volũtates: & mea chirogra pha gerebat ĩ corde. Ecce iste q mihi & opib⁹ meis renũtiauit ĩ baptismo: meis rursũ opib⁹

se inseruit: meisq; legibus paruit. Liberari ergo ab omnibus iniquitatib⁹ studeamus: ne in die iudicii huiuscemodi opprobriis insipiẽtis
D diaboli succũbamus. Obmutui: & non aperui os meũ quia tu es qui fecisti. Iam et hoc superius exposuimus cũ tractaremus illũ versiculum qui ait. Dum cõsistit peccator aduersum me: obmutui: & humiliatus sum: & silui a bonis. Bonum est eñ eo tempore cũ aduersum nos: vel derogationũ: vel cõuitiorum: vel probrorũ tela iaciuntur: nos huius versiculi meminisse: q ait. Obmutui: & non aperui os meũ quia tu es qui fecisti. Hoc sane requirendũ videtur quid est qđ dixit: tu es qui fecisti: nec tamen adiũxit quid fecerit. Sed ordo ipe nos docet: quoniã quidem velut agonẽ quẽdam inter nos: & consistentem aduersum nos peccatorẽ describit: & quia hoc ipsum indicet fecisse deũ: id est q exercitii nostri causa: & profectus deus fecerit ista certamina. Ideo ergo memor ero: quia tu fecisti agones istos: & tu nobis hæc exercitia patiẽtiæ præparasti. Cũ eñ ad iracũdiã ꝓuocaret: cũ cõuitiis lacesseret: ne patientię lineas excederem: & verbum aliquod qđ tibi nõ placeat ꝓferrẽ de labiis meis: obmutui: & nõ aperui os meũ. Si vero ampli⁹ aliquid secũdũ Pauli statuta valuero profligare: non solum obmutescam: & nõ aperiam os meũ: sed & cũ maledicor: benedicã: & blasphe
E matus: deprecabor. Amoue a me plagas tuas: a fortitudine man⁹ tuæ ego defeci. Qđ latini interpretes plagas dixerunt: in græcis codicibus flagella scriptum est: vt sit amoue a me flagella tua. Qđ videtur vtiq; dicere posit⁹ quasi in correptione flagellorum: cũ sicut homo pro peccatis corripitur: vel flagellatur vt emẽdetur. Sicut & illud a q̃plurimis intelligitur qđ scriptũ est: Fili noli tędiare a disciplina dei: neq; deficias cũ ab eo increparis. Quem eñ diligit deus: corripit: flagellat autẽ omnẽ filium quem recipit. Si quãdo ergo quis huiuscemodi correptionibus increpatur: competẽter dicere videtur: amoue a me flagella tua. A fortitudine manus tuæ ego defeci. Sed illud cõpetenter: videť aptari qđ scriptũ est: In increpationib⁹ propter iniquitatẽ corripuisti: vel erudisti hominẽ. Sed noui ego & alia flagella quibus vehementius cruciamur: illa scilicet quæ per prophetam describit sapiẽtia. Prophetam etẽñ eũ dico. Quis dabit in cogitatu meo flagella: & in corde meo correptionem sapiẽtiæ: vt ignorationibus meis quę feci nõ parcatur: et peccata mea nõ prætereanť? Vides quomodo orat flagellari cor suum ꝓ peccatis suis: et verberari cogitatiões suas? Si quãdo ergo vides temetipsum post peccatum affligi: & cruciari in corde: & a propriis cogitationib⁹ accusari: si quãdo notari te vides a cõscientia tua: et eius verberibus flagellari: spem tibi emẽdatiõis: ac salutis pręsume. Vicinior nãq; tibi cõuersionis est via: q̃ illis qui nec peccasse se quidem sentiunt: nec in delictis suis cõtristãtur: nec flagella cõscientię patiũtur. Tu ergo si videris te flagellari: & cruciari in cogitationib⁹ tuis: & spem salutis de proximo attendens: dicito de his qui peccauerunt quidem similiter: tamen similiter nõ pœnitent ꝑ delictis: Quia in laboribus hominũ nõ sunt: & cum hominibus nõ flagellabũtur: ꝓpterea tenuit eos supbia. Tu ergo si cruciaris: & affligeris in corde tuo: dic ad dñm. Multa quidem flagella peccatorum: sed sperantes in domino misericordia circũdabit. Ostendimus igitur dupliciter ho
F minibus flagella pręparari: siue sensibiliter extrinsecus: cũ vel languorib⁹: vel dãnis: vel diuersis afflictionum generib⁹ flagellamur: siue etiam cum ex recordatione delicti perurgẽtis cõscientiæ stimulis terebramur in corde. Ad vtrũq; ergo cõuenit dici: amoue a me plagas tuas. Sed fortasse aliquis dicit: esto quia ꝑ his cruciatibus qui extrinsecus inferunť cõmoda huiuscemodi videať orõ: q̃ cessasse supplicat cruciatus: nũquid & cordis stimulum: ac mẽtis respectũ videbitur inhibere? Mẽsura in omnibus quæritur: multomagis in flagellis mensura percõmoda est. si eñ fuerint vltra mẽsuram: nocebunt tibi etiã ipsa quæ bona sunt: & quid de flagellis dicã? Mel (inquit Salomon) inuenies: manduca quãtũ sufficit: ne forte satiatus euomas. Q; si in melle mensura vtilis est: quãto rectius requiretur: & seruabitur in flagellis? Propter qđ & apostol⁹ verens nimia flagella cordis eius qui deliquerat: & nimium tristabať: dicebat: ne forte maiore tristitia absorbeatur qui huiusmodi est. In increpationi-
G bus pro iniquitate erudisti hominẽ: & tabescere fecisti sicut araneam animã ei⁹. Anima quę peccat crassior efficitur. Talis nãq; est natura peccati: propter qđ scriptum est. Incrassatum est cor populi huius. Sicut autem peccatũ incrassescere facit: ita ecõtrario virtus subtilem animam reddit: & vt extorqueam quodãmodo vocabuli nouitatem: omne quod in ea corporeum est: abstergit: & perimit: & purius eam incorpoream reddit. Q; autem crassescat: & vt ita dicam carnea efficiatur anima peccatoris: indicatur ex eo quod scriptum est. Non permanebit spirit⁹ meus in hominibus istis quia caro sunt. Carnem sine dubio nominat animas crassiores & peccatrices. Si ergo

incrassescat aia: vt efficiatur caro: qd remedii deus pparet: docet. In increpationibus (inqt) pro iniqtate erudisti hoiem: & tabescere fecisti sicut araneam aiam eius. Est ergo opus dei vt tabescere faciat: & consumat omne quicqd est crassioris materiæ quo circũdat aia: vt extenuet: & elimet prudẽtiã carnis: & ita demũ aiam ad subtilẽ rerũ cœlestiũ & inuisibiliũ reuocet intellectũ. Talia quædã inuenim⁹ sub sacramẽto non minimo apud Ezechielẽ pphetã designari: cũ in lebetem: vel cacabũ carnes immitti dicunt: & decoqui: & dicitur: quia coctę sunt: & detabuerunt: vel decoctę sunt carnes: & excoctũ est ius. Scripta sunt hæc hisdẽ ipsis sermonib⁹: pro eo ꝙ lebetes vel cacabi nos suscipiẽt flãmis succẽsi: in quos iniiciemur nos q aias nostras incarnauim⁹ vel incrassauim⁹: si nõ prius dũ in hoc mũdo sumus: puenerimus p pœnitẽtiã vt tabescãt carnes nostræ: & crassitudo animæ nostrę ad subtilitatem deducat araneę. Si hinc adhuc carnes fuerim⁹ egressi: mittemur in illos cacabos q succẽdunt lignis: vel fœno: vel stipula: id est operib⁹ nostris quę supposuerim⁹ fundamẽto Christi. Tale est illud (vt opinor) qđ Hieremias dicit. Vidi (inquit) lebetem vel cacabũ ardentẽ: & facies ei⁹ a facie aquilonis. Vel iterũ cũ virgã vidit nuceam. Requiram⁹ ergo de ista sentẽtia ꝙ propterea simul virgã ostẽdit: & cacabũ igne succẽsum: & vt si quidẽ disciplinas accipias p virgã & emẽderis: cacabo nõ indigeas succenso. Si vero pmanes indisciplinatus: & virga non emẽdaris: id est verbo correptionis vel confutatus vel pœnitẽs: & tali virga correpť⁹ qualem dicit Paulus: qd vultis ĩ virga veniam ad vos: aut in charitate spũs: & mãsuetudinis? Si ergo tali virga nõ emendaris: in cacabũ mitteris: & cacabus succendet. Propterea ergo vidit Hieremias simul vtrũq: & virgã: & cacabum succẽsum: vt metuẽtes vtrũq: alterũ videamus ex altero. Hæc ppter hoc qđ scriptũ est tabescere fecisti sicut araneã animã eius. Si ergo sermonẽ ad naturã animalis istius retorquemus ex illa parte qua opus subtilissimũ et qđ vix oculus comprehendere potest expleat: apta videbit expositio ista: quã superius explanauimus. Si vero qs ad illud referat qđ Esaias in libro suo scribit: quia telam araneæ texuerunt: aliter accipiẽdũ est: quia oĩa quę texit: & agit peccator: tã nihil scias esse q̃ sunt illa: quę texit aranea: licet varia videant: & cõposita: licet exquisita quadam arte digesta. Quanta texuerũt illi diuites q ante nos fuerũt: qui diuitias variis artibus: & callidis adinuẽtionibus cõgregabãt: qui magistrat⁹: qui honores qui cõsulat⁹ diuersa vel ambitione quærebãt isti oẽs telas araneæ texuerũt. Tam eñ vana: tam friuola: q̃ est araneę textrina: fuerunt oĩa quæ gerebãt: & ppterea tabefactæ sunt sicut araneæ animæ eorũ. Verũtamen vanitas oĩs homo. Iam hoc in superiorib⁹ explanauimus: Exaudi orationẽ meam deus: & deprecationẽ meã: auribus pcipe lachrymas meas. Oportet iterũ & cũ lachrymis offerre orationẽ deo: et ex intimis penetralibus in precẽ dñi cõmoueri: vt mens credens de iudicio futuro recordationẽ delictorũ suorũ: non absq lachrymis: et lamẽtatione recenseat. Cũ quis resolut⁹ in lachrymas dicit: ad dominũ effundo ĩ cõspectu tuo orationẽ meã: auribus ergo pcipe lachrymas meas: & ne sileas (inqt) a me: id ẽ me orãte: ne sileas. Sed quid? Adhuc loquente me dic ecce adsum. Quia incola ego sum apud te: et peregrinus sicut oẽs patres mei: qa peregrinus sum necessario etiã & incola sum: non eñ sum sicut tu. Tu enim æternus es sol⁹: & nos quantũ inuenit habem⁹ initiũ. Ego autẽ si dignus efficiar esse apud te: incola tamẽ sum: et peregrinus apud te: qa & oẽs patres mei incolę fuerũt & peregrini apud te: & Abrahã peregrinus est apud te: qa nõ erat semp: sed tũc esse cœpit quãdo tu voluisti: & Isaac: & Iacob: & oẽs iusti. Remitte mihi vt refrigerem priusq̃ abeam: & amplius nõ ero: quoniã incola sum: donec apud te sum: tãdiu sum: si autẽ a te exiero: perdidi etiã hoc ipsum ꝙ sum: & ero tanq̃ qui nõ sum. Deniq ppterea de peccatorib⁹ dicit: & erũt tanq̃ qui nõ sunt. Et alibi: qui vocauit ea quę nõ sunt. Remitte mihi vt refrigerẽ priusq̃ abeã: & amplius nõ ero. Sciẽdũ tamen est ꝙ ĩ nobis est: siue vt sim⁹: siue vt nõ simus. Donec eñ adhærem⁹ deo: & inhæremus ei q vere est: etiã nos sumus. Si autem abscesserimus ab eo: & nõ adhæserimus deo: nostro vitio in cõtrariũ decidimus. Non ergo per hoc substãtialis animę designat interitus: sed non esse dicit cũ in eo non pmanet qui vere & semper est: ex quo ipe est. Propterea ergo & sermo nos ppheticus adhortat dicẽs: post dñm deũ nostrũ ibimus: & ipsi adhęrebimus: sed & nos ipsi dicamus: adhesit aĩa mea post te: in Christo Iesu domino nostro: cui est honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen. C

Explicit Homilia secunda de psal. xxxviii.
Finitur itaq explanatio Origenis in psal. xxxvi. xxxvii. & xxxviii.

Sequitur prima explanatio eiusdem Origenis in Cantica canticorum.

Epistolaris plogus beati Hieronymi presbyteri ad Damasum papā in expositionē cantici epithalamii Canticorū secundū Origenē cuius doctrinā & eloquētiam laudibus effert mirū in modum idem Hieronymus.

Epistola. XLV.

D

Eatissimo papę Damaso Hieronymus. Origenes cū in cęteris libris oēs vicerit: in cātico cāticorū ipse se vicit. Nā decē voluminib9 explicitis: quę ad vigīti vsq; versuū milia pene puenerūt: Primū septuagita interpretes: deinde Aquilā: & Symmachum: & Theodotionē: & ad extremū quītā editionē quā in actio littore inuenisse se scribit: ita magnifice: apteq; disseruit: vt inde mihi videatur in eo cōpletū esse qđ dicit. Introduxit me rex in cubiculū suum. Itaq; illo opere pretermisso: quia ingentis est otii: laboris: & sumptuū: tantas res: tam dignū opus in latinum transferre sermonē: hos duos tractatus: quos in morē quotidiani eloquii paruulis adhuc lactentibus cōposuit: fideliter magis q̄ ornate interpretat9 sum: gustum tibi sensuū eius: nō cibum offerens. Tu aīaduertas quāti sint illa æstimāda: quę magna sunt: cū sic possint placere quæ parua sunt.

Præfatio Origenis in explanationem Epithalamii Cantici Canticorum.

E

E cantico canticorū dictur9 quomodo didicimus per Moysen quædā eē quę nō solum sancta: sed & sācta sāctorū sunt: & alia quę nō tātū sabbata sed & sabbata sabbatorū: sic nūc docemur scribēte Salomone esse quędā nō solum cantica: sed et cantica canticorū. Beatus quidē is qui ingreditur sancta: sed beatior qui ingreditur sancta sanctorum. Beatus qui sabbata sabbatizat: sed beatior qui sabbatizat sabbatorū sabbata Beatus similiter & is qui intelligit cantica: & canit ea. Nemo quippe nisi in solēnitatibus canit: sed multo beatior ille qui canit cātica canticorū. Et sicut is qui ingredit in sancta pluribus adhuc indiget: vt valeat introire ī sancta sanctorū: et qui sabbatū celebrat qđ a dño populo constitutum est: multa adhuc necessaria habet: vt agat sabbata sabbatorū: eodem modo difficile reperit: qui oīa quæ in scripturis continentur cantica peragrans: valeat ascendere ad cantica canticorū. Egredi te oportet ex ægypto: & egressum de terra ægypti pertransire mare rubrum: vt possis primū canticum canere dicēs. Cātemus domino: gloriose enim magnificatus est. Licet autē primū dixeris canticū: adhuc longe es a cantico canticorum. Perambula terrā deserti spiritaliter: donec venias ad puteum quē foderunt reges: & ibi secundum canticū canas. Post hæc veni ad viciniā sanctę terrę: & sup Iordanis ripam cōstitutus cantes canticum Moysi: dicens: Attēde cœlū & loquar: & audiat terra verba oris mei. Rursum habes necessariū vt milites: et terram sanctā hæreditate possideas: & apis tibi prophetet: & apis te iudicet: Delbora quippe apis interpretat: vt possis & illud carmen: quod in libro iudicū continetur ediscere. Ad regnorū deinceps volumen ascendēs veni ad canticū quando Dauid fugit de manibus oīm inimicorū suorum: & de manu Saul: & dixit. Dominus firmamentū meū: & fortitudo mea et refugiū meum: & liberator meus. Peruenięndum tibi est ad Esaiam: vt cū illo dicas. Cātabo cāticum dilectæ vineæ meæ. Et cū vniuersa transieris: ad altiora conscēde: vt possis anima decora cū spōso & hoc canere canticū canticorum: quod ex quot personis constet: incertus sum. Orantibus autē vobis: & reuelāte domino: quatuor mihi ī his videor inuenisse psonas: virum & sponsum: cū sponsa adolescentulas: cum sponso sodalium greges. Alia dicūtur a sponsa: alia a sponso: nonnulla a iuuenculis: quædā a sodalibus sponsi. Cōgruum quippe est vt in nuptiis adolescentularum sit multitudo cum sponsa: iuuenū turba cum spōso. Hæc omnia noli foris quęrere: noli extra eos qui prædicatione euangelii saluati sunt. Christum spōsum intellige: Ecclesiam spōsam sine macula: & ruga: de qua scriptū est: vbi exhiberet sibi gloriosam ecclesiā non habētem maculam: neq; rugam: aut aliquid eorum: sed vt sit sancta & immaculata. Eos vero qui cū sint fideles: nō sunt tamen istiusmodi qualis sermo præfatus est: sed iuxta modū quędā adepti videtur salutē: animaduerte credentiū animas: et adolescētulas esse cū spōsa: angelos vero et eos qui puenerūt ī virū pfectū intellige viros

esse cũ sponso. Inde igitur mihi videnť quattuor ordines: vnũ: & vnã: duos thoros iter se cõtinẽtes: sponsam canere cũ iuuẽculis: sponsum canere cũ sociis. Et cũ intellexeris: audi canticũ canticorꝝ: & festina intelligere illud & cũ sponsa dicere ea quæ sponsa dicit: vt au
A dias q̃ audiuit & sponsa. Si aũt nõ potueris dicere cũ sponsa: quę dixit: vt audias ea q̃ dicta sunt sponsæ: festina: vel cũ sponsi sodalibus fieri. Porro si & illis inferior es: esto cum adolescẽtulis: quę in sponsæ delitiis cõmorãtur. Hę quippe in hoc libro: fabula pariter: & epithalamio sunt personę: ex eo quo & gẽtiles sibi epithalamiũ vendicarũt: & istius generis carmen assumptũ est. Epithalamiũ siqdẽ canticũ canticorũ. Primũ sponsa orat: & statim in mediis pcibus auditur: Videt psentẽ sponsum: videt adolescentulas suo comitatui deputatas. Deinde respondet ei sponsus: & post sponsi eloquia: dũ ille pro eius patitur salute respondẽt sodales: donec sponsus sit in recubitu: & a passione cõsurgat: se quædã sponsæ ornamẽta facturos. verum iam ipsa verba ponenda sunt: in quibus prius vox sponsæ deprecantis auditur.

Homilia Prima. Cap. I.

B Sculeť me osculis oris sui. Quorũ iste sensus est: Quousq; sponsus meus mittit oscula per Moysen: mittit oscula p pphetas! Iam ipsi⁹ cupio ora contingere: ipse veniat: ipe descẽdat. Orat igiť sponsi patrem: et dicit ad eũ. Osculetur me osculis oris sui. Et quia talis est vt cõpleatur sup eã propheticũ illud in quo diciť: Adhuc te loquente dicam: ecce adsum: sponsam sponsi pater exaudit: mittit filiũ suũ. Videns illa eũ cuius dep cabatur aduẽtũ: orare destitit: & ad eũ cõminus loquiť. Quoniã bona vbera tua super vinũ: & odor vnguẽtorũ tuorꝝ super oĩa aromata. Spõsus igitur Christus missus a patre venit vnctus ad sponsam: & dicit ad eum. Dilexisti iustitiã: & odisti iniquitatẽ: ppterea vnxit te deus deus tuus oleo exultationis p̃ participibus tuis. Si me tetigerit sponsus: & ego boni odoris ero: & ego liniar vnguẽtis: & ad me vsq; eius vnguẽta peruenient: vt possim cũ Apostolo dicere: Christi bonus odor sum⁹ in omni loco. Nos aũt cũ hæc audiuim⁹ adhuc peccatis vitiisq; fœtemus: de qbus propheta pœnitens loquiť. Putruerũt & corruptę sunt cicatrices meę a facie insipiẽtię meæ. Peccatũ odoris ẽ putridi: virtus ĩspirat vnguẽta: quorũ typos reperies ĩ Exodo. Inuenies quoq; ibi stactẽ: onyca: galbanẽ: & reliqua. Hæc qdẽ ad incẽsum: deinde ad opus vnguẽtarii varia sumuntur vnguẽta. In qbus est nard⁹: & stacte: et deus q fecit cælũ: & terrã loquiť ad Moysen: dicẽs. Ego impleui eos spiritu sapiẽtię: & intellectus: vt faciãt opa artis vnguẽtariæ: & vnguẽtarios de⁹ docet. Hæc nisi spiritaliter ĩ C telligãtur nõne fabulæ sunt! nisi aliquid habeant secreti: nonne indigna sunt deo! Necesse est igiť eum q audite scripturas spiritaliter nouit: aut qui certe nõ nouit: & desiderat nosse: omni labore cõtẽdere quo possit dign⁹ spiritaliũ fieri secretorũ: & vt aliquid audentius dicã: spiritali cupidine: vel amore. Siquidẽ est spiritalis amor. & qũo est quidã carnalis cibus: & alius spiritalis: & alia carnalis potio: alia spiritalis: sic est quidam amor carnis a Sathana veniens: alius amor spiritus a deo exordiũ habẽs: & nemo potest duobus amoribus possideri. Si carnis amatores: amorẽ spiritus nõ capis. Si omnia corporalia despexisti: non dico carnẽ: aut sanguinẽ: sed argentũ: & possessiones: sed ipsam terrã: ipsumq; cęlum: hæc quippe pertransibunt: si ista omnia contempsisti: & ad nullũ horũ anima tua obligata est: neq; quoq̃ vitiorũ amore retineris: potes amorẽ capere spiritalẽ. Ista locuti sumus quia euenit occasio: vt de amore spiritali aliqua diceremus. Expedit autẽ nobis Salomonis custodire pręceptũ: & magis illi⁹ qui per Salomonẽ loquebatur de sapiẽtia: ita dicens. Ama illam & seruabit te: circũda illã: & exaltabit te: honora illam: vt te amplectatur. Est quidẽ spiritalis amplexus: atq; vtinã contingat vt meã sponsam altior spõsi amplexus includat: vt ego quoq; possim dicere qđ in eodem libro scriptũ est. Sinistra eius sub capite meo: & dextera illius amplexabitur me. Osculetur me ergo osculo oris sui. Moris est scripturarum imperatiuũ modum pro optatiuo D ponere: vt ibi: Pater noster qui es in cœlis sanctificetur nomẽ tuum: pro vtinã sanctificetur et nunc est in præsenti: Osculetur me osculo oris sui: pro eo qđ est: vtinam osculeť. Deinde cõspicit sponsum: Venit delibutus vnguẽtis: nec aliter ad sponsam poterat venire: nec decebat aliter patrẽ ad nuptias filium destinare. Variis eũ vnxit vnguentis: fecit illum Christum: venit diuersis odoribus spirãs: & audit quia bona vbera tua super vinum. Congrue sermo diuinus eãdem rem pro locorum qualitate diuersis vocabulis nũcupat. Quando hostia effertur ĩ lege: & vult intellectum

ostendere: pectusculum separationis affatur. Quandovero recūbit aliqs cū Iesu: & sensuū eius cōmunione perfruitur: nō pectusculū vt supra: sed pectus alloquitur. Porro cū sponsa loquitur ad sponsum: quia nuptiale carmē inducitur: nō pectusculū: vt in sacrificio: nō pectus: vt in Ioanne discipulo: sed vbera nomi nat: dicēs. Quia bona vbera tua super vinū. Cōmunicavt sponsa cū sensibus sponsi: & scias quia inebriāt: atq̄ lętificāt istiusmodi cogitatus. Qūo aūt calix dñi inebrians q̄optimus ē: sicvbera spōsi omni meliora sunt vino quia bona vbera tua supervinū. In mediis p̄cibus ad spōsum verba cōuertit. Et odor vnguētorū tuorꝫ super omia aromata. Nō vno: sed oibus sponsus venit vnctus vnguētis. Si aūt & ad meā animā factā spōsam suā venire dignabitur: q̄ oportet eē formosam: vt illum de cœlo ad se trahat: vt descendere faciat ad terras: vt veniat ad amatā! Quali pulchritudine decorāda est! quali debet amore feruere: vt ea loquat̄ ad illā quę ad perfectā locut⁹ est sponsam! Quia ceruix tua: quia oculi tui: quia genę tuę: qa manus tuę: qa venter tuus: quia humeri tui: qa pedes tui. De qbus si concesserit dñs disputabim⁹: qūo sponsę membra varietur: & singularū partiū laus diuersa dicatur: vt post disputationē etiā ad nostrā dici animā filīr laboremus. Bona igit̄ vbera tua super vinū: & odor vnguētorū super oīa aromata. Si videris sponsum: tūc intelliges verū esse q̄d dicit̄: Quoniā bona vbera tua supervinū: & odor vnguētorū tuorꝫ super oīa aromata. Multi habuerunt aromata. Regina austri
E
detulit aromata Salomoni: & plures alii aromata possederūt: sed habuerit qs quāta libet nō possunt Christi odoribus cōparari: de quo nūc sponsa ait. Odor vnguētorū tuorꝫ super oīa aromata. Ego arbitror quia & Moyses habuit aromata: & Aaron: & singuli p̄phetarū: verꝫ si videro Christū: & suauitatē ī odore vnguētorū eius perceperо: statim sententiā fero dicēs. Odorvnguētorū tuorū sup oīa aromata. Oleū effusum nomē tuū. p̄pheticū sacramētū est. Tātūmodo nomē Iesu venit ī mūdū
F
& vnguētū p̄dicat̄ effusum. In euāgelio quoq̄ mulier accipiēs alabastrū vnguēti nardi pistic̨ p̄tiosę caput Iesu: pedesq̄ p̄fudit. Obserua diligēter quę de duabus sup caput effuderit Saluatoris. Siqdē peccatrix: sup pedes: & ea q̄ dicit̄ nō fuisse peccatrix: sup caput eius fudisse mōstrat̄. Obserua inquā: & inuenies in euāgelica lectione nō fabulas: & narrationes ab euāgelistis: sed mysteria esse cōscripta. Impleta est vtiq̄ odore vngēti domus. si qd peccatrix habuit ad pedes referēdū est: & si qd ea quæ nō peccatrix: ad caput. Nec mirū domū fuisse odore cōpletā: cū hoc odore mūdus cōpletus sit. Scribit̄ in eodē loco de Simone leproso & domo ei⁹. Ego puto leprosum mūdi istius esse principē: & hūc leprosum Simonē nūcupari: cui⁹ domus ad aduētū Christi sua ui odore cōpleta sit agēte pœnitētiā peccatrice: & sancta caput Iesu in vnguēti odoribus p̄fundente. Vnguētū effusū nomē tuum. Quo modo vnguētū: qd̄ effusione sua odorē longe: lateq̄ dispergit: sic Christi nomē effusum est in vniuersa terra Christus noiat̄: in omni mūdo p̄dicat̄ dñs: vnguētū em̄ effusū est nomen eius. Nūc Moysi nomē audit̄: qd̄ prius Iudeæ tm̄ claudebat̄ angustiis: neq̄ em̄ grecorū q̄spiā meminit eius: neq̄ in vlla gentiliū literarū historia de illo seu ceteris scriptū aliqd inuenimus. Statim vt Iesus radiauit in mūdo: eduxit secū leges: & p̄phetas: & vere completū est: vnguētū effusum nomē tuū. Ipsę iuuēculæ dilexerūt te. Et qa p̄ spiritū sanctū charitas dei diffusa est in corda nr̄a: cōgrue nomē effusionis infert̄: vnguētū effusum est nomē tuū. Hęc dicēs spōsa adolescentulas cōspicit Qn̄ illa sponsa patrē rogabat: & ad ip̄m sponsum cōminus loquebat̄: necdū adolescētulæ aderāt: in mediis vero p̄cibus ingredit̄ iuuen culārū chorus: & sponsę laudat̄ eloquiis. Propterea iuuēculę dilexerūt te: & attraxerūt te: G
Adolescētulęq̄ respōdēt: Post te in odore vnguētorū tuorꝫ curremus. Q̄z pulchrę spōsi pedissequę: q̄ necdū fidutiā habent sponsę! Spōsa nō post tergū sequit̄: sed ingredit̄ iuncta lateri. Apphēdit dexterā sponsi: & manus eius sponsi dextra cōtinet̄. Famulę vero ingrediūtur post eā. Septuagīta sunt reginę: & octogīta cōcubinę: & iuuēculę quātū nō ē numer⁹. vna est colūba mea perfecta mea: vna ē matri suę: vna est ei q̄ cōcepit illā. Post tergo ī odore vnguētorꝫ tuorꝫ curremus. Cū omni honestate deambulātib⁹ dictū est: post te in odore vnguētorꝫ tuorū currem⁹: secūdū illud. Cursum cōsummaui. Et illud: q in stadio currūt: oēs qdē currūt: vnus aūt accipit brauiū. Brauiū Christus est: & hę qdē adolescētulę: quas propter amoris exordiū foris stare cognoscimus: iuxta illud exēplum. Amicus aūt sponsi stās: & audiēs eū gaudio gaudet p̄pter vocē sponsi. Tale quiddā & adolescētulæ sustinēt: introeunte sponso forinsecus remanēt: spōsa vero speciosa: perfecta: sine macula: sine ruga in spōsi cubiculū: in regiū penetral ingressa reuertit ad iuuēculas: & nūtiat eis q̄ sola conspexerit: dicitq̄: Introduxit me rex in cubicu H

lũ suũ:nõ(ait)introduxit nos plures in cubiculũ suũ.Plures foris remanẽt:ĩ cubiculũ sola ĩgredit̃ spõsa:vt videat thesauros absc̃oditos et tenebrosos:renũtietq; iuuẽclis.Introduxit me rex ĩ cubiculũ suũ.Rursus adolescẽtulę.i. spõsarũ ĩcipiẽtiũ turba cõpl'ima ĩgressa spõsa cubiculũ spõsi:& vidẽte diuitias viri sui:dũ il li⁹ pstolãt aduẽtũ:lętę cõcinũt.Exultabimus: et lętabimur ĩ te.Pro spõsę pfectõe lętãt.Nõ ẽ ęmulatio ĩ virtutib⁹.Amor iste mũd⁹:amor iste sine vitio ẽ.Exultabim⁹:& lętabimur ĩ te: Diligem⁹ vbera tua.Illa q̃ maior est: iã tuorũ vberũ lacte pfruit̃:& seqt̃ exultãs:Bona vbera tua s̃r vinũ.Istę vero q̃ exultationẽ & lętitiã deferũt adolescẽtulę qppe sũt:deferũt charitatẽ: & dicũt:Exultabim⁹:& lętabimur in te.Diligem⁹ vbera tua sup vinũ.Diligem⁹(inqũt)nõ diligim⁹.Deĩde loqt̃ ad spõsã.Aeqtas dilexit te.Laudãt sponsã nomẽ illi ęqtatis a propriis virtutib⁹ iponẽtes:ęqtas dilexit te.Rursũ ad
A adolescẽtl'as spõsa r̃ndet.Nigra sũ:& speciosa filię Hierl'm:vt tabernacl'a cedar: vt pelles Salomõis.Ne ĩtueamini me:qa ego sũ denigrata:qm̃ despexit me sol.Speciosa qdẽ ẽ:& possũ ĩuenire qũo speciosa sit sponsa:quærim⁹ aũt qũo nigra & sine cãdore sit pulchra?Pœnitentiã egit a pc̃tis:speciẽ ei⁹ largita ẽ cõuersatio: et ideo speciosa cãtat̃.Quia vero necdũ oĩm pc̃torũ sorde purgata:necdũ lota ẽ ĩ salute:nigra dr̃:sed in atro colore nõ pmanet.Fit itaq; cãdida quũ ad maiora cõsurgit:& ab hũilib⁹ incipit ad alta cõscendere:dr̃q; de ea.Quę est ista q̃ ascẽdit dealbata. Et quo manifesti⁹ hoc
B mysteriũ describat̃:Nõ(ait)vt ĩ plęrisq; codicibus legit̃:innixa sup fratruelẽ suũ:id est episite rizomene:sed epise erizomene: id est sup pectus ei⁹ recũbẽs.Significãterq; de aĩa spõsę et sermõe dr̃:sup pect⁹ illi⁹ recũbẽs: qa principale ibi cordis est nr̃i.Vñ a carnalib⁹ recedentes spiritalia sentire debemus: & intelligere: multo meli⁹ esse sic amare:q̃ amare desistere. Ascẽdit igit̃ recũbẽs sup pectus fratruelis sui et q̃ nũc in exordio cãtici nigra ponit̃:in epithalamii fine de ea cãtat̃:Quæ ẽ ista q̃ ascẽdit
C dealbata?Intellexim⁹ qũo & nigra:& formosa sit spõsa.Si aũt & tu nõ egeris pœnitentiã:caue ne aĩa tua nigra dicat̃:& turpis:& duplici fœditate turperis:nigra ppter pc̃tã pterita: turpis:ppter hoc qa ĩ eisdẽ vitiis pseueras.Si vero pœnitẽtiã egeris:nigra erit aĩa tua propter antiqua delicta:ppter pœnitẽtiã vero habebit aliqd:vt ita dicã Aethiopici decoris.Et qa semel Aethiopẽ noĩaui: volo testẽ scripturã sup hũc aduocare sermonẽ.Aarõ & Maria murmurãt qa Moyses Aethiopissã habet vxorẽ:& nũc Moyses Aethiopissã ducit vxorẽ.Si qdẽ lex ei⁹ ad hãc nr̃a; Aethiopissã trãsmigrauit.Murmuret Aarõ sacerdotiũ Iudęo℞:murmuret & Maria synagoga eorum: Moyses de murmuratiõe nõ curat:amat æthiopissã suã: de q̃ & alibi dr̃ p pphetã.Ab extremis fluminũ offerẽt hostias.Et rursũ:Aethiopia pueniet man⁹ ei⁹ deo.Pulchre p̃ueniet.qũo ĩ euãgelio mulier illa q̃ sanguinẽ defluebat: Archisynagogi filiã curatiõe p̃uenit:sic Aethiopia Israel ægrotãte sanata ẽ.Illorũ delicto sal⁹ gẽtib⁹ facta ẽ ad ęmulãdũ eos.Nigra sũ:& specio- D
sa filiæ Hierl'm:& tu eccl'iastica aĩa ad filias Israel cõuerte s̃monẽ:& dic:Me pl⁹ amat spõs⁹ me magis diligit q̃ vos:q̃ mltę f[illegible] Israel.vos foris statis:& spõsã cubiculũ videtis ĩtrantẽ. Nemo dubitet nigrã vocatã eẽ formosam:q nos sum⁹:vt cognoscam⁹ deũ:vt cãtica cãtici p̃dicem⁹:vt ab Aethiopię finib⁹:vt ab extrẽo terrę venirem⁹ sapiẽtiã veri audire Salomõis. et qñ saluatoris vox ĩtonãtis audit̃:Regia austri veniet ĩ iudiciũ:& cõdẽnabit hoĩes gñationis hui⁹:qa venit a finib⁹ terrę audire sapiã; Salomõis. & ecce plusq̃ Salomõ hic.audi mystice q̃ dicat̃.Regia austri venit a finib⁹ terræ eccl'ia:& cõdẽnat hoĩes gñatiõis hui⁹.i.Iudæos:carni:& sãguini deditos.vẽit a finib⁹ terrę audire sapiã; Salomõis:nõ illi⁹ q ĩ testamẽto veteri p̃dicat̃:s; hui⁹ q ĩ euãgl'io Salomõe maior ẽ.Nigra sũ:&speciosa filię hierl'm:nigra ve- E
lut tabernacl'a cedar:speciosa vt pelles Salomõis.Ipa quoq; noĩa cũ spõsę decor cõueniũt. Aiũt Hebręi cedar ĩterptari tenebras.Nigra sũ ergo vt tabernacl'a cedar:vt ęthiopes:speciosa:vt pelles Salomõis:q̃s eo tpe ĩ tabernacl'i ornamẽto cõposuit: qñ tẽplũ sũmo studio:& labore fabricat⁹ ẽ.Diues qppe Salomõ:& ĩ oĩ sapiẽtia illi⁹ nemo pcessit illu.Nigra sũ:& speciosa filię Hierl'm:vt tabernacl'a cedar:vt pelles Salomõis.Ne ĩtueamini me qa ego sũ denigrata.Satisfecit de nigrore suo:& p pœnitẽtiã ad meliora cõuersa ãnũtiat se filiab⁹ Israel nigrã qdẽ eẽ:s; pulchrã scd; q; supius exposuim⁹:& dicit ne ĩtueamini me:qa ego sum denigrata. Ne(ingt)admiremini coloris eẽ me tetri:sol despexit me.Pleno qppe radio ĩ me lumis sui fulgor illuxit:vt ei⁹ sim calore fuscata.Neq; eñ vt decuerat: vt solis dignitas expetebat: illius in me lumẽ accepi:delicto eorũ salus gẽtilibus facta est:& rursum incredulitate gentiũ sciẽtia Israel.Habes vtrũq; apud Apostolũ.Filii matris meę pugnauerũt aduersũ me. Cõsiderãdũ qũo spõsa dicat filii mr̃is meę pugnauerũt aduersũ me:& qñ aduers⁹ eã fratrũ pugna surrexit.Vide Paulũ eccl'ię psecutorẽ

et intelliges quõ filius matris eius pugnauerit aduersus eã. Persecutores ecclesiæ egerũt pœnitẽtiã: & aduersarii eius rursũ ad sororis signa cõuersi ꝑdicauerũt fidẽ quã añ destruebãt.
F Hoc prophetico spiritu sponsa nũc cantãs: ait. Dimicauerũt in me: posuerũt me custodẽ in vineis. Vineã meã nõ custodiui. Ego ecclesia: ego sponsa: ego sine macula: plurimarũ custos sum posita vinearꝫ a filiis matris meę: q cõtra me aliqñ pugnauerãt: qua sollicitudine: curaqꝫ districta dum plures custodio vineas: vineã meã non seruaui. Intellige mihi hoc de Paulo: & alio quocũqꝫ sanctorꝫ qui pro oĩm sit salute sollicitus: & videbis quõ vineã suã nõ custodiens: aliorum vineta custodiat: quõ ẽt vt alios lucrifaciat: ipe ĩ qbusdã dãna sustineat: etem cũ fuerit liber ex oĩbus: seipm seruũ fecit vt oẽs lucrifaceret: Factus sum (inquit) infirmus: infirmis: Iudæis Iudęus: his q sub lege erãt quasi sub lege: & cętera: dicatqꝫ
G vineã meã nõ custodiui. Deinde cõspicit spõsum: q cõspectus abscessit. Et frequẽter hoc in toto carmine facit: qđ nisi qs ipse patiat: non põt intelligere: sæpe deus testis est. Sponsum mihi aduẽtare cõspexi: & mecũ eẽ q̃plurimũ: quo subito recedẽte: inuenire nõ potui qđ q̃rebã. Rursus igit̃ desidero eius aduẽtũ: & nõ nũq̃ iterũ venit: & cũ apparuerit: meisqꝫ manib⁹ fuerit cõprehẽsus: rursum elabit̃: & cũ fuerit elapsus rursum a me inq̃rit̃: & hoc crebro facit: donec illũ vere teneã: & ascẽdã inuisus sup fratruelẽ meũ. Annũtia mihi quẽ dilexit anima mea: vbi pascis: vbi cubas in meridie. Nõ q̃ro alia tẽpora: qñ vespere: qñ diluculo: qñ in solis pascis occubitu: illud tẽpus inq̃ro qñ in florẽte die: qñ plena luce ĩ maiestatis tuę splẽdore versaris. Annũtia mihi quẽ dile
H xit aĩa mea vbi pascis: vbi cubas ĩ meridie. Diligẽter obserua meridiẽ legis. Apud Ioseph meridie fratres prãdiũ celebrãt: Angeli meridie Abrahę suscipiũt̃ hospitio: & cętera istiusmodi. Quęre & inuenies scripturã diuinã nõ frustra seu fortuitu vnũquenqꝫ vsurpare sermonẽ. Quisputas est dign⁹e nobis: vt ad meridiẽ vsqꝫ ꝑueniat: & videat: vbi pascat: vbi cubet spõsus? Annũtia mihi quẽ dilexit aĩa mea vbi pascis: vbi cubas ĩ meridie. Nisi eñ tu mihi ãnũtiaueris: incipio errabũda iactari: & dũ te q̃ro ĩ aliorꝫ greges ĩcurro. Et qa aliorꝫ erubesco faciẽ: atqꝫ ora cõtingere: faciẽ meã atqꝫ ora mea contego. Sũ qppe sponsa formosa: & aliis nudã faciẽ meã nõ oñdo: nisi tibi soli quẽ iãpridẽ deosculata sum. Annuntia mihi quẽ dilexit aĩa mea: vbi pascis: vbi cubas in meridie: ne qñ fiã sicut coopta sup greges sodaliũ tuorũ: vt ista nõ patiar: vt non fiã cooperta: vt ora nõ cõtegã: & ad alios vsqꝫ ꝑueniẽs: incipiã forsitan & eos amare quos nescio. Idcirco annũtia mihi vbi te q̃rã: & inueniã in meridie ne forte fiã q̃si cooperta sup greges sodaliũ tu
I orũ. Post hęc verba spõsus ei cõminatur: & dicit. Aut cognosces temetipsam: q̃m regis es spõsa: & formosa: & a me facta formosa. Siqdẽ ego mihi exhibui gloriosam ecclesiã nõ hñtẽ maculã: neqꝫ rugã. Aut scito qa si te non cognoueris: & tuã scieris dignitatẽ: patieris hęc quę sequũt̃. Quęnã ista sunt? Si nõ cognoueris temetipam o pulchra ĩ mulierib⁹ egredere tu in vestigiis gregũ: & pasce nõ greges ouiũ nõ agnorꝫ: sed hædos tuos. Statuet qppe oues a dextris: & a sinistris hędos. Si nõ cognoueris temetipsã o pulchra ĩ mulierib⁹: egredere tu in vestigiis gregũ: & pasce hędos tuos ĩ tabernaculis pastorũ. In vestigiis (inq̃t) pastorꝫ nouissima fies: nõ ĩter oues: sed ĩter hædos tuos cũ qbus habitãs nõ poteris mecũ: id est cũ bo
K no pastore eẽ. Eq̃tatui meo ĩ curribus Pharaonis assimilaui te. Si vis intellige o sponsa: quõ scire te debeas: cognosce cui te cõparauerim et tũc videbis talẽ te eẽ: q̃ turpari nõ debeas: cũ tuã speciẽ cognoueris. Quid ẽ igit̃ eq̃tatui meo in currib⁹ Pharaonis assimilaui te? Scio eq̃tẽ sponsum ꝑpheta dicẽte: & eq̃tatio ei⁹ salus. Assimilata es ergo eq̃tatui meo ĩ currib⁹ Pharaonis. Quãtũ differt eq̃tat⁹ meus q sum dñs: & dimergo in fluctib⁹ Pharaonẽ: & cristatos eius: & ascẽsores eius: & equos: & currus eius: quãtũ inquã differt eq̃tat⁹ meus ab eq̃s Pharaonis: tãto melior es oĩb⁹ filiabus tu spõsa: tu ecclesiastica aĩa / oĩbus animabus q̃ non sunt ecclesiasticæ. Igit̃ si eccl'iastica anima es oĩbus aĩabus es melior: si nõ es melior: non es ecclesiastica. Eq̃tatui meo in curribus Pharao
L nis assimilaui te ꝑxima mea. Deinde pulchritudinẽ spõsę spiritali amore describit. Genæ tuę vt turturis. Faciẽ illius laudat: & genarũ rubore succẽditur. Pulchritudo quippe mulierũ in genis dicit̃ esse q̃plurima. Ita & nos pulchritudinẽ aĩę ĩtelligamus in genis. Labia vero eius: & linguã intelligẽtiã prędicemus. Collũ tuũ monile. vt ornamẽtũ qđ solet virginũ collo pendere: & nuncupatur hormos. Itaqꝫ sine hoc decore: et tuũ ipm collũ est ornamẽtũ. Post hoc fit sponsus in recubitu. Requieuit vt leo: vt catulus leonis obdormiuit vt deinceps possit audire: suscitabit eũ. quo interĩ dormiẽte apparẽt spõsæ spõsi sodales angeli: et his eã sermonib⁹ cõsolant̃. Nos tibi aurea ornamẽta facere nõ possum⁹: nõ eñ tã diuites sum⁹ vt spõsus tu⁹: q aureũ tibi monile

largiatur: nos similitudinē auri faciemus: nō enim habemus aurū: & hoc quoq; lętādū est: si similitudines auri: si stigmata faciamus argenti. Similitudines auri faciemus tibi: cum stigmatibus argenti. verū nō omni tempore: sed donec sponsus tuus surgat a cubitu. Cū eñ ille surrexerit: ipse tibi aurū: ipse faciet argentū: ipse tuā mentē sensumq; decorabit: & eris vere diues in sponsi domo spōsa formosa: cui est gloria in sęcula sęculorum. Amen.

Homilia secūda ex Origene traducta ab eo loco in quo scriptum est Nardus mea dedit odorē suū: vsq; ad eū locum: in quo ait: Quia vox tua suauis & forma tua decora: & cętera.

Cap. I.

A
Mnes aię motiōes vniuersitatis cōditor deus creauit ad bonū: sȝ ꝑ vsu nr̄o fit sępe vt res q̄ bōę sūt ꝑ naturā dū male his abutimur nos ad pc̄tā deducāt. Vnus de aię motib⁹ amor est: quo bene vtimur ad amādū: si sapiētiā amem⁹: & veritatē. Qñ vero amor noster in peiora corruerit: amamus carnē & sanguinē. Tu igit̄ vt spiritalis audi spiritaliter amatoria verba cātari: & disce motū aię tuæ: & naturalis amoris incēdiū ad meliora trāsferre: secūdū illd̄ ama illā & seruabit te: circūda illā & exaltabit te. Viri diligite vxores vestras ait Apl̄s: sed nō stetit in eo qd̄ dixerat: viri diligite vxores vestras: verū sciēs esse dilectionē virorū ī ꝓpriis quoq; vxorib⁹ inhonestā: sciēs eē placētē deo docuit qūo viri vxores suas amare deberent: inferens. Viri diligite vxores vestras: sicut & Christus ecclesiā. Et hoc qdē ī procemio eoꝝ: quę postea differēda sunt dixim⁹. Quia amici sponsi dū rex in recubitu suo est: reqescēs cū dormiuit vt leo: & vt catulus leonis: sponsę ꝓmiserāt donec ille cōsurgeret sīl'itudines auri: & argēti eē facturos: non habentes aurū vt sponsus: & quodāmodo aliis verbis spōsi passio ꝑdicata est: nō irratiōabiliter ad hęc sponsa respondit: & ipsa dispensationē quandam passiōis intelligēs ad id qd̄ audierat similitudines auri faciemus tibi cū stigmatibus argēti. Donec rex in recubitu suo est ait: Nardus
B mea dedit odorē suū. Fasciculus guttę fratruelis meus mihi in medio vbeꝝ meorū demorabit̄. Qūo igit̄ aptabim⁹ ei id qd̄ ꝓcessit: donec rex in recubitu suo ē: id qd̄ sequit̄ nardus mea dedit odorē suū? Loquit̄ euāgeliū qa venit mulier habēs alabastrū vnguēti nardi pistıcę ꝓtiosę: nō illa peccatrix: sed sācta de qua nūc mihi sermo est. Scio qppe Lucā de peccatrice: Matthęū vero: & Ioānē: & Marcū nō de peccatrice dixisse. Venit ergo nō peccatrix illa: sed sancta: cui nomē quoq; Ioānes inseruit Maria qppe erat habēs alabastrū vnguēti nardi pisticę ꝓtiosę: & effudit sup caput Iesu. De inde sup hoc indignātibus nō oib⁹ discipulis sed Iuda solo dicēte: Potuit venūdari trecentis denariis & dari pauperibus: respondit magister: atq; saluator. Semp pauperes habebitis vobiscū: me aūt nō semp. Pręueniēs qppe hęc in diē sepulturę meæ: fecit. Ideo vbicūq; ꝑdicatū fuerit euāgeliū istud: dicetur & q̄ fecit hęc in memoriā eius. In figura ergo istud qd̄ nūc loquit̄: Nardus mea dedit odorē suū. Illa C
super caput dñi fudit vnguentū: & tu quoq; assume nardū: vt postq̄ caput Iesu suaui odore perfuderis: possis audacter effari: Nardus mea dedit odorē suū: & a Iesu reciprocū audire sermonē: quia vbicunq; ꝑdicatū fuerit hoc euāgeliū in toto mundo: dicet̄ & q̄ fecit hæc in memoriā eius. tu quoq; facito: in vniuersis gētib⁹ ꝑdicato. Qñ autē hoc facies? Si factus fueris vt Apl̄s: & dixeris: Christi bon⁹ odor sumus: in omni loco in his q saluant̄: & in his q pereūt: bona opera tua nardus sunt. Si vero peccaueris: peccata tetro odore redolebūt. dicit qppe pœnitēs. Cōputruerūt & corruptæ sunt cicatrices meę a facie insipiētię meę. Nō de nardo ꝓpositū ē nūc spiritui sācto dicere: neq; de hoc qd̄ oculis intueamur euāgelista scribit vnguēto: sed de nardo spiritali: de nardo q̄ dedit odorē suū. Fasciculus⁹ stactes: id est guttę: siue stillę: fratruelis meus mihi. Guttā D
vnguēti casiā galbani in exodo legimus ꝓcepto dñi in thymiama. i. ī sacerdotale chrisma cōfectū. Si ergo videris Saluatorē meū ad terrena aut humilia descēdētē: videbis qūo virtute magna: & maiestate diuina ad nos modica qdam stilla defluxerit. De hac stilla: & propheta cecinit dicēs. Et erit de stilla populi huius cōgregādus congregabit̄ Iacob. Et sicuti scd̄m aliū sensum: Lapis erat pręcisus e mōte sine manibus nr̄i in carne Saluatoris aduēt⁹. Neq; eñ totus mōs fuit q descēdit ad terras: nec poterat humana fragilitas totius mōtis magnitudinē capere. Sed lapis ex mōte lapis offensionis & petra scandali descēdit in mundū. Sic secūdū alium intellectū stillæ nuncupantur: oportebat quippe vt qa oēs gentes in stillā situlę reputatę sunt: is q ꝓ omniū salute factus ē oīa: etiā stilla fieret ad eas liberādas. Quid eñ ꝓ nr̄a salute nō factus est? Nos inanes: & ille exinaniuit semetipm formā serui accipiēs. Nos populus stultus: & nō sapiens:

et ille factus est stultitia prædicationis: vt fatuũ dei sapientius fieret hominibus. Nos infirmi: infirmũ dei forti⁹ hominib⁹ factum est. Quia igitur vniuersę gentes vt stilla situlę: & vt momẽtũ staterę reputatę sunt: Idcirco factus est stilla: vt per eum a vestimẽtis nostris odor stillę ꝓcederet: iuxta illd: myrrha: & stilla: & casia a vestimentis tuis: a domibus elephantinis: ex quibus lætificauerũt te filiæ re
E gum in honore tuo. Quæ in. xliiii. ꝑsalmo dicũtur ad sponsam Fasciculus stillæ fratruelis meus mihi: cõsiderem⁹ qd sibi fratruelis nomine velit ecclesia: quæ hic loquit̃ de fratruele: nos sumus ex gẽtibus cõgregati: Saluator noster sororis eius est filius. i. synagogæ: duæ quippe sorores sunt: ecclesia: & synagoga. Saluator ergo (vt diximus) filius synagogæ sororis: vir ecclesiæ: sponsus ecclesiæ: fratruelis est sponsæ suæ. Fasciculꝰ stillæ fratruelis me⁹ mihi ĩ medio vberũ meorũ cõmorabit̃. Quis ita beatus vt habeat hospitẽ in principali corde: in medio vberũ: in pectore suo sermonem dei? Tale est quippe qđ canitur in medio vberũ meorũ cõmorabit̃. Si nõ fuerint fractę mãmæ tuę: in medio earũ habitabit sermo diuinus. Decebat in carmine nuptiali mammas poti⁹ appellari: q̃ pectus. Et perspicuũ est cur ad expositionẽ eius q̃ dicit: In medio vberum meoꝝ cõmorabit̃: sit assumptũ si non fuerint fractę mammæ tuæ de Ezechiele. In eo qppe loco vbi Hierusalẽ dominica corripit̃ voce: Inter cętera dicit̃ ad eã: in ęgypto fractę sunt mãmę tuę. Castarũ vbera nõ frãgunt̃: sed meretricũ vbera laxis pellib⁹ irrigant̃. Pudicarũ erecta sũt vbera: & virginali robore tumẽtia. Suscipiũt sermonẽ sponsi: & dicunt. In medio
F vberũ meoꝝ cõmorabit̃. Botr⁹ cyperi fratruelis meus mihi. Initiũ est sermõis ĩ germine: & initiũ cyperi. i. floritionis in verbo. vnde ait Botrus Cyperi. i. floritiõis fratruelis me⁹ mihi. Nõ oĩbus est botrus cyperi: sed his q eius flore digni sunt. Aliis vua varia ẽ: huic soli q̃ nigra est: & formosa: ĩ floris decore se prębet. Botrus Cyperi fratruelis meus mihi. Nõ simpliciter ait Botrus Cyperi fratruelis meus: sed cũ additamẽto mihi: vt doceret nõ oĩbus eũ esse Botrũ Cyperi. Videam⁹ aũt ĩ qbus regionib⁹ Botrus iste sit spõsæ. In vineis engaddi: qđ interp̃tat̃ ocul⁹ tẽtatiõis. In vineis igit̃ oculi tẽtatiõis botrus Cyperi fratruelis me⁹ mihi. Tẽtatiõis oculus in p̃senti est. Siqdẽ in tẽtatiõe moramur in hoc mũdo: & tẽtatio est vita hũana sup terrã: dũ ĩ hac luce versamur: in vineis sumus Engaddi. Si aũt meruerim⁹ postea trãsplãtari: a nostro agricola trãsferemur. Nec dubites qa possis de Engaddi vineis ad loca meliora transferri. Agricola noster ad trãsferẽdã vineã crebra meditatione iã caluit. Vineã eñ ex ægypto trãstulisti: eiecisti gẽtes: & plãtasti eã: Opuit mõtes vmbra ei⁹ et arbusta eius cedros libani. Et hæc qdẽ q̃ exposuimus: locuta sit sponsa de sponso: significans amorẽ suũ: & sponsi veniẽtis hospitium qũo in medio vberũ: & sui cordis arcano sponsus veniẽs cõmoret̃. Rursus spõsi ad eam sermo dirigit̃: & dicit. Ecce speciosa ꝓxima mea G
ecce speciosa: oculi tui oculi columbæ. Illa sic dicit ad sponsum: Ecce speciosus fratruelis meus: nõ adiũgit & ꝓximus meus. Hic autẽ quãdo loquit̃ ad eã: Ecce speciosa mea: adiungit: & proxima mea. Quare aũt illa nõ dicit: Ecce speciosus ꝓximus mihi: sed tm̃ ecce speciosus? Quare ille nõ solum speciosa es dicit: sed speciosa es ꝓxima mea? Spõsa si lõge fuerit a sponso: nõ est speciosa. tũc pulchra fit: cũ dei verbo cõiũgitur. Et merito nũc docetur a sponso: vt ꝓxima sit: & a suo latere non recedat. Ecce speciosa ꝓxima mea: ecce speciosa. Incipis qdẽ esse speciosa ex eo ꝙ ꝓxima mihi es. Postq̃ esse cœperis speciosa: ẽt sine addimẽto ꝓximę: absolute es speciosa. Ecce speciosa ꝓxima mea: ecce speciosa. Videamus & aliam laudẽ speciosæ: vt & nos æmulemur spõsę fieri. Oculi tui colũbæ. Qui viderit mulierẽ ad cõcupiscendũ eã: iam mœchatus est in corde suo: oculos nõ habet columbæ. Si qs vero oculos colũbę nõ habet: domũ fratris sui ĩgredit̃ infelix: non seruans illud qđ in prouerbiis est pręceptũ: in domũ fratris tui ne intres ĩfelix. Pro eo qđ septuaginta infelix ĩterp̃tati sunt: Aquila hebręã exprimẽs veritatẽ ἀσύνετον id ẽ stultũ posuit. Qui aũt habet oculos colũbę videt recta: & misericordiã promeret̃. Vi- H
dẽs porro qs videt recta nisi q casto cõspectu et puris intuet̃ oculis? Noli igit̃ mihi his tm̃ carnis oculis intelligere q̃ dicta sunt: licet & de his intellexisse nõ inutile sit: sed ingrediẽs ad ĩteriora cordis tui: & alios oculos mente ꝑquirẽs: q & a dei mãdato illuminant̃: mãdatũ quippe dei illuminãs oculos: illud enitere: labora: contẽde: vt sancte intelligas vniuersa: q̃ dicta sunt: & filiis spiritui ei q ĩ specie descẽdit colũbę audias: qa oculi tui colũbę. Si ĩtelligas legẽ spiritaliter: oculi tui colũbę sunt. Si ĩtelligas euãgeliũ: vt se vult ĩtelligi euãgeliũ: & prædicari: vidẽs Iesũ oẽm languorẽ: & ĩfirmitatẽ: nõ solũ eo tp̃e quo carnaliter facta sũt fuisse meditatũ: sed hodie quoq; meditãtẽ: & nõ tm̃ tũc ad hoĩes descẽdisse: ꝫ hodie quoq; descẽdere: & eẽ putẽ. Ecce eñ vobiscũ sũ vsq; ad

cōsummationē sęculi. Oculi tui colūbę sunt. Ecce speciosa pxima mea: ecce speciosa: oculi tui colūbę. Has de se spōsa audiēs laudes spō so vicē in laudib⁹ tribuit: nō quo ei qđ nō ha bet suo pconio largiat: sed intelligēs decorē:
A atq; cōspiciēs ait. Ecce spōsus fratruelis me⁹ eqdē pulcher: lectus noster vmbrosus. Quęro lectū ī quo sponsus cū sponsa requiescat: & ni fallor corpus humanū est. Siqdē ille in euāge lio paralyticus q iacebat in lecto: & abire ī do mū suā sublato grabato voce iussus est Salua toris: anteq̄ sanare ī sup debile mēbro℞ suo℞ corpus iacebat: qđ postea dei virtute solida tū est. sic ego intelligo: Tolle grabatū tuū: & vade in domū tuā. Neq; eñ ad hoc filius dei de cælestibus ad terrena descēderat: vt de le ctulis imparet: & cōsurgētē ab ægrotatione sua sine lectulo nō pateret ascēdere: Tolle in quiens grabatū tuū: & vade in domū tuā. Et tu igit a Saluatore sanat⁹ tolle grabatū tuū: et vade in domū tuā: vt cū ad te velut spon sam venerit sponsus: & in eo tecū fuerit recli natus: dicas. Ecce sponsus fratruelis me⁹: eq dē pulcher: acclinatio nr̄a vmbrosa. Ecce spe ciosus fratruelis meus: ipse & speciosus est: & vmbrosus. Per diē qppe sol nō vret te: neq; lu
B na p noctē. Trabes domorū nr̄arū cedri. mlti tudinis verba sunt. Videnē aūt mihi viri hęc dicere q cū sponso sunt: de qbus supius sermo pfatus est. Domos cedrinas trabib⁹ intextas: & Cypressis cōtignatas. Siqdē p stibe ascen dit cypressus: & pro coniza ascēdit myrtus. Regrēs igit cui⁹ naturę ista sunt ligna: & ce drū īputribile: & cypressū odoris optimi dep hēdēs: labora & tu ita cōtignare domū tuā: vt de te quoq; possit dici: Trabes domuū nr̄a rū cedri: & cōtignatiōes nr̄æ cypssi. Post hæc sponsus loquit. Ego flos cāpi: & liliū cōualliū propter me q in valle erā: descēdit in vallē: & in vallē veniēs fit liliū: p ligno vitę qđ plātatū est in paradiso dei: totius cāpi: id est toti⁹ mū di: & vniuersę terræ flos factus est. Quid eñ sic pōt eē flos mūdi: vt vocabulū Christi? Vn guētū effusum nomen ei⁹. Aliter id ipm dr̄ Ego flos cāpi: & liliū cōualliū. & hæc qdē de
C semetipso. Deinde sponsam laudās ait: Vt li liū in medio spinarū: sic pxima mea in medio filiarū. Sicut liliū nō pōt spinis cōparari: iter quas semp exoritur: eodē modo pxima mea sup oēs filias liliū est in medio spinarū. Ista au diēs sponsa vicē reddit sponso: & sentiēs illi⁹ etiā suauitatē in vocē laudātis erumpit. Vn guētorū quippe odor licet suauiter spiret: & sensum odore demulceat: nō tamē eiusmodi est: vt suaue sit ad edēdū. Est aūt aliud quod

optimi saporis sit: & odoris. i. vt fauces dulco re delectet: & spiritū mulceat odoratu: tale ē malū: & istius modi: & naturæ: vt vtraq; in se possideat. Idcirco volēs nō solū beniuolentiā sermonis: sed & dulcorē eius sponsa laudare: ait: Vt malū in lignis syluæ: ita fratruelis me⁹ in medio filiorū. Oīa ligna: oēs syluæ arbores ad cōparationē sermonis dei syluæ inferaces existimātur: ad Christū saltus est omne qđ di xeris: & infructuosa sunt omnia. Quę eñ pos sunt dici ad eū cōparata fructifera? etiā ligna quæ videbātur fructibus incuruari ad colla tionē aduētus eius infructuosa mōstrata sūt. Ideo vt malū in lignis syluæ: ita fratruelis me us in medio filiorū. In vmbra eius cōcupiui: et sedi. Q₂ pulchre nō ait in vmbra illius con D
cupisco: sed in vmbra eius cōcupiui: & non se deo: sed sedi. Siquidē in principio non possu mus cū eo propriū conferre sermonē: verū in principio (vt ita dicā) quadā maiestatis illi⁹ vmbra perfruimur. vnde & ī prophetis legit. Spiritus faciei nostræ Christus dn̄s: cui dixi mus: In vmbra eius viuemus in gētibus: & ab vmbra ad vmbrā aliā trāsmigramus. Seden tibus eñ ī regiōe & vmbra mortis: lux orta ē eis: & trāseamus ab vmbra mortis: ad vmbrā vitę. Semp istiusmodi sūt pfect⁹: vt ī exordio desideret qspiā saltē in virtutū vmbra cōsiste re. Ego puto ideo & natiuitatē Iesu ab vmbra cœpisse: & nō in vmbra: sed in veritate finitā. Spūs (inqt) sanctus veniet in te: & virtus al tissimi obumbrabit tibi. Natiuitas Christi ab vmbra sumpsit exordiū: nō solū aūt in Maria ab vmbra eius natiuitas cœpit: sed & ī te si di gnat⁹ fuerit nascit sermo dei. Fac igit vt pos sis cape vmbrā ei⁹: & cū vmbra fueris dign⁹ effectus: veniat ad te (vt ita dicā) corp⁹ eius: ex quo vmbra nascit. Nā ī modico fidelis: & in maioribus erit fidelis. In vmbra eius cōcu piui & sedi. Vides qa nō semp ī vmbra stetit: sed inde ad meliora trāsierit: dicēs. Et fructus eius dulcis in gutture meo. Ego (inqt) desi E
deraui in vmbra eius reqescere: sed postq̄ me sua ptexit vmbra: etiā fructu illi⁹ saturat⁹ sū: et fructus eius dulcis in gutture meo. Intro ducite me in domū vini. Foris stetit sponsus: et ab sponsa susceptus est. In medio qppe vbe rū illius requieuit: pximę iuuenculę nō sunt istiusmodi vt sponsum hospitē habere mere antur. Multitudini foris in parabolis loquit Q₂ vereor ne multę adolescentulę forte nos simus? Introducite me in domū vini: Cur tā diu foris maneo? Ecce sto ante ostiū & pulso. Si qs mihi aperuerit: ingrediar ad eū: & cœ nabo cum eo: & ipse mecum. Introducite me.

Et nunc eadẽ dicit sermo diuinus: ecce Christus loquit̃: Introducite me. Vobis quoq; cathecuminis loquitur: Introducite me: nõ simpliciter in domũ: sed in domũ vini: impleatur vino lętitię: vino spiritussancti anima vestra & sic introducite in domũ vestrũ sponsum: verbũ: sapiẽtiã: veritatẽ. Potest aũt & ad eos dici qui nondũ perfecti sunt: Introducite me
F in domũ vini. Ordinate in me charitatẽ. Eleganter loquutus est: ordinate: plurimoꝝ qppe inordinata ẽ charitas. Qđ ĩ primo loco debẽt diligere: diligũt ĩ secũdo: qđ in secũdo: diligunt in primo: & qđ oportet amare quarto: amãt tertio: & rursus: tertiũ: in quarto: & est in plęrisq; charitatis ordo peruersus. Sãctorũ vero charitas ordinata est. Volo ad intelligẽdũ hoc qđ dictũ est: Ordinate ĩ me charitatẽ: aliqua exẽpla replicare. Te vult diuinus sermo diligere patrẽ: filiũ: filiã: vult te sermo diuinus diligere Christũ. nec dicit tibi: ne diligas liberos: ne parẽtibus charitate iungaris. Sed qd dicit tibi? ne inordinatã habeas charitatẽ: ne primũ patrẽ: aut matrẽ: deinde me diligas: ne filii / & filię plusq̃ mei charitate tenearis. Qui amat patrẽ: aut matrẽ super me: nõ est me dignus. Qui amat filiũ: aut filiam super me: nõ est me dignus. Recole cõsciẽtiã tuã de patris: matris: fratrisve affectu: cõsidera qualẽ circa sermonẽ dei: & Iesu habeas charitatẽ: statim dephẽdes magis te filiũ aut filiã diligere: q̃ verbũ: magis te parẽtes amare q̃ Christu. Quisputas ita ꝓficit ĩ nobis: vt pcipuã: & primã inter oẽs sermonis dei habeat
G charitatẽ: qui in secundo loco liberos ponat? Iuxta hũc modũ: ama vxorẽ tuã. Nullus qppe aliquãdo suã carnẽ odio habuit: sed amat vt carnẽ. Et erunt (inquit) duo in carne vna: et nõ in vno spiritu. Ama & deũ: sed ama illũ non vt carnẽ: & sanguinẽ: sed vt spiritũ. Qui enim adhęret deo vnus spiritus est. Igitur ordinata est charitas in perfectis. Vt autẽ post deũ etiã inter nos ordo ponatur: Primũ mandatũ est: vt diligam⁹ parẽtes: secũdũ vt filios tertium vt domesticos nostros. Si autẽ filius malus est: & domesticus bonus: domesticus in charitate filii collocetur. Et ita fiet vt sanctorum ordinata sit charitas. Magister quoq; & dominus noster in euangelio præcepta de charitate cõstituens ad vniuscuiusq; dilectionem propriũ aliquid apposuit: & dedit intelligẽtiã ordinis his qui possunt audire scripturam dicentẽ. Ordinate in me charitatẽ. Diliges dominũ deũ tuũ ex toto corde tuo: & ex tota mẽte tua: & ex tota anima tua: & ex tota virtute tua: Et diliges proximũ tuũ sicut te ipsum: nõ proximũ ex toto corde: ex tota anima: & ex tota virtute: & ex tota mẽte. Rursus inquit: diligite inimicos vestros: & non apposuit ex toto corde. Nõ est inordinatus sermo diuinus: nec impossibilia ꝓcipit: nec diligite inimicos vestros vt vosmetipsos: sufficit ꝙ eos diligim⁹: & odio nõ habem⁹. Proximũ vero vt teipm. Porro deũ ex toto corde: & ex tota mẽte: & ex tota virtute. Si hæc intellexeris: & ĩtellecta cõpleueris: fecisti qđ sponsi sermone ꝓcipit̃. Introducite me in domũ vini: ordinate in me charitatẽ. Quisputas e nobis charitatis est ordinator? Cõfirmate me in vnguẽtis. vn⁹ de ĩterpꝛtib⁹ posuit: ὀι μύρον: ali⁹ μύρον Hęc autẽ sponsa loquit̃. Stipate me in
malis. In qbus malis? Vt malũ in lignis sylue: ita fratruelis meus in medio filioꝝ. Idcirco in malis ei⁹ stipate me: qa vulneratę charitatis ego. Q̃ pulchrũ est q̃ decorũ a charitate vulnus accipere. Alius iaculũ carnei amoris excepit: alius terrena cupidine vulnerat⁹ est: tu nuda mẽbra tua & præbe te iaculo electo: iaculo formoso. siquidem deus sagittarius est. Audi scripturã de hoc eodẽ iaculo loquẽtẽ: ĩmo vt ampli⁹ admireris: audi ipm iaculũ qd loquat̃. Posuit me in sagittã electã: & in pharetra sua seruauit me: & dixit mihi: magnũ ẽ tibi hoc vocari puerũ meũ. Intellige sagittã quid dicat: & qũo a deo sit electa. Q̃ beatũ ẽ hoc iaculo vulnerari. Hac sagitta vulnerati fuerũt illi q ĩter se ĩuicẽ cõferebãt: Nõne cor nostrũ ardẽs erat ĩ via cũ apiret nobis scripturas? Si qs sermone nr̃o: si qs scripturę diuinæ magisterio vulnerat̃: & põt dicere qa vulneratę charitatis ego: hũc & illud forsitã sequitur (qd forsitan dico? manifestã promo sentẽ
I tiã) Sinistra ei⁹ sub capite meo: & dextera illius amplexabit̃ me. Habet & in sinistra: & in dextera sermo dei sapientiã: cũ ꝓ intellectus varietate sit multiplex: in subiacẽti vna ẽ. Ipse Salomon de lęua: & dextera sapiẽtię docuit: dicẽs. Lõgitudo em̃: & anni vitę ĩ dextera ei⁹: in sinistra aũt ipsi⁹ diuitię: & gloria. Igit̃ lęua eius sub capite meo: vt me faciat reqescere: & brachiũ sponsi fiat ceruical meũ: & reclinet aĩę principale sup sermonẽ dei. Lęua eius sub capite meo. Nõ expedit tibi habere ceruicalia q̃ lamẽtatio sequit̃. In Ezechiele scriptũ ẽ. Vęh iis q cõsuunt ceruicalia sub omni cubitu man⁹: noli consuere ceruicalia: noli capiti aliũde requiẽ quęrere: habe sponsi lęuam sub capite tuo: & dic: Læua eius sub capite meo. quam cum habueris omnia tibi quæ sunt tribuũtur. Dicis quippe in sinistra eius diuitię: et gloria: & dextera eius complexabitur me.

Totum te sponsi dextera cōplectatur. Longi-
tudo quippe & anni vitę in dextera eiꝰ: & ob
id lōgę vitę: & multoꝝ dierū eris super terrā
A bonam: quā dn̄s deꝰ tuus dat tibi. Adiuraui
vos filię Hierusalē in virtutibus: & in virībꝰ
agri. Quid adiurat spōsa filias Hierusalem?
Si leuaueritis: & suscitaueritis charitatem.
Q̄diu charitas dormit in vobis o filię Hieru
salē: o adolescētule: quę in me non dormiuit:
quę vulnerata sum charitate. In vobis autem
quæ plures estis: & adolescētulę: & filiæ Hie-
rusalem: dormit charitas spōsi. Adiuraui er-
go vos filię Hierusalē: si leuaueritis: & nō so-
lū leuaueritis: sed & suscitaueritis: q̄ in vobis
est charitatē. Creator vniuersitatis cū vos cō
deret inseruit in cordibꝰ vestris semina chari
tatis. Nunc autē sicut alibi dicit̄ iustitia dor-
miuit in ea: sic dilectio dormitat in vobis: iu-
xta qđ & alibi Sponsus requieuit vt leo: & vt
catulus leonis. Adhuc infidelibus: & in his q
corde sunt dubio dormitat sermo diuinꝰ: vi-
gilat in sanctis: dormitat in his qui tēpestati-
bus fluctuant: suscitatur vero eorū vocibus
qui cupiunt vigilante sponso saluari. Statim
fit eo vigilante tranquillitas: statim vndarū
moles conquiescunt: spiritus contrarii incre
pantur: fluctuū rabies silet: illo dormiente tē
pestas / mors / & desperatio est. Adiuro ergo vos
filię Hierusalē in virtutibꝰ: & in viribꝰ agri.
Cuius agri? Nēpe illius agri pleni: quē benedi
xit dn̄s. Si leuaueritis: & suscitaueritis chari
tatē: quoadusq; velit vox fratruelis mei. Ec-
B ce hic venit saliens sup mōtes. Hic adhuc lo-
quitur ecclesia: exhortans adolescentulas: vt
ad sponsi pręparent̄ aduentū. Si tamen veni-
re voluerit: & suū illis præbere colloquiū. Ad
huc igitur loquēte ea: venit sponsus quē digi
to monstrat: & dicit. Ecce hic venit saliens su
per montes. Intellige sponsę animā beatā: atq;
perfectā: q̄ citius videat: citius sermonis con-
templetur aduentū: quæ sibi sapiētiā venisse
sentiat: & charitatē: & dicat nō ridētibus: Ec
ce hic venit. orate: vt & ego possim dicere. Ec
ce hic venit. Si em̄ potuero dei disserere ser-
monem: quodāmodo & ego dicam. Ecce hic
venit. Quo? Nō vtiq; vbi vallis: nō vbi humi
lia loca. Quo venit? Saliens sup mōtes: transi
liens super colles. Si fueris mons: salit in te ser
mo dei. Si nō valueris eē mons: sed fueris col-
lis: secūdus a monte: transiliet super te. Q̄ ve
ro pulchra: & cōueniētia rebus vocabula? Sa
lit super montes: quia maiores sunt: transilit
super colles: quia minores sunt: nō trāsilit su-
per montes: non salit super colles. Ecce his ve
nit saliens super montes: transiliēs sup colles.

Similis est fratruelis meus capreæ: aut hin- C
nulo ceruorū in montibus Bethel. Hæc duo
animalia in scripturis frequētius nominātur
& quo amplius admireris: sæpius iuncta po-
nuntur. Et hæc sunt ait quæ manducabis:
post paululum inferēs capreā: & ceruū. In prę̄
senti quoq; libro pariter nominant̄ ceruus: &
caprea. Quodāmodo em̄ cognata sibi sunt: &
vicina ista animalia. Caprea: id ē dorcas: acu-
tissime videt. Ceruus interfector serpentū est
Quis putas est dignus e nobis: q iuxta digni-
tatem loci: atq; mysterii plenā possit explica-
re rationem? Oremꝰ dominū: vt nobis largia
tur sensum ad percipiēdas scripturas: & pos-
simꝰ dicere: quomodo aperiret nobis Iesus scri
pturas. Quid igitur? dicimꝰ quia dorcas hoc
est caprea scđm eorū physiologiam qui de na
turis oīm animalium disputant ex insita sibi
vi nomen acceperit. Ab eo enim ꝙ acutius vi
deat: id est ἀπὸ τοῦ ὀξιΔόρκειν. dorcas appel-
lata est. Ceruus vero serpentum inimicus: ac
debellator est: ita vt spiritu nariū eos extra-
hat de cauernis: & superata pnicie veneni eo-
rum pabulo delectet̄. Forsitan saluator meus
caprea fit iuxta θεωριαν: ceruus iuxta opera.
Quænam ista sunt opera? Interficit ipse serpē
tes: contrarias fortitudines iugulat. ideo di-
cam ei. Tu cōtriuisti capita draconum super
aquam: tu cōtriuisti caput draconis. Similis
est fratruelis meus caprę: vel hinnulo ceruo
rum super montes domus dei. Bethel quippe
interpretatur domus dei. Nō oēs montes do
mus dei sunt: sed qui montes ecclesię sunt. In D
ueniuntur quippe: & alii montes erecti: & cō
surgentes aduersus scientiā dei: montes ægy
ptiorū & Allophyorū. Vis scire quia similis
est fratruelis meus capreæ: aut hinnulo cer-
uorum sup montes Bethel? Esto mons eccle-
siasticus: mons domus dei: & veniet ad te spō
sus similis capreæ: vel hinnulo ceruoꝝ super
montes Bethel. Cernit sponsum appropin-
quasse viciniꝰ: qui ante sup montes versabat̄
& colles: assimulat eū transilientē: atq; salien-
tem. Et post hoc ad se: & ad alias adolescentu
las aduenisse cognoscēs: dicit. Ecce hic retro
post parietē nostrū. Si ędificaueris parietem:
& feceris ędificationem dei: veniet post parie
tem tuum: Prospiciēs per fenestras. Vna fene
stra vnus est sensus: per hunc ꝓspicit sponsus
alia fenestra: alius est sensus: & per hūc spon-
sus sollicite contuetur. per quos sensus enim
non ꝓspicit sermo dei? Quid sit aūt ꝓspicere
per fenestras: & quomodo per eas spōsus aspi-
ciat: sequēs docebit exemplū: Vbi nō ꝓspicit
sponsus: ibi mors inuenitur ascendēs: vt legi

mus in Hieremia. Ecce mors ascendit per fenestras nr̃as. Quãdo videris mulierẽ ad cõcupiscendũ eam: iam mors ascẽdit per fenestras tuas: eminens per retia: intellige quia in medio laqueorum ambulas: & subtus machinas transeas imminẽtes: oĩa retibus plena sunt: diabolus laqueo cuncta cõpleuit. Si aũt venerit tibi sermo dei: & cœperit eminere de retibus: dices. Anima nostra erepta est de laqueo venantiũ. Laqueus cõtritus est: & nos liberati sumus. Benedicti vos a dño qui fecit cœlũ et terram. Eminet igitur sponsus per retia tibi viam faciẽs. Iesus descendit ad terras: subiecit se retibus mundi, vidẽs magnum hoĩm gregem retibus impeditum: nec eum ab alio: nisi a se posse conscindi: venit ad retia assumens corpus humanũ: quod inimicarũ fortitudinũ laqueis tenebat̃: ea tibi dirupit: & loqueris. Ecce hic retro post parietẽ nostrũ prospiciens per fenestras: eminens per retia: Cum

E eminuerit dicit tibi. Respõdet fratruelis meus: & dicit. Surge veni ꝓxima mea: viam tibi feci: cõscidi retia: sic veni ad me ꝓxima mea. Surge veni proxima mea: speciosa mea: colũba mea. Cur ait surge? cur ꝓpera? Ego pro te sustinui rabiem tempestatũ: ego fluctus qui tibi debebãtur excepi. Tristis est facta aĩa mea propter te vsq; ad mortẽ. Surrexi a mortuis fractis mortis ianuis: & inferni vinculis dissolutis. Ideo dico tibi. Surge veni ꝓxima mea: speciosa mea: colũba mea: qa hyems transiuit pluuia abiit: flores visi sunt ĩ terra. Ego a mortuis surgens tempestate cõpressa tranquillitatẽ reddidi. Et quia scd̃m dispensationẽ carnis ex virgine: & volũtate pr̃is creui: & sapiẽtia: & ætate profeci: Flores visi sunt in terra: tempus sectionis adest. Sectio remissio peccatorum est. Omnem eñ ramũ (ait) in me manentẽ: & afferentẽ fructũ pater meus mũdat: vt fructus maiores afferat. Habeto fructus: & priora quę in te ĩfructuosa sunt auferent̃. Tẽpus quippe sectiõis adest: vxor turturis audi

F ta est in terra nr̃a. Non sine causa in sacrificio assumit̃ par turturũ: aut duo pulli columbarum. Nã idem valẽt: & nunq̃ dictũ est separatim par tantũmodo columbarꝝ: sed par turturum: & duos pullos columbarꝝ. Columba spiritus sctũs est. Spirit⁹ aũt sctũs quãdo de magnis: & occultioribus sacramẽtis: & quę multi capere nõ possunt loquit̃: in turturis appellatione signat̃: id est in eius auis quæ semp in montiũ iugis: & in arborꝝ verticibus cõmoratur. In vallibus aũt & his quę ad hoĩes vsq; perueniunt: colũba assumit̃. Deniq; saluator quia hoĩem est dignat⁹ assumere: & venit ad terras: multiq; tũc circa Iordanẽ pctõres erãt idcirco spũssanctus nõ in turturẽ vertit̃: sed columba fit: inter nos ꝓpter hoĩm multitudinem auis mansuetior conuersat̃. Turtur autem videtur (verbi gratia) Mꝓysi & vnicuilibet prophetarꝝ recedentium in montes: & deserta: & ibi accipientiũ sermones dei. Vox ergo turturis audita est in terra nr̃a. Ficus produxit grossos suos. A ficu dignoscite parabolam: cum ramus eius tener factus fuerit: & folia miserit: scitote qa iuxta ẽ ęstas. Vult nobis dei eloquium nuntiare: post hyemẽ: post procellas animarꝝ appropinquasse messem: & ait G Ficus ꝓduxit grossos suos: vites florescũt: dederunt odorem si iam rumpuntur in florem: tempus adueniet: & erunt vuę. Surge veni ꝓxima mea: speciosa mea: columba mea. Hæc quæ superius exposuimus sponsus non audientibus adolescentulis: sed sola sponsa audiẽte loquit̃. Volumus autẽ et ipsius iam audire sermonem loquentis ad sponsam. Surge veni proxima mea: columba mea: & veni columba mea sub tegmine petrę. Et Moyses sub tegmine petrę ponitur: vt videat posteriora dei in tegmine antemuralis. Primũ veni ad id quod ante murum est: & postea poteris ĩtroire vbi murus est petrę. Ostende mihi faciem tuam. Vsq; ad præsentẽ diem similia dicunt̃ ad spõsam, necdum eñ habebat fiduciam: vt reuelata facie gloriam domini contemplaretur. Quia vero iam ornata est: atq; composita: dicitur ei. Ostende mihi faciẽ tuam. Nondum erat eñ vox eius ita suauis: vt mereretur ei dici. Audire me fac vocem meã. Quando ergo didicit loqui: Tace eñ ait: & audi israel: et scito quid loquar. Et suauis facta est vox eius sponso: scd̃m illud ꝓpheticum: Suauis fiat ei postulatio mea: Tunc ad eam spõsus effatur. Et audire me fac vocẽ tuam qa vox tua suauis est. Si aperueris os tuũ verbo dei: dicet tibi sponsus. vox tua suauis est: & aspect⁹ tuus speciosus. Quapropter cõsurgẽtes depcemur dominũ: vt digni efficiamur sponsi sermone: sapiẽtia: Christo Iesu: cui est gloria & imperiũ in sæcula sæculorum. Amen.

¶Commentarium in Cantica cãticorum in quatuor Homilias distinctũ: qđ licet in quodam exemplari noĩe beati Hieronymi repperirim prænotatũ: vt probare videt̃ eius assertio in libro virorũ illustriũ vbi se quatuor homilias in cantica canticoꝝ scripsisse cõmemorat: tamen quia in omnib⁹ vetustis: & ꝓbatis voluminib⁹ hoc ipsum cõmentariũ Origeni ascriptũ repperi: ideo inter eius opera referre volui: q̃uis cũ duabus ꝓscriptis homiliis paruã cõuenientiã habere videatur: si tamen pẽsiculate ipsam materiã: quę in eis traditur attẽderis: soli Origeni attribues. Sagax igitur lector inquirat.

Prologus.

A

Pithalamion libellus: id ẽ nuptiale carmẽ in modum mihi videtur dramatis a Salomõe cõscript⁹: quẽ cecinit istar ludẽtis spõsę: & erga spõsum suũ qui ẽ sermo dei cælesti amore flagrantis. Adamauit eñ eũ siue anima quę ad imaginẽ eius facta est: siue ecclesia. Sed id magnificus hic ipse: atq; perfectus sponsus: quibus verbis vsus sit ad coniunctã sibi aĩam: vel ecclesiam hæc ipsa scriptura nos docet. Sodales sponsæ quoq; adolescẽtulæ cũ ipsa sponsa positæ quę dixerunt: quæq; etiã amici: ac sodales sponsi ex eodem nihilominus libro: qui cantica canticorũ intitulatur: cognoscimus. Possibilitas enim data est ipsis amicis sponsi aliqua dicere: ea dũtaxat q̃ audierãt ab ipso sponso lætãtes de cõiunctione sponsæ. Fit ergo sermo ab ipsa sponsa: nõ solum ad spõsum: sed etiam ad adolescẽtulas: & rursum sermo nõ tantũmodo ad sponsam: sed etiã ad amicos dirigit̃ spõsi. Et hoc est quod supra diximus carmen nuptiale in modum dramatis esse cõscriptum.

B Drama eñ dicitur multarum personarũ cantilena: vt in scęnis agi fabula solet: vbi diuersæ personæ introducunt̃: & aliis accedẽtibus: aliis etiã discedẽtibus: a diuersis: & ad diuersos text⁹ narrationis expletur. Quæ singula suo ordine scriptura hęc cõtinet: totũq; corpus eius mysticis format̃ eloquiis. Sed primo scire nos oportet: quoniã sicut puerilis ætas non mouetur ad amorẽ possibiliũ: ita nec ad capiẽdũ quidẽ verba hæc paruula: & infantilis interioris hoĩs ætas admittitur: illorũ scilicet qui lacte in Christo alũtur: nõ cibo forti sed nunc quidẽ primũ rationabile: & sine dolo lac concupiscũt. In verbis enim Canti. canticorum ille cibus est: de quo dicit Apostol⁹. Perfectorũ aũt est solidus cibus: & tales requirit auditores: qui possibilitate sumẽdi exercitatos habeant sensus ad discretionẽ boni: & mali. Et quidẽ paruuli quos dixim⁹ si veniãt ad hæc loca: põt fieri: vt nihil quidem ex hac scriptura ꝓficiant: nec tamen valde lędentur vel ipsa quę scripta sunt legentes: vel quæ ad explanationẽ eorum dicẽda sunt recensentes Si vero aliquis accesserit: qui scđm carnẽ tantummodo vir est: huic tali nõ parum ex hac scriptura discriminis: ꝑiculiq; nascet̃. Audiẽs eñ pure & castis aurib⁹ amoris noĩa nesciens ad interiorẽ hoĩem oĩa referet: audiẽs aũt carnalis & lubric⁹: ab interiori hoĩe ad exteriorẽ & carnalẽ virũ oẽm deflectet auditũ: & a spiritu cõuertet̃ ad carnẽ: nutrietq; in semetipso cõcupiscẽtias carnales: & occasiõe diuinę scripturę cõmoueri: & incitari videbitur ad libidinem carnis. Ob hoc ergo moneo & consiliũ do omni: qui nõdũ carnis: & sanguinis molestiis caret: neq; ab effectu naturæ materialis abscedit: vt a lectione libelli huius eorũq; quę in eo dicentur penitus temperet. Aiunt enim obseruari etiam apud hebręos: q̃ nisi quis ad ętatẽ perfectã: maturamq; ꝑuenerit: libellum hunc: nec quidẽ in manibus tenere permittatur. Sed & illud ab eis accepimus custodiri: quandoquidem moris est apud eos omnes scripturas a doctorib⁹: & sapiẽtib⁹ tradi pueris: simul & eas quas Δέυτερωσεις appellant: ad vltimũ quatuor ista obseruari: id est principiũ Genesis in quo mundi creatura describitur: & Ezechielis ꝓphetę principia: in q̃bus de Cherubim ꝓfertur: & finem in quo tẽpli ædificatio continet̃: & hunc cantica canticorum librum. Igitur necessariũ mihi videt̃ anteq̃ ad ea q̃ in hoc libello scripta sunt discutienda veniamus: de amore prius ipso qui est scripturæ huius causa pręcipua pauca disserere: & post hæc de ordine librorũ Salomonis in quibus hic liber tertio loco positus videt̃. tum etiã de hac titulatione libelli ipsius: cur canticum canticorũ suprascriptus sit: atq; etiã quomodo dramatis in modum: & tanq̃ fabula: quæ in scęnis personarũ immutatione agi solet: videatur esse compositus. Apud græcos quidẽ plurimi eruditorũ viroꝝ volentes ĩuestigare veritatis imaginẽ de amoris natura multa ac diuersa etiã dialogorũ stilo scripta ꝓtulerunt: conãtes ostẽdere nõ aliud es- C D

se amoris vim:nisi quę animã de terris ad fastigia cœli celsa pducat:nec ad summã posse beatitudinẽ peruenire:nisi amoris desyderio prouocante. Sed & quæstiones de hoc quasi in conuiuiis ppositę referunt:inter eos puto inter quos nõ ciborũ:sed verborũ cõuiuiũ gerebatur. Alii vero etiã artes quasdam quibus amor hic in aĩa gigni:vel augeri posse videatur cõscriptas reliquerunt. Sed has artes carnales hoĩes ad vitiosa desyderia:& culpabilis amoris ministeria traxerũt. Nõ ergo mirũ fit si & apud nos vbi quanto plures simpliciores tanto plures & imperitiores vident: difficilẽ dixim⁹:& periculo proximã de amoris natura disputationẽ:cũ apud græcos qui eruditi: et sapiẽtes videntur: fuerint tamẽ aliqui qui de his nõ ita acceperint:vt scriptũ est:sed occasione eorum quę de amore dicta sunt in lapsus carnis:& impudicitię præcipitia corruerunt:siue ex his quę scripta erãt(vt supra memorauimus)admonitiones quasdã:& incitamenta sumentes:siue incõtinẽtię suę velamẽ scriptis veteꝝ prę ferẽtes. Ne ergo & nos tale aliquid incurramus:ea quę a veteribus bene et spiritaliter scripta sunt vitiose:& carnaliter aduertẽtes:tam corporis:q̃ animæ nostrę palmas ptendamus ad deum:vt dñs qui dedit verbũ euãgelizãtibus virtute multa:donet & nobis in virtute sua verbũ quo possim⁹ ex his quę scripta sunt ĩtellectũ sanum:& ad ædificationẽ pudicitię aptum:vel nomini ipsi:vel naturæ amoris ostendere. In principio
E verborũ Moysi:vbi de mundi cõditione conscribit:duos inuenim⁹ hoĩes creatos referri. Primũ ad imaginẽ & similitudinẽ dei factũ: Secundũ e limo terrę factũ. Hoc Paulus apostolus bene sciẽs:& ad liquidũ in his erudit⁹ in suis literis aperti⁹/& euidenti⁹ binos esse et per singulos quosq; hoĩes scripsit. Sic enim dixit. Nam si is qui foris est homo noster corrumpitur:sed ille qui intus est renouatur de die in diem. Et iterum. Condelector eñ legi dei secũdum interiorem hoiem.& his similia quanta cõscribit! Vnde puto neminem iã debere dubitare ꝙ Moyses de duorũ hominũ factura/vel figmẽto scripserit in principio Genesis:cum videat Paulum qui meliusvtiq; q̃ nos intelligebat ea quę a Moyse scripta sunt duos hoĩes esse per singulos quosq; dicẽtem. Quorum vnũ:id est interiorẽ/renouari p singulos dies memorat. Alterũ vero:id est exteriorem::in quibusdã sanctis:& talibus qualis erat Paulus:corrumpi perhibet:& infirmari. Qꝫ si alicui videbitur de hoc adhuc aliquid dubitandũ:in locis ppriis melius explanabit.

Nunc aũt ppter quid memoriam fecerimus interioris & exterioris hoĩs psequamur. Ostẽdere eñ ex his volumus:ꝙ scripturis diuinis per mononymas:id est p singulas appellationes:ideo per eadem vocabula:& exterioris hominis membra:& illius interioris hoĩs membra partes:affectusq; nominant:eademq; non solum vocabulis:sed & rebus ipsis sibi inuicẽ comparant. Verbi gratia:vetatur aliquis esse puer secundũ interiorẽ hominem:quẽ possibile est crescere:& ad ætatem iuuenis adduci atq; inde succedẽtibus incremẽtis peruenire ad virum perfectũ:& effici patrem. His autẽ nominibus vti volumus: vt consona diuinæ scripturę:illi scilicet quę ab Ioanne scripta est vocabula poneremus. Ait enim scripsi vobis pueri/quoniã cognouistis patrẽ:scripsi vobis patres/quoniã cognouistis eum qui ab initio est. Scripsi vobis iuuenes:quoniã fortes estis: et per verbum dei quod manet in cœlo vicistis malignum. Euidens vtiq; est: nec ab vllo arbitror oĩno dubitari:ꝙ pueros hic Ioannes vel adolescentes:& iuuenes:vel etiam patres secundum animę:nõ scdm corporis appellat ætatẽ. Sed & Paulus dicit in quodã loco. Nõ potui vobis loqui quasi spiritualib⁹:sed quasi carnalibus:tanq̃ paruulis in Christo lac vobis potum dedi. In christo aũt paruuli procul dubio secundũ animę:nõ secundũ carnis nominant ætatem. Deniq; idem Paulus etiã in alio loco ait. Cum essem paruulus:sicut paruulus loquebar:sicut paruulus sapiebã:sicut paruulus cogitabã. Cum aũt factus sum vir: destruxi quę erãt paruuli. Et iterum alibi dicit. Donec occurramus oẽs in virum perfectũ in mensuram ętatis plenitudinis Christi. Scit enim occursuros esse nos in mẽsuram ætatis plenitudinis christi. Igitur sicut hęc quæ memorauimus ætatum noĩa eisdem vocabulis: et exteriori homini ascribunt:& interiori:ita inuenies etiã mẽbrorũ noĩa corporaliũ transferri ad animę membra:seu potius efficientię hę animę affectusq; dicendi sunt. Dicitur ergo in ecclesiaste. Sapientis oculi in capite ei⁹. Item in euangelio. Qui habet aures audiẽdi audiat. In pphetis quoq;:Sermo dñi qui fact⁹ est in manu prophetę Hieremię:siue alterius cuiuslibet. Simile est etiã illud quod ait. Pes autem tuus non offendit. Et iterum. Mei aũt paulominus moti sunt pedes. Euidẽter quoq; et venter animę designatur:vbi dicitur. Domine a timore tuo in vtero cõcepimus. Nam inde quis dubitet cũ dicit. Sepulchrũ patens est guttur eorum. Et iterũ. Pręcipita dñe: & diuide linguas eorũ. Sed & id qđ scriptũ est. F

Dentes peccatorũ contriuisti. Et iterum. Cõtere brachiũ peccatoris & maligni. Et qd op⁹ est me de his plura colligere: cũ abundantissimis testimoniis scripturę diuinę repletę sint? Ex qb⁹ euidẽter ostẽdit mẽbrorũ hęc noĩa nequaq̃ corpori visibili aptari posse. Sed ad inuisibilis aĩę ptẽ virtutesq; debere reuocari: qm̃ & vocabula quidẽ habẽt similia: aperte autẽ: & sine vlla ambiguitare nõ interioris: sed exterioris hoĩs significantias gerunt. Esto ergo materialis huius hominis: qui & exterior appellatur cibus: potusq; naturę suæ cognatus
A corporeus iste scilicet: & terrenus. Similiter autem & spiritalis hominis ipsius qui & interior dicitur est proprius cib⁹: vt panis ille viuus qui de cælo descẽdit: sed & potus ille est ex illa aqua: quã promittit Iesus: dicens. Quicunq; biberit ex hac aqua quam ego do: non sitiet inęternum. Sic ergo per omnia similitudo quidem vocabulorũ secundũ vtrunq; hominem ponitur. Rerum vero proprietas vnicuiq; discreta seruatur: & corruptibili corruptibilia præbentur: incorruptibili vero incorruptibilia proponũtur. Vnde accidit: vt simpliciores quidam nescientes distinguere ac secernere: quæ sint quæ in scripturis diuinis interiori homini: quæ vero exteriori deputãda sint: vocabulorũ similitudinibus falsi ad ineptas quasdam fabulas: & figmenta inania se contulerũt: vt etiam post resurrectionẽ cibis corporalibus vtendum crederent: potumq; sumendũ: nõ solum ex illa vite vera: & viuente in sæcula: verum & ex his vitib⁹ ligni. Sed
B de his alias videbim⁹. Nunc ergo (vt præcedenti obseruatione distinximus) est quidem secundũ interiorẽ hominẽ alius sine filiis: & sterilis: alius vero abundans in filiis. secundũ qđ & illud aduertimus dictum. Sterilis peperit septem: & fœcunda in filiis infirmata est. Et vt in benedictionibus dicitur: Non erit in vobis sine filiis: & sterilis. Igitur si hæc ita se habent: sicut dicitur aliquis carnalis amor: quẽ Cupidinem appellauerunt poetæ: secundum quem qui amat in carne seminat: ita est & quidam spiritalis amor: secundũ quem ille interior homo amans in spiritu seminat. Et vt euidẽtius dicam: Si quis est qui portat adhuc imaginẽ terreni secũdũ exteriorẽ hoĩem agitur cupidine: & amore carnali. Amore autẽ: & cupidine cœlesti agitur anima cũ perspecta pulchritudine: & decore verbi dei speciẽ eius adamauerit: & ex ipso zelum quendã: & vulnus amoris acceperit. Est eñ verbum hoc imago: & splendor dei inuisibilis primogenitus oĩs creaturę: in quo creata sunt oĩa quę in cœlis sunt: & quæ in terris: siue visibilia: siue inuisibilia. Igitur si quis potuerit capaci mente coniicere: & considerare horum omnium: quę in ipo creata sunt: decus: & speciem: ipse eñ rerum venustate percussus: & splendoris magnificẽtia: seu iaculo (vt ait propheta) electo terebratus salutare ab ipso vulnus accipiet: & beato igne amoris eius ardebit.
Oportet etiã nos illud scire. Illicitus amor: & contra legem sicut accidere potest homini exteriori: verbi gratia vt nõ sponsam vel cõiugem amet: sed aut meretricẽ: aut adulteram ita & interiori homini: hoc est aĩæ: accidere potest amor: nõ in legitimũ sponsum quẽ diximus esse verbum dei: sed in adulterum aliquem & corruptorem. Quod sub hac eadẽ figura euidenter declarat Ezechiel propheta. vbi Oollam & Olibã introduxit sub specie samarię: & Hierusalem adulterino amore corruptas: sicut locus ipse scripturę propheticæ ostendit volentibus plenius scire. Exardescit hic spiritalis amor animæ: aliquãdo quidem vt edocuimus erga aliquos spiritus nequitię aliquando erga spiritum sanctũ: & verbũ dei qui est sponsus fidelis: & eruditę animę vir dicitur: & cui⁹ ipsa sponsa in hac pręcipue scriptura quæ habetur in manibus nominaẽ: sicut pręstante dño plenius ostẽdemus: cũ verba ipsius libelli explanare cœperimus. Videtur autem mihi diuina scriptura volens cauere ne lapsus aliquis legentibus sub amoris nomine nasceretur: pro infirmioribus quibusq; eum qui apud sapiẽtes sæculi Cupido: seu amor dicitur honestiori vocabulo charitatẽ: vel dilectionẽ nominasse. Verbi gratia: vt cũ dixit de Isaac. Et accepit Rebeccam: & facta est ei vxor: & dilexit eam. Et iterum de Iacob & Rachel: similiter dicit scriptura. Rachel autem erat decora oculis: & pulchra facie: & dilexit Iacob Rachel: & dixit seruiã tibi septem annis pro Rachel filia tua iuniore. Euidẽtius autẽ immutatus vsus vocabuli huius apparet in Amõ: q adamauit sororẽ suã Thamar. Scriptũ est eñ. Et factũ ẽ post hęc: & erat Absalon filio Dauid soror decora facie valde: & nomen ei Thamar: & dilexit eã Amon filius Dauid. dilexit: posuit pro adamauit. Et tribulabaẽ (inqt) Amon vt infamareẽ ppter Thamar sororẽ suã quoniã virgo erat: & graue videbaẽ in oculis Amon facere ei aliqd. Et post pauca de violẽtia quã intulit Amõ Thamar sorori suę: ita dicit scriptura. Et noluit Amõ audire vocẽ eius: sed inualuit sup eam: & humiliauit eã: & dormiuit cũ ea: & odiuit eam odio Amõ magno valde: qm̃ maius erat odiũ

quo oderat eam: q̄ dilectio qua dilexerat eam.
D Et in his ergo: & in pluribꝰ aliis locis inuenies scripturā diuinā refugisse amoris vocabulum: & charitatis: dilectionisq; posuisse: interdum (licet raro) proprio tñ vocabulo amorē nominat: & inuitat ad eū: atq; incitat aīas: vt cum dixit in ꝓuerbiis de sapiētia. Adama eā & seruabit te: circūda eam: & exaltabit te: honora eam: & complectet̄ te. Sed & in eo libello qui dicit̄ sapiētia Salomōis: ita scriptū est de sapiētia ipsa. Amator factus sum decoris eiꝰ. Arbitror autē vbi nulla lapsus videbat̄ occasio: ibi tantū nomē amoris inseruit. Quid em̄ passibile: aut quid indecoꝶ possit aliqs aduertere in amore sapiētiæ: vel in eo qui se amatorem ꝓfiteatur esse sapiētię? Nā si dixisset quia adamauit: vel Isaac Rebeccam: vel Iacob Rachel: passio vtiq; aliqua indecora per hæc verba erga sanctos dei hoīes potuisset intelligi: apud eos pręcipue qui nesciunt a litera conscendere ad spiritū. Apertissime aūt in hoc ipso libello: qui habet̄ in manibꝰ: amoris nomē charitatis vocabulo permutatū est: in eo vbi dixit. Adiuraui vos filię Hierusalē si inueneritis fratruelē meum annūtietis ei: quia vulneratę charitatis ego sum: ꝑ eo vtiq; vt diceret: Amoris eius telo percussa sum. Nihil ergo īterest in scripturis diuinis vtrū charitas dicatur: an amor: vel dilectio: nisi q̄ in tātum nomē charitatis extollit̄: vt etiā ipse deꝰ charitas appellet̄: sicut Ioannes dixit. Charissimi diligamus inuicē: quia charitas ex deo est: & oīs qui diligit ex deo natus est: & cognoscit deū: qui aūt nō diligit / non cognoscit deū: qa deus charitas est. Et q̄uis alterius temporis sit dicere aliquid de hisquę exempli causa ex Ioannis epistola protulimus: tamen breuiter etiam aliqua perstringere: non est visum absurdum. Diligamus (inquit) inuicem: quia
E charitas ex deo est: & post pauca: Deus charitas est: in quo ostendit: & ipsum deum charitatem esse: & iterum eum qui ex deo ē charitatem esse. Quis autē ex deo est: nisi ille qui dicit: Ego ex deo exiui: & veni in hunc mundū? Qꝫ si deus pater charitas est: & filius charitas est: charitas aūt: & charitas vnū est: & in nullo differt: cōsequēter ergo pater: & filius vnum bene dicunt̄. & ideo conueniēter Christus sicut sapiētia: & virtus: & iustitia: & verbum: & veritas: ita & charitas dicit̄. Et ideo dicit scriptura. Quia si charitas manet in vobis: deus in vobis manet. Deus aūt: id est pater & filius: qui & veniunt ad eum qui perfectus in charitate est: secundū verbum dñi: & saluatoris dicētis. Ego & pater veniemus ad eum: & mansionē faciemus apud eum. Sciendum q̄ hęc charitas quæ deꝰ est: cū in aliq̄ro fuerit: nihil terrenum: nihil materiale: nihil corruptibile diligit: contra naturā namq; est ei corruptibile aliquid diligere: cum ipse sit incorruptionis fons. Ipsa est em̄ sola quæ habet immortalitatē. Siquidē est deus charitas qui solus habet immortalitatem: lucem habitans inaccessibilē. Quid aliud immortalitas nisi vita ęterna est: quam datuꝶ se promittit deus credentibus in ipsum solum verū deum & quē misit Iesum Christū filiū eius? Propter ea ergo in primis: & ante oīa hoc amabile: & placidum dicitur esse deo: vt quis diligat dominum deum suū ex toto corde suo: & ex tota aīa sua: & ex totis viribꝰ suis. Et quia deus charitas est: & filius qui ex deo est: charitas est: sui simile aliquid requirit in nobis: vt per hāc charitatem: quæ est in Christo Iesu: qui ē charitas: velut cognata quadam per charitatis nomē affinitate sociemur: sicut & ille qui iam coniunctus ei dicebat. Quis nos separabit a charitate dei: quæ est in Christo Iesu domino nostro? Hæc autem charitas omnem F
hominem proximum diligit. Ob hoc arguit saluator quendam: qui opinabatur q̄ iusta anima erga eam: quæ iniquitatibus inuoluta est: propinquitatis iura non seruet: & ista de causa texuit istam parabolam: quæ dicit: q̄ in latrones incidit quidam dum descendit ab Hierusalem in Hierico: & culpat quidem sacerdotem: ac leuitam: qui videntes semine cem pręterierunt: amplectitur aūt samaritanum qui misericordiā fecerit: & hunc fuisse ei proximum ipsius qui proposuerat responsione firmauit: & ait ei: vade: & tu fac similiter. Etenim natura omnes nobis inuicē proximi sumus. Operibus vero charitatis fit proximus ille: qui potest benefacere ei qui nō potest. Vnde & Saluator noster factus est proximus nobis: nec pertransiuit nos cum semineces ex latronum vulneribus iaceremus. Igi- G
tur sciēdum est dei charitatem semper ad deum tendere: a quo originem duxit: & ad proximum respicere: cum quo participium gerit: vtpote similiter creatum in corruptione. Sic ergo quæcunq; de charitate scripta sunt: quasi de amore dicta suscipe: nihil de nominibus curans. Eadem namq; in vtroq; virtus ostenditur. Qꝫ si quis dicat quia & pecuniam: & meretricem: & alia similiter mala eodem vocabulo quod a charitate duci videtur diligere appellamur: Sciendum est in his non proprie: sed abusiue charitatem nominari. Sicut (verbi gratia) & deus nomen

principaliter in eo est: ex quo oĩa: & per quem omnia: & in quo oĩa. quod vtiq; aperte virtutem: & naturā trinæ singularitatis denūtiat.
A Secundo vero in loco: & (vt ita dixerim) abusiue deos dicit scriptura etiā illos ad quos sermo dei fit: sicut confirmat Saluator in euangeliis. Sed & cœlestes virtutes sub hoc nomine appellari videnť: dum dicitur. Deus stetit in synagoga deorum: In medio aūt deos diiudicat. Tertio vero in loco iam nō abusiue: sed falso: dii gentiū dęmones appellanť: cum dicit scriptura. Omnes dii gentiū dęmonia. Ita φ & primū charitatis nomē in deo est: ꝑpter qđ iubemur diligere deū ex toto corde nr̃o: ex tota aĩa nostra: & ex totis viribus nr̃is: vt pote eum a quo habemus hoc ipsum: vt diligere possimus. In Christo iam sine dubio continetur: vt & sapientiā: & iustitiā: & pietatē: & veritatē: omnesq; virtutes pariter diligamus. Vnum em̃: atq; idem est diligere deum & diligere bona. Secūdo in loco quasi abusiuo: & inde deriuato noĩe: & proximū diligere iubemur: tanq̃ nosipsos. Tertium vero est qđ falso sub charitatis titulo noĩatur diligere: vel pecuniā: vel voluptates: vel oē quicqd ad corruptelā pertinet: & errorē. Nō ergo inter-
B est vtrū amari dicať deus: aut diligi. Nec puto φ culpari possit si qs deū sicut Ioannes charitatē: ita ipse amorē nominet. Deniq; memini aliquē sanctoꝝ dixisse Ignatiū noĩe de Christo: Meus aūt amor crucifixus est: nec rephendi eū pro hoc dignū iudico. Sciēdū aūt φ oĩs qui pecuniā diligit: vel ea quæ in mūdo sunt materię corruptibilis: virtutē charitatis quę ex deo est ad terrena: & ad caduca deducit: & rebus dei abutiť ad ea quę nō vult deus. Nō em̃ deus dilectionē horū: sed vsum hoĩbus dedit. Hęc aūt paulo latius discussimus volentes de natura charitatis: & amoris apertiꝰ: atq; tētiusq; distinguere: ne forte quoniā scriptura dicit: quia deus charitas est: oĩe qđ diligitur etiam si corruptibile sit ex deo esse: & hoc charitas: & dilectio putareť. Sed ostendiť res quidē dei: & munus eius esse charitas: nō tamen semp ab hoĩbus: ad ea quæ dei sunt: & q̃ deus vult: opus eius assumi. Sed & hoc scire oportet: φ impossibile est: vt nō semp humana natura aliqd amet. Oĩs nāq; qui ad id æta-
C tis venerit: quā pubertatē vocāt: amat aliqd seu minus recte: cū amat quæ nō oportet: seu recte & vtiliter: cū amat q̃ oportet. Verū nō nulli hūc amoris affectū: q̃ animæ rationabili insitꝰ est beneficio cōditoris: aut ad amorē pecuniæ trahunt: & auaritię student: aut erga gloriā captandā: & fiūt inanis glorię cupidi: aut erga scorta sectāda: & iueniunť impudicitię: libidinisq; captiui: aut ad alia his similia virtutē tanti boni huius effundūt. Sed & cū erga diuersas artes amor iste duciť: q̃ manu ministranť: aut ꝑ studia ꝑsentis vitę nō solū necessaria: vt (verbi gratia dixerim) erga artem palęstricā: vel cursus exercitia: aut certe etiā erga geometricam: vel musicā: vel arithmeticā confertur: atq; ad alias: vel huiusce modi disciplinas: nec sic qdē mihi videť vsus eius ꝓbabiliter sumi. Si em̃ quid bonū est: hoc & ꝓbabile est. Bonū ergo ꝓprie nō erga vsus corporeos: sed in deo primū: & ĩ animi virtutibus intelligiť. Cōsequēter ergo solus amor ille ꝓbabilis est: qui deo & animi virtutibꝰ coaptatur. Et hoc ita se habere definitione ipsius saluatoris ostendiť: vbi interrogatꝰ a quodam: quod eēt mandatū oĩm maximū: & primum in lege: respondit. Diliges dominū deum tuum ex toto corde tuo: & ex tota anima tua: & ex totis viribus tuis. secundū vero simile illi. Diliges proximū tuū sicut teipsum. Et adiecit: In his duobus mandatis oĩs lex pēdet: & prophetę: ostendēs per hęc duo iustum amorē: legitimūq; cōstare: atq; in his vniuersam legem ꝓphetasq; pendere: sed & qđ ait: Nō adulterabis: nō occides: nō furtū facies: non falsum testimoniū dices: & si quod aliud mandatū: in hoc verbo restaurať: in quo ait. Diliges proximū tuum sicut teipsum. quod hoc modo facilius explanabitur. Ponamus D
verbi gratia mulierem amore alicuiꝰ viri ardentem: cupientemq; in consortiū eius asciscī: nonne omnia ita aget: & omnes motus suos ita temperabit: vt scit illi placere quē diligit: ne forte si in aliquo contra voluntatē illius egerit consortia eius vir ille optimus refutet: atq; spernat? Poterit ne hæc mulier quæ erga amorem viri illius toto corde: tota anima: totisq; viribus feruet: aut adulteriū committere: quæ eū nouerit amare pudicitiam? aut homicidium: quę eum nouerit mitē? aut furtum: quæ ei sciat liberalitatē placere? aut concupiscet aliena: quę oēs cōcupiscētias erga amorē viri illius habeat occupatas? Sic ergo in charitatis perfectione: & omne mandatum restaurari dicitur: & legis virtus: ꝓphetarumq; pēdere. Propter istud charitatis: vel amoris bonū sancti: nec in tribulatione anguštianť: nec aporiati exaporianť: nec deiecti pereunt: sed qđ in ꝑnti & momētaneū: & leue tribulationis est: supra modū ęternū gl'ię pōdus opatur illis. Nō em̃ oĩbus: sed Paulo & his q ei similes sunt ꝑsens hęc momētanea: ac leuis dicitur tribulatio: qa ꝑfectā charitatē dei in

Christo Iesu per spiritū sanctū habēt in corde
suo diffusam. Sic deniq; & Iacob patriarchā
amor Rachel per septē annos continuos in la
boribus positū diuturni æstus: & nocturni fri
goris vstionē sentire nō siuit. Sic ipsum Pau-
lum in amore huius incensum audito dicen-
tem. Charitas oīa patitur: omnia credit: omia
sperat: omia tolerat: charitas nunq̄ cadit. Ni
hil ergo est quod non toleret: q pfecte diligit.
Plura autem quando nō toleramus: certum
ꝙ ob hoc quia charitatem: quæ omia tolerat
non habemus. Et si nō ferimus aliqua patien
ter: idcirco est: quia chritas nobis deest: quæ
omia patitur. In luctamine quoq; eo quod est
nobis aduersus diabolū: quo frequēter cadi-
mus: non dubium est: quin ob hoc fiat ꝙ non
E est in nobis charitas illa quę nunq̄ cadit. Hūc
ergo loqtur præsens scriptura: quo erga ver-
bum dei anima beata vtitur: & inflāmatur.
Et istud epithalamii carmen per spiritū canit
quo ecclesia sponso cælesti Christo coniungi
tur: ac sociatur: desyderans misceri ei per ver
bum: vt concipiat ex eo: & saluari possit per
hanc istam filiorum generationē: cum permā
serint in fide: & sanctitate: cum sobrietate: vt
pote concepti ex semine quidē verbi dei: edi-
ti vero: genitiq; vel ab immaculata ecclesia:
vel ab anima nihil corporeum: nihil requirē-
te materiale: sed solo verbi dei amore flagran
te. Hæc interim nobis ad præsens de amore:
vel charitate: quę in epithalamio hoc cātico-
rum cātici refertur: occurrere potuerūt. Sed
F sciendum est tam multa esse quæ dici debeāt
de charitate hac: quanta & de deo: siquidem
ipse est charitas. Scit enim nemo patrem nisi
filius: & cui voluerit filius reuelare. Similiter
autem etiam ipsum filiū: quoniā & charitas
est: nemo scit nisi pater: & secundū hoc quod
dicitur. Solus autem spiritussanctus est: qui
ex patre procedit: & ideo scit quę in deo sunt
sicut spiritus hominis scit quæ in hoīe sunt.
Hic ergo paracletus: spiritus sctūs: spūs verita
tis: qui de patre procedit: circuit quærens si
quas inueniat dignas: & capaces animas: qui
bus reuelet magnitudinem charitatis huius
quæ ex deo est. Nunc ergo iam ipsum deum
patrem: qui charitas est inuocantes: per eam:
quæ ex ipso est charitatē: etiam ad reliqua dis
cutiēda veniamus. Et tentemus primū de eo
G requirere quid illud sit: ꝙ cum tria volumia
ecclesia dei a Salomone scripta susceperit: pri
mus ex ipsis prouerbiorū liber positus sit: se-
cundus is qui Ecclesiastes appellatur: tertio
vero in loco cantici canticorum volumen ha
beatur. Quę ergo nobis occurrere possunt in
hoc loco: ista sunt. Generales disciplinæ: qui-
bus ad rerum sciētiam peruenitur tres sunt:
quas greci æthicam / physicam / & enopticen
appellauerūt: nos has dicere possumus mora
lem / naturalem / & inspectiuā. Nonnulli sane
apud grecos etiā logicen: quam nos rationa-
lem possumus dicere: quarto in numero: po-
suere. Alii nō extrinsecus eam: sed per has tres
quas supra memorauimus disciplinas innexā
consertamq; per omne corpus esse dixerunt.
Est enim logice: & velut nos dicimus rationa
lis: quę verborū: dictorumq; videtur contine
re rationes: proprietatesq;: & improprietates
generaq; / species / & figuras singulorꝫ quoq; e
docere dictorꝫ: quā vtiq; disciplinā: nō tā sepa
rari: q̄ inseri cęteris cōuenit & itexi. Moralis
autē dicitur per quam mos viuendi honestus
aptatur: & instituta ad virtutē tendentia prę
parant. Naturalis dicit vbi vniuscuiusq; rei
natura discutitur: quo nihil cōtra naturam
generatur in vita: sed vnumquodq; his vsibus
deputatur: in quos a creatore productū ē. In
spectiua dicit: qua supergressi visibilia de di-
uinis aliquid: & cælestibus contemplamur:
eaq; sola mēte intuemur: quoniā corporeum
supergrediuntur aspectū. Hæc ergo vt mihi
videtur sapiētes quoq; græcorū sumpta a Sa
lomone: vtpote qui ætate: & tempore: longe
ante ipsos prior ea per dei spiritum didicisset
tanq̄ propria inuenta protulerunt: & institu
tionum suarū voluminibus comprehensa po
steris tradenda reliquere. Sed hęc vt diximus H
Salomon ante oēs inuenit: & docuit per: sapi
entiam quam accepit a deo: sicut scriptū est.
Et dedit deus prudentiā Salomoni: & sapien
tiam multā valde: & latitudinē cordis sicut
arenam: quæ est ad oram maris: & multiplica
ta est in eo sapientia super oēs antiquos filios
hominū: & super omnes sapiētes ægypti. Sa-
lomon ergo tres istas: quas supra diximus ge
nerales esse disciplinas: id est moralem / & na-
turalem / & inspectiuā: distīguere ab inuicem
ac secernere volens tribus eas libellis edidit
suo quoq; ordine singulis consequēter apta-
tis. Primo ergo in pūerbiis moralem docuit
locum: succinctis (vt decuit) breuibusq; sen-
tentiis vitę instituta componens. Secundam
vero quæ naturalis appellatur: comprehen-
dit in ecclesiaste. In quo multa de rebus natu
ralibus differens: & inania: ac vacua ab vtili-
bus necessariisq; secernens: relinquendā vani
tatem monet: & vtilia: rectaq; sectāda. Inspe-
ctiuum quoq; locum in hoc libello tradidit:
qui habetur in manibus: in Cantico cantico
rum: in quo amorē cœlestiū: diuinorūq; desi-

deriū incutit animæ sub specie spōsæ:ac spō-
si:charitatis:& amoris viis perueniēdū docēs
ad cōsortiū dei. Hoc vero eum verę philoso-
phiæ fundamētū ponēte: & ordinē disciplina
rū:institutionūq; cōdēte q̄ nō latuerit:neq; ab
eo abiectus sit:etiā rationalis locus euidenter
ostendit in principio statim prouerbiorū suo
rū. Primo omniū per hoc ipm q̄ pūerbia atti
tulauit libellū suū: qđ vtiq; nomen significat
aliud palā dici:aliud vero intrinsecus idicari.
Hoc em̄ cōmunis vsus prouerbiorū docet: &
Ioannes in euāgelio saluatorē ita scribit dicē-
tē. Hæc in prouerbiis locutus sum vobis: ve-
niet hora cū iā non in pūerbiis loquar vobis:
sed manifeste de patre annūtiē vobis. Hæc in
terim in ipsa tituli inscriptione. In sequēti ve
ro statim subiūgit discretionē sermonis:& di
stinguit scientiā a sapiētia:& a sapiētia disci-
plinā:& intellectū verbo℞ aliud ponit:& pru
dētiā dicit in eo esse: vt excipere qs possit ver
borū versutiā: distinguit etiā iustitiā verā a
directione iudicii:sed & astutiā nominat quā
dā his quos imbuit necessariā: illā credo per
quā sophismatū intelligi: ac declinari possit
argutia. Et ideo dicit innocētibus per sapien
tiā dari astutiā:sine dubio ne in verbo dei de-
cipiātur fraude sophistica. Sed in hoc mihi vi
detur rationalis disciplinæ meminisse: p quā
doctrina verbo℞:dictorūq; significātię discer
nūtur:& vniuscuiusq; sermonis pprietas cer
ta cū ratione distinguit. In qua præcipue eru-
diri cōuenit pueros. Hoc em̄ hortatur:cū di-
cit:vt det puero iuniori sensum:& cogitatio-
nē. Et quia qui in his eruditur: necessario ra-
tionabiliter p ea quæ didicit semetipsum gu-
bernat:& vitā suā moderati⁹ librat: ppterea
dicit:intelligēs aūt gubernacula acqret. Post
hæc vero cognoscēs in verbis diuinis quibus
per prophetas humano generi traditus est or
do viuēdi: diuersos esse eloquii tropos:& va-
rias dicendi species:ac sciens haberi in eis ali
quā figurā:quæ parabola appellat:& aliā quę
obscura dictio vocat: aliasq; quæ ænigmata
nominētur:& alias quæ dicta sapiētiū dicant
scribit. Intelliges quoq; parabolā: & obscurū
sermonē:dictaq; sapiētium & ænigmata. Per
hæc ergo singula:rationalē locū manifeste: &
euidenter exponit: ac more veterū succinctis
breuibusq; sentētiis ingētes:& perfectos expli
cat sensus. Quæ si qs est qui in lege meditet
die:ac nocte:et si quis est sicut iustos qđ me-
ditat dn̄i sapiētiā:inuestigare diligētius pote
rit:& inuenire:si tamē recte qs ierit:& q̄rens
pulsauerit ostiū sapiētiæ:petēs a deo vt aperia
tur sibi & mereat accipere p spm̄ sanctū ver-
bū sapiētiæ:verbū sciētiæ: fieriq; pticeps illi⁹
sapiētiæ q̄ dicebat. Extendebā em̄ verba mea:
& nō audiebatis. Et merito extēdere se dixit
verba ī ei⁹ corde:cui dederit de⁹ (sicut supra
diximus) latitudinē cordis. Dilatat nāq; illi⁹
cor q pōt ea q̄ breuiter in mysteriis dicta sūt
latiore doctrina sumptis ex voluminib⁹ diui
nis assertionib⁹ explanare. Oportet igit scđm C
hāc eādē sapiētissimi Salomonis doctrinā eū
qui sapiētiā scire desyderat icipe ab eruditiōe
morali:& intelligere illud qđ scriptū est. Cō-
cupisti sapiētiā:serua mādata:& dn̄s dabit eā
tibi. Ob hoc magister hic q prim⁹ hoīes diui
nā philosophiā docet: opis sui exordiū pūer-
bio℞ posuit libellū:ī quo (vt dixim⁹) moralis
tradit locus:vt cū ītellectu:moribusq; qs pfe
cerit: veniat etiā ad naturalis ītelligētiæ di-
sciplinā:atq; ibi rerū causas: naturasq; distin
guēs agnoscat vanitatē vanitatū relinquēdā:
ad æterna aūt:& ppetua pperādū. & ideo post
pūerbia: ad Ecclesiastē venitur: q docet (vt
diximus) visibilia oīa:& corporea caduca eē:
& fragilia. q̄ vtiq; cū ita eē cōphēderit is q sa
piētiæ studet:sine dubio cōtēnet ea: ac despi-
ciet:& vniuerso (vt ita dicā) sæculo renūtiās
tēdet ad inuisibilia & æterna: q̄ spiritalib⁹ qdē
sensibus:sed adoptis amo℞ qbusdā figuris do
cētur in Cāticis cāticorū. Ideo em̄ nouissimū
locū tenet hic liber: vt tūc ad eū veniat:cū &
moribus qs fuerit defæcatis: & rerū corrupti
biliū:atq; īcorruptibiliū sciētiā: distictionēq;
didicerit:p q̄ in nullo possit ex his figuris:qui
bus sponsæ ad sponsum cœlestis .i. aīæ pfectæ
amor ad verbū dei describit: ac format:offen
dere. Præmissis nāq; his qb⁹ purificat aīa per D
actus:ac mores:& ī rerū discretiōe naturaliū
pducit cōpetēter:ad domestica venit: mysti-
ca:atq; diuinitatis contēplationē syncero: &
spiritali amore cōscēdit. Hāc ergo triplicē di
uinæ phiæ formā etiā in illis sanctis:ac beatis
viris arbitror psignatā:p quorū sanctissimis
institutionibus deus sūmus dici voluit: deus
Abrahā:de⁹ Isaac:de⁹ Iacob. Abrahā tāq̄ mo
ralē declarat phiam:p obediētiā. Tāta em̄ ei⁹
fuit obediētia: & obseruatio mādatorū:vt cū
audiret:Exi de terra tua:& de cognatiōe tua
& de domo patris tui:nō sit cūctatus:sed stati
fecerit:īmo & aliqd amplius fecerit. Audiens
em̄ vt īmolaret filiū suū:nec ide qdē dubitat:
sed obtēperat pcepto. & ad exēplū obedientiæ
quæ est moralis philosophiæ:posteris dandū:
nec filio suo vnico pepercit. Isaac quoq; natu-
ralē phiam tenet:& cū puteos fodit:& cū pro
funda rimatur. Sed & Iacob inspectiuū tenet
locū:qppe q & Israel ob diuinorū contempla

tionem noiatus sit: & qui castra cæli viderit:
& domũ dei: atq; angelorũ vias. i. scalas a ter=
ris ĩ cælũ porrectas ꝓspexit. Vñ & merito iue
nim⁹ tres istos beatos viros altaria fixisse deo
hoc est philosophiæ suæ cõsecrasse profectus:
quo scilicet edocerẽt nõ hæc ad artes hũanas:
sed ad dei gratiã referenda. Sed in tabernacu
lis degũt: vt p hæc ostendãt: neq; in terris ha
bendũ esse aliqd propriũ huic qui diuinæ phi
losophiæ studet: sed semp ꝓmouẽdũ: nõ tã de
loco ad locũ: q̃ de sciẽtia ĩferioris: ad sciẽtiã p
fectorũ. Sed & alia multa in scripturis diuinis
quæ ordinẽ hũc quẽ in libellis Salomonis cõ
tineri dixim⁹ scđm hãc eãdẽ formã designãt
E sed ea nũc nobis ꝓseq aliud in manib⁹ habẽti
bus longum est. Si qs ergo primũ locũ in emẽ
dandis moribus: mãdatisq; seruãdis: q p pro=
uerbia designat: impleuit: post hæc aũt dep=
hensa vanitate mũdi: & rerũ caducarũ fragili
tate ꝓspecta: venit in hoc vt renũtiet mũdo:
& oĩbus quæ in mũdo sunt: cõsequẽter veniet
etiã ad cõtẽplãda: & desiderãda ea quæ nõ vi
dent & æterna sũt. Ad quæ tñ vt ꝑuenire pos
simus indigemus diuina mĩa: si forte valeam⁹
ꝓspecta pulchritudine verbi dei salutari ĩ eũ
amore succẽdi: vt & ipse dignet huiusmodi
animã diligere quã desideriũ sui habere ꝓspe=
xerit. Post hęc exigit nos cõsequẽtia sermonis
dicere etiã de supscriptione ipsa Cantici Cãti
corũ. Sile em̃ est hoc illis quæ in tabernaculo
testimonii appellãtur sancta sctõrũ: & illis q̃ ĩ
F libro numerorũ memorant opa opum: quæq;
apud Paulũ dicunt sæcula sæculorũ. Sed quo
modo differũt a sctĩs sctã sanctorũ in exodo: &
qũo differant opera ab opibus operũ in nume
rorũ libri tractatibus: prout potuimus: dictũ
est a nobis. Sed & de sæculo sæculorũ in locis
quibus occurrit nõ omissum est: & ne eadẽ re
petamus illa sufficiãt. Nũc ergo reqram⁹ pri
mo quæ sint cãtica: quorũ cãticorũ hoc eẽ cã=
ticũ dicitur. Puto ergo ꝙ cantica sint illa quæ
dudũ per ꝓphetas: vel per angelos canebant
Lex em̃ dicitur p angelos ministrata in manu
mediatoris. illa ergo oĩa quæ p illos annũtia=
bant: cantica erãt p amicos sponsi ꝑcedentia.
Istud vero vnũ canticũ est: qđ ipsi iã spõso spõ
sam suã suscepturo epithalamii specie erat ca
nendũ: in quo nõ adhuc per amicos sponsi cã
tari sibi vult: sed ipius iã spõsi ꝓsentis audire
G verba desiderat: dicens. Osculetur me osculo
oris sui. vnde & oĩbus cãticis pfertur: videtur
em̃ cætera cãtica quæ lex & prophetæ cecine
rũt puulæ adhuc spõsæ: & q̃ nondũ vestibula
maturæ ætatis ĩgressa sit decãtata: hoc vero
canticũ adultæ: & iã valde robustæ: & quæ ca
pax sit iã virilis potẽtię: pfectiq; mysterii: decã
tari videt: scđm ꝙ dicit de ea qa vna sit pfecta
colũba: q̃ si pfecta ergo & pfecti viri spõsa pfe=
cte spõsi suscepit verba doctrinę. Primũ ergo
cãticũ cecinit deo Moyses: & filii israel: quãdo
viderũt ęgyptios mortuos ad litus maris: &
quãdo viderũt manũ fortẽ: & brachiũ excelsũ
dñi: & crediderũt deo: & famulo eius Moysi.
Tũc cãtauerũt dicẽtes. Cãtemus dño: glorio
se em̃ honorificat⁹ est. Ego aũt arbitror ꝙ nõ
possit ad istud pfectũ qs & mysticũ cãticũ pue
nire: & ad istã pfectionẽ spõsę: q̃ in hac scriptu
ra cõtinet: nisi prius ambulet p siccũ in medio
mari: & fiat ei aqua mur⁹ a dextera: lęuaq;: &
sic euadat de manib⁹ ęgyptiorũ: ita vt videat
eos mortuos ad lit⁹ maris: atq; intuẽs manũ
fortẽ domini: q̃ interfecit ęgyptios: credat do
mino: & famulo ipsius Moysi: Moysi aũt dico
legi: atq; euãgeliis: oĩbus diuinis scripturis.
tũc ei merito cãtabit: & dicet. Cãtemus dño:
gloriose em̃ honorificat⁹ est. Sed istud cãticũ
canit qs cũ qs liberat⁹ fuerit a seruitute ægy
ptiorũ. Post hęc aũt cũ trãsierit p hęc oĩa quæ
in Exodo: & quę in leuitico scripta sunt: & ve
nerit ad hoc vt in diuinos numeros assumat:
tũc iterũ secũdũ cãticũ canet: cũ exierit de val
le zareth: qđ ĩterp̃tat aliena descẽsio: & venerit
ad puteum de quo scriptũ est. Et dixit dñs ad
Moysem. Cõgrega pplm: & dabo eis aquã de
puteo bibere. Ibi em̃ cãtabit & dicet: Initiate
ei puteũ. Foderũt illũ prĩcipes: excuderũt eũ
reges gẽtiũ in regno suo cũ dñantur eorũ. Sed
de his pleni⁹ in nũerorũ libro: scđm ꝙ dedit
nobis dñs: dictũ est. Oportet igit venire ad pu
teũ qui a principib⁹ fossus est: & a regib⁹ excu
sus est: in quo ope nemo plebeius opat: sed oẽs
principes: oẽs reges: regales scilicet & prĩcipa
les aĩæ: q̃ altitudinẽ putei aquã viuã cõtinẽtis
ingrũt. Post illud cãticũ venit ad deuterono
mii cãticũ: de quo dicit dñs. Et nũc scribite vo
bis verba cãtici hui⁹: & docete illud filios isrl
& inicite illud in os eorũ: vt fiat mihi cãticũ
istud in testimoniũ in filiis israel. Et vide quã
tũ & quale sit cãticũ istud cui ad audiẽdũ ter
ra nõ sufficit: sed cõuocat & cęlũ. Ait em̃: At
tende cęlũ q̃ loquar: & audiat terra verba ex
ore meo. vide q̃ magna sint: q̃ ingẽtia quæ di=
cunt. Expectet (ait) sicut pluuia eloquiũ meũ:
& descẽdat sicut ros sup gramẽ: & sicut nix su
per fœnũ: quia nomẽ dñi inuocaui: & reliqua
Quartũ cãticũ est in libro iudicũ: de quo scri
ptũ est. Et cãtauit Delbora & barach fili⁹ abi
noem in die illa dicẽtes. Incipiẽdo principales
in israel in ꝓposito ppli bñdicite dñm. Audite
reges: aurib⁹ pcipite satrapę: & reliqua. Hęc

aũt quæ canit apis eẽ debet: cui⁹ opus tale est vt eo reges: & mediocres vtãtur ad sanitatẽ. Delbora nãq; apis iterptaẽ: q̃ istud cãticũ canit: sed & Barach cũ ipa: iterptaẽ aũt Barach coruscatio: & caniẽ istud canticũ post victoriã: qa nec ante qs põt q̃ pfecta sunt canere: nisi vbi aduersarios vicerit. Sic deniq; & in ipo cãtico diciẽ: Exurge: exurge Delbora: exuscita milia ppli: Exurge: exurge cane cãticũ: exurge Barach. verũ & de his pleni⁹ ĩ illis oratiũculis quas de libello Iudicũ edidim⁹ disserta reperies. Quitũ post hæc cãticũ est ĩ secũdo libro Regnoꝝ: cũ locutus est Dauid ad dñm verba cãtici hui⁹ in die qua liberauit eũ dñs de manu omniũ inimicorũ suoꝝ: & de manu Saul: & dixit: Domin⁹ mihi petra: & munitio mea liberator dñs: deus me⁹ custos erit mihi. Si ergo & tu potueris cõsyderare q sũt inimici Dauid: quos ĩ primo: & secũdo Regnorũ libro supat: ac psternit: & quomõ dign⁹ factus est vt dñi adiutoriũ mereret: & liberaret ab hmõi inimicis: tũc poteris & tu qntũ istud cãticũ canere. Sextũ est cãticũ ĩ primo Paralipomenon libro: vbi cõstituit Dauid ĩ principio ad laudãdũ dñm Asaph: & fratres eius: & est initiũ cãtici istius tale. Laudate dñm: & cõfitemini: et inuocate eũ ĩ noĩe eius: notas facite in populis volũtates eius: canite ei: et hymnũ dicite: narrate oẽs adinuẽtiones ei⁹ quas fecit dñs: &c. Sciẽdũ tñ est q canticũ qdẽ qđ est in secũdo Regnorũ libro valde simile est psalmo xvii. Qđ aũt est ĩ primo libro Paralipomenõ in initiis qdẽ vsq; ad eũ locũ vbi dicit: & in pphetis meis nolite malignari: simile est. ciiii. psal. Posteriora vero ab hoc loco similitudinẽ gerunt primaꝝ partiũ. xcv. psal. vbi dicitur: Cantate dño oĩs terra: vsq; ad eũ locũ vbi ait: quia venit iudicare terrã. Igitur si in his concludẽdus est numer⁹ cãticorũ: septimo ĩ loco ponẽdus videbiẽ liber hic Cantici canticorũ. Si qs vero etiã Esaiæ cãticũ: cũ cæteris numerãdũ putet: licet nõ valde cõuenire videaẽ: vt præcessisse puteẽ Esaiæ cãticũ: qđ lõge posterioribus tẽporib⁹ Esaias scripserit: tamẽ si qs putet q pphetica dicta nõ tẽpore: sed ratione pẽsanda sint: adiũget etiã illđ cãticũ: hoc qđ Salomon cecinit: Canticũ esse cãticorũ: nõ tãtũ eorũ q̃ prius: sed & eoꝝ q̃ postmodũ canẽda videbãẽ. Si qs vero putet etiã ex libro psalmorũ debere assumi: sicubi ĩ eo vel cãticũ scribiẽ: vel canticũ psalmi: multitudinẽ cõgregabit pcedẽtiũ canticorũ. Iũget eñ cæteris etiã cxv. simul graduũ cãtica: & regrẽs singuloꝝ virtutes cãticoꝝ: atq; ex his pficiẽtis aĩæ gradus colligẽs: ac spiritalis intelligentiæ ordinẽ iterũ cõsequẽtiãq; cõponẽs: ostẽdere poterit: q̃ magnificis gressib⁹ incedẽs spõsa p hæc oĩa pueniat vsq; ad thalamũ spõsi: digrediẽs ĩ locũ tabernaculi admirabilis vsq; ad domũ dei: in voce exultatiõis: & cõfessionis sonus epulãtis. Et pueniẽs vsq; ad ipm (vt dixim⁹) thalamũ spõsi: vt audiat: & loquaẽ cũcta hæc q̃ cõtinenẽ in cãtico cãticorũ. Adhuc autẽ possumus & hæc ingrere priusq̃ ad ipm corpus libelli veniamus. Cur Salomon q videẽ obtẽperare in his trib⁹ libellis volũtati spũssancti: in prouerbiis qdẽ dicaẽ Salomon filius Dauid q regnauit ĩ Israel: in secũdo vero libello nõ Salomon scribiẽ: sed verba (inqt) Ecclesiastes filii Dauid regis Israel ĩ Hierusalẽ: & filiũ qdẽ se esse Dauid: similiter vt ĩ prio: & regẽ Israel scribit: sed ibi puerbia: hic verba ponit: & se ipm quẽ supra Salomonẽ: hic Ecclesiastẽ nominat. Et cũ ibi gẽtẽ solã ĩ qua regnauerit: posuisset: & hic & gẽtẽ posuit: & locũ regni Hierusalẽ designat: in cantico cãticoꝝ vero neq; gẽtis nomen: neq; locũ ĩ quo regnet: neq; oĩno q rex sit: neq; q patrẽ Dauid habeat scribit: sed tãtũmodo cãticũ (ait) cãticoꝝ qđ est ipsi Salomoni? Et q̃uis difficile mihi videaẽ: aut pscrutari: aut ptingere posse horũ differẽtias: aut vtcũq; inuestigatas palã pferre: & chartulis credere: tñ ĩquãtũ capere: vel sensus noster: vel audit⁹ legẽtiũ põt: paucis aperire tẽtabimus. In plurimis Salomonẽ Christi typũ ferre: vel scđm hoc q pacific⁹ diciẽ: vel scđm hoc q regina austri venit a finib⁹ terræ audire sapiẽtiã Salomonis: nõ puto dubitãdũ. Hic ergo & scđm q Dauid diciẽ: & scđm q supra eos reges p qb⁹ ipse rex regũ diciẽ: regnat. Et rursus: verus Ecclesiastes ipe ẽ: q cũ in forma dei eẽt semetipm exinaniuit formã serui accipiẽs: vt cõgregaret ecclesiã. a cõgregãdo eñ ecclesiã: Ecclesiastes appellaẽ. Cũ vero qs ita Salomon. i. pacificus sicut dñs nr̃ Iesus Christus: q factus ẽ nobis sapiẽtia a deo: & iustitia: & pax? Igiẽ ĩ primo puerbioꝝ libro cũ nos moralib⁹ instituit disciplinis: rex eẽ diciẽ ĩ Israel necdũ in Hierusalẽ: qa et si Israel dicamur p pter fidẽ: nõ tñ in hoc puẽtũ est vt ad Hierusalẽ cœlestẽ peruenisse videamur. Vbi vero pfecerim⁹: & in hoc vẽtũ fuerit: vt ecclesiæ primitiuorũ q̃ in cœlis est sociemur: atq; Hierusalẽ cœlestẽ discussis diligẽti⁹ priscis: & naturalibus causis matrẽ nostrã noscimus cœlestẽ tũc iã nobis etiã ipe Christus Ecclesiastes efficitur: & nõ solũ in Israel: sed & ĩ Hierusalẽ regnare diciẽ. Cũ vero ad pfectionẽ oĩm vẽtum fuerit: & spõsa ei pfecta oĩs dũtaxat ratiõalis creatura iungeẽ: qa pacificauit per sanguinẽ: C

nō solū quę ī terris sūt:sed quę in cælis:tūc Salomō tātūmodo dicetur cū tradiderit regnū deo:& patri:cū euacuauerit oēm pricipatū:& ptātē. Oportet eī eū regnare donec ponat inimicos suos sub pedib⁹ suis:& nouissim⁹ inimicus destruat mors. Et ita pacificatis oībus:patriq; subiectis:cū erit iā deus oīa in oīb⁹:Salomon tātūmodo:id est solus pacificus nominabitur. Cōpetēter ergo in hoc libello q de amore
E re spōsæ:& spōsi erat scribēd⁹:etiā ꝑ hoc neq; fili⁹ Dauid:neq; Rex:neq; aliud horū qđ ad corporeū pertinere possit intellectum scribitur:vt merito de eo perfecta iam spōsa dicat: Quia & si aliquādo cognouimus Christū secūdum carnē:sed nunc iam nō nouimus:neq; quis putet eū corporeū aliqd amare:aut ī carne positum:& macula aliqua amori ei⁹ credatur induci. Propterea canticū cāticorū Salomoni tātūmodo est:& neq; filio Dauid:neq; regi israel:neq; aliqua in his prorsus miscet̄ carnalis nominis intelligētia. Et ne mireris ꝙ cū vnus atq; idē sit dn̄s atq; saluator noster:dicamus eū velut minorem primo in prouerbiis: & deinde proficiētē in Ecclesiaste: & post hęc habere perfectionem in cantico canticorum: cū etiam in euangeliis videas scripta:vbi propter nos:& ipse in nobis dicitur proficere. Sic em̄ profertur:quia Iesus proficiebat ætate:& sapiētia apud deum:& homines. Puto ergo ꝙ pro his oībus:neq; filius Dauid:neq; rex israel scribitur:sed & pro eo adhuc ꝙ in cantico cāticorum sponsa iam intantū profecerat:vt mai⁹ aliqd esset q̄ est regnū hierusalem. Nam hierusalē cælestē dicit apostolus esse:atq; ad
F eam memorat credētes accedere. Hunc ergo sponsum ad quē nūc sponsa festinat:idē Paulus cum eū pōtificem maximū dicit:ita de eo scribit:quasi qui nō in cęlis sit:sed penetrarit: & pertrāsierit omnes cælos:& illuc quoq; eū hæc sua perfecta sponsa sectetur:imo illuc adhęrens ei:& cōiuncta cōscēdit. est em̄ facta cū eo vnus spiritus. Vnde videtur mihi & ad Petrum:qui non poterat eū primo sequi cum diceret:Quo ego vado vos nō potestis venire: dixisse:seq̄ris aūt postea. Qꝫ autē sit aliqd maius & ab israel:inde colligimus:ꝙ in numerorū libro oīs quidē israel numerat̄:& .xii. trib⁹ israel certo sub numero cēsentur. Trib⁹ vero leuitica:vtpote cęteris eminētior:supra hūc numerū habet̄:& nequaq̄ israelitico numero deputat̄. Dicit em̄ ita. Hęc ē visitatio in qua recēsiti sunt filii israel scd̄m domos familiarū suarū. Omnis visitatio eoꝝ cū virtute sua sexcēta tria milia quingēti quīquaginta. Leuitæ aūt nō sunt numerati cū eis:sicut pręcepit domin⁹ Moysi. Vides quomodo vt eminētiores a filiis isrl̄ seq̄strant̄ leuitę nec nūero sociant̄. Et rursum leuitis eminētiores scribūtur sacerdotes. Sic em̄ in eadē scriptura cōtinet̄. Et locutus est (inquit) dn̄s ad Moysen:dicēs:Accipe summā Leuitarum:& cōstitues eos in cōspectu Aaron sacerdotis:& ministrent ei. Vides & in hoc quomodo superiores leuitis nominet sacerdotes:& rursus:leuitas eminētiores ponit filiis israel. Hęc aūt visi sumus discutere paulo curiosius:volētes etiā per hæc ostē
dere rationem:ꝙ in ipsis quoq; attitulationibus librorū suorū Salomon differentiis vsus est necessariis. Sed aliud in prouerbiis:aliud in ecclesiaste:aliud etiā in cāticorū cātico ex ipsa īscriptiōe tituli designauit. Et adhuc ꝙ in cātico canticorum vbi iam perfectio ostenditur:neq; filius Dauid:neq; rex scribitur:potest etiam hoc dici:quia cū fact⁹ fuerit seruus sicut dn̄s:& discipulus sicut magister:videt̄ iam neq; seruus esse seruus:factus videlicet sicut dominus:neq; discipulus esse discipulus: quippe qui sicut magister effectus est:sed fuisse quidem aliquādo discipulus:nūc vero esse sicut magister:& fuisse quidem seruus aliquādo:nūc vero esse sicut dominus. Simili igitur ratiōe etiam de rege:& in his in quos regnat aduerti posse videbit̄:cū regnū iam tradetur deo & patri. Sed & hoc nō lateat:nōnullos attitulationem libelli huius cātica canticorum scribere:qđ nō recte scribitur. Non em̄ pluraliter:sed singulariter canticū hic dicitur cāticorū. Hæc quasi in pręfatione dicta sunt a nobis de superscriptiōe ipsa:vel attitulatione libelli. Iam nunc dn̄o nostro nos adiuuante ipsius operis adoriamur exordia:& tamē ne illud quidē remaneat in nobis omissum:qđ quibusdam requirendum visum est adhuc de ipa attitulatione:ac superscriptiōe libri:quę ita habetur: Canticū canticorum:qđ est ipsi Salomoni. Sic em̄ accipiūt quasi canticū hoc esse dixerit cāticorū Salomonis:& vt ex plurimis suis canticis hoc vnum esse designauerit. Sed nos quomodo recipiemus huiusmodi intelligētiā:cū neq; ecclesia dei vlla extrinsec⁹ Salomonis cātica legēda suscepit:neq; apud hebręos a qb⁹ eloqa dei ad nos vident̄ eē trāslata:aliquid p̄ter hos tres libellos Salomonis q & apđ nos sūt āpli⁹ habeat̄ ī canone? Volūt tn̄ q hoc asserūt idē cōfirmare sentētiā:ꝙ ī regnoꝝ tertio libro scriptū ē:multa fuisse Salomonis cātica:vt vnū ex ml'tis eē cōfirmēt. Hoc ibi ergo refert̄:& de⁹ dedit prudētiā Salomōi:& sapiētiā multā valde:& latitudinē cordis sicut arenā q̄ ē ad orā maris:& fact⁹ est sapiēs Salomō

valde super sapiētiā oīm antiquorꝫ: & sup oēs sapientes Aegypti: & sup Ethan: Ezraiten: & Heman: & Calchal: & Dordan filios Maol: & erat noīat⁹ ī vniuersis gētib⁹ p circuitū: & locutus ē Salomō tria milia parabolarū: & erāt cātica ei⁹ qnq̧ milia. & ex his qnq̧ milib⁹ cāticis volūt Iudæi hoc vnū eē cāticū qđ habem⁹. Sed vsquequo: vel vbi cātata sint: nō solū ad vsum: sed nec ad notitiā qdē puenit ecclesiarū dei. Operosū ē aūt & ꝑcul ab ope ꝓposito: si velim⁹ nūc ingrere q̄ multorꝫ librorꝫ cōmemoratio fiat ī scripturis diuīs: quorꝫ lectio nulla nobis oīno ē tradita. Sed neq̧ apud Iudæos haberi qdē vsū hmōi repim⁹ lectionū: q̄ siue ꝓ eo q̧ aliqua supra hūanā ītelligētiā cōtinebāt: placuit spūiscō auferri de medio: siue q̧ eēnt de scripturis his q̄ appellanꝫ apocriphæ: ꝓ eo q̧ mlta ī eis corrupta & cōtra fidē verā īueniunꝫ a maiorib⁹ tradita: nō placuit eis dari locū: nec admitti ad auctoritatem: supra nos, est pnūtiare de talib⁹. Illud tñ palā: & multa vel ab aplīs: vel ab euāgelistis exēpla eē plata: & nouo testamēto inserta: q̄ in his scripturis quas canonicas habem⁹ nūq̄ legimus: in apocriphis tñ inueniūtur: & euidenter ex ipsis ostēdunꝫ assumpta. Sed nec sic qdē locus apocriphis dādus ē: nō em̄ trāseūdi sunt termini quos statuerūt patres nr̄i. Potuit em̄ fieri: vt aplī: vel euāgelistæ scō spū repleti sciuerit qd sumēdū ex illis eēt scripturis: qd vere futādū: nobis aūt nō est absq̧ periculo aliqd tute psumere: qbus nō est tāta spūs abūdātia. Et ideo de psēnti versiculo nos eā tenem⁹ editionē quā supra exposuimus: maxime cū euidēs in eo habeaꝫ distīctio: vbi ait. Cāticū cāticorꝫ: qđ ē ipi Salomoni. Si em̄ voluisset ītelligi cāticorꝫ Salomonis hoc eē cāticū: dixisset vtiq̧ cāticū cāticorꝫ q̄ sunt Salomoni: vel cāticū ex canticis Salomonis: nūc aūt qa dixit qđ est Salomoni ostēdiꝫ istud cāticū qđ est in manibus: et qđ erat ei canēdū: hoc esse Salomonis. Et hoc de attitulatione quā ꝓposui cōtinere: videamus ergo iam: et quæ sequuntur.

Homilia Prima. Cap. I.

Osculetur me osculo oris sui. Meminisse oportet illud qđ ī pfatione pmonuim⁹: qa libellus hic epithalamii habēs spēciē dramatis ī modū cōscribiꝫ. Drama aūt eē dixim⁹ vbi certæ personæ introducunꝫ: q̄ loquunꝫ: et aliç inter dū supueniūt: aliæ recedūt: aut accedūt: & sic totū ī mutatiōib⁹ agiꝫ psonarū. Hęc ergo erit toti⁹ libelli species: & secūdū hāc ꝓ virib⁹ historica a nobis aptabiꝫ expositio. Spiritalis vero ītelligētia secūdū hoc nihilomin⁹ qđ ī pfatiōe signam⁹: vel de ecclīę ad Christū: sub spōsæ: vel sponsi titulo: vel de aīæ cū verbi dei cōiūctione dirigiꝫ. Introduciꝫ ergo nūc p historiæ spēciē spōsa qdā: q̄ suscepit qdā spōsaliorꝫ: & dotis titulo dignissima munera ab sponso nobilissimo. Sed plurimo tēpore morā faciēte sponso: sollicitari eā desyderio amoris sui: & cōfici iacētē domi suæ: & agētē oīa: quatenus possit aliqñ videre spōsum suū: atq̧ oculis ei⁹ pfrui. Quæ nec differre amorē suū: nec adipisci se posse qđ desyderat videt: cōuertat se ad orationē: & supplicet deo: sciēs eū patrē eē spōsi sui. Cōsyderem⁹ ergo eā leuātē scās man⁹ sine ira: & disceptatiōe ī habitu ornato: cūverecūdia/& sobrietate: ornatā dignissimis ornamētis: qb⁹ ornari decet nobilē spōsā: æstuātē vero desyderio spōsi: & īterno vulnere amorꝭ agitatā: orationē (vt dixim⁹) fundere ad deū & dicere de spōso suo. Osculeꝫ me osculo oris sui. Hæc sunt q̄ dramatis ī modū cōposita historica cōtinet explanatio. Interior vero ītellectꝰ videam⁹ si hoc mō poterit cōpetēter aptari. Ecclīa sit desyderās christo cōiūgi. Ecclesiā aūt psonā oīm aduerte scōrꝫ. Hæc ergo ecclīa sit q̄si oīm vna psona/q̄ loquaꝫ: & dicat. Oīa habeo: repleta sū munerib⁹ q̄ spōsaliorū: vel dotis titulo ante nuptias sūpsi. Dudū em̄ cū ꝑpararer ad cōiugiū filii regis: & primogeniti oīs creaturæ: obsecuti sūt: & ministrauerūt mihi angeli sancti ei⁹: deferētes ad me legē spōsalis mūeris loco. Lex nāq̧ p āgelos disposita diciꝫ in manu mediatoris. Ministrauerūt mihi etiā pphetæ. Locuti sunt em̄ oīa & ipi: p q̄ nō solū ostēderēt: & īdicarēt mihi de filio dei: cui me delatis his q̄ appellāꝫ artis: & munerib⁹ dotalib⁹ spōdere cupiebāt: verꝫ vt ī amorē me ei⁹ desyderiūq̧ succēderēt: pnūtiauerūt mihi ꝓpheticis vocib⁹: de aduētu ei⁹: & innūeris virtutib⁹: opibusq̧ ei⁹ īmēsis repleti spū scō pdicauerūt: pulchritudinē quoq̧ ei⁹: & speciē: ac māsuetudinē descripserūt. Ita vt oīb⁹ his ad amorē ei⁹ ītegraliter īflāmaret. Sed qm̄ sæculū iā pene finitū est: & ipsius qdē psēntia nō daꝫ mihi: solos aūt ministros ei⁹ video ascēdētes: & descēdētes ad me: ꝓpter hoc ad te patrē spōsi mei pcē fundo: & obsecro vt tādē miseratus amorē nostrū mittas eū: vt iā nō mihi p ministros suos angelos dūtaxat: & ꝓphetas loquaꝫ: sed ipe p semetipm veniat: & osculeꝫ

me osculo oris sui: verba scilicet in os meum sui oris infundat: ipm audiã loquẽtẽ: ipm videã docẽtẽ. Hęc eñ sunt Christi oscula: q̃ porrexit eccl'ię cũ in aduẽtu suo ipe Christ⁹ i carne posit⁹ euãgelizauit ei verba fidei: & charitat[: & pacis: scđm q̄ Esaias ꝓmiserat: & ꝓmissus ad spõsã dixerat: nõ legat⁹: nõ angel⁹: sed ipe dñs saluabit nos. Tertio vero expositõis loco introducam⁹ aĩam: cui⁹ oẽ studiũ sit cõiũgi: & sociari verbo dei: & ĩtra mysteria sapientię ei⁹: ac sciẽtiæ ei⁹ velut spõsi cęlestis thalamos ĩtrare: cuiq̄ aĩę p̄sẽtia ei⁹ etiã munera data sunt dotis. s. noĩe. Sicut. n. eccl'iæ dos fuit legis: & ꝓphetarũ volumina: ita huic lex naturæ: & naturalis sẽsus: ac libertas arbitrii dotalia munera deputent. Hñs aũt hęc dotis suæ mũera: sit ei prio eruditiõis doctrĩa a monitorib⁹ doctoribusq̄ descẽdẽs. Sed qm̃ i his nõ ẽ ei plana: atq̄ pfecta desiderii sui & amoris expletio: depcet vt mẽs ei⁹ pura: & virgĩalis ipi⁹ verbi dei illũinatõib⁹: & visitatõib⁹ illustret. Cũ. n. nullo hoĩs: vel angeli ministerio diuinis sensib⁹: & ĩtellectib⁹ mẽs iplet: tũc ipi⁹ oscula verbi dei suscipe sese credat. Propter hęc ergo & hmõi oscula dicat aĩa orãs ad deũ. Osculet me osculo oris sui. Dũ eñ ide capax fuerit: vt ipius verbi dei caperet verã: solidãq̄ doctrinã: necessaria suscepit oscula. i. sensus ab ore doctorũ: vbi vero spõte iã cœpit obscura cernere: enodare pplexa: inuoluta dissoluere: parabolas: & ænigmata: dictaq̄ sapiẽtiũ cõpetẽtibus intelligẽtiæ lineis explicare: tũc iã oscula ipi⁹ spõsi sui: id ẽ verbi: suscepisse se credat. Ideo aũt oscula pluraliter posuit: vt intelligamus vniuscuiusq̄ obscuri sensus illuminationẽ: osculũ eẽ verbi dei ad aĩam pfectã delatũ. Et scđm hoc forte dicebat ꝓphetica & pfecta mens. Os meũ aperui: & attraxi spm̃. Os autẽ spõsi intelligamus virtutẽ dici: qua illuminat mẽtẽ: & velut sermone quodã amoris ad eam facto: si tñ capere mereat tantę virtutis p̄sentiã: incognita quæq̄: & obscura manifestat: & hoc est verius: ꝓpriusq̄: & sanctius osculũ: qđ a spõso dei verbo porrigi dicit spõsę: purę. s. aĩæ: & pfectę. Cui⁹ rei imago ẽ illud osculũ qđ in eccl'ia sub tpe mysteriorũ nobis inuicẽ damus. Quotiens ergo in corde nr̃o aliqđ qđ de diuinis dogmatib⁹: sensibusq̄ q̃rit: absq̄ monitorib⁹ iuenim⁹: totiẽs oscula nobis data eẽ a spõso verbi dei credam⁹: vbi vero credẽtes aliqđ de diuinis sensib⁹ iuenire nõ possum⁹: tũc affectu hui⁹ oratiõis assumpto petam⁹ a deo visitationẽ verbi ei⁹: & dicamus. Osculet me osculo oris sui. Scit aũt p̃r vniuscuiusq̄ aĩę capacitatẽ: & nouit quo tpe: cui aĩæ: quæ oscula verbi sui porrigere i ĩtellectib⁹ dũtaxat: & sensib⁹ debeat. Quia bona sunt vbera tua super vinũ: & odor vnguẽtorꝫ tuorꝫ sup oĩa aromata. Intellige pri⁹ quasi i historię dramate spõsam eleuatis ad deũ manib⁹ orationẽ fudisse ad patrẽ: & orasse: vt iã veniret ad eã spõs⁹: & ipe ei osculũ ꝓprii oris ĩfunderet. Dũq̄ hęc oraret ad p̃rem: in ipa oratiõe qua dixit: Osculetur me osculo oris sui: parãs etiã alia orationis verba subiũgere: ac dicere: quia i hoc prĩcipio sermonis affuisset spõsus: & orãti ei astitisset: ac reuelasset verba sua: ipmq̄ spõsũ vnguẽtis mirificis: & qb⁹ spõsũ fragrar dicebat: cõstituisset delibutũ. Spõsa vero vbi adesse vidit eũ pro quo orabat vt adesset: & adhuc loquẽti sibi p̄stitũ qđ orabat: ac data sibi ab ipso oscula q̃ poposcerat: læta ꝑ hoc reddita: & ꝑ hoc decore vberũ: ac fragrãtię ipius odore ꝑmota: ꝓpositꝫ oratõis sermonẽ cõuertit ad p̄sentiã spõsi q adera t: & cũ dixisset: Osculetur me osculo oris sui: subiungit posthæc ad (putẽ iã) spõsum: dicẽs. Bona vbera tua sup vinũ: & odor vnguẽtorũ tuorũ. Hæc interim scđm historicã intelligentiã quã dramatis i modũ prædiximus textã. Nũc vero qđ intellectus interior habeat: reqramus. Diuersis vocabulis principale cordis appellari i scripturis diuinis inuenimus: q̃ vocabula ꝑ causis: ac reb⁹: de quibus agitur aptari solẽt. Interdũ eñ cor dicitur: vt beati mũdo corde: & corde credit ad iustitiã. Si vero cõuiuii tẽpus sit: ꝑ speciẽ: & ordine discũbentiũ: vel sinus: vel pect⁹ appellatur: sicut Ioãnes i euãgelio refert de quodã discipulo quẽ amabat Iesus: q̄ in sinu eius vel supra pect⁹ ei⁹ recũberet: ille ꝓfecto cui respõdẽs Simõ Petrus: dicebat: interroga quis est hic: de quo dicit: post hęc vero recũbẽs sup pectus Iesu: dicit ei. Dñe qs est: In his eñ certum est q̄ Ioãnes in prĩcipali cordis Iesu: atq̄ interius doctrinę ei⁹ sensib⁹ reqeuisse dicat: ibi reqrẽs: & pscrutãs thesauros sapientię: & sciẽtiæ qui recõditi erãt i Christo Iesu. Sed q̄ sin⁹ Christi in loco dogmatũ sanctorũ accipiatur: puto indecẽs nõ videri. Diuersis ergo modis vt dicere cœperam⁹ prĩcipale cordis i scripturis sanctis designat: sicut & leuitico nihilomin⁹: vbi de sacrificiis pectusculũ separatõis: & brachiũ sacerdotibus seq̃strat: & in hoc sequestratũ: ac sepatũ pectusculũ & brachiũ: p̄cellẽs cæteros hoĩes prĩcipale cordis: & operũ dec⁹ vult eẽ in sacerdotib⁹. De quo pleni⁹ in libro Leuitico ꝑut dñs dare dignat⁹ ẽ exposuim⁹. Scđm hęc ergo etiã i p̄senti loco: quãdogdẽ amatorũ videt drama qđ agit: i vberibus prĩcipale cordis intelligimus: vt tale vi

deatur esse quod dicitur. Cor tuū o sponsa: & mens. i. dogmata quæ intra te sunt: vel doctrinæ gratia superat omne vinū qđ cor hominis lætificare solet. Sicut eñ in his de qbus dicit: Quia deum videbunt: cor cōpetēter dictum esse videbitur: & incer discumbentes sinus: ac pectus ponitur pro habitu sine dubio discūbētiū: formaq; cō uiuii: & rursus vt apud sacerdotes pectusculum & brachium mysticis desiġnatur eloquiis: ita etiā arbitror in p̄senti loco: vbi amātiū habitus: & colloquia describūtur: gratissime hoc ip̄m principale cordis in vberibus appellatū. Bona ergo sunt vbera spōsi: quādoquidē thesauri sunt in eis sapientiæ: et scientiæ reconditi: vbera autē hæc vino cōparat sponsa: sed ita cōparat vt præferat: vinū autē illa intelligenda sunt dogmata: & doctrinæ: quæ per legē: et prophetas ante aduētum sponsi sumere spōsa cōsueuerat. Sed nūc consyderās hāc doctrinā: quæ ex vberibus p fluit spōsi: miratur: et stupet: videns eam longe præstātiorem q̄ illā ex qua ante aduētum sponsi lætificata fuerat: tanq̄ ex vino spiritali qđ ministrabant sancti patres: et prophetæ: q etiam huius generis plantauerunt vineas: vt Noe prim⁹: et Esaias in cornu in loco vberi: et coluerūt eas: videns nūc multā esse eminētiam dogmatū: et sciētiæ apud spōsum: et lōge ex eo p̄fectiorē: q̄ fuit apud antiquos: emanare doctrinā: dicit. Bona sunt vbera tua sup vinū: super illā scilicet doctrinā qua lætificabar ab antiquis. De hoc enim antiquorū vino intelligendus est Ecclesiastes dicere: vbi ait: Ego dixi in corde meo veni: et cātabo te in lætitia: et videbo in bono. Et iterum de eisdē vineis loquens idem Ecclesiastes dicit. Magnificaui mihi opus meū: ædificaui mihi domos: plātaui mihi vineas: feci mihi hortos: et paradisos: et reliq. Sūt aūt hui⁹ vineæ mystici etiā ministri quidam: qui vinifusores appellātur. Sic eñ idem dicit: Et feci mihi cantores: et cātrices in lætitia filiorū hominū: vinifusores: et vinifusitrices. Vide ergo si possum⁹ tū in cæteris: tum etiā in hoc intelligere saluatorē veteri vino nouella vberum suorum fluenta miscentem: cum Maria et Ioseph quærētes inuenerūt eū in tēplo sedentē in medio doctoꝝ et audientē: atq; interrogantē eos: quādo mirabant̄ hoīes sup responsis eius. Sed & ibi fortassis species formæ huius explet̄: vbi ascēdēs in mōtem docebat populos: & dicebat. Dictū est antiquis. Nō occides: ego autē dico vobis: Oīs q irascitur fratri suo sine causa reus erit. Et dictū est antiquis. Nō adulterabis. Ego autem dico vobis. Omnis q viderit mulierē ad concupiscendū eam iam mœchatus est in corde suo. Inquātū ergo doctrina hæc eius p̄cellit illam antiquā: intantū sponsa intelligit: & pronūtiat bona eē vbera eius super vinū. Sed & q̄ vorax dicitur filius hominis: & bibēs: & dicunt. Ecce homo vorax: & vinū bibens. Ad hoc nihilomin⁹ respicit tale: & illud vinū fuisse in chana Galileę qđ bibebat̄ in cōuiuio nuptiali: quo deficiēte fecit & aliud vinū cui testimoniū reddit Architriclin⁹ q̄ sit valde bonū: & eo vino qđ expēsum fuit multo p̄stāti⁹: cū dicit. Oīs homo primo bonū vinū ponit: & cū inebriati fuerint id qđ deterius est: tu autē seruasti vinū bonū vsq; nūc. Sed & Salomonē qui pro accepta dei sapientia in admiratione fuit reginæ Sabæ: quæ venerat tentare eū in quæstionibus: in qbus eū eadē regina scrutet̄: & miretur: audi scripturā referentē. Et vidit (inquit) regina Saba omnē sapiētiā Salomonis: & domū quā ædificauit: & apparatū cōuiuii eius: & sedē puerorū eius: & ordinē ministrorū eius: & vestes eius: & vinifusores eius: & holocausta ei⁹: quæ offerebat in domo dei: & stupefacta est: & reliqua. In his ergo aduerte qūo hæc q̄ venit a finibus terræ audire sapiētiā Salomonis inter cætera mirat̄ & cibos cōuiuii eius: vel vinifusores ei⁹. sup his dicit̄ obstupuisse. Nescio aūt si ita ineptā putemus fuisse reginā q̄ ob hoc venerat a finibus terræ vt audiret sapiētiā Salomonis: vt miret̄ cibos corporales: & vinū istud cōe: ac pincernas vini i ministerio regis. Quid eñ in his admiratiōe dignū videat̄: q̄ cōia pene oīb⁹ sūt hoīb⁹! Sed mihi videt̄ miratā eē cibos doctrinæ ei⁹: & vinū dogmatū: q̄ ab eo p diuinā sapiētiā p̄dicabant̄. Hoc erat vinū & illud qđ p Hieremiā refert̄ de filiis Ionadab filii Recab: q eo tēpore quo p̄ctā populi inualuerāt: & p iniqtatibus plebis captiuitas īminebat: cōuocati sunt vt biberēt vinū: & dixerūt. Quia mādauerat eis p̄r suus Ionadab ne biberēt vinū ipi: & filii sui i sæculū: neq; domos ædificarēt: neq; seminarēt semē: neq; plātarēt vineas: sed i tabernaculis habitarēt oīb⁹ dieb⁹ vitę suę: & āplectit̄ eos deus q̄ custodierint p̄ceptū p̄ris sui: & noluerit bibere vinū. Pro peccatis eñ tūc popli: & iniqtatib⁹ eoꝝ: erat vinea eorū ex vinea Sodomorū: palmites eoꝝ ex Gomorra: vua eoꝝ vua fellis: & botr⁹ amaritudinis: venenū aspidū: & furor draconū erat vinū eorū. Propter hoc ergo laudabiles habēt̄ filii Ionadab: q tale vinū: venenata scilicet dogmata: & aliena a fide dei: bibere: & suscipe recusarūt. Propter hoc ergo fortassis p̄cussit vineas Aegyptioꝝ: sicut i psalmo scriptū est: ne tale facerēt vinū.

E Igitur sicut intelleximus vini differẽtias: easq̧ pro diuersitate dogmatum constare perspeximus: quod ait hic sponsa: Quia bona sunt vbera tua super vinũ: super vinũ vtiq̧ intelligamus bonum: non malum. Bonis em̃: nõ malis comparata dogmatibus sponsi dogmata præferuntur. Bonũ enim vinũ gustauerat prius ĩ lege: & prophetis: ex quo velut præmeditata erat spõsa lætitiã cordis accipere: ac præparare vt capere posset etiam illã quæ affutura erat per vbera ipsius sponsi: excellentiorẽ cunctis cernens eorꝫ doctrinã. & ideo dicit. Bona sunt vbera tua super vinum. Et vide si adhuc

F formæ huic aptare possumus illã euãgelii parabolã: quę dicit. Simile est regnũ cœlorũ thesauro abscõdito ĩ agro: quẽ q inuenerit: abscõdit: & prę gaudio ei⁹ vadit: & vẽdit omnia q̃ habet: & emit agrum illum. Est ergo thesaurus is nõ in deserto aliquo loco: neq̧ in syluis: sed in agro absconditus. Et possibile vtiq̧ est agrum illum habere etiã vineas: quæ afferãt vinum: habere etiam thesaurũ: propter quem distractis omnibus emit agrum illũ is qui inuenerat ibi thesaurum. Potest ergo dicere ille qui emit agrũ. Quia bon⁹ est thesaur⁹ qui est in agro: magis q̃ vinũ quod est in eo. Ita ergo & bonus est sponsus: atq̧ vbera sponsi: quæ velut thesaurus absconditus est in lege: & ꝓphetis magis q̃ vinũ qđ est ĩ eis: illa scilicet doctrina quæ palam est: & lętificat audientes. Bona ergo sunt vbera sponsi. Thesauri em̃ sunt sapientię: & sciẽtię in eo abscõditi: qui cum aperti: & reuelati fuerint oculis sponsæ: multo p̃stantiores ei videbũtur q̃ fuit pri⁹ istud vinũ legis: & doctrina prophetica. Sed & si tertiam

G expositionẽ de anima pfecta: & verbo dei sentire debeamus: possumus dicere. Quia qs donec paruulus est: & nondũ semetipsum ex integro obtulit deo: bibit vinũ: qđ affert ager ille qui habet intra se etiã thesaurũ abscõditũ: & bibens lętificatur ex vino. Cum aũt obtulerit: & deuouerit semetipm deo: ac vasari⁹ fuerit effectus: atq̧ inuenerit thesaurũ absconditum: et ad ipsa vbera fontesq̧ peruenerit verbi dei: vinũ: et sicerã iam nõ bibet: dicẽs ad ipsum dei verbũ de his thesauris: quę in ipõ sciẽtiæ et sapiẽtiæ recõditi sunt. Quia bona sunt vbera tua super vinũ. Sunt aũt vnguẽta quædam sponsi: quorũ fragrãtia delectata est spõsa: et dicit: Odor vnguẽtorũ tuorꝫ sup oĩa aromata. Aromata species sunt pigmẽtorũ. Spõsa aũt habuit quendã vsum et notitiam aromatũ: hoc est verborũ legis: et ꝓphetarũ: quibus ante aduẽtũ spõsi mediocriter licet ĩstrui tamen videbatur: et exerceri ad cultum dei: vtpote puula adhuc: et sub curatorib⁹: et auctoribus agẽs: et pædagogis. Lex em̃ pædagogus nr̃ fuit ad Christũ. Hæc aũt oĩa aromata fuerãt: in quibus enutriri visa est: et spõso suo præparari. Sed vbi venit plenitudo tẽporũ: et adoleuit: atq̧ vnigenitũ suũ pater spũsancto vnctũ misit in hũc mũdũ: odorata spõsa diuini vnguẽti fragrãtiã: sentiensq̧ ꝙ illa oĩa aromata quib⁹ pri⁹ vsa videbatur lõge inferiora sint ad cõparationẽ suauitatis noui huius: et cælestis vnguẽti: ait. Odor vnguẽtorũ tuorũ sup oĩa aromata. Et qm̃ Christ⁹ idẽ spõsus: atq̧ idem pontifex dicit̃: põtifex quidẽ secundũ hoc ꝙ mediator est dei: & hoĩm: oĩsq̧ creaturæ: ꝑ qua & ꝓpitiatio fact⁹ est semetipm offerendo hostiã ꝓ peccato mũdi: Spõsus vero secundũ hoc ꝙ eccl'iæ iũgit̃: nõ habẽti maculã: aut rugam: aut aliqd horũ: cõsidera ne forte vnguẽtũ illud põtificale qđ in exodo cõponi iubet̃ arte pigmẽtarii: isti⁹ vnguẽti qđ nunc odorata spõsa mirat̃ teneat rõnẽ. Et vidẽs ꝙ illa quidẽ aromata qbus cõpositũ vnguẽtũ videbat̃: quo Aarõ vnct⁹ est: qm̃ erãt terrena: & materiæ corpalis: hoc aũt vnguẽtũ quo nũc vnctũ vidit spõsum spiritale est: & cœleste: idcirco dicat. Quia odor vnguẽtorũ tuorũ sup oĩa aromata. Videam⁹ ergo quomodo cõpositũ sit illud vnguẽtũ. Et locut⁹ ẽ dñs (ingt) ad Moysem: dicẽs. Accipe tibi florẽ myrrhæ electæ: quingẽtos ciclos: & cynamomũ suaue: ducentos quinquagita ciclos: & calamũ suauẽ ducẽtos qnquaginta ciclos: scđm ciclũ sctm̃: & oleũ ex oliuis: & facies illud oleũ chrismatis sctĩ vnguẽti arte pigmẽtarii. Hęc aũt in lege qdẽ referri audierat spõsa: sed rõnẽ eorũ: veritatẽq̧ nũc ꝓspicit. Vide ergo ꝙ istę q̃tuor species vnguẽti isti⁹ formã tenebãt incarnationis verbi dei: qđ ex quatuor elemẽtis cõpaginatũ corpus assumpsit: in quo corpore myrrha illa mortis eius: quã siue vt põtifex ꝓ populo: siue vt sponsus pro spõsa suscepit: seruat idicia. Qꝫ vero nõ simpliciter myrrha: sed flos myrrhę: & myrrhę electę scriptũ est: non solũ mortem ei⁹: sed & primogenitũ eũ futurum ex mortuis indicabat: atq̧ eos qui cõplantati fuissent similitudini mortis eius nõ solũ vocatos: sed electos futuros. Cynamomũ vero immaculatũ dicit̃: ꝓpter eccl'iam sine dubio: quã purificauit lauacro aquę: & immaculatã fecit nõ habẽtẽ maculam: aut rugã: aut aliquid huiusmodi. Sed & calam⁹ assumitur: qa lingua eius etiam est calamus scribæ velociter scribẽtis: doctrinæ gratiam pigmentis designãs suauitatis. In eis quoq̧ species adhibet calidissimas: vt referãtur ad ardẽtissima. ĩ qua re

vel spiritussancti feruoris: vel futuri per ignē
A iudicii ostenditur forma. His vero quingentorum: vel ducētorum quinquagintaquinque ciclorū in eo mysteriū tenet cētupliciter perfectorū: vt remissionē peccatorum per eum datā significet. quinquagenari⁹ em̄ iubileus in his est quintupliciter posit⁹. Sed hæc oīa oleo puro colligūtur: per qđ ostēditur: vel misericordię: vel salutis causa fuisse: q̄ is qui erat in forma dei formā serui susceperit: vel ea q̄ ex materiali substātia in Christo fuerāt assumpta p spiritū sanctū redacta in vnū fuisse: atque ī vnā speciē: quæ est psona mediatoris effecta. Illud ergo oleum materiale nullo genere oleū lætitiæ appellari potuit. Istud autem oleum spiritussancti: vnguentū: quo vnctus est Christus: & cuius nunc odorē pspiciēs sponsa: admirata est: oleū lætitiæ quia spirit⁹ gaudiū est merito appellaṫ: quo vnxit eū deus: qui dilexit iustitiā: & odio habuit iniqtatē. Propterea em̄ diciṫ: vnxit eū dn̄s deus su⁹ oleo lætitiæ præ participibus suis. Et ideo odor vnguētorum ei⁹ est super oīa aromata. Simili autē expositione
B vtimur: etiā si ad vnāquāque animā in amore: & desyderio verbi dei positam transferaṫ hic sermo: cui fuerint oēs doctrinæ per ordinē decursæ: in qbus ante agnitionē verbi dei exercitata videṫ: & erudita: siue ex moralib⁹ descēdētes: siue ex naturalib⁹ scholis. Erāt em̄ ei omnia ista aromata: q̄dā pro eo q̄ in his institutio probabilis: & morū conquiritur emēdatio: q̄ dephēditur in his vanitas sæculi: & caducarū rerū respiciunṫ falsa miracula. Erant ergo ei hæc oīa velut aromata: & odoramēta quædā animæ pigmenta. Sed vbi ad cognitionē diuinorum mysteriorum: & diuinorū dogmatū scientiā vētū est: vbi ad ianuas sapiētiæ ipsi⁹: & nō sapiētiæ huius mūdi: neque principū huius mūdi qui destruūtur accessum est: sed ad ipsam dei sapientiā: quæ inter perfectos dissēritur: et vbi mysteriū qđ priorib⁹ generationibus nō fuit notū: filiis hominū reuelatū est: vbi inquā anima ad tanti cognitionē ascēdit arcani: merito dicit. Odor vnguētorū tuorum spiritalis scilicet intelligētia & mystica: super oīa aromata moralis naturalisque philosophię. Non aūt lateat nos q̄ in qbusdā exēplaribus pro eo q̄ legimus: Quia bona sunt vbera tua sup vinū: inuenimus scriptū. Quia bonæ sunt loquelæ tuę sup vinū: qđ q̄uis videatur significasse euidētius ea ipsa q̄ a nobis spiritali interptatione diserta sunt: tn̄ nos septuaginta interptū scripta per omnia custodim⁹: certi q̄ spiritussanctus mysteriorum formas obtectas inesse voluit in scripturis diuinis: & nō palā atque in propatulo haberi. Vnguentum exina C nitū nomen tuū. Propterea adolescentulæ dilexerūt te: ac traxerūt te post se: in odore vnguētorū tuorum currimus. Historica qdē expositio: eadē quæ in superioribus percurrit etiā in præsenti loco: donec fiat aliqua mutatio psonarū: itaque ordo dramatis qui a nobis ī hac expositiōe receptus est poscit. Possunt sane in prophetia quædā videri ex persona sponsæ plata de Christo: q̄ futurū esset in aduētu dn̄i: & saluatoris nostri: vt nomē eius ita per orbē terræ: & per vniuersum mundū diffunderetur vt fieret odor suauitatis in omni loco: sicut & apostol⁹ dixit. Quia Christi bon⁹ odor sum⁹ in omni loco. Aliis quidem odor ex morte: in mortem: aliis autem odor de vita ad vitā. Si em̄ oībus fuisset odor vitæ in vitam: dixisset vtique & hic. Omnes dilexerunt te: & traxerūt te. Sed nunc ait: vbi nomē tuū est factū exinanitum dilexerunt te: nō illæ vetulæ: ac veterem hominē indutæ animæ: neque rugas habētes: neque maculas: sed adolescētulæ: in augmēto. s. ætatis: & pulchritudinis positæ animę: q̄ semper innouantur: & de die in diem renouātur: nouū se hominē induentes qui secundū deū creatus est. Propter istas ergo adolescētulas: & in augmētis vitæ: & profectib⁹ positas exinaniuit se ille q erat in forma dei: vt fieret vnguētū exinanitū nomen eius: vt nō iā inaccessam lucem tantūmodo habitaret: & in forma dei permaneret: sed verbū caro fieret: quo possent istæ adolescētulæ: & in augmētis profectū positæ animæ: nō solū diligere: sed & trahere eū ad se. Trahit em̄ vnaquæque aīa: & assumit ad se verbū dei p capacitatis & fidei suæ mēsura. Cū aūt traxerint ad se animæ verbū dei: & sensibus suis: atque intellectibus inseruerint: & dulcedinis eius: & odoris senserit suauitatē: vbi vnguētorum eius fragrātiā cœperint inuenire: dūtaxat aduētus eius: & redēptionis: ac passionis causas: charitatēque agnouerint qua p salute omniū vsque ad mortē crucis īmortalis accessit: & his oīb⁹ velut diuini cuiusdā: & ineffabilis vnguēti odoribus inuitatæ adolescētulæ: id ē animæ plenæ vigoris atque alacritatis effectæ: currūt post ipm̄: atque ad odorē suauitatis eius: nō lento gradu: nec tardis passibus: sed rapido cursu: & tota pperatione festināt: quēadmodum & ille qui dicebat. Sic curro: vt cōphendā. Verū q̄ ait vn D guentū exinanitū nomē tuū: propterea adolescētulæ dilexerūt te: & traxerūt te post se: in odorē vnguētorū tuorum currimus. trahūt ad se Christū adolescentulæ: siquidē de ecclesiis intelligatur: quæ vna quidem est cum per

fecta est. Multę vero sunt adolescentulę cū ad huc instruūtur: & proficiūt. Istę ergo trahūt ad se Christū per fidē: quia Christus vbi viderit duos: vel tres ī fide noīs sui: vadit illuc: & est ī medio eorꝝ: in fide tractus: & vnanimitate ꝓuocatus. Si vero tertia expositiōe de anima verbū dei sequēte intelligi hęc oportet: q̄ cūqꝫ aīa fuerit erudita: primo in moralibus: scđo etiā in naturalibus exercitata: p illa oīa que in his disciplinis edoceri supra oñdimus ipa morū emēdatio: & eruditio reꝝ: ac ꝓbitas disciplinę trahit ad se verbū dei: & libēs trahitur: gratissime ei ad eruditas aīas venit: & trahi se ab his īdulgēter accipit: benigneqꝫ cōcedit. Requiro sane si solū nomē ei⁹: qa vnguētū
E factū est exinanitū: tm̄ opis egerit: & ita suscitauerit adolescētulas: vt primo traherent eū ad se: & habētes eū apud se caperēt vnguētoꝝ eius odorē: & statim currerēt post eum: si hęc inquā oīa solo noīe ei⁹ effecta sunt: qđ putas faciet ipa eius substātia? Quid ex illa adolescētulę istę virtutis: quid vigoris excipiēt: si quo pacto potuerint aliqñ ad ipsam eius incōprehēsibilē: atqꝫ ineffabilē substantiā peruenire? Ego puto ꝙ si ī hoc aliquādo ꝑuenerint: iā nō ambulēt: neqꝫ currāt: sed vinculis quibusdam charitatis ei⁹ astrictę adhęreāt ei: ne vltra mobilitatis alicui⁹ vllus in eis resideat locus: sed sint cū eo vnus spiritus: & cōpleat̄ in eis illud qđ scriptū est. Sicut tu pater in me & ego ī te vnū sum⁹: ita & isti ī nobis vnū sint. Sed nūc interī (vt videt̄) spōsa cōsociatis sibi adolescētulis multis: quarū in posteriorib⁹ nō est nūerus: quę dicit ab vno solo sensu: & odoratu tm̄
F modo capta: currere se in odorē vnguentorū spōsi cōmemorat: siue ꝙ ipa cursu īdigeat ad hoc & ꝓfectu: siue ꝙ ipa qdē ꝓfecta sit: pro his aūt adolescētulis: q̄ adhuc cursu: & ꝓfectibus indigēt: etiā ipa se currere fatetur: sicut & ille qui cū ipe sub lege nō eēt fit tñ sub lege: vt eos qui sub lege sunt lucrifaciat. Et iterū: Cū in lege sit Christi: his tñ q sine lege sunt fit & ipse sine lege: vt eos q sub lege sunt saluet. Et hoc fit (vt diximus) solo adhuc odoratu eius accepto. Quid putas ageret cū & auditū eaꝝ: & visum: & tactū: gustūqꝫ occupauerit verbū dei: & singulis quibusqꝫ sensibus virtutes ex se cōpetentes naturę earū: capacitatiqꝫ ꝓbuerit? Ita vt oculis si videre potuerit gloriam eius: gloriam tanq̄ vnigeniti a patre aliud vltra iā videre nollet: neqꝫ auditus aliud q̄ verbū vitę & salutis audire. Sed & cui⁹ man⁹ palpauerit de verbo vitæ: nihil vltra materiale: nihil fragile: caducūqꝫ palpabit: nec gustus cum gustauerit bonū verbum dei: carnēqꝫ eius: & panē qui de cœlo descendit: aliud quid post hoc gustare patietur. Prę dulcedine nāqꝫ ipsius: & suauitate omnis reliquus ei sapor asper videbitur & amar⁹: & ideo hoc solo vescet̄. Omnem nāqꝫ suauitatē quācunqꝫ cupierit in hoc inueniet. ad oīa nāqꝫ aptum se reddit: & habilem. Deniqꝫ his qui ex corruptibili semine generantur G rationabile: & sine dolo efficitur lac. His vero qui infirmant̄ in aliquo: oleū se ꝓbet ad hospitalitatis amicitiam: & gratiā. His vero qui ꝓ possibilitate sumēdi: & exercitatos habent sensus: ac discretionē boni & mali: cibū se solidū prębet. Si qui vero sunt qui exierint de ęgypto & secuti columnam ignis: & nubis in eremum venerint: de cœlo ad illos descēdit: minutum & subtilē eis præbens cibū angelico similē: ita vt panē angelorum māducet homo. Habet & alias multas in seipso: atqꝫ innumeras ciborū differentias: quas interim pelle quis: & carne ossibusqꝫ indutus: & neruis capere nō potest. Qui aūt dignus fuerit redire & esse cum christo: quiqꝫ in paruo fidelis inuētus cōstituetur super multa: ille gustabit: & capiet voluptatē dñi: perductus ad locū qui pro huiusmodi ciborū copiis: & varietatibus delitiarū nominatur locus. Propter qđ & in edon posit⁹ dicitur qđ delitias indicat. Ibi em̄ dicet̄ ad eū delitiare in dño. Delitiabitur aūt nunc non in vno solo edēdi: gustandiqꝫ sensu: sed & auditu delitiabitur: & visu: & tactu: odoratuqꝫ delitiabitur. In odorē nāqꝫ vnguenti eius curret. Et ita omnibus sensibus suis delitiabitur in verbo dei is qui ad summā perfectionis: ac beatitudinis venerit. Vnde & in his positi locis dep̄cemur auditores horum: vt mortificēt carnales sensus: nequid ex his quę dicūtur secūdum corporis motus excipiāt: sed illos diuiniores interioris hominis ad hęc capiēda sensus exhibeāt: sicut Salomon edocet nos: dicens. Sensum autem diuinum inuenies. Et vt Paulus quoqꝫ ad hebręos scribit de ꝑfectis (vt supra memorauim⁹) qui exercitatos habent sensus ad discretionē boni: vel mali: ostendens esse in homine præter hos corporeos sensus: quinqꝫ alios nihilominus qui exercitia quærunt: & exercitati dicūtur: cum scilicet intelligentiam rerum acumine acriore discutiunt. Non enim perfunctorie: & vt libet audiendum est: qđ apostolus de perfectis dicit: quia exercitatos habēt sensus ad discretionem boni: vel mali. Qđ vt clarius elucescat: sumamus si videtur exemplum ab his corporalibus sensibus: & ita demum statim ad illos diuinos quos scriptura noīat sensus inretioris hominis veniem⁹. Si ergo corporeus oculus exercitium visus habeat nullo

impediēte obstaculo integre: & absq; vlla falsitate: vel colores corporū: vel magnitudines qualitatesq; dephendet. Nam si aut caligine: aut alia qualibet infirmitate impediatur aspectus: & rubeū pro albo: & viride ꝑ nigro: aut rectū putat esse aliqd cū curuū sit: & tortuosum: cōturbabitur sine dubio iudiciū mētis: & aliud ꝑ alio agetur. Ita ergo & interior visus nisi eruditione: & industria fuerit exercitatus: quo per multā peritiā: discretionē boni habeat: ac mali: sed ignorantia: & imperitia tanq̄ caligo oculis inciderit: aut etiā malitiæ alicuius languore: tanq̄ lippis oculis accesserit: discrimē boni: aut mali intueri nullaten⁹ possit. Et inde fiet: vt mala pro bonis agat: bona vero pro malis spernat. Secundū hāc vero formā: quā de visu corporis: animæq; tractauimus: cōsequēter etiā de auditu: & gustu: & odoratu: tactuq; per singulas quasq; sui generis virtutes sensuū corporaliter referem⁹ ad aīæ sensus: q̄ in singulis adhibere debeat exercitia: q̄q; debeat emēdatio parari dilucide recognoscemus. Hæc autē paulo latiori excessu prosecuti sumus: ostendere volentes odoratū sponsæ adolescētularū quo odoratæ sunt odorē vnguentorū sponsi: nō corporis sensus: sed diuini odoris illius: & interioris qui appellaṫ hominis: dici. Hic ergo odorationis sensus ī quo sanus est: & īteger: odore Christi accepto ex vita adducit ad vitā. Si vero non sit sanus: hoc odore suscepto de morte ī mortē deiicit: secūdum illū qui dicebat. Quoniā Christi bonus odor sumus: aliis quidē de vita in vitam: aliis aūt odor de morte in mortem. Deniq; & hi quibus intellectus hærbarū est pigmētorū q; peritia: ferūt quædā esse pigmēta: quorū si odorē ceperint nonnulla animalia continuo intereunt: alia vero eodem odore recreanṫ: vitāq; recipiunt. Et nunc ergo in his ipsis expositionibus: & sermonib⁹ quos habem⁹ in manibus: videtur aliis esse vita ex vita: aliis vero mors ex morte. Nam si hæc omnia ita audiat animalis qui dicitur homo: qui nō potest pcipere: & intelligere quæ sunt spirit⁹ dei: irridebit sine dubio: atq; inepta hæc esse & inania ꝑ nuntiabit dicēs: omnia potius q̄ rerū causas: & dogmata diuina tractari. His ergo odor hic cantici cāticoꝶ efficiṫ de morte ī mortē: de morte infidelitatis: in mortē iudicii: & cōdemnationis. Sequētibus vero spiritalem sensum: & subtilem: atq; intelligentibus maiorē inesse veritatem in his quæ non vidētur: q̄ in his quę videntur: & veriora haberi apud deū inuisibilia: & spiritalia magis q̄ visibilia & corporalia: complectenda sine dubio huiusmodi intelligentia videbitur: & sequenda. Agnoscunt enim tale esse intelligēdæ veritatis iter quo peruenitur ad deū. Sed si quidē alienus a fide sit is: q hæc stulta iudicat: & irridenda: nihil mirū. Si vero aliquis ex his sit qui vidētur credere: & scripturarū auctoritatē recipere: nō tamē recipit expositionis huius spiritalis formā: sed irridet: & derogat: tētem⁹ ex aliis scripturarū locis instruere eū: ac persuadere. Qui si forte poterit sic resipiscere: & talia q̄dā dicamus ad eum. scriptum est. Præceptū domini lucidum illuminans oculos. Dicat ergo nobis. Qui sunt oculi qui illuminantur luce pręcepti. Et iterū. Qui habet aures audiendi audiat. Quæ sunt aures istæ quas q habuerit ipse solus verba Christi audire dicaṫ. Et iteꝶ. Quoniam Christi bonus odor sumus deo. & in aliis. Gustate: & videte quoniam suauis est dominus. Et qđ alius ait. Manus nostrę palpauerunt de verbo vitę. Putas ne in his omnib⁹ nō mouebitur: vt aduertat hæc vniuersa nō de corporeis sensibus dicta: sed de his quos secūdum interiorem hominem inesse vnicuiq; docuimus? nisi si cōtentionis & iactantiæ vitio agiṫ: qui eiusmodi est. Quibus vitiis quoniā & visus ille interior excæcatur: & odoratus occluditur: & obturatur auditus: merito nec videre quæ spiritalia sunt: nec audire pōt: sed nec odorē istum Christi capere: quo nūc recepto adolescentulæ istæ in quibus bene sanus: & vigēs erat hic sensus: in odorē vnguentorū eius currunt post ipm: nec deficiunt currētes: aut laborāt: quia suauitate odoris ipsius qui est de vita in vitam: refectæ iugiter inualescunt. Potest adhuc & hoc modo accipi qđ ait. Vnguētū exinanitum nomen tuum. Propterea adolescentulæ dilexerunt te. Vnigenitus dei filius cū in forma dei esset: exinaniuit semetipsum: & formā serui accepit. Exinaniuit aūt de plenitudine sine dubio in qua erat. Illi ergo q dicūt: quia de plenitudine eius nos oēs accepimus: ipsi sunt adolescentulæ: quæ de ea plenitudine ex qua se ille exinaniuit: Et factum est vnguentum exinanitū nomē eius percipientes dicunt. Post te in odorē vnguentorum tuorū curremus. Nisi enim exinanisset vnguentum: hoc est plenitudinem diuini spiritus: & humiliasset se vsq; ad formam serui: capere eū nullus in illa diuinitatis plenitudine potuisset: nisi sola fortassis sponsa. ꝑ eo q; videtur indicare: quia vnguētum istud exinanitum non sibi: sed adolescentulis dilectionis dederit causam. Sic eñ dicit. Vnguētum exinanitum nomen tuū: Propterea adolescentulæ dilexerūt te. Ac si diceret. Adole-

scentulę quidem propterea dilexerūt te: quia exinanisti te de forma dei: & factū est vnguentum exinanitum nomen tuum. Ego autem dico q̄ nō p exinanito vnguēto: sed pro ipa vnguentorum plenitudine dilexi te. Hoc enim indicat in eo loco vbi dicit. Odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Q̄ vero
B etiā ipa cū adolescentulis post ipm se cursurā dicit: hanc aio asse causam: q̄ perfecti quiq̄ omnia omnibus fiant: vt omnes lucrifaciant: sicut iā supra exposuim⁹. Introduxit me rex in cubiculum suum: & iocundemur in te. Cū indicasset sponso suo sponsa q̄ adolescentulæ odore captæ currerent post ipm: cum quibus etiam ipa cursura esset: vt eis formam præberet in omnibus: nunc quasi laboris sui consecuta iā palmam pro eo q̄ cucurrerit cū currētibus: introductam se dicit ab sponso rege in cubiculum eius: vt ibi videret cunctas opes regias. In quo vtiq̄ merito iocūdatur: & exultat. vtpote quæ secreta iam regis: & arcana prospexerit. Hic est: secundū propositum dramatis ordinem: quasi historicus intellectus.
C Sed quoniam cui res agitur ecclesia est vel ad Christum veniens: vel anima verbo dei adhęrens: quid aliud cubiculū Christi & prōptuarium dei credendum est: in quo vel ecclesiam: vel animam cohęrentem sibi introducat: nisi ipe arcanus sensus eius: & recōditus: de quo & Paulus dicebat: Nos autē sensum Christi habemus: vt sciamus quæ a deo donata sunt nobis? Hæc illa sunt quæ oculus nō vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascēdit: quæ præparauit deus his qui diligūt eū. Cum igitur Christus animam in intelligētiam sui sensus inducit: in cubiculum regis introducta dicitur: in quo sunt thesauri sapientiæ: ac scientiæ eius absconditi. Non mihi aūt vacuum videt: q̄ cū potuisset dicere: Introduxit me sponsus meus: aut fraternus meus aut aliquid huiusmodi: vt ei moris est: nunc quia cubiculum dictura erat: regis dixerit cubiculū: & nō aliud nomē pposuerit: in quo posset fortassis aliquis etiā mediocris intelligi. Sed propterea arbitror in his regem nominatum: vt ostēderetur per hoc nomen prędiues cubiculum: vtpote regium: & multis: atq̄ immensis opibus repletum. Prope hunc omnino mihi videtur fuisse & ille qui dixit raptū se esse vsq̄ ad tertium cœlū: & inde in paradisū: & audisse verba ineffabilia quæ nō licet homini loq. Quid enim putas esse illa verba quæ audiuit? nonne a rege audiuit: & in cubiculo: & prope cubiculum positus audiuit? Et erant credo illa verba talia quædam quæ hortarentur eū ad maiorem profectum: & pmitterent ei q̄ si pseueraret vsq̄ in finem & ipe posset itrare Regis cubiculum: secūdum illud qd̄ p pphetā quoq̄ pmittitur. Dabo tibi thesauros obscuros: occultos: inuisibiles. Aperiam tibi vt cognoscas quia ego sum dominus deus tuus: qui vocaui nomen tuum Israel. Currūt ergo adolescētulę post ipsum in odorem eius: vnaqueq̄ tamen pro viribus: alia quidem velocius: alia paulo tardius: alia etiam inferius cęteris: & vltimo: alia primo loco. Verūtamē currunt omnes: sed vna est perfecta: quę cucurrit sic: vt pueniret: & sola acciperet palmam. Sola em̄ est quæ dicit. Introduxit me rex in cubiculum suum: cum prius non de se sola: sed de pluribus dixisset: quia post te in odorem vnguētorum tuorum curremus. Introducitur ergo in cubiculum Regis: & efficitur Regina: & ipa est de qua dicitur: Regina astitit a dextris tuis in vestitu deaurato circūdata varietatib⁹. De his autem adolescentulis quæ post ipam cucurrerant: & procul ab ea in ipsis currēdi spatiis remanserant: dicitur. Adducentur regi virgines post eam: proximæ eius adducentur tibi. Adducentur in lętitia: & exultatione: inducētur in templum regis. Sed & illud etiā in hoc aduertere debemus: q̄ sicut rex habet habitaculum: quoddā in qd̄ reginā: siue sponsam suam introduxit: ita habet & spōsa suum cubiculum in qd̄ monetur per verbum dei ingressa claudere ostium: & ita conclusis his omnibus diuitiis suis intra illud cubiculum orare eum qui videt in abscōdito: & perspicit quantas opes animi (scilicet virtutes) itra cubiculum suum sponsa condiderit: vt vidēs eius diuitias det ei petitiones suas. omni enim habēti dabitur. Qd̄ autem ait: Exultemus: & iocūdemur in te: videtur ex persona adolescentularum dici: vel optantium: vel petentiū a spōsa: vt quemadmodum spōsa cōsecuta est quæ perfecta sunt: & exultat: ita ipę etiā suum implere cursum: & peruenire vsq̄ ad Regis cubiculum mereantur: vt perfectis & intuitis omnibus his de quibus illa gloriatur: etiam ipsę exultent sicut & illa: & iocūdentur in eo. Vel etiam ad sponsam pōt dictum videri ab adolescentulis congratulantibus ei: & promittētibus: petentibusq̄: vt participes fiant exultationis: & lętitię: diligemus vbera tua super vinum. Sponsa quidem postq̄ oscula meruit ab ipso sponsi ore suscipere: & vberibus eius perfrui: ait ad eum. Bona sunt vbera tua super vinum. Adolescentulę vero quæ nondum ad id beatitudinis venerant: neq̄ summā perfectionis acceperāt: neq̄ vsu: & operib⁹ fructus per

D (right margin, beside "caui nomen tuum Israel. Currūt ergo adole-")
E (right margin, beside "ti dabitur. Qd̄ autem ait")

fectæ charitatis expleuerant: vt quasi expertæ pronuntiarēt de vberibus eius quia bona sunt. Videntes tamen sponsam delectari: & refici ex vberibus sponsi: ex fontibus scilicet sapientiæ: & sciētiæ quæ de vberibus eius cōfluunt: & pocula cœlestis doctrinæ sumentes tanq̃ imitatrices perfectionis eius: & desyderātes eisdem vestigiis incedere: promittunt: & dicunt: diligemus vbera tua super vinum id est nos quidem nondum in id perfectionis ascendimus: vt iam diligamus vbera tua plus q̃ vinum: vel certe vbera tua: quæ sunt super vinum (Vtroq; enim modo sensus stare videbitur) Gerimus tamen spem: vtpote adolescentulæ: in id ætatis proficere: quo possimus non solum pasci: & ali ex vberibus verbi
A dei: sed & diligere alentem. Istæ sunt autem adolescentulæ (vt sæpe iam diximus) animę quæ primis: & initio volentibus eruditionibus videntur imbutæ: & velut vino quodam lætificatæ: institutione tutorum dūtaxat: curatorumq; & pædagogi: vtpote paruulæ: & quæ haberent quidem in viribus amare vinum: non tamen haberent in ætate: vt amore vberum sponsi moueri: aut excitari possent. Sed vbi aduenit plenitudo temporū: & Christus in eis profecit ætate: & sapientia: & iam sentire cœperunt quid sint vbera sponsi: quæq; in his perfectio verbi dei: & doctrinæ spiritalis plenitudo designetur: etiam promittūt: quia plusq̃ vinum quod nunc tanq̃ paruulæ bibunt dilecturæ sint vbera sponsi: id est propensiores futuræ erga perfecta: & omni plenitudine decreta dogmata Christi: q̃ iam antea: siue in communibus studiis: siue in legis: & prophetarum visæ sunt institutionibus extitisse. Aequitas dilexit te. Etiam hoc mihi videntur adolescentulæ proloqui: velut satisfacientes pro eo q; dilecturas super vinū se promiserunt vbera sponsi: & non iam in præsenti diligant: neq; integram vim charitatis ostēdant. Esto ergo vox ista velut incusantium semetipsas: quasi quæ nondum abiecta omni iniquitate peruenerint ad æquitatem: vt possint iam diligere vinum super vbera sponsi: scientes inconueniens esse: vt aliquid adhuc resideat iniquitatis in eo: qui ad perfectionem spiritalis: & mysticæ doctrinæ peruenerit.
B Quia ergo summa perfectionis in charitate consistit: Charitas autem nihil iniquitatis admittit: vbi autem nihil iniquitatis est: ibi fine dubio est æquitas: merito ergo æquitas esse dicitur quæ diligit sponsum. Et vide si nō ob hoc etiam videtur illud in euangelio a saluatore dictum. Si diligitis me mādata mea seruate. Si ergo qui diligit Christum mandata eius custodit: & qui mādata eius custodit nulla est in eo iniquitas: sed æquitas in eo permanet: æquitas ergo est quæ mandata eius custodit: & diligit Christum. Et rursum. Si is qui mandata custodit ipse diligit Christum: mādata autem in æquitate seruantur: & ęquitas est quæ diligit Christum: qui iniquū aliquid gerit: neq; mādata custodit: neq; diligit Christum. Erit ergo vt q̃tum iniquitatis in nobis est: tantum longe simus a dilectione Christi: & tantum mādatorum eius præuaricatio habeatur in nobis. Et ideo regulam quādam directam ponamus esse ęquitatem: vt si quid in nobis iniquitatis est: hanc adhibētes: & superducentes directoriam mandatorū dei: si quid in nobis curuū: si quid tortuosum est: ab huius regulæ linea resecetur: vt possit & de nobis dici. Aequitas dilexit te. Possumus autem etiam sic accipere: vt videatur simile esse qđ dixit. Aequitas dilexit te: ac si dixisset: Iustitia dilexit te: & veritas: & sapientia: & prudentia: & singulæ quæq; virtutes. Nec mireris sane si dicimus virtutes esse quæ diligūt Christum: cum in aliis ipsarum virtutū substātiā Christum soleamus accipere. Quod & frequēter inuenies in scripturis diuinis pro locis & opportunitatibus aptari. Inuenim⁹ nāq; ipm & iustitiam dici: & pacem: & veritatē. Et rursum scriptū est in psalmis: Iustitia & pax osculatæ sunt: & veritas de terra orta est: & iustitia de cœlo ꝓspexit. Quæ vtiq; omnia: & ipe esse: & rursum ipsum dicuntur amplecti. Sed & sponsus idem dicitur: idem etiā sponsa nominatur: vt in prophetia scriptum est. Sicut sponso imposuit mihi mitram: & sicut sponsam ornauit me ornamento. C

Homilia Secunda. Cap. I.



Vsca sum & formosa filiæ Hierusalem: vt tabernacula cedar: vt pelles Salomonis. In aliis exemplaribus legimus. Nigra sum: & formosa. Rursus in hoc persona sponsæ loquentis introducitur. Loquentis autem non ad alias adolescentulas: quæ cum ipsa currere solent: sed ad filias Hierusalem: quibus tanq̃ his quæ derogauerint fœditati eius respondere videtur: & dicere: fusca quidem sum: vel nigra: q̃tum ad colorem spectat: filiæ Hierusalem. Formosa vero si quis interna membrorum lineamenta perspiciat. Nam & tabernacula (inquit) cedar D

quæ est gens magna: nigra sunt: & ipsa gens cedar nigredo: vel obscuritas interpretatur. Sed & pelles Salomonis nigræ sunt: nec tamē ob hoc tanto Regi in omni gloria sua pellium visa est indecora nigredo. Non ergo mihi o filiæ hierusalem exprobretis culpam coloris: cum siue naturalis siue exercitio quęsita corpori pulchritudo non desit. Hæc continet historicum drama: & propositæ fabulę
E species. Sed redeamus ad ordinem mysticū. Hæc sponsa quæ loquitur ecclesię personam tenet ex gentibus congregatę. Filię vero hierusalem ad quas ei sermo est: illę sunt animæ quæ propter electionem patrum charissimę quidem dicuntur: inimicę aūt propter euangeliū. Istæ sunt filię hierusalem ciuitatis terrenæ: quæ videntes ecclesiam ex gentibus: q̄uis pro eo ignobilem: ꝙ generositatem sibi Abrahā: & Isaac: & Iacob nō possit ascribere: obliuiscentem tamen populum suum & domum patris sui: atꝙ ad Christum venientem spernunt eam: & pro ignobilitate generis offuscant. Qđ sponsa sentiens filias prioris populi imputari sibi: & pro hoc etiam nigram se appellari: quasi quæ paternæ eruditionis non habeat claritatem: respondens ad hæc: dixit
F Nigra sum quidem o filię hierusalem: pro eo ꝙ non descendo de stirpe clarorum virorum neꝙ illuminatione m Moysi legem accepi: habeo tamen pulchritudinem meam mecum. Nam & in me illud primū est quod ad imaginem dei in me factum est: & nunc accedēs ad verbum dei recepi speciem meam. Q̄uis em̄ pro coloris obscuritate comparetis me tabernaculis cedar: & pellibus Salomonis: tamen & cedar ex Ismaele descendit. Secundo nanꝙ loco ex Ismaele natus est: qui Ismael non fuit expers diuinæ benedictionis, sed & pellibus Salomonis comparatis me: quæ non alię sunt q̄ pelles tabernaculi dei. & tamen miror vos o filiæ hierusalem coloris velle exprobrare nigredinē. Quomodo non meministis ꝙ in lege vestra scriptum est: ꝙ passa sit Maria: quæ derogauit Moysi: cū æthiopissam nigram acceplsset vxorem? Quomodo ignoratis illius imaginis adumbrationem in me nunc veritate compleri? Ego sum illa Aethiopissa. Ego sum nigra quidem ignobilitate generis: formosa vero propter pœnitentiā: & fidē. Suscepi. n. in me filiū dei: recepi verbū carnē factū. Accessi ad eū qui est imago dei primogenitꝰ omnis creaturę: & qui est splēdor & gloria: & fulgor substantiæ eius: & facta sum formosa. Tu ergo quid improperas cōuertēti se a peccato quod lex fieri vetat? Et quomodo tu gloriaris in lege: præuaricans legem? Verū quo G niam in his locis sumus vbi ecclesia quæ ex gentibus venit nigram se esse dicit: & formosam: q̄uis lōgum videatur esse: & operosum colligere ex scripturis diuinis in quibus: vel qualiter sacramenti huius forma pręcesserit: tamen non mihi penitus omittendum videtur: sed q̄tum potero breuiter memorandū. Primo ergo in numerorum libro de ęthiopissa ita scriptū ē. Et locuta est Maria ad Aarō: & derogauerūt Moysi propter mulierē ęthiopissam quam accepit vxorem: & dixerunt. Nunquid Moysi soli locutus est dn̄s? Nonne & nobis locutus est? Iterum in tertio regnorum libro scriptum est de Regine Saba: quia venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis: hoc modo. Regina Saba audiuit nomē Salomonis: & nomen domini: & venit tentare eum in parabolis: & venit in Hierusalem in virtute magna valde. Cameli portantes odoramenta: & aurum multum valde: & lapidem pretiosum. & ingressa est ad Salomonem: & locuta est ei omnia verba quæ erant in corde suo: & enuntianit ei Salomon omnia verba eius: & non fuit verbum quod omiserit Rex: & non enuntiauerit Rex ei. Et vidit Regina Saba omnem prudentiam Salomonis: & domū quam ædificauit: & cibos Salomonis: & sedem puerorum eius: & ordinem ministrorum eius: & vestes eius: & vini fusores eius: & holocausta eius quæ offerebat in domo domini: & obstupuit: & dixit ad Regem Salomonem: verus est sermo quem ego audiui in terra mea de verbo tuo: & prudentia tua: & non credidi his qui loquebātur mihi vsquequo venirē: & viderunt oculi mei: & ecce nec media pars est quæ nuntiabatur mihi. Addidisti enim super omnem auditionem quam audiui in terra mea. Beatæ mulieres tuæ: beati pueri isti: qui assistunt in conspectu tuo semper: & audiunt omnem prudentiam tuam. Sit dominus deus tuus benedictus qui tibi dedit sedem israel. Quoniam dilexit dominus israel: & voluit eum permanere inęternum: posuit te Regem super eos: vt facias iudiciū cū iustitia: & iudices eos. & dedit Salomoni. cxx. talenta auri: & odoramēta multa valde: & lapidē p̄tiosū. Nunq̄ talia venerāt odoramēta: nec in tāta multitudīe: q̄ dedit Regina Saba regi Salomoni. Hęc aūt paulo latius repetere voluimus: & inserere huic expositiōi nostrę: sciētes intātū cōuenire hæc ad p̄sonā ecclesiæ q̄ ex gētibus venit ad Christū: vt ipse dominus in euāgeliis Reginę huius faceret mentionē: dicēs eam venisse a fi

nibus terræ: vt audiret sapientiã Salomonis Austri aũt reginã dicit eã: pro eo ꝙ Aethiopia in austri partib⁹ iaceat: & a finibus terræ quæ sit in vltimo posita. Inuenimus aũt hui⁹ ipsius reginæ etiã Iosephũ in historia sua facere mẽtionẽ: addẽtẽ etiã hoc: ꝙ posteaq̃ egressa est (inq̃t) a Salomone cũ abiisset rex esset miratus eius sapientiam: quam sine dubio ex Salomonis sapientia susceperat. cognouit inquã nomen eius Meroe. Refert aũt ꝙ nõ solũ Aethiopiæ: sed Aegypti regnũ tenuerit. Addemus autẽ adhuc & ea quæ in. lxvii. psalmo de hac eadem forma continẽtur. Ait ergo ibi Disperge gentes quæ bella volunt: venient legati ex Aegypto: Aethiopia p̃ueniet manus eius deo. Et adhuc quarto in loco apd̃ Sophoniã ꝑphetã de hac eadẽ figura hoc modo scriptũ est. Propterea sustine me (dicit domin⁹) in die resurrectiõis meæ: ĩ martyrio: hoc ẽ in testimonio: quoniã iudicium meũ est: & congregationes gẽtiũ: vt suscipiã reges: & effundam sup eos omnẽ irã indignationis meæ. In igne zeli mei cõsumetur omnis terra. Quoniam tũc conuertã in populis linguã in generationem eius: vt inuocent oẽs nomen dñi: & seruiẽt ei sub iugo vno. De vltra flumina suscipiãt eos Aethiopiæ q̃ dispersi sunt: & afferent sacrificiũ mihi. In die illa nõ cõfunderis Saba ab omnibus adiuẽtionibus tuis: in q̃bus impie egisti in me. Sed & ĩ Hieremia scriptũ est: ꝙ principes quidem populi Israel miserĩt Hieremiã in lacũ Melchie filii regis: qui erat in domo carceris: & deposuerũt eũ cũ funib⁹: & in lacu nõ erat aqua: sed cœnum: & erat in cœno. Audiens autẽ Abdimelech Aethiops vir eunuchus q̃ erat in domo regis: quia miserunt Hieremiã in lacũ: locutus est regi: & dixit. Domine rex male fecerũt viri isti omnia quæ fecerũt in Hieremiã prophetã: qui miserũt eũ in lacum: & morietur ibi a facie famis: quoniã nõ sunt iam panes in ciuitate. Et p̃cepit rex ipsi Abdimelech Aethiopi: dicẽs. Tolle hinc triginta homines & educ eũ de lacu: vt nõ ibi moriatur. Et q̃d plura? Abdimelech Aethiops fuit qui Hieremiã eduxit de lacu. Et paulo post factus est sermo domini ad Hieremiã: dicẽs. Vade & dic Abdimelech: dicẽs. Sic dicit dñs deus Israel. Ecce adduco verba mea sup ciuitatẽ istã in mala: & non in bona: & saluabo te in die illa: & nõ te dabo in man⁹ hominũ quos tu times. A facie eorũ saluans: saluabo te: & in gladio nõ cades: sed erit anima tua in salutẽ: quoniã confisus es in me: dicit dñs. Hęc interim ad pręsens de scripturis sanctis occurrere potuerũt: quibus mihi videtur ꝓpositi de canticis canticorũ versiculi mysteriũ cõprobari: in quo dicit: Fusca sum: siue nigra: & formosa filiæ Hierusalem sicut tabernaculũ cedar: & sicut pelles Salomonis. Inuenitur ergo Moyses in numeris accipere Aethiopissam vxorẽ fuscam: vel nigrã: pro qua Maria: & Aaron derogãt ei: & indignãtes dicũt. Nunq̃d Moysi soli dñs locutus est: nõne & nobis locutus est? In quo si diligenter cõsyderes hæc: nõ consequentiã sermo inuenitur habere historicus. Quid eñ cõuenire ad rem videbitur: vt indignãtes pro Aethiopissa dicant: Nunq̃d soli Moysi locutus est dominus? Nonne & nobis locutus est? Oportebat enim si hoc erat in causa: dici ab eis: nõ oportuit te Moyses vxorem accipere Aethiopissam & de semine Cam: sed de genere tuo: & de domo Leui. Horum nihil dicunt: sed aiunt. Nunquid Moysi soli locutus est deus: nonne & nobis locutus est? In quo & mihi videtur secũdũ mysteriũ magis ĩtellexisse q̃d gestũ est: & vidisse ꝙ iam Moyses: id est spiritalis lex: in nuptias: & coniugiũ congregatæ ex gentibus migrarat ecclesiæ: & Mariam quæ synagogæ derelictæ formã: & Aaron qui sacerdotii carnalis tenebat imaginẽ: videntes ablatũ esse a semet ipsis regnũ: & datũ esse genti facienti fructus eius: dicere. Nũq̃d Moysi soli locutus est de⁹? Nonne & nobis locut⁹ est? Deniq; & Moyses ipse cũ tanta: & tam magnifica eius opera fidei ac patientiæ referantur: nunq̃ tãtis a deo elatus est laudibus: vt nunc cũ Aethiopissam ducit vxorẽ. Nũc de eo dicitur: quia Moyses homo mãsuetus valde super omnes homines qui sunt super terram. nunc & illud de eo dicit dominus: quia si fuerit in vobis propheta in visionibus loquar ei aut in somniis non vt famulo meo Moysi: quia ĩ omni domo mea fidelis est. Os ad os loquar ad eũ in specie: & nõ in ænigmate: gloriã domini vidit: & cur non timuistis detrahere de famulo meo Moyse? Hæc omnia pro coniugio Aethiopissæ Moyses audire meruit a domino: verũ de his plenius in libro Numerorum prosecuti sumus: quæ si quis dignũ iudicat noscere: illa perquirat. Nunc autem sufficiat approbare ex his ꝙ ipsa est nigra: & formosa quam Moyses id est lex spiritalis quæ sine dubio verbum dei & Christus est: in coniugium suũ asciscit: licet obtrectent: & derogent filiæ Hierusalẽ: plebs scilicet ista cum sacerdotibus suis. Videam⁹ autem & ea quæ ex tertio Regnorum libro ꝓtulimus de regina Saba: & ipsa nihilominus Aethiopissa: cui testimoniũ dat dñs in euãgeliis: ꝙ in die iudicii veniat cũ viris generatio

nis incredulę: & condēnet eo: quia venit a finibus terræ audire sapientiam salomonis. & addit. Quia plus Salomone hic. docens per hoc plus eē veritatē: q̄ veritatis figuras. Venit ergo & hęc: imo & secūdū figurā ei⁹ ecclesia venit ex gētibus audire sapientiā Salomonis veri: & veri pacifici dñi nostri Iesu Christi. venit & hęc primo quidē tētans eū per ęnigmata: & quęstiones: quę ei prius insolubiles videbātur: atq; ab ipso de agnitiōe verbi dei: & de creaturis mūdi: vel de immortalitate animę: & iudicio futuro: qđ apud eā: & apđ doctores eius gentiles dūtaxat philosophos incertum semp: aut dubiū manebat: absoluit. Venit ergo in hierusalē ad visionem. s. pacis: cū multitudine: & virtute multa: nō enim cum vna sola gēte vt pri⁹ synagoga solos habuit hebręos sed cū totius mundi gētibus venit: deferēs etiā munera digna Christo: odoramētorū si quidem suauitates: opera: si bona: quæ ad deū per odorem suauitatis ascēdūt: sed & auro venit repleta: sensibus sine dubio: & rationabilibus disciplinis: quas ante fidē adhuc ex cōmuni: & scholari eruditione collegerat. Detulit etiam lapidem preciosum: quę ornamēta morum possumus intelligere. Cum hoc ergo apparatu intrat ad pacificū regē Christū: & ipsi aperuit cor suū in cōfessiōe: & pœnitētia: scilicet pręcedentiū delictorū: & locuta est ei oīa quę erāt in corde suo: ꝓpter qđ & Christ⁹ q ē pax nostra enūtiauit ei oīa verba eius: & non est verbū qđ omiserit rex: & nō enūtiauerit ei Deniq; cū iam tēpus passionis appropinquauerit: sic loquitur ad eam. i. ad electos discipulos suos. Iam nō dicam vos seruos: sed amicos quia seruus nescit quid faciat dñs ei⁹. Ego autem nota feci vobis omnia quęcunq; audiui a patre meo. Sic ergo implet̄ qđ dixit: quia non fuerit verbum: qđ nō enūtiauerit pacific⁹ dominus reginę sabę. i. ecclesię ex gētibus cōgregatæ. Q2 si intueearis: ecclesię statū: & dispensationes eius: ordinationesq; eius consideres: tūc aduertes quomodo regina mirata sit oēm prudentiam Salomonis. Simul & require: cur nō dixerit omnē sapientiā: sed omnē prudentiā Salomonis: quoniāquidē eruditi viri prudentiā de humanis negotiis: sapientiā de diuinis: intelligi volūt. Idcirco fortassis ecclesia nūc interim Christi prudētiā miratur dū in terris est: & inter homines cōuersatur. Cū autem venerit qđ perfectū est: & de terris translata fuerit ad cœlum: tunc videbit omnem sapientiam eius: cū iam nō per speciem: non per ęnigmata: sed facie ad faciem de singulis quibusq; perspiciet. Vidit aūt & domū quam ędificauit: sine dubio incarnationis ei⁹ mysteria Ipsa est enim domus quā ędificauit sibi sapiētia. Vidit & cibos Salomonis. Illos puto de q̄bus dicebat. Meus cibus est: vt faciam volūtatē eius qui misit me: vt perficiā op⁹ ei⁹. Et vidit ordinem puerorū eius. Ecclesiasticū puto ordinem dicat: q in episcopatus vel presbyterii sedibus habet̄. Vidit ordinationes siue statiōes mysteriorū eius. Diaconorū (vt mihi videtur) ordinē memorat astātiū diuino mysterio. Sed & vestes eius vidit. Illas credo quib⁹ induit eos: de quibus dicitur: Quicūq; autē in xp̄o baptizati: Christū induistis. Sed & vini fusores ei⁹ arbitror dicit doctores: qui verbū dei: & doctrinā quasi vinū populis miscēt: qđ auditorū corda lętificet. Vidit & holocausta eius: orationū sine dubio: supplicationūq; mysteria. Hęc ergo oīa vbi vidit ī domo regis pacifici imo pacifici xp̄i nigra hæc & formosa obstupuit: & ait ad eū. Ver⁹ ē sermo quē audiui in terra mea de verbo tuo: & de prudentia tua. Propter eñ verbū tuū qđ agnoui verum esse verbū: veni ad te. Omnia etem̄ verba quę dicebant̄: & quę audiebā cum essem in terra mea a doctoribus. s. sæculi: & philosophis non erant vera. Istud est solum verū verbū qđ est in te. Sed fortassis quęrendū videbat̄ quomodo dicebat Regi Regina hæc: quia nō credidi his quæ dicebant̄ mihi de te: cum vtiq; nō venisset ad Christū nisi credidisset? Sed vide si possumus hoc modo soluere qđ proponitur. Non his (in quit) credidi qui loquebant̄ mihi Non enim fidē meam in illos qui locuti sunt de te: sed ī te direxi. i. non hominibus: sed tibi credidi deo. Et per illos quidem audiui: ad te autem veni: & tibi credidi. Apud quem multo plura viderūt oculi mei: q̄ annūtiabātur mihi. Re uera eñ cū peruenerit nigra hęc: & formosa in Hierusalē cœlestē: & ingressa fuerit visionem pacis: multo plura: & magnificētiora q̄ nūc ei sunt annūtiata perspiciet. Nūc eñ tanq̄ in speculo & ęnigmate: tūc aūt videbit facie: ad faciem: cū cōsequetur ea quæ oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascenderunt. Et tunc videbit quia nec medietas eoꝝ est: quæ audiuit ī hac sua terra posita. Beatæ ergo sūt mulieres Salomonis: animæ sine dubio quæ verbi dei: & pacis ei⁹ participes fiunt. Beati pueri eius: qui assistunt in conspectu eius semper. Non illi qui aliquando assistūt: & aliquādo nō assistūt: sed qui semp: & sine ītermissiōe assistūt verbo dei vere beati sunt. Talis erat & illa Maria: q̄ sedebat secus pedes Iesu: & audiebat eū: cui & testimonium reddidit ipse dicēs ad Martham. Maria

E

F

optimam partem elegit quæ non auferetur ab
A ea. Adhuc nigra hæc: & formosa dicit. Benedictus qui voluit dare te sup sedem Israel. Vere enim quia dilexit dñs Israel: & voluit vt staret in æternũ: posuit te regẽ super eũ. Quem! pacificum sine dubio: Christus est pax nostra: qui fecit vtraq; vnum: & medium parietem sepis soluit. Et post hæc oĩa dedit (inquit) cxx. talenta auri regi Salomoni regina Saba. Numerus hic. cxx. consecratus est vitę hominum eorum qui fuerũt in diebus Noe: quibus istud conceditur spatiũ vitæ: quo inuitantur ad pœnitentiã. Ipse autem numerus annorũ: & Moysi vitæ fuit. Offert ergo Christo ecclesia in auri specie & pondere: non solum multitudinem sensuum suorũ: & intellectuũ: sed lege dei consecratos indicat sensus suos per hũc qui Moysi annos vitę continet numerum. Offert etiam suauitates odoramentorum: quales & quantę nunq̃ venerant: vel orationes in hoc: vel opera misericordiæ intelliget: nunq̃ enim vel tam recte orauerat vt nunc cum accessit ad Christum: vel tam pie operata fuerat: vt cum cognouit iustitiã suam non facere coram hoĩbus sed corã patre: qui videt in abscondito: & reddet palam. Sed multum est alienis in locis simul vniuersa persequi hęc quę nec testimonii gratia videntur assumpta. Sufficiant ista de tertio libro regnorum: videamus aliqua & ex
B his quæ de. lxxvii. psalmo protulimus: vbi ait Aethiopia pręueniet manus eius deo. Si enim intuearis quomodo ex delicto Israel fit salus gentibus: & q̃ illorum lapsus introeũdi viam nationibus dedit: aduertes quomodo præuenit/& præcepit Aethiopiã manus: hoc est gentium populos illos ad deum: quibus primis data sunt eloquia dei: & in hoc compleri æthiopia præueniet manus eius deo: & fit nigra ista formosa: etiam si nolint: etiam si inuideant/& obtrectent filiæ Hierusalem. Sed & prophetæ testimoniũ quod posuit. Suscepit dñs etiã eos qui veniunt de locis quæ sunt vltra flumina Aethiopum: & offerunt hostias deo: simili sensu aduertendũ puto: videtur eñ mihi q̃ vltra flumina Aethiopiæ esse dicitur ille qui nimiis: & superabundantibus peccatis infuscatus est: & atro malitiæ fuco infectus niger & tenebrosus est redditus: & tamen ne hos quidem repellit dominus: sed oẽs qui sacrificia contribulati spiritus: & humilitati cordis offerunt deo: cõfessionis scilicet ac pœnitentiæ titulo ad eum conuersi non repellunẽ ab eo. Sic eñ pacificus dicit dñs noster. Ego veniẽtẽ ad me non repello. Potest autem & de illis dictum videri q̃ vltra flumina Aethiopum positi veniẽt etiã ipsi ad deum hostias deferentes: qui posteaq̃ intrauerit oĩs plenitudo gentium: quæ fluminibus Aethiopum cõparatur: veniẽt etiã ipsi: & tũc omnis Iuda saluabitur: & pro eo vltra flumina dicantur: quasi q̃ vlteriores: & posteriores sint spatiis: in quibus currit: inundatq; gentium salus. Et ita forte cõpleri videtur hoc quod dicit: quia in die illa non cõfunderis oĩs Israel ex omnibus adinuentionibus tuis: quibus impie egisti in me. Superest vt illud testimoniũ quod de Hieremia assumpsimus explicetur: vbi Ab- C
dimelech nihilominus Aethiops vir eunuch⁹ cum audisset quia Hieremias in lacum missus est a principibus populi: educit eũ inde. Et puto inconueniens nõ videri: si dicamus quẽ príncipes Israel condẽnauerũt/& in lacum mortis miserunt: iste alienigenæ & obscuræ gentis homo: & degeneris: id est populus gentium: educit eum de lacu mort[: resurrectionem scilicet eius a mortuis credens: & fide sua hunc quem illi in mortẽ tradiderant: iste de infernis reuocat/& reducit. Sed & eunuchus hic Aethiops esse dicitur: credo q̃ castrauerit semetipsum ꝑpter regnum dei: vel etiam qui semen malitiæ in semetipso non habebat. Seruus quoq; est regis: quia seruus sapiens imperat stultis dominis. Interpretatur autem Abdimelech: seruus regum. Et ideo domin⁹ reliquẽs populũ Israel ꝑ peccat[ad Aethiopẽ verba dirigit: & ad ipm mittit prophetã: & ipe dicit. Ecce ego adduco verba mea sup ciuitatẽ istam in mala: & non in bona: & saluabo te in die illa: & non te dabo in manus hominum: sed saluans saluabo te. Salutis aũt causa hęc est ei: quia eduxit prophetam de lacu: id est q̃ a fide sua qua Christũ resurrexisse credat a mortuis: eduxisse eum ex lacu videtur. Habet ergo plurima testimonia fusca hæc: vel nigra: & formosa: in quib⁹ libere agat: & cum fiducia dicat ad filias Hierusalem: quia fusca sum quidem: vel nigra sicut tabernacula Cedar: formosa autem sicut pelles Salomonis.
De pellib⁹ Salomonis scriptum aliqd proprie non memini. Puto autẽ referre posse ad gloriã D
eius: de qua dicit Saluator: quia nec Salomon in omni gloria sua opertus est sicut vnum horum. Nomen tamen ipm pelliũ in tabernaculo testimonii inuenimus frequenter referri: sicut cũ dicit. Et facies pelles ex caprarũ pilis operimentũ super tabernaculũ testimonii. xi. pelles facies: longitudo pellis vnius. xxx. cubitorum latitudo quatuor cubitoꝝ. Eadẽ mensura erit xi. pellibus: & cõiunges quinq; pelles simul: & alias sex simul: & replicabis sextã pellẽ a fronte tabernaculi: & facies quinquaginta ansulas ꝑ oram pellis vni⁹: & quinquaginta ansulas per

oram pellis alterius: per quas coniungant᷑ vna
ad alterā: & facies circulos æreos quinquage-
nos: & cōiunges ex ipsis pelles: & erit vnū totū
& replicabis qđ superest ex pellibus medieta-
tem pellis vnius a fronte tabernaculi: & ex alia
medietate qđ superest velabis posteriora taber
naculi cubitū hinc: & cubitū inde ex eo quod
abundat in longitudine pelliū: & erit adoper-
tum tabernaculū ex lateribus hinc & inde. Pu
to ergo ꝙ harum pelliū mentio fiat in Cantico
canticorū: & istæ dicant᷑ esse Salomonis: q acci
pit᷑ in pacificū Christū. Ipsius ergo est taberna
culū & ea q̄ ad tabernaculū ptinēt: & pcipue si
illđ tabernaculū cōsiderem⁹: qđ dicit᷑ taberna
culū verū: qđ fixit deus: & nō homo: & qđ ait:
non em̄ in manu facta sancta intrauit Iesus ex-
emplaria veroꝝ. Si ergo pulchritudinem suā
sponsa pellibus cōparat Salomonis: illarū sine
dubio pelliū gloriam: & pulchritudinem dicit
quæ operiūt illud tabernaculum qđ fixit deus
& non homo. Si vero nigredinē suā quæ expro
brari a filiabus Hierusalē videbat᷑ pellibus con
tulit Salomonis: huius tabernaculi qđ exem-
plar veri tabernaculi vocatur: accipiēdæ sunt
pelles: quasi ꝙ & ipsę nigræ sint quidē: vtpote
caprarum pilis textę: & tamen vsum/ornatūꝗ
E exhibebant diuino tabernaculo. Q2 autem vi-
detur esse persona vna quæ loquit᷑: & pluribus
se vel tabernaculis cedar in nigredine: vel Sa-
lomonis pellibus: cōparauit ita accipiendum
est: quia vna quidem persona videt᷑ ecclesiæ: in
numeræ tamen sunt quæ per orbem terræ dif
fusæ sunt: atꝗ immēsæ cōgregationis: ac mul
titudinis populorū. Sicut & regnum cœlorū
vnum quidē dicit᷑: & multę tamē in eo māsio-
nes memorantur esse apud patrem. Potest ta-
men & de vnaquaꝗ aīa quæ post peccata plu-
rima cōuertitur ad pœnitētiā dici: ꝙ nigra sit
ꝓ peccatis: formosa ꝓpter pœnitētiā / & fruct⁹
pœnitētiæ. Deniꝗ & de hac ipsa quæ nunc di
cit nigra sum: & formosa: qa non in finem in ni
gredine ista permansit: post hæc dicunt de ea
F ipsa / filiæ Hierusalē. Quæ est ista quę ascendit
dealbata incūbens sup fratrē suū. Ne videatis
me quoniam infuscata sum ego: quia despexit
me sol. Infuscata siue denigrata si competēter
nobis videtur apta expositio: quā in superiori
bus vel de æthiopissa quę a Moyse suscepta est
in coniugiū: vel de regina Saba Aethiopū quæ
sapientiam Salomonis venit audire: texuimus
merito nunc hæc quæ fusca / vel nigra est / & for
mosa satisfacere videtur pro nigredine / vel fu
scatione sua: causasꝗ reddere exprobrātibus:
quasi q̄ nō natura talis: nec ita a conditore sit:
sed ex accidentib⁹ hoc passa sit. Ex eo (inquit)
quia sol despexit me. In quo ostendit nō de ni-
gredine corporis fieri sermonē: qđ vtiꝗ sol ob
scurare: & denigrare solet cum respicit magis:
q̄ cū despicit. Ita deniꝗ & apud illā omnē gen-
tem Aethiopū ferūt: cui naturalis quædam in
est ex seminis carnalis successione nigredo: ꝗ i
illis locis sol radiis acriorib⁹ ferueat: & adusta
iam semel atꝗ infuscata corpora genuini vitii
successione permaneant. Contrarii vero ordi-
nis est animæ nigredo. Nā neꝗ aspectu: sed de
spectu solis inurit᷑: neꝗ nascendo: sed negligen
do conquiritur: & ideo sicut ignauia assumit᷑:
ita & industria repellit᷑: & repulsat᷑. Deniꝗ vt
superius dixi: hæc ipa quæ nūc nigra dicit᷑ esse
in fine Cantici huius dealbata memorat᷑ ascen
dere incumbens sup fratrē suū. Effecta est ergo
nigra: qa descēdit: si autē cœperit ascendere in
cumbens sup fratrē suū: & adhærebit ei: & nō
oīno separabit᷑. Dicit ergo nūc ad filias Hieru-
salem pro nigredine sua satisfaciens. Nō pute- G
tis o filiæ Hierusalē ꝙ naturalis est ista nigre-
do quā videtis in vultu meo. Sed scitote quo-
niam despectu solis est facta. Sol enim iustitiæ
quia me nō inuenit recte stantē: nec ipse in me
rectos direxit lucis suæ radios. Ego enim sum
populus gentium qui prius non aspexi ad solē
iustitię: nec steti ante dominum: et ideo nec ille
me aspexit: sed despexit: neꝗ astitit mihi: sed
præteriit. Hoc aūt ita esse etiā tu qui Israel di-
ceris re ipsa expertus iam iamꝗ cognosces: et
dices. Sicut em̄ me aliquando nō credēte tu as
sumptus es: et misericordiam cōsecutus: et te
respexit sol iustitiæ: me autē vtpote inobedien
tem: et incredulū despexit: et spreuit: ita et nūc
quia tu incredulus: et inobediēs factus es: ego
spero respici a sole iustitiæ: et misericordiā cō-
sequi. Q2 autē mutua nobis sit solis ista despe-
ctio: et ego primo pro inobedientia mea despe-
ctus sum: tu vero respectus: nūc autē etiā tibi
nō solū despectus solis: sed et cæcitas quędam/
licet ex parte / cōtigerit: testē tibi producā ma-
gnificū: et cœlestis secreti cōsciū Paulum: qui
ita dicit. Sicut em̄ vos (de gentib⁹ sine dubio
loquens) aliq̄n nō credidistis deo: nūc aūt mi-
sericordiā cōsecuti estis propter illorū īcredu
litatē: ita et isti nō crediderūt in vestra mīa: vt
et ipsi misericordiā cōsequant᷑. Et itē in aliis di
cit. Quia cæcitas ex pte cōtigit in Israel: donec
plenitudo gentiū intraret. Hinc ergo est in me
quē exprobrat ista nigredo: qa despexit me sol
propter incredulitatē / et inobedientiam meā.
Cū vero recte stetero ante eū: et non fuero obli
quus in aliquo: neꝗ declinauero ad dexteram:
neꝗ ad sinistrā: sed fecero rectas semitas pedi-
bus meis contra solē iustitię incedens in oībus

iustificationibus eius sine querela: tunc & ipse rectus me respiciet: & nulla erit obliquitas: nec erit causa vlla despectus: & tūc reddet mihi lux mea: & splendor meus: intantūq; propelletur a me quam nunc exprobras ista nigredo: vt etiam lux mundi merear appellari. Si ergo sol iste quidē visibilis ea corpora quibus a summo libramine insederit/infuscat: & vrit: ea vero quæ procul sunt: & ab ista collibratione longius posita: cōseruat ī cādore suo: nec omnino vrit ea: sed illuminat. Sol vero spiritalis qui est sol iustitiæ: in cuius pœnis sanitas esse dicitur e contrario eos quidē quos recti cordis inuenerit: & ad librā sui splendoris consistens illuminat: sed & cū fulgore circundat: eos autem qui oblique incedunt cum eo: necessario etiam ipse oblique non tam respicit q̄ despicit: hoc eis prę
A stante inconstātia sua: & instabilitate. Quomodo em̄ q peruersi sunt/possunt suscipere qđ rectum est? Velut si curuo ligno adhibeas rectissimā regulā: videbit quidem per regulā argui materiæ prauitas: non tamen regula est quæ ligno causam puersitatis imposuit. Et ideo festinandū est ad vias rectas: & standū ī semitis virtutū: ne forte sol iustitiæ rectus incedēs: si nos obliquos stare inueniat: & peruersos: despiciat nos: & efficiamur denigrati: inquantū vero capaces fuerimus lucis eius: intantum tenebris: & nigredini dabimus locū. Hinc enim est ipse sol: qui & lux vera illuminās oēm hoīem venientē in hunc mundū: & qui in hoc mūdo erat: & mundus per ipsum factus est. Nō em̄ p istud visibile lumen mundus factus est: cū & ipsum portio sit mūdi: sed per istud verū lumē: a quo lumine si nos peruersi incesserimus: despici dicimur. & ipsum em̄ nobis puerse incedentibus peruersum quoq; incedit: sicut scriptum est in maledictionibus Leuitici. Et si incesseritis (inquit) mecū peruersi: & nolueritis obedire mihi: adiiciā vobis plagas septem. Et post pauca. Et si (inqt) non fueritis emendati: sed incesseritis mecū peruersi: incedā & ego vobiscū peruersus. Siue vt in aliis exēplaribus legimus. Si incesseritis mecum obliqui: īcedam & vobiscū obliquus. Et post aliquanta: iterū dicit ad vltimum. Et qm̄ ambulauerunt in conspectu meo obliqui: & ego ambulo cum eis in furore obliquus. Hæc assumpsimus ex quibus pbaremus qualiter despicere: hoc est oblique aspicere: sol dicatur. Et euidenter claruit q; hos despiciat: & cū his oblique incedat ac peruerse: qui obli-
B que incedūt cū eo. Sed & hoc qđ admonuit pręsens locus indiscussum non omittamus: qa sol duplicis videt̄ esse virtutis: vnius qua illuminat: alterius qua adurit. Sed pro rebus aut materiis subiacentibus: aut illuminat aliqd luce: aut infuscat: & obdurat aliquid ardore. Secundum hoc ergo fortassis & indurasse dicit̄ deus cor Pharaonis: q; scilicet talis fuerat materia cordis ipsius: quę præsentiā solis iustitię nō ea parte qua illuminat: sed qua adurit & īdurat: exceperit: propter hoc sine dubio q; & ipse affligebat Hebręorum vitā in operibus duris: & q; luto & latere conficiebat eos. Et erat vtiq; cor eius secundū ea quę cogitabat luteum: & limosum. Et sicut materiā luti sol iste visibilis stringit: & indurat: ita sol iustitię his eisdem radiis quibus illuminat populū Israel: Pharaonis cor cui inerant luteæ cogitationes: pro ipsis motuum suorū qualitatibus indurabat. Hæc aūt q; ita se habeāt: & nō cōmunē (vt hoībus videt̄) historiā famulis dei per spiritū sanctum scribebat: ostendit̄ etiā inde: q; vbi refert ingemuisse filios Israel: non dicit a luto: neq; a latere: neq; a paleis ingemuisse eos: sed ab operibus suis inquit. Et rursum: Et ascendit (inquit) clamor eorū ad eū. Non dixit a luto & a latere: sed iterū ab operibus suis: ppter quod & subiungit. Quia exaudiuit dn̄s gemitus ipsorū: cū vtiq; nō exaudiuit eorū gemitū: q; nō ex opibus clamant ad dominū. Hæc q̄uis p excessum dicta C
videantur: tn̄ locorū opportunitate cōmoniti nequaq̄ iudicauimus omittenda: maxime cū habeant aliqd similitudinis ad hoc quod dicit hæc quæ īfuscata est: qa despexit eā sol. Quod vtiq; ostenditur ibi accidere: vbi peccatorꝝ causa pręcedit: et ibi īfuscari: vel aduri aliquē sole: vbi peccati materia subsistit. Vbi vero non est peccatum: sol neq; adurere dicit̄ neq; infuscare sicut de iusto refertur in psalmis. Per diē sol nō vret te: neq; luna per noctē. Vides ergo qa sanctos in qbus peccatorū nulla causa est sol nunq̄ adurit. Vt enim diximus duplicis virtutis est sol: iustos autē illuminat: peccatores vero non illuminat: sed adurit: quoniā et ipsi oderūt lucem: qa male agunt. Deniq; ob hoc et deus noster ignis dicit̄ esse consumēs: nihilominus lux in quo tenebræ non sunt: lux sine dubio iustis: et ignis efficit̄ peccatoribus: vt consumat ī eis omne qđ in aīa eoꝝ corruptibilitatis: aut fragilitatis inuenerit. Q; autē in multis scripturæ locis: et sol: et ignis non iste visibilis: sed ille inuisibilis: et spiritalis dicat̄: ipse etiam si recenseas abūdāter inuenies. Filii matris meæ dimi- D
cauerūt in me: posuerunt me custodē in vineis vineā meā nō custodiui. Adhuc ipa quæ fusca quidē pro delictis priorib⁹: formosa vero est p fide: et conuersatione: etiā hæc dicit asseuerās q; filii matris suæ dimicauerūt: nō contra eam sed in ea: et post hoc bellum qđ in ea gesserunt:

constituerunt eā vinearū custodē:nō vnius vineæ:sed multarū. Astruit aūt hæc eadē: ꝙ præter has quas a filiis matris suę custodire posita est: habuerit aliam propriam vineā quā nō custodierit. Hæc propositi dramatis fabula. Sed nunc inquiramus quæ sit mater sponsæ huius quam hæc allegat:qui sint etiam filii eius qui dimicauerunt in eam:& confecto bello tradiderunt ei vineas quas custodiret:quasi quę nō potuisset seruare eas:nisi ab illis dimicatum fuisset. Illā vero suscepta aliarum vinearū custodia propriam vineam noluisse: vel non potuisse seruare.

E Ad Galathas Paulus scribēs ait Dicite mihi qui sub lege vultis esse: legem non audistis? Scriptū est em̄. Quoniā Abraham duos habuit filios:vnum ex ancilla:& vnum de libera. Sed is quidē qui de ancilla:scđm carnem natus est:qui vero de libera scđm repromissionem. quæ sunt allegorica. Hęc em̄ sunt duo testamenta:vnum quidē in monte Syna in seruitutem generans:quæ est Agar. Syna em̄ mons est in Arabia:qui confertur huic:quæ nunc est Hierusalem:& seruit cū filiis suis. Quę autem sursum est Hierusalem/libera est:quæ ē mater omniū nostrū. Hanc ergo Hierusalem cœlestē dicit esse Paulus & suam/& omniū nostrū credentiū matrem. Deniq; addit in posterioribus & dicit. Propter qđ fratres nō sumus filii ancillæ:sed liberæ: qua libertate liberauit nos Christus. Euidenter ergo Paulus pronuntiat ꝙ oīs qui per fidem a Christo consequit̄ libertatem: filius sit liberæ:& hanc dicit esse sursum Hierusalem quæ libera est:quæ est mater oīm nostrum. Huius ergo matris:& ipa sponsa filia eē intelligitur:in his qui dimicauerūt in ea:& cōstituerunt eam custodem vinearum. Vnde videantur isti qui tantā potestatē habuerint: vt & bellum gererent in ea:& ordinarent eam vinearum custodē:non cuiuscunq; humilis: aut contēnendi loci fuisse. Possumus ergo & apo-

F stolos Christi accipere filios matris spōsæ:hoc est Hierusalem filios cœlestis:qui pugnauerūt prius in ista: quæ ex gentibus congregatur. Pugnauerunt autem vt vincerent in ea illos quos prius habuit infidelitatis/& inobedientiæ sensus:& omnem elationem: extollentem se aduersus scientiam Christi:sicut Paulus dixit:Cogitationes destruentes & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Christi. Pugnauerūt ergo non aduersus eam: sed in ea:hoc est in sensibus:& corde eius:vt destruerent:& depellerent omnem infidelitatem omne vitium:omnesq; doctrinas quæ ei inter gentes positæ falsis sophistarum assertionib⁹ inuoluerant. Fuit ergo Apostolis Christi grā de bellum:donec ex ea mendacii turres:& muros peruersæ doctrinæ subruerent:donec iniquitatis argumenta prosternerent:& operātes hæc:atq; succedentes in corde eius dæmones debellarent. Vbi ergo effugerunt ab ea omnes sensus infidelitatis antiquæ:non eā relinquūt otiosam:ne forte per otium rursus antiqua surrepant:& redeant quę repulsa sunt:sed dant ei opus quod agat:& consignant ei custodiam vinearum. Vineas accipiamus singula quæcunq; volumina legis:ac prophetarum. Erat enim vnusquisq; eorum sicut ager plenus quem benedixit dominus. Hęc ergo isti viri fortes post victoriam bella seruanda ei: & custodienda cōsignant: non enim relinquunt eam (vt diximus) otiosam:sed & euangelistarum scripta: atq; ipsorum apostolorum literas possumus similiter vineas accipere:quas hic quę ex gētib⁹ congregatur:pro qua etiam dimicauerunt:custodiēdas colendasq; tradiderūt. Qđ vero ait:

G quia suā propriam vineam non custodierit:illam possumus eruditionem dicere:qua vnusquisq; exercebatur ante fidem: quam sine dubio credens relinquit: ac deserit:& ea quæ sibi lucra videbantur:dicit propter Christum detrimenta. Sicut & Paulus gloriatur legis obseruātias:& omnem Iudaicæ institutionis gloriam fuisse sibi vt stercora:tantum vt in Christo inueniretur non habens suam iustitiam: quæ ex lege est:sed iustitiam quæ ex deo est. Sicut ergo Paulus accepta Christi fide non custodiuit vineam suam Iudaicę scilicet traditionis obsequia:& idcirco fortasse non custodiuit quia cum plantata esset a deo vitis vera: conuersa est in amaritudinem vitis aliena: & erat iam vitis Sodomorum vinea eorum:& palmes eorum ex Gomorra: & botrus amaritudinis ī eis:& furor draconum vinum eorum:& furor aspidum insanabilis: Ita & apud gentes erant plurimæ huiusmodi doctrinæ: quas post illā bella quibus pro fide: & agnitione Christi a doctoribus dimicatum est:superatas dicit. Puto ꝙ omnino criminis loco ducatur si custodierit aliquis huiusmodi vineas: & agrum colat vltra venenatis & noxiis consitum disciplinis. Nec mireris si his culpis aliquando fuisse videatur obnoxia hæc quæ ex nationum dispersione colligitur:& iam Christo sponsa pręparatur. Recordare quomodo prima mulier seducta est:& in pręuaricatione facta:q̄ nō aliter salua fieri dicit̄:nisi p filior̄ gn̄ationē:illor̄ dūtaxat qui pmanēt in fide:& charitate cum sanctitate. Hoc ergo qđ de Adam: & Eua scribit: sic asseuerat Apostolus. Mysterium magnū est in Christo:& in ecclesia:qui eam ita dilexit: vt H

semetipsum traderet pro ea: cum esset adhuc ĩpia hæc ipsa: sicut ipse dixit. Cum enim adhuc secundũ tẽpus impii essem⁹: Christus ꝑ nobis mortuus est. Et iterũ. Quia cũ adhuc essemus infideles/Christus ꝑ nobis mortuus est. Nõ ergo mirũ est: si hęc q̃ seducta: & in p̃uaricatione facta: & q̃ impia scd̃m tẽpus fuit: & peccatrix: talẽ dicat vineã coluisse eo tẽpore: cum adhuc impia erat: quã relinquere debuerit: & nequaq̃ oĩno seruare. Q2 si etiã tertiũ explanationis
A locũ placet exequi: referamus hęc ad vnãquãq; aiam: quæ cõuersa ad deũ: & ad fidẽ veniẽs patitur sine dubio cogitationũ pugnas: & obsu ctationes dęmonũ: reuocare eã nitentiũ ad prioris vitæ illecebras: vel infidelitatis errorẽ. Sed ne hoc fiat: neue rursum demonibus in ea tantũ liceat: ꝓspexit diuina prouidẽtia: vt par uulis quibusq;: & his qui pro semetipsis aduersus astutias diaboli: & dæmonũ pugnas dimicare nõ possunt: vtpote infantes adhuc: & lactẽtes in Christo: daret angelos ꝓpugnatores & defensores: qui velut tutores & ꝓcuratores constituti sunt a deo eorum qui in infirmitate positi ꝑ semetipsis (vt diximus) pugnare non possunt. Et vt hoc cũ maiori fiducia agant cõceditur eis semp videre faciẽ patris qui in cælis est: & istos puto esse paruulos quos venire ad se Christ⁹ iussit: & nõ sinit ꝓhiberi: & quos semper dixit videre faciem patris. Nec tibi cõtrarium videat: si eos hæc aĩa quæ ad deũ tendit matris suę filios appellat. Si eñ animarum mater Hierusalem cœlestis est: & angeli nihilo minus cœlestes nominant: nihil dissonans videbitur si hi qui similiter vt ipsa cœlestes sunt ab ea filii matris appellant. Super oĩa aũt congruũ videbit: & cõueniẽs: vt qbus vnus est pater deus: vna sit Hierusalẽ mater. Q2 vero ait vineam meã nõ custodiui: instituta illa ac mores: & propositũ in quo exercebat scd̃m veterẽ hominẽ viuens indicare videtur: laudabiliter a se nõ esse seruata: ex quo aũt adiutorio angelorũ dimicauit: & vicit: eam penitus a se effugauit veterẽ hoĩem cũ actibus suis: cõstitutaq; est ab eis vinearum custos: sensuum scilicet do
B gmatũ diuinoꝝ: ex qbus possit vinũ bibere/qđ lætificet cor eius. Annũtia mihi quem dilexit aĩa mea: vbi pascis: vbi cubas in meridie: ne forte efficiar sicut adoperta sup greges sodalium tuorũ. Adhuc sponsa loquitur etiã hęc: sed ad sponsum: & non iam ad filias Hierusalẽ. Igitur ab initio: vbi ait: Osculetur me vsq; ad hũc locum Super greges: cũcta quę dicta sunt verba sunt sponsæ. Sed primo sermo eius ad deum factus est: secũdo ad sponsum: tertio ad adolescẽtulas: inter quas & spõsum media quędã: vt se dramatis huius species habet: quasi mesochorus effecta: nunc ad ipsum: nũc etiam ad filias Hierusalẽ respondẽs: dirigit verba. Hos ergo nũc vltimos sermones suos ad sponsum facit: requirens ab eo vbi pascat in meridie: & vbi collocet gregẽ: verens ne dũ requirit eũ: incurrat in ea loca vbi sodales sponsi locatos per meridiem greges seruant. Ostenditur autẽ post hoc quia sponsus hic etiã pastor sit. In superiorib⁹ autẽ didiceramus eũ esse & regem: pro eo sine dubio ꝙ hoĩes regat: pastorẽ vero ꝑ eo ꝙ oues pascat: sponsum aũt pro eo ꝙ habeat sponsam quæ cũ eo regnet: scd̃m ꝙ scriptũ est. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato. Hęc interim cõtinet dramatis ipsi⁹: q est quasi historicus: ordo: Nũc aũt regramus intelligẽtiã mysticã: et si oportet p̃uenire paululũ ea q̃ in posterioribus præferenda sunt: quo quis effectus sit horũ sodaliũ pateat: memoremus illud qđ scriptũ est. Quia reginæ sunt sexaginta: sed ex his oĩbus vna sit colũba: & vna pfecta: ac particeps regni. Cæteræ vero iam inferiores sunt. Quia octoginta appellant cõncubinæ. Adolescentulæ vero quarũ numerus nullus est post ordinem cõcubinarũ ponunt. Istæ aũt oẽs animarũ earũ differẽtiæ sunt: quæ in Christo crẽdẽtes diuersis ei affectib⁹ sociant: vt verbi gra dicamus oẽm ecclesiam per illã figurã corpus eẽ Christi: qua apostol⁹ dicit. In quo corpe diuersa esse mẽbra ꝓnũtiat: & alios eẽ oculos: & alios manus: alios etiã pedes: & singulos ꝓ operũ: studiorũq; suorũ meritis ĩ mẽbra corporis huius aptari. Scd̃m aũt speciẽ & hæc intelligẽda sunt: & alias quidẽ aĩas putandũ est in hoc sponsali dramate q̃ magnificẽtiori affectu spõso: atq; illustriori sociant: apud eũ reginarũ loco & affectu haberi: alias quarum inferior sine dubio in ꝑfectib⁹: & virtutib⁹ honor est: cõcubinarũ loco duci: & alias adolescentularũ: q̃ vident extra aulã qdẽ positæ: nõ tñ extra vrbem regiã. Posteriores vero & post oẽs q̃ supra memoratæ sunt esse eas quæ oues appellantur. Si vero ꝑspiciam⁹ attenti⁹: adhuc fortassis etiã harũ oĩm ĩueniemus inferiores alias: & vltias oĩm: illas scilicet q̃ in sodaliũ eius gregibus numerant. Et ipi eñ habere greges quosdã dicũt in quos nõ vult spõsa ĩcurrere: & ob hoc petit a sponso vt annũtiet sibi vbi pascat: vbi meridiẽ faciat: Ne forte (iqt) efficiar sicut adopta super greges sodaliũ tuorũ. Queritur ergo sodales isti qui habere quosdã greges dicuntur vtrum sponso operam dantes: & sub ipo velut pastorum principe agentes hoc faciant: quandoquidem sodales eius nominantur: an propriũ aliqd; & sequestratũ habentes: & qđ nõ sit

C

D

cum aĩo sponsi: quãdoquidem refugit sponso: & vereť ne forte incurrat sodalium greges dũ sponsum suũ requirit. Sed & qđ dixit: Ne forte efficiar nõ adoperta: sed sicut adoperta: reqre ne forte innuat per hoc esse aliquas sodalium quasi sponsas habentes etiã ĩpas habitum sponsalem: & esse adopertas: & sicut apostolus dicit Velamen & potestatem habẽtes super caput. Et vt manifestior sermonis huius explanatio fiat: iterũ quasi dramatis ordine qđ dicitur exequamur. Exposcit ab ĩpo sponso suo sponsa vt ei locum secreti sui indicet & quietis; quando quidẽ amoris impatiens etiã per meridiẽ cupit audire sponsum: eo pcipue tẽpore: quo clarior lux: & splendor diei perfectus: & purus est; vt assistat ei oues pascenti: vel refrigeranti: & studiose vult viam discere qua ire ad eum debeat: ne forte si non fuerit edocta itineris huius anfractus: incurrat greges sodaliũ: & videať similis esse alicui illarũ quæ adopertæ veniũt ad sodales eius: nec pudoris curã gerũt: aut verenť passim discurrere: & multis apparere. Ego autẽ quæ a nullo inqt alio videri volo nisi a te solo: scire desidero quo ad te itinere veniã: vt secretũ sit: vt nemo sit medius: vt malus arbiter peregrinus: & alienus nõ occurrat. Et forte ob hoc reqrit ista loca in qbus pascit sponsus oues suas: a sodalibus: vt seorsum pascat: vt nõ solũ sponsa non videať ab aliis: sed & arcanis: & ineffabilibus mysteriis sponsi secretius perfruať.

E Nũc ergo videamus per singula: & primo quidem vide si possumus dicere: ꝙ dñs cuius portio fuit Iacob: & funiculus hæreditatis eius Israel: ĩpe intelligendus sit sponsus. Sodales vero angeli illi ad quorum numerũ cũ diuideret excelsus gentes: & dispergeret filios Adã: statuit terminos gentiũ secundũ numerum (vt ait) angelorum dei: & isti sint fortassis greges sodalium sponsi: gentes cunctæ quæ velut pecora sub angelis pastoribus cõstitutę sunt. Grex vero spõsi ille ouiũ dicať: de qbus ipsa in euangelio veritas dixit. Oues meæ vocẽ meã audient. Vide eñ & obseruanter intẽde: qm̃ dixit oues meę: quasi sint & aliæ oues quę nõ sint eius. Et ĩpe in aliis dixit. Vos nõ estis de ouibus meis. quæ singula huic occulto mysterio cõuenienter videbunť aptari. Quæ si ita se habent: cõpetenter sponsa vniuscuiusꝗ sodaliũ gregẽ sponsam eius intelligi voluit: quam adopertã noĩauit. Sed qm̃ certa erat ꝙ sup oẽs illas sponsa esset: non vult similis videri alicui illarũ: vtpote quæ sciret tñ se debere præcellere illas sodaliũ sponsas quas sponsa noĩat velut adoptas: quãtũ eminẽtiæ sponsus suus habebat ad sodales. Sed & pro hoc adhuc videbitur percontandi causas habuisse: quandoquidem boni pastoris scit esse studium: vt optima ouibus pascua requirat: & vt viridantia: atꝗ opaca quæꝗ ad requiem nemora meridiani æstus inueniat. Qđ quidem sodales sponsi facere nesciunt: nec intelligendis pascuis: aut sciẽtiæ tantũ: aut sollicitudinis gerunt. & ob hoc dixit. Annuntia F
mihi vbi pascis: vbi cubile habes ĩ meridie: cupiens tempus scilicet illud quo copiosius mũdo lumen infundiť; quo magis merus est dies & purior: & florulentior est lux. Tũc (inquit) Annuntia mihi o tu quem dilexit aĩa mea: vbi pascis: vbi cubile habes in meridie: ne forte efficiar: vt adoperta super greges sodaliũ tuorũ Nouo nunc noĩe sponsa appellauit sponsum. Sciens eñ ipsum esse filium charitatis: immo ĩpm esse charitatẽ quæ ex deo est: quasi vocabulum ei istud posuit: Quẽ dilexit aĩa mea: & tñ non dixit. Quẽ dilexi: sed quẽ dilexit aĩa mea sciens non qualicũꝗ dilectione: sed ex tota aĩa & totis viribus: & ex toto corde habẽdam esse dilectionẽ sponsi. Vbi pascis (inqt) & vbi cubile habes. Puto autẽ ꝙ & propheta de hoc loco quem nũc sponsa discere ab sponso desiderat: & audire: etiã ipse sub eodẽ positus pastore dicat: Dominus regit me: siue vt in aliis legim⁹. Dominus pascit me: & nihil mihi deerit. Et G
quoniam sciebat alios pastores vel incuria: vel imperitia faciente greges in locis aridioribus collocare: & de hoc optimo pastore domin⁹ dixit. In loco viridi ibi me collocauit: Super aquã refectionis educauit me; ostendens pastorem hunc nõ solum abundantes aquas ouibus suis sed & salubres: & puras: & quæ per oĩa reficiãt prouidere. Sed quoniam ab hoc statu quo vt ouis sub pastore degenerat conuersus ad rationabilia in excelsiora profecit: idꝗ adeptus est per cõuersionẽ; subiũgit: & dicit. Animã meã conuertit. Eduxit me sup semitas iustitiæ propter nomẽ suũ. hinc vero ostendẽs; quãdoqdẽ in hoc pficeret: vt iustitiæ incederet vias. Iustitia aũt sine dubio impugnantẽ se iniustitiã patitur: & necesse est eũ q iustitiæ iter incedit habere pugnas aduersãtiũ. Fide cõuersus: & spe dicit ergo de eis. Nã & si ambulẽ in medio vmbræ mortis non timebo mala qm̃ tu mecum es Post hæc vero quasi gratiã referẽs ei q se pastoralib⁹ imbuerat disciplinis: Virga inqt tua & bacul⁹ tuus: qbus institut⁹ videor ad pastoris officiũ: ĩpa me cõsolata sunt. Hinc vero vbi vidit se a pastoralib⁹ pascuis ad rõnabiles cibos & mystica secreta trãslatũ: addit & subdit. Parasti in cõspectu meo mẽsam aduersus eos q tribulant me. Impinguasti in oleo caput meũ: et calix meus inebriãs ꝗ pclarus est. Et misericor

dia tua subsequeť me oībus diebus vitæ meæ vt inhabitem in domo dñi in longitudine dierum. Illa ergo prima: id est pastoralis institutio initiū eorū fuit: vt in loco viridi collocatus super aquam refectionis educaretur. Hęc vero quæ sequuntur de ꝓfectibus ad perfectionē requiruntur.
A Et quoniā de pascuis & viriditate proposuimus: cōueniens etiā videtur de euangeliis confirmare quæ diximus. Inueni etiā ibi pastorē hunc bonū de pascuis ouium differentem: vbi ad hoc ꝙ pastorem se profiteť: etiam ostium se esse commemorat: & dicit. Ego sum ostium: per me si quis introierit: saluabitur: & ingredietur: & regredietur: & pascua īueniet. Hunc etiam nunc sponsa percontatur: vt ab eo audiat: & discat in quib⁹ pascuis oues agat vel in quibus amœnitatibus meridianos percurrat æstus: meridiem appellans illa scilicet cordis secreta: quibus clariorem scientiæ lucē a verbo dei anima consequitur. Hoc eñ tempus est: quo sol excelsiorem circuitus sui verticem tenet. Si quādo ergo sol iustitiæ Christus ecclesiæ suæ excelsa: & ardua virtutum suarū secreta manifestat: amœna eā pascua: cubiliaq; meridiana videbitur edocere. Nam cum adhuc initia habet discendi: & prima (vt ita dicam) ab eo sciētiæ suscipit rudimenta: tūc dicit propheta. Et adiuuabit eam mane diluculo Nunc ergo qa perfectiora iam quærit: & excelsiora desiderat: meridianū scientiæ lumē exposcit.
B Hinc puto & Abrahę post mľtas eruditiones quibus apparēs ei deus imbuit eum de singulis: & docuit: post refertur qa visus sit ei deus ad quercum mambre sedenti ad ostiū tabernaculi sui meridie. Sed respiciens (inquit) oculis suis: & videt: & ecce tres viri stabant super eum. Q; si credim⁹ hæc per spiritum sanctum scripta: non puto frustra placuisse diuino spiritui: vt etiam tempus & hora visionis scripturę paginis mādaretur: nisi & horæ istius: & tēporis ratio aliquid conferret ad scientiam filiis Abrahæ: qbus vtiq; sicut opera Abrahæ faciēda: ita & visitationes istę sperādę sunt. Qui eñ potest dicere: Nox præcessit dies aūt appropinquauit: sicut in die honeste ambulemus: non in comessationibus & ebrietatibus: non in cubilibus: & impudicitiis: non in contentione: & æmulatione: & cū hæc oīa transierit supergressus videbiť tēpus hoc qđ nox præcessit: & dies appropinquauit: & festinare non ad initiū diei sed ad meridiem: vt & ipē ad gratiā perueniat Abrahæ. Si enim lux quæ in ipso est mentis: & puritas cordis clara fuerit & splendida: iste meridianum tempus in semetipso habere videbitur: & per hanc puritatem cordis quasi in meridie positus deum videbit: sedens ad quercū mambre: quod ad visionē interpretať. Apud visionē ergo sedet in meridie: qui vacat ad videndum deū. Inde deniq; non dicitur intra tabernaculum: sed foris ad ostiū sedere tabernaculi. Foris etenim est extra corpus posita mens eius qui longe est a corporalibus cogitationibus: longe a carnalib⁹ desideriis: & ideo ab his omnibus foris positū visitat deus. Eiusdē quoꝙ mysterii: ꝙ et Ioseph cū et fratres suos suscepisset in Aegypto: in meridie eos pascit: et in meridie adorant eum cum munerib⁹. C
Propter ea deniq; puto: et de his quæ Iudæi in saluatorem cōmiserunt nullum euāgelistarū voluisse scribere: quia meridie hæc gesta sunt: cū vtiq; sexta hora non aliud q̄ meridianū tēpus ostendat: nullus tamen meridiem noīauit. Sed Mathæus ita dixit. Ab hora aūt sexta tenebræ factæ sunt super omnem terram: vsq; in horā nonam. Lucas vero. Erat iam quasi hora sexta: et tenebræ factæ sunt super omnē terram vsq; in horam nonam deficiente sole. sed et Marcus. Cum autē esset facta hora sexta: tenebræ factæ sunt super omnem terrā vsq; in horā nonā. Vnde apparet: quia in visitatione quidem Abrahę et in conuiuio patriarcharum apud Ioseph nō indigebat: vt tempus istud sub nomine sexti numeri significaretur: sed vt meridies diceretur. Volebat enim sponsa quæ iam tunc in illis adumbrabatur: discere: vbi pasceret sponsus: et vbi haberet cubile: et ideo meridiem nominat. Euangelistæ vero in his quę narrabant nō meridianum tempus sed horæ sextæ numerū requirebant: ad enarrandum scilicet sacrificium hostiæ eius: quæ oblata est in die paschæ pro redemptione hominis: qui in die sexta formatus est a deo: postea q̄ terra produxit animā viuentem secundum genus: quadrupedia: et repentia: et bestias terræ. D
Ob hoc igitur in pręsenti loco illuminari sponsa desiderat pleno scientiæ lumine: ne per imperitiam errans: in aliquo similis efficiatur illis doctorum scholis: q̄ non per ipsam dei sapientiam: sed per philosophorum: et principum huius mundi exercentur. Hoc enim et apostolus dicere videtur ī eo vbi ait. Quia loquimur dei sapientiā in mysterio absconditam: quam nemo principū huius mundi cognouit. Et iterum hæc eadem significat: cum dicit. Non eñ spiritum huius mundi accepimus: sed spiritū qui ex deo est: vt sciamus quę a deo donata sunt nobis. Ob hoc ergo reqrit spōsa: Christi meridiana cubilia: et plenitudinē sciētię poscit a deo: ne videať eē sicut vna ex phorum scholis q̄ adoperta nomiatur: ꝓ eo ꝙ plenitudo veritatis apud eos tecta est:

& adoperta. Sponsa aũt Christi dixit. Nos aũt reuelata facie gloriam dei speculamur. Nisi cognoueris te o bona: siue pulchra inter mulieres: egredere tu in vestigiis gregum: & pasce hœdos tuos in tabernaculis pastorum. Vnius Chilonis scilicet ex septẽ quos apđ græcos singulares fuisse in sapiẽtia fama cõcelebrat: hæc inter cætera mirabilis fertur esse sentẽtia: qua ait. Scito teipm̃: vel cognosce teipm̃. Quod tñ Salomon quẽ ꝑcessisse oẽs hos tẽpore: & sapientia: ac rerũ sciẽtia in ꝑfatione nostra docuimus ad aĩam quasi ad mulierem sub comminatiõe quadã loquẽs dicit. Nisi cognoueris temetipsam o pulchra ĩter mulieres: & agnoueris pul-
E chritudinis tuæ causas inde descendere: q̃ ad imaginẽ dei facta es: per qđ ineſt tibi plurimũ naturalis decoris: & cognoueris q̃ pulchra eras ex initio: q̃uis & nunc iam pręcellas cæteras mulieres: & pulchra inter eas sola dicaris: tamen nisi cognoueris teipsam quę sis: non em̃ ex comparatione inferiorꝫ volo bonam videri pulchritudinem tuam: sed vt tibiipsi: & decori tuo collata: atq; exæquata respondeas: qđ nisi feceris: iubeo te exire: & in vltimis gregum vestigiis collocari: & iam non oues: neq; agnos: sed hœdos pascere: illos scilicet qui ꝑ prauitate / & lasciuia a sinistris statuti sunt regis in iudicio ꝑsidentis. Et cũ tibi introductæ ĩ cubiculum regũ ostenderẽ: quæ summa sunt bona: si non cognoueris temetipsam: ostendã tibi etiã quę sunt vltima mala: vt ex vtroq; ꝑficias tam malorũ metu: q̃ bonorũ desiderio. Si em̃ nescieris temetipsam: & ignorantia tui vixeris: nec scientiæ studiũ gesseris: fine dubio nec tabernaculũ propriũ habebis: sed & per pastorũ tabernacula discurres: & nunc in illius tabernaculis pastoris pasces hœdos inquietũ animal: ac vagũ: & peccatis deputatũ. Hæc aũt patiẽs eris: donec reb⁹ ipsis: & experimẽtis intelligas quantũ mali sit aĩam nescire seipsam: neq; pulchritudinẽ suã: per quã præcellat cęteras: non virgines sed mulieres: illas scilicet quæ corruptionẽ passæ sunt: nec in virginitatis integritate ꝑmanserũt. Hæc sunt quæ sponsus post illa omnia quæ locuta fuerat sponsa: austera quadam comminatione sponsę aĩos ad agnitionis suæ curam suscitãs: per ordinẽ propositi dra-
F matis dicit. Sed nũc cõsequenter vt cætera ad Christũ hæc & ad ecclesiam referamus: qui ad sponsam suam: ad aĩas scilicet credentium loquens summam salutis: & beatitudinis in sciẽtiæ agnitione constituit. Quomodo ergo anima cognoscat semetipsam: nec facile puto: nec breuiter explicari posse: tamẽ pluribus pauca ex multis aperire tentabimus. Videtur ergo mihi duplici modo agnitionem sui animã capere debere. Quid quidem sit ipsa: & qualiter moueat: id est qđ in substantia: & quid in affectibus habeat: vtputa: vt intelligat si boni affectus sit: aut nõ boni: aut recti propositi: aut nõ recti: & quidem si recti sit: si erga omnes virtutes eũdẽ tenorẽ habeat: tã ĩ ĩtelligẽdo: q̃ in agẽdo: an erga necessaria tantũ: & quę in prõptu sunt: Et vtrũ in eo sit vt recipiat profectus: vt augeatur in intellectu rerũ augmentoq; virtutum: an in isto stet / & resideat: in qđ potuit peruenire: & vtrũ erga semetipsam tantũmõ vacet excolendã: an vt aliis ꝑdesse: & cõferre aliquid vtilitatis studeat: vel in verbo doctrinæ: vel in exẽplis gestorꝫ post se. Si vero cognoscat semetipsam nõ esse boni affectus: neq; recti propositi in hoc ipso: vt intelligat vtrũ ei satis desit: & procul a via virtutũ sit: an in ipsa iam posita sit: sciatq; viuere: & incedere iam conetur cupiẽs quæ ĩ ante sunt apprehẽdere: & q̃ retro sũt obliuisci: sed nõdũ appropinquauerit: aut proxima quidẽ sit: nõdũ tñ ad ꝑfectionem venerit. Sed & vtrũ in eo opus videt̃ esse aĩæ cognoscentis semetipsam scire: si hęc ipa quę operatur mala: ex affectu: & studio operet̃: an fragilitate quadã: &(vt ille ait)qđ quasi nõ vult agens: & quæ odit faciens: & rursus ea quæ bona sunt affectibus: & recto proposito gerere videatur. verbi gratia. Si iracũdiã apud aliquos quidem cohibet: apud aliquos autẽ effert: an semp eam cohibet: & apud nullũ omnino profert. Similiter & iustitiã si in aliquibus quidẽ negotiis reiicit: in aliquibus autem recipit: an in omnibus omnino non recipit: Ita & timorẽ: aliaq; similiter quæ virtutibus videntur esse contraria. Adhuc & istud opus est animæ cognoscentis se: si gloriæ multum cupida sit: aut parum: aut omnino nihil. Quod inde colligit: si laudibus multũ: aut mediocriter delectetur aut oĩno nihil. Et si in opprobriis satis: aut parum: aut oĩno nihil cõtristetur. Sed in dando: & accipiendo cognoscẽtis animæ semetipsam sunt quędã indicia: si qđ tribuit / & prębuit ita cõmunicabili affectu: & quasi cui' æquitatem haberi inter homĩes placeat: an(vt ille ait) ex tristitia: aut necessitate: vel certe gratiã siue ab accipiẽtibus: siue ab audientib⁹ quęrẽs. Sed & in accipiẽdo aĩa q̃ cognoscit semetipam obseruabit: vtrũ indifferẽter habeat ea q̃ accipit an velut sup aliquo bono gaudeat. Sed & in intellectu pensabit semetipsam hmõi anima: vt agnoscat an facile moueatur cuiuscunq; veri similis iudicio: & surrepatur ei arte: vel suauitate: vel calliditate sermonum: an raro hoc: an nunq̃ omnino patiatur. Sed sufficiant hæc

A in hoc agnitionis genere a nobis dicta. Possibile est enim volenti horum similitudinẽ: & alia innumera colligere quibus cognoscere semet ipsam anima probetur: & pulchritudinẽ suã quam ad imaginem dei in conditione suscepit si reparare: ac restituere potuerit contemplari. Hoc igitur est quod præsens sermo sub specie mulieris animam docet: vt cognoscat semetipsam: & ait. Nisi cognoueris temetipsam hoc est nisi per singula quæ supra memorauimus duxeris sensus tuos: & discretionem singulorum tenueris: quæ agenda sint: quę cauẽda: quid desit tibi: & quid abundet: quid emẽdandum sit: quid ve seruandum: sed si volueris indifferẽter agere inter cæteras animas cõmunis vitę hoĩm: quas hic mulieres appellat: inter quas tu pulchra es: vtpote quę ism osculo verbi dei susceperis: & cubiculi eius arcana perspexeris: si inquam non te cognoueris: sed indifferenter vt cõmune vulgus agere volueris: exi in vestigiis gregũ: id est esto in reliquo grege: si nihil egregium post hæc omnia quæ in te collata sunt agis: neq temetipsam cognoscens a conuersatione gregali sequestraueris: & eris non solum in grege sed in vestigiis gregum. Vltimus enim fiet: & nouissimus q primatus suos nõ intellexerit. Et ob hoc vbi iam sciẽtiam neglexerit necesse est vt circũferatur omni vento doctrinæ ad deceptionem errorũ ita vt modo quidem apud illum pastorẽ. i. doctorem verbi tabernaculum ponat: nunc vero apud alium: & sic vbiq circũferatur: pascens non oues quod est animal simplex: sed hœdos lasciuos. s. & inquietos sensus: atq ad peccatũ deputatos diuersis doctoribꝰ excolens ad hoc ipsum quęsitis: & hæc erit pœna culpæ illius animæ quæ seipsam non custodierit agnoscere: & illum solum sequi pastorem qui aĩam suã posuit pro ouibꝰ suis. Hęc est vna species: qua

B intelligere semetipsam anima in affectibus: & actibus suis debeat. Illa vero alia pars profundior est: & difficilior: qua iubetur anima: quę tñ iam in mulieribus pulchra est agnoscere semetipsam. Qđ si obtinere potuerit: speret sibi bona omnia: si minus: sciat exeundũ sibi post vestigia gregum: & pascendum hœdos in tabernaculis pastorum alienorũ a se. Videamus ergo & incipiamus pro viribus etiam huius partis agnitionem discutere. Dicit per ꝓphetam sermo diuinus. Illuminate nobis lumen scientiæ. Sed in donis spiritalibus: vnum quidem donũ maximũ est: qđ per spiritum sanctũ ministratur: sermo scientię: cuius scientię opꝰ illud principale est: quod in euangelio secũdũ Matthęũ quidẽ ita dicit. Nemo nouit filiũ nisi pater: neq patrem quis nouit nisi filius: & cui voluerit filiꝰ reuelare. In Luca autẽ ita ait Nemo scit qd sit filius nisi pater: & nemo scit quid sit pater: nisi filius: & cui voluerit filiꝰ reuelare. Secundũ Ioannẽ vero ita scriptum est. Sicut agnoscit me pater: & agnosco patrẽ. In xlv. vero psalmo: Vacate: & cognoscite: quoniã ego sum deus: legitur. Principale munus C scientiæ est cognoscere trinitatem. Secũdo vero in loco cognoscere creaturã eiꝰ: secundum eũ qui dicebat. Ipse eñ noui horum quæ sunt scientiam verã: substantiã mũdi: & virtutem elementorũ: initiũ & finẽ: & medietatẽ tẽpoꝝ & reliqua. Inter hęc ergo animæ erit quædam etiã sui cognitio: per quã scire debet q̃ sit eius substantia: vtrum corporea: vel incorporea: & vtrũ simplex: an ex duobus: an tribus: aut vero pluribus composita. Sed & iuxta quorũdã quęstiones vtrũ facta: an omino a nullo sit facta: & si facta sit: quomodo sit facta. Vtrum vt putant aliqui in semine corporali etiam ipsius substantia cõtinetur: & origo eius pariter cũ origine corporis traducit: an perfecta extrinsecus veniens parato iam: & formato inter viscera muliebria corpore induitur. & si ita sit: vtrum nuper creata veniat: & tunc primũ facta cum corpus videtur esse formatũ: vt causa facturæ eius animandi corporis necessitas extitisse credatur: an priꝰ: & olim facta ob aliquam causam ad corpus sumendũ venire existimet: & si ex causa aliqua in hoc deduci creditur: quę illa sit causa vt agnosci possit: scientię opus est. Sed & illud requiritur: vtrum semel tantũ corpore induat: & id postmodũ depositũ vltra nõ quęrat: an cũ semel susceptum deposuerit: iterũ assumat: & si secũdo sumptũ semper habeat: an aliquãdo iterũ abiiciat. Et si quidẽ secũdũ auctoritatẽ scripturarũ cõsummatio immutetur mundi: & corruptibilis status hic in incorruptibilẽ mutabit: ambiguum non videri: q in præsentis vitę statum secũdo aut tertio in corpus venire possit. Nam si recipiatur hoc: necessario sequitur vt huiusmodi successionibus consequentibus finẽ nesciat mũdus. Et adhuc cognitionẽ sui anima requirat: si est aliquis ordo: aut sunt aliqui spiritus eiusdẽ substantię cũ ipsa. Alii vero nõ eiusdẽ sed diuersi ab ea: id est si sunt & alii spiritus rationabiles vt ipa est: & alii carentes ratione: & si eadem est ipsius quę & angelorum substãtia quoniã rationabile a rationabili nequaq̃ differre creditur. Aut si non est quidem talis per substantiã: sed & erit talis per gratiã: si meruerit: an nõ possit omnino similis effici angelis: nisi hoc naturæ suæ qualitas: aut similitudo

receperit. Reddi enim posse videbit qđ amissum est: non tamen conferri: id quod ex initio
D conditor non dederit. Sed & hoc adhuc ad cognoscendã semetipsam anima requirat: si virtus animæ eius accedere potest: & decedere. An est immutabilis: an acquisita semel vltra non defluit. Et quid opus est plura commemorare: quibus ex causis semetipsam cognoscat anima: ne forte si neglexerit perfecte semetipsam cognoscere: exire iubeať in vestigiis gregum & pascere hœdos: & hoc non in proprio tabernaculo: sed in tabernaculis pastorum: cũ præsto sit volenti hæc persequi largissimas occasiones ex his quæ supra memorauimus sumere: in quibus sese exercere in sermone scientiæ pro viribus possit? Dicanť vero hæc a verbo dei etiam ad animã: quę in profectibus quidem posita est: nondum tamen ad summũ perfectionis ascendit. Quæ pro eo quidem ꝙ proficit pulchra dicitur: vt autem peruenire possit quo ad perfectionem: fiat ad eam comminatio necessaria. Qꝛ nisi per ista singula quæ supra diximus semetipsam cognouerit: vigilanter exercuerit in verbo dei & lege diuina: continget ei de his singulis opiniones colligere diuersorum: & sequi homines: nihil egregiũ: nihil ex spiritu sancto locutos. hoc est em̃ ire in vestigiis gregum: & eorum doctrinam sectari qui vt si ipsi permanserint peccatores nullum peccantibus remedium prouidere potuerint. Quos qui sequitur: hœdos vtiqꝫ qui peccatorum indicium tenent: videbitur pascere: circuiens tabernacula pastorum: diuersas scilicet
E sectas philosophorũ. Intuere ergo plenius q̃ terribile est quod sub hac adumbratur figura. Exi inquit in vestigiis gregum: quasi ad eam loquitur quæ intus iam sit anima: & ĩtra mysteria collocata: pro eo tamẽ ꝙ negligat semetipsam cognoscere: & requirere quid sit: & quid: vel quomodo agere debeat quid ve non agere: dicitur ei: exi tu: quasi quæ ob hanc desidiæ culpam foras mittatur ab eo qui præest. Sic ingens animæ periculum est scientiã sui: agnitionemqꝫ negligere. Sed fortasse quia duplicem expositionem dedimus agnitionis suæ animæ: videbitur cuipiam secundum eã quidem quæ de moribus & de actibus suis discutere negligit: & inquirere de profectibus suis: aut perscrutari de vitiis: merito ei dici: Exi: ꝑ quod videatur quasi de interioribus foras propelli. Si vero secundũ editionem aliam: qua diximus ꝙ naturam: substantiamqꝫ suã cognoscere debeat: & statũ: vel in quo fuerit: vel in quo erit: graue credetur. Quæ enim facile talis anima inuenietur ita perfecta: ita prępotés cui horum omnium ratio: & intelligentia pa- F
teat? Ad hoc respondebimus: quoniam sermo qui habetur in manibus non ad om̃es animas fit: neqꝫ ad adolescẽtulas hic quidẽ loquiť spõsus: neqꝫ ad cæteras mulieres: neqꝫ ad octoginta concubinas: aut sexaginta rẹginas: sed ad illam: quę inter omnes mulieres sola pulchra dicitur: & perfecta. Vnde apparet ad dilectas quasqꝫ animas hæc dici: quibus cũ gratia multa sentiendi: & intelligendi a deo data sit: negligunt tamen scientiæ partes: & cognoscendi semetipsas nullum adhibent studium. His ergo comminatur sermo diuinus: quia quib[9] multum datur: multum ex eis exigitur. Et humilis quidem: venia & misericordia dign[9] erit: potentes autem potenter cruciabuntur. Si ergo & tu anima quæ pulchrior es: & eminẽtior inter cæteras (verbi gratia) doctrinis negligas temetipsam: & in ignorantia tui maneas: quomodo poterunt vel hi qui ædificari desiderant: instrui: vel conuinci: & argui contradicentes? Digne ergo cum comminatione quadam ad eam dicitur. Exi tu in vestigiis gregum: & pasce hœdos tuos in tabernaculis pastorum. Potest ad hoc trahi etiam illud quod Moyses scribit. Qꝛ si qua israelitica mulier adulterauerit: lapidetur. Si vero filia sacerdotis: ignibus exuratur. Sic ergo iusta videbitur esse comminatio in eos: qui capaces esse possunt ad agnitionem: & sciẽtiam: sed per desidiam negligunt. in quos iustissima indignatio sponsi est: quia scit vni[9] negligentiam cedere ad damna multorum. Similis enim videbitur huiusmodi anima: vel illi qui acceptum denarium abscondit in terram: ne lucri aliquid ex eo pecuniæ dominus acquireret: vel illi quem occidisse dicitur deus: quia malignus erat: Onan scilicet: qui accepta semina scientiæ naturalis posteritati inuidens profundebat in terrã. Pastores quoqꝫ (sicut & ante iam diximus) si quidem ad ecclesiam com- G
minationis hic sermo fit: mundi huius principes accipiẽdi sunt: vel illi angeli: sub quorum cura reliquæ gentes habentur: siue forte in hoc: siue secretioribus causis quibusdam seductę. Si vero ad vnamquãqꝫ animam comminatio ista referatur: quæ semetipsam negligit agnoscere: sapientes: & magistri huius sæculi intelligendi sunt: docentes sapientiam huius mundi: vt in summa hoc intelligatur: quia necesse est animam: eam præcipue quæ bona: & pulchra est sensibus: & ingenio vigilans: cognoscere semetipsam: & dare operam ad agnitionem sui per exercitia doctrinę: & studia diuina: ac per hoc agi spiritu dei: & spiritu adoꝫ

ptionis. Aut si talis hæc anima semetipsam neglexerit: & a diuinis studiis declinauerit: necesse est eam operam dare studiis mundanis: & sapientiæ sæculi: & agi spiritu mundi huius iterum in timore. Quod designat Apostolus: cum dicit. Nos autem nõ spiritum huius mundi accepimus: sed spiritum qui est ex deo. Et iterum. Nõ accepistis enim iterum in timore spiritum seruitutis: sed spiritum accepimus adoptionis: in quo clamamus: Abba pater. Hæc interim nobis de pręsenti loco occurrere potuerunt: nunc iam conuertamur
A ad consequentia. Equitatui meo in curribus Pharaonis: similem te arbitratus sum proxima mea. Historicus quidem sensus: hoc est qđ videtur ostendere. Sicut (inquit) tunc in Aegypto cum Pharao persequens populũ Israel processit in curribus: & equitatu: & me⁹ hoc est domini mei sponsi: equitatus longe pręcellebat currus Pharaonis: & pręstãtior erat: vtpote qui illos superauit: & in mare demersit: ita & tu proxima mea: sponsa præcellis omnes mulieres: similis effecta equitatui meo: q Pharaonis curribus comparatus: potentior vtiꝗ est: & magnificentior. Interim videtur ordo sermonum ipsorum: verborũꝗ directio. Videamus autem ne forte secundum intelligentiam mysticam animas quæ sunt sub illo spiritali Pharaone: & sub spiritalibus nequitiis positæ: currus dicat esse Pharaonis: & quadrigas eius: quas ipse agit: & ducit ad persequendum populum dei: & ad opprimẽdum populum Israel. Certum enim est qua tentationes: & tribulationes quas excitant dæmones sanctis: per animas aliquas excitãt ad hoc ipsum aptas: & conuenientes. Quibus tanq̃ currib⁹ ascensis exagitant: & impugnant: vel ecclesiã
B dei: vel singulos quosdam fidelium. De equitatu vero domini qui sit eius iste equitat⁹: in Exodo quidem vbi superantur: currus Pharaonis demerguntur in mare: nihil legimus scriptum: nisi tantum ꝙ dominus curr⁹ Pharaonis: & exercitum eius proiecit in mare rubrum. Inuenimus tamen quarto regnorum libro: ꝙ Heliseus de aduentib⁹ hostium qui cũ equitatu: & currib⁹ venerant formidãti puero suo dicit. Ne timeas: quoniam plures sunt nobiscum q̃ cum illis. Et orauit (inquit) Heliseus: & dixit. Domine aperi oculos pueri huius vt videat. Et aperuit dominus oculos ei⁹: & vidit. Et ecce mons plenus equitib⁹ erat: & currus ignei in circuitu Helisei: qui descenderent ad eum. Sed in propheta Abacuch manifeste: & euidenter legimus de equitatu dñi: & ꝙ ascendant equos suos. Sunt ergo scripturæ verba hæc. Nunquid fluminibus irasceris dñe: aut in fluminibus furor tuus: aut in mari rubro impetus tuus? quia ascendens equos tuos: & equitatus tuus salus. Sunt ergo equi dñi: quibus ascendit: & equitatus eius. Quos ego non alios esse puto q̃ illas animas quę fręnum disciplinę eius accipiunt: & iugum portant suauitatis eius: & quæ spiritu dei aguñt: & in hoc est eis salus. In reuelatione Ioannis legimus: ꝙ apparuit ei equus: & sedẽs super eũ quidam fidelis: & verus: & cum iustitia iudicans: cuius nomẽ est verbum dei. Ait ergo. Et vidi cœlum apertum: & ecce equus albus: & qui sedebat super eum vocabaẽ fidelis: & verus: & cum iustitia iudicans: & pugnans: & oculi eius sicut flamma ignis: & sup caput ei⁹ diademata multa habentia nomen scriptum: quod nemo nouit nisi ipse: & adopertus erat: vestimentum sanguine conspersum: & vocabatur nomen eius verbum Dei. Et exercitus eius erat in cœlo: & sequebãtur eum in equis albis: induti byssino albo: puro. Sed opus est gratia dei quæ horum nobis aperiat intellectum: quo possimus aduertere: quid istę indicent visiones: qui sit equus alb⁹: & qui sit qui sedet super eum: cuius nomen est verbum dei Et forte quidem dicet aliquis albũ esse equum corpus quod assumpsit dominus: & quo ille qui in principio erat apud deum Deus verbum: vel vestitus: vel vectus est. Alius autem animam dicet: quam assumpsit primogenit⁹ omnis creaturę: & de qua dicebat. Potestatem habeo ponendi eam: & potestatem habeo iterum sumendi eam. Alius vero vtrunꝗ simul corpus: atꝗ animam: quasi vbi peccatum non fuerit: equum dici album putabit. Ali⁹ adhuc quarto loco ecclesiam dicet: quę & corpus ei⁹ nominatur: album videri equũ: quasi non habentem maculam: aut rugam: quam sibi ipse sanctificauit lauacro aquæ. Secundũ hæc autem singula etiam illa accipi quę sequuñt: militiam cœli: & exercitum verbi dei: & quomodo singuli quiꝗ eorum sequentes verbum dei equis albis sedeant: & byssinis albis induañt: & mundis. Huic ergo equo albo quo ipse vehitur qui verbũ dei appellatur: vel huic equitatui cœlesti qui eum sequitur in albis nihilominus equis: comparat: & similem facit Christ⁹ ecclesiam suam. In currib⁹ autem Pharaonis vel ita possum⁹ accipere: vt quantum hic dñi equitatus equitatum: & currus Pharaonis euincit: & præcellit: tantum tu quæ pulchra es in mulieribus pręcellis: & euincis oẽs reliquas animas: quę adhuc iugũ Pharaonis portant: & sessores eius patiuntur: vel certe qui C

equitatus hic meus: qui lauacro aquæ mūdatus: purus: & candidus factus est: & verbū dei meruit habere sessorē: ex curribus assumptus est Pharaonis. Inde eīm oēs veniūt credētes qa Christus venit in hunc mundū peccatores sal
D uos facere. Hoc ergo mō potest explanari versiculi huius sensus. Equitatui meo qui fuit ante in currib⁹ Pharaonis: & nūc sequitur me in equis albis purificatus lauacro aquę: similem te arbitror proxima mea. Beatę ergo sunt illæ animę quæ dorsum suum curuauerūt vt suscipiant sessorem verbum dei super se: & frena eius patiunt: vt quocunq̧ ipse voluerit flectat eas: & agat habenis pceptorū suorū: quia iam non propria voluntate incedūt: sed ad oīa ducuntur: & reducuntur voluntate sessoris. Et fortassis videbitur secūdum hoc ꝙ ex multis animabus congregata est ecclesia: & exemplū vitæ accepit a Christo: ꝙ non tam ab ipsa deitate verbi dei acceperit: quę vtiq̧ supereminet eos actus: vel affectus: qui ad exemplū dari hominibus debeāt: sed illa anima quæ assumpta est ab eo in qua fuit summa perfectio: illa sit ad exemplū posita & ipsa dicat hic proxima mea cuius similitudinem habere debeat etiam ecclesia: quę ex multis congregatur animabus: illis scilicet quę prius fuerant sub iugo: & curribus Pharaonis: & equitatus domini appellatur. Quæ autem ex duabus expositio conuenire magis proposito versiculo videatur: probabis eam tu qui legis. Q̃ speciosæ factæ sunt
E genæ tuę tanq̃ turturis: ceruix tua sicut redimicula. Ordo dramatis huiusmodi videtur habere consequentiam: ꝙ posteaq̃ austeriore vsus est commonitione sponsus ad sponsam protestatus ei ꝙ nisi cognosceret semetipsam exitura esset in vestigiis gregum: & pasceret non oues: sed hœdos: erubuerit super austeritate præcepti: sed & rubor verecundiæ diffusus in vultu speciosas effecerit genas ei⁹: & multo q̃ fuerant pulchriores: non solum autem genę: sed & ceruix eius tam decora sit reddita: quasi monilium redimiculis adornata. Pulchritudo ergo genarum turturibus comparatur: ꝙ per huiusmodi aues simul & honestas vultus & alacritas indicetur. Hæc est historici dramatis explanatio. Sed veniamus ad rem. Paulus apostolus scribens ad ecclesiam Corinthiorum ita ait. Corpus autem non est membrum vnum sed multa. Et si dixerit pes quia non sum manus: non sum de corpore: nō propterea non est de corpore: & si dixerit auricula: non sum oculus: non sum de corpore: nō propterea nō est de corpore. Si totum corpus est oculus: vbi est auditus? si totum auditus: vbi odoratus? Nunc autem deus posuit vnūquodq̧ membrum in corpore sicut voluit. Et cum plura disputasset ad vltimum dixit. Vos autem estis corpus Christi & membra / ex parte. Et iterum ad Ephesios scribens dixit. Subiecti inuicem in timore Christi. Mulieres viris suis subiectæ sint sicut domino: quia vir caput est mulieris: sicut & Christus est caput ecclesiæ: ipse Saluator corporis: sed sicut ecclesia subiecta est Christo: ita & mulieres viris suis in omnibus. Viri diligite vxores vestras: sicut & Christus dilexit ecclesiam suam: & semetipsum tradidit pro ea: vt eam sanctificaret lauacro aquæ: in verbo: vt ipse sibi præpararet gloriosam ecclesiam non habentem maculam: aut rugam: aut aliquid huiusmodi: sed vt esset sancta: & immaculata. Et post pauca. Nemo (inquit) enim aliquādo carnem suam odio habuit: & nutrit: & fouet eam sicut & Christus ecclesiam: quia membra sumus corporis eius: & reliqua. Hoc ergo edocemur: quomodo spōsa Christi quæ est ecclesia etiam sit corpus eius & membra. Si ergo audias spōsi membra nominari: ecclesiæ membra dici intellige. In quibus sicut sunt aliqui qui dicuntur oculi pro intelligentiæ sine dubio ac scientiæ lumine: & alii aures pro audiendo verbo doctrinæ: alii manus pro bonis operibus: religiosisq̧ ministeriis: ita & sunt alii qui & genæ eius appellentur. Genæ autem partes vultus dicuntur: in quibus honestas: & verecundia animæ agnoscitur: per quod sine dubio illi in membris ecclesiæ declarantur: qui castitatis: & pudicitiæ excolunt honestatem. Pro his ergo ad omne corpus sponsæ dicitur: q̃ speciosæ factæ sunt genæ tuæ! Et obserua quia non dixit: Q̃ speciosæ sunt genæ tuæ: sed q̃ speciosæ factæ sunt: vt ostendat prius quidem non eas ita fuisse speciosas: sed postea quando suscepit oscula sponsi: & ipse qui loquebatur per prophetas prius affuit: & mundauit sibiipsi ecclesiam suam lauacro aquę: & fecit eam non habere maculam aut rugam: & agnitionem sui præstitit ei: tunc factæ sunt speciosæ genæ eius. Tunc enim castitas: & pudicitia: & virginitas quæ prius nō fuerat: per ecclesiæ genas specioso decore diffusa est. Quæ tamen genarum species: id est pudicitiæ: & castitatis: turturib⁹ comparatur. Turturum ferunt huiusmodi naturam esse: vt neq̧ masculus præter vnam fœminam adeat aliā: nec fœmina plusq̃ vnum patiatur marē. Ita vt si accidat altero intercepto superesse alterum: pariter cū coniuge extinctus sit ei concubitus amor. Conuenienter ergo similitudo

turturis aptat̃ ecclesiæ: ꝙ vel alteri⁹ viri post Christũ cõiugiũ nesciat: vel ꝙ cõtinẽtię: & pudicitiæ ĩ ea tã̄q turturũ volitet multitudo. Secundũ hanc intelligentiã etiã ceruicẽ sponsæ
A accipiamus. Quæ sine dubio ille intelligi debeant animæ quæ Christi iugum suscipiunt: dicẽtis: suscipite super vos iugũ meum: quia iugum meum suaue est. Obedientia ergo eius ceruices eius appellantur. Ceruix ergo ei⁹ speciosa facta est sicut redimicula: & merito. Quã enim prius præuaricationis inobedientia turpem fecerat: nunc obedientia fidei speciosam fecit & pulchrã. Ceruix ergo tua speciosa facta est: sicut redimicula. Ad vtrũq; enim subauditur speciosa facta est sicut redimicula. Redimicula hæc dicit constrictiões: vel cõnexiones moniliũ: quæ in ceruicibus sedere solent: ex quibus deducitur: & descendit per om̃e collum reliquus ornatus. Ipsi ergo ornamẽto qđ ceruicibus imponi solent ceruicem sponsæ cõparauit. Quod dictum ita aduertimus. Ceruicem diximus subiectionem: & obedientiam dici: pro eo ꝙ quasi iugum Christi suscipiat: & fidei eius obedientiam præbeat. Ornamentũ ergo ceruicis eius quę est obediẽtia Christ⁹ est. Ipse enim prior factus est obediens vsq; ad mortem: & sicut per vnius: Adæ scilicet: inobedientiã peccatores constituti sunt multi: ita & per vnius obedientiam: Christi duntaxat: iusti constituent̃ multi. Ornamentum ergo: & monile ceruicis ecclesiæ obediẽtia Christi est. Sed & ceruix ecclesiæ: id est obedientia eius similis effecta est obedientiæ Christi: qđ est monile ceruicis. Magna ergo ĩ hoc laus spõsæ est: magna ecclesiæ gloria: vbi imitatio obedientiæ eius exęquat̃ obedientiæ Christi: quẽ imitatur ecclesia. Hæc item ipsa species monilis in Genesi memorat̃ a Iuda patriarcha Thamar nurui suæ qñ cum ea quasi cum meretrice concubuit data. Qđ nõ om̃ibus patet mysterium. Intelligitur per hoc ꝙ Christus ecclesię: quã ex multorum dogmatũ ꝓstitutiõe collegerat: futuræ perfectionis hæc dedit pignora: & istud obedientiæ monile ceruici ei⁹
B imposuit. Similitudines auri facies tibi cũ distinctionibus argenti: quoadusq; rex fit in recubitu suo. Supradiximus ꝙ species dramatis libellus hic ordinatus personarum imutatione contexitur: & nunc ergo videntur hæc amici vel sodales sponsi ad spõsam locuti: qui secundum intelligentiam mysticam: & vt supradiximus: aut angeli: vel etiam prophetæ: aut patriarchę possunt intelligi. Non enim tunc solum cum post baptismum Ioannis in deserto tentatus est a diabolo dominus accesserunt angeli: & ministrauerũt ei: sed ante aduentum præsentiæ corporalis ministrauerũt semper. Nam & lex disposita in manu per angelos dicitur mediatoris. Sed ad Hebręos scribens apostolus dicit. Si enim qui per angelos habitus est sermo: factus est firmus. Ipsi ergo erant velut auctores: & procuratores appositi paruulæ sponsæ cum pędagogo lege: donec plenitudo temporũ veniret: & mitteret de⁹ filium suũ natũ ex muliere: factum sub lege: & adduceret eã sub auctoribus: & procuratoribus: & pędagogo lege: vt ipsius verbi dei oscula doctrinam scilicet/verbaq; susciperet. Anteq̃ ergo tempus horum adesset in multis angelorum ministerio excolebatur sponsa: q apparebant tunc hominibus: & loquebantur ea quę res poscebat: & tempus. Non eñ tu mihi ex aduentu Saluatoris in carne sponsam dici: aut ecclesiam putes: sed ab initio humani generis: & ab ipsa constitutione mũdi. Immo vt Paulo duce altius mysterii huius originẽ repetã: ante etiã cõstitutionẽ mundi. Sic eñ dicit ipse. Sicut elegit in Christo ante constitutionem mundi vt essemus sancti: & immaculati coram ipso in charitate prædestinans nos in adoptionẽ filiorũ. Sed & in Psalmis scribit. Memento cõgregationis tuę dñe: quã cõgregasti ab initio. Prima etem̃ fundamenta congregationis ecclesię statim ab initio sunt posita: vnde & Apostolus dicit ędificari ecclesiam nõ solũ sup apostolorũ fundamenta: sed etiam prophetarũ. Inter prophetas aũt numerat̃ & Adam: qui magnũ mysterium ꝓphetauit in Christo: & in ecclesia: dicens. Propter hoc relinquet homo patrẽ suũ/ & matrẽ suam: & adhęrebit vxori suę: & erunt ambo in carne vna. Euidenter enim de his dictis ei⁹ dicit Apostolus: quia mysteriũ hoc magnũ sit. Ego aũt dico in Christo: & in ecclesia. Sed & idẽ Apostolus cum dicit: Sic eñ ecclesiã dilexit: vt semet ipsum traderet ꝓ ea sanctificãs lauacro aquę: nõ vtiq; ostendit eã prius non fuisse. quõ enim dilexisset eam quę non erat? Sed etiam sine dubio dilexit: quę erat. Erat autem in om̃ib⁹ sanctis qui ab initio sęculi fuerant facti. Diligens C
igitur eam: venit ad eã. Et sicut pueri sui communicauerũt carni: & sanguini: similiter & ipse particeps factus est eorundẽ: ac semetipm̃ ꝓ eis tradidit: ipsi eñ erant ecclesia quã dilexit: vt eã vel numerositate augeret: vel virtutib⁹ excoleret: vel perfectionis charitate de terris transferret ad cœlum. Ministrauerũt ergo & prophetę ab initio: ministrauerunt & angeli. Quid enim aliud fiebat tunc cũ apparuerunt tres viri Abrahæ sedenti ad quercũ mambre?

Licet illa angelorum species plus aliquid q̃ an-
gelicum ostenderit mysterium: nam trinita-
tis ipsi mysterium prodebatur. Hoc erat & in
Exodo: cum angelus domini dicitur in flam-
ma ignis apparuisse Moysi in rubo. Cõtinuo
autem in subsequentibus dominus: & deus lo
qui in angelo scribitur: & ipse deus esse Abra-
ham: & deus Isaac: & deus Iacob designatur.
Quod quidam hæreticorum legẽtes dixerũt.
Deum legis: & prophetarum longe inferiorẽ
esse q̃ Iesum Christum: & spiritum sanctum:
& eousq; impietatem suam pertenderunt: vt
plenitudinem quidem in Christo ponant: &
in spiritu sancto: imperfectionem vero: & ĩfir-
mitatem in deo legis. Sed hæc alias. Nunc au
tem nobis propositum est ostendere: quomo-
do sancti angeli qui ante aduẽtum Christi ve-
lut paruulę adhuc sponsę tutelã procurabant
ipsi sunt amici: & sodales sponsi: qui ad eã di-
D cere videant. Faciamus tibi similitudines au-
ri cum distinctionibus argenti: vsquequo rex
sit in recubitu suo. Indicant ergo ꝙ ipsi faciãt
sponsæ: non aurum (neq; enim habebant tale
aurum quale dignum erat offerri sponsæ) sed
pro auro similitudines auri se facere promit-
tunt: & non vnam similitudinem: sed multas
Ita etiam dicunt de argento: sed quasi haben-
tes licet paruam argẽti materiam: promittũt
ei se facere: non similitudines: sed distinctiões
argenti: vtpote quibus non tanta abundaret
argenti materia: vt connexum aliquid: & soli
dum opus ex eo producere possent: sed distin-
ctiones solas: ac signa quędam parua velut pũ
cta intersererent illi operi: quod ex auri simili
tudine faciebant. Hęc ergo amici sponsi: illi de
quibus supradiximus: sponsę faciunt ornamẽ
ta. Sed quid in his secreti cõtineatur: & quid
elocutionis nouitas ipsa parturiat: omnipotẽ
tis verbi: ac sponsi patrem p̃cemur: vt ipse no
bis arcani huius claustra patefaciat: quo possi
mus non solum ad intelligenda hæc illumina
ri: verũ etiam ad proferenda: ac secundũ men-
suram eorum: qui lecturi sunt: moderatiõem
E eloquii spiritalis accipere. Auri speciem ĩ mul
tis sæpe ostendimus figuram tenere intelligi-
gibilis: & incorporeę naturæ: Argẽtum vero
virtutem verbi: ac rationis: secundũ quod &
dominus dicit per prophetam. Dedi vobis ar
gentum: & aurum: vos autem fecistis argen-
tea: & aurea Bahalim: ostendẽs per hæc: & di-
cens: quia dedi vobis sensum & rationem: qua
me deum: & sentire possetis: & colere: vos au-
tem: & sensum: & rationem quę ĩ vobis est ad
colenda dæmonia transtulistis. Sed & eloquia
domini: eloquia casta: argentum igne proba-
tum. Et item in aliis argentum ignitum iusti
lingua memoratur. Cherubin vero aurea di-
cuntur: quoniam quidem plenitudo scientiæ
dei interpretantur. Sed & candelabrum in ta
bernaculo testimonii aureum: & solidum po-
ni iubebatur: quod mihi videtur locum tene-
re naturalis legis: in qua lex scientiæ habetur
Sed quid opus est multa congregare testimo-
nia: cum in promptu sit scire volentib⁹ in mul
tis scripturæ locis hoc indicari: ꝙ aurũ ad sen
sum: mentemq; reuocetur: argentum vero ad
verbum: atq; eloquia referat. Nũc ergo prop- F
remus ad contemplandum quomodo secũdũ
ea quæ præmisimus: amici sponsi dicant se si-
militudines auri facere sponsę cum distinctio
nibus argenti. Videtur ergo mihi ꝙ lex q̃ per
angelos disposita est in manu mediatoris: quã
doquidem vmbram habeat futurorũ bonorũ
omniũ ipsam imaginem rerum: & quæcunq;
contingebant illis qui in lege referunt: in figu
ra: & nõ in veritate contingebant: omnia ista
similitudines auri fuerunt: non aurum verũ.
Q. scilicet aurum verum in illis quę incorpo
rea sunt: & inuisibilia: ac spiritalia intelligat:
Similitudo vero auri in quo non est ipsa veri-
tas sed vmbra veritatis: ista corporea & visibi
lia accipiantur. Verbi gratia. Similitudo auri
fuit istud tabernaculum manu factũ: de quo
dicit Apostolus. Non enim manu facta ista in
troiuit Iesus exemplaria verorum: sed in ipm
cœlum. Ergo quæ in cœlis sunt inuisibilia: &
incorporea illa sunt vera: ista autem quæ in
terris visibilia: & corporea exemplaria vero-
rum dicuntur esse: non vera. Ista tamen sunt
quæ similitudines auri appellantur. In quib⁹
eit & arca testamenti: & propitiatoriũ: & che
rubin: & altare incensi: & mensa propositiõis:
& panes: sed & velamen: & columbæ: ac feræ:
& altare holocaustorum: & ipsum templum
atq; omnia quæ in lege scripta sunt. Omnia
hæc similitudines erant auri: sed & ipsum au
rum visibile: pro eo ꝙ visibile erat: non erat
aurum verum: sed similitudo erat illius ve-
ri auri inuisibilis. Istas ergo similitudines au-
ri fecerunt sponsæ ecclesiæ sponsi amici: an-
geli videlicet: & prophetæ: qui ministraue-
rũt in lege: cæterisq; mysteriis. Hoc (opinor)
& Paulus intelligens dicebat in religione an-
gelorum: in his quæ vult frustra inflatus
sensu carnis suæ. Omnis ergo iudaicus cul-
tus: & religio similitudines sunt auri. Cum
autem conuersus fuerit quis ad dominum:
& ablatum fuerit ab eo velamen: tunc vide-
bit aurum verum: cuius auri anteq̃ adesset
& cognoscendum se præberet similitudines

fecerunt sponsæ amici eius: vt ex illis similitu dinibus cõmonita: & puocata veri auri desi deriũ caperet. Hoc em̃ factũ indicat Paul⁹: cũ dicit. Hæc autem in figura cõtingebant illis. Scripta autem sunt propter nos: in quos finis seculorum deuenit. Sed de fine quidẽ quod di cit Paulus: non intelligas corporalẽ. Finis em̃ corporalis multos inueniet pro qbus nõ sunt scripta hæc: neq; em̃ huiusmodi de his reci pient intellectũ: sed finem sæculorũ perfectio nem rerum intellige: quæ vtiq; Paulo: & simi libus eius aduenisse: & ppter ipsos scripta hęc esse dicuntur. Sed hęc in excursu diximus vo lentes ostendere quomodo amici sponsi dicãt ad sponsam facere se ei similitudines auri: cũ distinctionibus argenti: per ea scilicet quæ in lege: & prophetis per figuras: & imagines: & similitudines: & parabolas: scripta tradiderũt
A Sunt tamẽ in his & paruę quædam distinctio nes argenti: indicia scilicet sensus spiritalis verbi: & interpretationis rationabilis scilicet & valde rara: & exigua. Ante aduentũ nanq; domini vix est vbi prophetarum aliquis par uum quid occulti sermonis aperuit: verbi gra tia: vt Esaias cũ dicit: Vinea domini sabaoth: domus Israel est: & domus Iuda nouella dile cta. Et iterum alibi: Aquæ multæ: gentes mul tæ sunt: & Ezechiel nominãs duas sorores Ol lam & Olibam aliam Samariã distinguit esse: & aliam Iudæam: & sicubi talia quædam ipsis prophetis interpretantibus aperiãtur: istę di
B stinctiones argenti dicuntur. Vbi vero Salua tor: & dominus noster Iesus Christus aduenit nota faciens omnia verbo virtutis suę: in pas sione eius indicium datum est: q; ea quæ in ab sconditis tenebantur: & arcana erant: in lucẽ proferrentur: & ad manifestationem veniant per hoc q; velum templi quo ad visum sancto rum sancta arcana velabantur: scissum est de sursum eius vsq; deorsum: palam fore denun tians omĩbus quod intrinsecus videbatur ob tectum. Sic ergo illud quod per angelos & pro phetas ministratum est similitudo auri fuit: cum distinctionibus paruis: & exiguis argen
C ti. Hæc autem quæ per ipsum dominum no strum Iesum Christum tradita sunt: in auro vero: & argento solido collocata sunt. Hæc enim quæ per amicos sponsi facta est similitu do auri: cum distinctionibus argenti: non in sempiternum mansura promittitur: sed tem pus ei statuitur ab illis ipsis dicentibus: vsque quo rex in recubitu suo. Cum enim recubans dormierit vt leo: & vt catulus leonis: & post hæc suscitauerit eum pater: & resurrexerit e mortuis: si qui fuerint conformes resurrectio

nis eius iam non in similitudinem auri: id est non in rerum corporalium cultu mane bunt: sed verum aurum ab ipsis percipiẽt cre dentes: & sperantes: non ea quę videntur: sed quæ non videntur: nec quę in terris sunt: sed quæ in cœlis: vbi Christus est in dextera Dei sedẽs: & dicent. Quia & si cognouimus Chri stum aliquando secundum carnem: sed nunc iam non nouimus. Non ergo iam distinctioni bus paruis argenti: sed in latitudinem diffu so vtentur argento. Audient em̃: q; in illa au ri similitudine petra quæ sequi dicitur: & potum populo præbere: Christus est: & mare baptismus est: & nubes spiritussanctus est: & manna verbum dei est: & agnus paschæ Sal uator est: & sanguis agni: passio Christi dei est & velum quod est in sanctis sanctorum: quo diuina illa: & arcana tegebantur: caro eius est aliaq; innumera ex eius resurrectiõe patebũt: nõ iam parua vt prius distinctione: sed altissi ma expositione patefacta. Adhuc autem vt D
clarius fiat: quod dicit: vsquequo rex sit in re cubitu suo: etiam de secunda Balaam prophe tia quæ de Christo ita continet proferemus. Orietur (inquit) stella ex Iacob: & exiet homo de semine eius: & dominabitur gentibus mul tis. Exaltabitur Gog regnum eius: & crescet regnum eius. Deus educet eum ex Aegypto sicut gloria vnicornis: & comedet gentes ini micorum suorum: & crassitudines eorũ me dullabit: & iaculis suis sagittabit eos. Recum bens vt leo requiescet: & sicut catulus leonis. Quis suscitabit eum? Considera ergo & ex his diligentius: & vide quomodo omnis simi litudo auri vsq; ad extremum tempus ad re cubitum regis scilicet: stare memoratur. Post hæc ergo exaltabitur Gog: id est super te cta: regnum ei⁹: cum videlicet de terris ad cœ lestia fuerit tecta translatum. Sed de his ple nius prout dominus dedit in numerorum li bro prosecuti sumus. Requiramus sane si etiã sanctis patribus ipsis & prophetis qui mini strauerunt verbum ante aduentum domini nostri Iesu Christi: perfectionis huius: veriq; auri gratia data sit: an tantum futura hæc in tellexerint: & in spiritu ventura prępuiderint: atq; ob hoc solum dixerit dominus de Abra ham: quia desiderauit videre diem ei⁹: et vi derit: & lætatus sit: q; scilicet in spiritu futu ra puiderit. Et magis fortasse hoc ita esse etiã ille sermo cõfirmet: qui ait. Multi iusti deside E
rauerunt videre quæ videtis: & non viderũt: & audire quæ auditis: & non audierunt. Qua uis nec illis potuerit defuisse perfectio veniẽs ex fide. Quę enim nos facta credimus: hæc illi

maiore cū expectatiōe futura credebāt. Sicut ergo ex aduētu Christi credētes pręteritorꝫ fides: ita & illos futurorū ad summā pfectionis adduxit. Quod si ad vnāquāq; animā referatur expositio: videbitur ꝙ donec paruula est adhuc anima: & impfecta: & sub tutoribus: & procuratoribus posita: siue doctoribus ecclesię: siue angelis: qui paruulorū custodes esse dicūtur: et videre semper faciē patris qui in cœlis est: similitudines auri fiunt ei: cū nō solidis & fortibus alitur verbi Dei cibis: sed similitudinib⁹ imbuitur: velut si dicamus parabolis: & exemplis docetur: pro quib⁹ & ipse Christus dicitur ætate crescere: & sapiētia: & gratia apud deū: & hoīes. In illis ergo similitudinibus imbuitur: & fiunt ei paruulę distinctiones argenti. Aperiunt eīm interdū & his qui imbuūtur parua aliqua: & rara de secretioribus mysteriis: vt desiderium concipiant maiorū. Neq; eīm desiderari quid potest si penitus ignoretur: & incipientibus: & primis in eruditionibus positis: sicut nō sunt ad subitū cuncta pādenda: ita neq; penitus abscōdenda sunt spiritalia mysteria: sed vt ait sermo diuin⁹ faciēdæ sunt eis distinctiones argenti: & scintillæ quædam spiritalis intelligentiæ animis eorum initiandæ sunt: vt gustum quodāmodo desiderandę dulcedinis sumant: ne vt diximus si penitus ignoretur: nec
F omnino desideretur. Verum ꝙ paruulā nominamus animam nemo ita accipiat quasi secundum substantiā paruula dicatur: sed si cui deest eruditio: & in qua est exiguus intellect⁹: ac minima peritia: hanc paruulam dicimus animā. Igitur hęc fieri cōuenit vsquequo rex sit in recubitu suo: id est vsquequo ī id pficiat huiusmodi anima: vt capiat regem: & habeat recūbentem in semetipsa. Sic enim dicit hic rex. Quia habitabo in eis: & inambulabo in eis. Profecto qui tantā verbo dei cordis sui latitudinē præbent: vt etiam in eis deambulare dicatur: spatiis (scilicet) amplioribꝰ intelligētię: agnitionisq; diffusioris. Ita ergo & recubare dicitur in anima illa sine dubio: de qua ipse dominus dicit per prophetam. Super quem requiescam: nisi super humilem: & quietum: & trementem sermones meos? Habet ergo rex iste qui est sermo dei in illa anima quæ iam ad perfectum venerit: recubitum suum: si tamen nō sit ī ea aliquod vitium: sed plena sit sanctitate: plena pietate: fide: pace: oībusq; virtutibus. Tunc enim delectat in ea recubare regē: & habere recubitum. Ad hanc enim animam dominus dicebat. Quia ego & pater meus veniemus: & cœnabimus cum eo: & mansionem faciemus apud eum. Vbi ergo cœnat Christus cum patre: & vbi mansionē facit quidni recūbit? Beata illius latitudo animæ: beata strata illius mentis: vbi pater: & filius (vt non dubito) vna cum spiritu sancto recumbit: cœnat: & mansionē facit. Quibus putas opibus: quibus copiis tales cōuiuæ pascūtur? Pax vbi primus cibus est: humilitas simul apponitur: ac patientia: mansuetudo quoq;: & lenitas: & qđ summæ ei suauitatis est: puritas cordis. Charitas autē in hoc conuiuio principalē obtinet locū. Tali ergo modo etiam tertia expositione G ad vnāquāq; animā referri posse videbitur: qđ ait. Similitudines auri faciemus tibi: cū distinctionibus argenti: quoadusq; rex sit in recubitu suo. Nardus mea dedit odorē suū: siue odorem eius. In specie dramatis videtur hoc ostēdi: ꝙ post hæc verba ingressa sit sponsa ad spōsum: & vnguētis suis vnxerit eū: ac miro quodam genere: quasi nardus quæ prius odorem non dederat cum esset apud sponsam: tunc dederit odorem suum: cū corpus contigit sponsi: vt non tam ille ex nardo odorem: ꝗ nardus ex ipso sumpsisse videatur. Si vero secundum hanc differentiam quæ in aliis inuenitur exēplaribus legimus: Nardus mea dedit odorem eius: inuenitur adhuc aliquid diuinius: vt videatur vnguentū hoc nardi quo vnctus est sponsus: nō tm̄ suū qui nardo inesse naturaliter solet: sed ipsius spōsi odorem ceperit: & ipsi⁹ odorem ad sponsam reportauerit nardus: vt in eo quo vnxit eū odorē spōsi ipsius vnguenti munus acceperit: & hoc sit quod dicere videatur Nardus mea qua vnxi spōsum: regressa ad me odorem mihi detulit sponsi: & velut superato naturali suo odore: pię fragrantia sponsi ipsi⁹ mihi detulit suauitatem. Hæc habet historici dramatis explanatio. Sed veniamus iam nūc ad intelligentiam spiritalem. Ponam⁹ hic spōsam ecclesiam in persona Mariæ: quæ decēter H vtiq; dicitur afferre libram vnguēti nardi pisticæ: pretiosæ: & vngere pedes Iesu: & detergere capillis suis: & recipere quodam modo: ac recuperare pencrinem capitis sui ad semetipsam vnguētum ex qualitate: ac virtute corporis eius infectum: & odorem: non tam nardi per vnguentum: ꝗ ipsius verbi dei ad se trahentem per capillos quib⁹ abstergebat pedes: & imposuit capiti suo non tam nardi: ꝗ Christi fragrantiam: & dicere: quia nardus mea missa in corpus Christi reddit mihi odorem eius. Deniq; vide quomodo hæc ipsa referuntur. Maria (inquit) attulit libram vnguenti nardi pisticæ ptiosę: & vnxit pedes Iesu: & extersit capillis capitis sui. Domus aūt (inquit) tota repleta est odore vnguenti. Quid vtiq;

indicat: Quia odor doctrię q pcedit de Christo & scti spũs fragrãtia: repleuit omnẽ mundi hui⁹ domũ: ac toti⁹ ecclesię domũ: vel certe repleuit omnẽ domũ animę illius: q̃ odoris Christi suscepit participiũ: offerẽs prio fidei suę mun⁹: velut vnguẽtũ nardi: & recipiẽs ex hoc gratiã spũssancti: spiritalis doctrię fragrãtiã. Quid ergo interest: vtrũ ĩ cãtico cãticorũ spõsa perungat vnguẽto spõsum: an in euãgelio discipla magistrũ: & Maria Christũ: spans (vt dixim⁹) redire ad se ex hoc vnguẽto odorẽ verbi: & fragrãtiã Christi: vt eo ipso dicat: Bonus odor sum⁹ deo! Et qm̃ plenũ fide fuit istud vnguẽtũ: & pciosi effectus: ob hoc & Iesus testimoniũ reddidit ei: dicens. Bonũ op⁹

A opata est in me. Sic ergo rursus in cãtico cãticorũ post aliquãta cõplectit emissiões spõsę: sicut hic op⁹ Marię. ait em̃. Emissiões tuę paradisus cũ fructu pomorũ. Cyperus cũ nardis. Nard⁹ cũ crocis. Amplectit ergo & ĩ his emissiones: ac munera spõsę. Obseruauim⁹ sane q in iis q̃ nũc memorauim⁹ pluraliter prio: post modũ singłariter nardũ posuit: qđ puto secũdũ illã ratiõnẽ dictũ: qa negotiator regni cœlorũ plures prio margaritas negotiat: vsq̃quo ad vnã pueniat ptiosam. Et forte qđ dixit: Emissiones tuę paradisus cũ fructibus pomorũ: illos idicat fruct⁹ cũ nardis plurimis: quos afferim⁹ ex institutionib⁹: & doctrina pphetica. Ex doctrina vero ipsi⁹ dñi nr̃i Iesu Christi: emissiones nostrę: & munera nõ plures habẽt nardos: sed vnã. Sed nũc redeam⁹ ad eã quę di

B cit: Nard⁹ mea dedit odorẽ suũ: & vide si possumus adhuc etiã hoc in loco ĩtelligere pñti: q si qñ valuerim⁹ itegre: & decẽter exponere de deitate Christi: virtutẽq ei⁹: ac maiestatẽ dignis assertiõib⁹ cõsignare: tũc fortassis merito dicet: vel ecclesia illa: vel aĩa illa quæ ita manifeste potuerit gloriã eius exponere: Nardus mea dedit odorẽ suũ. Nec mirũ videri debet: si Christ⁹ queãdmodũ fons est: & flumen aquę viuę de quo pcedũt: & queãdmodũ panis est: & vitam dat: ita & Nardus est: & odorem dedit: & vnguẽtum est: quo q vncti fuerit Christi fiãt: sicut dicit ĩ psalmo. Nolite tãgere Christos meos. Et fortasse secũdũ illđ qđ dicit apostolus. His q excitatos habẽt sensus ad discretionẽ boni: vel mali: singłis quibusq sensibus animę singula q̃q Christ⁹ efficit. Idcirco em̃ & verũ lumẽ dicit: vt habeãt oculi animę quo illuminent. Idcirco & verbũ: vt habeãt aures qđ audiãt. Idcirco & panis vitę: vt habeãt gust⁹ aĩmę qđ degustent. Idcirco ergo et vnguẽtum: vel nard⁹ appellat: vt habeant odorat⁹ animę fragrãtiã verbi. Idcirco & pal pabilis & manu tractabilis: verbũ factum dr̃: vt possit interioris animę man⁹ cõtingere de verbo vitę. Hęc aũt omnia vnũ: atq idem est verbũ dei: qđ per hæc singula affectib⁹ orationis cõmutatũ nullũ aĩmæ sensum gratiæ suę relinquat expertẽ. Alligamẽtũ guttę fratruelis meus mihi ĩ medio vberũ meorũ manebit: C siue cõmorabitur. Eiusdem adhuc verba spõsę sũt ad adolescẽtulas loquentis. Prius quidẽ dixerat: qa nardus sua dedisset odorẽ sponsi: et quia per vnguentũ quo vnxerat eũ: odoris eius fragrãtiã recepisset. Nũc aũt ait. Fraternus me⁹ mihi guttam redolet. Et hãc nõ diffusam: neq vt libet dispersam: sed colligatam et cõstrictam: quo scilicet odor ipsi⁹ suauitatis dẽsior reddat: & vehemẽtior. Et hic (inqt) cũ talis sit: ĩ medio vberũ meorũ demorat: & cõmanet: & requiem ac mansionẽ suã facit in loco pectoris mei. Verũ q nũc pximum cognominauit eum fraternũ suũ sponsa: & nominis hui⁹ appellatione per totũ pene libelli textũ frequẽter vtitur: dignũ puto: vt prius requiramus appellationis ipsius causam: & quid: vel vnde fraternus dicit: exponam⁹. Fratern⁹ appellat fratris fili⁹. Requiram⁹ quid sit primo D frater sponsę cui⁹ hic filius habeatur. Vide si possumus dicere: sponsum quidem ex gẽtib⁹ esse ecclesiam: fratrem vero eius priorẽ populũ. & fratrem indicat vtiq seniorẽ. Quia ergo ex illo populo Christ⁹ scđm carnem nascit: ob hoc ab hac ecclia gẽtiũ fratris filius appellat. Qđ ergo ait: Alligamentũ guttę fraternus meus mihi: corporeę natiuitatis ei⁹ indicat sacramentũ. Videt em̃ quodãmodo alligamentũ esse: & vinculũ quoddã animæ corpus: qđ alligamentũ gutta ĩ Christo diuinę virtutis: ac suauitatis astringit. Si aũt ad vnãquãq animã quę dicta sũt referunt: alligatura guttę dogmatũ cõtinẽtiæ: & cõstrictio diuinarũ sẽtentiarũ: ac nodositas intelligit. Innexę em̃ sibi inuicẽ sunt fidei ratiões: & vinculis veritatis astrictę. Deniq & lex mundũ dicit esse oẽ vas qđ alligatum est: immundũ vero qđ solutum fuerit: & nõ ligatum. Cuius rei hęc figura erat: q Christus ĩ quo nũq̃ fuit vlla immũditia peccati: alligamẽtũ guttæ dr̃. Et ideo anima non debet contingere aliquid dissolutũ et qđ non sit ratione subnixum: & dogmatũ veritate cõstrictũ: ne immunda fiat. Qui em̃ immundum cõtigerit: immund⁹ erit secundum legem. Continget nãq eum sensus irrationabilis: & alienus a sapiẽtia dei: & faciet eũ immundũ. Vide aũt si forte filium dei in carne guttã dictum: & quasi breue aliquid & exiguum nominatum possum⁹ accipere: sicut &

Daniel de eo dicit. Lapidem paruũ de monte excisum sine manibus. & post hoc montẽ magnũ. vel sicut ĩ libello duodecĩ ꝓphetarũ nihilominus gutta qdẽ futura dicit: quę cõgreget populũ. Est ergo & ĩ ꝓphetis ita scriptũ. Et erit ex gutta ppl'i huius cõgregat⁹ Iacob. Decebat em̃ eũ q veniebat cõgregare nõ solũ Iacob: sꝫ & oẽs gẽtes: q̃ sicut ꝓpheta dicit ĩputatę sũt tã q̃ gutta ex situla: exinaniente se diuinitat[forma: effici ipm̃ vt guttã: & sic veni re ad cõgregãdã guttã gẽtiũ: & guttã nihilo

E minus reliquiarũ Iacob. Sed & in quadragesimoquarto psalmo dicit ad dilectũ: cui ẽt ipse psalm⁹ ascribit. Mirrha: & gutta: & casia a vestimẽtis tuis. A vestimẽtis ergo verbi dei q ẽ doctria sapiẽtię ꝓcedit mirrha mort[dũtaxat indiciũ: ꝑ hũano gñe susceptę. Gutta (vt supra dixim⁹) exinanita diuinitatis forma seruil' formę suscepta dignatio. Casia quoq; qm̃ id gen⁹ hęrbę aquis indesinẽtib⁹ nutriri dicit et coalescere: redẽptionẽ hũani generis ꝑ aq̃s baptismi ĩdicat datã. Sic ergo alligaturã guttę fraternũ suũ spõsa tanq̃ nuptiali dramate loquẽs inter mediũ vberũ suoꝝ cõmorãtẽ dicit. Vbera (vt superius iã dixim⁹) principale cordis aduerte: ĩ quo eccl'ia Christũ: vl' aĩa verbũ dei desyderiis sui vĩculis alligatũ tenet: & astrictũ. Si qs em̃ verbũ dei toto affectu ĩ corde suo: & toto amore cõstringit: ipe sol⁹ poterit odorẽ fragrãtię eius: & suauitatis accipe. Botr⁹ Cyperi fratern⁹ me⁹ mihi in vineis Engaddi. Quantũ ad literę ipsius explanationẽ habet aliqd ambiguũ ꝙ ait. Botr⁹ cyperi fratruelis mihi: qa & vua florẽs cyper⁹ appellat & species qdã extrinsec⁹ virgulti cyperus dicit: ferẽs etiã floridũ quẽdã fructũ ĩ modũ florẽtis vuę probatũ. Sed videt magis ad fructũ vitis respicere sermo: qm̃qdẽ vinearũ engaddi facta est memoria. Engaddũ aũt ager terrę Iudę est: nõ tm̃ vineis quantũ balsamis florẽs.

F Hic ergo erit historic⁹ sensus spõsæ loquẽtis ad adolescẽtulas: vt ĩtelligat: dicẽs. Primo qdẽ Nardus mea odorẽ mihi spõsi mei reddit. Scd̃o vero alligamẽtũ guttę effectus ẽ fraternus me⁹ mihi demorãs ĩter media vbera mea. Tertio Botr⁹ cyperi ex vineis engaddi sup ans omne quicqd est in odoribus: & floribus suauitatis: quo. f. audiẽtes hæc adolescẽtulæ magis: ac magis ad charitatem sponsi cõcitẽtur & amorẽ. Idcirco aũt singulatim: & ꝑ ordinẽ primo Nardũ suã: deĩde guttã: post hæc etiã Botrũ cyperi nominat: vt ꝑ eos grad⁹ quosdã profectus doceat charitatis. Sed videamus iã quid spiritalis habeat intellectus. Siquidẽ hic qui appellat Botr⁹ ad fructũ vitis referendus est: Verbũ dei accepimus sicut sapiẽtiã: & virtutẽ: & thesaurũ scientię: aliaq; multa: ita & vitẽ verã dici. Sicut ergo his quibus efficit sapientia: & scientia nõ ad subitũ: sed ꝑ ꝓfectus quosdã: & gradus ꝓ studiis: & intentione: ac fide eorum: qui ei vel in sapiẽtia: vel in sciẽtia vel in virtute participantur: sapientes eos & scientes reddit: vigentesq; virtutibus: ita & ĩ quibus vitis vera efficit: non eis ad summum maturos botros producit: & dulces: nec repẽte eis efficitur vinũ suaue: & lętificãs cor hominis: sed primo producit eis suauitatem tãtummodo odoris ĩ florem. Botrus hic florẽs esse memorat in vineis engaddi: vt gratia fragrãtiæ ipsius iniiciat in initiis animę: vt post hæc pati possit acerbitatem tribulationũ & tentationũ: quæ propter verbũ dei credentibus excitantur: & ita demũ maturitatis ei⁹ dulcedinẽ prębet: vsq; dũ ꝑducat eos ad torcularia vbi effundit sanguis vuę: sanguis noui testamẽti qui bibatur in die festo in superioribus: vbi stratum magnum paratũ est. Sic ergo per singulos hos ꝓfectus graduũ incedere oportet eos: qui ꝑ sacramẽtũ vitis: & Botrum cyperi initiati ad perfectionem ferunt: et calicem noui testamẽti ab Iesu susceptum bibere cõtẽdũt. Qꝫ si cyperus sui gñis arbor accipiendus est: cuius fructus etiã flos nõ tãtum odoris suauitatem: quantũ & vim calefaciendi: ac fouendi dicit possidere: illa sine dubio accipitur sponsi virtus: qua incalescũt animę erga fidem eius: & charitatem: quę contingebat eos qui dicebant. Nõne cor nostrũ erat ardens intra nos: cum aperiret nobis scripturas? Vel certe quoniã de vineis engaddi Botrus hic florens nominatur esse (Engaddi autem interpretatur oculus tẽtationis meę:) si quis est qui ĩtellectum habere potest: quomodo tentatio est vita hominis super terrã: & intelligit quomodo quis in deo eripitur a tẽtatione: & qui agnoscit qualitatẽ tẽtatiõis suę: ita vt possit de ipso dici. Quia in his omnib⁹ non peccauit labiis suis coram deo: hui⁹ Botrus cyperi de vineis engaddi efficitur verbũ dei. Obseruãdũ tamen est ꝙ verba sponsę ita referuntur: vt & Nardus: & alligamẽtũ guttæ: & Botr⁹ cyperi ipsi soli sint: vtpote quę in hos iam profectus ascenderit. Sola enim perfecta anima est quæ ita habet purum: & purgatum rdoramentũ sui sensus: vt possit Nardi et guttæ: & cyperi ex verbo dei procedentis fragrantiam capere: & gratiam diuini odoris haurire.

Explicita est homilia secunda.

G

Homilia Tertia.

A Ecce es speciosa proxima mea ecce es speciosa: oculi tui columbarum. Secūdo iā spōsus cū spōsa ī verbo colloquioq; miscet. Et primo quidē sermone īuitauit eā vt cognosceret semetipsā: dicēs ei q bona qdē eēt inter mulieres: sed nisi cognosceret semetipsam: certe queq; pateretur. Et quasi quæ velociter ad agnitionē sui sensu intellectuq; cucurrerit: cōparat eā equis suis: vel equitatui: quibus obtinuerit curr9 Pharaonis. Simul & genas eius pro insigni verecūdia: & conuersationis pudicitate turturibus cōparat: ceruiceq; eius ornamētorū redimiculis. Nūc aūt iā speciosam profitet eam: & speciosam nō sic vt prius ī mulierib9 tantū: sed quasi proximā sibi. & adhuc ī maius titulum laudis extollit & affirmat: q nō tantū cū proxima est ei speciosa sit: sed & si cōtingat ei absentem esse: etiam sic speciosa sit. Hoc em īdicatur in eo: q cū dixisset: Ecce es speciosa proxima mea: addit post hęc absolute: & sine vlla adiūctiōe. Ecce es speciosa.
B Sed in superiorib9 nō laudauerat visum ei9: credo quia nōdū ad intuitum profecerat spiritalis ītelligentię. nūc ergo ait. Oculi tui columbarū. Grādis in hoc profectus eius ostēditur: vt quæ prius tantū speciosa in mulieribus dicta est: nūc vt proxima speciosa dicat ex ipso sine dubio sponso splendorē decoris accipiēs: vt semel ab ipso sumpta pulchritudine: etiā si accidat ei paululū sponsi absentiā pati: nihilominus pulchra permaneat. Q aūt oculi eius cōparant columbis: ob hoc pfecto cōtingit: qa diuinas scripturas nō iā sm literā: sed sm spiritū intelligat: & aspiciat in eis spiritalia mysteria. Columba em indiciū est spiritus sancti. Spiritali ergo sensu ītelligere legem: & prophetas: hoc est oculos columbę habere. Et hic quidē colūbę oculi ei9 appellant: in psalmis vero huiusmodi anima pēnas sibi dari columbæ desiderat: vt volare possit in ītellectū spiritaliū mysteriorū: & requiescere in atriis sapientię. Sed & si dormire quis possit: hoc ē collocari: & requiescere in medio fortiū: atq; ītelligere fortiū virtutes: & cognoscere diuini iudicii causas: nō solum pennę colūbæ quibus ī spiritalibus intellectibus volet: pmittūtur ei: sed deargētatę pennę. i. verbi: & rationis ornamēto decoratę. Scapulę quoq; eius ī specie auri fieri dicunt: vbi cōstātia fidei: & dogmatū stabilitas īdicatur perfectorū. Ergo si caput esse christ9 dicit: nihil puto absurdū videri si & oculi eorū qui secūdū interiorē hominē spiritaliter ītelligūt: & spiritaliter diiudicāt: spiritussanctus esse dicant. Et ob hoc fortassis in lege sicut agnus positus est: p cui9 hostiā populus purificaretur ī pascha. Ita & colūbę positę sunt qb9 purificatur homo ingressus in hunc mūdū. Sed & de eo nūc dicere: & hostiarū qualitates discutere: longior videt excessus: & proposito operi minime cōueniens. Hęc autē memorasse sufficiat: pro eo qđ pręsēs sermo cōtinet. Oculi tui colūbæ: quasi diceret: oculi tui spiritales sūt spiritaliter vidētes: spiritaliter ītelligentes. Potest adhuc profundiore fortassis sacramēto qđ dixit: Ecce es speciosa proxima mea: intelligi de pręsenti sæculo dictū: qa speciosa quidē sit & hic ecclesia cū proxima ē christo: & cū imitatur christū. Q vero iterauit: & dixit: Ecce es speciosa: potest ad futurū sęculū pertinere: vbi iā nō solū imitatione: sed ipa sui perfectione formosa est: & speciosa: & ibi dicat esse oculos eius colūbarū: vt duarū oculorū colūbę duę intelligant esse fili9 dei & spiritussanct9. Et ne mireris si colūba simul dicat cū vterq; similiter aduocat9 dicat: sicut Ioannes euāgelista declarat: spiritū quidē sanctū dicens paracletū: qđ est aduocatus. Et de Iesu christo nihilomin9 in epistola sua dicit. Quia ipse sit aduocat9 apud patrē pro peccatis nrīs Sed apud zachariā prophetā duę oliuę ad dexterā: & ad sinistrā cādelabri positę: vnigenitū nihilomin9: & spiritū sanctū designare credūtur. Ecce es bonus fratern9 meus: & quidē ecce es speciosus: cubile nostrū vmbrosū. D Nūc primū videtur attentius inspexisse sponsi sui pulchritudinē sponsa: & cōsiderasse illis ocul' q colūbæ dicti sunt: decus & speciē verbi dei. Quia reuera nō potest prius pspici: nec agnosci quāta sit in verbo magnificentia: nisi pri9 oculos quasi colūbę: idest intelligentiam spiritalem accipiat. Cōmune autem cubile sibi qđ dicit esse cū sponso: corpus hoc mihi videtur indicari animę: in quo adhuc posita digna habita sic asciscī ad consortiū verbi dei. Idq; vmbrosum: vtpote nō aridū: sed fructuosum memorat: & tanq densitate boni operis nemorosum. Sed hęc sponsa dicit: anima dūtaxat: quę colūbę iā oculos habet. Hi vero qui tantūmodo credūt sponso: nō tn̄ perspicere potuerūt ī verbo dei quāta sit pulchritudo: dicūt. Et vidim9: & nō habebat speciē: neq; decorē: sꝫ species eius indecora: & deficiēs pręfiliis hoīm. Quę aūt bene profecit: & supergressa est adolescētularū: & octoginta cōcubinarū: & sexaginta reginarū ordinē: ista anima potest dicere. Ecce es decorus fraternus meus: & qdē speciosus. Sed & si adhuc ī corpore posit9 intelli E

gā densitatē spiritaliū sensuū: intelligentiam scripturarū diuinarū tam crebra opacitate cō textā: vt rapidio restus q multos solet adure re: & arefacere fruct⁹ eorū: eā tñ penetrare nō possit: nec vlla vis tentationum fidei germen arefacere: tūc possū dicere: qa cubile nostrum vmbrosum: q̄si cōmunē cū spōso corporis īdi cās eē locū. Ad illā sĩitudinē dictum ītellige quę & Paul⁹ dixit. Quia corpora nr̄a mēbra xp̄i sunt. Cū em̄ dicit corpora nr̄a: q̄si sponsæ corp⁹ ostēdit. Cū vero mēbra christi mēorat: eadē corpora etiā spōsi eē corp⁹ indicat. Hæc ergo corpora si vmbrosa sint (vt superi⁹ diximus) bonis dūtaxat operib⁹ referta: & spiritaliū sensuū dēsitate cumulata: de his talib⁹ dici pōt. Per diē sol nō vret te: neq̄ luna p noctē Iustū nāq̄ tētationis sol nō adurit reqescentē sub vmbra verbi dei. Iste em̄ sol q adurit iustū nō est laudabilis: sed ē ille magis q se trāsfigu rat in angelū lucis. Bon⁹ ergo: & decor⁹ dicit fraternus: & q̄to magis īspici potuerit oculis spiritalibus: tanto speciosior inuenit: & pulchrior: quia nō solū illi⁹ species: & pulchritudo mirabilis apparebit: verū & inspiciēti: atq̄ intuēti eū dec⁹ ingēs: & species formę noua: ac mirabilis oriet: secundū illud qd̄ apostol⁹ verbi dei intuēs pulchritudinē dicit. Nā & si is q foris est homo noster corrūpit: sed q int⁹ est renouat de die ī diē. Merito ergo talis hęc anima cōmune habet cubile cū verbo corpus suū. Peruenit em̄ diuina virt⁹ vsq̄ ad corporis gratiā: cū in eo: vel castitatis donū: vel cōtinētię: aliorūq̄ bonorū operū collocat gratiā. Cōsidera sane ne forte possit etiā illud corp⁹ qd̄ assumpsit Iesus cōmune ei cū spōsa cubile nominari: quoniāquidē videt per ip̄m ecclesia christo esse sociata: & pticipiū verbi dei capere potuisset: secūdū q mediator dei: & hominū dicit: & secūdū q apostolus dicit. Quoniā in ip̄o habemus accessum per fidem in spē

F glorię dei. Tigna domorū nostrarū cedri: trabes nostrę cypressi. Videt ab spōso respōderi ad gratiā eorū quæ dicta fuerūt prius ab spōsa: qb⁹ edoceat eā cuiusmodi sint tecta ista cōmunia: & qualis in eis materia cōtignationis habeat. Hæc habet historica narratio. Videt aūt ecclesia describi a christo: q̄ est domus spiritalis: & dom⁹ dei: sicut docet Paulus: dicēs. Si aūt tardi⁹ venero: vt scias q̄uo te oporteat in domo dei cōuersari quæ ē ecclesia dei viui colūna: & firmamētū veritatis. Si ergo eccl'ia dom⁹ dei est: qa oīa q̄ habet pater filii sunt: eccl'ia dom⁹ filii est. Frequēter autē & plurali nūero appellant ecclię: vt vbi ait. Nos talē cōsuetudinē nō habemns: neq̄ ecclię dei. Et iterū: scribit ecclesiis Gallatię Paul⁹: & Ioannes septē ecclesiis. Sunt ergo siue eccl'ia: siue ecclesię dom⁹ spōsi: & spōsę: siue aię & verbi dom⁹. In qbus tigna sunt cedrina. Legim⁹ etiā q̄sdā cedros dei: super quas vinea q̄ translata est de ægypto extēdisse dicit traduces: siue arbusta sua: sicut ait ī psalmis. Operuit mōtes vmbra ei⁹: & arbusta cedros dei. Euidēter igit p quædā ecclesia cedri dei noīat. Cū ergo dicit spōsus: Tigna domorū nostrarū cedri: intelligere debem⁹ cedros dei esse eos q ecclesiā cōtegūt et esse aliquos horū validiores q trabes appellant. Et puto q cōueniēter hi q episcopatū bene ministrāt ī ecclesia trabes dici pñt: quibus sustentat: & tegit om̄e ędificiū: vel ab imbriū labe: vel ab ardorib⁹ solis. Secūdo aūt horū loco tigna p̄sbyteros appellari: & trabes qdē dici cypssos: qb⁹ & fortitudo robustior: & odoris suauitas inest: p qd̄ & in opib⁹ solidū: & in doctrię gr̄a fragrātē designat ep̄m. Sil'r aūt et tigna cedros appellauit: vt p hoc īcorruptionis virtut[: & odor[sciētię xp̄i plenos designaret debere eē p̄sbyteros. Ego flos cāpi: & liliū

cōualliū: sicut liliū ī medio spinarū: ita pxima mea ī medio filiarū. Hęc ille q spōsus: & verbū: et sapiā ē de semetip̄o: & de spōsa ad amicos: ac sodales suos loq videt. sed ḿm ppositę expositiōis ordinē xp̄s hęc de eccl'ia loq ītelligēd⁹ ē et ip̄e dicere se florē eē cāpi: & liliū conualliū. Cāp⁹ planities træ dr̄ cui cultura adhibet: & excolit ab agricol'. Cōualles vero saxosa mag[et īculta īdicāt loca. Possum⁹ aūt & cāpū illū intelligere ppl'm q p pphetas colebat: & legē. cōuallē vero saxosū: & īcultū gētiū locū. Spōsus ergo hic in iudęorū ppl'o flos fuit. Sed qm̄ neminē ad pfectū adduxit lex: idcirco ī illo nō potuit verbū dei ad florē pficere: & ad pfectionē fructuū puenire. In ista tñ cōualle gētiū effect⁹ ē liliū. cuiusmodi āt liliū: tale siue dubio q̄le & ip̄e ī euāgeliis dicit: qd̄ pr̄ cœlestis vestit Et neq̄ Salomō ī oī gl'ia sua īdut⁹ ē sicut vnū ex istis. Fit ergo liliū ī hac cōualle spōsus: ī eo q vestiuit eū pr̄ cœlestis tali vestimēto carnis: q̄le nec Salomō ī oī gl'ia sua hr̄e potuit. Nō eī Salomō habuit absq̄ cōcupiscētia viri: & cōcubitu mulieris īmaculatam: & nulli prorsus pc̄tō obnoxiā carnē. Sed & cām cur is q ī cāpo flos fuerat voluerit eē ī cōuallibus liliū: videt ostēdere. Cū em̄ multo tp̄e flos fuisset ī cāpo: nll'ū dicit ex ip̄o cāpo florē ad imitationē sui: ac similitudinē pcessisse: vbi vero fact⁹ est in cōuallib⁹ liliū: continuo etiā efficitur pxima eius imitatione ipsi⁹ liliū: vt operępreciū fuerit: quoniā ip̄e effectus est liliū: vt etiā pxima ei⁹. i. vnaquæq̄ anima quæ ei approximat: &

exẽplũ ei⁹: imitationẽq; sectamur: lilium fiat.
A Qđ ergo ait: Sicut liliũ in medio spinarũ: ita proxima mea in medio filiarũ: accipiem⁹ ecclesiã gẽtiũ dici: q. vel e medio ĩfideliũ: & nõ credẽtiũ quasi ex spinis emerserit: vl' prophetice circũstrepẽtiũ se morsib⁹ in medio spinarũ posita dicat. Qđ & magis videbit' veri simile p eo q dicit. Ita proxima mea in medio filiarũ. Nõ enim filias appellasset illas animas: q nunq oĩno venerunt ad credẽdũ. Oĩes ergo hæretici primo ad credulitatẽ veniũt: & post hęc ab itinere fidei: & dogmatũ veritate dei declinãt. Sicut & Ioannes apostolus in epl'a sua dicit. Quia a nobis exierũt: sed nõ erãt ex nobis. Nã si fuissent ex nobis: pmãsissent vtiq; nobiscũ. Possumus autẽ & ad vnãquãq; animã id referẽtes: huic qdẽ aĩę q p simplicitate sui: & planitie: vel ęquitate cãp⁹ dici põt: florẽ fieri verbũ dei: & initia bonorũ operũ docere. His vero qui profũdiora iã quęrũt: & demersiora scrutant': quasi in cõuallibus: vl' pro claritate pudicitię: vl' pro fulgore sapiẽtię efficit' liliũ: vt & ipsi fiant lilia erũpẽtia de medio spinarũ .i. pungentes cogitatiões: & sollicitudines sæculares: quę spinis in euãgelio cõparatę sunt.
B Sicut arbor mali inter ligna syluę: ita fraternus meus ĩter mediũ filiorũ. In vmbra ei⁹ cõcupiui: & sedi: & fructus eius dulcis ĩ faucib⁹ meis. Decuit quidẽ spõsum: & de semetipso dicere: quid esset in cãpo: qnid etiã in cõuallibus: & de spõsa quæ esset: vel qualis inter cęteras filias haberet'. Spõsam vero ad hęc respõdentẽ nõ cõueniebat de semetipsa aliquid dicere: sed effici totã erga admirationẽ spõsi: & ipsius laudib⁹ inhęrere. Cõparat ergo eũ arbori mali. Sed ne ex similitudine sermõis simpliciores aliq arborẽ mali / malã arborẽ putẽt: & a malitia dictã: dicam⁹ nos arborẽ meli gręco quidẽ noĩe vtẽtes: sed simpliciorib⁹ qbusq; latinorum notiore q mali. Melius est eñ vt grãmaticos offendamus: q legẽtibus scrupulum aliquod in veritatis explanatione ponamus. Comparat igitur eũ arbori meli: sodales vero ei⁹ reliquis arborib⁹ syluę. Sed spõsum ita arbori huic meli similem dicit: vt eam cõcupisse se dicat sub vmbra eius sedere: fructũq; ei⁹ dulcẽ sibi effectũ in faucibus asseueret. Et hęc ad adolescẽtulas loq videt': sicut & spõsus locutus est prius ad sodales suos. Sed nũc videa
C mus secũdũ mysteriũ: quos dicat spõsa filios ĩter quos tanq arborẽ meli pcellere reliqua syluę ligna asserat spõsum: & vide si possum⁹ secundũ ea quę in superioribus de filiab⁹: & spinis dupliciter exposuim⁹: ita hic etiam filios vel eos qui aliquãdo fuerũt: & nõ sũt: vl' multitudinẽ cælestiũ ministrorũ dictos esse intelligere. Ad omnes eñ in initio ptinet illud qđ scriptũ ẽ. Ego dixi dii estis: & filii excelsi oẽs. Sed differẽtia ĩtercessit p hoc qđ ait. Vos aũt vt homines moriemini: & sicut vnus de prĩcipibus cadetis. Sed & illud in hoc respicit: quoniã quis in nubib⁹ ęquabit' dño: aut quis assimilabit' ei ĩter filios dei? Sicut ergo arbor meli ĩter reliq ligna syluę: sic est spõsus inter reliquos filios: habẽs fructũ: q nõ solũ sapore oẽs sed & odore pcellat: & duos aĩæ sensus: id est gustũ: & odoratũ efficiat. diuersis nãq; copiis mẽsam nobis pręparat sapientia. In qua nõ solum panem vitæ apponit: sed immolat carnes verbi: & non solum miscet in cratere suo vinũ sed & mella odorata satis adhibet: & dulcia: q nõ in ore solũ: & labiis suauitatẽ reddãt: sꝫ & interioribus tradita faucibus dulcedinem seruẽt. Possumus autem ligna syluæ accipe eos angelos qui vniuscuiusq; hæreseos auctores: fautoresq; visi sunt extitisse. Ita vt videat' ecclesia comparans suauitatẽ doctrinæ Christi ad asperitatem hæreticorum dogmatum: ac sterilem: infructuosamq; doctrinã: dicere: mela quidem suauia: & dulcia esse dogmata ecclesiastica: quę in Christi ecclesia prędicãtur: Ligna vero syluæ eẽ ea q a diuersis hæreticis affirmãtur. Et de istis videbitur infructuosis lignis syluę dici: qđ in euãgeliis scriptum est. Ecce iam securis ad radicem arboris posita ẽ. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum excidetur: & in ignẽ mittetur. Fratern⁹ ergo sponsæ est: vt arbor meli in ecclesia spõsi cęteri vero hęresiarchę tãq infructuosa ligna syluę diuino iudicio: & securi excidenda: & ĩ ignem mittenda. Igitur in huius meli vmbra concupiscit sponsa residere: vl' (vt diximus) in protectione filii dei: vel anima refugiẽs omnes reliquas doctrinas: & adhęrẽs vni soli verbo dei: cuius etiam dulcem habeat fructũ: meditando scilicet indesinẽter legem dei: & semper eam velut mundum animal ruminando.
Verum de appellatione vmbrę istius sub qua sedere concupisse se dicit ecclesia: nõ puto ab D
surdum: si ea quæ inuenire possumus in scripturis diuinis: proferamus in mediũ: vt quæ sit vmbra meli huius dignius: & diuini⁹ agnoscatur. Ait Hieremias in lamẽtationibus. Spiritus vultus nostri Christus domin⁹ comprehensus est in corruptionibus nostris: cui diximus: in vmbra eius viuemus in gentibus. Vides ergo quomodo spiritu sancto permot⁹ ppheta vitã de vmbra Christi præberi gẽtib⁹ dicit. Et quomodo non vitam nobis præbeat eius vmbra: cum & in conceptu corporis illi⁹

ad mariam dicat. Spiritussanctus veniet sup te: & virt⁹ altissimi obũbrabit tibi. Si ergo obumbratio fuit altissimi ĩ cõceptu corporis ei⁹ merito vmbra eius vitã gẽtibus dabit. Et merito sponsa ei⁹ ecclesia sub meli vmbra sedere cõcupiscit: sine dubio vt vitę: quæ est ĩ ei⁹ vmbra: pticeps fiat. Reliquorũ vero lignorꝝ syluę vmbra talis est: vt qui sederit sub ipsa: sedere
E videatur in regiõe vmbrę mortis. Sed adhuc vt magis: ac magis planior reddatᷣ loc⁹ q habetur in manib⁹: requiramus quomodo apostolus dicat: Legem vmbrã habere futurorũ bonorũ: & omnia q̃ vel de dieb⁹ festis: vel sabbatis: vel neomeniis scripta sunt: vmbram eẽ memorat futurorũ bonorũ: in his scilicet q̃ secundũ literã gerebantᷣ: & quomodo omnẽ veterꝝ culturã exemplar: & vt vmbrã pnũtiet eẽ cælestiũ. Qđ vtiqꝫ si ita est: ostendũt sub vmbra legis sedisse oẽs quicũqꝫ sub lege erant: & vmbrã magis verę leg[habebãt. Nos aũt alieni sumus ab vmbra eorꝝ: qm̃ nõ sumus sub lege: sed sub gratia. Sed q̃uis nõ sumus sub vmbra illius legis quã litera faciebat: sumus tñ sub vmbra meliore. In vmbra em̃ Christi viuimus inter gẽtes. Et est profect⁹ quidã de vmbra legis venire ad vmbrã Christi: vt q a Christus est vita: & veritas: & via: efficiamur prio in vmbra vię: & in vmbra vitę: & in vmbra veritatis: vt cõprehẽdamus ex parte: & ĩ speculo: ac in ęnigmate: vt post hęc incedamus per hãc viam quę est Christ⁹: quo puenire possimus in hoc: vt facie ad faciẽ cõprehẽdam⁹ ea quę prius quasi in vmbra: & ĩ ęnigmate videramus. Nõ em̃ quis poterit ad illa q̃ vera sũt & pfecta puenire: nisi prius desyderauerit: & cõcupierit in hac vmbra residere. Sed & Iob oẽ3 hoim vitã vmbrã dicit sup terrã: credo p eo qꝑ anima in hac vita velamento huius crassi corporis obũbratur. Omnes ergo qui ĩ hac vita sunt necesse est in vmbra quadã esse. Sed alii quidẽ sunt sedẽtes in regione vmbrę mortis: hi profecto q nõ credunt Christo. Ecclesia vero cũ fiducia dicit. In vmbra sponsi cõcupiui: & sedi: q̃uis certe fuerit temp⁹ quo potuerit quis sub vmbra legis residẽs defendi a du
F ritia arboris: & ęstus. Sed trãsiit illud tẽpus: veniendũ est nũc ad arboris meli vmbrã: & q̃uis diuersa quis vtatur vmbra: videtur tamẽ oĩs anima donec in præsenti vita est: vmbrã habere necessariã: propter illũ credo ardorẽ solis: q cũ exort⁹ fuerit cõtinuo semẽ qđ in alta radice demersum ẽ arescit: & deperit. Sed hunc ardorẽ tenuiter quidem legis vmbra ppellit: Christi vero vmbra in qua nũc in gẽtibus viuimus: id est incarnationis eius fides a

uertet penitus: & extinguet. Ille enim adurebat ambulãtes sub vmbra legis tẽpore passionis Christi: q sicut fulgur visus ẽ cecidisse de cęlo. q̃uis etiã huius vmbrę tẽpus in fine sęculi cõpleatur: qa (sicut diximus) post consummationẽ sęcli iã nõ per speculũ: nec ĩ ænigmate: sed facie ad faciẽ videbimus veritatem. Simile esse puto & illud qđ scriptũ est. Sub vmbra alarum tuarum exultabo. Sed & in sequẽtibus huius libelli ita dicit spõsa: Fratern⁹ meus mihi: & ego illi ipsi: q pascit ĩter lilia donec respiret dies: & amoueantᷣ vmbræ: edocẽs per hoc qꝑ veniet tempus cũ omnes vmbræ remouebuntᷣ: & per misericordiã dei patebit veritas sola. Sed & qđ ait: Et fructus eius dulcis ĩ G
faucibus meis: illi⁹ animã hoc credo dicere: q̃ nihil mortuum: nihilqꝫ ĩsensibile habet in faucibus suis: & ĩ nullo prorsus similis est illis de quibus dicitur. Sepulcrũ patẽs est guttur eorum. Quicunqꝫ em̃ verba mortis: & interit⁹ de faucibus proferunt: ipsorꝝ fauces sepulcra dicuntᷣ: sicut sunt omnes qui vel cõtra veram fidem loquuntᷣ: vel cõtra disciplinã castitatis et iustitię: & sobrietatis aliquid pferũt. Ipsi ergo sunt quorum fauces sepulcra sunt: & loca mortis: vnde mortis verba pferuntᷣ. Iust⁹ autẽ dicit. Q3 dulcia faucib⁹ meis eloquia tua! Et alius: q verba vitę docebat: ita dicit. Os nostrum patet ad vos o Corĩthii: cor nostrũ dilatatũ est. Sed & alius qui verbo aperuit os suum. Os meũ aperui: & attraxi spm̃. Introducite me in domũ vini. Spõsę verba adhuc sunt: s3 ad amicos: & familiares spõsi (vt arbitror) diriguntur: a quibus videtᷣ exposcere: vt ĩtroducãt eã in domum lętitię: vbi vinũ bibitur: & epulę parantᷣ. Quę aũt viderat cubiculũ regium: desiderat etiam nũc regale introire cõuiuiũ: & frui vino lętitię. Supra iam diximus amicos sponsi prophetas: & omnes qui ministrauerunt verbũ dei ab initio sæculi intelligẽdos: ad quos recte vl' ecclesia christi: vel anima verbo dei adhęrens: dicat: vt se ĩtroducãt in domũ vini: id est vbi sapiẽtia miscuit in cratere vinũ suũ: & deprecatᷣ per seruos suos omnẽ insipientẽ: & egentẽ sensu dicens. Venite mãducate panes meos: & bibite vinum quod miscui vobis. Ista est domus vini: domusqꝫ conuiuii: in quo cõuiuio oẽs q veniũt ab oriente: & occidẽte recũbent cũ Abrahã: Isaac: & Iacob in regno dei. Ad quã domũ: & ad qđ cõuiuiũ prophetę pducũt aĩas: q̃ tñ eos audiũt: & ĩtelligũt. Sed & sãcti ãgeli: cœlestesqꝫ virtutes q ĩ misterio mittũtᷣ: ppter eos q hęreditatẽ capiũt salut[. Istđ est vinũ cui scribũtᷣ isti psalmi q p torcularib⁹ attitulãt. Istđ ẽ vinũ qđ attule

runt illi palmites: qui in Iesu permanserũt nõ solum in terris: sed etiã in cęlis. Sic em̃ audio illd̃ qd̃ dicit. Quia omnis palmes qui nõ manet in me nõ potest afferre fructũ. Nemo em̃ producit fructũ vini hui⁹: nisi qui permanet ĩ verbo: & sapiẽtia: & veritate: & iustitia: & pace: oĩbusq; virtutibus. Istud est vinũ: quo etiã inebriari iustis: & sãctis quibusq; optabile dicit. Hęc puto & in spũ iã tũc Noe cõtuens inebriatus esse dicit. & Dauid admirat⁹ huius cõuiuii calicem: dicit. Et poculũ tuũ inebriãs q̃ pręclarũ est. Ad hãc ergo domũ vini ecclesia: vel anima vnaquęq; desiderãt q̃ perfectæ sunt intrare: & dogmatib⁹ sapiẽtię mysteriis
A q; sciẽtię epularũ velut suauitate & vini lętitia ꝑfrui. Sciendũ sane est: quia sicut & istud vinũ: qd̃ de dogmatib⁹ veritatis pressum cõmiscetur in cratere sapiẽtię: ita & cõtrariũ vinũ: cũ iniquo inebriãtur peccatores: & hi qui falsę sciẽtię dogmata perniciosa suscipiũt. De quibus Salomon in prouerbiis dicit. Hi autem edũt cibos ĩpietatis: vino aũt iniquo inebriantur. De hoc eodẽ vino ĩiquo etiã ĩ deuteronomio legim⁹ ita scriptũ. Ex vineis sodomorũ vitis eorũ: & palmes eorũ ex gomorra: vua eorũ vua fellis: & botr⁹ amaritudĩs ei⁹: furor draconũ vinũ eorũ: & furor eorũ aspidũ ĩsanabilis. Illd̃ aũt vinũ qd̃ de vite vera ꝓcedit: nouũ sẽper est. Semp em̃ per profectus discẽtiũ sciẽtię & sapientię diuinę innouatur agnitio. Et ideo dicebat Iesus discipulis suis. Quia nouũ bibã illud vobiscũ in regno patris mei. Innouatur em̃ semp agnitio secretorũ arcanorũq; reuelatio per sapientiã dei: non solũ hominibus: sed & angelis: cœlestibusq; virtutibus.
B Ordinate in me charitatẽ. Eiusdem sponsę ad eosdem verba sũt: nisi q; possunt fortasse etiã apostoli Christi ĩter eos haberi: ad quos ista memorant. Qd̃ ergo ait: Ordinate ĩ me charitatẽ: hunc habet sensum. Oẽs hoĩes amãt sine dubio aliquid: & nullus est qui ad id ætatis venerit: vt amare iam possit: & non aliquid amet: sicut etiã in ꝑfatione huius operis sufficiẽter ostẽdim⁹. Sed hic amor: vel hęc charitas in nõnullis quidẽ suo ordine: & cõueniẽter aptata ꝓcedit: ĩ plurimis vero cõtra ordinẽ. Dr̃ aũt cõtra ordinẽ eẽ ĩ aliquo charitas: cũ aut id diligit qd̃ nõ debet: aut qd̃ deb3 diligit s3 pl⁹ iusto diligit: aut min⁹ iusto. In isto ergo ĩ ordĩata eẽ charitas dr̃. In illis vero: quos valde paucos arbitror: q.s. per viã vitæ incedunt: & non declinãt: neq; ad dexterã: neq; ad sinistrã in ipsis solis ordinata est charitas: & ordinem suũ tenet. Est autem ordo eius mẽsura huiusmodi. verbi gratia. Deum diligere nullus modus: nulla mensura est: nisi hęc sola: vt ei totũ exhibeas quãtũ habes. In Christo em̃ Iesu diligẽdus est deus ex toto corde: & ex tota aĩmã: et ex totis viribus. In hoc ergo nulla mẽsura est. Diligere vero ꝓximũ est mensura aliqua. Proximũ (inqt) tuum dilige sicut teipsum. Si ergo aut in dei dilectione minus aliquid feceris q̃ potes: & q̃ in virib⁹ tuis est: aut ĩter te: & proximũ tuũ non seruaueris ęquitatẽ: sed aliquid differentię habueris: nõ est ĩ te charitas ordinata: nec ordinem suum tenet. Verũ quoniã nobis sermo de ordĩe charitatis est: diligẽti⁹ ꝑ singula requiram⁹: vl' quos diligi vl' quãtũ C
diligi oporteat. Nã si (vt dĩ) mẽbra alterius sum⁹: puto q; hunc effectũ erga proximos habere debeam⁹: vt eos nõ quasi aliena corpora sed veluti mẽbra nostra diligamus. Secundũ hoc em̃ q; mẽbra nostra ĩuicem sum⁹: æqualẽ erga omnes habere dilectionẽ: simulq; conuenit. Secundum hoc vero q; sunt ĩ corpore aliqua mẽbra honorabiliora: & hõestiora: alia vero inhonestiora & ĩferiora: puto q; rursum ꝑ mẽbrorum meritis: & honore: etiã dilectionis librari debeat modus. Si quis ergo rationabiliter cũcta agere secundũ verbum dei: ac suos etiam affect⁹ temperare proponit: puto q; erga hęc singula ordinem charitatis: & scire debeat: & tenere. Verũ vt apertius fiat qd̃ dicimus: paulo euidentiorib⁹ vtamur indiciis. Si quis (verbi gratia) laboret in verbo dei: atq; animas nostras instruat: & illuminet: viã salutis doceat: viuẽdiq; ordinem tradat: non tibi videtur & hic proximus eẽ quidẽ: sed multo amplius alio proximo diligẽdus: qui horum nihil gerit? Nam & ille quidem diligẽdus est pro eo q; mẽbra vnius corporis sum⁹: vniusq; substãtię: sed hic multo amplius: qcqd & ius proximi nobiscum habeat: qd̃ cęteri homines habent: dat tamen hanc maiorem charitatis erga se causam: q; viam dei ostendit: & animę salutẽ diuini verbi illuminatiõibus confert. Qꝫ si aliquis me errantem: & in pręcipitio positum muliebris peccati ad lucẽ reuocet veritatis: & de ipo iam interitu eripiat: ac trahat ad salutem: atq; ex ipsis faucibus ęternæ mortis eripiat: non tibi videtur q; illa ipsa (si fieri potest) plenitudine charitatis qua deum diligimus: diligendus sit post deum? Et ne putes q; nos presumamus: audi apostolum Paulum de his qui in verbo dei laborãt: dicentem: Vt supabundanter habeatis in charitate eos qui huiusmodi sunt: ꝓpter op⁹ ipsorũ. Videam⁹ & aliũ adhuc ordinẽ charitat[is] ei⁹ dũtaxat q̃ erga ꝓximos haberi videt. Si sit non habẽs qdẽ D
docẽdi: vel instruẽdi gratiã: neq; verbum dñi

prædicandi:sed tamē sanctę vitę vir innocēs immaculatus:& qui in iustificatiōib⁹: & mādatis dei īgrediat̄ sine querela:videt̄ ne talis hic vir in eodē charitatis ordine habēd⁹:quo ille qui nihil agit:quādoquidē vterq; pxim⁹ dicit̄. Nōne & hic ppter opus suū:& vitę meritū(secundū apostoli dictū)vt ille qui ī verbo dei laborat superabūdātius:habend⁹est in charitate ppter opus vitę suę! Est adhuc ali⁹ ordo charitatis. Iubemur enim & īimicos nostros diligere. Sed videam⁹ si etiā in ipis vn⁹ solus modus erit dilectionis:an ibi habebit locū sermo iste q dicit. Ordinate ī me charitatē. Puto ergo q ī his sit ordo charitat[. verbi gratia. Est aliquis mihi inimicus:& aliis tñ bene agēs:pudicus:sobrius:mandata plurima dei ex pte custodiēs:in aliquibus tñ errās:vt hō. Est alius qui inimicus quidē sit & ipse nobis tñ sit suæ vitæ:atq; animę inimicus:paratus ad scelera:præceps ad flagitia:nihil sancti:nihil religiosi ducēs:nō tibi videt̄ etiā inter ipsos inimicos quadā diuersitas habēda charitatis! Puto quidē q ex his satis patuerit eē & quidē charitatē vnā:multas tñ habere causas et mltos ordiēs diligēdi:& ppter hoc nūc dicere spōsam:Ordinate in me charitatē:hoc ē docete me diuersos ordines charitatis. Q2 si adhuc addendū his aliquid videtur:possum⁹ illud in mediū adducere:qd̄ ait apostolus. Viri diligite vxores vestras sicut corpora vestra: sicut Christ⁹ dilexit ecclesiam. Quid ergo! debēt quidem viri vxores suas diligere:alias vero mulieres nō debent omnino diligere in oī castitate:& sanctitate! An non videbunt̄ etiā ipsę esse de proximis! Sed impendēda qdē est dilectio:vel in cōiugem:vel in matrē:vel ī sororem:si tñ fideles sint:& deo adherētes:& erga aliam mulierē nullam secundū illā quæ pxima dicit̄ ē nobis īpēdēda dilectio! Q2 si hoc absurdū videt̄:debet autē scd̄m mādati ordinē ēt erga eas casta haberi dilectio: prorsus inter ipsas personas fœminarū quibus impendenda dilectio est:habēdus profecto est ordo quidam in charitate:cōueniēsq; distinctio:& maiori qdē cū honorificētia matri deferēda ē dilectio: sequēti vero gradu cū quadā nihilo min⁹ reuerētia:etiā sororibus. Proprio vero quodā:& seqstrario ab his more charitas coniugibus exhibēda. Post has vero personas pro meritis etiam:& causis vnicuiq; in omni (vt ximus) castitate deferēda dilectio est. Secundū hæc etiā de patre:vel fratre:atq; aliis propinquis obseruabimus. Erga sanctos vero qui nos ī Christo genuerūt:ß & pastores:atq; episcopos:vel q verbo dei psūnt presbyteri: aut qui beati ministrant in ecclesia:vel qui in fide pręcellūt cęteros: quomodo vero pro vniuscuiusq; meritis affectio pēsabit̄ charitatis! Lōge eminētior q̄ erga eos haberi pōt. Qui aūt nihil horū:aut nō integre egeeūt:sed & inter parētes fideles:& īfideles:& fratres fideles ac infideles:sororesq; potest ne fieri:vt non erga hos singl'os diuersus ordo habeat̄ charitatis! Quas diuersitates intuens spōsa:& vicens de his omnibus animæ ad perfectionē tendēti necessariā videri scientiā earum rerū:vt vniuscuiusq; loci:& ordis mēsuras possit tenef charitatis:dicit ad amicos spōsi:eos videlicet qui verbū dei ministrāt:Ordinate ī me charitatē hoc est docete me:& tradite mihi quomodo p hęc singula ordinē seruare debeā charitatis. Oēs enim hoīes(sicut iā dixim⁹)secūdū hoc q similes:& ex nobis sunt:similiter diligendi sunt:immo oīs rationabilis creatura a nobis: vtpote rationabilibus æqualiter diligēda est. Adiiciendū tamen in charitate hac vnicuiq; ad hoc quomodo est:& ad hoc q rationabilis est. Si(verbi gratia)aut in morib⁹:aut in opere:aut in pposito:aut in sciētia:aut in studiis cęteros pcellit:pro his singulis secūdum suū quēq; meritū ad generalē dilectionē addendū est etiā specialis aliquid charitatis. Verum vt maior de his habeat̄ auctoritas:ab ipso deo capiamus exemplū. Ipe eñ amat omnia q̄ sunt ęqualiter:vt nihil oderit eorū quę fecit: neq; eñ fecit aliqd qd̄ odio haberet: nō tamen ob hoc similiter dilexit ægyptios vt hebræos:& Pharaonē:vt Moysen:& Aaron. Nec rursus aliquos filios Israel similiter dilexit:vt Moysē et Aaron:& Mariam:nec iterū Aaron:& Mariam similiter dilexit:vt Moysen: q̄uis verū sit vt dicitur ad eum. Parcis autem omnibus quia omnia tua sunt domine amator aīmaꝝ. Spiritus eñ incorruptiōis est in omnibus:tamen ille qui mensura:& numero; & pondere disposuit omnia: secundum mensurā sine dubio vniuscuiusq; meritorum:& dilectiōis suę tēperat librā. Nūquid nō putabim⁹ qa nō silr ab eo dilect⁹ est Paulus; cū psequeret̄ ecclesiā dei:sicut diligebat̄ dū ipse cū ea persecutiōes cruciatusq; tolerabat:& dicebat sibi inesse sollicitudinē omniū ecclesiaꝝ! Multū est nūc:vt īter istos ordines charitatis etiam de effectu odii q videtur huic charitatis effectui contrarius inseram⁹:quia etiā dn̄s dicit. Inimic⁹ero inimicis tuis:& aduersabor aduersariis tuis. Et iterū. Si peccatori tu assistis:& ei quē odit dominus amicus es. Quęvtiq; hanc habēt absolutionem:quā & illud qd̄ dictū est. Honora patrem tuum:& matrem tuam. Et iteꝝ. Qui

non odit patrē et reliqua.In quo ꝑfecto inimicus charitatis in deū his qui aduersant̄ contrarium videt̄ generare effectum:dum nulla pōt eē cōsonātia luci:& tenebris:& Christo: cum Belial:nec eadē portio eē fideli:cū infideli.His ergo vt potuim⁹ de charitatis ordinibus expositis:patet ad ītelligendū quid sit qđ poscat sponsa.i.ecclesia:vel aīa tendens ad perfectionem ꝑstari sibi ab amicis spōsi:quoniam introduci se poposcerat in domū vini: vbi sine dubio intellexerat in oībus quę vide rat eminere:& pręcellere gratiā charitatis:et ipam didicerat maiorē oīm:solamq; eē charitatem:quæ nunq̄ cadet:ideo deposcit:vt ordinem ei⁹ discat:ne forte aliqđ inordinatum faciens:vuln⁹ ab ea aliqđ accipiat:vt in posterioribus dicit̄:Vulneratæ charitatis ego sum. Ea aūt siue ad angelos dei accipiam⁹:a quib⁹ se instrui postulat:& muniri:nihil absurdum videbitur secundum hoc qđ de populo dicit̄. Lętamini gentes cum pplo eius:& cōfortent eos omnes angeli dei.Et vt in aliis dicit̄.Circundat angelus domini in circuitu timentiū eum:& eripiet eos.Et item alibi:Nolite cōtēnere vnū ex minimis istis qui ī ecclesia sunt: quia angeli eoꝝ semper vident faciem patris mei qui ī cœlis est.Sed & in Apocalypsi Ioānis angelo Thiatirēsi testimoniū dat fili⁹ dei pro charitate quā ordinauit angel⁹ ipē in ecclesia sibi cōmissa.Sic eñ scriptū est.Scio opera tua:& charitatē tuā/& fidē/& ministeriū: et patiētiā: & opera tua nouissima maiora q̄ priora.Sed & si ad ꝓphetas hęc referam⁹:qui ministrauerunt verbū dei ante aduētū sponsi:vt per ipsorū doctrinā videat̄ ecclesia velle ordinem discere charitatis:ꝓpheticis instrui voluminibus:non videbitur absurdum.Sed et oēs sancti qui de hac vita decesserūt habētes adhuc charitatē erga eos qui ī hoc mūdo sunt:si dicātur curam gerere salutis eorū:& iuuare eos precibus suis:atq; interuentu suo apud deū:nō erit incōueniēs.Scriptum nāq; est in Macchabęoꝝ libr[ita:Hic ē Hieremias ꝓpheta dei:qui semp orat pro populo.Sed et ad apostolos hęc dici(vt supra iā dixi)nō videbit̄ alienum.Per eos eñ oīs ecclesia dei vel anima quęrens deū:introducit̄ in domum vini(vt supra dixim⁹)et aromatibus:atq; odoribus repletur:& cōponitur in meli⁹:sicut in posteriorib⁹ legimus:& edocemur oēm ordi-
A nē:rationēq; charitatis.Cōfirmate me in vnguētis:stipate me in malis:qa vulneratę charitatis ego sum.In gręco quidē habet̄.Cōfirmate me in amyris:Amyrā gen⁹ quoddā arboris nominans:qđ latini putātes myrrham dictū:vnguēta interpretati sunt.Igitur ordo sermōis huiusmodi est.Posteaq̄ spōsa:et verba ex ore ipsi⁹ sponsi audiuit:& cubiculū regis ingressa est:& domū vini:locūq; cōuiuii: ac sapiētię:& in eo victimas:& craterē mixtū sacramentis eius aspexit:quasi in horum oīm admiratione stupēs:& saucia postulat ab ipsis nihilominus amicis:& sodalibus sponsi:vt confirmaretur:& quasi deficiens sustentaretur:incūbens paululū sup arborē amyrā:vel meleā.Amoris eī vulnere ꝑcussa arborū solatia:syluarūq; sectat̄.Hęc scđm literā.Sed ex his vt exequi possim⁹ intelligentiam spiritalem:īdigemus illa gr̄a quā cōsequi a deo meruit ipē Salomō:qui omniū q̄ sunt radicum: et arboꝝ:& virgultoꝝ naturas didicit:vt sciremus & nos quę vis:& q̄ natura sit arboris amyrę:quo cōpetēter ex hac spiritalis aptari possit expositio.Hoc est aūt quod solū peruenire ad nos de hui⁹ arboris notitia potuit:qa odorem solū habeat suauē:nullum tamē afferat fructū.Melea vero arbor notū cunctis est: ꝙ nō solum ferat fructū:sed & dulcissimū:et suauissimū ferat.Oēs igit̄ homines arbores dicūtur siue bonę:siue malę:& fructuosę:siue infructuosę:sicut & dn̄s ī euāgelio dicit.Aut facite arborem bonā:& fructū ei⁹ bonū.Aut facite arborē malā:& fructum eius malū.Et omnis arbor q̄ nō facit fructū bonum exciditur:& in ignem mittet̄.Tres ergo differētiæ in hoībus videntur esse.Quidā qui omnino nullum fructū afferūt:& ecce alii qui afferāt. B
Sed in his qui afferūt:aut mali sunt fructus: aut boni.Hic ergo spōsa id est ecclesia Christi cōfirmari se postulat:& reclinari quidem sup vnam arborem meleā afferentē fruct⁹ bonos.& recte:ac cōpetenter.Super his eñ confirmatur:& stipatur eccl'ia:qui in bonis operibus fructificant:& crescunt.Quid autē est ꝙ in amyris:infructuosis.s.arborib⁹:confirmari vult odore solo gaudentibus? Ego puto ꝙ istos q solo odore gaudent:& necdū fruct⁹ fidei afferūt:illos dicat:quos Paulus ad Corinthios scribens:dicit.Qui inuocāt nomen dn̄i nr̄i Iesu Christi in omni loco ipsoꝝ:& nostrū. Pro eo ergo ꝙ inuocāt nomen dn̄i nostri Iesu Christi habent in semetipsis odoris quādam ex ipa inuocatione nominis suauitatē:pro eo vero ꝙ nō cū omni fidutia:& libertate accedunt ad fidem:nullos fidei afferūt fructus.In loco hoc possum⁹ nos cathecuminos ecclesiæ intelligere:sup quos ex pte aliqua cōfirmantur ecclesię.Habet eñ & in ipsis non parū fidutię:& spei plurimū:ꝙ et ipi fiant aliquādo arbores fructiferę:& plantent̄ in paradiso dei

go vita mortalium laqueis offensionum: retibus plena deceptionum: quę tendit aduersum genus humanum ille: qui contra dominum gigas venator Nembroth appellatur. Verũ etenim gigas quis alius est nisi diabolus: qui etiã aduersus deum rebellat? Laquei ergo tentationum: & decipulæ insidiarum diaboli retia appellantur. Et quoniam hæc retia vbi tetenderat inimicus: atq; in ipsis pene omnes inuoluerat: oportebat esse aliquem qui fortior: & eminentior fieret his: & contereret ea: vt sequentibus se viã posset aperire: idcirco ergo & Saluator priusq̃ in coniugium: & societatem veniret ecclesiæ tentatur a diabolo: vt vincẽs rẽtia tentationum per ipsa prospiceret: & per ipsa vocaret eam ad se: docens sine dubio: & ostẽdẽs ei: q̃ nõ per otium: & delitias: sed per multas tribulationes: & tentationes veniendum ipsi esset ad Christum. Nullus ergo alius fuit: qui retia ista superare potuerit. Omnes enim peccauerunt: sicut scriptum est. Et rursus (vt scriptura dicit) Non est iustus super terrã qui fecerit bonum: & nõ peccauerit. Et iterum: & nemo mundus a sorde: nec si vnius diei fuerit vita eius. Solus ergo est dominus & Saluator noster Iesus Christus qui peccatum non fecit. sed peccatum eum pater fecit pro nobis: vt in similitudine carnis peccati: de peccato damnaret peccatum. Venit ergo ad ista retia: sed inuolui in eis solus ipse nõ potuit: quinimmo diruptis eis: & contritis dat ecclesiæ suæ fidutiã vt audeat iam cassare laqueos: & transire per retia: & cũ omni alacritate dicere. Anima nostra erepta est de laqueo venantium: Laqueus contritus est: & nos liberati sumus. Quis autem contriuit laqueos: nisi ille qui solus in eis teneri non potuit? Quis ipse & in morte fuerit voluntarie: & non vt nos necessitate peccati. Solus est enim qui fuit inter mortuos liber. Et quia liber inter mortuos fuit: idcirco deuicto eo qui habuit mortis imperium abstraxit captiuitatem quæ tenebatur ĩ mortem. Et nõ solum semetipsum resuscitauit a mortuis: sed & eos qui tenebãtur in morte simul excitauit: simulq; sedere in cœlestibus fecit. Ascendens enim in altum captiuam duxit captiuitatem: non solum animas educẽs: sed corpora eorum resuscitans. Sicut testatur euangelium: q̃ multa corpora sanctorum resuscitata sunt: & apparuerunt multis: & introierunt in sanctam ciuitatem Dei viuentis Hierusalem. Hæc nobis expositio de retibus secundo in loco assumpta est. Sit sane legentis iudicium: quæ earum mysticis dignius aptari possit eloquiis.

Homilia Quarta. Cap. II.

SVrge veni ꝓxima mea: speciosa mea: colũba mea: quoniã ecce hyems transiit: pluuia abiit: & recessit: flores visi sunt in terra: tẽpus putatiõis aduenit: vox turturis audita est ĩ terra nostra. Arbor fici produxit germina sua: vites florentes dederunt odorẽ suum. Quid contineat ordo dramatis iam supra descripsimus: nunc vero quid vl' sermo dei ad aĩam se dignã: sibiq; aptã vel quid Christus ad ecclesiam dicere intelligẽdus sit: aduertamus. Sed ĩterim primus sermo dei loquatur ad hãc speciosam decoramq; animam: cui per sensus corporeos: id est per intuitum lectionis: & per auditum doctrinę quasi per fenestras apparuit: proceritatemq; suæ magnitudinis demonstrauit: ita vt in superioribus ei loqueretur incumbens: atq; inde euocans eam: vt procedat foras: & extra sensus iã corporeos effecta desinat esse in carne: vt merito audiat. Vos autem non estis in carne: sed in spiritu. Non enim aliter diceret eam verbum dei proximam sibi nisi coniungeret se ei: et fieret cum eo vnus spiritus: nec diceret eã speciosam: nisi videret imaginem eius renouari de die in diem: & nisi videret eam capacẽ spiritussancti: qui in specie columbę descendit in iordane super Iesum: non ei diceret: columba mea. Conceperat enim amorem verbi dei: & cupiebat ad ipsum volatu celeri peruenire: dicens. Quis mihi dabit pennas sicut colũbę: & volabo: & requiescã: cũ apprehendero sapientię: & scientię thesaurũ? Puto enim q̃ hi qui mortẽ Christi recipiũt: & mortificãt mẽbra sua sup terrã: consortes efficiantur similitudinis mortis eius. Ita & hi qui virtutẽ spiritussancti recipiũt: & sanctificãtur ex eo: & donis eius replẽtur: quia ipse in specie colũbę apparuit: vt etiã ipsi colũbæ fiãt: vt de terrenis: et corporeis locis euolẽt ad cœlestia pẽnis sancti spũs subleuati. Q̃ꝫ sit aũt tẽpus opportunũ quo hęc fieri possint cõsequẽter ĩseruit. Quia ecce hyems (inquit) transiit: pluuia abiit. Nõ eñ ante anima verbo dei iũgitur: & sociatur: nisi omnis ex ea hyems perturbationum: ac vitiorũ ꝓcella discesserit: & vltra iã nõ fluctuet: et circũferatur omni vẽto doctrinę. Vbi ergo ex anima hæc cuncta discesserint: desyderiorumq; ab eadem tempestas defuerit: tunc incipient in ea flores vernare virtutũ: tunc eius mẽti & tẽpus putationis adueniet: & siqd superfluũ: seu qd min⁹ vtile fuerit ĩ ei⁹ sensib⁹ / vel

intellectibus resecabitur: & ad gemmas spiritalis intelligētiæ reuocabitur. Tunc etiam vocem turturis audiet: illius sine dubio sapiētiæ quā dispensator verbi loquitur inter perfectos sapientię dei altioris: quę abscondita est in ministerio. Hoc nāq; indicat appellatio turturis. Hæc nanq; auis in secretioribus: & remotis a multitudine locis vitam transigit: aut deserta montium diligens: aut secreta syluarum procul semper a multitudine posita: aut a turbis aliena. Quid autē est aliud qđ opportunitati
A temporis huius: amœnitatiq; cōueniat? Ficus (inquit) produxit germina sua. Notandū quidem fructus ipsius spiritus qui sunt: gaudiū: charitas: pax: & cætera. Sed iam tamen germina eorū proferre incipit spiritus hominis qui in ipso est singulariter ficulnea nominatus. Sicut eñ generaliter in ecclesia diuersę arbores singulę quęq; animę credentium intelligūtur: de quibus ait. Omnis arbor quā non plantauit pater meus cœlestis eradicabitur. Et iterum Paulus: qui se dicit adiutorem dei esse in agricultura dei: ait etiam ipse. Ego plantaui: Apollo rigauit. Sed & dominus in euangeliis: Aut facite arborem bonam: & fructū eius bonum: aut arborem malam: & fructum eius malū. Sicut ergo generaliter ita singuli quiq; credentium diuersę arbores intelliguntur. Est ergo & in anima ficus quædā quæ producit germen suū: & est vitis quæ floreat: & reddat odorem suum. Cuius vitis palmites purgat pater cœlestis agricola: vt fructum plurimum afferant. Sed hęc primum per odoris suauitatem quæ ex flore redditur lętificat odoratum secūdum eum qui dicebat. Quoniā Christi bonus odor sumus deo in omni loco. Hęc ergo initia virtutum vidēs sermo dei in anima: vocat eā ad semetipsam: vt festinet: & exeat: & abiiciēs cuncta corporea venit ad eum: vt perfectionis eius particeps fiat. Idcirco igitur quasi adhuc iacenti: & in rebus corporeis incumbenti primo dicit: Exurge: & quasi quæ statim obedierit: & obsecuta sit volūtati: collaudatur ab eo: et audit proxima mea & columba mea. Et post hæc ne ad tentationum turbines trepidaret: annuntiat ei φ hyems discessit: & pluuia trāsierit: & abierit sibi. Bene autem vitiorū & peccatorum naturam vno miro sermone prolato significauit: vt huiusmodi diceret hyemem: & pluuiam: quæ ex vitiorum delicto: tēpestateq; descēdat: sibiq; abesse indicans: & per hoc nullam esse substantiam peccatorum. Non eñ decidētia de homine vitia ad aliquam aliam substantiam congregātur: sed sibi abeunt: & in semetipsa resoluta euanescunt: atq; in nihilum rediguntur. Et ideo dicit: quia abiit sibi. Sic ergo tranquillitas animę apparēte ei verbo dei: et cessante peccato: & ita demū florente vinea incipit virtutes: atq; arbusta. i. bonorum operum fructum germinare. Sed nūc iterū Christus hæc loquitur ad ecclesiam: & in anni circulum omne pręsentis vitę spatium ponit. Et per hyemē quidem illud indicat tēpus: in quo vel Aegyptios grando: & turbines: ac reliqua decem plagarum verbera flagellabant: vel cū diuersa bella perferebat Israel: vel etiam cū coram ipso Saluatore restitit: & incredulitatis turbine correptus est: & naufragio fidei submersus. Vbi ergo illorum delicto salus gentibus facta est: vocat nūc ad se ecclesiam: dicitq; ei. Exurge: & veni ad me: quia iam hyems quę submersit incredulos: & vos in ignorantia reprimebat: abscessit. sed & pluuia pertransit: id est iam non mandabo nubibus: prophetis scilicet: vt pluāt pluuiam verbi super terras: sed ipsa vox turturis: hoc est ipsa dei sapientia loquetur in terris: & dicet. Ipse qui loquebar adsum. Flores ergo credentium populorum: & orientium ecclesiarum apparuerunt in terra: sed & putationis tēpus per fidem meæ passionis: & resurrectionis aduenit. Amputātur eñ et execantur ab hominibus peccata cum in baptismo donatur remissio peccatorū. Vox quidem turturis (vt diximus) iam non per diuersos prophetas: sed per os ipsius sapiētiæ dei auditur in terris. Et ficulnea germinat: quæ potest in fructibus sancti spiritus accipi: qui nūc primum aperiuntur: & demonstrantur ecclesiæ: vel etiam in litera legis quæ ante aduentū Christi clausa erat: & constricta: & indumēto quodam intelligentię carnalis obtecta. Ex pręsentia vero eius: & aduētu prolatum est ex ea germen spiritalis intelligentiæ: & sensus viridis: & vitalis: qui in ea tegebatur apparuit: & ecclesia tegebatur a Christo in ficulnea: id est in lege: non apparuit arida: nec occidentem literam sequi: sed florentem: & viuificantē spiritum. Sed & vites florere dicuntur: & dedisse C
odorem suum. Possunt quidē & diuersę ecclesiæ q̄ per orbē terræ habentur vites dici florere: vt vineę. Vinea dñi Sabaoth domus Israel est: & domus Iuda dilecta nouella. Istæ ergo vineæ cū primo accedūt ad fidē: florere dicunt. Cū vero per religionem operū suorū suauitate adornantur: odorem suū dedisse dicuntur. Et non sine causa puto φ non dixerit odorem dederunt: sed odorem suum: vt ostenderet inesse vnicuiq; animæ vim possibilitatis: & arbitrii libertatem: qua possit agere omne qđ bonum est. Sed quia hoc naturæ bonum pręuari

cationis occasione decerptum:vel ad ignomi-
niam : vel ad lasciuiam fuerat inflexum : vbi
per gratiam reparatur: & per doctrinam ver
bi dei restituitur : odorem reddit : sine dubio
illum quem primus conditor deus indiderat:
D sed peccati culpa subtraxerat. Possunt autem
et vites vel vineæ intelligi virtutes cœlestes:
et angelicæ:quæ hominibus largiuntur odo-
rem suum:id est doctrinæ: & instructionis bo
num:quo introducũt & imbuunt animas:do-
nec ad perfectionem veniant : & incipiant ca-
paces fieri dei. Sicut & Apostolus ad Hebræ-
os scribens dicit. Nonne omnes sunt ministe-
riales spiritus in ministerium missi propter
eos:qui hæreditatem capiunt salutis? Et ideo
dicuntur ab ipsis quasi primũ florem: & odo-
rem bonorum operum capere homines nunc:
fructus ipsos vitis ab eo sperare:qui dixit. Nõ
bibam de generatione vitis huius : donec bi-
bam illum vobiscum nouum in regno patris
mei. Illi ergo perfecti flores:& fructus ab ipso
sperãdi sunt. Initia vero &(vt ita dicam)pro
ficiendi suauitas potest a cœlestibus virtuti-
bus ministrari : vel certe per eos qui dicebant
(vt supra diximus)quoniam bonus odor su-
mus deo in omni loco. Sed & alio modo pos-
sumus adhuc intelligere hæc quæ habentur
in manibus : vt dicamus : veluti prophetiam
quandam videri ad ecclesiam factam:per quã
vocetur ad repromissiones futuras : vt quasi
post consummationem sæculi cum tempus re
E surrectionis aduenerit dicatur ei:Exurge. Et
quia sermo hic statim opus resurrectionis de
signat tanq̃ ex resurrectione clarior: & splen-
didior effecta:inuitatur ad regnum:& dicitur
ei. Veni proxima mea:speciosa mea : columba
mea:quia hyems transiit. Hyemem sine dubio
huius præsentis vitæ procellas & turbines no
minans:quibus humana vita tentationũ pro-
cellis agitatur. Transiit ergo hyems ista cum
pluuiis suis abiit sibi. Sibi enĩ vnusquisq; egit
in hac vita omne qđ egit. Principium vero re
promissionum futurarum flores. Securim ad
radicem arboris positam in cõsummationem
sæculi: vt excidat omnem arborem non facien
tem fructum bonum:tempus putationis intel
lige. Vocẽ vero turturis quæ in literis repro-
missionis auditur:quam mansueti in hæredi-
tate suscipiẽt : Christi personam facie ad faciẽ
et non iam per speculum in ænigmate docen-
tis aduerte. Ficulnea vero quæ germen suum
produxit totius congregationis iustorum fru
ctus habeatur. Iste vero & sanctæ: & beatę an-
gelicę virtutes:quibus electi quiq; & beati ex
resurrectione sociabuntur:qui erunt sicut an
geli dei:ipsæ sunt vites florentes & vineę:quæ
odorem suum vnicuiq; animę:& gratiam quã
a conditore suscepit prius:& nunc iterum per
ditã recuperauit:impertiunt: suauitateq; cœ
lestis odoris fœtorem tandem abiectæ ab eis
mortalitatis:corruptionisq; depellunt. Surge F
et veni proxima mea:columba mea:in velami
nibus petræ iuxta promurale. Ostende mihi
faciem tuam:& auditam fac mihi vocem tuã:
quoniam vox tua suauis est : & facies tua spe-
ciosa. Secundum propositi dramatis ordinem
sponsus:qui saliens super mõtes:& exiliens su
per colles ad sponsam venerit: prospiciens eã:
et intuens per fenestras: secundo iam loco di-
cit ad eam. Surge veni proxima mea:speciosa
mea:columba mea. Nunc vero addit etiã hoc
vt ostenderet ei locum ad quem venire debeat
qui locus sub velamento : & tegmine saxi sit
positus. Sit autem idem locus non tam iuxta
murum:q̃ iuxta promurale quoddã. Promu-
rale autem dicitur:cum extra muros qui am-
biunt ciuitatem : alius dicitur murus : & est
murus ante murum. Tunc deinde quasi reue-
rentiæ causa ipsa sponsa obtecta sit : & velata:
petit ipse sponsus: vt veniens ad illum locum
quem supra ostendit:vtpote secretiorem : ibi
ei quasi reiecto velamine ostendat faciem suã.
Et quia pro multa reuerentia taceret sponsa
desyderat sponsus aliquando etiam vocẽ eius
audire:& delectari in verbis eius : & dicit: vt
auditam sibi faciat vocem suam. Videtur ta-
men q; non ei penitus incognita sit facies eius:
neq; vocis eius ignarus sit:sed quia intercesse
rit aliquid:ĩ quo nec faciẽ eius viderit:nec vo-
cẽ audierit:iste sit ꝓpositi dramatis textus. cui
& hoc addit:q; veris tẽpus agi videatur:cũ &
flores apparuisse memorant ĩ terra:& vox tur
turis ꝑsonare:et germẽ arbores ꝓduxisse. Pro
pter hoc velut opportuno tẽpore ꝓgredi pro
uocat sponsam:quę sine dubio hyemẽ totã in-
tra domus claustra resederit. Sed hæc nullam
mihi videntur(quantum ad historicam nar-
rationem pertinet)vtilitatem conferre legen
tibus: aut aliquam saltem narrationis ipsius
seruare consequentiam : sicut in cæteris scri-
pturæ historiis inuenimus. Vnde necesse est G
cuncta ad spiritalem transferre intelligenti-
am. Primo ergo intellige mihi animæ hyemẽ
cum adhuc passionum fluctibus iactatur:&vi
tiorum procellis:ac duris malignorum spiri-
tuum flatibus verberatur. In his positam non
hortatur eam sermo dei foras exire:sed intra
semetipsam colligi:&vniri vndiq;:atq; cõtegi

contra perniciosos malignorũ spirituũ flatus Nulli nunc in diuinis literis studiorum flores apud eam: nec profundioris sapiẽtiæ secreta: et recondita mysteria quasi per vocẽ turturis resonant. Sed neq; odoratus eius gratiæ aliqd quasi ex vineæ floribus recipit: neq; visus eius tanq̃ in ficulneæ germine delectat: sed sufficit vt in tempestatibus tentationũ a lapsu peccati tuta: ac munita permaneat. Q; si obtinuerit vt illęsa perduret: & hyems transiit: & venit ei ver. Ver nãq; ei est cum quies animo datur: & tranquillitas menti. Tũc ad eam venit verbũ dei: tunc eam vocat ad se: & hortatur vt exeat: nõ solum extra domũ: sed extra ciuitatem: id est nõ solum extra carnis vitia efficiatur: sed extra omne quicqd corporeũ: & visibile continet in mundo. Nãq; figuraliter in lege ciuitatẽ iam in superiorib⁹ euidẽter ostẽdimus. Euocatur ergo anima extra murum: et vsq; ad promurale perducit: cum abiiciens et relinquens ea quæ videntur: & tẽporalia sunt contẽdit ad ea quæ nõ videntur: & æterna sunt.

A Ostenditur ergo ei iter istud sub velamine petræ agendum: nõ sub aere nudo: neq; vt patiatur solis ardores: ne iterum fusca fiat: ne iterũ dicat despexit me sol: propterea sub velamine petræ agit hoc iter. Hoc autẽ ipsum velamen non vult ex frondibus ei esse: aut lintheis: aut pellibus: sed petram vult ei esse velamen: id est firma & solida Christi dogmata. ipsum nanq; esse petrã Paulus pnuntiat dicens. Petra autẽ erat Christ⁹. Christi ergo doctrina fidei si obtegatur aĩa & veletur: tuto potest ad illud peruenire secretũ: vbi reuelata facie gloriã domini contẽpletur. Merito autẽ velamen istud petræ tutũ creditur: quia & Salomon de ea dicit in prouerbiis: q; vestigia serpentis nõ possunt deprehẽdi super terrã. Sic enim ait. Tria sunt q̃ impossibile est mihi intelligere: & quartum quod ignoro: vestigia aquilę volitãtis: & viam serpẽtis super petrã: & semitas nauis in pelago: & vias viri in iuuẽtute. Serpẽtes ergo id est diaboli: vestigia id est signa aliqua peccati: in hac petra quæ est Christus inueniri non possunt: quia solus est qui peccatum non fecit. Huius ergo petræ vero velamine anima tute peruenit ad promuralẽ locum: id est ad contẽplãdum incorporalia: & æterna. De hac eadẽ petra alia verbi specie Dauid in. xvii. psalmo dicit. Et statuit supra petrã pedes meos: & direxit semitas meas. Nec mireris si apud Dauid petra hæc quasi fundamẽtum: & crepido est animę: per quam pergit ad deum. Et apud Salomonẽ velamen est animæ ad mystica sapientiæ secreta tendentis: cum & ipse Christus nunc via dicatur: per quẽ credẽtes incedunt: nũc etiã præcursor: sicut ait Paulus: In quod pręcursor introiuit pro nobis Iesus. Simile est et istud qđ per Moysen dicitur a deo. Ecce posui te in foramine petræ: & videbis posteriora mea. Igitur petra ista q̃ Christus est: non est ex omni parte clausa: sed habet foramen. Foramen vero est petrę: qui reuelat: & innotescere facit hoĩbus deum. Nemo ergo videt patrem B nisi filius: nemo ergo vidit postrema dei: id est quæ in postremis tẽporibus fiunt: nisi positus in foramine petræ: scilicet cum ea Christo reuelante didicerit. Et hic ergo sub velamine petræ animã proximã sibi effectam inuitat sermo dei ad promuralem iam locũ: sicut supra diximus: ad contẽplanda ea quę nõ videntur: et ęterna sunt: & ibi dicit ad eam. Ostende mihi faciem tuã. Profecto vt videat: si aliquid in vultu ei⁹ veteris adhuc velaminis habeat: sed possit intrepidis obtutibus gloriã domini specular: vt hæc ipsa dicat. Et vidimus gloriam eius: gloriam tanq̃ vnigeniti a patre: plenum gratiæ & veritatis. Sed & cum digna fuerit: vt de ipsa dicatur sicut & de Moyse dictũ est: quia Moyses loquebat: & domin⁹ respõdebat ei: tunc completur in ea: quod ait. Auditã fac mihi vocem tuam. Ingens vero laus eius ostẽditur ĩ eo quod dicitur: vox tua suauis. Sicut enim sapientissimus propheta Dauid dicebat Suauis sit ei disputatio mea. Suauis autem est vox animę cũ verbũ dei loquitur cũ fide: cum dogmata veritatis exponit: cum dispensationes dei & iudicia ei⁹ explanat. Si vero aut stultiloquium: aut scurrilitas: aut vanitas de ore eius procedunt: aut verbum ociosum: de quo reddenda sit ratio in die iudicii: ĩsuauis: & iniocũda vox ista est. Ab hac voce Christ⁹ auertit auditum suum. Et ideo quæq; perfecta anima ponit ori suo custodiã: & ostium circũstantiæ labiis suis: vt talem semper sermonẽ proferat: qui sale cõditus det gratiam audientibus et dicat de ea verbũ dei: quia vox tua suauis. Sed & facies tua (inquit) speciosa. Si intelli- C gas illam faciem de qua Paulus dicit. Nos autem omnes reuelata facie. Et item cum dicit. Tunc autẽ facie ad faciem. Tunc videbis quæ sit animæ facies quæ laudetur a verbo dei: & speciosa esse dicatur. Illa sine dubio quæ quotidie renouatur ad imaginẽ eius qui creauit eam: quæ nõ habet in se maculam: aut rugam aut aliqd huiusmodi: sed est sancta: & immaculata: qualem & ipse sibi exhibuit Christus ecclesiam: animas scilicet quæ ad perfectionem venerũt: quæ omnes simul efficiũt corpus ecclesiæ. Quod corpus vtiq; pulchrũ videbitur

et decorum: si animæ ex quibus corpus illud efficitur in omni perfectionis decore permanserint. Sicut enim cum anima in iracūdia est: turbatū & ferum reddit corporis vultum: cū vero in mansuetudine: & tranquillitate persistit: placidum mitemq; reddit aspectum: ita & ecclesiæ facies pro virtutibus: & motibus credentium: aut decora pronūtiatur: aut turpis secundū quod & scriptū legimus: vestigiū cordis in bonis vultus hilaris. Et item alibi. Cordis lęti facies florida: i tristitiis aūt positi mœstus est vultus. Cor ergo lętum est: cum habet in se spiritū dei: cuius primus fruct⁹ charitas est: secundus gaudiū est. Ex his puto quosdam sapientes sæculi assumpsisse illam sententiam quæ dicit: quia solus sapiens speciosus est: oīs
D autē nequā turpis est. Superest nobis vt aliqd apertius etiā de nomine promuralis dicam⁹. Quod (sicut supra dixim⁹) indicat murū esse ante murum: quod etiā in Esaia hoc modo dicitur. Ponit murum: & circa murum murus munimētum ciuitatis est. Alius vero murus ante murum: vel circa murum maiora: & validiora munimēta designat: per quod ostenditur quia euocans sermo dei animā: & educens eam a corporalibus negotiis: & corporis sensibus docere eam de futuri sęculi mysteriis cupit: & inde ei munimēta cōquirere: vt spe futurorum munita: & circūdata in nullo possit vel illecebris vinci: vel tribulationibus fatigari. Nunc etiā videamus quomodo hæc a Christo ad ecclesiā dicantur: quæ est proxima ei: & speciosa. Speciosa autem nulli alii nisi soli ipsi. Hoc enim significat cum dicit: speciosa mea. Hanc ergo exuscitat Christus: & ipsi euangelium resurrectionis annuntiat: & ideo dicit. Exurge: veni ꝓxima mea: speciosa mea. Quia autem dedit & ei pennas columbæ: postea qui dormiuit in medio fortium. Media autē inter duas vocationes israelis ecclesia vocata est: qa primo israel vocatus est: post hæc vbi ipse offendit: & occidit: vocata est ecclesia gentium. Cum plenitudo gentium introierit: tunc ite-
E rum omnis israel vocatus saluabitur. In medio ergo duarum fortium dormit ecclesia. Et propter hoc dedit ei pennas columbæ deargētatas: quod significat rationabiles pennas in sancti spirit⁹ donis. Et posteriora dorsi ei⁹: vel in viriditate auri: vt quidā legunt: vel vt alii scriptum habent: in pallore auri. Quod ostendere potest: quia posterior illa vocatio quam ex israel futurā dicit apostolus: nō erit in obseruantia legis: sed in pretiositate fidei. Auri namq; viriditas gerit speciem. Fides autē virtutibus florens. Potest autē dici in medio fortium dormire: vel quiescere ecclesia: in medio duorum testamentorū: & pennę eius deargentatæ ex sensibus legis. aurum in posterioribus dorsi eius intelligi euāgelici muneris donum potest. Ad hanc ergo ecclesiam dicit Christ⁹. Veni tu columba mea: & veni in operimento petræ: docēs eam: vt operta veniat nequid patiatur ab incursantibus eam tentationib⁹ sed sub vmbra petræ incedat obtecta dicens: spiritus vultus nostri Christus dominus cui diximus: In vmbra eius viuemus in gentibus. Obtecta autē incedit & adoperta: quia debet potestatem habere super caput propter angelos Cum autē ꝑuenerit ad promuralem locum: id est ad futuri sæculi statum: ibi ad eam dicit. Ostēde mihi faciem tuam: & auditam mihi fac vocem tuā: quia vox tua suauis est. Auditam vult fieri vocem ecclesiæ suæ: quia qui eum confessus fuerit coram hominib⁹: & ipse cōfitebitur eū corā patre suo qui in cœlis est. Quia vox tua suauis est. Et quis non fatetur suauem vocem ecclesiæ catholicæ fidem verā confitentis: insuauem vero & iniocūdam esse hæreticorū vocem: qui nō dogmata veritatis sed blasphemias in deum: & iniquitatē in excelsum loquūtur. Sic & facies ecclesiæ speciosa est: hæreticorū vero turpis: & fœda. Siquis est tamē qui bene nouerit pulchritudinē vultus probare: id est si quis spiritalis est qui scit examinare oīa. Nam apud imperitos: & animales homines pulchriora videntur mēdacii sophismata q̃ dogmata veritatis. Possum⁹ autem adhuc de loco promurali etiā hoc addere: q; promurale sit patris: in quo positus vnigenitus filius enarrat oīa: & enuntiat ecclesię suæ quæcunq; in secretis: & in absconditis patris finibus cōtinētur. Vnde & quidam ab eo edoctus dicebat. Deū nemo vidit vnq̄: nisi vnigenitus filius: q est in sinu pr̄is & cui ipse enarrauit. Illuc ergo euocat sponsam suā Christus vt & de oībus eam quæ apud patrem habentur edoceat: & dicat: Quia oīa vobis nota feci quę audiui a patre meo: & vt iterum dicat: Pater: volo vt vbi ego sum: illic sit & minister meus. Capite nobis vulpes pusillas exterminātes vineas: & vineæ nostræ florebunt. Secundum dramatis ordinem mutata est persona: non enim iam ad sponsam: sed ad sodales loquitur sponsus: & ipsis dicit vt capiant vulpes pusillas quæ insidiantur vineis vbi primū germen ostenderint: nec sinunt eas ꝑuenire ad florē. Capi ergo eas præcepit: saluti & vtilitati consulens vinearum. Sed hæc vt cœpimus spiritali expositione discutienda sunt. Et puto q; si de aīa hæc quę se verbo dei cōiungit

aduertas: vulpes contrariæ potestates: & nequitiæ dæmonū intelligi debeant: per cogitationes prauas: & intelligētiam peruersam exterminantes in anima virtutū florē: & fructū fidei perimētes. Prouisio igitur verbi dei qui est dominus virtutū mandat angelis suis qui ad ministeriū missi sunt: propter eos qui hæreditatem capiunt salutis: vt capiant ex vnaquaq; anima huiusmodi cogitationes a dęmonibus immissas: vt abiectis eis possint florem virtutis afferre. Capiunt autem cogitationes malas in eo cum suggerunt menti non esse eas a deo: sed esse a maligno spiritu: & dāt animæ discretionem spirituum: vt intelligat quæ sit cogitatio secundum deum: & quæ sit ex diabolo. Vt autē scias esse cogitationes quas immittit diabolus in cor hominū: vide in euangelio quod scriptum est. Cum autē immisisset (inqt) diabolus in cor Iudę Schariothis vt traderet eum. Sunt ergo huiusmodi cogitatiōes quæ a dæmonibus iniiciuntur in cordibus hominum. Sed quia non deest diuina prouidētia ne forte per huiusmodi importunitatē turbaretur libertas arbitrii: & non esset iusta causa iudicii: idcirco benignis angelis: & amicis potestatibus hominum cura mandatur: vt cum deceptores quasi vulpes incursare cœperint hominem: dextris eum auxiliis subleuent. Et ideo dicitur. Capite nobis vulpes pusillas. Cōpetēter sane cum adhuc pusillæ sunt: capi eas mandat: & comprehendi. Dum enim cogitatio mala in initiis est facile potest abiici a corde. Nam si frequenter iteretur: & diu permaneat: adducit animā sine dubio ad cōsensum: & post consensum intra cor suum confirmatum: certum est quia ad peccati tēdat effectū. Dum ergo in initiis est: & pusilla est: capi debet: & abiici: ne si adulta fuerit: & inueterata iam nō possit expelli. Deniq; & Iudas initium mali habuit in amore pecuniæ: & hæc fuit illi vulpes pusilla. Sed ab hac cum videret dominus Iudæ animā quasi florentem vineam lędi: capere eam volens: & abiicere ex eo: commisit ei pecuniæ loculos: vt possidens quod amabat a cupiditate cessaret. Sed ille: vtpote habēs sui arbitrii libertatem: nō est amplexus medici sapientiam: sed indulsit semetipsum illi magis consilio quo exterminabatur anima sua q̄ quo sanabatur. Si vero hæc de Christo & ecclesia intelligamus: sermo videbitur ad doctores ecclesiæ dirigi: & mandari eis de captione vulpium exterminantium vineas. Vulpes autem peruersos doctores hæreticorū dogmatū possumus intelligere: qui per argumentorū calliditatem seducunt corda innocentium: & vineam domini exterminant: ne floreat in fide recta. Datur ergo præceptum doctoribus catholicis vt dum adhuc pusillæ sunt istæ vulpes: & nondum plures animas deceperunt: sed initium habet praua doctrina: arguere hos et refręnare festinent: & verbo veritatis contradicentes reuincere: & capere hos assertionib⁹ veris. Si enim permanserint in principiis: et indulserint: sermo eorum sicut cancer serpit: et fiet insanabilis: vt multi inueniātur qui decepti ab eis pugnare iam pro ipsis incipiāt: et defendere suscepti erroris auctores. Sic ergo pusillas dignū est vulpes capere: & dolosa hæreticorū sophismata in ipsis statim initiis veris assertionibus cōfutare. Vt autem vtriusq; expositionis nostræ euidentior clarescat assertio congregemus ex diuinis voluminibus sicubi animalis huius mentio facta est. Inuenimus ergo in sexagesimo secundo psalmo de impiis ita dici. Ipsi vero in vanum quæsierunt animam meam: introibunt in inferiora terræ: tradentur in manus gladii: partes vulpium erunt. C Sed & in euangelio secundum Matthæum saluator ad scribam qui dicebat ei: Magister sequar te quocunq; ieris: respondit: vulpes foueas habent: & volucres cœli nidos vbi requiescant: filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Similiter autem & in euangelio secundum Lucam ad eos qui dixerunt domino: Exi & vade hinc quia Herodes vult te occidere: respondit Iesus. Euntes dicite vulpi huic. Ecce ego eiicio dæmonia: & sanitates perficio hodie: & crastina: & in die tertia consummabor. In libro quoq; Iudicum Samson cum vxor quæ erat ex genere Philistinorum ei fuisset ablata: ait ad patrem eius: innocens sum ego hac vice ab allophylis quia faciā vobiscum mala. Et abiit Samson: & accepit trecentas vulpes: & accepit lampades: & ligauit caudam ad caudam: et posuit lampadem vnam inter duas caudas vulpium: & accendit ignem in lampadibus: et emisit per messes Allophylorum: & incendit omnes messes eorum: & stipulas eorum: & vineas eorum: & oliueta eorum. Adhuc etiam in secundo libro Hesdræ vbi Thobias Ammanites impediuit ædificationem eorum qui de captiuitate redierant vt ædificarēt templum & murum: ait ad Allophylos. Nunquid isti sacrificabunt: aut comedēt immolata in hoc loco? Nonne ascendent vulpes: & destruent murum ipsorum: quem ex lapidibus ædificant? Hęc sunt interim quę ad pręsens nobis ex scripturis diuinis occurrere potuerunt: in quibus animalis huius memoria facta est: vt ex

his sapiens quisq; lector prudenter possit cõii cere: si apta vsi sumus expositione in his quæ proposita sunt nobis: ad explanãdum id quod ait. Capite nobis vulpes pusillas. Et q̃uis operosum sit singula quæ exempli causa assumpsimus explanare: tamen quę poterimus breuiter coniungemus. Et primo de sexagesimo secundo psalmo videamus: vbi cum iusti animam persequerentur impii: ille psallebat: dicens. Ipsi autem in vanum quæsierunt animã meam: introibunt in inferiora terræ: tradentur in manus gladii: partes vulpium erũt. In quo vtiq; ostenditur q vanis & inanibus verbis praui doctores decipere volentes animam iusti introire dicuntur in inferiora terræ: terram vtpote sapientes: & de terra loquentes: atq; in inferiora eius: id est in profundum stultitiæ descendentes. Puto enim q hi qui carnaliter viuunt: quia sibiipsis tantũmodo nocent terra esse: & in terra habitare dicũtur. Hi vero qui terrenis & carnalibus sensibus scripturas intelligunt: & alios ita docendo decipiũt: pro eo ipso q argutias quasdam & argumenta carnalis & terrenæ sapientiæ confingãt: in inferiora terræ dicuntur ingredi: vel certe quia grauius delinquunt: qui terrena docent: q̃ qui ita viuunt: eis futura pœna etiã grauior imminet. Iidemq; ipsi in manus gladii tradendi prophetantur: illius fortassis flammei et versatilis. Quomodo autem & partes vulpium fiant videamus. Omnis anima aut pars est dei: aut pars est cuiuscunq; qui accepit potestatem super homines. Nam cum diuideret altissimus gentes: & dispergeret filios Adam statuit fines gentium secũdum numerum angelorum dei: & facta est portio domini Iacob. Cum ergo constet vnamquamq; animam aut in parte dei: aut in parte esse alterius cuiuslibet: quoniã quidẽ per arbitrii libertatẽ possibile est vnumquemq; ex parte alterius transire: vel ad partem dei si melius (ipso iuuante) elegerit: vel si nequius ad dæmonum portionem: hinc horum mentio habetur in psalmo. Qui in vanum quęsierunt animã iusti partes erunt vulpium: velut si diceret: & pessimorũ: et nequissimorũ dæmonum partes erunt: vt vnaquæq; maligna virtus & dolosa: per quam deceptiones: & fraudes falsæ scientiæ introductæ sunt: figuraliter vulpes appellentur. hi qui in hunc errorem deducuntur: & nolunt acquiescere sanis sermonib⁹ domini nostri Iesu Christi: & doctrinæ quę secundũ pietatem est: sed decipi se patiuntur a talib⁹: isti talium partes vulpium fient: & introibũt cum eis in inferiora terræ. Ipsi sunt & illi in quibus secũdum euangelium vulpes istæ quas supra memorauimus foueas habere dicuntur: in quib⁹ filius hominis non habet: vbi caput suum reclinet. Herodem quoq; vulpem nominatum pro fallaci calliditate credendum est. Nam si Samson trecentas vulpes cẽpisse: & colligasse per caudas: atq; interiecisse lampades ardentes in medio caudarũ: atq; immisisse per messes Allophylorũ: & incendisse eas cum stipulis: & oliuetis: vineisq; memoratur: valde mihi difficilis formæ huius: vel figuræ videtur explanatio. Tentemus tamẽ aliqua ex his pulsare pro viribus: & ponamus: sicut expositio nostra in superioribus continet: vulpes esse fallaces: peruersosq; doctores. Hos Samson: qui veri & fidelis imaginem tenet doctoris: capiens verbo veritatis: caudam ad caudam colliget: id est aduersantes sibi: & aduersus se inuicem sentientes: docentesq; confutet: atq; ex ipsorum verbis propositiones: collectionesq; accipiens in Allophylorum segetem ignem conclusionis emittat: & ex propriis eorum argumentis omnes eorum fructus: atq; vineas: et oliueta pessimæ generationis incendat. Sed & ipse numerus trecẽtarum vulpium quæ a semetipsis diuersę & dissonantes erant: triplicẽ formam indicant peccatorũ. Omne enim peccatum aut in facto: aut in verbo: aut in consensu mẽtis admittitur. Verum ne illud quidem quod in secundo libro Hesdræ scriptum diximus: penitus omittẽdum est. Vbi cum ædificarentur sancta sanctorũ: id est cũ fides Christi & sanctorũ eius mysteria cõderẽtur: inimici veritatis: fideiq; contrarii: qui sunt sapientes huius sæculi: videntes absq; grammatica et peritia philosophica cõsurgere muros euãgelii: velut cum irrisione quadam dicunt per facile hoc posse destrui calliditate sermonum per astutas fallacias: & argumenta dialectica. Hæc interim quantum breuitas potuit pati de assumptis exemplis dicta sufficiant. Nunc iam ad propositũ reuertamur. Videtur ergo in cantico canticorũ pręceptum dari ab sponso amicis sibi virtutibus: vt capiant: & arguant contrarias potestates: quæ insidiantur animabus hominum: ne exterminent eorum initia fidei: floremq; virtutum sub specie secretæ alicuius & occultæ sapientiæ: quæ quasi vulpes in foueis: ita in his hominibus qui se metipsos ad hæc sectanda præbuerint: delitescunt. Et quo facilius cõfutari possint: & argui dum paruæ sint vulpes ipsæ: & initia habent pessimæ persuasionis: capi iubẽtur. Nam si forte creuerint: & maiores fuerint vulpes effectæ: iam nequeant ab amicis sponsi: sed ab

ipso fortassis sponso solo capi poterit. Sed et sancti quiq; doctores: & magistri ecclesiæ: sicut acceperunt potestatem calcandi super serpentes: & scorpiones: ita accipiũt potestatem etiam capiendi vulpes. Sic enim data est potestas eis super omnem virtutem inimici: vna autẽ sine dubio ex cæteris inimici virtutibus est vulpes: quę exterminat vineas: quæq; cum adhuc parua est capi iubetur: sicut & in centesimo trigesimoseptimo psalmo beat⁹ dicitur qui tenet: & allidit paruulos babylonis ad petram: nec permittit sensum babylonicum crescere in semetipso: & augeri: sed & in initiis allidit eum: & tenet ad petram. tunc enim facile perimitur. Sic enim ordo explanationis percurrat. Capite vulpes nobis pusillas: quæ
A vulpes exterminant vineas florentes. Q; autem dicit nobis: hoc est mihi sponso & sponsæ: vel certe mihi: & vobis q estis sodales mei. Potest autem & ita accipi: Capite nobis vulpes: & post distinctionem dici pusillas exterminantes vineas: vt pusillas non tam ad vulpes: q̃ ad vineas referamus: vt videantur pusillæ quidẽ vineæ exterminari posse: id est paruæ quæq; animæ: & initia habentes: non firmæ: & robustę: lędi posse a contrariis potestatibus. Sicut in euangelio dicitur: Si quis scandalizauerit vnum de pusillis istis. In quo ostenditur quia scandalizari non potest grãdis: et pfecta: sed pusilla: & rudis anima: sicut in psalmo dicitur. Pax multa diligentibus nomen tuum: & non est illis scandalum. Simili ergo exemplo potest videri q pusilla quæq; vinea: incipiens videlicet anima: possit a vulpibus: id est malignis cogitationibus: vel prauis doctoribus lędi: perfecta vero & valida non possit. Sed si capiãtur a bonis doctoribus vulpes istæ: & abiiciantur ex anima: tunc proficiet in virtutib⁹: & florebit in fide. Per dominum nostrum Iesum Christum: cui sit honor & gloria in sæculorum sæcula. Amen.

IO. MERLINVS.

Explicita est explanatio Cantici cãticorum distincta per quatuor homilias: quę ex eo Origenis esse putatur: q frequenter seipsum allegat in explanationibus Exodi: Leuitici: deuteronomii: & libri numerorũ: quos libros Hieronymum explanasse nequaq̃ constat. Cessent igitur illorum calũnię: qui propter modicam stili variationem prædictam explanationem pernegant esse Origenis: quoniamquidẽ pleriq; huius sancti patris opera prophanare: alii adulterare moliti sunt: vt in prologo operũ pro Origene ostensum est: & si sagax lector aduerterit: deprehendet q non mentitur opus oliuæ.

Eiusdē Origenis Homiliæ in Visiones Esaiæ. Visio prima. Et factum est in anno quo mortu⁹ est Ozias rex: Vidi dominū sedentem sup solium excelsum. Cap. VI. Homilia Prima.

B
Vādiu Ozias rex vixit: non potuit visionem videre Esaias propheta. Erat enim Ozias peccator: & faciēs malignū ante cōspectū dñi: & agēs aduersus volūtatem diuinæ legis. ingressus est templum: & sancta sanctorū: & ob hoc lepra perfusus in fronte est: ita vt extra ciuitatē vadēs inter immundos cōputaretur. Talem igitur principem animę oportet mori: vt visionē dei videre possimus. Neq; eñ frustra scriptū est. Et factum est in anno quo mortuus est Ozias rex vidi dominū. Vnicuiq; nřm viuit Ozias siue Pharao: & nō suspiramus ægyptia opera facientes. Si autē moritur: tunc suspiram⁹: vt in exodo scriptum est. Si Ozias viuit nō videmus gloriā dei: si autē moritur tūc videmus statim vt moritur Ozias gloriā dei: tātū hoc fit vt regnet ī nobis sermo eius qui dixit. Ego autem cōstitutus sum rex ab eo: & nō regnet ira. Est quidē & peccati rex. Apostolus ita sciens: ait. Nō ergo regnet peccatum in mortali vestro corpore. Miserabilis ille homo cui peccatum regnat: qui tali se tradit regi: despiciēs regnū dei: & subiiciens se voluptati. Propterea voluptatis amator nō est amator dei: & secundum apostolū de quibusdā dicitur. Amātes voluptatē magis q̄ deum. Et quidē id ipsum non ex his dictū est: qui oīno sunt infideles: sed de his qui intrinsecus cōmorantur voluptatem magis q̄ deum amantes: qui habent figurationē pietatis: virtutē autē eius negantes. Hæc ppter mortē regis Oziæ: post cuius interitum vidisse se ait visionem propheta.

C Quæ est autē visio? Vidi dominū sedentē sup thronū excelsum: & eleuatū: &c. Non oīs qui videt deum: videt eum sedentē super thronū excelsum & eleuatū. Scio alium prophetam vidisse dominū: & vidisse eum super thronū sedentem: sed nō excelsum: neq; eleuatū. Differēs scripturā Daniel dicit. Throni positi sūt. et nō erat excelsus ille thronus. Et veniam: vt sedeam ad iudicādum populum in valle Iosaphat. Ergo hic in valle sedit: & in valle eū iudicaturus est: quē est cōdēnaturus. Aliud autem est videre eum sedentem super thronum excelsum: & eleuatū. Et in Michea. Egredere et descendit deus. Et vt videat Sodomā descēdit. Descendens (ait) videbo si secūdum clamorem eorū venientē ad me cōsummauerūt. Igitur deus aliquādo sursum: aliquādo deorsum iuxta dignitatē videtur negotiorū. Vidi ergo dominū Esaias ait: sedentem super thronum excelsum: & eleuatum. Si video deum in his qui hic sunt regnantē: nō eum video super thronum excelsum: & eleuatū. Si video eū regnātem cœlestibus virtutibus: video eum sedentem super thronū excelsum: & eleuatum. Quid est q̄ dixit cœlestibus virtutib⁹? Throni: dominationes: principatus: potestates: virtutes cœlestes sunt. Et si video eum: quomodo eis regnet in verbo? Vidi dominū sedētem super thronum excelsum & eleuatū: & plena erat domus gloria eius. Sursum quo eleuatus est thron⁹ eius plenaq; est domus gloria eius Non arbitror: qa plena est dom⁹ gloria eius: hęc quę in terra est. Domini est terra: & plenitudo eius: plenitudinē autē gloriæ dei nō inuenies in præsenti: sed si quis ædificauerit tēplum deo: videbit gloria dei: & si seruat hoc quod dictum est: plena domus videtur gloria dei. Nescio autē an sic domus gloria cōpleat. Et in Leuitico quantū ad præsens pertinet negotium deo largiente: legitur in collecta quæ sequitur: quia pcepit dñs quędā fieri vt videatur dñi gloria. Nec vnq̄ apparebit gloria dei si nō hęc fiant. Cognoscimus autē illa cū lecta fuerint. Et seraphin stabant in circuitu eius: D
sex alæ vni: & sex alæ alteri. Duo video seraphin: & vnūquodq; eorū in semetipso habens sex alas. Deinde dispositio alarum. Et duabus quidem alis velabant faciem: nō propriā: sed dei: duabus alis velabant pedes: nō proprios: sed dei: duabus autē alis volabāt. Iuxta quod scriptū est cōtrariū sibi videtur. Si stabant: volare nō poterant. scriptum vero est. Seraphin duo stabant in circuitu eius: sex alæ vni: & sex alæ alteri: & duabus quidē velabāt faciem: et duabus velabant pedes: & duabus volabant: et clamabant alter ad alterū. Verum hæc seraphin quæ circa deum sunt: quæ sola cognitione dicunt: Sanctus: sanctus: sanctus: ppter hoc seruāt mysteriū trinitatis: qa & ipsa sunt sancta. His eñ in oībus quæ sunt sanctius nihil est. & nō leuiter dicūt alter ad alterū: sanctus: sanctus: sanctus: sed salutarē oībus confessionē clamore pnuntiāt. Quę sunt ista duo seraphin? Dominus meus Iesus: & spiritussanctus. Nec putes trinitatis deserere naturam

si nominū seruant officia. Operiebāt faciē dei. Exordium enī dei ignotū est. Sed & pedes. Nouissimū enī qđ in deo nostro est nō cōprehenditur. Sola enim media videtur. Ante ista quae fuerint: nescio: ex iis quae sunt/intelligo deum. Post ista quae futura sint: iuxta ꝙ futura sunt: nescio. Quis pronuntiauit ei? dixit ecclesiastes annuntiate mihi priora & nouissima quę erūt & dicam quoniam dii estis. hinc & Esaias ait. priora annuntiate nobis: & ponemus cor nostrum: & sciemus: & nouissima eorum quae ventura sunt indicate nobis. Quae ventura sunt in futurum nuntiate: & dicemus quoniam dii
A estis. Ex quo si quis dixerit praeterita: & poterit nouissima dicere: deus est. Quis ergo potest dicere ꝑter Seraphin sanctus/sanctus/sanctus? Seraphin autē nudauerūt quandā partem dei vt ita dicā medietatē eius: & clamabant aliud ad aliud assistentia deo atq; dicētia: sanctus/ sāctus/sanctus. Stant igit̄ & mouenť: stāt cū deo mouentur demonstrantia deum. Intellige enī quia velant faciem: velant pedes: non mouentur quae velata sunt: nō velanť quae volant: & dicūt Sanctus/sanctus/sāctus dn̄s de⁹ sabaoth Plena est oīs terra gloria eius. Domini mei Iesu Christi nuntiatur aduentus: nunc itaq; plena est oīs terra gloria eius. Aut certe necdum plena est: sed futurum est vt impleatur cum expleta fuerit oratio: qua patrem nos ipse dominus iussit orare: Cū oraueritis inquiens dicite. Pater noster qui es in coelis: sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnū tuum. Fiat volūtas tua sicut in coelo & in terra. Adhuc in coelo voluntas est patris: in terris necdum voluntas eius expleta est: vt ipse Iesus iuxta dispensationem carnis quam induerat ait. Dedit mihi vniuersam potestatem vt in coelo: & in terra. Nunquid potestatem nō habet in terra is qui habebat in coelis: & aliquid de mundo acciperet: qui in sua venerat? Sed vt ita crederet deus in terra: quomodo credebatur ī coelo: ergo accepit potestatē homo Christus: quā ante nō habuit. & vsq; ad praesens nec dum habet ī terra omnium potestatē. In his quippe qui peccāt necdum regnat: sed quando ei data est & horū potestas: cum ei subdita fuerint omnia: tūc cōplebitur potestas: & perambulabit subiiciens sibi omnia. Quidam autem necdum volunt subiici ei: verū adhuc inimicis eius subiiciuntur. Nos porro dicamus. Nonne deo subiecta erit anima mea? apud enim eum salutare me-
B um. Et duabus volabant: & dicebāt alterū ad alterum. Sanctus/sanctus/sanctus dominus deus sabaoth: plena est omīs terra gloria eius. Et eleuatum est superliminare a voce qua clamabant: voce Iesu Christi: & voce spiritussancti. Si aliquis e nobis clamantium audierit vocem Iesu Christi: & spiritussancti: eleuatur superliminare: & altius fit q̄ eo tempore cū eleuatum est: cunq; dictum est. Attollite portas principes vestras: & eleuamini portae ęternales: & introibit rex gloriae. Et domus impleta est fumo. ex remissione ignis cuncta impleta est domus. Fumus autē vapor ignis est. Et dixi. O miser ego quoniam compunctus sum: quia cum sim homo: & immunda labia habeam. Nō possum sentire quare humiliauerit seipm Esaias. Verum dicit: testimonium enī dat scriptura: quia eius mundantur labia ab vno ex seraphin qui missus est ad auferenda eius peccata. Vnus autem ex seraphin dn̄s meus Iesus Christus est: qui ad auferenda peccata nostra a patre missus est: & dicit. Ecce abstuli iniquitates tuas: & C
peccata tua circummundaui. Nec putes naturae contumeliam: si filius a patre mittitur. Deniq; vt vnitatem deitatis in trinitate cognoscas: solus Christus in praesenti lectione nunc peccata dimittit: & tamen certum est a trinitate peccata dimitti. Qui enim in vno crediderit credit in omnibus. Deferatur ergo mihi de altario coelesti forfex: vt tangat labia mea. Forfex domini si tetigerit labia mea: mundat ea. Et si mūdauerit ea: & circunciderit a vitiis: vt nuper dixim⁹: aperiam verbo dei os meum: nec vlterius sermo immūdus exiet ex ore meo: qa cum sim homo & immunda labia habeā: in medio quoq; populi immunda labia habentis habito. Seraphin quod missum fuit: mundauit labia prophetae: non mundauit autem labia populi. Confessus est enim ipse immunda labia se habere: & in medio populi immunda labia habentis habitare. Sed hoc quod missum est Seraphin nō iudicauit dignos esse de populo: vt & illorum labia immundauerit: & idcirco adhuc impie agunt. Idcirco adhuc domino meo Iesu Christo repugnant. Adhuc ei male dicunt immundis labiis. Ego autem precor: vt veniens Seraphin emundet labia mea. Et regem domi- D
num sabaoth vidi oculis meis. Cur non dicamus in praesenti traditionem quandam Iudęorum verisimilem quidem nec tamen veram: & solutionem eius quare non inueniamus? Aiūt ideo Esaiam esse sectum a populo: quasi legem praeuaricantem: & extra scripturas annuntiātem. Scriptura enim dicit. Nemo videbit faciem meam: & viuet. Iste vero ait. Vidi dominum sabaoth. Moyses (aiunt) non vidit: & tu vidisti? Et propter hoc eum secuerunt: et condemnauerūt eum: vt impium. Non enim sciebant quia duabus alis velauerunt faciem

dei seraphin. Vidi dominum: sed faciem nõ vidit Esaias: nec Moyses vidit. Posteriora vidit (vt scriptum est) Moyses. Verũtamẽ vidit dominum: etsi faciem eius non vidit. Et hic ergo vidit: licet faciem non viderit. Male igitur con- E demnauerũt ꝓphetã. Et regẽ dñm sabaoth vidi oculis meis: & missus est ad me vnus de seraphin. Nõ est vnus dñi mei Iesu Christi aduẽt⁹ quo descẽdit ad terras: & ad Esaiã venit: & ad Moysen venit: & ad populum venit: & ad vnũqueq; prophetarũ venit: neq; tu timeas: etiã si iam cœlo recept⁹ est, Iterũ veniet. Quia aũt & ante ꝑsentiã carnalẽ ad hoĩes venerit: ipm accipe testẽ denuntiantẽ, atq; dicentẽ. Hierusalẽ Hierusalẽ q occidis ꝓphetas: & lapidas eos qui missi sunt ad te: quoties volui colligere filios tuos. Quoties volui. Nõ dicit: non vidi te, nisi isto aduẽtu: sed dicit: quoties volui. Et per singulos ꝓphetarũ conuertens se: ego inqt eram Christus q loquebar per ꝓphetas. Dixi neq; tu timeas: & nũc mittit Iesus Christ⁹. Nõ mentit Vobiscũ sum ait dñs oẽs dies vsq; ad consummationẽ sæculi. Nõ mentit. Vbi duo vel tres collecti sunt in noĩe meo: & ego sum in medio eoꝝ. Quoniã igit prẽsto ẽ: & assistit Iesus Christus: & parat⁹ est & ꝑcinctus summ⁹ sacerdos offerre patri iterpellationes nr̃as: surgẽtes per ipm sacrificia patri offeramus: ipse ẽm ꝓpitiatio est ꝓ peccatis nostris: cui est gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Explicita est Homilia Prima.

Incipit secũda: de eo quod scriptũ est. Ecce virgo in vtero concipiet. &c. Cap. VII.

F

Vantum ad dictum attinet verecũde fecit Achaz: cũ ei fuisset iperatũ, vt peteret signũ in ꝑfundũ: aut in excelsum: & rationẽ reddidit: cur petere noluerit. Ait quippe Non petam: & non tentabo dñm. Est tñ sup hoc verbo culpatus: & dicitur ad eum. Audite nunc domus Dauid. Nunqd modicũ vobis ꝑstare certamẽ hoĩbus: & quomodo dño ꝑstatis certamẽ? Deinde dr hæc repromissio. Ideo dñs ipse dabit vobis signũ. Ecce virgo in vtero cõcipiet: & pariet filiũ: & vocabis nomẽ eius emanuel. Hæc exponantur: & de reliqs videbimus: indigẽtes & i illis grã dei vt manifestent. Iubetur vt petat signũ: non simpliciter: sed sibi ipsi. Sermo qppe ait. Pete tibi signum a dño deo tuo in ꝑfundum aut in excel- G sum. Propositũ est signũ dñs meus Iesus Christus. Hoc ẽm est signũ qđ iubet vt sibi postulet in profundum aut in excelsum. In ꝑfundũ qdẽ quia qui descẽdit: ipse est. In excelsum vero: qa qui ascẽdit sup oẽs cœlos: ipse est. Mihi autem hoc signũ ꝓpositũ dñs meus Iesus Christus in profundũ: & in excelsum: nihil ꝓdest: si nõ mihi fiat mysteriũ de ꝓfundo & excelso eius. Cũ enim ego recepero mysteriũ de Christo Iesu de profundo & excelso: tũc accipiã signũ scd̃m ꝓceptũ dñi: & dicet mihi quasi hñti i memetipo profundum & excelsum. Neq; dixeris i corde tuo. Quis ascendit in cœlũ? Hoc est Christũ deducere. Aut qs descẽdit i abyssum? hoc ẽ Christum ex mortuis reducere. Iuxta est verbũ tuũ vehemens in ore tuo: & in corde tuo. Præcipitur ergo nobis omnibus: vt petam⁹ nobis hoc signũ: vt nobis vtile fiat signũ qđ dat dñs deus in profundum: & in excelsum. Si qs aũt est qui sciat & rationabili contemplatione cognoscat hoc qđ dictũ est in ꝓfundũ: & in excelsum non disiunctiue esse dictum: significat enim hoc q vtrũq; possit: pete tibi signũ a dño in ꝓfundũ & in excelsum. Et in ꝓmissione aũt dixit apostolus: Vt cognoscamus qd sit profundũ: & excelsũ: & lõgitudo: & latitudo. Et dixit Achaz nõ petã. Incredulus fuit. Dixit ẽm. Pete tibi ipsi. Populus aũt vsq; hodie nõ petit signũ: propterea nõ habet illũ: & prębet dño certamẽ populus qui nõ recipit dñm meũ Iesum Christũ. Deinde alia sequit quæstio. Isto ẽm dicente nõ petam: neq; tentabo dñm: & æstimãte tẽtationẽ esse si peteret signũ ait. Audite nunc domus Dauid. Nunqd vobis modicũ est ꝑstare certamen hoĩbus: & quomõ dño ꝑstatis certamen? Non præstat aũt certamẽ dño, neq; hoĩbus: eũ arbitror præstare certamẽ q petit signũ in profundũ: aut in excelsum. Certamẽ qppe dei est: quomõ saluet hoĩem. Non præstat igit certamen dño: q cõfugit ad salutem. Qui vero dño certante vt saluet hoĩem fugit a salute: & procul recedit a dño: prẽstat dño certamẽ. Ideo dabit dñs ipe vobis signũ. Ecce virgo in vtero cõcipiet: & pariet filium: & vocabis nomen eius emanuel. Veritas exẽplariorũ ꝓphetę hui⁹ di- H cit: vocabis. In Matthæo porro scimus lectitari. Et vocabit nomen eius emanuel. Nõ possumus dicere: quia oporteat minus aliqd facere de ꝓpheta. Quomodo vero euangeliũ hãc habet scripturã: Atrũ ab aliquo non intelligente: & ad facinora currente: quomõ et in aliis multis factũ est: an sic a principio: vt dicat forsitan aliqs editũ esse euangeliũ: qui vult deliberet. Propheta quidem manifeste habet: et vocabis nomẽ eius emanuel. Noui quendã in exordio scripturarũ euãgelii legentẽ: et vocabis nomẽ eius emanuel dixisse: intra seipm. Quid est vocabis? Quis vocabit? Achaz. Et quomodo po-

tuit Achaz de saluatore: qui post generationes multas venit: audire vocabis nomen eius emanuel: atque ita pro eo quod est vocabis: scripsisse vocabitur? Sed vide quia nõ Achaz dicitur: & vocabis nomen ei⁹ emanuel: sed domui Dauid. Vide manifeste dictum. Audite nunc domus Dauid. Nunquid modicum vobis est pstare certamen hominibus: et quomodo domino praestatis certamen? Ideo dabit dñs ipse vobis signum. Ecce virgo in vtero concipiet: & pariet filium: & vocabis nomen eius emanuel. Sed quãdo itaque nõ intelligimus hoc qđ dictũ est: nihil ex eo minus faciam⁹: neque ad faciliora curram⁹: sed expectem⁹ donec gr̃a dei subiiciat nobis p illuminationẽ sciẽtiae illuminationẽ quaestiõis: aut certe rursum gr̃a dei p quẽ vult illuminet nos: vt nõ vltra q̃ramus: sed quaestio nostra soluatur. Si autẽ temere ad non intellecta prũpimus: nosipsos causabit. Quae est ergo

A dom⁹ Dauid? Si Dauid Christus est: vt frequẽter probaui: Domus Dauid nos sumus eccl'ia dei: & dicitur nobis qui ecclesia sumus: vt non praestemus certamẽ deo supradictũ: sed dante domino signum suscipiamus illud. Nobis: nõ domui Dauid ista dicunt. Et pphetatur: quia si quis est domus Dauid: vocabit nomen eius emanuel. In aduentu eñ Christi sola ecclesia nostra de Christo dicit. Nobiscũ deus. His vt dedit gratia dei explanatis: alia iam quaeram⁹ aenigmata. Butyrum & mel mãducabit. Quo modo Christus prophetatur butyrum & mel comesturus? Si hoc fuerit expositũ dño tribuente: rursus ea q̃ sequuntur aliam nobis ingerent quaestionem. Vtinãque oẽs facerem⁹ illud quod scriptum est. Scrutamini scripturas. Plu

B ra ex corporalibus cibis nominata sunt in scripturis pro escis spiritualibus. Quasi modo nati paruuli rationabile sine dolo lac desiderate. Ergo & sine dubio lac rationabile. Et oportet nobis istiusmodi lac quaerere. Rursum in prouerbiis de melle scriptũ. Mel inueniens comede qđ sufficit: ne forte plen⁹ euomas. Nũ curauit spiritussanctus de melle isto qđ notũ est ne forte plus comedamus? Sed sciens vtique spiritussanctus mel spirituale ait. Mel inueniens comede qđ sufficit. Quod aũt sentiẽs spiritussanctus pcepit nobis: vt si inueniremus mel: inuenibile est siquidem mel: comedamus qđ sufficit? Vade (ait) ad apem: & disce quomodo operatrix est. Et inueniuntur prophetae apes esse. Fingunt siquidem caeras: & mella conficiunt: et si audenti mihi expedit dicere: faui eorum scripturae sunt quas reliquerunt. Et volẽs veni ad scripturas: & inueni mel. Sed comede mel. Et in prouerbiis rursus dicitur. Bonus enim est fauus: vt indulcentur fauces tuae. Putas ne hoc dicit spiritussanctus: Comede mel quod in vsu est: bonum enim est? Ego non audeo dicere quia de melle corporeo mihi praecipiat spiritussanctus: comede mel: ecce non habeo: aut certe naturae huiusmodi sum: vt de melle comedere non possim: qua ratione mihi dicit: comede mel: & noli comedere carnes: sed comede fili mel: bonum est enim? Si videas apes prophetas: & opus eorum mella: vel fauos: tũc videbis quomodo pro dignitate sancti spirit⁹ intelligas: comede mel fili: bonum est enim. Si quis meditatur eloquia diuina: & nutritur sermonibus scripturarũ: complet mandatũ diuinum iubens: comede mel fili: & faciens qđ iussum est: potitur sermone qui sequit: bonũ est enim. Quia bonum est hoc mel: qđ i scripturis inuenitur. Quod aũt dicitur: Vade ad apem:

istiusmodi est. Est quędam (vt ita dicam) apis super apes: & quomõ iter apes rex quidam est qui nominatur esse rex: sic princeps apum dñs meus est Iesus Christus: ad quẽ mittit me spiritussanctus vt comedam mel: bonũ est eñ: & fauus eius vt indulcent fauces meae: & forte subtiliores literae faui erũt: mel vero est qui in his est intellectus. Iste porro qui est natus ex virgine emanuel butyrum: & mel mãducat: & quaerit ab vnoquoque nostrum butyrum manducare. Quomodo a singulis nostrũ butyrũ quaerit & mel: sermo edocebit. Opera nostra dulcia: sermones nostri suauissimi: & vtiles. Mella sunt quae manducat emanuel: quę manducat iste q natus est de virgine. Si vero sermones nostri amaritudine pleni sint: ira: animositate: molestia: turpiloquio: vitiis: contentione: dedit in os meum fel: & nõ comedit ab his sermonibus saluator. Comedet autem saluator de sermonibus qui sunt apud homines: si fuerint sermões eorum mel. Approbemus hoc de scripturis. Ecce sto ad ostium: & pulso. Si quis aperuerit mihi ostium ingrediar ad eum: & coenabo cũ illo: & ille mecum. Igitur ipse pollicetur se ex nostris coenaturum nobiscũ esse. Certũ est autem quia & nos cũ illo coenamus: si coenemus illũ. Comedens qppe de nostris bonis sermonibus: opibus: & intellectu repascit nos suis escis spiritualibus: et diuinis: et meliorib⁹. Propter ea quia beatũ est suscipere saluatorem apertis ostiis principalis cordis nostri: praeparemus ei mella: et omnem coenam eius: vt ipse nos ducat ad magnam coenam patris in regno coelorum: quae est in Christo Iesu: cui est gloria et imperium in saecula saeculorum. Amen.

Explicita est Homilia Secunda.

Incipit Homilia Tertia de septem mulieribus. Caput vndecimum.

D
Eptē mulieres patiunt̄ opprobriū: & circūeunt quærentes eū recipere: q possit auferre opprobriū earū. Ipse septē mulieres repromittunt: vt suū panē māducēt & vestimentis suis operiantur. Nō necesse habent panē eius: sed nomē ei⁹ qui opprobriū earū possit auferre. Nō indigēt vestimentis hoīs: quē assumūt. Meliora habēt vestimenta q̄ potest eis homo prestare. Lautiores habēt cibos: q̄ cōditio potest humana largiri. Cui⁹ ergo sint septem mulieres: & quod sit opprobrium earum: dignum est cōsiderare. Septem mulieres vna sunt. Spiritus em̄ dei sunt: & ista vna septem sunt. Spiritus enim dei est: spiritus sapientiæ & intellectus: spiritus consilii & virtutis: spiritus scientię & pietatis: spiritus timoris domini. Ista sapientia patit̄ opprobrium a multis sapientiis insurgentibus in se. Iste verus intellectus sustinet opprobriū ab intellectibus falsis. Istud magnum consilium opprobratur a multis consiliis non bonis. Ista virtus maledicitur a quadam: quę cum nō sit virtus repromittit se esse virtutem. Ista sciētia patitur opprobrium a quadam falsi noīs scientia nomen suum surripiente. Ista pietas exprobratur ab ea: quę cum se dicat esse pietatem impietas est: & impios instruit. Iste timor patitur opprobrium ab eo qui putatur esse timor. Multi enim pollicentur diuinum metū: sed non cum
E scientia metuunt. Quomodo ergo istæ septem patiantur opprobrium cōsideremus. Vide sapientiam sæculi huius: vide sapiētiā principū mundi huius: quomodo exprobrant sapientiā Christi mei: & quomodo exprobrāt sapiētiam iudaismi veri: iuxta quem nos circuncidimur spiritualiter: isti vero præciduntur. Intellige itaq; quomodo sapiētia sæculi huius & principum mundi istius: maledicunt sapientię: & ob hoc quæritur homo qui cum istis septem spiritualibus velut mulieribus sit: vt auferat earum opprobrium. Proprie vnus est homo qui auferat earū opprobrium. Quis est iste homo? Iesus qui exiuit iuxta carnem de radice Iesse factus ex semine Dauid secundum carnem: prædestinatus filius dei in virtute iuxta spiritum iustificatiōis. Exiit quippe de radice Iesse. Virga enim primogenitus omnis creaturæ: virga nō est qui in principio erat apud deū deus verbum: sed virga de radice Iesse: qui iuxta carnē natus est. Exiit em̄ virga de radice Iesse: & flos de radice eius ascendit. Quis est flos: & quæ est radix? Ambo enim in vnum idipsum subiacēt. Differētia aūt est negotiorū. Nā si peccator es non est tibi flos: neq; videbis florē: qui est ex radice Iesse. Veniet em̄ & ad te virga quo modo apostolus virgæ & floris loquitur. De virga q dem dicit. Quid vultis in virga veniā ad vos? De flore vero: An in Charitate dei & spū mansuetudinis? Exiit ergo de radice iesse virga sapiētiæ: ei q suppliciis plectit̄: virga ei q indiget increpatiōe: virga ei q necesse habet vt arguatur: flos vero ei q iā eruditus est & non indiget dura correctione: vel certe nō indiget pœnis: sed valēti iā florere incipere: & ad pfectū fructū exire. Primū em̄ flos ostendit̄: deinde post florē virga fit: & ad fructū exit. Exiit virga de radice iesse: & flos de radice eius ascendet: & requiescent sup eū septē mulieres spūs dñi: spūs sapiētiæ & intellectus requiescet sup eū. Spūs enim sapiētiæ non requeuit in Moyse: spūs sapientiæ nō requeuit in Iesu Naue: spūs sapiētię nō requeuit in singulis pphetaꝝ: in Esaia: in Hieremia. Nec vero quasi blasphemantem me lapidetis: dū velim glorificare dñm meū Iesum Christū sed sustinētes cōsiderate qd̄ dicit̄: & videbitis qa in nullo eorū requeuerit spūs: nō q ad nullū eorū venerit: sed q ī nullo requeuerit. Venit super Moysen: & nō credidit Moyses post spiritū sapiētię q venit ad eū. Audite em̄ cōtumaces. Nunqd ex petra ista educā vobis aquā? Venit sup oēs iustos: venit & sup Esaiā: sed qd ait? Immūda labia habēs: & in medio populi immūda labia habentis ego habito. Venit spūs sapiētiæ post illā forficē: & ignem: venit ad īmūda labia habentē: sed non requeuit. Ministro quidem eo vsus est: non aūt requeuit. Tribulat̄ ad quēcūq; venerit hominē. Peccat enim oīs homo: nec est iustus sup terrā qui faciat bonū: & non peccet. Nemo mūdus a sordibus: neq; si vna dies sit vita eius: numerati autē menses eius. Igitur sup nullū requiescit. Possumus & de euāgelio probare: quia venit spūs sup multos: & nō mansit in eis. Ante paululū lectū est. Nō pmanebit spūs meus in hoībus istis in æternū. Nō ait: nō erit: sed non permanebit. Vnū vidit Ioānes solū in quo pmansit: & signū hoc erat. Sup quē videris spiritū descēdentē: & manentē in eo: iste est filius dei. Ministrauit quidē verbo dei: spiritu descendente: post modicū peccat: post modicū otiosum verbū loquit̄. Nescio aūt si & sine peccato maneat. Putas ne pñte spū peccare cōceditur? Super nullū ergo requieuit spiritus dei secundum q scriptum est. Exiit virga de radice iesse: & flos de radice eius ascendit: & requiescit super eū spiritus dei: spiritus sapiētiæ: spūs intellectus: spirit⁹ consilii: & virtutis. Propter

F

G

hoc magni consilii est angelus: propter hoc in ualuit: & inualescens ascendit: & mirant eum uirtutes ascendentem: & dicunt de eo. Iste est dominus fortis & potens in prælio. Ad hunc ergo dicam in cœlestia ascendentē: vel ad fortitudinem eius: Et requieuit super eum spiri-
A tus consilii / & fortitudinis. Fortitudo mea: & laus mea dn̄s: & factus est mihi in salutem. Requieuit ergo super eum spiritus dei: spirit⁹ sapientiæ: & intellectus: spiritus consilii: & fortitudinis: spiritus scientiæ & pietatis: & impleuit eum spiritus timoris dn̄i. Mulieres igitur quærentes quem assumant apprehendent septem: vnum hominem. Et hoc ex prioribus pendet: & oportet primo cognoscere quando recipiant septem mulieres vnum hominem. Cum fortes Hierusalem humiliati fuerint: cū luxerint thecæ eorum ornamenta filiaꝶ Sion: cum derelicta fuerit illa sola: cum elisa fuerit ad terram: tunc apprehendent septē mulieres vnum hominem dicentes. Panem nostrū manducabimus: & vestimentis nostris operiemur. Verumtamen nomē tuū inuocetur super nos. Tunc apprehendent & vere tenebunt septem mulieres hominē vnum Iesum Christū dominum nostrum: iuxta qđ intelligiť homo: iuxta quod natus est: iuxta qđ corpus assumpsit: apprehendent septem mulieres hominē vnum dicentes. Panem nostrū manducabimus. Multi ambulant homines: & nullū apprehendunt
B mulieres: nullus eis placet homo. Non enim ꝓpter inopiam hominum vnum hominē apprehendūt: nō propter raritatē hominis qualem voluerunt: talem quæsierunt: vnum solum repererunt hoīem: quem apprehenderūt: vt dicant ei. Panem nostrum manducabimus: & vestimētis nostris operiemur. Est quidā cibus sapientię: est quidam cibus similiter intellectus: & reliquorū spirituū. Quis est iste cibus? Non timeo dicere: cibus alius est extra istos: forte: vt meus est cibus sermo dei: qui ait. Ego sum panis viuēs qui de cœlo descendi: & vitam do mundo. Sic sapientię cibus ipse pater. Propter hoc ait meus cibus est: vt faciam voluntatem eius qui me misit: vt consummem opus eius.
C Nec putandum est aliquo indigere sapiētiam & intellectum: cæterosq; spiritus: quia alium cibum habeant: cū totius dispensationis vnus sit cibus natura dei. Panem nostrum manducabimus: & vestimētis nostris operiemur. Est quidam ornatus sapientiæ quo decoratur. Ornata est sermone sapientia. Singulæ harū mulierum habent ornamēta. Verūtamen nomen tuum inuocetur super nos: aufer opprobrium
D nostrū. Quod est nomē sapientiæ? Iesus. Quid est inuocetur nomē tuum super nos? Ego sum sapientia: volo tuo nomine vocari: vt ego sapientia dicar Iesus: vt intellectus: & consilium magnum: & fortitudo: & scientia: & pietas: & timor dei nominenť Iesus: vt omnia in omnibus nomen tuum fiat. Nomen tuum inuocetur super nos: aufer opprobrium nostrum. Reuera abstulit opprobrium Iesus. Idcirco surgētes: oremus deum qui hūc misit hominem: vt septem mulierū spiritus in eo requiesceret: vt & nobis iste homo tribuat communionem harum mulierum: vt assumentes eas fiamus sapientes. Intelligentes in deo & hoībus: virtutibus adornent animam nostram in Christo Iesu: cui est gloria & imperium in sæcula seculorum. Amen.

Explicita est Homilia Tertia.

Incipit Quarta de visione dei & Seraphin. Cap. VI.

Mpossibile est inuenire principiū dei. Principiū ort⁹ dei nusq̄ cōprehendis. Nō dico tu: sed neq; aliquis: neq; alid quicq̄ eorū: quæ subsistunt. Solus saluator: & spiritussā ctus q semp fuerūt cū deo vident faciē eius: & forte angeli qui vident iugiter faciē patris q est in cœlis: vident & principia negotiorū. Sic aūt & pedes abscondunt ante hoīes seraphin. Nouissima enim vt sunt nō valent enarrari. Quis annuntiauit de nouissimis? ait scriptura. Quæ videmus (vt tamen concedať: quia aliqua videmus) media sunt: q̄ ante mundum fuerint: ignoramus. Fuerunt porro quædam ante mundum. Quæ post mūdum secutura sint ad certū nō apprehēdimus. Erunt aūt alia post mundū. Ea igitur quę scripta sunt: In prīcipio fecit deus cœlū & terram: Terra aūt erat inuisibilis: incōposita: & tenebræ erant sup abyssum: & spiritus dei ferebať sup aquas: apprehēdunť. Mundæ erant aquæ istæ: in quibus incubabat spūs dei. Sed & tenebræ quæ sup abyssum erant non sunt ingenitę Vtrunq; eñ ex nihilo creatū est. Audi in Esaia dicentē dn̄m. Ego deus qui cōstruxi lucē: & feci tenebras. Audi sapientiā in ꝓuerbiis prædicantem. Ante oēs abyssos nata sum. Non erāt ista ingenita. Sed quando vel quomodo sunt nata: nescio. Velantur enim a Seraphin priora operum dei: idest facies dei. Similiter autē & pedes. Ea quæ post extremum sæculum futura sunt in sæcula sæculorum: quis potest exponere? Garrulorum est hominum horum no

titiam polliceri: nescientium quia homo ea tãtũ potest capere quæ media sunt: & ea quę post mundum vsq; ad cõsummationem in iudicio sunt futura: de pœnis: de retributione. Et horum quoq; multa absconsa sunt nobis: vt propter hoc quidem scriptum sit. Duab⁹ velabãt faciem. Nõ solũ aũt velabãt: sed & contegebãt id est sic velabant: vt nec modicum videretur priorũ: dico autẽ faciei: neq; paululũ qd agnosceret̃ nouissimorũ: hoc est pedum eius: duab⁹ volabant: aperta sunt media ad cõtẽplandũ: & clamabãt alter ad alterũ. Non alter ad plures: sed alter ad alterum. Audire eñ sanctitudinẽ dei: quæ annũtiat̃ a saluatore: iuxta dignitatẽ rei: nemo põt nisi spũsctũs: quomodo rursum inhabitare sanctimoniã dei: q̃ annũtiat̃ a spiritusancto: nemo potest nisi sol⁹ saluator. Ob id alter ad alterũ clamabãt: & dicebant. Sanctus/
G sanctus/sanctus. Nõ eis sufficit semel clamare sanctus: neq; bis: sed pfectũ numerũ trinitatis assumũt: vt multitudinẽ sanctitat͂ manifestẽt dei: q̃ est trinę sctitatis repetita cõmunitas: sanctitas prĩs: sãctitas vnigeniti filii: & spũssancti. Etẽm sanctificãs: & sctificati ex vno oẽs. Qui sanctificat saluator est: iuxta hoc q; homo est: a deo patre accipiẽs sanctitatẽ. Dicũt itaq; sctũs sanctus: sctũs dñs deus sabaoth. Interpretatur
H sabaoth (vt Aqla tradidit) dñs militiarũ. Plena est oĩs terra gloria eius. Olim plena domus erat gloria: nunc vero his q sup terrã sunt a seraphin prophetat̃: qa futurũ sit vt vniuersam terrã gloria dei mei Christus impleat. In oĩbus quippe q cõuersatione sua glorificãt deũ: gloria dei est: atq; ita vniuersa terra plena est gloria dei. Olim nõ oĩs terra plena erat gloria dei: sed vnus angulus terræ: quando dicebat̃. Notus in Iudæa deus: in Israel magnũ nomẽ eius. Gloria deo: qui misit filiũ suũ: vt oĩs terra plena fieret gloria sua. Sed quid tibi ꝓdest si terra plena sit ꝓpter ecclesias btõrũ: q vbicũq; sunt: sunt gloria dei: tu aũt nõ sis particeps gloriæ plenitudinis dei? Et tu ergo labora: & in cunctis enitere: vt sis gloriã dei quærẽs: vt inhabitet: & inueniat locũ in te: & fias etiam tu cum omni terra: ĩ qua est gloria dei plena: gloria ei⁹. Quomodo fit per singulos nostrum plenitudo glorię dei? Si quæ facio: quę loquor: in gloriam dei fiant: plenus sermo meus: & actus fit gloria dei. Si & processus: & ingressus meus in gloriã dei est: si cibus: si potus meus: si omnia quæ facio in gloriã dei fiant: & ego particeps sum istius dicti: Plena est terra gloria eius. Cum ergo oĩa ista fecero: Eleuatũ est superliminare a
I voce seraphin: qua clamabãt. Beatum est itaq; vnumquẽq; nostrũ ita laborare vt pticeps fiat ostii: & supliminaris ostii: qd iuxta ĩtellectum est Christus de⁹. Neq; eñ indecens dictu reor ostium carnem: & superliminare verbũ nũcupari. Eleuatũ est superliminare a voce qua clamabãt: & domus repleta est fumo. Fumus iste donum est de gloria dei. Et dixi. O miser ego: quoniam cõpunctus sum. Anteq̃ videas visionem non confiteris te esse miserũ o Esaia? Non ait: q̃diu vixit Ozias: neq; in sensum meum venit: qa miser essem. Incipio autẽ nosse quia miser sum: qñ video visionẽ moriente mihi Ozia rege leproso & dico: O miser ego. Nũc incipio & ego confiteri dño: & dicere de memetipso: O miser ego: quomodo Esaias dicit o miser ego Proxime autem huic: & apostolus dicit. Miser ego homo: quis me liberabit de corpore mort͂ huius? Beatum est ergo vt miserum me fatear Si me humiliauero: & pœnitens super peccatis meis fleuero: exaudiet me deus: & dabit mihi liberatorem: & dicam gratias deo per Iesum Christum dominum nostrum. Verum ex corde dicamus: Miser ego sum. Vnusquisq; recordetur causas miseriarum suarũ: & delicta: & dicamus surgentes ad orationem: memores quidem quasi confitentes: obliti aũt quasi iam non facientes: & dicamus. Miser ego: quoniam cõpunctus sum. Nõ est cõpunctus anteq̃ vide
K ret visionem: anteq̃ Ozias moreret̃: cũ incipit pœnitẽtiam agere: statim dicit qm̃ cõpunctus sum. Si quis sine sensu est: iuxta interiorem hominem: cum peccator sit: non cõpungitur: sed quasi ĩ exteriora membra licet adhibeas stimulum: non sentit mortuum corpus: eodem modo si adhibeas peccatori verba diuina mortificato per peccatum: & nõ agenti pœnitentiam neq; mœstus est: neq; pœnitet: neq; habet tristitiam operantem confessionẽ: tristitiã quæ secundum deum est. Si quis autẽ vult saluari: & audierit sermones arguentis se: & corripientis: statim dicit. O miser ego. Nec sufficit dicere: miser ego: apponẽdum est ei quia compũctus sum. Vtinamq; amplius compungamur. Quanto enim plus compungimur: tãto plus nobis peccatorum vincula laxantur. Propter hoc Achaz ille non multum vtilitatis est consequutus: quia non multum compunctus est. Sed compunctus quidẽ est semel tantũ. Quãobrem dictum est. Vidisti quomodo compunctus est Achaz. Si vero quis talis fuerit vt non cesset compungi: dicit similiter vt apostolus. Non sum dignus vocari apostolus: ꝓpter hoc q; persecutus sum ecclesiam dei: & mihi minimo omnium sanctorũ data est ista gratia: & fidelis deus: quia Iesus Christus venit in hunc mũdum peccatores saluare: quorũ primus ego

sum. Vides ne quia multum compũctus est: & non semel: sed semp: scribẽs: & loquẽs: & agens compũctus est? quomõ & Esaias in præsenti: q dicit. O miser ego sum: compũctus sum: quia cũ sim homo: & immũda labia habeã: & in medio quoq; populi immunda labia habẽtis habitem. Annotemus & aliud quidẽ: qa pctã Esaiæ nõ in factis: sed tantũ in sermonibus erant. Propter qđ ait. Quia cũ homo sim: & immũda labia habeã. Erat aũt & populus immunda labia habens. Non decuit eũ accusare populũ: & dicere plura pctã in eo esse q̃ immũdorum labiorum. Et regẽ dñm sabaoth vidi oculis meis. Si qñ de deo cogitauerimus: cũ adhuc sumus peccatores: & nos dicamus q̃ nunc dicit propheta Et missus est ad me vnus de seraphin. Q̃ bon⁹
A deus? Quia inquit audio cõfitentem Esaiã: dixit enim o miser ego: qm̃ audio pœnitentẽ: ait quippe cõpunctus sum: qa ppria delicta pnunciauit dicens: qa cũ sim homo/ & immũda labia habeã: & in medio quoq; populi immũda labia habentis habitẽ. Et ego adhuc loquente eo: dico ecce adsum. Et missus est ad me vnus de seraphin: & in manu sua habebat carbonẽ. Carbo defert ad pphetã: vt p ignis vstionẽ purgẽtur labia eius q̃ aliqñ peccauerãt. Quis est iste vnus de seraphin? Dñs me⁹ Iesus Christus: iste iuxta dispensationẽ carnis missus est habẽs in manu sua carbonẽ: & dicẽs. Ignem veni mittere sup terrã. Et vtinã iam ardeat. Et missus est ad me vnus de seraphin: & in manu eius habebat carbonẽ: quẽ acceperat forfice de altari. Nõ quocũq; simpliciter & fortuito propheta igne purgat: sed q est de altario dei. Si purgatus nõ fueris altaris igne: residet tibi ille de quo dictũ est. Ite a me in ignẽ æternũ: q pręparatus est zabulo & angelis eius. Non est talis ignis de alta
B ri. Oẽs igni tradẽdi sunt: sed non oẽs vni igni: alios de altario ignis expectat: alios ignis qui p paratus est zabulo: & angelis eius. Tangat ergo labia mẽtis: & aiæ nrę sermo corripiẽs: vt & nos dicamus: & tetigit os meũ. Si mundauero os meũ: vt nihil otiosum: nihil fatuũ: nihil turpe: nihil scurrile (vt oĩa semel nominem) nihil eorũ quę interdicta sunt loquar: tũc possumus dicere tetigit os meũ. Porro q̃diu immunda labia habeo: & immũdas res gero: propter verba peccati nõ tangit os meũ ignis de altario: neq; mittitur ad me vn⁹ de seraphin. Et dixit. Ecce tetigi labia tua: & abstuli iniquitates tuas: & peccata tua circumpurgaui. Mordeat nos sermo diuinus: exurat aĩas nr̃as. Dicamus audiẽtes: nõne cor nostrũ ardens erat in nobis: vt auferant iniqtates nr̃æ: atq; pctã: & mundi effecti mũdo ore: mũdoq; corde: & mũda tota conscientia gr̃as agam⁹ oĩpotẽti deo: in christo Iesu: cui est gloria: & imperiũ in scl'a sęculoꝝ. Amẽ.

Explicita est Homilia Quarta.

Incipit Quinta de eo qđ scriptum est. Quis eleuauit ab oriente iustitiã: & de visione iterũ aliter. Hęc alloquutio in gręco perperã valde fuit: ideo iuxta sensum: & ordinẽ: nõ etiam iuxta verba translata. Cap. VI.

It prophetes esse Christum viuentẽ iustitiã: & putabam⁹ ab apostolo solũ dictum esse qa Christ⁹ sit iustitia: & sanctificatio: & redẽptio: & sapiẽtia. Forte aũt & apl'us instructus a pphetis: nouit C aĩalẽ eẽ iustitiã: & viuẽtẽ. Quę est ista iustitia? vnigenit⁹ dei. Quia aũt nõ solũ ab apl'o ortũ ẽ Christũ eẽ iustitiã: & viuẽtẽ: & subsistẽtẽ iustitiã: sed inuenies & a ppheticis sermonib⁹ hoc nobis mysteriũ exhibitũ: certũ & a capitulo in quo nũc lectio cõgeuit. Quis em̃ inqt surgere fecit ab oriente iustitiã: & vocauit eã ad pedes suos? Vocauit iustitiã. Manifestũ est aĩalẽ eã eẽ si ãbulet vocata. Vocauit aũt Christũ pr̃: quo ob nostrã salutẽ ad nos iter faceret: & descenderet de cœlo ad nos. Nemo enim ascendit in cœlũ nisi q de cœlo descendit filius hoĩs. Vocauit eũ de oriente: nõ de isto sensibili: sed de oriente lucis verę. Propter qđ scriptũ est. Quis exurgere de oriente fecit iustitiã: vocauit eã ad pedes D
suos? Pater vocauit filiũ: imo vt vere dicamus: deus hominẽ vocauit iustitiã ad pedes suos. i. incarnationẽ filii sui. Ideo & adoramus scabellũ pedũ illi⁹: iuxta qđ scriptũ est. Adorate scabellũ pedũ ei⁹: qa sanctũ est. Caro siqdẽ dñi honorẽ deitatis assumit. Quia aũt prĩcipiũ lectionis altiori indiget expõne: oremus summũ regem vt sermo q vocat⁹ abierat: ad nos iterũ reuertat: vt pauca iuxta possibilitatẽ nr̃am edisseram⁹. Et factũ est in anno quo mortu⁹ est rex E
Ozias: vidi dñm sedentẽ supra thronũ excelsũ & plena erat domus gl'ia eius: & seraphin stabãt ĩ circuitu eius: sex alæ vni: & sex alæ alteri. Et duabus qdẽ velabãt faciẽ eius: et duabus velabãt pedes: et duabus volabãt: et clamabãt alterũ ad alterũ et dicebãt. Sctũs/sctũs/sctũs dñs de⁹ sabaoth: plena ẽ terra gl'ia eius: et reliqua. Verũ vt et nos videamus visionem quã vidit Esaias: vocem⁹ Iesum: q nõ vidẽtib⁹ largit⁹ est oculos. Põt em̃ etiã nũc venire et facere: vt ea q̃ ĩ lectiõe sacramẽta dicta sũt aptis oculis ĩtueamur. repromittam⁹ ei iam nos nõ vltra facere corp⁹ Christi corp⁹ meretricis: nec facere opa digna luctu. Vnusqsq; nr̃m hæc corde loquat ad deũ: et pcemur vt aduẽt⁹ ei⁹ etiã nũc fiat. Si

eni nõ aduenerit Iesus: ista videre nõ possum⁹. Precor vt mittatur etiã ad me seraphin: & cõprehenso de forfice carbone purget labia mea & quid dico labia mea? Esaias sanctus erat: & ideo tantũ labia eius purgata sunt: quia labiis tantum: id est sermone deliquerat. Ego vero non sum talis: vt possim dicere: ꝙ solũ immunda labia habeo: sed metuo ne immundũ cor habeã: immũdos oculos: immũdas aures: immũdũ os. Q̃diu in oĩbus istis pecco: totus immũdus sum. Si videro mulierem ad concupiscendum: iam mœchatus sum eã in corde meo. Ecce immundos oculos habeo. Si de pectore meo exeant cogitationes pessimæ: adulteria: fornicationes: falsa testimonia: ecce cor immũdum habeo. Q̃ formosi pedes euangelizantium pacem: euãgelizantium bona. Ego vero timeo ne currens ad mala immundos pedes habeam. Extendo ad dominũ manus meas. Et forte auertens faciem suam dicit. Si extenderitis manus auertam faciem meam a vobis. Quis ergo me mundat? Quis lauat pedes meos? Iesu veni: sordidos habeo pedes: ꝓpter me fieri seruus: mitte aquã tuã in peluim tuã: veni laua pedes meos. Et scio temerarium eẽ quod dico: sed timeo comminationem dicentis. Si non lauero pedes tuos non habebis partem mecum. Ideo laua pedes meos: vt habeam partem tecum. Sed quid aio laua pedes meos? Petrus hoc potuit dicere qui non habuit necesse: nisi tantum vt pedes eius lauarentur: totus quippe mundus erat. Ego potius cum semel lotus sum: illo indigeo baptismate de quo dñs ait. Ego aliud baptisma habeo baptizare. Cur ista diximus? Præparo & me: & audiẽtes ad maiora mysteria. Si tamen veniat: si descendat ad nos sermo dei: timeo enim ne me fugiat: ne benedictionem quoꝗ meam dedignetur. Fugit quondam sermo populum propter Achan vnum peccatorem. Fugit inquam sermo populum propter vnum peccatorem Achan filium Zambri filii Zara ex tribu Iuda: qui inobediens fuit deo. Et ideo anathematizatus est. Et quia nunc populi multitudo ẽ propter parasceuen: & maxime in dominica die: quę passionis Christi commemoratrix est (Neꝗ enim resurrectio domini semel in anno: & non semper post septem dies celebratur) orate deum omnipotentem: vt veniat ad nos sermo ei⁹. Etiam si peccatores estis orate dominum. Peccatores exaudit deus. Q̃ si timetis illud quod in euangelio dicitur. Scimus quia peccatores non exaudiat deus: nolite pertimescere: nolite credere. Cæcus erat qui hoc dixit. Magis autem credite ei: qui dicit: & non mentitur. Et si fuerint peccata vestra vt coccinum: vt lanam dealbabo. Et si volueritis: & audieritis me: bona terrę edetis. Si vultis vel nũc audire: oremus in commune dominum: vt saltem nunc adueniente verbo prophetica verba dicta valeamus aduertere. Factũ est (inquit) in anno quo mortuus est Ozias rex. Vidi dominum sedentem super thronum excelsum. Visio ascripta est. Cur regis tempus significatum? Intendite quando oborta sit visio. Cum mortuus est Ozias rex: vidit Esaias dominum sabaoth sedentem super thronum excelsum. Si quis ex nostris nouit qui fuerit Ozias: & quæ gesserit ille: potest nosse quid docuerit propheta per spiritum: quid exhibeat nobis sermo diuinus. Vadã ad vitã Ozię: & requirã ex regnorum libris: & ex Paralipomenon historiam de Ozia: ibiꝗ videbo quia necessariũ sit: si futurũ sit vt videã dñm sabaoth sedẽtẽ super thronũ excelsum: mihi mori Oziam regem. Iste Ozias ex semine Dauid descendens: & regnans in populo Iuda: q̃diu quidẽ vixit Zacharias qui intelligebat: sic eñ scriptum est in secundo libro Paralipomenon: fecit rectum in cõspectu dñi. Nec sufficiens isto fecit luminaria magna domino: & composuit templũ dei: & multæ fuerunt in religione eius virtutes. Quando autẽ mortuus est Zacharias intelligens: tunc fecit malignum. Quis hic qui fecit malignum? Rex erat: non sacerdos. Alius ordo regius: alius ordo sacerdotalis. Voluit ingredi ĩ templum: & locũ agere sacerdotis: & facere opus quod non fuerat ei concessum. Introiit præueniens sacerdotes: & assumpsit vas libaminis. Ingressus aũt & princeps sacerdotũ: qui tpe illo erat: & octoginta sacerdotes cum eo: dixit ad eũ princeps sacerdotũ. Nonne tu es Ozias & nõ sacerdos? Violenter ꝑseuerauit: & lepra ascendit in frontem ei⁹. Proiectus est mortuus: egressus est de tẽplo: eduxit eũ dñs. Igitur leprosus factus est ꝓpter ꝑuaricationẽ legis. Vnusquisꝗ sub regno est siue peccati siue iustitiæ. Si peccatum mihi regnat: vnus sum de regib⁹ Israel: qui templũ violenter ingressi sunt. Si iustus sum: iuxta mẽsuram profectus mei: & facio rectum: & perseuero ante cõspectum dei: regnat mihi iustitia. Q̃diu vero vixit leprosus: Esaias immũda labia habuit. Q̃diu vixit iniquus: non potuit Esaias dominũ sabaoth videre: & immunda labia habuit: sub iniquo quippe rege erat. Quando enim ĩcipit videre visionem dei? Anno quo mortu⁹ est Ozias. His similia & de m!tis scriptis poteris dicere tribuente deo. In Exodo istiusmodi quidem scriptum est. Et factum ẽ post dies aliquot: mortu⁹ est rex Aegypti: & suspirauerũt filii Israel: & ascẽdit clamor eoꝝ ad deũ

Q̃diu vixit Pharao: non suspirauerunt filii Israel: & in peius positi ne gemendi quidē habuerūt liberā facultatē. Viuebat quippe rex qui imperabat eis & lateres: & paleas facere. Q̃diu vixit Pharao nō suspirauerūt ad deū: cū mortuus est Pharao: tūc valuerūt madida fletibus ora sustollere. Viuit rex malignus in pectore nr̃o: q̃diu viuit Pharao Zabulus. Tūc lateres operamur: & paleas: tunc lachrymas intra silētiū deuoramus: & iniquitatis opera prima facimus. Cū autē mortuus fuerit: dn̄o deo nos visitante: tūc suspiram⁹ ad dominū.

A Idcirco oremus dominū: vt regnū peccati qđ est in mortali nostro corpore moriatur. Peccatū enim (ait) mortuū est: ego autē reuixi. Et rursum: Peccatum reuixit: ego autē mortuus sum. Moriēte vno qui potitur regno peccati Ozia: morit̄ & Pharao. Cū moritur rex pessimus: erigo ad cœlū oculos: & exaudit vocem meā deus: quomodo Abraham: & Isaac: & Iacob: & video dominum Sabaoth sedentem: & regnātē super excelsum soliū: quē populus nō vidit. Nōdū em̄ Ozias mortuus fuerat. Volo quiddā simile interponere bonæ rei: quæ huic cōtraria est. Iste ipse Ozias q̃diu vixit Zacharias intelligēs: nō fecit peccatum in conspectu dei: moriente Zacharia declinauit a domino: vbi imperauit populo: & rexit vrbē. Hæc diebus: & noctibus legētes: & audiētes dominū dicētem: Oportuit te mittere pecuniā meā ad mēsam: & ego veniēs cū vsuris eā exegissem: nō colligamus in sudario mnam creditam: nec pecuniā mittamus in terram: sed fœneremur eā populis. Et cum nos crediderimus dominicā rationē vobis: erit videndū quomodo credita cū vsuris exoluatis. Quā &c. Amen.

Explicita est Homilia Quinta.

Incipit Sexta. De eo ꝙ scriptum est: Quē mittā: & quis ibit nobis &c. vsqꝫ ad eū locum: in quo ait: Et cōuertant̄: & sanem eos. Ca. VI.

B
Idens Esaias dn̄m Sabaoth sedētē sup thronū excelsū: & eleuatū: videns aūt & seraphin circūstātia eū: & remissam peccatoꝝ accipiēs p eū ignē: q allatus de altario / labia eius cōtactu purgauit: ait se audisse vocē dn̄i non īꝑātis: sed excitātis atqꝫ dicētis. Quē mittā: & quis ibit ad populū istū? Deīde dicit se respōdisse dn̄o: Ecce sum ego: mitte me. Fact⁹ aūt in hoc loco & scrutans ea q̃ scripta sunt: inuenio aliud fecisse Moysē: aliud Esaiam. Moyses em̄ electus ad eductionem populi de terra Aegypti: ait. Prouide aliū quē mittas. etiā videtur contra dicere deo. Esaias vero nō electus: sed audiēs quē mittam: & quis ibit: Ecce inquit ego sum mitte me. C
Dignū est ergo spiritualibus spiritualia cōparare: & requirere quis e duob⁹ melius fecerit. Moysesne: q postq̃ elect⁹ est recusauit: An Esaias qui ne elect⁹ quidem ipse se obtulit vt mitteretur ad populum. Nescio em̄ si potest quis eā cōtrarietatē negotiorum quę in vtroqꝫ videtur intendēs: dicere qa id ipsum fecerit Moyses: qđ Esaias. Ego audacter feci cōparans duos sanctos: & beatos viros: & decernēs: & dicens verecundius Moysen fecisse: q̃ Esaiam. Moyses quippe magnitudinē considerabat: pręesse populo ad educēdū eū de terra Aegypti: & repugnare ægyptiorū incātationibus & maleficiis. Propter hoc ait. Prouide aliū quē mittas. Iste āt nō expectās audire qd ei iuberet̄ vt diceret: ac si electus fuisset: Ecce inquit sum ego: mitte me. Vnde quia ignorans quid ei iuberetur vt diceret: ac si electus fuisset: Ecce ait ego sum: mitte me: hęc iubetur vt dicat: quę erāt inoptata dicenti. An nō erat inoptabile statim iussum prophetizare: a maledictionibus incipere dicētem: Aure audietis: & nō intelligetis: & videntes cernetis: & non videbitis: Incrassatū est em̄ cor populi huius: & reliqua? D
Forte ergo (si tamen audenter expedit dicere) temeritatis & audacię mercedē cōsecutus est: vt ea iubeatur dicere quę prophetizare nolebat. Quia autē cōparauimus Esaiam: & Moysen: cōponam⁹ & aliā proximā cōparationē Esaiæ & Ionę. Ille mittit̄ prędicare euersionē Niniuitis post tres dies: & piget eū proficisci nolētē causa malorum ciuitatis. Iste vero nō expectans quid ei imperaretur vt diceret: ait. Ecce ego sum: mitte me. Bonū est nō prosilire ad eas quę a deo sunt dignitates: & principatus: & mysteria ecclesiæ: sed imitari Moysen: & dicere cum eo: prouide aliū quē mittas. Neqꝫ em̄ ad principatū ecclesiæ venit qui saluari vult: etsi præest: sed ad seruitutē ecclesiæ: si oportet dicere. & de euangelio. Pricipes quidē gētiū dominātur eis: & qui potestatem habēt in illis magistratus vocātur. Non sic aūt erit in vobis: nec em̄ dominantur principes in vobis: sed qui vult vestrū esse maior: erit omniū minimus. Qui vult eē primus: erit omniū nouissimus. E
Qui vocatur ergo ad episcopatū: non ad principatū vocat̄: sed ad seruitutē totius ecclesię. Si vis credere de scripturis: quia in ecclesia seruus fit omniū qui pręest: suadeat tibi ipse saluator & dn̄s: q talis: tātusqꝫ factus est in medio discipulorū

non quasi discūbens: sed quasi ministrās. Accipiens enim lintheū postq̄ exut⁹ est vestimētis præcinxit se: & mittēs aquam in peluē cœpit lauare pedes discipulorū: & detergere lintheo quo erat præcinct⁹. Et docēs quales oporteat esse principes tanq̄ seruos: ait. Vos vocatis me magistrum: & dominum: & bene dicitis: sum etenim. Si ergo ego dominus & magister vester laui vobis pedes: & vos debetis alterutrū lauare pedes. In seruitutē igitur vocatus ecclesiæ princeps: vt possit ex seruitute ista ire ad soliū cœleste: sicut scriptū est: Sedebitis super thronos duodecim iudicātes duodecim tribus Israel. Audi vero & Paulū tā p̄clarum virū dicētē: quia seruus fuerit omniū credentiū. Ego enim sum (ait) minimus apostolorū: nō sum dignus vocari apostol⁹: quia persecut⁹ sum ecclesiā dei. Porro si hoc nō videtur approbare seruitutē eius: sed tantū humilitatē: audi eū dicētē. Facti sumus paruuli in medio vestrum: quasi si nutrix foueat filios suos: cū possemus graues esse: vt Christi apostoli. Imitatores ergo nos eē expedit humiliū ipsius domini sermonū: atq; factorum: & apostoli eius: & facere qđ factū est a Moyse: vt etiā si vocatur aliquis ad principatū dicat: prouide aliū quē mittas. Deo dicit nō sum dignus ante heri: & nudiustertius. Exilis vocis sum: & tardilinguis. Et quia deo dixit humiliter exilis sum: & tardilinguis: audit a deo. Quis dedit os homini: & quis fecit surdū: & mutū: videntē: & cęcū? Nonne ego dn̄s deus? Crede deo: conserua te ei. Licet subtilis vocis sis: tardeq; linguæ: trade te sermoni dei. Dicis postea: Os meū aperui: & attraxi spiritū. Hęc qđē
F propter hoc qđ ait Esaias. Ecce sum ego: mitte me. Faciamus autē ex parte: & cum eo. Voluit enim cū accepisset iam gratiā a deo non in vacuū eā accipere: sed vti ea ad necessaria. Videns seraphin: videns dominū sabaoth sedētē super thronū excelsum: & eleuatū: dixit. O miser ego: quoniā cōpūctus sum: quia cum homo sim: & immunda labia habeā: in medio quoq; populi labia immūda habentis habitē: regem dominū sabaoth vidi oculis meis. Hoc dicēs: & miserū se faciens meretur auxilium: suscipiente deo humilitatē eius. Qđ est istud auxiliū? Missus est (ait) ad me vnus de seraphin: & habebat in forfice carbonem: quem attulerat de altari: & tetigit labia mea: & dixit: Ecce abstuli iniquitates tuas: & peccata tua circūpurgaui. Consecutus est beneficiū: mundus effectus: & remissionē accipiens peccatorum. Cū audisset quē mittam ad populum: & quis ibit nobis: nō propter priorē consciētiam ausus fuit dicere: Ecce ego: mitte me: sed vbi audierat: ecce abstuli iniquitates tuas. Igitur G
quia sancti compūguntur: & requiritur inter Moysen: & Esaiam: satisfaciamus pro Moyse & etiā pro Esaia: dātes & eis de scripturis sortem suā. Moyses nō accepit remissionē peccatorꝶ vt diceret: quasi iam cōscius: se mūdatū: mitte me: propter qđ ait: prouide alium quem mittas: habebat enim in cōsciētia interfectionem Aegyptii. forte autē vt homo sciebat se: & quędā alia habere peccata: propterea recusat. Iste autē nō quasi natura iustus: postulat ministeriū: sed quasi gratiā cōsecutus. Sic & Moyses si similē gratiā percepisset: audissetq; ecce abstuli iniquitates tuas: & hoc: circūmūdaui peccata tua: nunq̄ forte dixisset: Prouide alium quē mittas. Habet ergo aliquid rationis & Moyses recusans: & Esaias dicens: ecce H
ego sum: mitte me. Sed videamus etiā ea quæ præcipit domin⁹ vt populo diceret. Vade: & dic populo: Aure audietis: & nō intelligetis: & videntes cernetis: & non videbitis. Incrassatum est enim cor populi huius: & auribus grauiter audierunt: & oculos clauserunt: ne quando videāt oculis: & auribus audiant: & corde intelligāt: & conuertātur: & saluē eos. Bifariam sciens sermonis auditionem: & duplicē noscens cōstitutionē: hoc est aliud eorū corporale: aliud spirituale: aut ad populum prophetizans de his quæ in aduentu Christi futura erāt: quia esset tēpus quando audirēt: & non intelligerēt ea. Siquidē cū audirent dominū meū Iesum Christū: vocē tantū dictorū audiere: nō sensum. & hoc ex eo manifestum est: qa foris ad populū in parabolis loquebat: Discipulis autē secreto dissoluebat eas. Prophetat aūt qđ euenit: aure audietis: & nō itelligetis. Porro q; de aduētu dn̄i hoc sit populo prophetatū: ipse Saluator dicit. Bene p̄phetizauit de vobis Esaias: inquiens: aure audietis & nō intelligetis. Concedamus ergo quia sermones dn̄i populus auscultans non potuerit I
nosse quæ dicta sint. Videamus autem qđ sit hoc qđ sequitur. Et videntes videbitis: & nō scietis. Non si quis vidit ea quæ Saluator faciebat statim vidēs potuit intelligere cur facta sint. Veluti (exemplū assumam⁹) lauit pedes discipulorū. Et videbant quidē bene quomodo lauabat pedes magister discipulis: videbant autem & alii qui erant præsentes: sed id tantū qđ fiebat: non etiam cur fiebat. Similitudo quippe erat lauatio pedū: qua lauit verbum dei pedes discipulorū. Idcirco (ait) Saluator ad recusantē Petrum: & dicētem. Non lauabis pedes meos. Quid ait? Qđ ego facio:

tu nescis modo: scies autē postea. Quid autē facis modo: dicit Petrus? Video te lauantem pedes nostros: & peluem positā: lintheo te pcinctū: & seruientē nobis: & detergentē pedes nostros. Verū quia nō erat hoc negotium corporale: sed spirituale: Saluator nudatus mittit spiritualē aquam in peluē secūdū scripturas: & lauat pedes discipulorū suorū: vt cum mūdi fuerint: ascendāt ad dicētem: Ego sum via: & non pleni puluere: quē excutere voluit super indignos: & nō suscipiētes pacem: neq; dignos eorū q̄ dicebātur. Et quia hoc erat qđ significabat: ideo ait. Qđ ego facio tu nescis modo: scies autē postea. Erat autē hoc qđ & reliquis dictū ē: Quia vos vocatis me magistrū & dominū: & bene dicitis. Sū etenim. Si igit ego dominus & magister laui pedes vestros: & vos debetis inuicem lauare. Ergo hoc dicit vt episcopus mittens aquā in peluē: & exutus vestibus suis: & pręcinctus lintheo me extendente lauet pedes meos. Siquidem vos (inqt) debetis inuicē lauare pedes vestros. Si hoc est

A qđ dicitur: nemo vestrum mādatū seruabit. Nemo enim quibuscūq; veniētibus assumēs lintheū diaconus: vel presbyter: siue episcop9 lauat pedes. Sed si intelligas ea quæ scripta sunt: qui vere beati sunt episcopi seruientes ecclesiæ: mittunt aquam de scripturis in peluē animę: qđ est secūdū scripturas: & tentant pedū discipulorū sordes lauare: & eluere: & pijcere. Et sic custodiūt episcopi mandatū imitantes Iesum: sic & presbyteri. Vtinam & ego accipiā nunc aquam quæ possit animę vestræ pedes lauare: vt vnusquisq; vestrū dicat cum fuerit lotus: Laui pedes meos: quomodo inqnabo illos? Hoc enim sponsa dicit in canticis canticoꝝ: nō ostendēs corporeos pedes lotos: sed pedes nō offendētes. De qbus dicit Salomon. Pes aūt tuus nō offendat. De quibus & in psalmis scriptū est. Mei aūt pene moti sunt pedes. Verū & quę cōstituūtur viduę in ecclesiis: si sanctorū (inquit) pedes lauit. Si aūt vis

B aptius audire quomodo vidua lauat sanctorū pedes: audi Paulū in alio loco cōstituētem viduis: & dicētē. Bene docētes vt pudicas efficiāt adolescētulas: lauantes sordes pedū iuuēcularū. Et istæ viduę dignæ sunt ecclesiastico honore: quæcūq; sanctorū pedes lauāt sermone spiritualis doctrinę: sanctorum vero nō masculorū: sed mulierū. Docere eīm mulierē non permittit: neq; principari viro. Vult esse mulieres bene docētes: vt ad castitatem suadeant: nō adolescētes: sed adolescētulas: indecēs quippe est: vt mulier magistra viri fiat: sed vt castitatem suadeant adolescentulis: & amare

viros: & liberos suos. Discam9 ergo lauare pedes discipulorū. Ista pter hoc dicta sunt. Vidētes videbitis: & non scietis. Quoniā si quid fiebat a saluatore: ab his qdē q nō itelligebāt videbatur iuxta corpus: non videbat iuxta rationē: ab his vero qui intelligebāt: videbatur quidē iuxta oculos: videbat autē & iuxta intellectū. Ita vt non compleretur super beate vidētes: hoc qđ dictū est: vidētes videbitis: & nō scietis: sed super peccatores. Sed & cuncta C
euangeliorū oremus videntes dupliciter videre: quomodo facta sint iuxta corpus: quando saluator noster venit ad terras. Eteni similitudo erat: & typus futurorū vnūquodq;: qđ fiebat in corpore: veluti nescio quis a natiuitate cęcus visum recuperauit. Vere autem cæcus iste erat a natiuitate gētiliū populus: cui Saluator reddidit visum: saliua sua vngens oculos eius: & mittēs ad Siloam: qđ interptatur missus. Mittebat quippe eos quos spiritu vnxit: vt crederēt: ad siloam: id est ad apostolos: & magistros. pter qđ scriptū est de siloa: quia interptatur missus. Et quotiescūq; incipimus ab Iesu visitari: vt recipiam9 aīæ oculos: mittit nos ad Siloam: hoc est missus. Et vnusquisq; ergo nostrū quādo legit ea quę in euāgeliis facta sunt: oret ne etiā i se cōpleatur Vidētes videbitis: & nō scietis. Si aūt vt æstimāt simpliciores: illa q̄ facta sunt nō propter nos: sed pter se tātum facta sunt: & nō erant exēpla alterius rei: exponant quem hoc qđ dictū est: Vidētes videbitis: & nō scietis: habeat sensum. Nā si non ea q̄ videbant habebant aliquē sensum sacratū: vt cū carnalibus oculis etiā spiritualiter inspicerent: nūq̄ dixisset Vidētes videbitis: & nō scietis. Ad approbationē aūt horū: & alterius scripti de euangelio testimoniū pferemus: qđ iuxta eos q tātū literā sequuntur mēdaciū est. Dicit Saluator D
& dn̄s noster ad discipulos in euāgelio secundum Ioānē. Si credideritis nō solū q̄ ego facio facietis: sed & maiora horum facietis. Videamus ergo si maiora aliqua fecerint discipuli. Quid maius est q̄ mortuū resuscitare? Quis nō dico nostrū: sed apostolorū mortuū suscitauit? Refert historia quia Paulus Euticium resuscitauerit a mortuis: & Petrus Tabitā: q̄ interpretat dorcas. Ista autē & alia istiusmodi inueniri possunt: vbi sunt maiora? Sed & cæcos saluator fecit rursum videre: & qđ maius est: eos qui sic nati fuerunt. Exhibeāt quos cęcos ab vtero manib9 apostoloꝝ curatos aspexerint. & alia infinita pōt de euangeliis inuenire q quęrit: quia neq; apostoli his maiora fecerint: neq; eorum successores. Verum sermo E

scripturę tale quiddã locutus est: His q̃ ego feci corporalibus: vos maiora facietis. Ego feci resurgere ex mortuis corporaliter: vos resurgere facietis ex mortuis spiritualiter. Ego cæcis sensibile hoc lumẽ infudi: vos spiritualẽ lucẽ nõ videntib⁹ dabitis. Vsq; ad hãc aũt diem hæc maiora signa a corporalibus q̃ fecit Iesus: ego video fieri per fidelissimos discipulos Iesu An nõ cęci nunc vidẽt? & claudi ambulant? & leprosi mundant̃? & reliqua fiunt? Si is qui heri obcæcatus est accedẽs ad idolũ quasi ad deũ hodie inuocet deũ viuũ pristina derelinquẽs: nõne videt? An nõ qui heri claudus erat propter peccatũ: nunc ꝑpter discipulorũ doctrinã iter verũ edoctus stabili gradit̃ pede? Qui heri aridã habebat manũ: & otiosam ad benefaciendũ: hodie recipiẽs manũ habet eã viuentẽ? Si videris aliquẽ pollutũ: & leprã in anima habentẽ subito pœnitere: ac doctrinæ sermõe cõpunctũ: non te pigeat dicere: quia maius fit hunc spiritualiter leprosum: q̃ quendã carnaliter fuisse purgatũ. Et hæc quidẽ largius ꝓfudit oratio: cupiẽs ostendere qd sit hoc quod dictũ est. Et vidẽtes videbitis & nõ intelligetis.

F Quæ autẽ causa est audientẽ nõ intelligere: & videntẽ non videre? Incrassatũ est ĩquit cor populi huius. Siquidẽ necessariũ est intelligi & hic vnde fit. Nõ eadẽ est corporalis: & spiritualis pinguedo: neq; eadem est corporalis tenuitas & spũalis. Etenĩ qd corporaliter crassum est: ĩ carne fit: & nihil mihi nocet cor carneũ: si incrasset̃: neq; prodest si a languore: vel a quacũq; causa attenuet̃. Tale aũt æstimo fieri cor carneũ eorũ q formidine cõtinent̃. Quomodo enĩ toti tabescũt ab ęgrotatione: sic aiũt & crassitudinẽ: & qcquid pingue est circa cor eorũ extenuari. Quid ergo mihi nocet si corporale cor meũ incrasset̃? Esto vero: & attenuari cor meum: quid mihi ex isto ꝓdest? Sed cor

G nũcupatiuo cũ corporeo corde vocabulo animæ nostræ principale nominatur: vt manifestũ est ex eo quod in euangelio dicit̃. Beati mũdo corde. Neq; enĩ hi mũdo corde sunt: q sanguinem: vel quodcunq; materię corporalis intrinsecus non habent. Sed dictũ est. Beati mũdo corde: pro eo quod est: Beati qui mundum habent principale animæ. Principale noĩatur pro corde. Qm̃ igitur prĩcipale animæ nostrę qd esse dicitur in corde corporeo: siue mundũ est cor nostrũ siue ĩmundũ: immũdũ quidẽ qñ cogitationes pessimæ egrediunt̃ ex eo: homicidia: adulteria: furta: falsum testimonium: blasphemiæ: mũdum autẽ qñ cogitatiões sanctę: & intellectus diuini: & mẽs pura: propter hoc arbitrandum est attenuatũ quidẽ esse dictum attenuatum a sancto spiritu eius qui saluatur. Incrassatũ autẽ & ꝑfocatum a malitia ei⁹ qui peccat. Dicit̃ enĩ de sancto spiritu qui est secũdum sapientiã: quia sit multifari⁹: tenuis: mobilis: & quia iustus accipiat hunc subtilem spiritũ. Differt quippe hic spiritus ab oĩbus spiritibus intellectualib⁹: mundis: subtilib⁹. Est ergo principale cordis tenue quidem qd spirituale est: pingue aũt qd ex corporalis materię vitio cõcretum est: plenũ cogitationib⁹ corporalibus: q̃ sunt in reꝑhensione. Sic dicit̃ incrassatũ est cor populi huius. Intellige ex eo incrassatum esse cor: quia nihil sit in eo ꝑter humanas & carnales sollicitudines. Quomodo enĩ materia corporis pinguis est: eodẽ modo etiã corporei intellectus & cogitatiões. Ex quo cũ duo posita sint: incrassari cor ex sæcularib⁹ curis: & attenuari ex sollicitudine spirituali: cũ quis cogitat ea q̃ domini sunt: proiiciens pinguedinem ex corde: & sciens quia si incrassatũ fuerit cor eius: neq; accipiat sermones Dei: neq; videat salutis sacramenta: deponamus & nos crassitudinem: & assumamus eam quę dicta est tenuitatem: vt & nos dicamus quomodo prophetes. Sitiuit in te anima mea: q̃ multipliciter tibi caro mea. In terra deserta inuia & inaquosa: sic in sancto apparui tibi. Non quasi sanctus fuerim naturaliter: sed si carnis prudentia tabescit: & si prudentia carnis extabuerit: tunc in sancto apparebo dei. Hęc in explanationem eius quod dictum est. Incrassatum est cor populi huius. Sequitur autem: & auribus suis grauiter audierũt. Nihil mihi nocet si grauiter audiã corpaliter: neq; ista mihi causa fit vt non audiam sermones dei. Quomodo enim nihil mihi nocet cęcitas corporalis: si nõ fuerit obcæcata anima mea: sic neq; leuitas neq; grauitudo auditionis corporalis impedit quicq̃ mihi. Est autẽ quædam grauitudo auditionis: quę noceat animæ hominis. Quę est ista grauitudo: quæ est in auditionem animę? Peccatum: secundum scripturas: graue est. Propter quod sentiẽs quis peccata sua: dicit. Quasi onus graue grauatæ sunt super me. Et quia grauis est inquitas: propter hoc super talentũ plumbi sedet: vt in Zacharia scriptũ est. Aegyptii autẽ non qm̃ grauia habebant corpora submersi sunt quasi plumbũ in aqua vehementi: sed quia animæ eorũ ad talentũ plũbi: sup qd sedebat iniquitas: aggrauatę erant: propter qd submersi sunt: tanq̃ plumbum in aqua vehemẽti. Grauitudo ergo auriũ a peccato fit: & leuitas a iustitia. Quid est qd faciat auditũ nõ grauiter audire: sed leuiter? Pennę verbi: pennę virtutis. Etenĩ pẽnę verbi multũ

leuitatis afferũt. Quis dabit mihi pennas sicut columbę/& requiescã? Hoc dicit pphetes nõ orãs vt corporalis pẽnas accipiat colũbæ: sed pennas columbę spiritus sancti. Dicit aũt rursus Salomon de diuite. Cõponet autẽ sibi pẽnas quomodo aquila: & cõuertit in domo eius qui pręest illi. Si accipiamus igit pennas leuiter audiemus. Si aũt peccauerimus & negligentes fuerimus circa alas: & defluxerint pennę nostrę: grauabimur: & grauiter audiemus. Aurib9 ergo suis peccatores grauiter audierũt. Oẽs quidẽ Iudæi: q tũc audierunt Saluatorẽ: grauiter eũ audierũt: ideo non crediderunt. Vsq3 hodie autem quotquot audientes scripturas nõ audiũt sermonem spiritualiter/q leuis est: sed literã q̃ est grauis: & occidẽs: grauiter audiũt. Atq3 ita dupliciter auditur scriptura. Ab eo q nõ ĩtelligit q̃ dicũtur grauiter audit: ab eo vero q intelligit eã: non solũ audit nõ grauiter: sed potius acute. Vnde & qui fit intelligẽs: fit auditor. Est & aliud
A aũt qđ prophetatur de populo Iudæorũ: & de oĩbus nobis si peccauerimus. Et oculos suos clauserũt: nequãdo videãt oculis: & auribus audiãt: & corde intelligãt. Eorũ q non vident qdã cęci sunt: & ppter cęcitatẽ nõ vidẽt: qdã in tenebris sunt: & pptera nõ vidẽt. Alii aũt neq3 in tenebris sunt: neq3 cæci sunt: sed quia claudũt oculos: nõ vidẽt. Et scit has differentias: q̃ principales cordis nostri sũt: scriptura diuina. Dicit eñ Saluator his q sunt in vinculis: exite: & his q in tenebris: vt eis reueleẽ & sedẽtibus in regione: & vmbra mortis lux orta est eis. Isti nõ viderũt ideo: qa fuerũt in tenebris donec oriretur eis lux. Surdi audite: & cęci aspicite. Et ideo isti non viderũt ante: qa naturaliter cęci erãt. Qui vero extra ista sunt quiq3 ad cõparationẽ cæcorũ: & eoꝝ q in tenebris sunt: multo peiores sunt: ii sunt qui ideo nõ vidẽt quia oculos sponte clauserant. Hoc aũt ita esse vt asseruimus: Saluator mihi testimonio erit: dicens. Si cęci essetis nõ haberetis
B peccatũ. Nunc aũt dicitis qa videmus: peccatum vestrum manet. Et bene (ait) dicitis: qa videmus. vere enim dicit quia videant: & habeant possibilitatem videndi: sed claudentes oculos nõ vident. Et siquãdo videris ingenio sam ad intelligendũ animam: & velocẽ: & alacrem: nõ meditantẽ eloquia dei: cognosce qa non propter cæcitatẽ nõ videt ea quę continentur in scripturis: nõ ob id quia in tenebris sit: sed qa claudit ocl'os. Si ergo audieris scripturam diuinã dicẽtem his qui claudũt oculos: aperi oculos tuos: & recta vide: aperi oculos ab eo qđ clauseras: tũc poteris videre recta: & considerare lumẽ veritatis. Et accusat quidẽ eos de quibus q̃ritur: Cur oculos claudant ne videãt? Nõ aũt & hoc dicit: quia nõ expediat aliquãdo & claudere animæ oculos. Expedit eñ: sicut manifestũ fecit Esaias: dicens in his quæ sequũtur. Quis annuntiauit vobis locũ æternũ? Qui ambulat in iustitia: & loquitur verã viã & rectã: obturans aures vt nõ audiat iudiciũ sanguinis: claudens oculos vt non videat iniquitatẽ. Si futurũ est: vt aperiens oculos animæ audiã: & sentiã turpiloquia: meli9 est claudere auditus: q̃ audire quæ noceant. Quando ergo claudã? Quando mala dicunt: vt neq3 intelligã ea. Quãdo videnda sunt eloqa dei? Qñ cõuertimur: & sanat nos de9 mittens verbum: qđ sanat eos qui volũt curari in Christo Iesu: cui est gloria/ & imperium/ in sęcula sæculorum. Amen.

Explicita est Homilia Sexta.
Incipit Septima. De eo qđ scriptum est.
Da sapienti occasionẽ. &c. Cap. VIII.

DA sapienti occasionẽ: & sapientior erit: dicit sermo diuinus. Occasionẽ autẽ acceperunt sacratissimi apostoli ad intellectũ propheticorũ sermonũ. Orem9 deum vt accipiamus sapientiã: & possimus fieri sapientiores p occasionẽ apostolorũ ad pphetas exponẽdos. Apostolus recordãs hui9 dicti: Ecce ego & pueri quos deus dedit mihi: deinde infert: & edisserit. Quia ergo pueri cõmunicauerũt sãguini: & carni: & ipse pxime eos factus q participant eoꝝ: vt p mortẽ destruat eũ q imperiũ habet mortis: hoc est Zabulũ: & eruat eos qcũq3 metu mortis ĩ sempiternã vitã rei erãt seruitutis. Igit qa pueri pticipes effecti sunt sanguinis: & carnis: & saluator nr̃ communicauit carni: atq3 sanguini. Alienũ.n. erat a natura: & diuinitate ei9 sanguinẽ/& carnẽ suscipe: ppter nos aũt ea q̃ sibi erãt aliena suscepit: vt domesticos sibi faceret q fueramus alieni p peccatũ. Et quidẽ apostolus sic exposuit: dicens. Quia ergo pueri communicauerunt sanguini/& carni: & ipse pxime eos factus est q participant eorũ. Ego autẽ D
dicã quoniã qño & pueri cõmunicauerũt sanguini/& carni: & ipse pxime eos fact9 q participant eoꝝ: sic quia pueri non possunt fortiores audire sermones: debent eñ vt pueri audire sermones dei: ppter hoc fact9 in sanguine puerorũ cã q cõmunicauerunt carni & sanguini quasi puulis loquẽs loquit: nõ diuina & ieffa-

bilia:sed qcũq; capere possunt paruuli. Paruuli aũt oẽs hoies sunt: si eos cõparas ad pfectionẽ verbi: licet Moysen nomines: licet vnũ dixeris de pphetis: licet Ioannẽ: quo maior in natis mulierũ nemo fuit: licet ad apostolos venias: Petrũ cui portę inferi nõ inualescẽt: vel Paulũ qui rapt⁹ est vsq; ad tertiũ cœlũ: & audiuit indicibilia verba: nõ deponis eorũ gl'iam dicẽs: quia & ipsi in eis q̃ intellexerũt cõparatiõe eorũ quæ nõ intellexerũt paruulorũ disciplinis eruditi sunt: q hoibus tradũt. Dicit ergo Saluator non de his quos Paulus in Christo paruulos nũcupat: & asserit lacte potandos: & nõ forti cibo: sed de oibus simul hoib⁹. Ecce ego & paruuli mei quos mihi dedit deus. Verum quo modo ĩ pueris alii sunt aliis acriores: & ea q̃ in eis sunt tradita velocius consequunt: sic inquã similẽ ingeniosis pueris factũ Moysen: & prophetas: sed & dñi nostri Iesu Christi apostolos. Propterea sentientes semetipsos qa etiã si pfecerint puerorũ pfecerint pfectu: dixerũt Ex parte cognoscimus: & ex parte pphetam⁹. Nec em̃ adhuc veritatis negotia: sed vmbras negotiorũ cõspiciebant: nec plenã lucẽ: sed obscurã imaginẽ. Ideoq; repetebãt: dicentes. Videmus nũc p speculũ: & in ęnigmate: tunc aũt facie ad faciem. Quis ergo hæc legẽs: & intelligens inflabit: & erigeẽ super scientiã: seu sup qd̃cũq; donorũ? Et em̃ cũcta q̃ ad pueros deuenerũt multo inferiora sunt his q̃ reposita sunt

E viris. Debẽt ergo nõ eleuari: & supbire ii q vident inter pueros acrioris ingenii: & velocioris. Istos aũt pueros hoies dicit oẽs quos & Saluator demõstrabat: Ecce inquiens ego: & pueri mei quos mihi dedit deus. Donũ accepit & Saluator a deo. Nemo em̃ venit ad eũ: si non q misit eũ attraxerit venientẽ ad Saluatorem: sicut in euãgelio qd̃ secundũ Ioannẽ est didicimus. Et qm̃ accepit donũ a patre eos q credũt. idcirco propheta de eis ait. Ecce ego & pueri quos mihi dedit deus. Nec putandus est non habuisse qui accepit: cũ adhuc habeat ipe qui dederit. Deinde in reliquis prophetat Saluator in propheta: dicens: futurũ esse vt cũ acceperit pueros: signa: & pdigia fiãt in Israel. Habet autẽ ita. Et erũt signa & pdigia in Israel a dño Sabaoth: q habitat in mõte Sion. Qui em̃ habitat in speculatorio: & in omni anima potest cõspicere veritatẽ: iste facit signa: & pdigia p Saluatorẽ: & post Saluatorẽ per aplós: & vbicũq; inueniẽ aĩa aperta ministerio signorũ: & pdigiorũ dei: siue iuxta spiritualẽ curationẽ: siue sensibiliter exhortando eos q veniunt ad fidẽ: nõ est otiosus deus: qui tũc fecit signa & pdigia: etiã nũc operari ea. Et si dixerint ad

vos q̃rite vẽtriloquos: & eos q de terra clamãt F
qui inania loquunẽ: qui de ventre clamãt: non gentes ad deũ suũ. Requirũt: qui exq̃rũt de viuentib⁹ mortuos. Attẽdite qm̃ obscure dicta sunt: & debet sensus deo ipso largiẽte: & reuelante cohęrere superiorib⁹. Docet ergo nos vt nõ simus aliorũ sermonum discipuli nisi cœlestiũ & bonorũ. Sunt em̃ quidã loquentium: & pollicentiũ doctrinã verã: qui nõ loquuntur cœlestia: sed terrena. Qui est ex terra: de terra loquiẽ: qui de cœlo venit: sup oẽs est: & qd̃ vidit: & audiuit testificaẽ. Si quis ait pueris qui in me credũt: dixerit: quærite vẽtriloquos: & eos qui de terra clamãt: q inania loquunẽ: qui de vẽtre clamãt: veluti quærite dæmonia: ab vna em̃ specie dæmonis ventriloqui tropicos oĩa dæmonia nũcupauit. Si dixerint vobis q̃rite ventriloquos: hoc est: quęrite a dæmonibus siue diuinationẽ: siue veritatẽ: siue sacratã cõtẽplationẽ: respondete eis q̃ dico. Quę sunt q̃ G
eos docet? In sequentibus dicit. Et sunt quidã qui mittunt vos magis autem cathecuminos quãtũ in ipsis est ad vẽtriloquos. Qui enim volunt vos ire ad idola: de quib⁹ scriptum est: Et oẽs dii gentium dæmonia: volunt vos ire non solũ ad ventriloquos: sed ad oẽm speciẽ dæmonum. Veruntamẽ deus noster q in cœlo: & in terra vniuersa facit: euellat nos a dęmonibus: & familiares sibi faciat p Saluatorẽ nr̃m Iesum Christũ. Videte ergo ne qñ decipiaẽ alicuius ex vobis aĩa: vt adhuc ambigat: & dubitet cũ audierit illũ & illũ hoiem: in illo idolo dęmon curauit illũ languorẽ: illud / & illud diuinauit Ista oĩa idola sunt dęmonũ: & hoim nõ cognoscentiũ veritatẽ. Ascẽdite aĩo ad deũ: q est oim creator: & comparate pietatẽ istã omniũ q̃ annuntiaẽ esse pietas: nec est pietas: & videte qa vos beati estis. Quis enim similis tibi popule saluate a dño? Et beata gens cuius dñs de⁹ ei⁹ populus quẽ elegit in habitationẽ sibi. Beata quippe gens fuit quondã Iudęorum: sed perdidit beatitudinẽ: & eiecta est de loco suo: qa H
eum qui missus est & testimoniũ habuit pñs: nõ solum p legẽ & prophetas: verũ & in signis & pdigiis insidiãs interfecit. Beatitudo ergo trãsmigrauit ad nos Iesũ Christi discipulos: & credimus in eo incõcusse: & firme viuẽtes iuxta hoc qd̃ docti sum⁹. Et si dixerit ad vos: q̃rite ventriloquos: & eos q de terra clamãt. Qui inania loquunẽ. vaniloquos nominauit. Omnis sermo qui dicitur: aut vacuus est: aut plenus veritate. Vacuus est sermo omnis q mendax est. Plenus est autem veritate qui habet scientiam dei vniuersorum: & docet: vt credamus deo pollicenti regna cœlorũ sanctis suis

Vide ergo qd dicāt:q nō fuerūt vaniloqui:neq vacui vnq̄ apparuerūt ī cōspectu dñi. Nos oēs ex plenitudine ei⁹ accepimus. Qui vaniloqui sunt:nō habēt hoc ex plenitudine: sed oēs vacui sunt veritate:vacui sunt virtute:vacui sunt Christo. Si dixerint vobis q̄rite eos q de terra clamāt:q inania loquūt:q de ventre clamant.
A Volo dicere & causam quare hoc potissimū dęmoniū ventriloquorū nunc assumpserit sermo:vt dicat:si dixerint ad vos:q̄rite vētriloquos. Inuenies oēs q repromittūt: nec habent veritatē:ventri suo seruiētes:& quodam modo ꝓpter voluptatē eius:& abūdantiā cūcta facere. Nō solū aūt gentiles:sed & eos:q cū repromittāt ī Christo religionē hęretici sunt & nō tm̄ illos:sed etiā in nobis qui ecclesiastici sumus inuenies aliquē ꝑ saturitate vētris cūcta gerere:vt honoreť:& accipiat munera q̄ in ecclesia deferunť. Iste talis de ventre loquiť:& fons sermonū ei⁹ in vētre cōsistit. Nō eñ fons sermonū ei⁹ de corde bono fluit: non de bonis cogitationibus:nō de sancto spiritu. Si qs ergo aliqñ se docere ꝓmittit: obseruate vtrū sermones eius de vētre habeāt principiū an non.
B Propositionē aūt q̄ mihi dici pōt:ipse interponā:ne forte qs ex vobis a quoq̄ eā audiens æstimet:aut scripturā sibi esse contrariā: aut nos nō īspexisse quomodo oporteat approbare sermonē in eos accusatoriū:qui de vētre clamant Quę est ergo ꝓpositio? Si qs(ait)credit in me flumina de vētre eius fluēt:fons aquę salientis in vitā ęternā. Dicat itaq aliquis de his q proponūt. Si saluator repromittit hunc esse de vētre fontē aquæ saliētis in vitā ęternā: de iusto egrediť:& iust⁹ de vētre clamat. Siquidē fons aquę quē de⁹ repromittit in vētre ei⁹ est. Sed dicendū est ne forte duos habeamus ventres: & alius sit corporalis:alius spiritualis:quomodo reliquę partes q̄ videť in corpore noīari veluti sunt oculi:verū alii corporis alii animę. Si eñ diciť de oculis mandatū dñi lucidū illuminās oculos non puto hoc referendū ad oculos corporales. Et si diciť qui habet aures audiendi:audiat: nō est putandū hoc dici de corporis auribus:sed de animæ:quas habēt qui mūdi sunt ī auditu animę. Sed & si diciť in repromissionē:pes tuus nō offendet:nō est arbitrādū de corporis pede. Est eñ quidā pes cordis ingrediēs ad eū qui dixit. Ego sum via. Sic igitur similis ventri corporali vēter est animę:de quo loquiť iustus. A timore tuo dñe in ventre cōcepimus:& parturiuimus:& peperim⁹ spiritū salutis tuę quē fecisti super terrā. Quicūq aūt plenū habēt ventrē vanis sermonibus:q de terra sunt:habent ventrē de terra subsistētem:de quo scriptū est. De⁹ autē & istā/& hæc destruet. Sancti ergo ventrē habēt: in quo a timore dñi & cōceperūt:& plenus est venter eorū fontibus aquę salientis in vitā æternā. De isto ventre ait ille. Aures & venter meus quasi vter plenus musto:ac ligatus. Hæc eñ dixit nō de corporali ventre:nec eñ venter eius corporalis plenus erat diuinorū: & his ꝓximorū vino alligato in ventrē. Ista in solutionē ꝓpositionis. Nūc ad hoc qđ cœpim⁹ reuertamur. C
Si ergo dixerint ad vos:quærite vētriloquos: & eos qui de terra clamant non gens ad deum suū:hęc eis respondete. Deficienter aūt diciť: hæc eis respondete:nō gens ad deum suum exquiriť. Vnaquæq gēs si q̄rit Ioannē ad ꝓpriū deū refert qđ q̄siuit. Hęc eis respondete. Vos aūt israelitę habētes deū verū qui est sup oīa cū q̄ritis nolite vētriloquos q̄rere: neq de terra clamātes:neq vaniloquos:sed propriū deū qui quęrūt de viuētib⁹ mortuos. Mortui eñ sunt dęmones priuati vera vita: q̄ dicit. Ego sum vita. Nolite ergo mortuos sciscitari de viuis negotiis. Legē eñ suscepistis. O vos quib⁹ ꝑsuaderi nō potuit:vt q̄reretis ista de vētriloquis:& de terra clamantib⁹ vanis sermonib⁹: sermonē veritatis:& legē:suscipiētes eā in adiutoriū legis vestrę:attēdite. In lege vestra scribitur. Non sequaris idola: iuxta legem facientes non attendatis ventriloquis: neq his qui de terra clamant. Legem enim in adiutoriū dedit:vt dicant nō sicut verbū istud pro quo nō est munera dare. Qui eñ assumpsit legem: & nouit quia lex in adiutorium est: & præcipue spiritualis:quæ interdicit a ventriloquis: & auguriis quærere:hic cum intellexerit legem debet admirans eā dicere nullū verbū ita mūdū apud Græcos & Barbaros:quale est verbū legis. Ab omni eñ verbo: ab vniuersa doctrina veritatē pollicente differt lex:q̄ a deo nobis data est. Legem enim in adiutorium dedit: vt dicant non sicut verbū istud. Quid est qđ non est sicut verbū istud? Multa sunt verba:sed nō sicut verbum istud. Nullum enim verbū post verbum Moysi:post verbum prophetaꝝ:multo aūt amplius post verbū Iesu Christi: & apostolorū eius. Vide si nō clamant sensus dei qđ dictum est:legē eñ in adiutorium dedit:vt dicant qui acceperūt legē in adiutorium:non est vt verbū istud:quomō loquut⁹ est Moyses in lege lata ꝑ angelos in manu mediatoris. Multo aūt dignius potest hoc ecclesia dicere non est sicut verbū istud quod caro factū est:qđ habitauit in nobis:cuius videmus gloriam nō sicut Moyses velamine obtectā: sed gloriā tāq̄ Vnigeniti a patre pleni gratiæ / & veritatis.

D

E

Nõ est sicut verbũ istud qđ suscepit ecclesia: ĩ quo credit: per qđ & saluabit: verbũ qđ in pricipio erat apud deum deus verbũ: cui gloria: & imperium in sæcula seculorum. Amen.

Explicita est Homilia septima.

Incipit Homilia Octaua. De eo qđ scriptum est Vlulate sculptilia in Hierusalem: & in Samaria, vsq; ad eũ locum ĩ quo ait. Et cõmouebo ciuitates quæ inhabitantur. Cap. XIII.

F

Lim quidẽ qñ peccauit popul⁹ prior excidit a religione: & sculptilia fabricatus est Iudas in Hierusalẽ: & is qui Israel vocabať in Samaria. Si autẽ & nunc aliquis cõsideret ex multitudine eorũ qui colligunť peccatores: non pigebit eũ dicere: ꝙ vnusquisq; deũ faciẽs qđ estimat esse bonũ: & seruiẽs peccato: maledict⁹ est faciens sculptile: & cõflans op⁹ manuũ artificis: & ponens illud in absconso. In absconso quippe cordis multa facimus idola si peccem⁹. Vnde sermo nos edocet pœnitentiã agere: & vlulare super sculptilibus: & idolis q̃ sunt in Hierusalẽ & Samaria. Et si quidẽ nos peccemus: q esse de ecclesia cupimus: in Hierusalẽ facim⁹ sculptilia. Si vero ii qui extra ecclesiã cõstituti sunt quo hæretici peccauerint: faciũt idola ĩ Samaria. Verũtamẽ oẽs oĩpotẽs deus iuxta suã bo-
G nitatẽ ad pœnitentiã ꝓuocat: dicẽs. Vlulate sculptilia in Hierusalẽ: & in Samaria. Quẽadmodũ etenĩ feci Samarię: & manu factis eius: ita faciã Hierusalẽ: & idolis eius. Cõminatur q̃cunq; fecit Samaritanis: & his q de ecclesia sunt. Cũ autẽ cõsummauerit de⁹ oĩa faciẽs in monte Sion: & in Hierusalẽ: inducet super sensum magnũ principẽ Assyriorũ: & super altitudinẽ gloriæ oculorũ ei⁹. Docemur quid futurũ sit inimico nostro & Zabulo: quẽ sensum quendã magnũ nũc ꝓpheta nũcupauit. Quomodo enĩ serpẽs sapiẽtior erat oĩbus bestiis q̃ sunt super terrã: & filii sæculi huius sapientiores super filios lucis in generatione sua sunt: & dispensator iniquitatis sapienter fecit secũdum sapientiã nõ bonã: eodẽ mõ iste qui figuraliter princeps Assyriorũ dicit magnus est sensus: & est mirari magnitudinem sensus ei⁹ in quo abusus est ad instruendos sapiẽtes mũdi istius: qui cum omni veri similitudine: cũctaq; virtute falsitatẽ sectarũ suarũ cõponentes exhibent. Cum ergo omnia fecerit deus in mõte Sion: & in Hierusalem: & reddiderit ea quæ iustis repromissa sunt: tunc inducet supra sensum magnũ principem Assyriorũ: & super altitudinem gloriæ oculorum eius. Alta eum sapientem sermo nouit: & exordiũ ruinæ eius ab inflatione cœpisse. Vnde & si inflati fuerimus in iudiciũ incidemus diaboli: in quo incidit ipse Zabulus. Videamus aũt & in H
inflationem eius quanta sit: vt eam caueam⁹: & non permittamus eum super nos vera dicere. Quid igitur dicit? Viribus faciam: & sapientiam intellectus auferam: fines gentium. Aestimat fortitudine sua qđ vult ĩ nobis se posse perficere. Et reuera si vincamur: & post hæc verba peccemus: si post ecclesiam rursum ĩ circum: & ad equorum cursus: & ad conuent⁹ gẽtilium eamus: quid aliud fit q̃ superatos nos possidet? Et quid dixit Zabulus viribus faciã? consequitur in nobis peccatoribus: quod minatus est. Sed & si fornicemur post castitatem longi tẽporis: post sanctimoniã multã: quid aliud fit q̃ vera locutus probať super nos: qui dixit viribus faciam. Quid autem & aliud repromittat iste magni loquax ĩtueamur. Et sapientiã intellectus auferam: fines gentiũ. Sapientiã / nescio quã / pollicet: de qua & ꝓpheta loquitur. Alienigena quedã sapiẽtia est in eis. Est enim aliqua extranea a veritate sapientia quã disperdet deus. Hanc iste habens ęstimat se esse sapientẽ: & dicit. Sapientiã intellect⁹ auferam: fines gentium: & vires eorũ depascar. Peruenit enim ad oẽs gentes operatio ei⁹: sed saluator in oẽs gentes mittens sermones suos eruit eos qui a Zabulo in cunctis gentibus captiui tenebantur. Et vires eorum depascat. Minatur se vires nostras prædatum iri: & tra- I
dere aduersus nos militantibus. Et reuera est videre eum quibusdam hoc facientem. Quãdo enim quis vincitur a Zabulo & tradiť dæmonibus spiritibus pessimis: virtutibus contrariis: quid aliud factum est q̃ is dixerat: & vires eorum depascar? accipiẽs nostras vires depastus est nos. Et cõmouebo ciuitates quæ inhabitantur. Et hoc Zabulus comminatur: inhabitari cernit ciuitates ecclesias dei in Christo domino constructas: has commoturum esse se personat. Et frequenter quidem cõcussit ciuitates inhabitatas persecutionibus: frequẽter concussit scandalis. Sed nos tentemus fundamentum habentes super petram tales fieri: vt iste qui dicit: Commouebo ciuitates quę inhabitantur: nos mouere non valeat per procellas suas: neq; per spiritus aduersos. Verum ad omnia quæ acciderint stabiles perseueremus: vtpote habẽtes ędificium super petram Iesum Christum: cui est gloria: & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Explicita est Homilia octaua.

Incipit.ix.de eo qđ scriptũ ẽ:Et audiui vocẽ dñi dicẽtis.Quẽ mittã:& qs ibit ad pplm istũ et trãsgrediens modica puenit vsq ad locũ in quo scribit,Pete tibi signũ a dño tuo in pfundũ:aut in excelsum. Cap.VI.&.VII.

A T audiui vocem dñi dicẽtis: quẽ mittã: & qs ibit ad pplm istũ.Et dixi:ecce ego sũ:mitte me.Et ait. Vade:& dic populo huic: Aure audietis: & nõ intelligetis:&reliq.De eo q nũc lect⁹ ẽ Esaię pphetę sermone:orem⁹ deũ vt nobis grãm largiat: vt digna pphetico spũ valeam⁹ exponere. Et audiui(iqt)vocẽ dñi dicẽtis:Quẽ mittã. Postq purgat⁹ ẽ labia ppheta pat⁹ suscepit misteriũ dñi & dicit. Ego sũ:mitte me.Sed vt patior eẽt ad hoc:meminerat vocis moysei. Nã & ille eadẽ vtẽs voce:mitte me:prĩceps populi:iudexq factus:& famul⁹ dei nũcupat⁹ ẽ.Audiui aũt quẽdã hebręũ exponẽtẽ hũc locũ:atq dicẽtẽ: qa libẽter qdẽ pphetes:& pat⁹ pphetiã suscepit ad ppl3 ignorãs q eẽnt ei dicẽda.Porro audiẽs tristia q eẽnt pplo nũtiãda : hoc ẽ aure audietis & nõ itelligetis:&c.in seqntib⁹ pigrior fit:dicẽte

B ei voce dei:Clama:rñdit ei:& dicit.Quid clamabo? Arbitror aũt hęc pphetari de Saluatore:qa futurũ erat:vt audiẽtes nõ audirẽt:& vidẽtes nõ viderẽt.Manifestius porro fiet qđ dr si cõsyderem⁹ paululũ locũ istũ:cernẽtes aspicietis:& nõ videbitis.istiusmõi ẽ. Videbãt qdẽ videre tũc cęcos respiciẽtes:rõnẽ aũt visionis ignorabãt. Audiebãt pabolas qs dissoluebat secreto discipulis Saluator.Ipsi vero non audiebãt:nesciẽtes q dicebãt. ppt hoc testificãs eos dixit.Qui hẽt aures audiẽdi audiat.Nec.n.priuati erãt his aurib⁹ vt nõ audirẽt:s3 iteriores eorũ aures grauatę erãt ad audiẽdũ.Propt hº pdicat eis:& p pphetã futura pfat:dicens.Aure audietis:& nõ intelligetis:& cernẽtes aspicietis:& nõ videbitis. Incrassatũ ẽ eñi cor ppli hui⁹.Quid sit hoc qđ dicit:icrassatũ ẽ cor ppli hui⁹:inspiciam⁹.Oĩbus q in psentis vitę curis versant cor icrassatũ ẽ.haud alit eis q in sclaribus morant icrassatũ ẽ cor:q si a spinis enecent. Idcirco piguescit cor:& nõ põt tenuioris spũs suscipere notiões.Fugiam⁹ ergo a talib⁹ curis vt attenuatũ cor nostrũ deo acceptabile fiat. Fugiam⁹ terrena negotia. Ista sũt eñi qb⁹ cor icrassat.Propt hoc smo subtilis erat: vt i exodo scribit:de eo qđ ait.Quicũq fuerit ppt tenuitatẽ cordis eiusmodi:isti deũ videbũt.Talibus eñi oclis de⁹ videt.Tria sũt q dicũt.Incrassatũ eñi est cor ppli hui⁹:& aurib⁹ suis grauit audierũt:& oclos suos clauserũt.Possũt aũt & aliũ manifesti⁹ itelligi q hoc dicũt i loco.Multi eñi hoĩm putãt ispiciẽtes creaturas: & mũdũ istũ contẽplãtes videre se ea.Et qđ dico hoĩm? Ecce volucres:& qdrupedia vidẽt solẽ:& lunã & vniuersũ simul cęlũ cũ stellarũ choro:sed rõnes eoꝝ nõ itelligũt.Soli vero iusti:& scti p sapiẽtię dei rõnẽ cõphẽdẽtes ispiciũt ea.Ideo in viii.psal.dauid dicit.Qm videbo cœlos tuos: opa digitorũ tuoꝝ:lunã & stellas q tu fũdasti. Quid eñi nũc ppheta nõ videt cœlũ: & lunã? Sed hoc qđ ait:videbo:si cõsiderem⁹ poterim⁹ intelligere.Cõuersi sũt ad iniqtates:quoꝝ nõ D ait simplr patrũ:sed cũ additamẽto:patrũ suorũ prioꝝ.Dixim⁹ hęc de nobis dici:& iis q int nos sũt pctõres.Qũo igit q int nos sũt pctõres cõuersi sũt:nõ ad iiqtates simplr patrũ:sed patrũ suoꝝ prioꝝ? Duplices habem⁹ pres:& vna spẽs ẽ:pessimoꝝ patrũ.Siqdẽ añq crederemus zabul⁹ pr nr fuit : vt sermo euãgelic⁹ ostẽdit: dicẽs.Vos de zabulo pre estis.Cũ autẽ credidim⁹:fcti sum⁹ filii dei.Si ergo post hęc peccauerim⁹ cõuertimur ad iiqtates:nõ siplr patrũ:s3 prm priorũ.Ad pbationẽ aũt huius rei:qa duplices habem⁹ pres:vtimur & dauid testĩonio in.xliiii.psal.dicẽtis.Audi filia:& vide:& iclia aurẽ tuã:& obliuiscere ppli tui: & dom⁹ pris tui.Pat dicit obliuiscere domũ pris tui.qsi pat qppe cœpit audi filia. Ergo duplices nri pres sũt. Sed obliuiscere inqt domus pris tui prioris.Si igit oblit⁹ pri⁹ dom⁹ pris tui prioris:rursũ fueris ad pctã cõuers⁹:icidisti i id qđ nũc dr pctm.Cõuersi sũt ad iiqtates prm suoꝝ prioꝝ E Dicebam⁹ dudũ zabulũ prem nrm fuisse añq de⁹ nr fact⁹ sit pr:si tñ & nũc nõ hẽm⁹ prem zabulũ.qđ & de Ioannis epla approbabim⁹:i qua ita scribit.Oĩs qui facit pctm ex zabulo nascit Ex zabulo nãq nascimur quotiẽs peccam⁹.Infelix ille q semp gñat a zabulo: rursũq multũ btũs q ex deo semp nascit.Neq eñi semel dicã istũ ex deo natũ:s3 p singla virtutis opa sẽp iustus nascit ex deo.Hoc aũt vt pleni⁹ possit pbari:& de saluatore nri quotidiana natiuitate dicam⁹:ligdo id i iustis obtinẽtes qđ i deo pcesserit.Saluator nr splẽdor ẽ glię.Splẽdor aũt ñ semel nascit:& deiceps desinit nasci.S3 quotiescũq ortũ fuerit lumẽ ex quo splẽdor parit:toties orit & splẽdor glię. Saluator nr sapiẽtia ẽ dei.Sapiẽtia vero splẽdor ẽ lucis ętnę. Sic igit saluator sẽp nascit:& idcirco dicit:añ oẽs colles gñat me:nõ vt qdã male legũt:genuit.Si semper ex pre nascit dñs:etiã tu i silitudine eius iã adoptiõis hñs spm gñaris a dño p singlos itellect⁹:p singla opa:& efficeris fili⁹ dei i xpo Iesu:cui est glia:& imperiũ in scla sclorũ. Amen.

Explicit Homilia.ix.& vltima in Esaiam.

Homilia prima Origenis i Hieremiã. Cap. I.

F Eus ad benefaciendũ prõptus est: ad puniendũ aũt eos q pœna digni sũt: dissimulat. Cũ possit: qppe tacẽs sine cõtestatiõe vẽturi punire eos quos simul dignos supplicio iudicauit: nũq̃ hoc facit: sed etiã si cõdẽnauerit dicit: qđ sibi semp dicere ꝓpositũ est: vt liberent a cõdẽnatione p pœnitentiã qui condẽnati fuerãt per delictũ. Horũ exẽpla cũ de scripturis multa possim⁹ accipere: sufficiunt ad p̃sens incidẽtia: vt veniamus ad eorũ quę lecta sunt cõtẽplationẽ. Niniuitę peccatores cõdẽnati erãt a deo. Adhuc em̃. xl. dies: & futurũ: vt Niniue subertat. Noluit de⁹ cũ silẽtio punire dãnatos: sed dãs eis locũ p̃nię: & cõuersiõis misit ad gẽtes hebręoꝝ ꝓphetã: vt dicẽte illo: Adhuc. xl. dies: & niniue subuertet: q cõdẽnati fuerãt nõ perirẽt: sed agẽtes pœnitẽtiã: impetrarent mĩam dei. Qui in sodomis: & gomorris iã erãt exitio destinati: vt manifestũ est ex sermonib⁹ dei quos locutus est ad Abraham: attamẽ qđ erat suũ fecerũt angeli: volẽtes eos saluari q se ĩdignos salute iudicauerũt hęc dicẽtes ad Loth. Est tibi hic aliquis gener: aut filii: aut filię? Neq; vero ignorabãt nõ esse eos secuturos Loth: sed ostẽderũt suã pariter: & ei⁹ q eos miserat benignitatẽ ĩ hoĩes: & amorẽ. Horũ quidẽ simile inuenim⁹ & ĩ hieremia

G scriptũ eẽ. Est. n. annotatũ tẽpus ꝓphetiæ eius qñ cœpit ꝓphetare & quousq;. Ergo q scripturas legit: si lectiõi diligẽter ĩtẽdat: & reqrat eorũ q̃ scripta sunt volũtatẽ: discere põt ex historię supscriptiõe quo tẽpore hieremias exors⁹ sit: & quo cõsummauerit ꝓphetiã. Quid igit ad me tẽpus historię? Legẽs didici: qa cœperit ꝓphetare ĩ dieb⁹ Iosię filii Amos regis Iuda: vsq; ad annũ tertiũdecimũ regni ei⁹: deinde prophetauerit ĩ diebus Ioachin filii Iosię regis iuda vsq; ad cõsũmationẽ vndecimi anni Sedechię filii Iosię regis iuda. Et legẽs didici: qa per tres reges ꝓphetia ei⁹ cõtexta sit: vsq; ad captiuitatẽ hierl'm in quito mẽse. Quid ergo docemur p hęc: si lectiõi sim⁹ intẽti? Cõdẽnauerat deus hierl'm ꝓpter p̃cã q̃ fecerat: & hæc erat extrema sentẽtia: vt captiuitati relinq̃ret. Verũtamẽ cũ hoĩm sit amator: nec quẽq̃ velit perire anteq̃ depopulatiõis tẽpus instaret: misit et hũc ꝓphetã: vt p sermones ei⁹ ad pœnitẽtiã cõuerteret: misit eũdẽ & sub sc̃do rege post primũ: misit quoq; sub tertio. Quid plura? iam captiuitas ĩminebat: & adhuc adorabatur deus tribuẽs (vt ita dicã) & ãte vnã diẽ locũ pœnitẽtię: vnde scriptũ ẽ vsq; ad captiuitatẽ Hierusalẽ: & vsq; ad q̃ntũ mẽsẽm ꝓphetasse hieremiã: iã hostiũ vincula restrixerãt man⁹: & nihilominus hęc quodãmodo dicebat de⁹. Ecce H captiui facti estis: agite (licet sero) pœnitẽtiã rogate me & p̃cã vobis: possũ eruere de captiuitate: q tradidi. Habemus itaq; q̃dã necessaria ex supscriptiõe ista; q̃ cõtinet tẽpora ꝓphetię: qa iuxta suã clemẽtiã exhortat deus semp hoĩes ad salutẽ: vt cessante delicto: etiã captiuitas cõquiescat. hęc aũt & de nobis possum⁹ intelligere: si peccauerim⁹: & nos captiui futuri sum⁹. Etem̃ tradi peccatorẽ sathanę nihil distat ab eo q iudęi sũt traditi nabuchodonosor Vtiq; illos de⁹ concessit aduersario ꝓpter frequẽtes ĩpietates: sic nos ꝓpter p̃cã q̃ fecimus tradimur sp̃uali nabuchodonosor. et quos tradidi inqt: sathanę vt discant nõ blasphemare. ap̃lus de aliis p̃cõribus. Putas quãtũ malũ est peccare: vt tradamur sathanę captiuanti aĩas eoꝝ q relinquunt a deo? Nõ sine causa aũt: neq; sine iudicio de⁹ relinqt quos deserit. Cũ em̃ miserit pluuiã sup vineã: & vinea pro vua attulerit spinas: qđ faciet: nisi vt mãdet nubib⁹: ne pluãt sup eã imbrẽ? Quapropter ĩ ꝓximo ẽ ꝓpter delicta nr̃a: quorũ nobis conscii sumus: & nos captiuari. Futurũ ẽ. n. vt tradamur si non egerim⁹ pœnitẽtiã: nabuchodonosor: atq; babyloniis: q nos sẽsibiliter excruciẽt. Istis iã adiacẽtibus sermones ꝓphetarũ: sermones legis sermones ap̃loꝝ: sermones etiã dñi: & saluatoris nr̃i Iesu Christi hortant ad pœnitẽtiã: puocãt ad salutẽ. Si aũt audierim⁹: credim⁹ ei qui dixit. Et ego p̃niam agã de oĩb⁹ malis q̃ locut⁹ sũ facere eis. Et hæc qdẽ ĩ pœmiũ. Post prooemiũ aũt ita scriptũ est. Factũ est dñi sermo ad eũ. Certũ ẽ qa ad hieremiã. qđ dicit sermo dñi ad eũ? Pręcipuũ ab oĩbus q̃ ꝓphetis dicta sunt cęteris. Hoc em̃ nunq̃ ad vllũ ꝓphetarũ dictũ inuenim⁹. Abrahã ꝓpheta nũcupat⁹ est: in eo qđ dicit: ꝓpheta ẽ: & orabit ꝓ te. Et tñ nõ dixit ad eũ de⁹. Priusq̃ te plasmarẽ ĩ vtero noui te: et priusq̃ exires de vulua sanctificaui te. Sed postea ĩ extremo iã tpe sc̃ificatus ẽ abrahã: qñ egressus ẽ de terra sua: & de cognatiõe sua: & domo p̃ris sui. Ex repromissiõe nat⁹ est Isaac: et tñ neq; ad eũ reperim⁹ hũc dictũ esse sermonẽ. Et qđ me necesse ẽ p singulos currere? Hieremias p̃cipuũ iter cũctos cõsecut⁹ ẽ donũ: dicẽte dño. Priusq̃ te plasmarẽ in vtero: noui te: et priuq̃ exires de vulua: sc̃ificaui te. Neq; vero ignoram⁹ quosdã eẽ q ita referãt: qñ maior

sit Hieremias sup saluatore nostro: & dño Iesu xpo. Sciēdūq3 plurima ex his eē q̄ possūt saluatori cōueīre: q̄ etiā nos īterponem⁹. Pauca aūt eoꝝ q̄ ad hieremiā dicta sūt coarctāt ītellectū q̄si nō possint (vt plures extimāt) ad dñm re-

A ferri. Quę sunt ergo q̄ pñt cōuenire dño? Ad oēs ad q̄scūq3 mittā te ibis: & oīa q̄ mādo tibi loq̄ris. Ne timeas a facie eoꝝ: qa ego tecū sum vt eruā te: dicit dñs. Necdū ista otiose videnť ad saluatorē referri: ea vero q̄ sequuntur: Extēdit dñs manū suā ad me: & tetigit os meū: & dixit dñs ad me: ecce dedi ꝟmones meos in os tuū: ecce cōstitui te hodie sup gētes: & regna eradicare: & dispdere: de hieremia difficilē faciūt interp̄tationē. Quas em̄ gētes eradicauit hieremias? Quę regna subuertit? vt merito ei dictū sit. Ecce cōstitui te hodie sup gētes: & super regna eradicare: & suffodere? Quā habuit ptātē ad dispgēdū: vt audierit: & disperdere? Quenā vero ędificauit: vt cōsequēter addať: ędificare? Hieremias dixit. Nō pfui: neq3 pfuit mihi aliqs: & qūo data ē ei ędificatio: atq3 plātatio? Hęc: vt dixim⁹: ad saluatorē relata nō coarctāt interpretantē. Hieremias. n. ī istis saluatoris figura ē. S3 ea q̄ sequūť & doctissimo hōi difficultatē expositiōis īportāt: qūo possit cōgruere dño. Et dixi. Quis es dñator dñe? Ecce nescio loq. Qui ē sapiētia: q̄ ē virt⁹ dei ī quo plenitudo diuinitatis īhabitat corpalit: qūo huic aptari pōt: nescio loq: s3 & illđ: qa iuuenis ego sū? Interdicit. n. q̄si non bñ rñderit. Sic etem̄ ei dicit dñs. Noli dicere qa iuuenis sū. Manifestū est q̄si nō bñ dicētē fuisse rephēsum. Hęc sūt q̄ saluatori videnť nō cōueīre. Supiora aūt: facili ītellectu ad eū referunť. Dicere vero alia sup hieremia: alia sup saluatore īterp̄tāda eē nō p missū est. Sed q bñ scripturas nosse conať vehemēter in isto īstabit loco: vidēs sub vno textu sermonis diuini ītellectū: & dici: hęc q̄m minora sūt nō cōueniūt saluatori: sed hieremię. Illa

3 vero q̄m maiora sūt nō hieremiæ: sed xpo. Ob id cūcta nos ad hieremiā referre tentabimus: Hoc est & ea q̄ cū maiora sint videnť cōditionē eius excedere. Quicūq3 a deo accepit verba sumēs grām cęlestis eloqi: idcirco ea accipit vt regna gētesq3 eradicet: atq3 subuertat. Sed cū noīnenť gētes & regna: oīs q diuina verba suscipit: nolo eū corporalr ītelligere regna & gētes: sed cōsyderās aīas hoīm regnatas a pctō: iuxta id qđ ī aplo scriptū ē: nō regnet pctm̄ in vro mortali corpe: vidēs quoq3 multas spēs delictorū: allegorizet regna & gētes p varia delicta q̄ hūanas aīas possederīt: & hęc erūt q̄ euellenť: atq3 suffodienť a ꝟmonib⁹ dei q dati sunt siue hieremię: siue cęteris sanctis. Ita fiet vt & pria q̄ nō videbanť cōgruere saluatori ad hieremiā referanť: & scđa ab eo q scit figurate di-

cta q̄ dicta sūt hieremię deputeť. dicit mihi aliqs auditoꝝ. ēt aliū pāde ꝟmonē/ & cūcta q̄ scripta sūt sup saluatore q̄si de eo sint scripta cōstitue. De scđis noli eē sollicit⁹. Appet. n. qa saluator eradicauerit regna diaboli/ & natiōes subuerterit gētilē destruēs vitā. In istis qđ intellectū difficilē facit: hoc ē qūo possit saluator dicere: nescio loq: qa iuuenis ego sū: & cęta ī hoc sermōe īterp̄tātes coangustanť. Iesum xpm scimus deū. Quęrim⁹ verba q̄ dicta sūt iuxta personę exponere dignitatē: q̄ ppt necesse ē nobis scripturas sctās ī testioniū vocare. Sēsus q ppe nri/ & enarratiōes sine iis testib⁹ nō hñt fidē: C

D et hoc qđ dictū ē: In ore duorū: vel triū testiū stabit oē verbū: magis cōuenit ad īterp̄tantis pbationē q̄ ad quorūcūq3 hoīm nūerū: vt firmē verbū ītellect⁹ mei accipiēs duos testes de nouo: & veteri testamēto: accipiēs tres testes/ de euangelio: de pp̄ha: de aplo. Sic. n. stabit oē verbū. Qūo igiť valebim⁹ ista cōiūgere saluatori? Det mihi testimoniū vet⁹ testamētū: qa priusq̄ agnoscat puer bonū: aut malū/ &c. Det etiā Esaias. Ecce virgo cōcipiet ī vtero/ & pariet filiū: & vocabiť nomē ei⁹ emanuel. Ibiq3 addiť priusq̄ cognoscat puer. Si aūt & de euangelio accipere oportet testiōniū: Iesus necdū vir/ s3 adhuc īfās (qa se exinaniuit formā ꝟui accipiēs pficiebat. Nemo aūt pficit q ē pfect⁹: s3 ille pficit q īdiget pfectu. Ergo pficiebat ętate: pficiebat sapiā: pficiebat grā & apud deū/ & apđ hoīes. Nā si euacuauerat seipm ad nos descendēs: & euacuās seipm resūpsit iterū ea de qb⁹ se prius euacuauerat: qđ indignū ē pfecisse eū sapiētia: pfecisse ętate: pfecisse grā apđ deū/ & apud hoīes: & vera de eo esse ista q̄ dicta sunt priusq̄ cognoscat puer bonū/ aut malū: & ea q̄

E de eodē īterposuim⁹? S3 dicit mihi aliqs. Etiā si pōt de saluatore ītelligi dictū eē: qa nesciat: & cęta hmōi q̄ maiora sūt: & si puerū eū accipias: nōne offēdis ista sentiēdo de vnigenito/ & priogenito vniuersę creaturę: de eo q añq̄ cōciperet annūtiat⁹ ē loq̄nte Gabriele: Spūs sanct⁹ veniet sup te/ & virt⁹ altissimi obūbrabit te: & audes dicere: qa nesciat loq? Quāobrē videbo si potero aliqđ dignū/ de saluatore ī hoc loco afferre: q3 q̄dā nesciēs maior fit si ea ignorauerit q̄ si scierit. Vtamur voce ei⁹ qūo sint aliq̄ q̄ nesciat. Rñdit eis q sibi dicebāt/ nōne in noīe tuo comedim⁹/ & ī noīe tuo bibim⁹/ & in noīe tuo dęmōia eiecim⁹/ & virtutes mltas fecim⁹: discedite a me/ nō noui vos. Putas ne hoc qđ ait: nō noui vos: minorē ei⁹ virtutē approbat: an maiorē: atq3 mirabilē: qa malos perituros q3 ne

sciat? Scit.n.ab iis differētias: scit meliora: scit dñs eos q ei⁹ sunt: & siqs ignorat ignorat̃. Igit̃ F (vt cōstat) pctōr ignoratur a deo. Dicit mihi aliqs de auditorib⁹: Ostēdisti qa nesciat pctōres de⁹: ostēdisti qa ignoret eos q operant̃ iniqtatē. neqꝫ.n. digni sūt agnitiōe ei⁹. Quomodo approbabis magnū: & glīosum esse qđ ab eo dictū est nescio loqui: qđ humanū est? Et eloquio sępe vtimur: verbi causa hebręorum voce: siue gręcorū siue reliquoꝝ sermone: ergo si ascēderis ad saluatorē: & scieris eū in pricipio apud deū verbū: ispice qa nesciat loqui: cū hūanū sit hoc qđ dicit̃ loqui. Si ideo nesciat qa sint maiora q̄ nouerit: si aūt & angelorū linguas hūanis cōparaueris liguis: & scieris qa iste maior sit angelis (sicut testatus ē de eo aplꝰs in epl'a sua quā scripsit ad hebræos) intelliges maiorē eū et angelorū linguis fuisse: qñ tātū de⁹ verbū erat apud patrē: discit ergo: & quodāmodo accipit disciplinā nō magnorū: sed inferiorū: ac minorū. Sicut & ego balbutire disco: violētiā mihimetipi faciēs: qñ cū paruulis loquor: neqꝫ eñ scio (vt ita dicā) infantiliter loqui: & ī fractisverbis iā grandeuus cū pueris sermocinari: G eodē modo saluator in magnificētia glorię quidē dei: & ī patre cōsistens nō loquit̃ humana: nescit affari eos qui deorsum sunt. Quādo aūt venit in corpus humanū: dicit in exordio nescio loqui: qa iuuenis ego sum. Iuuenis propter dispensationē. Senex iuxta hoc ꝙ primogenitus oīs creaturę: iuuenis qa in cōsummatione iā sęculorū: & in extremū huius vitę tēpus aduenit. dicit itaqꝫ nescio loqui. Scio.n.q̄dā maiora loqui. Scio q̄dā isto sermone mortali vix eloqui terrestribus. Necdū assumpsi humanā fragilitatē: habeo eloquium tuū: verbū sum: tibi scio loqui: hoībus nescio loqui: iuuenis sum. Noli dicere iuuenis ego sū: qm̄ ad oīa ad q̄cūqꝫ mittā te ibis. Deinde cōmouit manū ad tāgendū os eius: vt ei det verba quib⁹ eradicet īperia. Neqꝫ vero indigebat saluator verbis: vt ea acciperet quādo erat ī patre: nullis ī H cœlo dignis q̄ mererent̃ euerti. Sed nunc accipit parua: differēs maiora paulisp. Atqꝫ ita ex hoc approbat̃: sicuti aliquib⁹ gloriose dixerat: nescio vos: qa oparii estis iniqtatis: & nūc verba glīose accepisse cū de⁹ sit: & iuxta magnificētiā suę dixisse glīę: nescio loqui: id est hūana nō noui. Sane aūt ad hieremiā: siue ad saluatorē dicat̃: priusq̄ te plasmarē in vtero noui te: legēs genesim & obseruās ea q̄ ibi de conditione mūdi scripta sunt: iuenies qa scriptura diuina multū in sermonib⁹ cauta nō dixerit priusq̄ te facerē in vtero noui te. Qñ eñ iuxta imaginē cōditio est: dicit de⁹ faciam⁹ hoīem ad imaginē: & silitudinē nr̃am: & nō dicit plasmemus. Qñ aūt accepit lutū de terra nō est scriptū fecit hoīem: sed plasmauit hoīem: & posuit ī paradiso hoīeꝫ quē plasmauit: operari & seruare eū. Si potes ītellige differētiā facturę & plasmatiōis: cur dicēs siue ad hieremiā: siue ad saluatorē: nō dixerit priusq̄ te facerē ī vtero. qđ.n. fit: nō fit ī vtero: sed qđ creat̃ de terrę puluere hoc plasmat̃ ī vtero. Priusq̄ te plasmarē in vtero scio te. Oēs nouit de⁹. Qūo q̄si pcipuo a cęteris hieremię dicit noui te? An eos tantū scit I deus q sciētia eius digni sunt? & cognoscit eos qui ei⁹ sunt: indignos vero nescit neqꝫ pr̃: neqꝫ fili⁹: dicēs nō noui vos? Nos cū sim⁹ hoīes si aliqua fuerim⁹ pditi dignitate: alios nr̃a notitia dignos: alios iudicamus īdignos: & quos scire nolum⁹: neqꝫ audire volum⁹ eos nesciam⁹: qđ arbitraris de vniuersitat[deo? Vult scire pharaonē: vult ęgyptios nosse: sed īdigni sunt notitia ei⁹: sed ipsi faciunt vt ignorent̃. Scit autē moysem: scit pphetas: & siqs filiis eoꝝ est. Multū te oportet laborare: vt nosse īcipiar[a dño. Hieremiā qdē priusq̄ plasmarit ī vētre cognouit. Aliū vero de pphetis. xxx. annorū cœpit nosse: aliū. xl. Sermones sunt ineffabiles de saluatore: & nō magnopere q̄rendi. De hieremia K vero eoꝝ q sciētiā scripturaꝝ hn̄t authoritatibus īdigem⁹: qūo dicat̃ priusq̄ te plasmarē ī vtero noui te: & priusq̄ exires de vulua mr̃is tuę sanctificaui te. Deus sibi ipe sanctificat aliquos. Istū nō expectat vt sanctificet genitū: sed prius sanctificat q̄ de vulua egrediat̃. Si ad saluatorē (vt dixi) referas nō ē malū dicere priꝰ eū dicere sc̄tificatū eē: q̄ natū. Sic & de dño ītelligas: q nō solū anq̄ de vulua exierit sc̄tificat⁹ est: sed īfinito ante tpe semp sc̄tūs fuit. hic vero anq̄ de vtero exiret sc̄tificat⁹ est. Prophetā in gētibus posui te. Si de hieremia q̄ris qūo sit ppheta in gētib⁹ posit⁹: obserua ī cōsequētibus cū iubet̃ pphetare ad oēs gētes: nā istiusmodi scriptio est: ꝙ pphetauit hieremias sup oēs gētes Elā: Damasci: Moab: & habebis quia pphetauerit ad oēs gētes iuxta id qđ dictū est pphetā ī gētib⁹ posui te. si tñ volueris hæc de hieremia dicta sētire. Si aūt ītelligētiā ad deū trāsferas: iste vere ī vniuersas gētes pdicauit. Est qppe sicut alia multa: sic & ppheta. Vt est prīceps sacerdotū: vt ē saluator: vt ē medicus siliter & ppheta ē. Moyses annūtiās de eo non solū pphetā: sed admirabilē inter cūctos noīauit pphetā dicēs. Prophetā ex fratrib⁹ vestris suscitabit vobis: dicit dñs de⁹ noster: quasi me audite eū. Quicūqꝫ nō audierit prophetā illū interibit de populo suo. Iste est prophetes cōstitutus in gētibus: & accepit gratiā a deo effu-

ſam ĩ labiis ſuis: vt nõ ſolũ cũ pſens aderat cor
pore: ſed etiã nũc cũ adeſt virtute: & ſpũ: pphe
tet ad oẽs gẽtes: & pphetia ſua ex toto orbe at
trahat hoĩes ad ſalutẽ. & dixit. Quis es dñator
dñe! Ecce neſcio loq qa iuuenis ego ſum. Et di
xit dñs ad eũ. Noli dicere: qa iuuenis ego ſum.
Q̃m ad oẽs ad quoſcũq te mittã: ibis. Sępe di-
ximus ſolere eẽ aliquẽ puer iuxta eũ q int⁹ eſt
hoĩem: licet etiã in ſenili corporis ſit ætate: &
ecõtrario frequẽter inueniri paruulũ ſcdm eũ
hoĩem q extriſecus eſt etiã: & interi⁹ pfectũ vi
rũ. Talis erat hieremias habẽs iã ſibi cõceſſam
a deo gratiã ĩ ętate corporis adhuc puerili: p-
pter qđ ait ei dñs. Noli dicere qa iuuenis ſũ: ſi-
gnũq huius rei qa nõ ſit iuuenis: ſed vir cõſũ
mat⁹ oñdit: dicẽs. Q̃m ad oẽs ad quoſcũq mit
tã te: ibis: & iuxta q̃cũq mãdo tibi loq̃ris. Nec
timeas a facie eorum. Scit. n. eos ſermo dei q ver-
bi legatiõe fungũt incurrere ab iis piculũ q au
dire cõtẽnũt. Increpati. n. oderũt increpatiões
coarguti inſequunt arguẽtes. Oĩe quodcũq
malũ eſt ſemp patiunt pphetę. Nõ eſt ppheta
ſine honore niſi in pria ſua: & domo ſua. Cui⁹
rei nup quoq fecim⁹ mẽtionẽ. Scit ergo (vt di
cere cœpim⁹) de⁹ mittẽs pphetã quãta diſcri
mina perpeſſur⁹ ſit: ideo exhortat eũ dicẽs. Ne
timeas a facie eorum: qa ego tecũ ſum vt eruã te
dicit dñs. Quęcũq hieremias paſſus ẽ ſcripta
ſunt: ĩ lacũ miſſus ẽ luti: mãſit ibi cõedẽs panẽ
diei: & aquã tantũ bibẽs: aliaq multa q̃ ptulit
in libro ei⁹ cõtinent. Quẽ aũt pphetarũ nõ p-
ſecuti ſunt patres veſtri: dicit dñs ad Iudæos!
Et neceſſe eſt eos q viuere religioſe in Chriſto
cupiũt oĩni genere a cõtrariis virtutibus p ea
quę reperiunt vaſa perſecutionẽ pati. Qua de
cauſa nihil nouũ: aut peregrinũ videat his qui
in tribulationib⁹ affligunt. Oĩa q̃ pcepta ſunt
faciãt: tãtũ orẽt: vt pſecutiõis cauſa Chriſtus
ſit: ne ppter iniuſtitiã: ne ppter delicta: ne pro
pter auaritiã deprimant. Siquãdo aũt ppter
iuſtitiã aliqs exagitat: audiat. Beati eſtis cũ ex
probrãt vobis: & pſequunt: & dicũt oĩe malũ
aduerſum vos mei cã: gaudete & exultate: qa
merces vr̃a magna eſt in cœlis. Sic eñ pſecuti
ſunt pphetas q fuerũt ante vos. Q̃m tecũ ſum
vt eruã te: dicit dñs: & extẽdit manum ſuã ad
me dñs: & tetigit os meũ: & dixit dñs ad me.
Obſerua differẽtias Hieremię: & Eſaię. Eſaias
ait ĩmunda labia habẽs ĩ medio populi ĩmũda
labia habẽtis ego habito: & regẽ dñm ſabaoth
vidi oculis meis: & q̃m cõfeſſus eſt nõ habere
facta immũda: ſed verba tãtũ: vſq ad hũc eñ
finẽ peccata cõmiſerat: non extẽdit dñs manũ
ſuã: neq vnũ ex ſeraphin manu ſua labia eius
tetigit: ſed forfice ſolũ tangẽs ait. Ecce abſtuli
iniquitates tuas. Hieremię aũt qa iã ſanctifica
tus fuerat ĩ vulua: nõ forfex mittit: neq de al
tari carbo ſuccẽſus: nihil quippe habebat igne
dignũ: ſed ipſa manus dñi tetigit eũ: propter
qđ dicit. Extẽdit dñs manũ ſuã ad me: & teti-
git os meũ. Et dixit dñs ad me. Ecce dedi ſer-
mones meos in os tuũ: ecce cõſtitui te ſup gen
tes: & regna eradicare. Qui ſic beat⁹ eſt: vt re
gna multa q̃ Chriſto diabol⁹ oñdit: regna dę-
monũ: regna peccati eradicet: opus habet iis q
ei dati ſunt a deo ſermonib⁹. Scriptũ eſt. n. Ec
ce dedi ſermones meos in os tuũ. Ecce cõſtitui
te hodie ſuper gẽtes: & regna eradicare. Quo D
modo aũt regna ſũt plurima: plures ſimiliter
& gẽtes. Nec põt aliqđ regnũ dici: niſi qđ ſub
ſe cõtinet natiões. verbi gr̃a dictũ ſit. Regnat
fornicatio ĩ hoĩe peccatore: neceſſe ẽ vt regnũ
fornicatiõis habeat gẽtes ſuas: & illud ipm ge
neret delictũ auaritię: & fraudis: quo vix aliqs
immunis eſt. Habet regnũ ſuum: & ſub regno
vno multas poſſidet gẽtes pplurimas ſcilicet
ſpecies auaritię: & ob id opus ẽ ſermonib⁹ dei:
vt iſtiuſmodi regna cũ ſuis gẽtibus euellant.
Saluator in euãgelio oſtẽdit: dicẽs. Oĩs planta
tio quã nõ plãtauit pr̃ meus cœleſtis eradica-
bit. Sũt q̃dã intrinſecus in aĩabus veſtris inſita
quę nõ plãtauit cœleſtis pat. Oẽs qppe cogita-
tiones peſſimæ: homicidia: adulteria: fornica-
tiones: furta: falſa teſtimonia: blaſphemiæ: plã
tiões ſunt: quas nõ plãtauit cœleſtis pr̃. Si aũt
vis ſcire cui⁹ ſit plãtatio iſtiuſmodi cogitat⁹:
audi qa inimicus hõ hoc fecit: q ſupſeminauit
zizania in medio tritici. Inſtat ecce de⁹: inſtat
& zabulus habẽtes ſemina ſua. Si dederim⁹ lo
cũ zabulo inimicus homo ſupſerit plãtationẽ
quã nõ plãtauit cœleſtis pater: vtiq eradican
dã. Sinautẽ repulſo zabulo locũ dederim⁹ deo
gaudẽs de⁹ ſub prĩcipali cordis nr̃i ſparget ſe
mẽ ſuũ. Nec aliqs exiſtimet triſte quidẽ hiere E
miã recepiſſe: qa cõſtitutus ſit ad eradicatio-
nẽ regnorũ: & gẽtiũ: Bonitatis dei iſtud eſt in
diciũ eradicare vitia p ſermones: inimica cœ
leſtis regni regna deſtruere: & bellãtes cũ ſua
gẽte euertere: nationes eradicare: & ſubuerte
re. Eſt q̃dã ędificatio zabuli: & eſt q̃dã ędifica-
tio dei. qđ ſup arenã extruitur: hoc zabuli eſt.
Sup nullo. n. ſtabilit: abortũq nõ ſolidat. Qđ
aũt ſup petrã ędificat: hoc dei eſt. Vnde & his
qui ei⁹ ſunt dicit: Dei agricultura: dei ędifica
tio eſtis. Sup gẽtes eradicare: & ſubuertere: &
diſpdere. ſi eradicat aliqd & eradicatio ipa nõ
diſpſit: adhuc pmanet qđ euulſũ ẽ. Si ſubruit
dom⁹: & lapides ĩ ruina ſunt ĩtegri: diſſipata
eſt dom⁹: nõ tñ pdita. Opus eſt igit benignita
te dei: vt eradicatio ipſa: & ſubuerſio tota diſ-

pereat. Diligētius lege quō eradicata perdanť
F Paleas(īquit)cōburite igni inextinguibili:& ligate manipulos zizaniorum: & tradite eos igni. Sic ea q̄ sunt eradicata disperdanť. Si aūt vis scire quō subuersio redigať in nihilū: quo modo ędificationis pessima materia in puluerē cōminuať: domus ea q̄ ꝑpter leprā destrui iubeť: cū fuerit puluis effecta extra ciuitatem proiiciť: vt ne lapis quidē ex ea residuus sit: iuxta ꝙ scriptum est: Vt lutū platearū delebo eos. Oportet quippe penitus interire malitiā. Subuersum ē aliqd: lapides quoqꝫ ipsi q destructi sūt cōteranť: ne ad aliquā ędificationē quā diabol⁹ cōtinuare pōt: assumi valeāt. Eradicatū est quippiā: inuenit aduersarius etiā interea q̄ eradicata sunt aliquā sementē: quā iterū seminet. propter qđ iubet dn̄s. Colligite dicēs zizania: & cōburite ea igni: scilicet vt eradicatio quoqꝫ zabuli & ipa subuersio cōsumať. Verū nō tantū in hoc stat sermo diuin⁹: vt eradicet: & destruat: & dispdat. Esto em̄: eradicata sint oīa ī me mala: destructa: & dispsa sint pessima: qd mihi ꝓdest si nō pro eis q̄ eradicata & suffossa sunt meliora ī me plātenť: atqꝫ ędificētur? Propterea dei verba primū faciūt qđ necesse est: eradicāt: destruūt: perdūt: & post hęc
E derelinquūt cōfundant̄ discedētes. Vnusquisq; nostrū quādo peccat p ea q̄ peccat Christū relinquit. Relinquēs autē filiū: reliquit & patrē. Iniustus a iustitia longe est: pollutus a sanctimonia: bellator a pace: & qui sub potestate inimici esse incipit a redēptione fit alien⁹: & qui extra sapientiā dei est: sapiētiā dei derelinquit Docens itaq; nos propheta qd de omnib⁹ qui dn̄m deserunt sit futurū: ait. Vniuersi q te derelinquunt cōfundant̄ discedētes: hoc est quātū te deserunt tātum confundant̄: discedētes. Super terrā scribant̄. Omnes homines describunt̄: sancti ī cœlo: peccatores sup terrā. Dicit ad discipulos Iesus. Gaudete autē: qa nomina vestra scripta sunt in cœlis. Igit̄ oportet lętari si talis quis fuerit: vt nomē eius scribat̄ in cœlis. Et quo modo iustorū nomina in superiorib⁹ cōscribunt̄: sic ecōtrario eoꝝ qui cōuersantur terrene: qui nō pertrāseūt terrā edon: sed agros terræ edon: & vineas possidēt: scribunt̄ nomina quasi relinquētiū deū super terrā. Cō
F fundant̄ discedētes: super terrā scribant̄. Quo em̄ metro mensi sunt: remetietur eis ipis. Sibi vnusquisq; causa est: vt scribat̄ super terram: si non cœlestia requirat in terra: si semper anima eius de isti⁹ mūdi negotiis æstuet: quæ videntur sæculo bona. Si vero audiens Iesum loquentem nolite vobis thesaurizare thesauros super terrā vbi tinea: & vermes extermināt: & vbi fures effodiunt: & furantur: sed thesaurizate vobis thesauros ī cœlo: q thesaurizauerit sibi ī cœlo: ipse sui causa est: vt scribatur in cælis. Hæc propter id qđ scriptū est super terram scribātur: causamq; cōmemorat: quę dereliquerunt fontem vitæ dn̄m: & in pricipio ipse propheta ex persona domini dicit: me dereliquerūt fontem vitæ dominū. Dicamus ergo & nos si nolum⁹ derelinquere fontem vitę dn̄m: voce proximorū Iesu Christi discipuloꝝ qua locuti sunt ad magistrū cū eis diceret: nūquid & vos vultis recedere? Quid igitur dicemus? Domine ad quem ibimus? verba vitæ tu habes. Sic finita est etiam secundi capituli circunscriptio. Sequens oratio est ista continens. G
Sana me domine & sanabor: saluum me fac et saluus ero: quoniam gloriatio mea tu es. Ecce ipsi dicūt ad me: vbi est sermo domini? veniat. Ego autem nō laboraui subsequens post te: et diem hominis nō concupiui: tu scis. Soli q propter male habentes venit medico dicenti: non indigent sani medico: sed male habentes: dicēdum est confidēter ab eo qui ægrotantē suam animam vult saluari. Sana me dn̄e & sanabor Etenim illa in euangelio mulier sanguinē fluens omnem substantiam suam expēdit in medicis: nec potuit a quoq̄ eorum sanari. Ad nullum quippe ex eis dignū erat dici: Sana me domine & sanabor: nisi ad solū cui sufficit vestimenti tantū fimbriam tāgere: cui ego vni dicam: Sana me domine: & sanabor. Tūc siquidem medicinā sanitas sequitur: si Christus curare dignetur. Saluū me fac: & saluus ero. fallsus equus in salutem. propterea ei dicam. Saluum me fac: & saluus ero. Et hoc ita gaudebo loqui: si omni renuntians gloriæ sæculari potero & reliqua dicere: quoniā gloria mea tu es. Aut cū cōpleuero mādatū ī quo præcipit̄: nō glorieт̄ sapiēs in sapiētia sua: neq; fortis in virtute sua: neq; diues in diuitiis: sed in isto glorietur: q gloriat̄ intelligere: & scire: quia ego sum dn̄s. Beatus itaq; qui renūtiauerit omni gloriæ quæ deorsum est: veluti sup nobili genere: sup pulchritudine & corporalib⁹ bonis: super diuitiis: & iactatione. Beatus qui contēpta vana gloria dicit ad dominum: quoniam gloriatio mea tu es. Ecce ipsi dicūt ad me: vbi est sermo domini? veniat. Ego autem non laboraui subsequens post te. Iesus tibi dicit. Tolle crucem tuam: & veni: sequere me. Et qui non reliquerit patrem aut matrem: & secutus fuerit me: non est dignus meus esse discipulus. Si igitur talis fueris: vt semper Christum sequaris: quanto plus sequutus fueris: tanto minus laborabis. Nō enim lassitudo erit in Iacob: ne I
q; apparebit dolor in israel. Propterea dixi: vt nō laboremus vlterius laborātes anteq̄ incœperimus eum sequi. Venite ad me omnes qui laboratis: & onerati estis: & ego reficiam vos. Si laborantes venerimus ad Iesum: & eum fuerimus secuti: tūc dicere poterimus. Ego autē non laboraui subsequēs post te: & diem hominis non concupiui. Est quędam dies hominis: est quędam dies dn̄i: id est, dies resurrectionis quā omnis sanctus desiderat: nō illam de qua scriptum est: vęh eis qui desiderāt diem hominis. Nam dies ista est tenebra: & nō lux. Quis est qui possit dicere & diem hominis non concupiui? Explanatio verbi conuincit nos: quia

diem concupiscam⁹ hominis. Frequēter quippe ægrotantes cum in phātasmate esse febriū cœpimus: & mortis limine vrgeri: ad eos qui nos visitāt fratres lassas manus attollim⁹ orātes eos vt pro nobis dominum depcentur: atq dicentes. Roga mihi aliquod vitæ spatium: Roga vt aliquantisper in hac luce permaneā. Ista memorantes non diem sanctū domini: sed diem hominis desideramus. Quapropter lōgę vitæ amore deposito: & desiderio humanæ diei: quęramus illam diem videre in qua participes eius beatitudinis quę in Christo est efficiamur: Cui est gloria & imperiū in sęcula sęculorum. Amen.

Explicit. Homilia. IIII.

Incipit. V. de eo quod scriptum est. Qui facit terram in fortitudine sua. Cap. X.

A Res quodāmō virtutes assumens propheta fortitudinē: sapiētiā: atq prudentiā vnicuiq earum propria opera distribuit: fortitudini terrā: sapiētię orbē terrarū: prudētię cęlorū. Audi qppe scripturę ordinē. Dn̄s qui fecit terrā ī fortitudine sua: et erexit orbē in sapientia sua: & in sua prudentia extēdit cęlū. Et nos igitur ī nostra terra (dictū est qppe ad Adam terra es) necessariā habemus fortitudinem dei: quia absq ea impossibile nob[est exequi qđ carni repugnet. Cū aūt mortificata fuerint mēbra super terrā tūc parēt spirit⁹ volūtati. Siquidē iuxta apostolū spiritu gesta carnis mortificantur. Dn̄s ergo q fecit terrā ī fortitudine sua. Si aūt & ad hāc terrā venias: & cōsideres id qđ ī Iob scriptū est iuxta emēdatissima tamē exemplaria: qūo statuerit eā sup nihilū: inuenies fortitudinē dei in medietate mūdi terrę librā sustinere. Veniā vero ad orbē terrarū qgręce œcumene οἰκουμένη nuncupatur id ē inhabitat⁹. Scio animam meā inhabitatā: scio animā meā desertam. Si em̄ non habet deū patrem: si nō habet filiū dicentē: Ego & pater veniem⁹ ad eā: & māsionē apud eā faciemus: si non habet spiritum sanctum aīa deserta est: Habitata aūt est quādo plena est deo: quando habet Christū & spiritū sanctū. Verū hęc & vere in scripturis dicūtur: in anima hominis patrē/ & filiū/ & spiritū sanctū commorari. Nā & Dauid in psalmo cōfessiōis tres spiritus postulat: dicēs. Spiritu principali confirma me. Spiritū rectū īnoua in visceribus⁹ meis. Spiritū sanctum ne auferas a me. Qui sunt isti tres spiritus? Principalis spiritus pater ē. Spiritus rectus: Christus. Spiritus sanctus: spūs sanctus est. Hęc ad pbationē eius rei diximus q habitatus est orbis terrarū in sapiētia fabricātis eum. Sapiētia quippe auxiliabitur iusto super decē potestatem habenti ciuitates. Sapientiā autē & disciplinā q abiicit infelix est: & vana spes eius: & labores eius insensati: & inutilia opa eius: ait sapientia quæ titulo inscribitur Salomonis. Idcirco quantū possumus laborare: nitamur vt habitata aīa nostra a sapiētia dei erigatur. Cecidit qppe: & de sublimi corruit: veniētibus nob[in locū istū miseriarum. B
Cecidit habitata anima nr̄a postq̄ peccauim⁹ inique fecimus: iniuste egimus: impie gessim⁹ & post ruinā indiget erectione. Si autē nō vis ista sentētia: cōmuni adduci: totius orbis q̄ramus ruinā: post casum eius cōsequēter de⁹ erigens pdicatur. Quicunq est in isto orbe ante erectionē cecidit. Si autē cecidit consequenter erigēd⁹ fuit. Nemo qppe sine casu subleuatur. Si autē erectus est: videamus quę ruina pcesserit: omnes corruimus per peccatū in orbe terrarū. Est dn̄s qui erigit elisos: & eleuauit nos iacētes. In Adā oēs morimur: atq ita corruit orbis terrarū: & indiget erectione: vt in Christo oēs viuificemur. Igitur duplicem ītellectū de orbe tradidimus: vnū quomō singulæ animę: aut habitatæ sint: aut desertę. Alterū quo modo vniuersus orbis pariter ceciderit. Et in sua prudentia extēdit cœlū. Non fortuitu sapientia in cœli ostensione assumpta est: inuenies & in prouerbiis dictū. Dn̄s sapientia fundauit terrā: pparauit cœlos prudentia. Est ergo aliqua prudentia dei quā nolo vt extra Christū requiras. Omnia quippe quę sunt dei Christus est: Ipse sapientia eius: Ipse fortitudo: Ipse sanctificatio: Ipse iustitia: Ipse sanctitas/ & redēptio: Ipe vt in pręsenti pro varietate sensuū diuersis vocabulis nūcupat. Aliud significat sapientia aliud iustitia. Quando em̄ sapiētia: dicit disciplina ista diuinarū rerū humanarū q īstitutio. Quando iustitia: distributor & iudex meritorū significatur. Quando sanctitas: illa virtus describit quæ credentes deo efficit sanctos. Ita ergo mihi & prudentia eius intelligitur doctrina & demonstratio bonarū ac malarū rerū siue neutrarū: atq in hūc modū extēdisse nūc dei cœlum prudētia. Audi quoniā extendi verba: & non intēdisti: asserit quippe C
extensionē quādā eē verborū similiter vt nūc dicitur iuxta illud quoq quod ī alio loco scriptū est. Qui extendit cœlum vt pellē. Extēdit aūt anima nostra quæ prius fuerat contracta: vt possit capax esse sapiētiæ dei. Verū vt ad ppositū reuertamur: diximus q prudētia hui⁹ sæculi in malū sit: & nunc affirmamus eos qui

cœlestẽ hominẽ portant esse cœlestes. Si enim ad peccatores dicitur: terra estis: & in terram ibitis: quare nõ dicatur ad iustum cui⁹ est regnũ cœlorũ: cęlum es: & in cęlũ ibis? Dicit eñ q portat imaginẽ choici .i. terreni: terra es & ĩ terrã ibis. Quapropter cœlesti & qui imaginem cœlestis portat nũc cõuenit dici cœlum es & in cœlũ ibis. Vnusquisq; aũt nostrũ: aut cœlestia facta habet: aut terrena. Si terrena facta sunt ad cognatã sibi terrã deducũt eum q thesaurizat ea in terra: & nõ in cœlo: Rursum q; hæc quæ iuxta virtutem gesta sunt thesaurizatorẽ suum ad propinquas sibi cœlorũ regiones subuehunt. Et iunxit: educẽs nubes ab
D extremo terrę. Istiusmodi disputatio & ĩ psalmo nuper incidit: & dictum est a nob[quomõ deus eduxerit nubes ab extremo terrę. Quod quidẽ nunc rursum cogimur retractare: vt hi q audierũt plenissime quę sciũt reminiscãtur: & hi qui non interfuerũt aut obliti sunt textũ sermonis agnoscant quẽ tunc prout valuim⁹ exhibuimus. Diximus autem sanctos esse nubes. Etenim hoc qđ scriptum est: Veritas tua vsq; ad nubes: non põt referri ad inanimales nubes: sed veritas dei vsq; ad illas nubes est q̃ audiunt mãdatum dñi: & nouerũt quo pluuias differant: & a qbus eas suspendant. De his nubibus dictum est. Et mãdabo nubibus meis ne pluant super eam imbrem. De his eñ quæ ex denso aere dicũtur cõstare si nõ fuerit pluuia nõ pcepit deus: ne pluant super vineã: aut quãcunq; regionẽ imbrẽ: sed omnino non apparent: vt in tertio regnorum libro legimus: qñ in tempore Heliæ futuræ pluuiæ signum in vestigio hominis ostensum est: atq; ita post nubẽ cõglobatam imber descendit ad terras. Istis vero quasi subsistentibus nubib⁹ iubetur pluuiam cõtinere: cum indigna fuerit anima imbre cœlesti: & dicitur. Mãdabo nubibus ne pluant super eam imbrem. Ita vnusquisq; sanctorum nubes est: Moyses nubes erat: & quasi nubes loquebatur. Attẽde cælum & loquar & audiat terra sermonẽ ex ore meo. Expectẽtur vt pluuia verba mea. Si nõ fuisset nubes: nũq̃ dixisset: expectẽtur vt pluuia verba mea: & descendant vt ros eloquia mea. Quasi nubes dicebat vt imbres super gramen: vt pluuia sup fœnum: quia nomen domini inuocaui. Similit & Esaias vt nubes loquebatur. Audi cœlum: & auribus percipe terra: quoniã domin⁹ locutus est. Et quia ipse nubes erat: & sciebat alias nubes comprophetantes sibi: ideo vaticinans aiebat. Mandabo nubibus meis ne pluant sup eã imbrẽ. Si aũt iam didicim⁹ qui sunt nubes:
E videamus quomodo deus educat nubes ab extremo terrę. Ait Saluator. Qui vult in vob[esse primus sit omnium nouissimus. Seruauit hoc mandatum Paulus: et fuit nouissimus in hoc mundo: dicẽs. Puto eñ de⁹ nos apostolos nouissimos ostendit quasi mortificatos: quasi G
spectaculũ facti sum⁹ in hoc mũdo angelis / & hominibus. Si quis ergo sanctus custodiẽs pceptũ saluatoris factus fuerit in hac vita nouissimus: iste fit nubes: Et educit domin⁹ nubes non a primis terrę. nõ a cõsulibus: non a iudicibus: nõ a diuitibus: Beati eñ pauperes spiritu quoniã vestrum est regnum cęlorũ. Vides quomodo ab extremis educat deus has corporeas nebulas? Propterea si volumus nubes fieri ad quas pueniat veritas dei: nouissimi oĩm fiamus: & tam affectu q̃ opere dicamus: puto enim nos deus apostolos nouissimos ostendit. Q; si non sim apostolus: licet tamen mihi fieri extremum: vt educẽs nubes deus ab extremo terrę educat me. Et fulgura in pluuiam fecit. Aiũt naturalium causarum scrutatores: quia F
fulgura ex nubiũ collisione generẽtur in morẽ silicũ duriorũ: quos cũ comploseris sibi medi⁹ ex his elabitur ignis: atq; ita cum fulgure pariter & tonitrua mugire: tonitruo scilicet sonitum indicante cõcussum: & fulgure excussi luminis claritatem. Si intellexisti exemplum: cõsidera nũc nubes rationales. Moyses nubes erat: Iesus Naue nubes erat. Isti si secum loquãtur ex sermonib⁹ eorum fulgura migrãt: Hieremias & Baruch nubes erant: Sermocinẽtur inuicem: & videbitis rutilare fulgura: Potes & tuipse de scripturis sanctis in hunc modum inuenire concursus: ex quibus ignis emittat. Vt aũt ad nouũ testamẽtũ veniamus: Paulus & Siluanus duæ nubes in vnum conuenerũt: & ecce totũ mundũ epistolę eorũ fulgore illuminant. Fulgura in pluuiã fecit & eduxit ventos de thesauris suis. Ergo ne hi venti qui super terras perflant in thesauris dei sunt: & nõ horũ est natura manifesta quomodo & qua ratione subsistant? Sed sunt quidam ventorum thesauri: thesauri spirituum: spiritus sapiẽtię & intellectus: spiritus consilii / & virtutis: spiritus sciẽtiæ / & pietatis: spirit⁹ timoris dei for G
titudinis & dilectionis & charitatis. Potes & ipse de scripturis hos vẽtos cõgregare: & istorũ spirituũ inuenire thesauros. Vbi sunt isti thesauri? Vtiq; in quo thesauri sunt scientiæ absconditi: in Christo sedem habẽt. Inde oriuntur hi spiritus: vt alius sapiens sit: alius fidelis: alius erudit⁹: & alius aliud donorum Dei possideat. Alii eñ per spiritũ datur sermo sapientiæ: alii sermo scientię iuxta eũdem spũm alii fides in eodem spiritu. Eduxit ergo nubes

ab extremo terræ. Fulgura in pluuiam fecit. Eduxit vẽtos de thesauris suis: & iuxta misericordiã dei ad hos thesauros nos occursuros putamus. Et quia plures sunt thesauri forte iuxta ordinẽ resurgẽtiũ erit & requies in thesauris dei. Qđ autẽ dico istiusmodi est: resurrectio mortuorũ in qbusdã ordinibus futura est. Ait quippe apostolus: Vnusquisq; autẽ resurget in suo ordine: & non vt libet miscentur ordines resurgentiũ. Alius ordo erit in illo & in illo thesauro dei: isti aũt oĩs thesauri vnũ habẽt thesaurũ in quo sunt thesauri sapientiæ & scientiæ abscõditi. Et quomõ possideo vnã pretiosissimã margaritã per plures alias margaritas: sic venio ad thesaurũ thesaurorũ: & dominũ dominorũ: & regẽ regũ: cũ dignus fuero spiritibus in dei thesauris cõmorantibus
A Eduxit eñ ventos de thesauris suis: infatuatus est oĩs homo ab sciẽtia. Si omnis hõ infatuatus est ab scientia: & Paulus homo est. Paulus infatuatus est ab scientia. Ex parte cognoscimus: & ex parte pphetamus. Infatuatus ab scientia vidẽs per speculũ: vidẽs in ænigmate: portiunculã quãdã videns: & si sic expedit dicere ipsius quoq; portiunculæ ptẽ minimã recognoscẽs. Econtrario aũt intelligis quid sit infatuatus est omnis homo ab scientia. Cõparatione peccatorũ Hierusalẽ: Sodomorũ peccatũ iustitia est: Iustificata est eñ (ait) Sodoma ex te. Quomodo ergo non habẽt iustitiã Sodomorũ peccata per se: sed ad collationẽ maiorũ scelerum iustificãtur: sic ecõtrario scientia Pauli ad illã cœlestẽ sciẽtiã: ad illũ consummatũ lectionis intellectũ stultitia reputatur. Idcirco infatuatus est oĩs homo ab scientia. Tale qddã Ecclesiastes arbitror deprehẽdens effatus est. Dixi sapiens efficiar: & ipsa elongauit se a me lõgius q̃ erat. O alta profunditas; quis inueniet eam? Volumus quiddã si licet audenter dicere: quoniã hoc qđ descendit in mundũ euacuauit se ipsum: vt euacuatione eius mundus cõpleret: Si aũt hoc qđ descendit in mũdũ euacuauit se euacuatio ipsa sapientia est. Quoniã qđ fatuũ est dei sapiẽtius ẽ hominibus. Si ergo dixissem fatuũ dei: quomõ aucupes sermonũ meorũ: & semper dediti ad criminandũ venenatas ĩ me linguas vibrarent? Nũc vero Paulus quasi sapiẽs: & potestatem habens apostolicã ausus est dicere: omnẽ sapientiam terrenã q̃ in se: quę in Petro: quę in cæteris apostolis erat: quę in istũ mũdum descẽderat: stultitiam esse dei. Ad cõparationẽ quippe illius sapientiæ quã terrenus nõ capit locus ad illam sapientiã quæ cœlestis est: quæ mũdi limitem excedit: hoc qđ descendit ad homines fatuũ dei est: verũ est ipsum fatuum dei sapientius est hoĩbus. Quibus hominibus? Non vtiq; stultis: sed sapientibus. Dicas licet sapientibus sęculi istius siue prĩcipibus siue vanis istis sapiẽtibus sæculi: hoc qđ exposuimus fatuum dei sapientius est hoĩbus. Mirabile quiddã volumus inserere: quoniam sapiẽtia mũdi stultitia est apud deũ: & infatuauit deus sapientiam mundi: nec potest capere sapiẽtia mũdi vt esse stultitia arguatur. Neq; enim dignatur sapientia dei ad mundi sapientiam cõmiscendã tota descendere: sed potius modicum qđ necessariũ fuit qđ fatuũ dei erat: vt hoc paruo & fatuo dei infatuaretur sæculi sapientia: magnitudinũ in se venientis sapientiæ impotẽs sustinere. Verũ exemplũ inponamus vt perspicue possit intelligi quomodo fatuũ dei stultã fecerit sapientiã mũdi. Fingam paulisper me qui aliqd putor esse cũ insipiẽte aliquo & inerudito cõferre sermonẽ: qui nihil intelligat: nihil acutæ disputationis interroget. Nũquidnam opus mihi est ad illius stultitiam arguendam dialecticam calliditatem: & profundorũ sensuũ acumen adhibere? Nonne ad vnius sermunculi iactum vilis & modici q tamen illius intelligentiæ videatur acerrimus fatuũ: & insipiẽtem esse conuincã? Sic igiť ad mũdi sapientiam stultificandam nõ est opus sapientiã dei descendere: & cũ ea colluctari: quæ deorsum est sapientia: sed sufficit fatuum dei: quoniam fatuum dei sapiẽtius est hominibus: & infirmũ dei fortius hominibus: & omnia contraria Saluator meus: & dominus assumpsit: vt cõtrariis dissoluat cõtraria: & nos cõfirmemur ab infirmitate eius: & sapiẽtes efficiamur a fatuo eius: & in hoc introducti possimus ascẽdere ad sapiẽtiã & virtutẽ dei Iesum Christũ dominum nostrum: Cui est gloria & imperiũ in sęcula sæculorum. Amen.

Explicit Homilia. V.

Incipit. VI. Sermo qui factus est ad Hieremiam a dño dicẽs: Audi verba testamenti huius. vsq; ad eũ locum in quo dicitur: Conuersi sunt ad iniquitates patrum suorum. Cap. XI.

IVxta historię quidem veritatem non negamus pręsentiam dñi nostri Iesu Christi corporaliter factam: & toti mũdo illuxisse: quando verbum caro factum est: & habitauit in nobis. Oportet autem nosse quoniã & anteq̃ corpus assumeret ad sanctos quoq; descendit. & post hanc psentiam corpalẽ ad cœlos victor ascẽdẽs rursus ad nos veniet. Si

vis huius rei capere argumētum ausculta qđ dicitur: sermo qui fact⁹ est super Hieremiam a domino dicens. Audi & reliqua. Quis enim est hic sermo qui factus est a domino: siue ad Hieremiam: siue ad Esaiā: siue ad quēlibet prophetarū? An ille est qui erat in pricipio apud deū? Ego nescio aliud verbū dñi pter ipm de quo dicit euangelista. In principio erat verbū: & verbum erat apud deū: & deus erat verbū. Hoc autem scire debemus quia hęc sit vtilitas credentium: si sermo ad singulos quosq; fiat. Quid mihi enim pdest si descendat in mūdū: & ego ipm nō habeam? ediuerso aūt etiā si ad vniuersum mundū non veniat: & ego fuero similis prophetarū: habeo ipsum. Dicā aūt quia & ad Moysen: & ad Hieremiā: & ad Esaiā: & ad singulos quosq; sanctorū idē sermo cōmeauerit: & illud qđ a dño discipul' dictū est: Ecce ego vobiscū sum oībus diebus vsq; ad cōsummationē sęculi: opere seruatum ante aduentū suū quē oībus manifestauit. Erat quippe cum Moyse: cū Esaia: cū oībus sanctis. Quomō em poterāt effari sermonem dei sine ipsius sermonis aduentu? Hæc aūt nos q ecclesiastici sum⁹ magis debemus aduertere: q volumus eūdem deū eē legis: & euangelii: ipsum deū & antiqtus & nūc: & in oīa sæcula sęculorū. amen. Sūt quidā qui opinione sua veterē diuinitatē ab ea quę in Christo annūtiat̃ diuidāt. Nos vnū nouimus deum & in pterito: & in psenti vnū Christū: & tūc: & mō similiter: & vnū spiritū

D sanctū cū patre & filio sempiternū. Hęc pter hoc qđ lectum est: sermo q fact⁹ est sup Hieremiā a dño dicens. Quid ergo dicat & nos audiamus. Audite verba testamenti huius: & loqmini ad viros Iuda: & inhabitantes Hierusalē. Viri Iuda nos sum⁹ propter Christū: nec dubium est q̃ dñs noster ex Iuda ortus sit. Nomen quoq; ipm Iuda si iuxta scripturas pbauero ad Christū referri: Iuda nō erūt incredu li Christo Iudęi: sed nos q in Christo credim⁹ Iuda te collaudant fratres tui: manus tuæ sup dorsum inimicorū tuorū. Te laudāt. Nō illū Iudam filiū Iacob fratris sui laudauerunt: sed hūc Iudā laudāt fratres sui. Ait quippe iste Iudas. Narrabo nomen tuū fratrib⁹ meis: in medio ecclesiæ cantabo tibi. Dicitur ad illū Iudā Manus tuę sup dorsum inimicorū tuorū. Vbi reperit ille Iudas super dorsum inimicorū suorum manus suas posuisse? Historia nihil de eo tale cōscripsit. Si aūt cōsideres aduentum dñi mei Iesu Christi destruētis Zabulū: expoliantis principatus / & potestates: ostētui eos faciētis & triumphātis in ligno: videbis quomō super istū Iudā cōpleta sit prophetia: dicens. Manⁱ tuę super dorsum inimicorū tuorū. Et nūc

E cū ad viros Iuda sermo fit: nulli dubiū est qn ad christianos sermo fiat propt Christū q ex tribu Iuda natus est. Fit quoq; sermo & ad inhabitantes Hierusalē: scilicet ad eos q in ecclesia habitāt. Hæc est ciuitas magni regis: hæc est visio pacis. Pax quippe in nobis: si tamen filii pacis sumus: multiplicatur: & cernit̃. Audite ergo verba testamenti huius: & loquimini ad viros Iuda: et inhabitantes Hierusalem: & dicetis ad eos. Hæc dicit dominus. Maledict⁹ homo qui non audierit verba testamēti hui⁹ qđ mandauit patribus vestris. Quis magis audit verba testamenti qđ mandauit deus patribus? nos qui i Christo credim⁹: an illi qui nec Moysi crediderunt dum in Christo non credunt? Ad quos saluator ait: Si crederetis Moysi crederetis vtiq; & mihi. De me em ille scripsit. Si autē literis illius nō creditis quomodo verbis meis credituri estis? Itaq; illi Moysi nō crediderunt: nos vero credētes in Christo credimus testamento qđ traditū est per Moysen: & ad nos dicitur ne maledicti fiamus: Maledictus homo q nō audierit verba testamenti huius qđ mandauit patrib⁹ vestris. Ergo illi maledicti sunt. Neq; enim audierūt testamētū qđ mādauit deus patribus in die qua eduxit eos de terra Aegypti: de fornace ferrea: maxime iuxta intelligentem id qđ scriptū est in Ioānis apocalipsi: quia locus vbi crucifixus est dominus vocetur spiritualiter Sodoma: & Aegyptus. Si em spiritualiter Aegyptus qppe nominatur: & nō est Aegypt⁹ secundū intelligētiam corporalem: haud dubium ē quin si itellexeris Aegyptū spiritualem: & exieris de ea tu sis egrediens ex terra ægypti de fornace ferrea: & tibi dicitur: Audite vocē meā & facite

F iuxta hæc omnia. Deinde repromissio dei est ad audientes si fecerint quęcūq; pręceperit dominus: dicēs. Et eritis mihi in populū: & ego ero vobis in deū. Non omnis qui se populum dei dicit esse: populus dei est. Iudęorū popul⁹ populum se vendicans dei: meruit audire: qa non populus meus vos. Et dictum est ad eum Non populus meus. Et rursum: Iste populus vocatus est populus. Ipsi enim æmulati sunt me (inquit) super non deū. De illis dicit: Irritauerunt me in idolis suis: & ego æmulabor eos super non gentem. In gentem autem insipientem irritabo eos. Nos igitur in populum dei facti sumus: & annuntiat̃ iustitia populo q nascetur de gentibus. Iste enim popul⁹ subito nascitur. Et in propheta scriptū est. Si nata est gens in semel. Quando Saluator ascendit ad cœlos: & crediderunt vna die quinq; milia: &

alia addita sunt tria milia: vere tunc fuit cernere populũ in semel natũ sermone dei: & repente sterilẽ parturientẽ ad quã dicitur: Læta re sterilis quæ nõ paris: erumpe: & clama quę non parturis: quia plures filii desertę magis q̃ eius quæ habet virum. Deserta ecclesia a lege: deserta a deo erat. Habens aũt virũ synagoga
A legem habebat: & deum. Quid ergo pollicetur deus? Eritis mihi in populum: & ego ero vobis in deum. Non est omnium de⁹: sed eorum tantum quibus se largitus est: quomõ patriarchæ illi ad quem dixit. Ego sum deus tuus. Et rursum alii: Ego deus ero deus tuus. Necnon de aliis: Ero (inquit) deus eorum. Putasne aliquãdo consequimur id qđ per singulos dico: vt deus omniũ fiat deus noster? Si autẽ vis plenius discere quorũ sit de⁹: & quib⁹ vocabulũ sui nominis largiatur: Ego (iquit) de⁹ Abraham: & deus Isaac: & de⁹ Iacob. Idq; ipsum exponens Saluator ait. Deus autẽ nõ est mortuorum: sed viuorum. Quis est mortuus? vtiq; peccator: qui nõ habet dicentẽ. Ego sum vita: qui habet mortua opera: qui necdũ pœnitentiam egit ab operib⁹ mortuis. De quo Apostolus ait. Nunc rursum fundamentum iaciẽtes pœnitentia ab operibus mortuis. Si ergo de⁹ non est deus mortuorũ: sed viuentium: & scimus esse viuẽtẽ eũ qui conuersatur in Christo vt fiat particeps eius: & si volumus vt & deus noster sit: renũtiem⁹ operibus mortuis: vt pollicitationem suam in nobis compleat dicens: Et ero vobis in deũ: & statuam iuramẽtũ meũ qđ iuraui patrib⁹ vestris dare illis terrã fluẽtem lac & mel. Obserua quid dicat. Statuam iuramẽtũ qđ iuraui patrib⁹ vestris dare illis terrã fluẽtẽ lac & mel. Hæc eñ nõ ẽ terra quã pollicitus est deus: terra fluens lac & mel: sed illa est terra: de qua Saluator docuit: dicens. Beati mites quoniã ipsi possidebunt terram.
B Deinde ad hæc quæ dixerat deus: ꝓpheta respondit: id est ad id qđ ait: Maledictus homo q nõ audierit verba testamenti hui⁹: & dicit: Et respondi: & dixi: fiat dñe. Quid est qđ ait fiat dñe? vtiq; id qđ ꝓnũtiauit deus: Maledict⁹ homo q non audierit verba testamenti hui⁹. Et dixit dñs ad me: Lege verba ista in ciuitate Iuda: & extra Hierusalẽ: & his q foris sũt. Audite verba diuina ꝓuocãtis nos ad salutẽ. Legimus verba diuina: ꝓuocãtia eos ad salutem: verba testamenti huius: & facite illa. Et dixit dñs ad me: Inuẽta est colligatio in viris Iuda: & in habitantibus Hierusalẽ. Si peccauerimus nos q ꝓpter Christũ christiani vocamur: & inuẽti fuerimus in numero peccatorũ: & de nobis dicit: Inuẽta est colligatio in viris Iuda: & inhabitãtibus Hierusalẽ. Cum in ecclesia dei tales sunt in qbus reperiat laqueus iniqtatis: & vincula peccati: intm̃ vt id qđ de peccatore dicitur: eis valeat cõuenire: vinculis peccatorum suorũ vnusqsq; constringitur: tũc dicit deus: Inuenta est colligatio in viris Iuda. Verũ non inuenietur colligatio in nobis. Quomodo autem non inuenietur colligatio in nobis: si vsq; ad hanc horã colligatio in quibusdam est? Sed solue omne vinculũ iniquitatis: dissolue obligationes violentarũ cõmutationũ: omnẽ conscriptionẽ iniquã dissipa. Frange esuriẽtibus panem tuũ. Inuenta est ergo colligatio in viris Iuda: in habitantibus Hierusalẽ. Cõuersi sunt
ad iniquitates patrũ suorũ priorum. Dixim⁹ C
hæc de nobis dici: & his q in nobis sunt peccatores. Quomõ igitur q inter nos sunt peccatores cõuersi sunt ad iniquitates patrum: & patrũ suorũ priorum? Duplices habem⁹ patres: & vna species est pessimorũ patrũ. Siquidẽ anteq̃ crederemus diabolus pater noster fuit: vt sermo euãgelicus ostẽdit: dicẽs. Vos de patre Zabulo nati estis: Cum aũt credidim⁹ facti sumus filii dei. Si ergo post hæc peccauerim⁹ cõuertimur ad iniquitates patrũ: nõ simpliciter sed patrũ priorũ. Ad probationẽ aũt hui⁹ rei quia duplices habemus patres: vtimur & Dauid testimonio in quadragesimo quarto psalmo ita dicentis. Audi filia: & vide: & inclina D
aurẽ tuã: & obliuiscere populũ tuũ: & domuȝ patris tui. Quasi pater quippe cœpit audi filia. Ergo duplices nostri patres sunt. Sed obliuiscere (inqt) domũ patris tui prioris. Si igit̃ oblitus domũ patris tui prioris rursus fueris ad peccata conuersus: incidisti ĩ id qđ nunc dicitur peccatum. Conuersi sunt ad iniquitates patrũ suorũ priorũ. Dicebamus dudũ Zabulũ patrẽ nostrũ fuisse anteq̃ deus factus sit pater si tamen nũc nõ habemus etiã Zabulũ patrẽ. Qđ etiã de Ioannis epistola approbam⁹ ĩ qua ita scribitur. Omnis qui peccatum facit ex Zabulo natus est. Totiens ex Zabulo nascimur quotiẽs peccamus. Infelix ille qui semper generatur a Zabulo: Rursumq; multum beat⁹ qui semper ex deo nascitur. Neq; eñ semel dicam iustũ ex deo natũ: sed per singula virtutis opera semper iustus nascitur ex deo. Hoc autẽ vt
plenius possit ꝓbari etiã de Saluatoris nostri E
quotidiana natiuitate dicamus: liquido id in iustis obtinẽtes qđ in dño ꝓcesserit. Saluator noster splẽdor est gloriæ: splẽdor aũt nõ semel nascitur: & deiceps desinit nasci. Quotiẽscũq; ortũ fuerit lumen ex quo splendor orit̃: totiẽs oritur & splendor glorię. Saluator noster sapientia est dei. Sapientia vero splendor est lucis

æternæ. Sic igitur Saluator semper nascitur. Et idciro dicit: Ante oms colles generat me Non (vt quidam male legunt) generauit. Si semper ex patre nascitur dominus: etiam tu in similitudinē eius tātū adoptionis spiritum habens semper generaris a deo per singulos ītellectus: per singula opera: et efficieris filius dei in Christo Iesu: Cui est gloria et imperiū in sæcula sæculorum. Amen.

Explicita est Homilia sexta.

Incipit sermo. VII. De eo qđ scriptū est: Exterminata est exterminio omnis terra. Cap. XII. et. XIII.

F QVis est iste qui dicit propter me exterminata est exterminio omnis terra? Christ⁹ hęc loquitur. Nam ante aduētū eius multa quidem peccata fuerunt in populo israel: sed dominus veniens ꝓhibuit talia: vt penitus relinquerētur: et in longam traderētur captiuitatem. Quādo autē compleuerunt mensuram patrū suorum: et addiderunt ad occisionē ꝓphetarū: persecutionēq; iustorū: et saluatoris interfectionē: tunc completū est: Dimittetur vobis domus vestra deserta. Et quia ille ab eis quę in euangelio scripta sunt passus ē: idcirco nunc dicitur. Exterminio exterminata est oīs terra. Qꝫ si subtilius volueris intelligere propter me exterminata est exterminio oīs terra cōsidera eam quæ in te est: quomodo exterminata sit terra: & tunc videbis post aduētū Iesu Christi impleta esse: quæ dicta sunt: mortificatis membris nostris super terram: cū iā nō operetur terra opera sua: non fiant apđ iustum ea quibus antea caro fouebatur: non fornicatio: nō immunditia: nō adulterii luxuria: nō idolorū seruitus: nō veneficia. Dominus loquitur. Quid putatis quia veni pacē mittere sup terram? Nō veni pacē mittere: sed gladiū. Vere anteq̄ ille descenderet nō erat gladius sup terrā: neq; caro concupiscebat aduersus spiritū: neq; spiritus aduersus carnē. Quando aūt venit: & edocti sumus q̄ carnis: q̄ ve sint spiritus & doctrina eius quasi gladius immissus diuisit carnē: id est terrā a spiritu: & exterminauit eā: quia mortificationē Iesu Christi circūferimus in corpore nr̄o: & nō viuim⁹ vltra iuxta

G carnē: viuit autē spiritus. Et seminamus nō ī carne: sed in spiritu: vt nō metam⁹ corruptionē de carne: sed de spiritu vitam ęternā. Dicit aūt peccatoribus. Seminatis triticū: & spinas metitis. Qui eñ neq; iuxta voluntatē scripturarū: neq; iuxta fidei veritatē profert eloquia dei seminat triticum: & metit spinas. Hoc hæretici faciunt qui legunt scripturas: & spinas non de libris sanctis: sed de propriis sensib⁹ metunt. Cleri eorum nō ꝓderūt eis. Hęc ante me alii exposuerūt: et quia nō improbo interp̄tationē eorū cōsentiēs eādem profero: nō quasi ipse repererim: sed rep̄ta iā repetens vt mihi pariter vobiscū cōducat: si tamē quæ dicenda sunt intētus anim⁹ excipiat. Nos q putamur aliquid esse: id est qui in clericatus vobis ordine p̄sidemus: intantū vt quidā de minori gradu ad hunc locū cupiāt peruenire: nosse debetis non statim in eo esse saluandos: quia clerici sumus: multi eñ & presbyteri pereūt: & laici beatissimi reperiuntur: sed si ordinē clericat⁹ & mereamur pariter: & habeamus. Quia igiť sunt quidam clerici nō ita viuētes vt & ipi ex ordine capiant fructū: & ornamēto suæ sint dignitati: idcirco aiūt q expofuerunt prophetā nunc dicētē. Cleri eorū nō ꝓderūt eis. vtilitas quippe clericatus nō in eo est: si aliqs in agmine sedeat presbyterorū: sed si iuxta locum suū: & iuxta p̄cepta dn̄i dign⁹ īcedat. Verū charissimi nolite putare hoc tātū de nobis esse dictū H
& nos & vos commonet diuina maiestas: vt iuxta scripturarū p̄cepta viuamus: & si sic expedit dicere potentes potenter tormēta patiētur. Plus a me exigiť q̄ a diacono: plus a diacono q̄ a laico. Qui vero totius ecclesię arcem obtinet: pro omni ecclesia reddet rationem. Propter hoc apl's Paulus (videlicet vt is cui fuerant multa cōmissa) aiebat. Sic nos existimet homo vt ministros Christi: & dispēsatores sacramentorū dei. Hic iam q̄riť inter dispēsatores vt fidelis quis inueniatur. Intātū rarū est bonū dispensatorem inuenire: vt Iesus q̄ateq̄ orirentur ea quæ erāt futura cognouerat loq̄retur. Quisputas est fidelis dispensator & sapiens quē cōstituit dn̄s super familiā suā dare in tēpore cibaria cōseruis suis? Et post pusillū causatus de quibusdam dispensatoribus intulit: dicens. Si aūt incipiat malus seruus dicere: moratur dn̄s meus venire: & cœperit cædere seruos: & ancillas: & comedere: & bibere: & iebriari: venit dn̄s serui illius in die qua nō sperat: & hora qua nescit: & diuidit illū: & partē illius cum infidelibus ponit. Hæc in eo qđ scriptū est. Cleri eorū non proderūt eis. Videam⁹
aūt et reliqs necessariam correptionē: quā vt I
mihi videť in morali loco debemus accipere. Cōfundimini a gloriatione vestra: ab opprobrio in conspectu dn̄i. Multa sunt in q̄bus gloriantes insipientiā nostrā ostēdim⁹. verbi grā. Si q in multis possessionib⁹ gloriant: dicit eis. Cōfundimini a gloriatione vestra. Si q gliant

in gener[nobilitate: dicit ad eos. Cōfūdimini a gloriatione vestra. Si q iactabundi incedunt sup ptiosissimis vestibus: super domo multis exornata diuitiis: aliena ē quippe a gloriatiōe sanctorū: dicit ad eos. Confundimini a gloriatione vestra. Verū hoc parum est. Audi qd loquat in Hieremia sermo diuinus: iubens vt ne in sapientia qdē nostra gloriemur. Ne glorieē (inquit) sapiens in sapiētia sua: nec fortis ī fortitudine sua: nec diues in diuitiis suis: sed in isto glorietur qui gloriat: intelligere: & scire: qa ego sum dñs. Vis gl'iari & gl'iabundus nō audire: Confundimini a gloriatione vestra? Gloriare vt apl's Paulus: & dic. Mihi aūt absit gloriari nisi in cruce dñi mei Iesu Christi per quē mihi mūd⁹ crucifix⁹ ē: & ego mūdo. Vis gloriari: & nō audire cōfundimini a gl'iatiōe vestra? Audi Paulum gloriātē: & disce qd loqtur. Libēter gloriabor in infirmitatibus meis: vt īhabitet ī me virt⁹ Christi. Audi q̄ sint gl'ię in qbus se vir efferat. In laboribus abundāter. Quis hoc potest dicere? In carcerib⁹ supra modum: in mortibus sępe: a Iudęis quinquies quadragenas vna minus accepi: ter virgis cæsus sum: semel lapidatus sum: ter naufragium passus sum. Discamus differētias gloriarū: & nō nullos esse q sup his glorientur: quæ rubore digna sunt: quorū gloria est in confusione. In his qppe gl'iantur: q̄ cū faciūt latebras: & secreta pquirūt. Post hæc cōsideremus qd de cinctorio

A præceptū sit. Hæc dicit dñs: vade: & accipe tibi cinctoriū lineū: & circūda lūbos tuos: & per aquā nō trāsibis. Et accepi cinctoriū scdm verbū dñi ad me dicēs. Accipe cinctoriū qd circa lūbos tuos ē: & vade ad Eufraten: & absconde illud in cauerna petrę. Post dies venit ppheta & accepit cinctoriū de loco vbi infoderat illd & ecce cōputruerat q; nulli vsui esset. Et ne qs iuxta voluntatē animi sui de hoc loco sibi p̄sumeret intellectū: dās dñs īterpȓtatiōi occasionē addidit: dicēs. Sicut eñ adhæret cinctoriū circa lūbos hoīs: sic adglutinaui ad me domū israel: & omnē domū Iuda: vt fierēt mihi in populū noīatum: & ī exultationē: & gl'iam: & nō obaudierūt me. Igit ppheta in hoc loco p deo accipiat circūdās lūbos suos cīctoriū lineū: id est ppl'm deus. Agglutinaui quippe (ait) ad me domū israel. Et quodāmō cinctoriū dei hō iust⁹ efficitur. Quęres quā ob cām? Lege Ezechielē: & intellige qūo de⁹ videat ī corpore: & quāobrē a lūbis ei⁹ vsq; ad pedes ignis appareat: & a lūbis vsq; ad caput electrū: tūc poteris etiā p̄sent[scripturę īuenire rōnē: qre inferiores dei partes igneæ sunt: renes generatiōe: & lūbi igne censent. Oīa qppe q̄ ex coitu: & voluptate sunt īdigēt purgatione: & ipsa purgatio immixta ē supplicio. Ea vero q̄ a renibus in superiora cōsurgūt: & libidinis opa sua virtute trāscēdūt: q̄si quędā materia purior ad electri sil'itudinē referūt. Dicit qppe electrū auro esse pretiosi⁹. Quid igit exēplis scriptura vtit vt

B oñdat supnū dei corp⁹ eē magnificū & inferi⁹ vilius? Idcirco nūc introduxit dñm ex igne: & electro subsistētē. Ex quo vnusq; nfm iuxta exordium natiuitatis suæ ad ignē refert: Iuxta studiū vero: & pfectū dei corpus efficit illd supi⁹ illud ex electro: ab igne nobis: a pœnis: a cruciatu abscedentibus. Adiūge ergo circa lūbū tuū cīctoriū lineū. Cur? Vt oñdat populus regnū eē dei: Aduersum eos qppe q volūt dei accusare puidētiā: Resistit: & protegit dei sui opa nec finit aliqd īdecēs de ei⁹ maiestate narrari. Sed cū peccauerim⁹: vt cīctoriū istud propheta deposuit: & abiecit illd ī Eufratē fluuiū: vt ibidē cōputresceret: sic & nos abiiciet a lūb[suis de⁹: & piectos reliqt ad Eufratē fluuiū Mesopotamię vbi Assyrii habitāt īimici israel vbi Babylōii: & ibi cōputrescem⁹. Cur eñ tātis ī toto orbe fluminibus p̄termissis de Iudęa ad Eufraten ppheta transmitit: nisi vt sacramētum iuxta vim noīs doceat intellectū? Post

C hæc q̄rimus quare cinctoriū lineū dicat? Linū ex terra nascit. Nā cū semē ei⁹ in humū fuerit abiectum: primū in gramīe pullulat: deīde vt infinita p̄tereā demessum trāsfert domum: pectitur: lauat: terit: tūdit: & ingēti (vt ita dicā) opa excutitur: quo tale fiat ex quo possit cīctorium: aut aliud qd in vsus necessarios operari. Et nos ergo vniuersi q generationē habemus ex terra: aut linū qd ī cīctoriū dei pectit: multa cura indigemus: vt pectamur: vt lauemur: vt colorē terræ abiiciamus. Alius qppe color generatiōis ī lino est: alius cū fuerit opa mūdatus. Generatiōis color obscurior ē: & nigrior: opis autē lucidior. Tale qd in exordio euenit. Nigri eñ sum⁹ qñ regeneramur: qñ credim⁹ qñ in cāticorū cātico dicimus: Nigra sum: & speciosa: Aethiopib⁹ similem habem⁹ animā indecorē: abluimur: vt fiam⁹ cādidi: vt nitorē qui nobis insitus ex natura nō fuerat diligentia consequamur: iuxta illud qd in eodem loco scribitur. Quæ est ista q̄ ascendit dealbata? Et efficiamur linū cādidū: purūq; aqua. Ita cū digni fuerimus societate dei in cīctoriū eius plicamur: neq; ab eo aliqñ deponimur: si tñ candorem quem nobis concesserat semper habeamus. Cum itaq; Iudæi: & omnis domus israel indigni extiterint Deo: & proiecti sint ab eo: nobis pro illis accinctus est. Neq; enim putandum est cīctorium abiicientem mansisse

incinctũ:statim vt illos proiecit: alios sibi con texuit. Hoc cinctorium ecclesia est de gentibus congregata:quæ scire debet quia si prioribus non pepercit deus:nec sibi parcet si eum dereliquerit: si non fuerit digna lumbo eius si non adhærens domino vnus spiritus fuerit in Christo Iesu:Cui est gloria & imperiũ in sęcula sęculorum. Amen.

Explicit Homilia. VII.

Incipit sermo VIII. De eo qđ scriptũ ẽ Notũ fac mihi domĩe: & cognoscã:vsq; ad eum locum in quo ait: Ite congregate omnes bestias agri. Cap. XII.

D SI dei eloquia sunt in lege: & prophetis:euãgelíis: & apostolis: oportet discipulũ dei diuinorũ sermonũ magistrũ deum ascribere. Qui enim docet hominẽ scientiã:secũdum psalmistã:deus est. Saluator quoq; perhibet testimoniũ:nullũ debere super terras magistrũ nuncupari dicens. Et vos nolite vocare magistrũ super terrã. Vnus quippe ẽ magister vester:pater q in cœlis est. Pater autẽ q est in cœlis erudiet hoĩes siue p se:siue per filiũ:siue per spiritũ sanctũ. Et vt ad minora veniamus erudit per Paulũ:per Petrũ: per aliũ quẽlibet sanctorũ:tantum dei spiritus: & dei sermo descẽdat & doceat. Cur hæc diximus? videlicet quia propheta: Notum fac mihi ait domine: & cognoscã. Neq; eñ scire possum nisi tu mihi reuelaueris. Sin autem demostrãte te potero nosse:qđ nescio: tunc videbo cogitationes singulorũ:& cognoscã quid vnusquisq; gerat & cuius sit voluntatis. hæc propheta. Deinde

E videamus quid Saluator loquitur in ppheta. Ego vt agnus innocens ductus ad immolandũ & nesciebam. Aduersum me cogitauerunt consilium dicentes. Venite mittamus lignũ ĩ panẽ eius:& conteramus eũ a terra viuẽtiũ:& nomen eius nõ memorabitur amplius. Esaias quoq; q Christus vt ouis ad victimam duct⁹ sit:& vt agnus coram tondente se sine voce sic non aperuit os suum:pronuntiat: & ibi quidẽ ille de Christo:hic vero de se ipe Christ⁹. Ego (inquit) vt agnus innocens ductus ad immolandũ:& nesciebã. Hæc addit quæ non cognouerit. Non eñ dixit non cognoui mala:nõ cognoui bona: nõ cognoui peccatũ siue ĩiustitiã verũ simpliciter nõ cognoui. Tibi igitur dereliquit vt quæras qđ nescierit. Lege apostolum Qui cũ peccatũ non cognouisset pro nobis peccatũ fecit. Peccatum quippe nosse:peccare est: vt iustitiam nosse iuste est agere. Ex quo manifestũ est eum qui iustitiam prædicat: & non agit iuste:nescire iustitiam. Aduersum me cogitauerunt consilium:dicentes. Venite mitta F mus lignum in panẽ ei⁹. Crucifixũ esse a iudæis dominum nulli dubium est. Et cũ hoc tota libertate prædicamus: quomodo aptabimus ei qđ dicitur. Aduersum me cogitauerunt cõsilium:dicentes: hoc qđ inferunt. Venite mittamus lignum in panẽ eius? Nimiæ difficultatis est. Panis Iesu quo nutrimur:sermo eius interpretatur. Quia igitur docẽte eo voluerũt quidam scandalum ponere doctrinæ eius: crucifigentes eum dixerunt. Venite mittamus lignum in panem eius. Cum enim verbo Iesu:& disciplinæ eius cõiũgitur magistri crucifixio: in panẽ lignũ mittitur. Et illi quidem insidiãtes dicant. Venite mittamus lignũ in panem eius. Ego vero admirabile quiddam inferam. Lignũ missum in panem eius panẽ fecit meliorem. Exemplum accipe de lege Moysi. Sicut lignũ qđ missum est in amarã aquam fecit dulcem:sic lignũ passionis Christi missum in doctrinam eius fecit panẽ illius dulciorem. Ante enim q̃ immitteretur lignũ in panem ei⁹:quãdo tantummodo panis erat & nõ erat lignum in vniuersam terrã nõ exierat son⁹ eius. Postea vero q̃ assumpsit fortitudinem per lignum tunc in vniuersum orbem passionis eius disseminatus est sermo. in cuius figura: & aqua in veteri testamento ad tactum ligni dulcis effecta est. Ego quipppe aio legem nõ intellectam amaram aquam esse. Cũ autẽ venerit lignum Iesu Christi:& sermo Saluatoris mei descẽdit in eam:tunc dulcorat:& fit suauissimi saporis intellecta pariter:& lecta lex Moysi. Dicentes igitur: Venite mittamus lignum in panẽ eius G etiã hoc addunt:& cõteramus eum a terra viuentium:& nomen eius nõ memorabitur amplius. Sic eñ illum interfecerunt quasi nomen eius penitus eradicarent. Sed Iesus scit quare & quomõ moriatur. Propter qđ ait. Nisi granũ frumenti cadens in terram mortuum fuerit non multum fructũ affert. Ergo mors Iesu Christi spica frumenti facta est: septuplum:& multo amplius restitués q̃ fuerat seminatum Fingamus enim paulisper non fuisse eum crucifixũ:neq; post mortem ad ĩferos descẽdisse: sequitur vt solum granũ maneat frumenti: & multi non nascuntur ex eo. Attende diligenter eloquia diuina quid in se velint intelligi. Granum frumenti si non cadens in terrã mortuũ fuerit:non multum fructum affert. Mors Iesu istos omnes fructificauit. Si autem mors tantas attulit fruges: resurrectio cuius futura est vbertatis? Domine virtutum iudicans H

iusta: probans renes: & corda: videam q̃ ex te est vindictam de eis. Prophetice orat vt videat vindictam de eis apud patrem. Circundata est quippe ab exercitu Hierusalem: & appropinquauit subuersio eius: & id quod dictũ ad eam fuerat: ecce dimittetur vobis domus vrã deserta completum est. Videam ergo quæ ex te est vindictam de eis: qa ad te reuelaui iustificationem meam. Propterea hæc dicit dñs in viros qui sunt in anathoth: qui quærunt animam meam: qui dicunt. Non pphetabis in nomine dñi: alioquin morier[in manib⁹ nostris Ecce visitabo ego ĩ eos. iuuenes eorum gladio cadent: & filii eorum: & filiæ morientur in fame: & reliquiæ eorum nõ erunt. Quoniam inducam mala super inhabitantes in anathoth: in anno visitationis eorum. Figuraliter nunc
A nomen anathoth assumitur. Totum autem iudaicum sacramentum in eo est. Interpretatur quippe anathoth obediẽtia. Quia ergo obedientia dei in illo fuit: sicut regnũ ei⁹: & factum est de regno id quod nouimus prædictum: auferetur a vobis regnum dei: & dabitur genti facienti fructus ei⁹: nunc quoq; viri qui sunt in anathoth: hoc est in obediẽtia: quærunt animam non Hieremiæ: neq; eñ hoc historia vlla cõmemorat: quia viri anathoth quęsierũt animam eius. Habemus regnorum libros: meminit ibi scriptura Hieremiæ: nihil tale cõscribitur. Habemus paralipomenon: & ipsum quod nunc interpretamur volumen pphetæ: nihil loquuti sunt viri ab anathoth: sed Christi quęrunt animã domini mei: q dicũt nõ pphetab[in nomine dñi. Legimus & hic a iudæis prohibitum ne doceret Christus: Alioquin morier[in manibus nostris. Ecce ego visitabo in eis: iuuenes eorum gladio cadẽt: & filii eorũ: & filiæ morientur fame. Non Hieremię tẽporib⁹ gladio occubuerunt: sed post aduentũ dñi tũc fame venit in eas: non fames panis: neq; sitis aq̃
B sed fames audiendi sermonẽ dei. Iam quippe apud eos vltra non dicitur. Hec dicit dñs de⁹ omnipotẽs. Ista fames est pphetiæ cessantis ĩ eis. Sed quid loquar de pphetis? Neq; magistri: neq; doctores in iudæa aliqui remanserũt & licet sint innumerabiles qui sibi sapientiam vendicent: nõ est iam sermo dei in eis. Cõpletum est eñ illud vaticiniũ. Auferet dñs a iudæa & ab Hierusalem validum: & validã virtutem panis: & virtutẽ aquæ: gygantẽ fortẽ: & bellatorẽ: & iudicem: & prophetam: & arbitrum: & seniorem quinquagenarium: & admirabilem consiliatorem: & sapiẽtem architectũ & intelligẽtem auditorẽ. Iam nõ est apud eos: qui possit dicere quasi sapiens architectus fundamentum posui. Migrauerunt ab eis architecti: venerunt ad ecclesiã: posuerũt fundamẽtum Iesum Christum. Huic superędificant quicũq; post eos crediderunt. In fame ergo ille populus derelictus est. Adducam quippe mala C
super inhabitantes anathoth: in anno visitationis eorum. Iustus es domĩe quia excusabo me apud te. Veruntamen iudicia loquar ad te. Quid est q via peccatorũ prosperatur? Abundauerunt omnes qui spreuerunt contemnentes. Quæramus an bonus sit deus qui legem: prophetasq; largitus est: videntes viã impiorum prosperari: & nihil eos ab eo pro merito sustinere. Abundauerunt enim oẽs qui spreuerunt contemnentes: ii qui aduersum conditorem rabidis faucibus latrant: qui eũ blasphemis sermonibus criminantur. Abũdauerunt: plantati sunt: & radicem miserunt: pcreauerunt filios: & fecerunt fructus. Quantos fructus marcion fecerit pcreans filios infidelitatis? quantos basilides? quãtos valentinus? De his quippe nę prophetat dicens. Procreaue- D
runt filios: & fecerunt fructũ. Prope es tu ori eorum: & longe a renibus eorum. Nominant Iesum: & non habent eum. Neq; eñ illum confitentur vt Christũ. Et tu dñe nosti: & pbasti cor meum in conspectu tuo. Sanctifica illos in die interfectionis eorum. Quid faciam vt hoc exponam? Tormenta sanctificationẽ vocat eorum qui torquẽt. Sanctifica quippe eos (ait) in die interfectionis eorum: id est per hoc q interficis eos: sanctifica eos. Quem enim diligit dñs corripit: flagellat autẽ omnem filium quem recipit. Quousq; lugebit terra: & fœnũ omne agri arescet a malitia habitantium in terra? Quasi animal sit terra: sic nunc loquitur propheta: dicens lugere eam quando mali sunt habitatores qui in ea cõmorantur. Per vnumquẽq; enim nostrum terra: aut lætatur in virtutibus accolarũ: aut luget in vitiis. Si autem terra: consequenter et elementa cætera: ex quibus & aqua: id est angelus qui super aquam constitutus est. Neq; enim aliter possum lugentem terram exponere: seu lętantem nec sensus recipit: vt insensibile corpus sentire credamus: nisi vt intelligamus omnibus rebus angelos præsidere tam terrę & aquæ: q̃ aeri: & igni: id est principari elemẽtis: & hoc ordine peruenire ad omnia animalia: ad omne germẽ: ad ipsa quoq; astra cœlestia. Alius angelus præpositus est terris: atq; ita omnes ii angeli cum quibus versamur in terra gaudẽt quando iuste agimus: quando peccauimus: lugent. Lugebit terra ab omnibus inhabitantibus in ea. Eodem nomine angelum terræ ap-

pellant:quo ipsa terra nuncupat. Quomodo em̄ hoc qđ manifestū est cū maledicatur male dicitur & ipe q fecit illud: nō ꝙ maledictū sit quod anima ac sensu caret: sed idem dicitur maledictus qui assidet in sensibili simulacro eodē vocatus noīe quo vocatur id qđ manu factum est: sic & nunc terra appellatur is angel⁹ qui præpositus est terræ. Nec hoc tantum accipias in terra: & aquæ etiā angelus eius vocabulo nuncupatur: iuxta illud quod in alio loco dicitur. Viderunt te aquæ & timuerunt: turbatæ sunt abyssi. Multitudo sonitus aquarum vocem dederūt nubes: etem̄ sagittæ tuæ transierunt. Dereliqui domum meam: dimisi
E hęreditatē meam. Dedi dilectam animā meā in manus inimicorū eius. Vide mihi eum qui in forma dei consistebat in cœlis. Vide domū ei⁹ thronos & excelsas quasq; virtutes. Si aūt vis aliquid sublimi⁹ intelligere ꝓpter hoc qđ ait: ego in patre: & pater in me: vide domū ei⁹ patrem deū. Reliquit patrem suum: & matrē suam cœlestē Hierusalem: venitq; in hunc terrenum locum: & ait. Reliqui domum meā: dimisi hæreditatem meā. Illa erat hæreditas ei⁹ possessiōes angelicæ: & sanctarum ordo virtutum. Dedi dilectam aīam meam in manibus inimicorum meorū. Tradidit animā suā i manus inimicorū suorum: in manus iudęorū interficientiū eum: in manus principū cōgregatorum aduersum se: in manus regum: quoniam astiterūt reges terræ: & principes cōuenerūt in vnū aduersus dominum: & aduersus Christum eius. Facta est hæreditas mea mihi sicut
F leo in sylua. Ista quæ super terram erat hæreditas eius quā sibi elegerat in possessionē: quæ pars eius fuerat: efferata est aduersus eum: & facta est hæreditas eius (id est Iudęi) quasi leo in sylua. Nec mirandum est si tam truci beluę comparata sit. vsq; ad præsentem diem leōes sunt in sylua anathematizantes dominum Iesum: & blasphemantes illum: & insidiātes credentibus nomini eius. Facta est hęreditas mea mihi sicut leo in sylua. Dedit super me vocem suam: ideo odiui eam. Nunquid spelunca est hienę hęreditas mea mihi? De sua hæreditate prænuntiat ꝙ spelunca hienę futura sit bestiæ rabidę & ferocis mortuorum cadaueribus viuentis: quæ semper sepulchris: & ossibus incubat. Nunqd spelunca hienæ hæreditas mea mihi: aut spelunca in circuitu eius? Quoniam tales sunt impero vobis angeli vt eatis: & congregetis bestias: & tradatis eos ad dilaceran-
G dum. Ite congregate oēs bestias agri: veniant & manducent eos. Venerunt bestię agri: deuorauerūt populum iudæorū. Vide exesa corda omniū a fortitudinibus contrariis. Si illis deus non pepercit: sed ait: Ite cōgregate bestias: quantomagis nobis non parcet si nō fecerim⁹ legē eius: si sermonem euangelii neglexerim⁹? Rursum dicit. Ite congregate bestias: & tradite eos. Sed nos confidamus in dn̄o: & in oratione dicamus. Ne tradas bestiis animā confitentem tibi. Agamus pœnitentiā super peccatis nostris: cōfiteamur delicta quę fecimus: & bestiis non trademur: quin potius angeli veniēt qui nos in sinu suo gestantes de terrenis locis ad cœlestia transferant: & de præsenti sæculo in perpetuā collocent ęternitatem: in Christo Iesu: Cui est gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Explicita est Homilia octaua.

Incipit Nona. de eo quod scriptū est: oīs vter implebitur vino. Cap. XIII.

Vod a deo prophetæ iubet: vt dicat: debet dignum esse H
imperio dei. Sed nō videtur dignum si maneamus in litera: & nihil altius requiramus: intantum vt si quis rudis auditor extiterit: dicat ineptum esse scripturis aurem accommodare: & ea cognoscere quæ in eis lectitantur. Hoc est dictum animalis. Animalis quippe homo non ꝑcipit ea q̄ sunt spiritus dei. Stultitia enim ei est. Considere mus ergo dei sermonem quid iubeat. Et dices ad populum sermonem istum. Hæc dicit domin⁹ deus israel. Quod dicit dn̄s de⁹ israel dignum quæso sit domino deo israel. Omnis vter implebitur vino. Eritq;. Si dixerint ad te: nunquid cognoscentes: & non cognoscimus quia omnis vter implebitur vino? Hæc respondentes si tantum literam sequūtur: & dicunt nosse se: quia omnis vter implebitur vino: falluntur. Non enim necessario sequitur vt omnes vtres impleātur vino. Sunt vtres oleo pleni. Sunt alii a qualibet liquentis naturę materia vacui: aut certe non pleni. Dn̄s autem dicit omnem vtrem implendum vino: & popul⁹ respondit. Nunquid cognoscentes nō cognoscimus quia omnis vter implebitur vino? Quę quidē iuxta pauptatē īgenii mei sic poterunt interpretari: si prius vini differentias prospexerimus: vt tunc cōsequenter tractemus verū esse qđ dictū ē: qa oīs vter implebitur vino. Si ue em̄ qs bonus est (vt ita loquar) inter vtres vter implebitur vino bonitatis suæ: siue mal⁹ iuxta hoc ꝙ malus est malo vino implebitur. Quomō ergo possumus de scripturis accipe I
differētias vini? Sup malo vino ista cōscripta

sunt:de vinea Sodomorũ:& de Gomorra vuæ eorum vuæ fellis:botrus amaritudinis in eis. venenum draconum vinũ eorum: & virus aspidum insanabile. De bono hæc dicuntur. Calix tuus inebrians q̃ præclarus est. Et sapientia conuocat ad craterem suum:dicens. Venite manducate panes meos:& bibite vinum qđ miscui vobis. Est ergo vinũ de Sodomis:& est quod miscuit sapientia. Rursumq; vinea facta est dilecto in cornu: in loco vberi: plantata a deo: quę vocatur vinea Soreth:electa quidem inter omnes vineas. Mirabilis autẽ est alia vinea ægyptiorum quam percutit deus:secũdũ id quod scriptum est. Percussit in grandine vi-
A neas eorum:& ficus eorum in gelu Considere mus ergo omnes homines figuraliter capaces esse vini:nec aliud eis possumus nomen imponere:q̃ capaces vini: q̃ vtrem: & dicere quia neq̃ homo plenus sit vino de vinea Sodomorũ & ægyptiorũ:plenus sit vino inimicorũ Israel:Sanctus vero & is q in virtutib⁹ proficit plenus sit vino de vinea Soreth: vino de quo scriptum est calix tuus inebrians q̃ præclar⁹: vino quod miscuit sapientia. Et hæc quidem ĩ tellecta ibi sint secundum nequitiá:atq; virtutem. Agnoscamus quomõ oĩs vter implebitur vino:si autẽ nequitia seu virtutibus impleantur vtres:consequens est vt suppliciis impleantur ob nequitiam:benedictionib⁹ ob virtutem. Exhibeant sacræ literæ testimoniũ: quo pacto tormenta:seu repromissiones vinũ nun-
B cupantur. Accipe calicem vini meri istius: & potabis oẽs gẽtes ad quas ego te mitto. Hieremias aũt hæc loquitur. Super qđ infert. Et bibent:& venient:& insanient:& cadent. Igitur supplicia in præsenti loco vinũ meracum nũcupauit. Quidam bibunt meraca vina: id est meracis cruciatib⁹ digni sunt: alii autẽ bibũt supplicia:vina quidẽ non penitus meraca: sed ex parte aliqua temperata. Calix eñ in manu domini vini meri plenus mixto: & inclinauit ex hoc in illud:veruntamen fæx eius nõ est exinanita:bibent ex eo omnes peccatores terræ. Si vis ad benedictionis calicẽ perspicere quem bibunt iusti:licet sufficiat sapientiæ testimonium:in quo ait:bibite vinum qđ miscui vobis: tamen video saluatorẽ ascendentẽ die paschę grãde cœnaculum stratum: atq; mundatum: & agentem diem festũ cũ discipulis suis: illũq; eis calicem propinantem:de quo in euangelio scriptum est: ꝙ miscuerit eum: & ita tradiderit. Iesus enim lætificans discipulos meracum eis poculum propinat:& dicit. Accipite & bibite: hic est sanguis meus qui pro vobis effundetur in remissiõem pctõrum. Hoc facite quotienscunq; bibitis in meam cõmemorationem. Et amen dico vobis:non bibam illud a modo donec bibam illud vobiscum nouum ĩ regno dei. Vides calicem noui testamenti? Vides calicem suppliciorũ quem supra exposuimus vini meri plenum esse? Est & alius calix: qui pro cõpensatione bonorũ actuũ: seu malorum tibi miscetur:& traditur. Intellige enim C
mihi eos qui penitus a pietate discedunt:& ex omni parte religioni aduersant: intantum vt fortuitu:& pecudum more viuant: bibẽtes calicem vini meri quem de Hieremiæ libro protulimus: eos vero qui non penitus recesserũt sed cum sint peccatores; & indigni iudicẽtur calice noui testamenti:& faciãt sæpe bona opera:sępe contraria:bibentes calicẽ mero mixtũ. Inclinauit enim deus ex hoc in illud. Quid est quod ait ex hoc in illud? Duo pocula video. Inclinauit enim ex hoc in illud: veruntamen fęx ipsius non est exinanita. A modo aduerte calicem bonorum operũ in vna manu dñi. Sin autem pateris aliquid me audacius dicere: sit in D
dextera manu eius calix virtutũ:sit in sinistra vitiorum. Cum igitur cœperis propi peccata torqueri: quia & bona opera fecisti calix in manu dñi est vini meri plenus mixto: & inclinauit ex hoc in illud:id est de eo qui erat ĩ dextera: ĩ illum qui in sinistra cõtinebatur. Neq; enim potes bonorũ tantũ calicem bibere: quasi bona tantũmodo feceris:neq; rursum peccatorum tantum:qa & bona aliquando gessisti. Idcirco inclinauit ex hoc in illud:vt iuxta conpensationem operũ tuorũ misceatur tibi supplicium:aquatius:seu meracius: & secundum merita tua aut obtundat iræ diuinæ aculeus: aut exacuatur. Si vero bonus fueris & dei mãdata seruaueris:attende quid dicas. Calicẽ salutaris accipiam:& nomen domini inuocabo. Omnis igitur vter:siue bonus:siue malus implebitur vino qualitatis suæ. Nec oleum mittitur in eum:aliudue quid liquens nisi Sodomorũ:aut Soreth. Deinde docet interim vt li- E
teram sequamur propter eos: qui peccauerũt in Hierusalem:& in Iudęa illo tẽpore mirabãt quali vino istiusmodi vtres implendi sunt. Sequitur eñ. Si dixerint ad te nunquid cognoscentes nõ cognoscimus:quia omnis vter implebitur vino? Dices ad eos. Hæc dicit dominus. Ecce ego impleo omnes inhabitantes terram istam: & reges:& filios Dauid qui sedent super sedem eius:& sacerdotes ebrietate. Nulli parcit qui puniturus est peccatores. Nõ qa prophetes:non quia sacerdos quis vocatus est a suppliciis liberabitur. Hoc autẽ de illis commemorat:vt ait Apostolus. Scripta sunt pro-

pter nos in quos fines sęculorum deuenerũt. Si quis ergo & in his sacerdotibus in nobis dico presbyteris: siue in his qui circũstant populum leuitis: id est diaconibus peccauerit: sustinebit suppliciũ qđ nũc per prophetã domin⁹ comminatur: quomodo econtrario quædam sunt sacerdotales benedictiones: de quibus deo tribuẽte post istius loci expositiõem cum ad numerorum librum ventum fuerit disputabimus. Ibi quippe de sacerdotibus quædam scripta sunt. Et sacerdotes igitur & prophetas
F & Iudam: & oẽs habitantes Hierusalem testatur deus de vino inebriandos: & dispergẽdos virum a fratre suo: & patres a filiis. Quæ quidem (vt mihi videtur) sic sunt intelligenda: Iustos quidẽ congregat deus: & peccatores separat. Deniq; idcirco q̃diu non sunt commoti ab oriente hoĩes nõ sunt dispersi. Quãdo autẽ sunt moti ab oriente: & ait homo ad proximũ suum: venite ædificemus ciuitatẽ: & turrem cuius caput pertingat vsq; ad cœlum: deus locutus est: dicens. Venite descendamus: & confundamus ibi linguas eorum. Et post pusillũ subinfert. Et dispersit eos deus inde a facie oĩs terræ. Populus quoq; israel anteq̃ peccaret in Iudæa erat: post peccata in vniuersum orbem dispersus est. Tale mihi quiddã & de bonis hominibus intellige. Est quædã ecclesia primitiuorum eorum scilicet qui conscripti sunt in cœlestibus: vbi mons sion: & ciuitas viuentis dei Hierusalem cœlestis. Beati qui illuc congregabuntur. Peccatores aũt diuidentur ab inuicem: vt etiam in hoc excruciatione pariter
G torqueãtur. Scio quosdam reges: eos qui imperio suo ĩsidiati sunt ad desertas insulas deportare solitos: & pro magnis suppliciis hoc iubere ne in vno loco exilii pœnuriã sustineant sed in aliam partẽ orbis vxor: in aliam liberi exterminentur: vt ne in calamitatibus quidẽ suis pfruantur solatio: aut pater filii: aut mater filię: aũt frater fratris. Simili modo & peccator per quandã dispensationẽ dei maiora solitudinis tormenta perpetiť: si solus in exiliũ relegetur vt emendatus in statum pristinum redeat. Et quomodo tu propinquos: vel liberos tuos non in forti ictu: & irrationali coerces ira: sed per verba reducere quæris ab errore in quem incubuerant: sic deus eos qui non poterant conuerti doloribus: & tormentis ad id retrahit quod ferunt secũdum scripturam dicentẽ. Per omnẽ dolorẽ: et flagellũ emendabis Hierusalẽ. Vt igiť crescat dolor pœnę corripiẽtis: ii qui corripiuntur ab ĩuicẽ separanť. Nam quodammodo leuius fit supplicium si plures in eodem loco cõstituti mutuis se cõsolantur alloquiis. Si autẽ necesse est aliam quoq; rationẽ diuisionis malorũ introducere: etiam hãc exhibebim⁹. Mali cũ simul fuerint: ea quę mala sunt cogitant: & in pristina nequitia perseuerantes augent peccata peccatis: quomodo econtrario boni cũ simul fuerint de honestis sermocinantur. Dissoluiť ergo: & ad nihilum deducitur neq̃ cogitatio cũ nõ habuerit allocutionem alterius negoris. Idcirco per dispensationem dei prouideť pessimos a pessimis separari. Iustum quoq; & commodum est vt a pristinis sceleribꝰ: ipsa solitudine & pœnuria consortii aliquando desistãt. Hæc de eo quod dictum est. Et dispergam illos virum: & fratrẽ eius: & patres eorũ: & filios eorũ in id ipsum: dicit dñs. Nõ requirã: & nõ parcam: & nõ miserebor ab interitu eorũ. His & istiusmodi sermonibus hęretici assurgunt dicẽtes: vides ne qualis sit creator pphetarũ: & legis deus: qđ loquatur? Non parcam: & nõ miserebor ab interitu eorũ. Quomodo potest iste bonus esse?
Accipiã & medicum ostendens eum vni membro non parcere: vt membris oĩbus parcat. I
Accipiam ergo exemplum iudicis boni pro vtilitate cõmuni quibusdã non miserentis: vt pspicere possimus quomõ multis parcens vni non parcat deus. verbi gratia dictũ sit. Habeat iudex propositum: qetẽ ciuitati & pacem genti cui psidet puidere. Huic si offerať latro honesta forma: ętate satis integer: ex alio latere mater expansis crinibus depreceť: vt senectutis suę misereať: & ex alio vxor: ne virũ suũ interficiat lachrymabili voce deploret: circunstẽt & paruuli liberi cito orbi futuri: Quid faciet iudex? Miserebiť latronis: an nõ? Quid in commune expedit ciuitati? Si misertus fuerit reuertetur homicida ad pristinũ scelus: sin vero in iudiciaria seueritate pmanserit vnus homo interibit: & vniuerso populo puidebitur. Sic deus si pepcerit peccatori: & miserans ei⁹ noluerit eũ punire pro scelere: quis nõ accipiat licentiã? Quis malorũ qui nunc saltẽ pter supplicia terrenť non inuadet tẽpus: vt expleat quæcũq; voluerit: & pręceps ferať in vitia?
Hæc aũt in ecclesia sæpe accidentia possum⁹ K
considerare. Peccauit quispiã: & post peccatũ postulat cõmunionẽ. Si ei cõcediť qđ rogat in ĩcõmodũ oĩm venia procedit: & laxatis frenis sceleribꝰ panditur via. Sin vero cũ rationabili deliberatiõe: nõ vt misericors: nec rursum vt crudel' iudex: sed & quasi vni prouidẽs: & de omniũ salute ptractans cõsiderauerit populi damnũ in vnius venia: haud dubium est quin faciat eiici vnum de ecclia vt multos saluet incolumes. Age nũc: cõsidera mihi & medicum

si cessauerit a sectione eius vulneris qd secandum est: si non vsserit id qd indiget cauterio videlicet pp̄ter dolores q ex talibus remediis consequuntur: quomō crescat infirmitas: & ī deterius vetus humor exuberet. Si vero (vt ita dicā) temerarius ad vulnus sector accesserit: & inusserit plagā: curat eū qui secatur: & vritur: qa paululū seueritatis assumpsit: licet visus fuerit ægrotāti ad horā nō misereri. Ita & de⁹ nō vnum hoīem: sed vniuersum curat orbem: cœlestia: atq; terrena: & oīa vbiq; dispensat. Et cū hoc ꝓuideat qd vni cōmodū sit: multomagis ꝓuidet quid toti mundo conducat: & hoībus vniuersis. Prouidet quidē & ea quę vni expediūt: verum ita: ne vnius vtilitas omniū damno sit. Idcirco & ignis æternus p̄paratus est: & gehenna: & tenebrę exteriores: quæ oīa nō tam ob eum qui ponēdus est: q̄ ꝓpter vniuersos hoīes cōstituta sunt. Si aūt vis
A huius rei testē accipere scripturā: ꝙ in aliorū eruditionē licet iam desperabiles sint peccatores: & a curatione penit⁹ alieni: torqueanť: audi Salomonē in ꝓuerbiis dicentem. Pestilēte flagellato imprudens callidior erit. Nō eū qui flagellatur dixit callidiorē futurū: & sapiētiorem propter castigationē suā: sed insipientē a stultitia ad prudentiam cōuerti ꝓpter supplicia pestilentis: hoc qppe ex ipso noīe calliditatis significatur: & cōuerti eū a calliditate: dū alios cernit propter ea quib⁹ ip̄e obnoxius est peccata cruciari. Igitur ꝓdest nobis si tam digni sumus salute: vt alii in vtilitatē nostram torqueanť. Et quomō vtile fuit peccatū Israel in salutē gentium: sic vtilis est quorūdam pœna aliorū saluti. Et ideo bonus & clemens de⁹ nō parcam inqt & non miserebor ab interitu
B eorū. Circumscripto aūt hoc capitulo: videamus subsequens scriptura qd doceat. Audite & auribus pcipite: & nolite extolli quoniā dominus locutus est. Date dn̄o deo vr̄o gloriam priusq̄ obscuret: & priusq̄ offendāt pedes vr̄i sup montes tenebrosos: & sustinebitis lumen & illic vmbra mortis: & ponētur in tenebras. Si non audieritis occulte: plorabit aīa nr̄a a facie cōtumelię: & deducēt oculi nr̄i lachrymas qa cōtritus est grex dn̄i. Eosdē vult audire: & aurib⁹ percipere: nō cōtētus: neq; auditiōe solūmodo: neq; auriū pceptiōe: ꝓpter quod ait Audite & aurib⁹ percipite: & qd his maius ē nolite extolli: & reliqua q̄ sequunť. Quid est ergo audire: & qd est auribus pcipere? ex ipis sermonib⁹ cōsiderem⁹. Aurib⁹ percipere est (vt mihi videť quidē) auribus q̄ dicūtur audire. Qd aūt p̄cedit audite: si ad distinctionē eius p̄cepti dr̄: qd postea inferť: auribus pcipite: hoc imperat: vt in mentē: & sensum ea q̄ dicuntur excipiāt. Neq; vero hoc solū in loco: sed ī omi scriptura sunt quędam & facilia: & prōpta ad ītelligēdū: q̄ statim vt lecta fuerint vtilitatem legētibus tribuūt. Sunt alia secretiora: & ineffabilia: & vt ita dicam quibusdā obscuritatib⁹ inuoluta. De his igiť quæ latent: & expositione indigēt: arbitror nūc dictū esse: Audite. De his aūt q̄ sine scrupulo interp̄rantis auditori cōmoda sunt: Auribus pcipite. Percurramus C
vniuersas scripturas: & ꝓbati nūmularii effecti dicamus. Hoc audire debemus: hoc aurib⁹ pcipere. Deniq; cū audierim⁹ & pceperim⁹ auribus q̄ dicūtur: nō eleuemur. Oīs quippe q se humiliat exaltabitur. Et saluator noster dicēs discite a me qa mitis sum & humilis corde: & inuenieť reqem aīab⁹ vestris: docet nos ne extollamur. Nā cū in multis vitiis genus vexeť humanum: hoc pc̄tō vel maxime p̄mitur. Nec vnus est modus supbiæ. Alius irrationabili: & stultorū more in his efferť: q̄ magis pudore digna sunt: aut certe modū elationis excedit Alius quasi veri simulatione seductus sup his eleuať: q̄ sibi digna gloria putat: cum & ī talibus piculosum sit gloriari. Exemplū assumam quo fiat manifestius. Sūt quidā in eo se iactantes: qa filii regū sunt: & nobili familia nati. Isti usmodi hoīes ne vmbrā quidē: & imaginē elationis suæ possunt ostendere. Sunt alii q de eo subleuanť: qa potestatē habēt occidēdi hoīes: & vt ipi putant ea fulti sunt dignitate: vt quorum velint capita secent. Horū gloria in confusione sua est. Alii sup diuitiis sibi applaudūt non his veris: sed his diuitiis q̄ deorsum sunt. Alii supbiunt sup domo splendida: sup possessionibus multis: in qbus vniuersis nō est penitus gloriandū. Qd aūt verisimile & dignum iudicať (vt quidā putant) gloriādū ē cū aliqs ob sapientiā suā eleuať: aut cōscius sibi est: qa decē iā annis res venereas nō tetigerit: siue ab infantia integer castusq; pmanserit. Rursum ꝙ alius erigiť: qa vincula ꝓ Christo portauerit. Recta quidē videnť hæc oīa: & subiicienda quadā psuasione ad gloriandū: sed ne ī his quidem (si tn̄ sequimur veritatē) rationabiliter quis efferť: qa & in reb⁹ bonis gloriādum est sine discrimine. Paulus habuit materiā elationis: habens in se visiones: reuelationes: signa: virtutes: ꝓpter labores quos Christi causa p̄pessus est: ꝓpter ecclesias quas cōstituit: cōtēdens vbi Christus non erat noīatus: ibi iacere fundamentū. Hęc oīa materiæ erant gloriationū: & si sic expedit dicere: verisimilis causa q̄ honestā subiicerēt iactationē. Sed qa ne in talibus quidē sine periculo ē subleuari: benign⁹

& prouid⁹ pater quomodo ei largit⁹ est reuelationes: & grās differentes: sic ad tuitionē donorū suorū tradidit angelū Sathanę: vt eū colaphizet: ne extolleret: & ꝓpter hoc ter dn̄m rogauit: scilicet vt ab eo discederet angel⁹ Sathanæ: qui iuxta dispensationē ei appositus fuerat. Sed respōdit ei domin⁹: dign⁹ qppe erat responsione Paulus: & dixit ad eū. Sufficit tibi grā mea: virtus em̄ in infirmitate pficitur. Super nullo igitur gl'iandū est. Sequitur quippe ruina iactantiā/scriptura dicēte. Ante cōtritionem eleuat cor viri: & ante gloriā humiliat. Et hęc quidē dicta sunt de eo qđ ait. Audite & auribus percipite: & nolite extolli: quoniā dn̄s locutus est. Videam⁹ aūt & cætera. Date dn̄o
D deo nr̄o gl'iam priusq̄ obscuret: & priusq̄ offēdant pedes vr̄i sup mōtes tenebrosos: & sustinebitis in lumine. Eum qui daturus est gl'iam deo vult dare in lumine: quasi iā nō possit gloriam pdicare cū tenebrę ortæ fuerint. quando tenebrescit: et qn̄ nō sunt tenebrę? Operamini donec lumē in vobis est: Lumē in te est si habes in te dicētem: ego sum lumen mūdi: q̄diu tibi lux ista oritur clarifica deū sciens quia futurę sūt tenebræ. Nec tibi expedit vt eas opperiar[sed anteq̄ fiant da gloriā deo. Forsitan intelliges præsens capitulum si de euangelio sumpseris exemplū: qđ ita cōtexit. Opamini donec dies est: venit nox qn̄ nullus pōt operari. Diē ibi sēculū istud nuncupauit/& necessario apposuit ibi. Scio qppe in aliis locis dissonantia psentibus ex diei vocabulo significari. Diē itaq; nūcupauit sæculū istud: tenebras vero & noctem cosummationē mūdi: ꝓpter supplicia/ quę futura sunt. Vt qd em̄ vob[desiderare diem dn̄i? Et ista est tenebrę: & nō lux: Amos inquit ꝓphetes. si consideres post cōsummationem mūdi lugubre illud qđ passurum est vniuersum pene hoīm genus pro his q̄ peccauit: videbis quomō tenebræ occupaturæ sint oīa: & nullus possit in illo tpe glorificare deū. Siqdem & iustis in Esaia iubet. vade populus meus: in prōptuaria tua ītra: claude ostium tuū: & abscondere pusillū quantulū donec ira dei transeat. Simul aūt & in his qui pōt obseruet quare dixit pusillū quantulum. Quippe hoc quātulū qđ pusillum est: nō est pusillū hoībus Et debemus inspicere quomō singulis/aut parū sit aliqd: aut magnū: ad qđ ꝓbādū etiā exēplo vtimur. Vnicuiq; aīaliū pro natura & mō corpis sui/aut puus ē cibus/aut magn⁹. Et qđ alii pusillū est: æque id ipm alii multū ē. Quid de aīalib⁹ loquar? In ipso quoq; hoīe rerū differentiæ sunt. Qđ viro parū est: hoc infanti supfluit. Atq; in hunc modū oē tps vitæ hūanæ: etiā si cētenariā excedat ętatē: ad cōpatione ęternitatis breue est: vn̄ pusillū dei nobis multū ē & vicissim vniuersa scl'a ad deū relata breuissima sunt. Sic ergo dr̄ vade ppl's me⁹ itra ī prōptuaria tua: claude ostiū: abscondere pusillum quātulū. Quātulū pusillū illud nō ad illius naturā refertur: q in prōptuaria sua iubet intrare: sed eius q iubet. Cui pusillū est hoc oīe qđ grāde ē. Si em̄ donec ptrāseat ira dei oportet quosdā intrare in prōptuaria sua: Sūt aūt alii qb⁹ nō sunt dimittēda peccata: nō solū ī psēti sæculo: sed etiā in futuro: manifestū est pusillū ad ea referēdū: q̄ diximus. Date itaq; dn̄o deo vr̄o gl'iam. Quomō damus dn̄o deo nr̄o gl'iā? Nō verbis & vocibus tm̄ glorificandus ē dn̄s. Glorifica eū in castitate/& iustitia: & beneficē- E
tia. Gl'ifica eū in fortitudine: patiētia: pietate: sapiētia: cæterisq; virtutib⁹. Sic aūt est gl'ificādus de⁹. Si cōtraria intulero: nolo me arbitremini blasphemare. Exhibeo qppe scripturā sēsus mei testē quō cast⁹ gl'ificet: luxuriosus inhonoret deum. Qui em̄ tēplū ei⁹ q̄si nabuchodonosor destruit: atq; corrūpit: & scd'm apl'm puaricatur: & deū ihonorat. Igit gl'ificat deū iustus: cōtumeliis afficit qcunq; peccator est. Nā & illud qđ quidā dubitāt an sit ꝓuidentia dei nullā aliā ob causam nisi ob vitia nascitur.
F Aufer ea: abstulisti pariter & cās ꝓuidentię destruendę sursum ac deorsū. Qui aduersū ꝓuidētiā disputāt, hæc dicūt. Quare tanti adulteri: q̄re tanti molles: q̄re tāti sacrilegi: q̄re tāti irreligiosi sūt? Atq; ita cōtumelias ī ꝓuidētiā & offensas ī deū: & criminationes in creatorē pctōres generant. Ex qbus liq̄do apparet alios dare deo gloriā: alios cōuitiū facere dū passionibus: & vitiis seruiunt. Date gloriā dn̄o deo vr̄o anteq̄ tenebrescat: & an̄q̄ offendant pedes vr̄i in mōtes tenebrosos. Sūt alii montes tenebrosi: alii lucētes. Verūtn̄ quia vtriq; mōtes
G sunt magni: montes lucētes sunt angeli dei: & prophetæ. Moyses famulus eius: apostoli Iesu Christi: de qbus arbitror dici: Fundamēta ei⁹ in mōtibus sct̄is. Montes tenebrosi sunt q erigunt aduersus scientiam dei. Zabulus mōs tenebrosus ē. Principes populi huius q destruūt mōtes sunt tenebrosi. Dęmoniū lunatici mōs erat: & tenebrosus: mons erat de quo saluator ait: si dixeris monti huic. De lunatico quippe dæmonio sibi quæstio inciderat: & dicentibus discipulis nō potuim⁹ eiicere illud: respōdit saluator. Si habuerit[fidē[vt granū sinapis: dicetis mōti isti de quo q̄sistis: de quo ꝓposuistis dicetis monti huic trāsmigra hinc: & transmigrabit: id ē ab hoīe ad locū definitum sibi. Qui ergo offendunt non offendunt super montes lucētes: sed super mōtes tenebrosos: si fuerint cum zabulo & angelis ei⁹ montibus tenebro-

sis. Et sustinebitis in lumen. Potest quidē aptari huic qđ dicitur date glīa3 dño deo nr̃o: hoc quod modo infert. Et sustinebitis in lumen. Si dederitis dño deo vr̃o glīam anteq̄ contenebrescat & anteq̄ offendāt pedes vr̃i super mōtes tenebrosos: haud dubiū quin etiā si contenebrescat & sustineatis: lumen vos suscipiat. Alius vero dicat nescio primū recte an pperā quia & hi q offendūt sup mōtes tenebrosos ex
A peccāt aliqñ misericordiæ lumē. Hoc em̄ videtur ostendere: & sustinebitis in lumē. Si aūt qs venerit ad mōtes tenebrosos: vide qđ ibi inueniat. Et illic vmbra mortis: ibi tenebrosi montes: ibi vmbra mortis ex ipsis montibus pcreata. Et ponētur in tenebras. Et nisi audierit occulte: plorabit aīa vestra a facie cōtumeliç. De his q audiūt: quidā occulte audiūt: quidā vero cū audiūt: nō occulte audiūt. Quid ē itaq3 occulte audire? Nēpe illud. Sed loqmur sapientiā dei in mysterio abscōsam quā pdestinauit deus ante sęcula ī gloriā nr̃am: & rursum alibi dr̃: qa plura operū dei sunt in abscōsis. Si audio legem: aut occulte audio: aut non occulte. Iudęus qa legem nō audiuit occulte/in manifesto circūciditur: nesciēs eū qui in manifesto circuncidit iudæum nō esse: neq3 eam q̄ in palā ē in carne circūcisionē. Qui auditor est aūt circūcisionis occultæ: & in occulto circūciditur: Qui audit legē occulte de mysteriis paschæ: oue vescit Christo. Pascha qppe nr̃m immolatus est Christus. Sciēs carnē verbi dei vere cibū eē vescitur ea: Occulte qppe de pascha audiuit. At vero miserabilis iudęus: idcirco dominum Iesum īterfecit: & vsq3 in psentē diem
B reus est mortis eius: qa nō audiuit occulte legē & prophetas. Si quando leges de azimis potes audire occulte: potes audire manifeste. Quicūq3 de vobis (ppe qppe est pascha) azima celebrauerit: id est azima hæc corporea: non audiuit mandatū dicens. Nisi audieritis occulte/plorabit anima vr̃a. Et de sabbato quædam mulierculę nō audiētes pphetā nō audiūt occulte: sed palā de sabbato: lauātes se: & iterū reuertentes ad egena & infirma elementa quasi nōdū descēderit Christ⁹: & nos baptismo suo lauerit a legalibus initiis in euangelicā perfectionē. Idcirco diligentius attēdam⁹ siquādo legē legimus & prophetas ne incidam⁹ ī maledictionē quę nūc dicitur. Nisi audieritis occulte: plorabit aīa vr̃a a facie cōtumeliæ. Quicūq3 ieiuniū iudęorū quasi ignorātes redēptiōis diem post aduentū Iesu Christi obseruabitis nō auditis redemptionē occulte: sed tm̄modo palam. Absconsa qppe est ppitiationis auditio: scire quomodo posuerit Iesum deus ppiciationē pro pctīs nr̃is: & quia ipse est ppiciatio pro pctīs: nō solū nr̃is: verū etiā totius mūdi. Parabolæ quoq3 cū legunt̄ in euangelio: & est auditor extraneus: nō pōt eas occultas audire. Si vero auditor fuerit apostolus: & vnus eorum qui ingrediūtur domū Iesu accedit eū interrogans de obscuritate parabolæ: & si interptat⁹ ei sit q̄ audiuit intelligens euangeliū/audit ea occulte: vt non ploret aīa eius. Eorum quippe qui occulte non audiunt plorabit anima. Q3 admirande nonait plorabitis nisi occulte audieritis: verū plorabit aīa vestra? Est quippe solius animæ flet⁹. Et forsitā iste sit de quo saluator ait. Ibi erit fletus & stridor dentiū. Illa quoq3 cōminatio qua ridentibus luctū lachrymasq3 denūtiat, de hoc flet⁹ est quē cōmemorat ppheta dicens. Nisi audieritis occulte plorabit aīa vestra a facie cōtumeliæ. Cum em̄ fueritis passi cōtumeliam tūc plorabitis: & deducent oculi vestri lachrymas: quia contrit⁹ est grex dñi. Si cōsideremus statū (quomō sit) iudęorum & comparem⁹ illū antiquæ felicitati: videbimus quo pacto contritus sit grex dñi. Fuit qppe aliqñ hic grex dñi. Et quia indignos se iudicauerūt salute: conuersus est sermo dñi ad gētes. Si ergo grex ille cōtritus est: nos oleaster q cōtra naturā inserti sum⁹ in bonā oliuā patriarcharum: nonne plus debemus vereri ne & iste grex dñi cōterat̄? Futurū qppe est vt aliqñ & iste grex cōterat̄: iuxta illud qđ a saluatore dictū est. Cum multiplicatę fuerint iniqtates: tūc refrigescet charitas multorum. De quib⁹ em̄ hoc dicitur: refrigescet charitas multorū? Nonne de his q nuncupantur christiani: de qbus hic sermo est: verūtamē veniēs filius hoīs putas inueniet fidē super terrā? nōne de nobis? Idcirco puideamus attentius vt per singulos dies iste grex dñi melioret̄: cōualescat: integer perseueret: vt omni cōtritione ab aīabus nr̃is recedēte efficiamur grex dñi in Christo Iesu: Cui est glīa & imperium in scl̃a scl̃orū Amē.

Explicita est Homilia nona.

Incipit decima. Ea q̄ ad Hierusalē cum ingēti cōminatione dicūtur volumus intelligere: & ita se habentia. Cap. XIII. & XIIII.

Vis parcet super te Hierusalem: aut qs cōtristabit̄ super te? Quis cōuertetur rogare ea q̄ in pace sunt tibi? Auersata es a me dicit dñs. Retro ābulabis: & extēdā manū meā super te: & dispdā te: & vltra nō sinā te: & dispgā illos ī dispsione. Dixi sine filiis effectus sum. Egestas tenuit me. Exemplum accipiā. Hostis qspiā asperū volēs C

cōtra imperatorem huius terrę: iudicatus est Ab hoc oīs misericordia auferṫ: scilicet ne dū damnato quis misereṫ incipiat offendere condemnantē. Sunt etiā nonnulli qui adiiciūt ad seueritatē: vt nō contristetur quidē sup eo id magnopere deuitantes: ne per mœrorem vultus monstrenṫ iudicio regis offendi. Si intellexisti cōsidera mihi propṫ peccata multa a deo cōdēnatū peccatorē: & vide quomō inumerabilibus angelis humano genere pręsidentibus ne ab vno quidem misericordia dignus iudicetur. Singuli quidem angelorū perspiciētes qa deus est qui condēnauit: qa creator est qui aduersatur: & tale eē peccatum vt misericors: & clęmēs quodāmodo necessitatem passus sit super eū sententiā promere: nō parcūt: nō cōtristanṫ: neq̧ miserenṫ non reuertunṫ: vt rogent ꝑ eo pacē Hierusalē. Igitur qa ad priora scelera etiam hoc adiecit vt crucifigeret dn̄m meum Iesum: et in tantū surrexerit scelus: vt de ea diceret saluator: Hierusalem Hierusalem q̄ occidis prophetas: & lapidas missos ad te: quotiens volui congregare filios quasi gallina cōgregās pullos suos sub alas suas & noluisti? Ecce dimitteṫ vobis domus vestra deserta. Ideo dimissa est: & vsq̧ ad pręsens tēpus destituta. Angeli quippe qui semper auxiliabanṫ ei: per quos etiam lex Moysi tradita est: disposita ꝑ angelos in manu mediatoris: deseruerūt eam: & dixerunt. Multis facinoribus oppressa est: Iesum interfecit: & in dominū nostrū misit manus. Q̄diu minora peccauit potuimus rogare ꝑ ea: potuim⁹ obsecrare dominū: potuim⁹ parcere ei: sup ista qs parcat? Si peccauerit vir in virū exorabiṫ pro eo: si aūt peccauerit in deum: quis orabit pro eo? Grande piaculū com-
D misit Hierusalē: grande ꝑpetrauit nefas: ideo in cōmonitione facta est: et diciṫ ad eam. Nos nō cōtristamur sup Hierusalē: & calamitatibus eius: & oīs populi illius. Illorum quippe delicto salus nostra facta est ad æmulandū eos. & quia sic peccauit vt voce dn̄i dicereṫ: quis parcet sup Hierusalem? ego quoq̧ dico ad interfectricē dn̄i mei. Quis parcet supra Hierusalem & quis cōtristabitur sup te? Transcēdam autē ad spititualem intellectū ab humilitate literæ viam mihi pandente ratione: vt videam quomodo vnaquæq̧ aīa digna pace dei Hierusalē nuncupeṫ. Post disciplinā qppe diuinam facta es Hierusalē quæ prius fueras Iebus. In historia refertur ꝙ nomen loci istius fuerit Ieb⁹: & postea cōmutato vocabulo nūcupata sit Hierusalem. Iebus aūt hebræorum posteri tradūt interpretari cōculcatā. Iebus aūt conculcata a fortitudinib⁹ cōtrariis aīa nostra transmutata est: & facta Hierusalem visio pacis. Si itaq̧ post demutationē a Iebus in Hierusalem peccaueris: & sanguinem testamenti sicut quidā: & tu communē existimauer[: dicitur & de te. Quis parcet sup Hierusalē. Et qs contristabiṫ sup te? Quis eñ cōtristabiṫ si talis fuer[vt tradas Iesū? Vnusq̧sq̧ nr̄m qn̄q̧ peccat maxime: q̄ cū peccat ingētia: in Iesum peccat. Si autem & recesserit a fide hęc facit spiritualiter Christo: quę corporaliter fecit Hierusalem. Quam obrem quāto plus arbitramini deteriora mereri supplicia eum qui filiū dei cōculcauerit: & sanguinem testamēti pollutū duxerit ī quo sanctificaṫ: & spiritui gr̄ę cōtumeliam fecerit Si cōculcastis Iesum filiū dei: fecisti cōuitium spiritui gratiæ quis parcet sup te? Quis cōtristabiṫ super te? Quis reuerteṫ rogare ea q̄ ī pacem sunt tibi? Ipsum Iesum qui rogabat pariter: & præstabat ea q̄ erāt in pace: perdidit aīa peccatrix: quis pōt vltra rogare cōuersus ad ea quæ sunt in pacem tibi? Sciētes ergo qa impossibile est eos q semel illuminati sunt: gustauerūt etiā donum cœleste: & participes sunt facti sp̄ūsancti: gustauerūt nihilominus bonū dei: verbum virtutesq̧ sæculi venturi: & ꝑlapsi sunt: renouari rursum ad pœnitētiā: iterū crucifigentes in semetipsis filiū dei: & h̄ntes ostentui: omni labore nitamur ne & de nobis dicaṫ. Quis parcet sup te Hierusalē? Aut qs cōtristabitur super te? aut qs reuerteṫ rogare ea q̄ ī pacem sunt tibi? Ad reliquā aūt interꝑtationem: qđ sequitur conuenit. Tu auersata es me dicit dn̄s: retro ambulabis: Quia auersata es filium dei: & per hoc etiā a deo patre recessisti: retro ambulabis. Quid aūt necesse est manifesta re- E
plicare? Hierusalē quæ quondā in Iudæa erat: a qua figuraliter vniuersi Iudæi intelligūtur: quia aduersata sit Christū: ideo retro ābulat: Fuit qppe tēpus qn̄ nō ābulauerūt retro. Nūc vero ābulāt. & conuersi sunt corde in ægyptū vt retro ābulent. Quid aūt sit retro ābulare: si ue extēdi in priora: considera. Iustus eorū q̄ retro sūt obliuiscēs in priora extēdiṫ. Peccator posteriorum meīnit priora non appetēs. Qui autē posteriorū meīnit ꝑuaricaṫ in legē Iesu dicētis: ne cōuertaṫ retrorsum tollere vestimētum suum. inobediēs est dicto ei⁹. mementote vxoris Loth cū cōtemnit imperiū saluator[dicētis. Nemo mittens manū sup aratrū: & respiciēs retrorsū apt⁹ est regno dei. In lege quoq̧ scriptū esse repimus angl'os ad Loth egrediētē de sodomis dixisse: Ne respexeris retro: & ne steteris in tota regione: in monte saluū te fac: ne forte cōpræhendaris. Habes & hunc intellectum dignum spiritu dei: ne ingt respexeris

retro:id est in priora extende. Dimisisti sodo
mā:ne reuertaris ī sodomā. Dimisisti vitia at
q; pc̄tā:ne regrediaris ad ea. Ne steteris in to
ta regiōe. Etiā si p̄cedēs imperiū custodieris
de quo dr̄:ne respexeris retro:nō tibi sufficit
ad salutē:nisi & cōsequēs obseruaueris:ne ste
teris in tota regione. Non em̄ expedit incipiē
ti proficere: vt stet in regionibus Sodomorꝝ.
Et si sodomā transcēdisti:& a Sathanę regiōe
discedēs īcipis liber esse suppliciis:expedit vt
salueris ī mōte:ne respexeris retro:nec stete
ris ī tota regiōe. In mōte saluū te fac:ne forte
cōphēdaris. Si vis a Sodomorū ruina nō cōp
hēdi:ne cōuertaris retro: ne steteris ī regiōe
eorꝝ:ne ad alia p̄gas loca:sed cū iā discesseris:
ascēde ī mōtē in quo solo salus est:nomē Iesu
xp̄i:cui est gl̄ia & īpium ī sæcula sclorꝝ. Amē.

Explicita est Homilia Decima.

Incipit homilia vndecia. Ab eo loco ī quo
scriptū est Heu mihi ego mater: vsq; ad eū lo
cū in quo ait:si cōuersus fueris restituam te.

Cap. XV.

A Medici corporꝝ ęgrotātib⁹ as
sistētes:& iuxta disciplinā
artꝭ suę volētes curare eos
q̄ in infirmitatib⁹ cōstituti
sūt:vidēt tristia:īiocūda p̄
tractāt:& in alienis calami
tatibus mœrore p̄prio cō
ficiuntur. Semp em̄ cōuersatio eorꝝ in gemi
tu:semp in curis est:nūq̄ cū lętis cōsortiū ha
bēt. Cū vulneratis:cū his quorꝝ carnes incom
modis variis debilitant:qui febribus ęstuant:
qui dolore torquēt:iugi seruitio perseuerāt.
Et si q̄s eorū vult implere medicinā:non indi
gnat:nō obliuiscit p̄positi artis suæ:postq̄ cū
his fuerit quos sermo p̄fat⁹ est. Hęc idcirco in
prooemio diximus:q̄a & p̄phetę medici quo
dāmodo sūt animarū:& illuc semp ire iubēt
vbi languētes sint. Nō em̄ necesse habēt sani
medicū:sed ii q̄ se male habēt. Q d aūt a deli
tiosis ęgrotātib⁹ medici patiunt:hoc sustinēt
prophetę:ac magistri ab hisqui curari nolūt.
Odio quippe habent quasi p̄cipiētes aduersū
desyderia lāguētiū:quia prohibēt delitiis &
cibis variis vti eos: q̄ cū sint īfirmi nolūt escis
infirmorū vesci. Fugiūt ergo īobediētes/atq;
lāguētes/medicos:& maledictis atq; īiuriis re
pellūt:eaq; prorsus iis faciūt q̄ faciat q̄s inimi
cis & hostibus suis. Abominant em̄ eos q̄si ini
micos venire:quasi id tantūmodo desyderan
tes:quomodo dolores: & vict⁹ parsimonia ex
eorum dispositione nascantur:quomodo acu
tissimo ferro corpora secent:& execrātur eos
quasi auctores tantorum cruciatuū:& non sa
nitatis quę ex dolorib⁹ reddit. Popul⁹ igitur B
ęgrotabat variis lāguoribus:& misit illis me
dicos prophetas deus. Vn⁹ ex medicis & Hie
remias fuit:corripiēs peccatores:& cōuertere
volēs a vitiis ad virtutes. Illi vero cū deberēt
ea quę dicebant audire:ecōtrario accusabant
prophetā apud iudices similes sui. Ex quo fa
ctū est:vt semp in calumniis:& ī tristitiis fue
rit Hieremias:eorū p̄uersitati quantum in se
fuit curam gerēs. Iuxta propriam autē incre
dulitatem adhuc ægrotātibus istiusmodi ali
quādo loquitur. Et dixi. Non loquor:neq; no
minabo nomē domini:Et factū est vt ignis ar
dens in ossibus meis:& dissolutus sum vndiq;
et ferre nō possum. Aliquando aūt videns se
maledictis semp clamoribus & iniuriis infe
ctari:Heu mihi inquit mea mater: vt q̄d me
genuisti virū qui iudicer:& discernar oī ter
rę:Et quia ęgrotantes bene se cōsulentem: &
iuxta medicinę disciplinā audire cōtēpserūt
Nō profui: īq̄t. Rursusq;:quia illo spirituales
pecunias cōmodāte auditores accipere nolue
rūt:vt vtilitatē cōsequerent:& fructū ex his
quę acceperāt:redderēt:ait:Neq; profuit mi
hi quisq̄. Verum hęc anticipās locutus sum C
priusq̄ exponerē. Nō p̄fui:neq; profuit mihi
quisq̄. Duplex quippe scriptura est. Nam in
multis exēplaribus cōtinet nō profui:neq; p̄
fuit mihi q̄sq̄. In his vero q̄ exēplaria veriora
sūt:& cū hebręis cōsonāt habet:nō debui:ne
q; debuit mihi quisq̄. Oportet igit & id q̄d in
vsu est:atq; in ecclesiis legit exponere: & hoc
q̄d in hebręis codicibus inuenit intactū nō p̄
terire. Prędicauit Hieremias mādata diuina:
nemo his quę prædicabant attēdit. Quāobrē
quasi medicus libēs:ac promptus medicamīa
languētibus tribuit:& illis nō secundū artifi
ciū curantis:sed iuxta voluntatem suā agen
tibus dicit. Nō profui:neq; profuit mihi q̄sq̄
Quodāmodo em̄ beneficiū cōsequit ipse qui
curat:si fructū sui laboris ī ęgrotāte cōspiciat
et per lętitiā mētis etiā ipse cōsequit vtilita
tē:secundū illd̄ q̄d dicit. Beatus qui loquit in
aures audiētiū. Hāc igit vtilitatem quā cōse D
quitur magister ab auditorib⁹ suis si p̄ficiāt
audiēdo:dū fruct⁹ ex salute eorū cōsequitur
quodā modo Hieremias vidēs de Iudęis non
habere se:dicit. Nō profuit mihi quisq̄. Si em̄
debet auditorib⁹ prodesse quod loquor:audi
tores vero q̄ dicunt abiiciūt:& ego dico. Nō
profui:neq; profuit mihi quisq̄:quia hanc vti
litatem nō sum cōsecutus quā cōsequitur is
qui beatus efficitur dū in aures loquit audiē
tium. Potest autem & aliter intelligi. Quicū
q; discipulis præcipit:iste si īgeniosos: & au

dientis naturę habeat auditores: quãto plus pręcipit: tanto plus ꝓficit: illis interrogãtib⁹ et de eo qđ dicit sepe quærẽtibus q̃ sit sensus in dicto: qui ordo: quę scripti voluntas. Vnde ecõtrario ait. Non ꝓfui: neq; profuit mihi qſq̃. Quia aũt & alia nobis expositio residua ẽ: propter exẽplaria certiora: in quibus cõtinet nõ debui: neq; debuit mihi quisq̃: & hũc locũ cõsiderem⁹. Qui oĩb⁹ oĩa restituit: cui vectigal vectigal: cui timorem timorẽ: cui tributũ tributum: cui honorem honorẽ: & vniuersis omnia repręsentat: nulli debẽs aliquod officium: verbi gratia honorans parẽtes vt parẽtes: fratres vt fratres: filios vt filios: episcopos vt episcopos: presbyteros vt presbyteros: diaconos vt diaconos: fideles vt fideles: cathecumĩos vt cathecuminos: si omnib⁹ omnia reddat: nulli debet officium. Si vero reddere debet: & non reddit: nõ potest dicere nõ debui. Cum enim
E debuerit nõ exoluit. Qđ autẽ sequitur: Non debuit mihi quisq̃: sic intelligendum est. Ego qdẽ fœnerari volui & spirituales pecunias cõmodare: sed illi auerterũt aures suas ab iis q̃ dicebantur: neq; voluerunt prębere se docibiles: vt mihi deberent quę audiebant. Idcirco nõ debuit mihi quisq̃. Si quis eñ voluerit sermões q̃ dicũt̃ audire: debitor fit eoꝝ: & q̃si debitor ẽt vsuras reddere exigit̃. Ex quo mag[expedit auditorib⁹ accipe disciplinæ verba cum fœnore: & fieri debitores: q̃ non accipere: nec debere. Accusantur quippe tales dicente pro
F pheta. Nec debuit mihi qsq̃. Qđ ait: Heu mihi mea mater: quare me genuisti virum q iudicer: & discernar oĩ terræ: non sic ęstimo cõuenire aliis ꝓphetis: vt Hieremię. Multi siquidem prophetarum post aliquod spatiũ prio mali et iã post peccata cõuersi prophetare cœperunt. Hieremias vero a puero sumpsit vaticinationis exordium. Et hui⁹ rei possum⁹ de scripturis accipere testimoniũ. Esaias nõ audiuit anteq̃ te plasmarẽ ĩ vtero noui te: & anteq̃ exires de vulua sctĩficaui te: & prophetã in gentibus posui te: neq; ait nescio loqui: qa iuuenis ego sum: sed visiõe sibi reuelata: ait. Vęh mihi misero quoniam cõpũctus sum: qa immunda labia habẽs in medio populi immũda labia habẽtis ego habito: & regem dñm sabaoth vidi oculis meis: & missum est ad me vnũ de Seraphin: & tetigit labia mea: & dixit Ecce abstuli iĩqtates tuas: & peccata tua purgaui. Pristina igit̃ peccata purgata sunt: & di gnus effect⁹ spiritu sancto Esaias ꝓphetauit.
G de aliis quoq; similia si quęras: reperies. At nõ talis Hieremias: ab ipsis eñ cunabulis spiritu sancto plen⁹ prophetare orsus est. Propter qđ ait (Secũdum cõmunẽ quippe sensum primũ debemus exponere) Heu mihi mater q̃re me genuisti virũ qui iudicer: & discernar ab omi terra. Quidã autem hunc locũ interpretans ait prophetã nõ ad matrẽ corporalẽ hęc locutum fuisse: sed ad eam quę generet prophetas nec aliã esse matrẽ prophetarũ: nisi sapientiã dei: ad quã ait. Heu mihi mr̃ mea. q. d. cur me genuisti: o sapientia. Filios vero sapiẽtię & alibi legimus scriptura dicẽte. Amittit sapientia filios suos. Heu mihi (ĩquit) mater mea sapientia. q. d. cur me genuisti virũ qui iudicer. Quis ego sum: qui in hoc natus sum vt iudicer: atq; discernar ꝓpter increpationes. propter correptionẽ. ꝓpter magisteriũ. dũ corrigere nitor habitãtes sup terrã. Si Hieremias dicit cur me genuisti virũ q iudicer: & discernar omni terrę: nõ possumus exponere quid sit oĩ terrę. Neq; eñ ab oĩ terra diiudicat̃ Hieremias: nisi forte violẽter scripturã trahẽtes dicam⁹ positũ esse omni terrę p omni Iudæa. Necdũ quippe prophetia ei⁹ illo tempore in vniuersã terrã ꝑuenerat. Nisi forte sicuti & ĩ aliis multis locis oñdim⁹ Hieremiã p dño nostro Iesu Christo positũ: sic & in ꝑsenti loco interp̃temur. Annotauimus in principio hui⁹
libri dictũ: prophetam in gẽtibus posui te: re H
gna eradicare: & subuerter̃: & disꝑdere: & ędificare: & plantare. Porro Hieremias ista nõ fecit: sed dñs me⁹ Iesus: q eradicauit regna peccati: & ędificatione nequitię subuersa: fecit in animabus nostris iustitiã: veritatẽq; regnare. Quomodo igit̃ magis illa cõueniũt christo q̃ Hieremię: sic arbor & alia plura & hęc q̃ nũc dicũt̃ ad dñm sũt referẽda. Et prĩo qdẽ vidẽdũ est an possit id: qđ ĩcõgruũ & blasphemũ videtur eẽ si referatur ad dñm: id est heu mihi mr̃ saluator noster dicere: miserãs alios. Ad qđ ꝓbandũ exhibẽda sunt testimonia q̃ manifeste nulli alii apta sint nisi saluatori: quomõ vidẽs Hierusalẽ fleuerit sup eã: qa dixerit: Hierl'm Hierusalẽ quæ occidis prophetas: & lapidas eos qui ad te missi sũt: quoties volui cõgregare filios tuos. & reliq̃. Necnõ & illa q̃ manifeste a saluatore dicũt̃. Heu mihi qm̃ fact⁹ sũ sicut q colligit stipulã ĩ messe: & sicut racemos ĩ vĩdemia: cũ nõ supsit botrus ad mãducãdũ primitiua. Heu mihi aĩa: qa periit reuertẽs a terra: & q corrigat iter hoĩes nõ est. Oẽs in sãguĩe iudicant̃. Venit eñ vt meteret fruct⁹: & quasi stipula ĩ segete reperta: propter plurimos peccatores ait. Heu mihi qm̃ factus sũ sicut qui colligit stipulã in messe. venit vindemiare botros vuę in hominibus: & ĩ messe sceleribus viuẽtis. dicit & sicut racemos in vide

mia: cū nō superfit botrus vuę ad manducan
dū primitiua. In alio quoq; loco similia his ad
patrē loquitur dicēs. Quę vtilitas in sangui-
ne meo dū descendo in corruptionē? Quid tā
topere hominibus profui: qui nec in sanguīe
meo quem fudi pro eorum salute: profecerūt?
Quę vtilitas in sanguīe meo dū descendo de
cælis: dum venio in terram: dū cōtumeliis af
ficior: dum porto corp⁹ humanum? Quid iis
omnibus dignū inter hoīes perpetratum est?
Quę vtilitas in sanguine meo dū descendo in
corruptionem? Nūquid confitebitur tibi pul
uis: aut annūtiabit veritatem tuā? Tale ergo
est qđ in Hieremia dicit̄. Heu mihi mr̄ mea:
A quare me genuisti virū. Non iuxta qđ de⁹ sal
uator est: dicit: Heu mihi mater: sed iuxta id
qđ homo est: sicut & ī alio propheta: Heu mi
hi inquit anima: quia reuertēs periit a terra.
Anima autem hominis ē quæ cōturbatur: &
tristis est vsq; ad mortem: nō verbū qđ erat a
principio apđ dn̄m: qđ nūq̄ mœret: nūq̄ tur-
batum est: nūq̄ dixit heu mihi. Neq; eñ ver-
bū sustinet mortem: sed homo: qui istos patit̄
affectus: vt sępe exposuim⁹. Quare me genui
sti virū q iudicer: & discernar omni terræ? Si
cōsyderes vbiq; martyres cōdēnatos: & de sin
gulis ecclesiis exhibitos ad tribunal: videbis
quomodo per singlos martyres Iesus cōdēne
tur. Ipse eñ est: qui in perhibentibus diuinita
ti testimoniū iudicatur: & hoc fideliter susci
piens: quia nō te dixerit esse in carcere cū fue
ris in carcere: nō te esurire cum esurieris: non
te sitire: sed semetipsum. In carcere (inqt) fui
& venistis ad me. Esuriui & dedistis mihi mā
ducare. Sitiui & potastis me. Itaq; si cōdēna-
tur etiā Christian⁹: nō tñ pro se: neq; pro sce
leribus suis: sed pro hoc tantū ꝙ Christianus
est: Christ⁹ est qui cōdēnatur. Ex quo efficit̄:
vt in omni terra cōdēnetur Iesus: quotiescū-
q; is addicitur qui pro eo cōdēnatur. Non so
lum autem apud iudices sęculi & tribunaliū
potestates Christus addicit̄: sed etiam si calū
niam Christianus ab aliquo patiat̄: & ꝓuocet̄
ad litē: tūc quoq; Christus diiudicat̄ iniuste
Quasi quem me genuisti virū qui iudicer: &
B discernar omni terræ. Possumus & aliter ītel
ligere quomodo Iesus cōdēnet̄: & diiudicet̄ ī
omni terra. Quis improborum non cōdēnat
christianā religionē? Quis gentiliū saltē trās
itorie nō excutit eam? Quis Iudęorum nō de
Christianis loqt̄? Quis de philosophis? Quis
de imperitis? Vbiq; Christus condēnat̄: atq;
discernitur. & ab aliis quidē cōdemnatur: ab
aliis nō cōdēnatur. Si autem nō cōdēnatur:
excipietur: aperies ei ostiū: & īgredietur ad te:
credis ī eum: vescetur tecū. Si vero de religio
ne audiēs christiana nō ceperis eā: nihil aliđ
facies q̄ cōdēnabis Iesum: vt mendacem: vt se
ductorem in errorem mūdū trahentē. Quasi
quem me genuisti virū q iudicer: & discernar
omni terrę. Quicūq; penitus ei nō credūt: cō
dēnāt illum. Qui autē credūt: & adhuc ambi
gunt: diiudicant illū. Duo igitur apud hoīes C
Christus perpetitur. Ab incredulis cōdēnat̄:
ab ambigētibus discernit̄. Si portas imaginē
cælestis deposita imagine terreni: non es ter-
ra cōdēnans eum: neq; in terra tua iudicatur
atq; discernit̄. Virtus mea defecit ī his q ma-
ledicunt mihi. Apostolus loquit̄ de saluatore
nostro: qa crucifixus ex infirmitate sit. Cui ꝓ
phetes similia testat̄ dicēs. Dn̄e quis credidit
auditui nostro: & brachium tuū cui reuelatū
est? Annūtiabitur coram eo: sicut infans: sicut
hō: sicut radix in terra sitienti. Nō est species
ei neq; glia: vidim⁹ eū & nō habebat speciē: ne
q; formā: sed species ei⁹ ihonorata: & deficiēs
circa filios hoīꝫ. Hō ī plaga & dolore sciēs fer
re infirmitatē: quia auersa est facies ei⁹: depca
tus est: nec cōputat⁹. Hic peccata nostra fert
et pro nobis dolet: & nos existimauimus ī do
loribus eū esse: & in plaga: & in vexatione. Ipse
autē vulneratus & infirmat⁹ est propter iniq
tates nostras. Doctrina pacis nostræ super eū
Liuore eius sanati sumus. Igit̄ suscepit īfirmi
tates peccatorū nostroꝝ: & portauit eas: & ve
nit ad eos qui maledicebāt sibi: & virtus defe
cit ab eis qui maledicebāt e cælestibus descen
dentē. Simul eñ & assumpsit serui formā: ver
bū caro factū: exinaniuit se: & iuxta apostolū
dicentem: euacuauit seipsum formā serui ac-
cipiēs: nūc quoq; loquitur: virtus mea defecit
in iis qui maledicunt mihi. Videamus autē
ipo nobis sensum tribuente: si ex hoc sermōe D
possimus & aliud quid manifesti⁹ ab eis quæ
dicta sunt dicere. Erat lux vera quę illuminat
oēm hoīem venietē ī hūc mūdū. Lux vera fili⁹
est dei: q̄ illumīat oēm hoīem veniētē in hunc
mūdū. Quicūq; rationalis est pticeps verę lu
cis efficit. Ratiōalis aūt est oīs homo. Cum
igitur omnes homines rationales sint: in qui
busdam virtus ratiōis augetur: in quibusdā
minuitur. Si videris aīmam vitiis plenam: &
perturbationibus seruientem: videbis quo-
modo virtus verbi deficiat in ea. Si videris sā
ctam: & iustam: videbis ꝙ per singulos dies
virtus dei proficiat: & crescat in ea. Et hoc
qđ scribitur de Iesu: aptabis ei. Neq; tantum
modo Iesus proficiebat sapientia: & ætate: &
gratia apud deum: & homines: verum & in
singulis profectū sapiētiæ: & ætatis: & gratię

recipientib⁹ pficit Iesus sapiētia: ętate: & gratia apud deū & homines. Sermo ergo fili⁹ dei q erat de⁹ verbū: q habitabat ī dicēte: Heu mihi mater mea: & reliq: iuxta naturā maiestatis suę loqt: virt⁹ mea defecit in maledicētib⁹ mihi. Si quis maledixerit verbo statim recipit vicē: & tormēta perpetit. Virtus quippe Iesu defecit in eo cū ratio minuitur. Si quis econtrario benedixerit: & receperit Iesū: virtus ei⁹ diuersa q̄ est in maledicentibus ei passa perpetitur. vt eñ in maledicētibus defecerat sic
E in benedicētibus crescit. Fiat dñe dirigentibus eis si non astiti tibi in tēpore malorū eoꝝ. Quid est hoc qđ dr̄ fiat dñe: Qui potest ex ipso sermone cōsideret. His ipis dñe dirigentibus qui maledicebāt mihi virtusq; deficiebat in eis: fiat i eis: cū ad pœnitētiam cōuersi post maledicta qbus me persequebant ambulare cœperint rectam viam. Fiat dñe dirigētibus eis si nō astiti tibi. Reddit rationē q̄re iisq maledicebāt sibi postulat directionē: atq; virtutē dicēs. Si nō astiti tibi in tpe malorū eoꝝ. Astitit patri ppiciatio p peccatis nostris: & depcatus est eū ī tpe malorū nostrorū. Neq; eñ astitit post tēp⁹ afflictiōis nr̄e: ſʒ cū adhuc peccatores essemus Iesus Christus p nobis mortu⁹ est. Si nō astiti tibi in tēpore malorū eorū: et in tpe tribulationis eorum: exurgat inimic⁹. Ego astiti tibi p eis. Quis aūt est inimicus nr̄ nisi Zabulus q tribulabat nos: & iugo seruitutis pmebat? Aduersum quē astitit patri saluator: & de captiuitate nos liberans reddi
F Primū eius opus excepta: q̄ græce scolia nūcupātur: in qbus ea q̄ sibi videbanť obscura: atqꝫ habere aliquid difficultatis summatim: breuiterqꝫ pstrinxit. Secundū homiliaticū gen⁹: de quo & psens interpretatio eius est. Tertiū qđ ipse inscripsit tomos: nos volumina possumus nuncupare: in quo opere tota ingenii sui vela spirātibus vētis dedit: & recedēs a terra ī mediū pelagus aufugit. Scio te cupere: vt oēm genus trāsferā dictionis. Pręmisi causam cur facere nō possim. Hoc tamē spondeo: quia si orāte te Iesus reddiderit sanitatem: nō dicā cuncta: quia hoc dixisse temerariū est: sed pꝫ multa sum trāslaturus: ea lege qua tibi sæpe cōstitui: vt ego vocem prębeam: tu notarium.

¶Explicitus est Prologus.

Incipit ipsius Origenis ī Ezechielē: De prima visione eiusdē: Homilia Prima. Cap. I.

On oīs qui captiuus est: propter peccata sustinet captiuitatē. Nam cum omnis multitudo Iudęorū causa peccati derelicta fuerit a deo: & captiuitatē sustinens comprehēsa sit a Nabuchodonosor: atqꝫ eiecta de terra sancta ī babyloniā vsqꝫ perducta sit: pauci tamē iusti qui erant in populo non ob culpā suam sustinuerūt captiuitatem: sed ob id ne peccatores qui fuerant iugo captiuitatis oppressi omnino subsidiū nō haberēt. Fingamus quippe peccatoribus in babyloniā abductis: iustos in antiquis finib⁹ resedisse: fiebat vt nunq̄ peccatores remediū consequerētur. Disposuit igitur clemens: & benignus: & hominū amator deus inter supplicia qbus peccatores punit etiā visitationis suę miscere pietatem: nec immoderata pœna miseros premere. Semper talis est deus noster: excruciat nocentes: sed quasi pius pater tormentis clementiam sociat. Si aūt vis agnoscere vera esse quæ dicimus: vide quid acciderit ī ęgypto a fame. Si voluisset interficere tātū ęgyptios: & punire cruciatos in septennali fame: fecisset vtiqꝫ qđ voluerat: & neqꝫ Ioseph in ęgyptū descendisset: nec Pharao vidisset somniū: de his quæ ægypto fuerāt euentura: nec regi fuisset ostēsum a principe vinariorū: esse quēdam qui possit regi somniū interpretari. Nūc vero (vt cernis) deus flagellat quasi pater: parcit autē non solum Israel: verū & ęgyptiis: cū alieni sint ab eo: propter propriā mansuetudinē. Et manifestum est: quia boni dei opus super eos exerceatur: dū Ioseph descēdit in ægyptū: dum Pharao somniis admonet: dū princeps vini interpretē indicat: dum interpres differt visa: atqꝫ ita vbertatis tempore frugibus cōgregatis posterioris famis penuria vincitur. E quibus omnibus perspicuū est: nō esse immoderatam irā: quę ab hereticis in creatore reprehendiť. Poteramus qdē multas historias retexere ad hęc probanda: quę dixi: sed ne videar a proposito recedere cōpendiū facio sermonis. Propositū quippe mihi est explanare de eo ꝙ pter peccata sua captiu⁹ abduct⁹ sit populus Israel Et ne forte aliqs arbitreť peccatores a deo traditos ab eo vlterius nō gubernari: & semel in

captiuitatē redactos vltra dispēsationē ei⁹: & miam nō mereri: præsentē locū diligēti⁹ cōsyderem⁹. Daniel nō peccauit: ananias: azarias: Misael a peccato immunes fuerunt: & tamē captiui effecti sunt: vt ibi positi captiuū populū consolarent̄: & p exhortationē vocis suę pœnitētes in hierusalē restituerēt castigatos pro tēpore. Septuaginta quippe annis seruitutis supplicia pepēderūt: ac sic deinde in sedes pprias reuersi sunt: qa sanctus pphetarū sermo deiectos animos subleuauerat. Verū nō solū ii quatuor in captiuitate prophetę extiterūt: sed & Ezechiel vn⁹ ex eis fuit: & zacharias fili⁹ Barachię captiuitatis tēpore sub Dario rege cecinit. Inuenimus etiā Aggeū multosq; alios pro
A phetarū iisdē prophetasse tēporibus. Ex qbus indicatur deū nō tantūmodo punire peccātes verū & misericordiam miscere suppliciis. Qđ si dubitas: audi voces tormēta patientiū: quomodo sacratim & in cruciatib⁹ suis clemētiā dei eloquant̄. Cibabis nos pane lachrymarū: & potabis nos in lachrymis & mēsura. Nō ait in differēter in lachrymis: sed in lachrymis & in mēsura. Misericordia quippe dei in pōdere. Si nō esset vtile cōuersioni peccātiū adhibere tormēta peccātibus: nunq̄ misericors & benign⁹ deus pœnis scelera puniret: sed quasi indulgētissim⁹ pater ad hoc corripit filiū: vt erudiat quasi prouidētissimus magister ita seueritate frontis lasciuū discipulū castigat: ne amari se sentiens pereat. Vide Salomonē sapientissimū oim: quid de dei correptiōib⁹ suspicet̄. Fili noli eē pusillanimis ī disciplina dei: neq; deficias correptus ab eo. Quē em̄ diligit dn̄s corripit: flagellat autē omnē filiū quē recipit. Null⁹ est em̄ (inquit apostolus) filius qui cū peccauerit nō flagellet̄ a patre. Et ad hoc mirabiliter addidit dicēs. In disciplina pseuerate tanq̄ filiis
B vobis offert se de⁹. Quis em̄ filius quē nō corripit pater? Qđ si extra disciplinā estis: cui⁹ pticipes facti sunt oēs: adulteri: & non filii estis. Sed sit forsitan aliquis: q ipo noīe irę offensus criminetur eā in deo. Cui respōdebim⁹: nō tā iram esse irā dei q̄ necessariā dispensationem. Audi qđ sit op⁹ irę dei. vt arguat: vt corrigat vt emēdet. Dn̄e ne in ira tua arguas me: neq; ī furore tuo corripias me. Qui hæc loquit̄ scit furorē dei nō eē inutilē ad sanitatē: sed ad hoc adhiberi: vt curet ægrotātes: vt emēdet eos q sermonē ei⁹ audire cōtēpserūt. Idcirco nec deprecat̄: ne talib⁹ remediis emēdet̄: ne cum pœnali medela recipiat pristinā sanitatē: quasi si seru⁹ iā inter flagella posit⁹ dn̄m pcet̄: repromittēs ei se imperata facturū: & dicat. Dn̄e ne in ira tua arguas me: neq; in furore tuo corripias me. Oīa quæ dei sunt bona sunt: & meremur corripi. Ausculta qd dicat. Arguā eos in C
auditu angustię eorū. Ideo audiuimus ea q̄ de tribulatiōe sunt: vt emēdemur. In maledictis quoq; leuitici scriptū est. Si post ista nō obedierint: neq; cōuersi fuerīt ad me: apponā eis plagas septē sup peccata eoꝝ. Si aūt post hęc conuersi nō fuerint: emādabo eos. Oīa dei: q̄ vidētur amara eē: ad eruditionē: & remedia proficiūt. Medicus est de⁹: pater est de⁹: dn̄s est: nō asper: sed lenis est dn̄s. Si veneris ad eos q puniti sunt secundū eloquia scripturaꝝ: cōpone scripturas scripturis: vt & te apostolus docet et videbis ibi dulcissima esse vbi amarissīa ęstimant̄. Scriptū est in ppheta. Non vindicat bis in id ipsum in iudicio. Vindicauit semel in iudicio p diluuiū: vindicauit semel ī iudicio sup Sodomā: & Gomorrā: vindicauit semel ī iudicio sup ęgyptū: & sexcēta milia Israelitaꝝ. Noli ęstimare q̄ hęc vltio pœna tantū fuerit peccatorib⁹: quasi post mortē: & supplicia iterū a supplicio excipiendi sint. Puniti sunt in psenti ne in futuro iugiter punirent̄. Cerne pauperē in euāgelio: squalore & penuria pmit̄: & postea ī Abrahæ sinu requiescit. Recipit mala sua in vita sua. Vnde scis an receperit q in diluuio sunt necati mala sua in vita? Vnde nosti vtrū ne restituta sint Sodomę: & gomorrę mala sua in vita sua? Audi testimoniū scripturarū: vis testamēti veteris testimoniū discere: vis noui edoceri? Restituet̄ Sodoma ī ātiquū. & adhuc dubitas an bonus sit dn̄s puniens Sodomitas? Tolerabilius erit terrę Sodomorū: & Gomorreoꝝ in die iudicii: dicit dn̄s miserās Sodomitas. Benignus ergo est deus: clemēs est de⁹: Solē suū vere oriri facit super bonos & malos: & pluit vere sup iustos: & iniustos: nō solū hunc quē oculis cernim⁹ solē: sed & illū solē q oculis mētis aspicit. Ego malus erā: & ortus est mihi sol iustitię. Ego malus erā: & venit sup me pluuia iustitię. Bonitas dei est: etiā in his q̄ amara D
ęstimātur. Igit̄ in captiuitate cōstitutus ē propheta: & cerne quæ videat: ne dolores sentiat captiuitatis. Deorsum videt labores: sed rursum eleuās oculos apertos suspicit cœlos: cernit sibi reserata cœlestia: videt siītudinē gloriæ dei: videt quatuor animalia: de qbus multus sermo: & difficilis īterpretatio est. Cernit aurigā quatuor animaliū. Cernit rotas se inuicē continētes. Auriga quatuor animaliū non totus est igneus: sed pubetenus a pedib⁹: & exinde vsq; ad summum electri fulgore rutilat. Non em̄ solum tormenta habet deus. Sunt in eo etiā refrigeria. Punit peccatores: sed per ea ministeria quę deorsum sunt. Neq; enim pro-

pheta ignē vidit in captiuitate: aut in his mē bris: quę a lumborum cōfinio ad summa consurgūt. Igneus est dn̄s: sed a renibus vsq; ad pedes: vt demonstret eos qui in generatiōe versantur igne īdigere. renis quippe coitus significatio est. Adhuc in lumbis Abraham patris erat Leui quādo ei occurrit melchisedech. Et in psalmo dicit. De fructu lūbi tui ponā super sedē meā. Igneus est a renib⁹ vsq; ad deorsum dn̄s. Generationes em̄: & libidinis opera gehēnæ suppliciis corripiūtur. Igneus est deus: sed nō totus est igneus. Supiora eius electrū sunt. Electrū non solū argēto: verū & auro pretiosius est. Electrū aūt pro exemplo fulgoris scriptura posuit: non q̄ deus vere electrum sit. Et quomodo nō est tale electrū deus: quale videbatur: sic nō est talis ignis qualis a renib⁹ vsq;
E ad pedum finē apparuit. Ignis iste cōsumit: Et non est appositū qđ cōsumat. Vt tu quęrēs reperias quid sit illud qđ a dei igne cōsumit. Deus noster ignis consumēs est. Quid consumit ignis iste? Non ligna quę cernimus: non sensibile fœnū: non stipulam quę videtur: sed si superędificaueris fundamēto Iesu Christi opera peccati ligna: opera peccati fœnū: opera peccati inferiora stipulā: venit ignis: & vniuersa ista examinat. Quis est iste ignis quem lex p̄dicat: et euāgeliū non tacet? Vniuscuiusq; opus quale sit ignis ꝓbabit. Quis est apostole ignis iste qui ꝓbat opera nostra? Quis est ignis iste sic sapiens: vt custodiat aurū meū: vt argentū meū splēdidius ostendat: vt illęsum relinquat eum qui in me est lapidem pretiosum: vt mala tantū cōsumat quę feci: quę superędificaui ligna: fœnū: stipulam? Quis est iste ignis? Ignē veni mittere super terram: & q̄ volo vt accēdatur? Iesus Christus dicit q̄ volo: vt iā accendatur. Bonus em̄ est: & nouit qa si ignis iste fuerit accēsus: malitia consumetur. Scriptū est in prophetis. Sanctificauit eū in igni ardēti: & vorauit tanq̄ fœnū syluā. Et rursum. Emittit dn̄s sabaoth in tuū honorē contumeliam: & in tuā gloriā ignis ardēs accenditur: id est vt tu glorificeris: emittitur ignis ī opera peccatorum tuorū. Vis adhuc a propheta discere: quia tormēta boni dei sint ad vtilitatē eorū qui & sustinēt constituta? Ausculta eundem prophetam
F dicētem. Habes carbones ignis: sedebis super eos: ii erunt tibi adiutorio. Hęc oportebat abscōdere: & in mediū nō proferre: sed hæretici nos impellūt: vt celāda efferamus in publicū: quia tecta sunt vtiliter apud eos: quia adhuc paruuli iuxta animę ętatem sunt: qui metu indigēt magistroꝝ: minis & terroribus corripiendi sunt: vt possint consequi bonitatē: vt per amara remedia a vulneribus peccatorum aliquando desistant. Semper enim sacramēta dei propter paruulos auditores velaminibus quibusdā operiuntur. Q̄ꝫ magna multitudo dulcedinis tuę dn̄e quā abscondisti timētibus te! Legis & prophetarū deus abscondit multitudinem bonitatis suæ: non diligentibus: sed timentibus se. Paruuli quippe sunt nec possunt cum emolumento suo discere q̄ amentur a patre: ne dissoluantur: ne despiciant bonitatem dei. Quapropter cū audieris de populi captiuitate: crede quidem vere accidisse eam iuxta historię fidē: sed in signū rei alterius pręcessisse: & subsequens significasse mysterium. Nam & tu qui vocaris fidelis: qui conspicis pacem: Christus quippe pax nostra est: in hierusalē cōmoraris. Si autē peccaueris: derelinquet te visitatio dei: & traderis captiuus Nabuchodonosor: & traditus duceris in babylonē. Cum em̄ confusa fuerit anima tua a vitiis: & perturbationibus: abducetis in babylonē: quoniam babylon cōfusio interpretatur. Et si rursum pœnitentiā egeris: & per cōuersionē veri cordis mīam dei impetraueris: mittitur tibi Esdras qui te reducat: & ędificare faciat hierusalem. Esdras quippe interpretatur adiutor: & mittitur tibi verbū iuuās: vt reuertaris in patriā tuam. Sacramentum est & id qđ in ænigmate et a Daniele dicitur: & ab apostolo absconden te pariter: & reuelāte narratur. In Adam omnes morimur: & in Christo oēs viuificamur. Fuit quippe Adam in paradiso: sed serpēs captiuitatis eius causa extitit: & fecit vt eiiceretur: siue de hierusalem: siue de paradiso: & veniret in locū hunc lachrymarū. Serpēs hostis est contrarius veritati. Cōtrarius autē non a principio creatus est: neq; statim super pectus et vētrē suū ambulauit: neq; fuit ab initio maledictus. Sicuti Adam & Eua non statim vt facti sunt peccauerūt: ita & serpēs fuit aliquādo non serpens: cum in paradiso delitiarū moraretur: vnde postea corruēs ob peccata meruit audire. Tu signaculū similitudinis: corona de coris in paradiso dei natus es: donec inuenta est iniquitas in te ambulasti īmaculatus in omnib⁹ viis tuis. De quo etiā Iob memorat: quia in conspectu omnipotentis dei superbierit. Cecidit quippe de cœlo lucifer qui mane oriebatur: cōtritus est super terrā. Vide cōsonantiā prophetici: euangelicię sermonis. Prophetes dicit. Cecidit de cœlo lucifer: qui mane oriebatur: contritus est sup terrā. Iesus loquit: Videbā sathanam quasi fulgur de cœlo cadentē. In quo differt dicere fulgur: aut luciferū de cęlo ruentē? Qđ ad rē pertinet omnis cōsonātia de

cadēte est. Deus quippe mortem nō fecit: nec malitiā operatus est. Liberū arbitrium & ho-
A mini: & angelo ad vniuersa permisit. Hic iā intelligendū est: quomodo per arbitrii libertatē alii ad bonorum conscenderent summitatem alii corruerent in malitię profundū. Tu vero homo quare non vis arbitrio te tuo derelictū? Quare ęgre fers niti: laborare: contendere: & per bona opera te ipsum causam tuę fieri salutis? An magis te delectabit dormientem: & in otio constitutū ęterna prosperitate requiescere? Pater meus (inqt dominus Iesus Christus) vsq; modo operat: & ego operor: & tibi displicet operari q ad opera creatus es. Nō vis opus tuum fieri iustitiā: sapientiam: castitatē. Non vis tuum opus esse fortitudinem: aliasq; virtutes. Igitur in captiuitatem ducuntur qui propter peccata sua seruitutis meruere supplicia. Et venit Iesus Christus prędicare captiuis remissionē: & cæcis visum. Iste clamat eis q sunt in vinculis: egredimini: & iis qui versantur in tenebris: videte. Et nos fuimus in vinculis peccatorum: & nos aliquādo versabamur in tenebris: aduersum rectores tenebrarū mūdi istius cōcertantes: venit Iesus omniū prophetarum vocibus prędicatus dicēs ligatis: exite: & constitutis in tenebris / aspicite. Si autē vis audire Ezechielē filiū hominis in captiuitate prędicātem: & iste typus erat Christi. Ideo factum est (ait) in trigesimo anno: ī quarto mēse: in quinta mēsis: & ego eram in medio captiuitatis secus flumē chobar: & aperti sūt cœli. Secus fluuium ergo chobar Ezechiel cum trigīta esset
B annorū aptos vidit cœlos. Et dñs Iesus Christus incipiens erat quasi triginta annorum secus fluuium iordanem: & aperti sunt cœli. Et per omnē prophetiā Ezechieli dicitur. Fili hominis. Quis autē filius hominis: vt dñs meus Iesus Christus? Respondeāt mihi hęretici qui natiuitatem illius: vt phātasma eludunt: quare Christus filius hominis appellatur? Ego affirmo filium hominis eū fuisse. Nam qui passiones assumpsit hūanas: necesse ē vt ante passionē susceperit natiuitatē. Neq; eñ potuit humanos affectus: verba: consuetudines: crucem mortē recipere: si non reciperet humanitatis exordium. Et cōsequēs erat natiuitatem eius auferentes: auferre etiam passionē: & simpliciter dicere: nō est crucifixus Iesus. Nunc vero crucē confiteris: & nō erubescis: Iudęis scādalum prędicas crucifixum: & gētibus stultitiā: et minus scandalū passione vel morte / erubescis natiuitatē eius cōfiteri. Nimirum minus scādali est Iesum natū fuisse: q̄ mortuum. Aut si scandalum Christiana fides nō veretur: cur times dicere minora qui maiora ausus es confiteri? Pręsertim cum natiuitas illius nō ex semine viri: & mulieris somno conuenientis esse credatur: sed iuxta prophetę eloquium dicētis: ecce virgo in vtero cōcipiet: & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emanuel? Hoc qđ dicitur Emanuel non vnum nomen sonat: sed rem significat. Adueniente quippe Iesu dicimus nobiscū dominus. Non frustra ergo in trigesimo anno prophetat Ezechiel. Nā & nomē eius figura Christi est. C
Interpretatur quippe Ezechiel imperium dei: imperium autē dei nullus est: nisi Christus Iesus. Fili⁹ quoq; buzi scribit: qđ interpretatur contēptus. Si venias ad hęreticos & audias eos spernētes: & pro nihilo ducētes creatorē: & insuper etiam criminātes: videbis iuxta illos cōtemptissimi creatoris filiū dominū nostrū Iesum Christū. Q2 si quis reluctatur: & nō vult hęc q̄ exponimus quasi prophetiā recipere: quęrā ab eo cur scriptū est in trigesimo anno vitę Ezechielis apertos fuisse cœlos: & vidisse eū eas visiones quæ in libro eius cōtinent? Quid mihi prodest annorū numerus: nisi hoc: vt discam trigesimo anno & saluatori: & prophetę cœlos fuisse reseratos: & spiritualib⁹ spiritualia cōparās cognoscam vniuersa quę scripta sunt eiusdē esse dei sermones? Quippe verba sapientiū: vt stimuli & quasi claui in altū confixi: quia cōpungētibus dati sunt a pastore vno. Ego & hoc qđ dicit in quarto mēse quinta mensis iuxta possibilitatē sensus mei inuestigans precor a deo vt idipsum possim intelligere qđ scripturarū eius cōgruit volūtati. Nouus annus imminet iam Iudæis: & primus mensis apud eos a noui anni numeratur exordio. Agit autē pasca de numero noui anni. Principiū mensium iste vobis erit in mēsibus anni: ab hoc anno numera mihi quartū mēsem: & ītellige baptizatū Iesū in quarto mēse noui anni. Eo eñ mēse qui apđ Romanos Ianuarius nuncupatur baptismum dñi factū esse cognoscimus: qui est mēsis quartus ab anno nouo iuxta supputatiouē hebræorū. Et quia de quatuor elemētis mūdi subsistēs corpus assumpserat: recipiēs etiā sensus hūanos: ideo forsitā & in quarto mēse: & in quinto die mēsis est intuitus visionē. Et ego erā ī me- D
dio captiuitatis. Videt mihi ironicos dictū: & ego erā ī medio captiuitatis. Et ego: quasi si dicat iuxta historiā qdē ppheta: Et ego q nō tenebar ī peccatis populi erā ī medio captiuitatis: iuxta allegoriā autē Christus: & ego veni in locū captiuitatis: veni ad eos fines vbi serui vbi captiui detinebant. Habes istiusmodi saluatoris nostri voces in prophetis indignātis:

quia non faciamus homines digna dispensatione eius: & maxime nos qui in eũ putamur credere. Dicit quippe ad patrẽ suum. Quæ vtilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionẽ? Nunquid confitebitur tibi puluis: aut annũtiabit veritatẽ tuã? Inuenio quoq & aliã istiusmodi vocẽ: quæ ex saluatoris nostri persona dicitur per prophetã quærẽtem animas plenas iustitiæ: plenas sensuum diuinorũ: plenas sanctorũ fructuum: & quærentẽ veritatis veros botros: sed inuenientẽ plurimos peccatores & inferaces bonorũ: & idcirco dicẽtem. Heu mihi quia factus sum sicut qui colligit stipulã in messe: & sicut racemos in vindemia ad quã non supersit botrus ad mãducãdũ primitiua. Heu mihi. Qđ dicit heu mihi nõ est primogeniti totius creaturæ: non est diuinitatis vox: sed humanę animę quã suscepit: vnde infert. Heu mihi aĩa mea: qa periit reuertẽs a terra: & q corrigat inter hoĩes nõ est. Oẽs in sanguine iudicãtur: vnusquisq proximũ suũ tribulat. Hęc idcirco memorata sunt: qa ait prophetes. Et ego erã in medio captiuitatis iuxta flumẽ chobar: qđ interpretat grauitudo. Grauis autẽ est huius sæculi fluuius: sicut & alibi sacrate dicit. Et iuxta simplices quosq historiã replicat: iuxta eos vero q spiritualiter scripturas audiũt: de anima significat q̃ in vitę istius inciderit turbines. Sup flumina babylonis ibi sedimus: & fleuimus dũ recordaremur Sion: in salicibus in medio eius suspẽdimus organa nostra: quia illic interrogauerũt nos qui captiuos duxerunt nos verba cãticorũ. Ista sunt flumina babylõis: iuxta quę sedẽtes: & reminiscẽtes patrię cœlestis lugẽt: atq deplorãt: vbi suspẽdunt organa sua: in salicib⁹ legis: & mysteriorũ dei. Scriptũ est in quodã libro: quia salignã oẽs credẽtes accipiant coronã. Et in Esaia dicit. Oriet quasi in medio aquę fœnũ: & salix sup aquã fluentẽ. Et in solẽnitate dei: qñ tabernacula eius cõponunt: salignos ramos ĩ tabernaculorũ fixione cõstituunt. Secus fluuiũ chobar. Secus flumen istud grauissimũ sæculi. Et
E aperti sunt cœli. Clausi erãt cœli: & ad aduẽtũ Christi aperti sunt: vt reseratis illis veniret super eũ spiritussanctus ĩ specie colũbę. Neq.n. poterat ad nos cõmeare: nisi primũ ad suę naturę cõsortẽ descẽdisset. Ascẽdit Iesus in altũ captiuã duxit captiuitatẽ: accepit dona in hominib⁹. Qui descẽdit ipse est: q ascẽdit sup oẽs cœlos: vt ĩpleret oĩa. Et ipe dedit alios apostolos alios ꝓphetas: alios euãgelistas: alios pastores: & magistros in perfectionẽ sanctorũ. Aperti sunt cœli. Non sufficit vnũ cœlum aperiri: Aperiuntur plurimi: vt descẽdant nõ ab vno

sed ab omnibus cœlis angeli ad eos qui saluandi sunt. Angeli: qui ascẽdebãt & descẽdebãt super filiũ hominis: & accesserũt ad eũ: & ministrabãt ei. Descẽderũt autẽ angeli: quia prior descẽderat Christ⁹: metuẽtes descẽdere prius q̃ dñs virtutũ omniũ rerũq pręciperet. Quãdo autẽ viderũt principẽ militię cœlestis ĩ terrestrib⁹ locis cõmorari: tũc p apertã viã ĩgressi sunt sequẽtes dñm suum: & parẽtes volũtati eius. Qui distribuit eos custodes credentiũ nomini suo. Tu heri sub dæmonio eras: hodie sub angelo. Nolite (inquit dñs) contẽnere vnũ de minimis istis qui sunt in ecclesia. Amen eñi dico vobis: quia angeli eorũ per omnia vident faciem patris qui est in cœlis. Obsequuntur saluti tuę angeli: concessi sunt ad ministeriũ filii dei: & dicunt inter se. Si ille descendit: & descẽdit in corpus: si mortali indutus est carne: & sustinuit crucẽ: & pro hominib⁹ mortuus est: quid nos quiescimus? Quid parcimus nobis? Eia omnes angeli descendamus e cœlo. Ideo & multitudo militiæ cœlestis erat laudantiũ: & glorificantium deum: quando natus est Christus. Oĩa angelis plena sunt: veni angele suscipe sermone conuersum ab errore pristino: a doctrina dæmoniorum: ab iniquitate in altũ loquente: & suscipiens eum quasi medicus bonus confoue: atq institue: paruulus est hodie: nascitur senex repuerascẽs: & suscipe tribuens ei baptismum secundæ regenerationis. Et aduoca tibi alios socios ministerii tui: vt cuncti pariter eos: qui aliquãdo decepti sunt: erudiatis ad fidem. Gaudium enim est maius ĩ cœlis super vnum peccatorem pœnitentiam agentem q̃ supra nonaginta nouem iustos: quibus non est opus pœnitentia. Exultat omnis creatura: collætatur: & applaudit his qui saluandi sunt. Nam expectatio creaturę reuelationẽ filiorum dei expectat. Et licet nolint ii qui scripturas apostolicas interpollauerunt istiusmodi sermones inesse libris eorum: quibus possit creator Christ⁹ approbari: expectat tamẽ omnis creatura filios dei quãdo liberentur a delicto: quando auferantur de zabuli manu: quando regenerẽtur a Christo. Verũ iam tẽpus est F
vt de pręsenti loco aliqua tãgamus. Vidit propheta nõ visionem: sed visiones dei. Quare nõ vidit vnã: sed plurimas visiones? Audi dominum pollicentem: atq dicentem. Ego visiones multiplicaui. Quinta mensis: hic annus quintus captiuitatis regis Ioachim. Trigesimo anno ętatis Ezechielis: & quinto captiuitatis Ioachim: propheta mittitur ad Iudæos. Non despexit clementissimus pater: nec longo tẽpore incõmonitum populum dereliquit. Quintus

est annus. Quãtũ tẽporis intercessit? Quinq; anni interfluxerunt ex quo captiui seruiunt. Statim descendit spiritus sanctus: aperuit cœlos: vt hi qui captiuitatis iugo premebantur viderent ea quæ videbantur a propheta. Dicente quippe eo: & aperti sunt cæli quodãmodo: & ipsi intuebantur oculis cordis quæ ille etiam oculis carnis aspexerat: & factus est sermo dñi ad Ezechielem filiũ Buzi sacerdotem.
A Sermo dñi qui ĩ prĩcipio erat apud deũ patrẽ deus verbum: sermo qui credẽtes efficit deos. Si eñ dixit illos deos ad quos sermo dei fact⁹ est: & non potest solui scriptura: ad quoscunq; sermo dei fact⁹ est facti sũt dii: Ezechiel quoq; deus fuit: quia factus est sermo dei ad eũ. Ego dixi dii estis: & filii altissimi oẽs. Vos vero: vt homines moriemini: & quasi vnus ex prĩcipibus cadetis. Vbi habetis in nouo testamento istiusmodi repromissionem? Si oportet instrumẽta distinguere: & dicere inter se dissidẽtes deos: qđ quidem nefas est etiam suspicari: sed iuxta abusionẽ dicimus: audacter profecto dicam. Multo maiorẽ in veteri testamẽto ostendi humanitatem q̃ in nouo. Ego dixi dii estis: et filii altissimi omnes. Nõ ait quidã dii estis: et quidam nõ estis. Verum omnes dii estis. Si autem peccaueritis: ausculta quid sequit̃. vos vero vt homines moriemini. Nõ est hic culpa vocantis ad salutem: nõ ipe causa mortis: qui inuitat ad diuinitatem: & ad cœlestis naturæ adoptionẽ: sed in nostro peccato: & in nr̃o scelere cõsistit qđ dicitur. Vos autẽ vt hoïes moriemini: & quasi vnus de principibus cadetis. Multi principes erãt: & vn⁹ ex eis corruit. de quo & in genesi scribitur. Ecce Adam fact⁹ est nõ quasi nos: sed quasi vn⁹ ex nobis. Ergo quã
B do peccauit Adã tunc factus est quasi vnus. Et fact⁹ est sermo dñi ad Ezechielẽ filium Buzi. Etiã si de saluatore hæc dicta volueris intelligere: ne timeas: habet & sic allegoria ĩtellectũ suũ. Venit sermo dñi ad eũ q de virgine nascebatur: id est hominẽ: sermo semp in patre manens: vt fierent vtraq; vnũ: & consociaret̃ homo: quẽ ob sacramẽtum & salutẽ vniuersę humanitatis indueret: diuinitati eius: & naturæ vnigeniti dei. Factus est sermo domini ad Ezechielem filiũ Buzi sacerdotẽ in terra chaldæorum. Chaldęi de cælestibus disputãt: chaldæi natiuitatis hoïm ratiocinãtur. In terra chaldęorũ. Quasi si dicat: eorũ qui asserũt fatũ: eorum qui causas vniuersitatis astroꝝ circuitu vẽdicant. Iste ergo nũc error: & ista mẽtis peruersitas figuraliter in chaldęorũ terra significatur. In terra chaldęoꝝ secus flumẽ chobar. Et facta est illic super me manus dñi. Et sermo dñi factus est ad prophetam: & man⁹: vt & factis ornaret: & verbis. Et vidi visiões. Aliqua perstringã: & licet ꝑ angustia tẽporis ea quæ dixi: possint sufficere: tamẽ etiã de toto corpore visionis summa queq; libabo. Et vidi: & ecce spiritus surgens veniebat ab aquilone. Dili C
genter cõsidera rerum numerũ quæ dicũtur. Spiritus surgẽs siue cõferẽs veniebat ab aquilone. Ecce vna res. Et nubes magna erat in eo. Ecce duę. Et splẽdor in circuitu ei⁹. Ecce tres Et ignis refulgẽs. ecce quatuor. Et ĩ medio ei⁹ sicut visio electri in medio ignis. ecce quĩq;. Et lumen in eo. ecce sex. Post hęc similitudo quatuor aïaliũ: & visio corũ: & narratio visionis. ecce septem. Et ĩ medio aïaliũ quasi carbones ignis. ecce octo. Quis põt ista minutatim exponere? Quis ita est capax spiritus dei: vt hęc sacramẽta dilucidet? Oportebat accusatores creatoris & dei ꝑphetarũ primũ intelligere q̃ dicuntur a ꝑphetis: & postea criminari. Qui eñ vere accusat: ea debet accusare: quę nouit. Si vero hęretici ne ꝑpe quidẽ sunt intellectui diuino: quomodo rationabiliter accusant qđ eos nescire cõuincimus? Discãt qs in hac visione sit sensus. Primũ apparet spirit⁹ auferẽs. Secundo nubes magna in spiritu auferente. Tertio splẽdor in circuitu spirit⁹ auferẽtis. Quar D
to ignis refulgẽs. Quinto in medio eius sicut visio electri: haud dubiũ quin in medio ignis. Sexto splendor in eodem electro. Confiteor libenter a sapiẽte: & fideli viro dictam sentẽtiã quã sæpe suscipio: de deo & vere dicere periculum est. Neq; eñ ea tantũ periculosa sunt quę falsa de eo dicunt̃: sed etiam quæ vera sunt: et nõ opportune proferũtur: dicenti periculũ generãt. Margarita vero est: sed si puerse: discrimen eius est qđ dicit pedibus eoꝝ. Et vt iuxta nos aliquod ponamus exemplum collectiones istę: non solum in Helia: non tantũ Romę: non in Alexandria: sed in omni semel orbe similitudinem referunt sagenę: quæ ex omni genere pisciũ capit. Non possunt vniuersa bona esse quæ incidunt in eam. Ait quippe saluator. Cũ extraxerint: & secus littus sederint: eligẽt bona quidẽ in vasa sua: mala vero foras proiicient. Oportet ergo in sagena totius ecclesiæ esse & bona & mala. Si iã vniuersa mũda sunt quid derelinquimus iudicio dei? Et iuxta aliã parabolam: & frumentũ & palee in area continentur: cum frumentũ tãtum in Christi horrea cõgregandum sit: & discernãtur paleę ab eo. Cuius ventilabrum in manu eius: & mundabit aream suam: & cõgregabit frumentũ in horreum: paleas vero consumet igne inextinguibili. Neq; eñ assero ego aream totum esse

mūdum:sed aream intelligo esse cœtū populi
E christiani.Quomodo vnaqueq; area circūscri
bitur:& est plena frumēto:vel paleis:nec totū
frumētum est:nec totum rursum palea: sic in
ecclesiis terrestribus alius est frumentū: alius
est palea. Verum ibi non sua causa:nec per vo
luntatē paleę sunt:neq; enim ex proprio arbi-
trio frumentum est: hic vero in tua potestate
positum est:vt sis palea:vel frumentum. Hæc
nos docere debent:vt si aliquādo aliquis in cō
gregationibus nostris viderit peccatorem:nō
scandalizetur:neq; dicat.Ecce peccator in cœ
tu sancto est.Si hoc licet:si hoc concedit:qua-
re & ego non peccem?Dum in præsenti sæcu-
lo sum⁹:id est ī area:& ī sagena:& boni & ma-
li in ea cōtinentur.Quādo autē venerit Chri
stus:fiet discretio:& implebit illud qđ ab apo
stolo dicitur.Omnes nos oportet assistere āte
tribunal Christi: vt reportet vnusq̄sq; ꝓpria
corporis sui:q̄ gessit:siue bona:siue mala.Hęc
in prooemio de interꝑtatiōib⁹ visionū a stuās
animus est locutus:& ambigēs quę sileat:quæ
proferat:quę leuiter tacta dimittat: quę ex iis
quę manifestius:quæ obscurius exponēda sint
si tamen poterimus implere qđ cupimus. Pri
mū ergo videtur spirit⁹ auferens:id qđ paulo
ante diximus:quia dn̄s noster ignis consumēs
sit:etiam nunc repetimus:& diximus huic tę-
F stimonio congruere.Quomodo ponitur spiri
tus auferens?Deus spiritus est:& spirit⁹ aufe-
rens cernitur. Quid a me aufert:& ab anima
mea:vt merito auferēs prædicetur? Vtiq; ma
la.Et tunc sentio bonitatem eius:si a me pessi-
ma quæq; sustulerit.Neq; vero putandum est
finē esse beatitudinis si a malis liberemur: ini
tium felicitatis est carere peccato. Et in Hie-
remia scribit.Oīa quippe q̄ in ꝓphetis scripta
sunt clementissimo deo vēdico.Ecce dedi ser-
mones meos in os tuum:ecce cōstitui te super
gētes:& regna eradicare:& suffodere:& disp-
dere:& ędificare: & plātare.Benignus est de-
us dans sermones ad eradicādum. Verū quid
est qđ eradicari debeat:& subuerti? Siqua plā
tatio in animo mala est: siqua secta nequā:hāc
eradicat: hanc subuertit sermo propheticus.
Vtinam autem cōtingat:vt mihi talis sermo
donetur:qui eradicet hęreticorum semina:&
doctrinā ex zabuli fonte manantē:qui de eius
anima qui nūc primum ecclesiam ingreditur
G idolatrię auferat plantationē.Dedi sermones
meos in os tuum.Ecce cōstitui te eradicare:&
suffodere.Scilicet vt siqua ędificatio pessima
est:destruatur.Q; vellē & ego suffodere quic-
quid Marcion in auribus deceptorum ędifica
uit:eradicare:& subuertere: & dispdere:vt Ia
cob disperdidit idola. Vsq; ad hodiernū diem
est disperdere:& ædificare.Hæretici disperde
re & subuertere tantū audierūt:in ædificatio
nis autē plantationisq; sermone surdas aures
auerterunt.Neq; enim volunt inspicere:quia
tristia quęq; prima dicunt:& secūda quę lęta
sunt.Quare nūc ista memoramus? Videlicet
vt manifestetur dei sermo subuertere mala:&
ædificare optima:eradicare vitia:quasi agri-
cola bonus: vt in purgato cāpo vberrima vir
tutū messis oriatur.Hęc ꝓpter spiritū auferē
tem. Vidit enim primū spiritum auferētem:
deinde nebulam magnam in eo. Quādo pur-
gatus fueris ab auferente spiritu tantum : vt
auferatur omne malum a te: & omne quod in
tua anima nequitiæ versat: tunc incipies etiā
magna nebula frui:quę in spiritu auferēte cō
sistit.Quæ nebula proxima est ei nebulæ: quā
in euāgelio legimus:de qua venit vox.Hic est
filius meus in quo bene cōplacui.Spiritus ve-
ro auferēs: deinde nebula magna in eo:postea
splendidissimū lumen in circuitu eius. Abla-
tum est a te malum. Data est tibi nebula ma-
gna:vt pluat imbrem super vineam tuā:secū-
dum illud qđ alibi dicitur.Mandabo nubibus
ne pluant sup eam imbrem. super pessimā vi-
delicet vineam. Si autē hoc de mala iubetur:
haud dubium est quin econtrario si bona vi-
nea fueris pluat super te nebula.Et splēdor in
circuitu eius. Deinde ignis fulgens:& in me- H
dio eius quasi visio electri.Dupliciter aufert a
nobis mala deus:spiritu:& igni. Si boni & in-
tenti ad pręcepta dei simus:& sermonibus il-
lius erudiamur:spiritu mala nostra aufert: se
cundum illud qđ scriptum est. Si autem spiri
tu opera carnis mortificaueritis:viuetis.Si ve
ro spiritus mala non abstulerit a nobis:purga
tione ignis indigemus.Idcirco diligenter ob-
serua coniūctiones singulas. Prima coniūctio
est spiritus & nebulæ:secūda ignis & luminis
tertia electri & splēdoris:ac singula quę quasi
tristia videntur iocundiorum vicinitate pen-
santur.Siue enī spirit⁹ oritur:statim sequitur
nebula:siue ignis apparet:adiunctum est ei lu
men:siue electrum pręcedit:splēdor in circui
tu eius est. Oportet quippe nos quasi aurū in
fornace: & electrum vehementissimo igne cō
flari.Et in hoc propheta quē nunc exponimus
habes sedentem dominum in medio Hierusa
lem:& conflantem eos qui mixti sunt argēto:
& stanno:& ęramēto:& plūbo:& querula vo-
ce causantem de his qui habēt in se cōmixtio-
nem materiæ vilioris. Argentum inquit com I
mixtum facti estis: & tanq̄ granum de vua re
probum argentum facti estis. Quando enim

creaturæ dei:quæ ab initio bona est:superinducimus de malis nostris vitia: ac passiones: tunc argento & auro æs stānum plumbumq; miscemus:& necessarius est ignis ad purgandū.Ideoq; sollicite prouidendum est: vt cū venerimus ad ignem istū:securi transeamus per eū:ad instar auri:argentiq;:& lapidis pretiosi quæ sine foco adultera sunt: vel qui sine foco adulteri sunt:non tam vramur incēdio:q̄ probemur.Ecce spiritus auferens veniebat ab aquilone.Et hoc q̄ ab aquilone veniebat spirit⁹ auferens:& postea redit:habet rationē.Ab aquilone quippe exardescunt mala super habitantes terram.Aquilo violentissim⁹ ventus:quē alio nomine dextrum vocamus:q in quatuor cardinibus cœli de quibus venti spirare dicūtur frigidior est:atq; vehementior.Necnō & illud qđ de ordine castrorū apud Israel in numeris scribitur hui⁹ rei obtinet figuram.Nouissima eñ castra ad aquilonē ponūtur Dan. Prima castra Iuda ad orientē.Deinde pone eū Ruben:postea secūdū mare effrem:ī extremo (vt diximus)ad aquilonē Dan. Et olla q̄ succensa describitur a facie aquilonis accenditur Aquilo quippe figuraliter dicitur contraria fortitudo:id est zabulus: qui est vere durissimus ventus.Venit eñ ab aquilone spirit⁹ auferens:& nubes magna ī eo:vitia ab eo esse exposuimus.Et splēdor in circuitu ei⁹: & ignis fulgēs.Potuit dicere ignis exurens:verum piguit scripturā tristitiā nominare:& opus ei⁹ ascribere:ideoq; p̄ pœnali vi splendorē tantū

A apposuit.Et in medio ei⁹ quasi similitudo quatuor animaliū.Ista visio eorū.Similitudo hominis ī illis.Et quatuor facies vni:& quatuor pennæ vni:& crura eorū recta:& pennati pedes eorū.Vides qualia sint quæ regant a deo: vt ibi qui sedes sup cherubin apparet.Cherubim interpretaƭ plenitudo sciētiæ: & quicūq; scientia plenus est efficitur cherubim quē regit deus.Quid sibi autē volūt quatuor facies? Quę saluāda sunt genu flectūt dn̄o Iesu:& ab apostolo tripliciter nominatur:vt in noīe Iesu omne genu flectatur cœlestiū:terrestriū:& infernorū.Quę autē genu flectūt dn̄o Iesu:subiecta sunt ei.Et quę subiecta sunt:dicūt.Nōne deo subiecta est aīa mea? Apud ipsum eñ salutare meū.Et oportet eū regnare donec ponat oēs inimicos suos sub pedibus eius.Qđ est ergo quartum?Cęlestia:terrestia:& inferna tria tantū sunt.Nempe illud.Laudate dn̄m cęli cęlorum:& aqua quę sup cælos est laudet nomē dn̄i.Omnia ista reguntƭ a deo:& ducunƭ a maiestate eius.Quocūq; spirit⁹ ibat ibant & animalia.Hæc ipsa animalia habent similitudinē super se hominis cū sint quatuor facierū.Nec B dictū est in principio:qa facierū quatuor sint: sed quia inter quatuor facies eminet:& principatū tenet facies humana:describitƭ:& quæ dicitƭ facies hūana:& facies leonis a dextris quatuor partiū:& facies vituli a sinistris quatuor & facies aquilę a quatuor partibus.Videam⁹ ergo an triptitā animā significet:de qua etiā aliorū opinionib⁹ disputādū est:vt animæ tripertitę alia quarta fortitudo p̄sideat.Quæ est tripertitio animę?Per hominē rationabile ei⁹ indicaƭ:per leonem iracūdia:per vitulū concupiscētia.Spiritus vero qui præsidet ad auxiliandū:nō est a dextris:vt homo:vl' leo:nō est a sinistris:vt vitulus: sed super oēs tres facies consistit.Aquila quippe in alio loco nuncupaƭ vt per aquilā spiritū præsidētem animæ significet.Spiritū autem hominis dico qui ī eo est. Atq; ita omnia ducunƭ nutu dei cælestia:terrestria:& inferna:& ea quę super cęlos sunt:et efficimur nos oēs cherubin:quæ sub pedibus dei sunt:quib⁹ cōiunctæ sunt rotę:& subsequitur ea:non sub rota:neq; sub sæculi ditione rebusq; versamur:cū iam p passionē Christi sumus a mūdi negotiis liberati.Et rota ī medio C rotę.Si cōsideres quomodo per cōtrarios euētus soluaƭ vniuersitas rerū: siue in his q putantur errare:siue in his q ab errore dicunƭ alieni: videbis quomodo rota in medio rotæ sit. Hæc autē regit oīa:& quocunq; vult torquet totius vniuersitatis deus:in Christo Iesu:Cui est gloria & imperiū in sæcula sęculorū.Amē.

Explicita est Homilia Prima.

Incipit Homilia Secunda de eo qđ dicitur. Fili hominis p̄pheta super prophetas israel: qui prophetāt de corde suo.vsq;: Extendā manum meā ad p̄phetas: qui vidēt vana & diuinant mendacia. Cap.XIII.

NVllam speciem peccatorum D scriptura reticet:de qua nō doceat legentes.Oportuit eñ verbū dei missum ad sanādos eos qui audiebāt omnem spiritū peccatorū perstringere:& vniuersis hominib⁹ loqui: vt nemo fraudareƭ remediis salutarib⁹: & his medelis quæ vulnerib⁹ possint p̄desse curandis. Quomodo ergo dicuntur alia de populo:alia de sacerdotibus magnis:& quędā de presbyteris:ac nōnulla de dispensatorib⁹:& qdē bonis dispensatoribus laus: malis vero culpa ascribitur:vt alii exhortationē accipiāt ad melio-

ra: alii vero vt in peiora nõ corruant: sic oportet de falsis: ac veris ꝓphetis diuinam edoceri disciplinam: vt prophetę quidem accipiantur in eandem partẽ: qui verbis dei ministrãt. Per pseudoprophetas vero designãtur ecclesiarũ magistri: qui non recte seu sermone: seu vita congruunt ei quã prædicant disciplinæ. Lęti quapropter simus: si nos scriptura cõmoneat docẽs: vt recedamus a vitiis: magis autẽ si ordinis nostri aliquos dei sermo pstringat volentes sanari & conuerti a peccatis nostris.

E Factus est sermo dñi ad prophetã Ezechielẽ dicẽs ei. Fili hoĩs ꝓpheta mihi sup prophetas Israel. Fuerunt quidẽ & prophetæ Israel noĩe potius q̃ veritate. Sunt autem & hodie in vero Israel: id est ecclesia: quidam pseudoprophetæ & falsi magistri: quibus hæc sermo pręnunciat. Si me arguat dei sermo tentabo cõuerti: nec quia aduersum me aliqua dicuntur: q videor doctor esse ecclesię: debeo tacere: verum mihimetipsi non parcẽs cuncta reuelabo quæ dicta sunt: vt conuertar a vitiis: vt fiam nõ ex his quos scriptura nũc corripit: sed ex his qui sermonem dei verissime prædicantes in ecclesia extiterunt magistri. Propheta super prophetas Israel qui prophetant: & dices prophetis. Qũomodo opus prophetarum erat hæc spiritu prædicere quæ videbantur: sic eodem spiritu opus est ei qui exponere cupit ea quæ sunt latenter significata: vt monstret non ad eum fieri prophetiam: qui cõtra dei docet volũtatẽ: qui prophetat de corde suo. Iuxta simplicem quidem intellectum: quidam prophetarum de diuino spiritu loquẽtes: non de corde suo loquuti sunt: sed de sensu dei: quidã vero simulantes se prophetas: atq; dicẽtes: Hæc dicit dominus: dño non loquente: in eis pseudo prophetæ extiterunt. Potest autem & sup eos qui docent in ecclesiis: si aliter q̃ poscit veritas docent: præsens sermo congruere. Si quis enim ea quæ Iesus Christus dominus locutus est ipsa æque doceat: non de corde suo: sed de spiritu sancto loquitur sermones filii dei Iesu. Si consentit sancti spiritus voluntati: eius qui in apostolis locutus est: non de corde proprio loquitur: sed de corde spiritussancti: qui est loquutus in Paulo: qui est loquutus in Petro: & in cæteris apostolis est loquutus. Si quis vero legẽs euangelium: proprium sensum aptat euangelio non ita intelligens: vt dominus loquutus est. iste falsus propheta est loquens de corde proprio in euangelio. Et de hę

G reticis quidem nihil absurdum est hæc dicta intelligere. Differunt quippe quasi de euangeliis: & quasi de apostolis αἰώνων suorum fabulas: proprio corde exponẽtes non in corde spiritussancti. Neq; enim possunt dicere: nos autem sensum Christi habemus: vt videam⁹ ea quæ a deo donata sunt nobis. Cum autem & super me venerit qui dicor ecclesiasticus: qui accipio librum sanctum: & nitor eum interpretari: hoc quod de hæreticis ĩtelligi potest: quę so audientes vt diligenter attendant: & accipiant gratiam spiritus: de qua dictum est: discretio spirituum: vt probati trapezitę facti diligenter obseruent: quãdo falsus sim magister quando vero prædicem quæ sunt pietatis ac veritatis. Si itaq; inuenio in Moyse: & in prophetis sensum Christi: non de corde proprio: sed de spiritu sancto loquor. Si autem nihil cõgruum inueniens mihimetipsi confingo quæ loquar: fluctuãs in sermonibus qui sunt alieni a deo: de meo potius corde: q̃ de dei sensib⁹ loquor. Propheta: & dices prophetis qui prophetãt de corde suo. Nõ ait simpliciter de corde: sed de corde suo. Et prophetabis: & dices ad eos. Audite verbum domini. Hæc ad me: hæc ad eũ dicuntur: qui doctorem se esse promittit: vt timor dei maior oriatur ĩ nobis: ne periclitemur: quasi sub commentario scripto non ab hominibus: sed ab angelis dei sic ꝓferre sermonẽ. Noui quippe quia cum in iudicio ille ordo consederit: de quo prophetauit Daniel: & libri fuerit aperti: oẽs mei conat⁹: oẽs H

meæ expositiones proferentur in mediũ: siue in iustificationẽ: siue in condemnationẽ meã. In iustificationem quidem mihi erunt quę bene dicta sunt. In cõdemnationem vero ea quæ secus q̃ veritas poscit explanata. Ex sermonibus inquit tuis iustificaberis: & ex sermonib⁹ tuis condẽnaberis: quasi habenti nõ oẽs sermones de quibus iustificaretur: neq; rursum oẽs sermones: de quibus condemnaret. Si aliquis a sermonibus purus est alienis: & eis qui possint reprehendi: ex sermonibus suis iustificabitur: & non condemnabitur. Si autẽ nunq̃ recte locut⁹ est: sed semper protulit praua: ex sermonibus suis condemnabitur: & non iustificabitur. Verum quia nos qui non sumus ex oĩ parte perfecti: neq; sic dicimus: vt semper iustificemur: neq; sic econtrario sumus peccatores: vt semper condẽnemur: & habem⁹ alia verba ex quibus iustificemur: & alia ex quib⁹ condẽnemur: Deus super stateram suã vtraq; ponens expendit diligenter: & iudicat in quibus iustus sim: & in quibus sermonibus cõdẽnandus. Quod autem in sermonib⁹ facit: hoc idẽ facit & in gestis. Necesse est eñ vt sint alia facta: in qbus iustificemur: & alia in qbus condẽnemur. Neq; eñ sic pfect⁹ sum: vt oĩa facta

habeã: in quibus iustus exiſtã: neq; ſic peccator vt talia cũcta fecerim q̃ me oĩ ex parte cõdemnent. Eſſe auté & talia facta iſtiuſmodi: & alia iſtiuſmodi: ex hoc manifeſtũ eſt qđ dicit. Quorundã hoĩm peccata manifeſta ſunt pcedẽtia ad iudiciũ: quorundã aũt & ſubſequunt. Similiter aũt & bona facta manifeſta ſunt: & q̃ aliter habent latere non poſſunt æque de intellectibus. Propter qđ & inter ſe inuicẽ cogitatio nũ accuſantiũ ſiue ſatiſfacientiũ iudicium me expectat de oĩbus q̃ facio: q̃ intelligõ: q̃ loquor & incert⁹ opperior qdnã mihi in illo iudicio ſit futurũ. Quãtoq; magis timor dei mihi incutit ad recipiẽda cũcta q̃ feci: tanto magis cuſtodire me debeo: vtinã quidẽ ab oĩbus peccatis: ſinautẽ hoc nõ poſſum: ſaltẽ queam a maximis. Hæc de eo qđ propoſuimus de pphetis: q

A prophetant de corde ſuo: ad quos dicit. Audite ſermonẽ dñi: hęc dicit Adonai dñs: vęh iis qui pphetant de corde ſuo: qui ambulãt poſt ſpm̃ ſuũ. Duo peccata ſunt: vnũ cordis: aliud ſpiritus. Primũ de meliori parte videamus: vt poſſimus etiã ea q̃ cõtraria ſunt conſiderare. Aplus loquit. Orabo ſpũ: orabo & ſenſu. qui ſenſus in corde habet habitaculũ. Pſallã ſpiritu: pſallam ſenſu. Igit & ſpũs eſt: & ſenſus ĩ nobis. Et quomõ ſanctus orat ſpiritu: orat & ſenſu: pſallit ſpiritu: pſallit & ſenſu: ſic iſte q eſt falſus pphetes de corde pprio pphetat: & ambulat nõ poſt ſpiritũ dei: ſed poſt ſpiritũ ſuũ. Eſt quippe quidã ſpirit⁹ hoĩs: qui verſatur in eo. Poſt quẽ procul abſit vt ego ambulẽ: ſed in intelligens ſanctũ ſpiritũ dei poſt dñm Ieſum meũ ambulẽ. Itaq; prophetæ qui prophetant de corde: & ambulant poſt ſpiritum non tam dei q̃ ſuum: omĩno quod gręce dicit nõ vident: & eſt ambigua ex ſermone ſententia. Siue em̃ ea q̃ ſunt gñalia id eſt generalia non vident: licet quadam ex parte conſpiciãt ſiue (quod ego melius reor) omĩno nõ vidẽt: licet ſibi ex parte quadam videantur videre. Alii quippe in nobis oculi ſunt meliores his quos habem⁹ in corpore. Qui oculi aut Ieſum dñm vidẽt: qui eos ad ſe intuendum creauit: aut certe omĩno cæci ſunt. Si peccator ſum: nihil video: nec poſſum veritatis lumen aſpicere. In iudicium quippe ait in mundum iſtum veni: vt non videntes videant: & videntes cæci fiant. Si autem iuſtus: accipio gratiã a deo: & de me quoq; dicitur videns. Prophetæ em̃ vocabantur ante vidẽtes. Et qui vides ait vade: deſcende in terram Iuda: & ibi commora=

B re: & ibi prophetabis. In Bethel autẽ iam non adiicies: vt prophetes: & rurſum alibi. Viſio quã vidit Eſaias filius Amos. Beatus cui reuelabit dñs oculos ad videnda mirabilia de legẽ dei: iuxta obſecrationem prophetæ dicentis. Reuela oculos meos & conſiderabo mirabilia de lege tua. Videamus autem & alium ſermonem per quem pſeudo prohetæ: & falſi magiſtri corripiuntur. a quo quæſo vt orantib⁹ vobis ego purus inueniar. Quæ eſt ergo igitur correptio? Sicut vulpes in deſerto: prophetæ tui Iſrael. Animal vulpes nequã eſt: verſutum C indomabile eſt: ferum eſt. Dicite ait Saluator vulpi iſti. Ecce ſanationes: perfectio hodie: & cras: & tertia die conſummor. Has vulpes neceſſarias habuit aduerſum alienigenas Samſon: quarum caudis cum igne vinctis (trecentas enim cœperat) in perditionẽ eas frugum miſit hoſtilium. Iſtiuſmodi ſunt falſi magiſtri verſuti: maligni: & beſtiis ſimiles. Si talis ſum vulpes ſum: ſed nõ ſimpliciter vulpes verum vulpes in deſertis: vulpes ĩ parietinis: vulpes in rupib⁹: hæc em̃ in diuerſis ſenſibus continẽt. Verſipelles iſti & nequã ſemp in deſertis: ſemp in ſolitudinib⁹ morant. Vbicunq; enim aĩa habitat a deo: & ſpũ ſancto plena eſt: ibi nõ poteſt hęreticorũ doctrina penetrare: nec valet eorum ſermo perrũpere. Vbi aũt ſolitudo Chriſti eſt: vbi deſertũ iuſtitiæ: ibi nequiſſimę diſciplinę venena verſantur. Idcirco ſicut vulpes (ait) in deſertis pphetæ tui Iſrael: Nõ ſteterũt in firmamento. Si conſiderare volueris magiſtros: videbis eos infirmos: inſtabiles: & non valentes dicere. Statuit ſupra petram pedes meos: & direxit greſſus meos. Et quia non ſunt tales: vt ſteterint robuſta radice fundati ideo nõ ſteterũt in firmamento: ſed dilexerũt mouere pedes ſuos. Eſt aũt & hoc grãde peccatũ ſaltẽ paululũ pedes mouere: vt Dauid pſalmiſta canit. Q̃ bonus Iſrl deus rectis corde. Mei vero pene moti ſunt pedes. Btũs ille multumq; felix: cui robuſtiſſime cõſiſtẽti firmos animæ pedes habere conceſſum eſt: qui audire a deo dignus eſt. Tu vero ſta mecum. Ve= D rum nõ tales pſeudoprophetæ: non tales falſi magiſtri: neq; em̃ ſic ſteterũt in firmamento. Et congregabunt greges ſuper domũ Iſrael. quos docẽt: quos inſtituũt: ſiue hęretici dogma impiũ prædicantes: ſiue falſi magiſtri decipientes eos quorũ aures pruriũt: colligunt greges ſchiſmatũ aduerſũ eccleſiã dei: aduerſum domũ Iſrael. Nõ ſurrexerũt q dicerẽt. In die dñi falſa vidẽtes hi nõ ſurrexerũt. Iſti vero ſurgentes dicũt. Cõſepulti ſum⁹ Chriſto p baptiſma: & cõſurreximus ei. Habemus quippe: vt pignus ſpiritusſancti: quem accipiem⁹ ad plenũ poſt q̃ venerit quod perfectũ eſt: ſic pignus reſurrectiõis: quia in reſurrectiõe per

secta nemo adhuc resurrexit de nobis. Verum tamē resurreximus: Paulo dicente. Consepulti sumus Christo per baptisma: & consurreximus ei. Non ergo resurrexerūt: hoc est nec dū resurrectionis baptisma cōsecuti sunt falsi ꝓphetę: & falsi magistri: qui dicerēt in die domini vidētes quæ falsa sunt: neqꝫ aliquando possunt conspicere veritatem. Accipe exemplum Qui scripturā legit: & aliter q̄ scripta est accipit: scripturam mēdaciter videt. Qui vero audit scripturam: vt se veritatis intellectus habet: & sic eā interpretatᷣ: videt veritatē. Et sancti quidē non diuinant. Nō enim diuinatio in Iacob. Peccatores vero diuinant falsa dicētes.

E Hæc dicit dominus: & dn̄s nō misit eos. Audi hęreticos: quomodo traditionē apostoloꝝ habere se dicāt. Audi falsos magistros quomodo affirmant doctrinā suā dn̄i esse doctrinā: sensum suum sensui congruere prophetarū: & dicunt. Hæc dicit domin⁹: & dn̄s non misit eos. Et cœperunt suscitare sermonē. Non visionē falsam vidistis? Et hi em̄ volunt in defensionē sui quēdam pro se suscitare sermonem: sed arguit eos dn̄s: & dicit. Non visionem falsam vidistis: & diuinationes vanas locuti estis: & dixistis dicit dn̄s: & ego nō sum locut⁹? Propter ea dic: Hæc dicit dn̄s. Pro eo ꝙ sermones vestri mendaces sunt. Orate pro nobis vt sermones nostri nō sint falsi. Licet quidam homines ignorantia iudicii eos asserant falsos: dn̄s non dicat: & recte nobiscū agetur. Si vero mille hominū eos dixerit veros iudicio porro dei fuerint falsi: quid mihi ꝓderit? Dicūt & Marcionitę magistri sui veros esse sermones: dicūt et Valētini robustissimā sectā qui fabularū eius cōmenta suscipiunt. Quæ vtilitas? quia plurimi ecclesię hęretica prauitate decepti in eorū cōspirauere sentētiā: hoc est qđ quęritᷣ: vt dominus sermonū meorū testis assistat: vt ipe cōprobet quę dicunᷣ sanctaꝝ testimonio scripturaꝝ. Propter hęc ergo ad vos dicit adonai dominus: extendā manū meā ad ꝓphetas qui vidēt mēdacia. Hæ cōminatiōes sunt aduersum falsos magistros: & eos qui loquunᷣ mēdacia.

F Videamus autē quid de eis cōminetur. In disciplina populi mei nō erunt. Non vno modo a dn̄o peccatores corripiunᷣ. Aliter arguitur populus dn̄i: aliter alienus ab eo. Fili ne neglexeris disciplinam domini: neqꝫ fatigeris dū argueris ab eo. Quē em̄ diligit dn̄s castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit. Argue nos dn̄e: verum ī iudicio: & nō in furore. Ista correptio populi est. Correptio peccatoris & alieni illa est quā iustus renuit: dicens. Dn̄e ne in ira tua arguas me: neqꝫ ī furore tuo corripias me. De falsis itaqꝫ magistris: & pseudo ꝓphetis dicitᷣ. In disciplina popl'i mei nō erūt neqꝫ in scriptura dom⁹ israel scribētur. Sicut & alibi. Deleantur de libro viuētium & cum iustis non scribanᷣ. Et nūc scriptura ait. In domus Israel nō scribētur: & in terram israel nō intrabūt. Extra repromissionis terrā hęretici morabunᷣ: quæ est terra valde bona: & in quā vt introducamur oramus: in libro viuētiū ante cōscripti a Iesu Christo: cui est gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Explicita est Homilia Secunda.

Incipit Homilia Tertia. de eo qđ scriptū est Fili homilis obfirma faciem tuam super filias populi tui quæ prophetant de corde suo. vsqꝫ Obfirma faciem meam super hominem illum & ponam illum desertum. Cap. XIII.

PRimū de eo qđ dicitur: Obfirma faciem tuam: requirēdum. Deinde si dn̄s dederit inuestigare debem⁹ filias populi prophetātes de corde suo & facientes ea: in quib⁹ eas dei sermo corripiat. Et ꝙ sit alia facies pręter hanc corporis nostri faciem: licet ex multis manifestum sit: attamen & ex his quæ apostolus memorat indicatur. Nos vero omnes reuelata facie gloriam domini speculantes: in eandem imaginem trāsformamur a gloria in gloriam: quasi a domini spiritu. Hanc faciem corporalem omnes homines habemus reuelatam: nisi forte calamitatibus: & angustiis premimur. Vultus autem ille: de quo sermo apostoli est: in multis tect⁹ est: & in paucis reuelatus. Qui em̄ fidutiam habet in vita immaculata: in sensu sano: in fide vera: iste tantūmodo non habet confessionis: fraudulētiæ: peccatiqꝫ velamen: sed propter puram conscientiā reuelata facie gloriā domini cōtemplatur. Procul autē absit a nobis: vt velatam habeamus hanc faciem. Hęc pauca de facie: vt possimus intelligere quid sit quod sequitur. Obfirma faciē tuā sup filias populi tui. Ista facies: id est principale cordis nostri: nisi obfirmata fuerit sup eo qđ intelligēdum est: vt quo modo videt sic annuntiet audientibus: illud qđ aspicitur nō videtur. Impossibile quippe est vt aliquis sine obfirmatiōe vultus: vagus: fluctuabūdus: circūlatus omni vēto doctrinæ: videat qđ debet: videat vt debet. Oportet ergo volentē intelligere habere faciē in eo qđ intelligere nitiᷣ obfirmatā. & ob hāc semp causam ꝓphetaturis

G H

primum iubetur vt faciem suam obfirment: vt nostrã autem & nos possimus obfirmare faciem: in euangelio: in lege: in prophetis: in apostolis: obfirma eam super Christo: & non super sæculi negotijs. Sed cum in mundialibus curis anima nostra versetur: cum semper ardeat habendi fame: non obfirmamus faciem nostrã super ea quæ imperauit deus: sed super ea quę dei sunt aduersa præceptis. Quis putas in nobis mũdus est ab obfirmatione faciei super his quę inter dicta sunt? Quis intantum sollicitus & cautus: vt diebus ac noctibus in ea obfirmet
A cordis sui faciem quæ iubentur? Nunc quoq; si intellecturi fuimus præsentẽ scripturã quomodo prophetę dicatur: obfirma faciem tuam super filias populi tui: vt videat ea quæ dicturus est: debemus obfirmare intelligentiam: plenum in intentione cordis habere tractatum: quid sit hoc quod significetur: vt tandem ratione superati recedam⁹ a litera. Ac secũdum communem quidem intellectum videntur q̃dam filiæ populi prophetãtes hoc quod sequitur admisisse peccatum. Assumentes ceruicalia consuebant: consuẽtes nõ ponebant ea sub capite: sed sub cubitu audientiũ: & velaminibus quibusdam tegebant capita vniuersæ ętatis. Hæc sunt quæ prophetantibus filiabus populi reputantur quasi magna peccata. Quis autem potest in verbo consistens dicere: quia si quis ceruicalia consuat: & consuta sub cubitu ponat alterius delinquat: & a deo corripiatur? Quis potest asserere quia si quis velamina faciat ad tegendum caput vniuersæ ætatis: impie agat? Inuitis nobis ab ipa scriptura necessitas imponitur: vt ab apicibus literæ recedẽtes verbum: & sapientiã: & voluntatẽ eius requiramus ad aperienda peccata: quæ clausa sunt: ad illuminanda quæ caligant: vt possimus a maledicto extranei fieri: dum agnoscimus q̃d sit cui maledicitur. Væh quippe ait his qui assuunt ceruicalia sub omni cubito manuũ: siue
B manus. Qui in victu corporis occupati sunt: & ne per somnium quidem spiritales videre delitias: quas nos habere vult sermo diuinus: dicens: delectare in domino: & dabit tibi petitiones cordis tui: qui non nouerunt voluptatem beatorum: de qua scribitur: torrente voluptatis tuæ potabis eos: requirunt quasi amatores luxuriæ: & nõ amatores dei: semp in corporalibus esse delitiis. Signum aũt mihi videtur voluptatis carneæ sub cubito manuũ ceruical assutum. Quia enim in tempore discumbendi ad beneficia corporalia videmur vti in consutis quibusdam: & acu pictis sub cubito manuum nostrarum: forsitan sermo diuinus

per istiusmodi figuram & argumentũ eos culpat magistros: qui per vaniloquentiam: & beatas quasq; repromissiones multitudinẽ audientium libidini: vitiis: voluptatiq; permittũt. Debet enim dei verbum & deus homo ea proferre⁹: quæ saluti sunt audienti: quæ illum hortentur ad continentiã: ad conuersationẽ sanorum actuũ: ad cũcta in quę homo studiosus laborum: & non libidinum debet incumbere: vt possit ea consequi quæ a deo sunt repromissa. Cum ergo aliqs aptus moribus populi: vt placeat eis quibus aures pruriunt: loquitur quæ gratanter accipiant: loquitur quæ vicina sunt voluptati: talis magister cõsuit ceruicalia sub omni cubito manus. Sequitur hoc peccatum habentem: vt faciat etiam amictus ad velandũ caput omnis ætatis. Cui⁹ autem rei figura sit C
etiam velamen cautius consideremus. Qui fidutiam habet: & vere vir est: velamen non habet super caput suum: sed intecto capite orat dominum: intecto capite prophetat: per signũ corporalis rei etiam spiritalem latenter ostendens: vt quomodo non habet velamen super caput carnis suæ: ita non habet velamen super principale cordis sui. Si quis vero confusionis velamẽ gerit & peccati: iste quasi muliebria velamina habet super caput suum. Itaq; cum aliquis docuerit ea: quę aurem populi mulceant: & strepitum potius laudatorum: q̃ gemitum moueant: si blandus inimicus palpauerit potius q̃ secuerit vulnera: talis homo amictus cõtexit in capite. Cum autem in luxuriosam orationem dicentis se sermo fuderit: & in lasciuũ persultauerit eloquium: contexit velamen super caput omnis ætatis: non modo puerorum & iuuenum: verum & senum. Quomodo eñ faciet signa & portenta ad decipiendos (si fieri potest) etiã electos falsus Christus: et falsus propheta: similiter & hi qui ad volsitatem meditata deportãt: & ista semper inquirunt: quæ delectent, potius audientes: q̃ conuertant a vitiis: faciunt velamina super caput: non modo puerorum: & iuuenum: sed (si fieri potest) senum quoq; & patrum: intantum vt etiam eos decipiant qui iuxta laborem animæ in spiritali ætate: et senio processerunt. Et potuit quidẽ D
dicere propheta super filios populi tui qui prophetant: sed quasi omnes qui velamina contexant: et ceruicalia consuant sub omni cubito manus: mulieres sint: et nullus iter eos viri nomine dignus habeatur: ait propheta: ĩ filias populi tui: quæ prophetant de corde suo: et ea faciunt quæ sequuntur. Effœminatæ q̃ppe sunt eorum magistrorum et animæ: et voluntates qui semper sonantia: semper canora compo-

nunt:&(vt quod verũ est dicam)nihil virile: nihil forte:nihil deo dignum est:in his qui iuxta gratiam & voluntatem audientium prædicant:idcirco omnes filias potius q̃ filios dixit assuentes ceruicalia.Et obserua proprietatem verbi:assuentes ait:non contexentes. An ignoras ꝙ tunica domini tui Iesu nihil in se habeat consutile:sed ex omni parte contexta sit? Istæ ergo consuunt dicta dictis fraudulenter:& callide:assuentes potius q̃ contexentes:& faciunt ceruicalia nõ in quibus capita reclinãt: sed in quibus cubitum:id est vt manus eorum non sint in labore:non in opere lassescant:sed sint in requie:sint in otio:sint in his gestis quæ voluptatibus seruiunt. Hæc autem quæ dicimus ita se habere:vt a nobis intellecta sunt:sequens sermo prophetę lucidius ostendit dicẽs E Hæc dicit adonai dominus. Ecce ego ad ceruicalia vestra:in quibus vos conuertitis illic animas in dissolutionem. Aperuit ænigma quod latebat:perspicue ostendens consuta ceruicalia in dissolutionem animarum fieri. Quis autem potest super sermonem qui legitur:audiens deum comminantem:quia ipse disrumpat talem sutelam:& talia ceruicalia? Ait enim. Ecce ego non iubeo:sed ipse disrumpo ceruicalia consuta sub omni cubito manus. Dei opus est omnem arguere texturã:& dissoluere vniuersam fictionem pessimam:quæ nocet his qui nolunt manibus operari:sed otiosis eis vti. Et disrumpam ea a brachiis vestris:id est ceruicalia ne vlterius ea cubitis vestris subiecta habeatis. Et emittam animas quas vos subuertitis/animas eorum. Quæ ergo subuersio est consuere ceruicalia:& subiicere cubitis? Sed vt sermõis sacramentum intelligas:videbis grandem subuersionem esse delicatum hominem iuxta corpus efficere. Talia autem sunt verba hæreticorum:vbi nõ est cõuersatio rigida. Inuenies discipulos Valentini moribus dissolutos ad nihil forte:ad nihil virile tendentes:similiter & sectatores Basilidis. Docent insuper & negare inuerecunde quasi præcepto quod de eorum martyrio est. Non id docent quod ostendunt ecclesiastici:parati tollere crucem & sequi saluatorem. Disrumpit ergo:qui hæc comminatur sermo filius dei:consutiones nequissimas. Præsta mihi Christe vt disrumpam ceruicalia in animarum consuta luxuriam. Sed quid aliud sequitur? Et velamina disrumpam:quæ se disrupturum esse testatur:non solum ceruicalia verum velamina. Ideo autem disrupturum:vt caput nudum fiat:vt accepta fiducia:& reuelata non solum facie:sed etiam capite:constanter vir ecclesiasticus possit orare. Disrumpam velamina vestra:& liberabo populũ meũ de manu vestra. Licet vos subuertatis animas per ceruicalia & velamina:ego ista disrumpẽs liberabo populum meum. Liberat autem populum deus per conuersationem austeram:& a voluptatibus recedentem. Et vltra non erũt in manibus vestris in subuersionem. In manibus vestris qui decipitis audiẽtes:iam nõ erũt ista ceruicalia. Et cognoscetis quia ego dominus. Si non conscissa fuerint ceruicalia:si non velamina disrumpo:non cognoscetis quia ego dominus. Delitiæ quippe:& otium:& resolutio non sinunt cognosci eum qui dicit ego sum dominus. Pro eo ꝙ euertisti cor iusti inique. F Quomodo in loco signorum dictum est:quia decipiant etiam electos dei:sic euenit sæpe vt iustos quoqꝫ hæretici supplantent. Amant eñ homines voluptatem:quia statim vt apparuerit tranquilla est:& lasciua:& delectãs sensum & prouocans nos ad vsum sui. Fugimus amara:licet salutaria sint:& nolumus laborare voluptatibus deliniti:nescientes quia impossibile est eundem amatorẽ esse dei. Propter q̃d apostolus ait de pessimis:quia sint amatores voluptatis magis q̃ amatores dei. Et ego non auertebam ad confortandas manus iniquorum. Ego non auertebam:sed omnia quæ erant ædificationis dispensabam. Istæ vero prophetissæ effœminatæ animæ auertebant ad confortandas manus iniqui:hoc est vt fortior manus iniquitate fieret ne omnino auerteret de via sua mala:& viuificaretur:id est nullus penitus cõuerteretur a via sua pessima:& viuificaretur. Propterea falsa non videbitis qui docetis falsa. Iam vos non faciam vltra conatu prospero pergere:vt possitis insinuare quæ dicitis:Et diuiationes non diuinabitis amplius: Et liberabo populum meum de manu vestra. Oramus vt & nos liberet deus de manu talium magistrorum:q vbicũqꝫ fuerint ad voluptates audiẽtium loquentes:scindunt ac diuidunt ecclesiam:quia plures sunt magis amatores voluptatum:q̃ amatores dei. Et scietis quia ego dominus. Si conuertero diuinationes vestras:si fecero silere mendacia:tunc scietis:quia ego dominus. Hęc prior prophetia:sequitur & alia:quę ita contexitur. Et venerunt ad me viri seniorũ Israel:& sederunt ante faciem meam. Omnia G dei sermo perstringit:& nullam speciem ordinum:qui in ecclesia cõstituti sunt:dimittit intactam:verum vniuersa percurrens omnes sanare desiderat:veluti nunc quædam ad presbyteros loquitur. Ea enim quæ præcesserunt dicta sunt de magistris. Idcirco consideremus & de presbyteris quid dicatur:excutiẽtes nos

metipsos:ne quis nostrũ presbyter talis sit:qualis infra exponitur. Et venerunt ad me viri seniorum Israel: & sederunt ante faciem meam. Et factus est sermo domini ad me dicens. fili hominis. Videamus accusationem:vt scire possimus vtrum nã eam in nobis deprehendamus. An non viri isti posuerũt cogitaaiones suas in cordib⁹ suis:& pœnam iniquitatum suarum posuerunt ante faciem suam? Nunquid respõdens respondebo eis: Beati qui mũdo sunt corde? Qui enim mundum habent cor cogitationes suas non ponunt in cordibus suis: sed magis habent in sermone dei. Qui autem laborãt in sæcularibus curis:& nihil aliud requirunt: nisi quomodo præsentem transigant vitam: hi cogitationes suas ponunt in cordibus suis: vt puta si videris hominem nihil aliud cogitantem nisi mundi negotia:lucra corporalia: & ciborum abundantiam: ex his quæ indiguerit: in quibus sollicitus est: in quibus suspirat: futuram tantum alimoniam cum dolore conquirens: pœnam cogitationum suarum posuit in

A corde suo. Arguens igitur quosdam presbyteros: istiusmodi ait ad prophetam sermo diuin⁹. Viri isti: id est supradicti presbyteri posuerunt cogitationes suas in cordibus suis & pœnam iniquitatum suarum posuerunt ante faciem suam. Nemo vestrum existimet cruciat⁹ nobis ab alio q̃ a nobis irrogari. Deus nõ facit pœnas:sed ea quæ patimur ipsi nobis præparamus. Itaq; testimonio quo frequenter vsi sum⁹ etiam nunc opportune vtamur. Ambulate in lumine ignis vestri:& in flamma quam accendistis. Non est ignis alterius nisi vester: qui ligna: qui stipulam: qui materiam futurorum ĩcẽdio coaceruastis. Dicit ergo de presbyteris: procul autem absit a nobis: viri isti posuerunt cogitationes suas in cordibus suis: & pœnam iniquitatum suarum posuerunt ante faciem suam. Sed respondens respondebo eis. Nunqd nam dignum est istis me respondere: qui venerunt ad te prophetam volentes discere sermo

B nes meos? Propter hoc loquere ad eos:& dices Hæc dicit adonai dominus. Homo/homo ex domo Israel. Omnes homines nati sumus homines: sed non omnes homines: homines sumus: sicut sæpissime notaui: id quod in Leuitico scriptum est: homo/homo filiorum Israel: aut aduenarum qui appositi sunt ĩ nobis. Estote homines: homines scilicet: quia non omnes homines/homines sunt. Ostendamus de scripturis quomodo quidam homines non sint homines. Homo in honore positus non intellexit comparatus est iumentis insipientibus:& assimulatus est eis. Iste nõ est homo/homo: sed homo iumentum. Generatio viperarũ quis ostẽdit vobis fugere ab ira ventura? Talis non est homo/homo: sed serpens homo. Et qui in fœminas insaniẽtes facti sunt: vnusquisq; super vxorem proximi sui hinniebat. Et iste non est homo/homo: sed homo equus. Absit igitur a nobis vt tales simus: q mereamur audire non esse nos homines homines: sed aliud quid præter homines. Si enim boni & mansueti sumus: duplicamus hominis nomen: vt sit in nobis non simpliciter homo: sed homo/homo. Considera an inuenire valeamus: quid sit illud q̃ nomen hominis duplicet. Quando iste homo qui est exterior: homo fuerit: eo qui est interior homo serpente existente: non est in nobis homo homo: sed tantum homo. Quando vero interior homo iuxta imaginem perseuerauerit conditoris: tunc nascitur homo: & fit istiusmodi secundũ exteriorẽ: & interiorẽ hominẽ: bis homo/homo. Porro si quis in hoc vocatus vt fiat homo/homo: posuerit cogitationes suas in corde suo: & pœnam suam ante faciem suã: & venerit ad prophetam: Ego (inquit) domin⁹ respondebo ei in his: quibus detinetur mens eius. Docet nos sermo præsens quomodo poterat singulis respondere: nec importuna admouere medicamina: sed pro qualitate morborũ congrua quæq; proferre. Animaduerte quod dicimus. Ad medicum decem vadunt decem habentes species infirmitatum. Non omnes eodem modo curat: sed alium illo/& alium illo: vtputa sanat emplastro: alii aliud tribuit medicamentum: nonnullis quod cauterium nuncupatur imponit: alium amara: alium dulci temperat potione: cuiusdã vero vulnera crassiore vnguine delinit. Sic & sermo dei pro qualitatibus hominum loquitur: nec passim sapiẽtiæ suæ ingerit sacramenta. Ait itaq;. Ego re- C

D spondebo ei in quibus detinetur mens eius: vt ista videlicet curem: in quibus mens eius detinetur: vt non faciat declinare domum Israel. Quicũq; seipsum exemplũ nõ præbet bonæ vitæ: sed peruersus incedit: iste per suam prauitatem: dum ad hæc quæ non debet inclinatur: facit quodammodo etiã dei populum declinare secundum corda eorũ quæ abalienata sunt a me. Et qui hoc facit secundum alienatũ cor a deo: in cogitationib⁹ suis facit. Propter quod respondetur eis in iis in quibus detinetur cor eorum: & dicitur. Dic ad domum Israel. Hæc dicit adonai dominus. Conuertimini/& auertite vos a studiis vestris. Quia pollicitus est locuturum se eis ea in q̃bus detinetur cor eorũ: ideo nunc quasi peccatoribus loquitur dicẽs: Cõuertimini: & auertite vos a studiis vestris:

& auertite facies vestras. Nonne tibi videtur hoc facere? Facies vestræ obfirmatæ sunt super ea quæ non debent: conuertite eas: & obfirmate in hæc quæ vestro sunt emoliméto. Propter qđ homo/homo de domo Israel: & de proselitis qui adueniunt in Israel: qcũq; abalienatus fuerit: potest fieri: & hominem hoīem: siue creatũ hoīem/hoīem: seu perfectũ sui hoīem/hominẽ effectum abalienari cõtingit: siquidẽ & iustus secundũ eundem Ezechielem conuertitur aliquando a iustitiis suis: & peccat. Si ergo istius modi homo posuerit cogitationes suas in corde suo: & pœnam iniquitatis suæ ante faciem suam: & venerit ad prophetam: vt interroget eum in me. Ego (inquit) dñs respondebo ei in ipso in quo detinetur. Et obfirmabo faciẽ meam in hominẽ illũ. Considera quomodo in
E
principio spoponderit clementer se responsurũ: ac deinde quomodo si rursus venerit: necdum curatus prioribus verbis: obfirmabo dixit faciem meam super hominem illũ: & ponam illum in desertum. Si eñ non obedierit sermonibus commonitionis: sed in delicto perseuerauerit ponam eum in desertum: & ī exterminium: & tollam eum de medio populi mei. Ne auferas nos deus omnipotens de medio populi tui: verum conserua nos in populo tuo. Iuste autem proiicitur: qui digna facit abiectione: vt auferatur a populo dei: & eradicetur ab eo: & tradatur Sathanæ. Et in præsenti quidẽ potest qs egrediens de populo dei: rursum per pœnitentiam reuerti: si vero eradicat[9] fuerit illo ex populo. de quo ī quadam parabola dicitur: venisse: & recubuisse: & introisse quendam qui non habebat vestimentum nuptiale dicente ad eũ patrefamilias: amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem: atq; ita præcipiente ministris: vt vincientes eum manibus: & pedibus mitterent in tenebras exteriores: difficillime in locum pristinum reuerteretur. Sed nos non eradicabimur: verum & in præsenti: & in futuro sæculo in domino nostro Iesu Christo plantabimur: & in eo fructus vberrimos afferemus: cui est gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Explicita est Homilia Tertia.

Incipit Homilia. IIII. de eo quod scriptũ est: Terra cũ peccauerit mihi vt præuaricet prævaricans extendens manũ meã super eam vsq; ad id quod dicitur: Et si fuerint tres viri in medio eius: Noe/Daniel/& Iob: ipsi iustitia sua liberabunt animas suas. Cap. XIIII.

Ermo domini qui factus est ad prophetam: de peccatrice terra loquitur: quomodo propter delicta sua variis sit excruciata suppliciis: fame/bestiis malis/gladio/morte: morte autem repetina: quæ aut ex corrupti aeris vitio sit creata: aut ex quocunq; acciderit euentu. & dicitur. Q3 si etiam quatuor vltiones meas misero ī terram peccatricem: fuerint autem isti tres viri: Noe: Daniel: & Iob in terra peccatrice: ipsi soli salui erunt. In comminatione prima: in qua pœnam famis a pœnis cæteris aperuit: filiorum & filiarum nomina tacuit. In eo vero sermone in quo bestias malas minatus est terræ: ait. Si filii & filiæ eorum salui fient: sed ipsi soli saluabuntur. Terra autem & cum paululum reticuisset adiecit: & erit in introitu. Rursum in comminatione gladii: Nõ liberabũt (ait) filios aut filias. Et in morte similiter est locutus. Non derelinquentur filii aut filiæ eorum: sed ipsi soli Noe/& Daniel/& Iob liberabunt animas suas. Ingens igitur nobis cura expositionis incumbit: & ob id diligenter debemus attendere: & obsecramus auditores vt quasi ad aliquod grãde spectaculum confluentes faciem mentis intendant: ne obscuritas relaxatis sensibus elabatur. Non dixit in præsenti si peccauerint ciuitatis: aut loci alicuius accolæ: sed si terra peccauerit. Et scio quia simplicior quisq; cum audierit si terra peccauerit: statim ad procliuem feratur intelligentiam: vt terrã dicat nomina tam pro his qui morantur in terra: verũ sequẽtia scripturæ istam statim eximent expositionem: cum enim peccauerit terra: & in sua peccata corruerit: extendit manus nõ sup habitãtes terrã: sed super ipsam terrã: & prima correptione conterit: vt auferat ab ea firmamẽtum panis videlicet: quasi pœna sit terrę si fames in ea obtineat vt fruges semini denegẽtur. Nam quomodo homo peccator sine prole: & sterilis inter maledictos punitur: iuxta id quod ī quodam loco scriptum est: ex contrariis enim contraria intelliguntur: & de iusto dicitur nõ erit sine prole: neq; sterilis in vobis: & peccatores sine liberis et posteritate sui æterna infertilitate damnãtur: vt in domo Abimelech factum est: et eorum quorum cõclusit deus vuluã ꝑpter peccatum qđ ī Isaac cõmissum est: sic et terra quodãmõ sine ꝑle et sterilis relinquit: fame missa in eam. Putas verũ est hoc qđ asserere sermo præludit: nõ de habitatorib[9] terræ: sed de ipsa terra dicitur? Possum paulisper ad altiora conscendẽs scripturarum testimoniis approbare:
F
G

quomodo peccator terra dicatur. Dicitur em̄ ad Adam. Terra es: & in terram ibis. Possum⁹
A dicere quia & nunc delinquens terra peccator fit. Sed ecōtrario latissimam scripturę syluam recensens coarctor ad suspicandū: quia animalis sit terra ista quam cernim⁹. Si em̄ hoc quod scriptum est: qui aspicit super terrā: & facit eā tremere: iuxta id quod scriptum est volumus accipere: intelligimus ad aspectū dei terræmotus concitari: nō quos Iudæi suspicātur. Nam illi asserunt tremorē terrę commotionem eius esse: quod lōge a veritate diuersum est. Et nos quippe solliciti & trementes propter peccata nostra in terra sumus: nec tamē tremor noster corpus concutit ad tremendum: sicuti & in alio loco dicitur. Super quem respiciā (ait dominus) nisi super humilem: & quietum: & trementem sermones meos? Ex quo manifestum est mansuete: & humiliter deo seruientē ad sermones eius mente potius tremere q̄ corpore. Et hæc quidem in medio dicta sunt satisfactione eius testimonii qd̄ intulim⁹: Qui aspicit terram: & facit eam tremere. Accipe autē alia dicta de terra. Offenditur terra ab his qui insi-
B dent in ea. Quomodo offenditur terra: & quādo aduersatur ab his qui in se commorantur? Quādo fuerint peccatores. Accipe aliud exemplum. Complacebit sibi terra in sabbatis suis. Econtrario em̄ quædam terræ sabbata nuncupantur: in quibus sibi complaceat: & lætetur. Necdum dico attēde cœlum & loquar: & audiat terra verba oris mei. neq̧ aliđ. Audi cœlū & auribus percipe terra. sed nec Hieremiæ ꝓphetiā: Terra: terra audi verbū domini: scribe virum istum abdicatum. Multa nos latent ꝓpter paupertatē memoriæ: propter ingenii tarditatem. Multa sunt quæ condidit deus rationabilia: & sunt capacia non solum principat⁹ & potestates: & rectores tenebrarum istaꝝ: verum etiā & in meliore parte: thronos: dominationes: & cætera quæ in nostro intellectu apostolus reliquit dicens: Et super omne nomē qđ nominatur: non solum in sęculo isto: verum & in futuro. Aer quoq̧ animalibus plenus est secundum eiusdē apostoli testimoniū prædicātis: In quibus aliquādo ambulastis secundum sęculum mundi huius: secundum principē potestatis: & aeris spiritus: qui nunc operatur in filiis diffidentię. Est ergo terra: & vniuersa animalia: & per partes animaliū varietates. Quando em̄ offenditur terra: & rursum cōplacet sibi in sabbatis suis: nō omnis offendit: non omnis exultat. Quodammodo em̄ erudita est cū habitatoribus suis: & didicit sabbata siue in vmbra: siue in veritate iuxta naturæ suæ agere qualitatē. Vnde sacratiore quadam intelligentia sabbatism⁹ exercetur post septē annos terræ sanctæ: donec cōplaceat deo in ea habitare. Si vero peccatores in ea fuerint: iam non vltra per septē milia annorū: sed per septuaginta terra sabbatum gerit. Habemus sermonem de septuaginta annis: tam apud Hieremiā: q̄ apđ Danielem sanctis literis consignatum: & futurum est: vt in die iudicii non solum homo: sed etiam vniuersa conditio iudicetur. Omnis qp pe creatura congemiscit: & condolet. Si omnis creatura congemiscit / & condolet: est autem creaturarū pars terra: & cœlū: & æthera quæq̧: quæ sub cœlo sunt: & quæ super cœlos: & liberabit omnis creatura a seruitute corruptionis in libertatē gloriæ filiorū dei: qui scit & de terra: an secundū naturā suam in aliquo peccato teneatur obnoxia. Si em̄ animal est: si rationabilis est: si indiget auditione sermonis prophetici dicentis: attende cœlum / & loquar: & audiat terra verba oris mei: & audi cœlum: & auribus percipe terra: cur nō dicamus vt inter homīes est homo audiens: & faciens verba quę iussus est facere: & alius est qui audit: & non implet quod præcipitur: sicut & angelus præuaricator: angelos enim non custodientes principatum suū: sed deserentes proprium habitaculum suum in iudicio magnæ diei vinculis sempiternis sub tenebris seruabit: quomodo ergo angeli præuaricantur: & alii sunt: & dei præcepta custodiunt: & iudiciū præstolantur: nō solum hoīm: verumetiam dei: vt frequenter diximus: tam de his quæ in apocalipsin conscripta sunt: q̄ & ex aliis innumerabilib⁹: quare inquā nō terræ & aeris iudicium sit futurum? Si aūt non putas huic disputationi consentiendum per quā asserimus omnē creaturā iudicandā: audi & aliud testimonium de terra. Interrogat deus Caim: qui occiderit Abel fratrē suū: & post multos sermones quos in Genesi legimus ad extremū de terra dicit. Maledicta terra quę aperuit os suū ad excipiendū sanguinē fratris tui de manu tua. Ego nec illud prætereo: maledicta terra in operibus tuis: & ecōtrario: si quādo benedicit. Legimus & maledictā: & benedictam dei vocibus terram. Vides ergo quia merito dicitur: congemiscit omnis creatura. Et vt ad præcedens reuertar exemplum: offenditur terra in insidentibus sibi. Puto quia terra nos vt mater sustinens: & lætetur super bonis filiis: & doleat super peccatoribus. Ita quippe patri filius insipiens & dolor est: & ei matri q̄ genuit eum. Non solum huic patri & matri: de quorum semine orimur: sed & illi matri quę vere mater nostra est. Accepitq̧ deus humum

Margin notes (right column): C; cau te le ge.; D

de terra: & plasmauit hominē. Igitur terra mater nostra est. Lætatur quando iustum filium sustinet. Lętabatur terra: ferens Abrahā/ Isaac/ & Iacob. Lætabatur terra in aduentu domini nostri Iesu Christi dignam se cernens filii dei sustentatu. Quid necesse est dicere de apostolis: & prophetis: cum de domini aduentu scriptum sit: omnis terra clamat cum lætitia? Confitent & miserabiles Iudæi hæc de Christi præsentia prædicari: sed stulte ignorant personā: cum videant impleta quę dicta sunt. Quando enim terra Britanniæ ante aduentum Christi in vnius dei consensit religionem? Quādo terra Maurorum? quando totus semel orbis? Nūc vero propter ecclesias: quę mūdi limites tenēt: vniuersa terra cum lætitia clamat ad dominū Israel: & capax est bonorum secundum fines suos. Statuitq; fines gentium iuxta numerum filiorum Israel: & facta est pars domini populus eius Iacob: funiculus hæreditatis eius Israel. Capax est inquam vt animal iuxta partium qualitates: & bonorum actuum: & malorum: in quibus aut laudem mereatur: aut pœnam. Cum igitur dicit: Terra quæ peccauerit mihi vt delinquat delictum: mysterium quoddā significatur. Aliter quippe de habitatoribus: aliter de ea dicitur quæ inhabitatur. Cœlum & terra pertransibunt. Cur cœlum prætergreditur: cur terra pertransit: nisi quia transitus sui quædam digna fecerunt? Et alio loco: Corrupta est (ait) omnis terra. Quando corrupta est? ante diluuium: nō q; per inundationem diluuii sit corrupta. ait ergo. Terra quę peccauerit mihi vt delinquat delictum extendam manum meam: & conteram eius firmamētum panis. Extendēs deus manū suā super peccatricē terram: famem immittit in eam. Possum & aliter interpretari: qa terra aliquando delinquat. Terra quippe est anima nostra: vt in parabola euangelii significat. Anima petra: aīa terra: bona: & fertilis per multam patientiam. Ista igitur terra sæpe peccat: sępe non peccat. Et si quidem peccauerit: extēdit manum super eam: & conterit omne firmamentū panis eius. Ne conteras omnipotens deus firmamētum panis ab ista terra nostra: quin potius largire nobis semē tuū: vt faciat in nobis fructum cētuplū. Et emittam in eam famem: & tollam de ea hominem & pecus. Quomodo possum tam reconditas res ī publicum proferre? vnde mihi vt exponere valeam: cur fames: cur fertilitas: cur abundantia: cur egestas terræ accidāt? O profundū diuitiarū sapientiæ: & sciētię dei. Vtrū propter hoīes & animarū malitiā immittat fames? an propter angelos quibus sunt cōmissa terrena si peccauerint accidant in ea quæ videmus accidere? Si autem sunt quidam cœlestis dispensationis ministri: qui fructibus pręsunt forte & propter illos infertilitas terrę eueniat. plurima enim operum eius: in absconsis sunt. Non possumus magnitudinē sapientiæ effari Arenam maris: & pluuiæ stillas: & dies sæculi quis dinumerabit? Altitudinem cœli: & latitudinem terræ: & profundū sapientiæ: quis inuestigabit? Varie ergo mittitur fames sup peccatricem terram. Et auferam (iquit) ex ea hominem & pecus. Aliud est terra: aliud homo. Nam habitatores terræ (vt quidam putant) nunc pro terra nō nominat. Si enim habitatores terræ per terrā accipi velit: superfluum fuerat dicere: auferam ex ea hominē & pec⁹. Gaudet enim terra quādo plena est accolis: mœret cum id quod dicitur acciderit: Auferam ab ea hominē & pecus. De quibus si dn̄s vobis orantibus ministrauerit sensum (si tamē sensus domini capaces fuerimus effecti) volumus pauca differere. Quomodo pœna matris est in exilium destinatæ priuari filiis: aut certe filios suos ad aliam videre prouinciā destinari: sic quodammodo mater nostra terra flagellatur pro peccatis suis a deo: quando aufertur ab ea homo & pecus: lætatur quando homines habet: magis aūt quando habet hoīes optimos: et in dei studiis viuentes: sicut supra exposuimus. Dicit ergo qn̄ terra peccauerit: quasi dicat: si qn̄ peccauerit mater: auferam de domo eius filiū: sic et nunc auferā de ea hoīem. Lætat qppe terra nō sup bestiis: et feris rabidis: sed sup pecudibus: qa placida et mansueta aīalia diligit. Et auferā de ea hoīem et pecus. Et si fuerint isti tres viri in medio ei⁹. Quomō pōt in terra peccatrice triū istorū pariter numerus cōmorari? quomodo tam diuersis temporibus viuentiū potest inter se vita cōiungi? In p̄senti legimus in peccatrice terra eos pariter consistere: id est Noe qui in diluuio fuit: et Danielē qui ī captiuitate Babylonis cōmoratus est: et Iob qui tēporibus patriarcharū: et Moysi vixisse p̄hibet. hoc em̄ tp̄s inuenimus vitę Iob. Quid ergo possumus dicere? Meminisse debemus (vt sæpe iā diximus) qa vt homo hoīem generat: et Israel generat Israel. Israel qppe cū eēt Iacob gn̄auit Israel populū. Et īuenimus in scripturis: Israel nomē tam in vno hoīe: q̄ ī vniuerso populo dici. Sic non solū Israel: Israel: verū et Ruben generat Ruben: et Symeon/ generat Symeonē: et Leui/ Leui: et Iudas/ Iudā: et reliqui oēs qui in tribu Iuda sunt: ab illius stirpe venientes Iudas nuncupātur. Et replicatæ sunt scripturæ in tribu Iuda noībus Iuda ea q̄ ī bn̄dictionibus

Iacob: & Moysen de Ruben: & Symeon: & Leui: & Iuda dicuntur: & cæteris non sic conueniunt patriarchis: vt his qui cognomines eorum propter familiæ radicem extiterunt. Beniamin lupus rapax ad matutinum comedit: & ad vesperam dabit escam. Beniamin ille nunquam fuit lupus rapax: Beniamin ille nunquam in vesperam dedit escam: sed is qui natus est ex tribu Beniamin: Hebræus ex Hebræis, Iuxta legem pharisæus circuncisus octauo die Beniamin prædicabatur lupus rapax ad matutinum comedens: quãdo iuuenis fuit: & in vesperam dans escam: quando credens spiritalem præbuit cibum a se ecclesiis institutis. Igitur Beniamin
A Beniamin generat. Quomodo ergo homo ex homine: Beniamin ex Beniamin: sic Iuda ex Iuda: Ruben ex Ruben nascitur. Ruben quippe viuat & non moriatur: & sit multus in numero. Intantum non erat de patriarcha sermo: sed de populo qui de patriarcha descensurus erat. Cur hæc dicta sunt? videlicet vt præsentem locum exponerem de Noe: & Daniele: & Iacob. Quomõ enim Israel/Israel generat: & Iob Iob: & Ruben Ruben: reliqui reliquos: sic Noe Noe. Et dicam quia de filiis Noe: Seth Noe fuerit: Caim vero non fuerit Noe. Neque enim habuit similitudinem patris sui. Et vt nõ omnes qui ex Abraham/filii Abraham: licet sint de semine eius: non sunt filii ipsius: quoniam peccatores sunt: sic hi qui habẽt similitudinem factorum Danielis/Daniel sunt: qui imitãtur patientiã Iob/Iob fiunt. Noli ergo dicere beatus Noe: quo
B niam dignus effectus est: vt in diluuio solus eligeretur a domino: & cæteris inundatione pereuntibus: cum suis seruaretur incolumis: sed considera: quia si & tu feceris ea quæ fecit Noe eris Noe. Audi saluatorem dicentem. Si essetis filii Abrahæ: opera Abrahæ faceretis. Igitur si quis filius est Abraham: facit gesta Abraham: si quis filius est Noe: facit opus Noe: si quis filius est Danielis: facit id quod fecit Daniel. Si quis sequitur per quod gloriosus effectus est: verbi gratia omnis qui substantiam suam perdit: & sustinens patienter tam iacturas rerum familiarium: quam mortes filiorum dicit: dominus dedit: dominus abstulit: vt domino visum est/factum est: sit nomen domini benedictum in sæcula: qui inceditur corporis malis: & flagellatur vario malorum suorum dolore: & nihilominus in ipsis suppliciis glorificat dominum quod potest respondere diuina: & inter cruciatus propheticam vocem emittere: qualem emisit Iob: imitator est Iob. atque ita in hunc modum & Noe: & Daniel: & Iob: in eodem possunt tem
C pore reperiri. Quia autem nunc Ezechiel non de his dixerit quos in scripturis lectitamus: videlicet quos aut trãslatio: aut mors de præsenti vita subtraxerit: de alio quoque loco approbare conabimur. Daniel qui traditus est eunuchorum prĩcipi: cũ Anania: Azaria: Misaele: eunuchus fuit: & est in præsenti dictum Noe: & Daniel: & Iob filios & filias non liberabunt: & reliqua. Fingamus quippe: filios habuerit Noe: quomodo filii Danielis docebuntur: quem eunuchum fuisse Iudæi tradũt? Verum quia fertilis & sancta fuit anima illius: & propheticis diuinisque sermonibus multos liberos procreauit: idcirco dicitur: si fuerint ĩ tempore illo vel isto vt Noe/& Daniel/& Iob: & ipsi soli saluabuntur. Et nos ergo possumus fieri Daniel: & D
vt non enumerem omnes sanctos: possum esse Paulus: si fuero imitator eius dicẽtis: imitatores mei estote: si cauteriũ quo signatus est Paulus habuero: si eandem figuram qua ille figuratus est in Christo possedero: per quam vt bonus pater aiebat. Filioli mei quos iterum parturio: donec Christus formetur in vobis. Si vero ex dissimilitudine signaculi coarguor: quia aliam formam habuerit Paulus quam ego ĩ anima habeam: me ipsum decipio dicẽs. Filius meus es tu: semen Pauli. Noli mirari quod filius apostoli fias. Habeto virtutes: & eris filius Christi. Filioli (ĩquit) adhuc pusillum vobiscum sum Cum autem fueris Christi: eris & omnipotentis patris: quia vnum sunt vnitęque naturę. Ad hoc laborat iustus: in hoc studium suum omne E
conuertit: vt Danielis: & Iob: & Noe: & filius Abrahæ ostẽdatur ad adoptionem dei: & iam non vocetur hominum nominibus: sed vocabulis filiorum dei. Si ergo fuerint tres viri isti: non indiget spiritussanctus: vt etiã nunc Noe & Danielem/& Iob ostendat. Tres viri isti in medio eius. Dicit mihi eruditus auditor: Tres in præsenti nominantur: sermo vero tuus plurimos affirmat: & Daniel: & Iob: & Noe. Cui sic respondebimus. Omnis multitudo similiũ vnus est: et non plures quam similes sunt. Non plura corpora sed vnum corpus omnes sumus: iuxta id quod scriptum est: vos autem estis corpus Christi: et membra ex parte. Et saluator noster venit quærere: et saluare quod perierat: in sacramento nonagintanouem ouium non errantium: et vnius perditæ: Venit quippe filius hominis quęrere et saluare quod perierat. Quomodo enim vnum corpus plura sunt corpora: et vna ouis plures sunt oues: quæ perierant: hoc pacto omnes Noe: Daniel: et Iob: in vnum Noe/et Iob/et Danielem rediguntur. Ipsi in iustitia sua saluabuntur: dicit dominus adonai. Prius nomen dei quatuor literarum

est: quod interpretatur naturaliter deus. Ergo emittitur propter peccata terræ fames: terra vero secundum omnes sensus quos supradiximus: & quoscunque intelligentię auditorum reliquimus: vt ex nostris dictis ipsi sibi alias intelligentias reperirẽt. Videamus aũt & aliud opus

F iræ diuinæ emittentis in terram peccatricem bestias pessimas. Aiunt etiam Iudęi: si quando lupi homines deuorauerint impetum facientes in domos: & cæteræ bestiæ: vt historia refert leones quondam in humanum genus immissos: & alio tempore vrsos: istiusmodi deuorationes ex dei indignatione descẽdere. Et hũc interim sensum: vt sequamur literam: ab altiori intellectu recedentes: nunc sequi videmus prophetam. Qui autem spiritalis est: iudicans omnia: & a nullo diiudicatur: confidenter dicit multas esse bestias: quas emittit deus in peccatricem terram: si tamẽ terra nostra peccauerit: aduersarius noster diabolus vt leo rugiẽs ambulat quęrens quem deuoret. Illa quoque historia quæ scripturas diligenter obseruantibus in planum se præbet intellectum: istiusmodi habet significationem: quando duo vrsi ad paruulos missi sunt: qui contumelias faciebãt prophetæ dicentes: ascende calue: ascende calue: vrsi namque illi in signo erant aliarum bestiarum: quæ vere feræ: vere sunt rabidæ: quę mittuntur in hãc peccatricem terram. Procul autem absit a nobis vt bestiæ ad nos pro dei vltione mittant: quin potius in oratione dicamus: Ne tradideris bestiis animam confitentem tibi. Ego noui perseuerantes in fide iustos feris

G traditos / & laceratos ab eis consummasse martyrium: nec tamen beatos esse desisse. Non enĩ bestiis fuerant traditi spiritalibus: & inuisibilibus: quæ lacerant animas peccatorum: & dentes suos in impiorum corda defigunt. Quemadmodum enim si pastor ex ore leonum euellat duo crura ouis: vel extremum auriculę: ita euellentur filii Israel. Traditur ergo aliquãdo terra bestiis ad euersionem: vt auferatur ab ea homo & pecus. Et obserua diligenter differentias comminationum. In prima comminatione famis ait. Ipsi soli saluabuntur Noe: Daniel: & Iob: in secunda vero vbi bestias immissurum se esse testatur: filii & filiæ nuncupatæ sunt. Veruntamen ipsi soli salui erũt: dicit adonai dominus. Qui locus dupliciter intelligitur. Ac primum secundum communem sensum exponamus: ob nonnullorum insipientiã qui sensum animi sui: dei esse asserunt veritatem: & frequenter dicunt. Futurũ est vt vnusquisque nostrum precibus suis eripiat quoscunque voluerit de gehenna: & iniquitatem introducunt ad dominum: non videntes quod iustitia iusti super eum erit: & iniquitas iniqui super eum: & vnusquisque in proprio peccato morietur: & in propria iustitia viuet. Nihil mihi cõducit martyr pater: si non bene vixero: & ornauero generis mei nobilitatem: hoc est testimonium eius: & confessionem qua illustratus est in Christo. Nihil prodest Iudæis dicentibus nos de fornicatione nati non sumus: vnum patrem habemus dominum. Et post modicum: Abraham pater noster est. Quęcunque dixerint quæcunque sibi assumere voluerint: si non habuerint fidem Abraham: incassum gloriantur. Neque enim ideo saluabuntur quia sunt filii Abraham. Quomodo ergo quidem non recte opinantur: necessario interposuimus: etiam H

sensum literæ dicentis: filios & filias non liberabunt Noe: Daniel: & Iob: sed ipsi soli salui erunt. Nemo nostrum confidat in iusto patre: in matre sancta: in fratribus castis Beatus homo qui spem habet in semetipso: & in via recta Ad eos autem qui in sanctis fiduciam habent: non incongrue proferimus exemplum. Maledictus homo qui spem habet in homine. Et illud. Nolite confidere in hominibus. Sed & aliud. Bonum est confidere in domino: quam confidere in principibus. Quod si necesse est in aliquo sperare: omnibus derelictis speremus in domino: dicentes. Si consiterint aduersum me castra: non timebit cor meum. Cum hæc se ita habeant: etiam alia nobis quæstio oboritur: quam diligenter debemus excutere: vt scripturarũ veritas elucescat. Quare cum tanti sint iusti I

nunc tantummodo tres nominantur Noe: & Daniel: & Iob? Audiui quondam a quodã Hebręo hunc locum exponente: atque dicente ideo hos nominatos: quia vnusquisque eorum tria tempora viderit: lætum: triste: & rursum lætum. Vide Noe ante diluuium: cõsidera mũdum integrum: & eundem post Noe in totius orbis naufragio solum cum filiis suis: & animalibus in archa seruatum: considera quomodo post diluuium egressus sit: & plantauerit vineam: quodammodo secundi rursus orbis creator existens. Talis est iustus: vidit mundũ ante diluuium: hoc est ante consummationem vidit mundum in diluuio: in corruptione: & interitu peccatorum: quæ in die sunt euentura iudicii: rursum videbit mundum in resurrectione omnium peccatorum. Dicit mihi aliquis: Cõcedo de Noe vt tria tempora viderit quid respondebis mihi de Daniele? Et hic an K

te captiuitatem in patriæ floruit nobilitate: & deinceps in Babylonem translatus eunuchus effectus est: vt manifeste ex libro ipsius intelli

gi potest: vidit & reuersionem i Hierusalem. Vt autem probetur q̄ ãte captiuitatē in Hierusalem fuerit: & post captiuitatē eunuchus effectus sit: assumamus id qđ ad Ezechiam dictum est: Accipient de filiis tuis: & facient spadones in domo regis. Deinde post septuaginta annos inuenitur deprecans deū: vt cōpleto iam tempore captiuitatis rursum ingrediat̃ Hierusalem. Habemus orationem eius in volumine proprio conscriptam: nec tamē possumus inuenire vbi sit mortuꝰ. Vidit ergo tria tēpora: ante captiuitatē: in captiuitate: post
A captiuitatem. Talis iustus est. Videamus aūt an & Iob tria tempora habuerit. Fuit quidem locuples: erãt quippe ei oues septem milia: cameli tria milia: iuga boum quingenta: & supellex multa valde: filii septem: filiæ tres. Deinde accepit potestatem diabolꝰ aduersus eū. Vide tempora cōmutata. Diues in liberis pater: repente orbus efficitur: diues in censu dominus: ad vltimā deducitur egestatem. Ecce duo tempora. Post hæc apparet ei dominus & loquitur ei de nube: & ipse Iob ea quæ sunt in libro eius scripta respondit. Igitur in primo tēpore dei laudibus prędicatur: in secūdo tentationi traditur: & seuissimo vlcere percussꝰ a pedibus vsq; ad caput tristia & dura perpetitur. Ad extremū factę sunt ei oues quatuordecim milia: cameli sex milia: iuga boum mille: asinæ pascentes mille: & nascuntur ei filii septem: & filiæ. Atq; ita & in Iob tria tempora deprehēdimus: quę in iustis hominibus reperimꝰ. Tria videt iusti tēpora: pręsens: et cōmutatiōis quando iudicaturus est deus: & futurū post resurrectionē mortuo℞: id est vitæ cœlestis perpetuitatē in Christo Iesu: Cui est gloria / & imperiū in sęcula sęculorum. Amē.

Explicita est Homilia Quarta.

Incipit Homilia Quinta. De eo q̄ quatuor vltiones pessimę: id est gladiꝰ: fames: bestię male: & pestilentia inducunt̃ sup terram peccatricem: Et de parabola qua dicitur Fili hominis quid fiet ligno vitis. Cap. XIIII. & XV.

B Ames quę propter peccatricē inducit̃ terrā: iuxta possibilitatē nr̃arū virium discussa ē: & post famē de bestiis pessimis diximꝰ q̃s īmittet deus sup peccatores. Quatuor enī vltiones in prīcipio ꝓposuimꝰ: e q̄bus reliquę duę sunt de romphęa: & de morte. Et in prima quidem filiorū / & filiarū nomen tantum est: in secūda vero: & tertia quā nūc conamur exponere filiorū / & filiarū nomen annexū est: id est in rōphęa: qua corruunt qui cæde eius digna fecerunt. Quis est ergo iste gladius id est rōphęa quā nos formidare debemus nequādo mittatur super terrā nostrā: super terrā quā figuraliter exposuimus: vt & nobis necesse sit transire per gladiū duplex aliq̄d habentis in pœna! Habitus quippe ipsius gladii diuidit: & secat eum in quē infertur: si vero ad acumen aciei eius etiam tactus ipse pœnalis est: dupliciter torquetur qui hoc gladio puniendus est. Scriptum est enim. Statuit igneam romphęam: & Cherubin custodire viā ligni vitę. Et quomodo si gladius acutus: & candens inferatur in corpus duplicē tribuit cruciatum: adustiōis: & cædis: sic & romphęa quæ ad custodiā paradisi statuta memoratur: quā nūc ob expositionem gladii præsentis assumpsimus: duplicia infert tormenta: dū adurit: & diuidit. Vt aūt necessariū aliquid ex quibus deus sensum nostrū illuminat in loco pręsenti interponamus
accipe exemplum. Aiunt studiosi medicinalis C
disciplinę ad quasdam corpo℞ curationes necessariam esse non solū sectionē ferri: verū etiā adustionē. Nam ad eos qui canceris veterno cōputrescūt candentē siue nouaculæ laminā: siue quodcunq; acutissimi ferri genus adhibent: vt per ignem radices canceris euellātur per incisionē autē putrida caro truncetur: & via pateat medicaminibus iniiciendis. Quis putas nostrū canceris (vt ita dicam) habet simile peccatum: vt non ei sufficiat aut simplex acumē ferri: aut sola ignis adustio: sed vtraq; adhibeantur quo vratur: & secetur! Audi saluatorem rationē ignis: & ferri in duobꝰ locis D
significantē. In alio loco ait: Nō veni mittere pacem super terram: sed gladiū. In alio vero: Ignem veni mittere super terrā: & vtinam iā ardeat. Igitur defert vtrūq; Saluator: gladiū & ignem: & baptizat quę non potuerunt spiritus sancti purificatione purgari. Sacramenta diuina sunt: & ineffabilia: & soli deo cognita: plus tamen in gratiarū donatione: q̃ in tormentorū varietatibus constituta. Neq; enim medici ex disciplina artis suæ rationabiliter eos quibus medentur secant: vrunt: dãtq; poculum amarissimi temperamēti: multaq; alia prout causa postulat faciūt. Deus autem vniuersitatis dominus sine rationabili quadam sapientia: & sine dispensatione digna maiestatis suæ pœnas tãtū infert peccatoribus. Neq; enim vt existimãt ad hoc tantū adhibet supplicia vt torqueat: sed quasi pater scit vulne

ra omniũ nostrum: scit qua ex causa qđ vlcus
natũ sit: quæ putredo infelicis animæ ex quo
ducatur exordio: qualis species dolorꝭ ex quo
peccato veniat: scit & formas: & modos: & nu
meros peccatorum: qui semel: bis: terqꝫ pecca
uerit: qui in vna specie delictorum sæpe ruit:
qui in diuersis vitiorũ speciebus singulis tan
tum vicibus errauerit. Hæc omnia nos iuxta
sapientiã dei quærere secundũ illud qđ scri-
ptum est: Scrutãs corda / & renes deus: & sup
plicia quę ab eo irrogant̃ sic intelligere: quasi
digna deo & conuenientia dispensationi eius.
Non vult vos tãtummodo cruciari: Omnia
quippe ad hoc condidit: vt essent: & salutares
fecit generationes mũdi: & non est in eis medi
camentum perditionis. Sed quia quod ille vo
luit nos contemnendo non fecimus: & ille qđ
E cupierat nõ exercuit in nobis. Disputatio nos
coegit vt aliquid de pœnarum specie dicere-
mus: quæ inferũtur ad terram. Debemus aũt
nosse: quia nõ statim vbi fames fuerit: sequat̃
& mors. Potest qppe fieri vt aliqs famem susti
nens perseueret in vita: licet inediã / & squalo
re / & macie discrucietur. Potest fieri vt imis-
sis bestiis malis statim non omnes pereant: fu
gæ auxilio reseruati. Potest euenire vt cędẽte
romphęa: cessaret interitus. Modo vulnerãtur
quidã: & secantur: & vt ita dicam crebris icti-
bus cõfundũtur: nec tamen pereunt. Idcirco
nunc pœna nouissima in enumeratione pœ-
narũ mortis infertur. Istiusmodi quiddam: &
sacratissimus apostolus sentiens loquebatur:
nouissimus inimic⁹ destruetur mors. Aude-
bo dicere: sed nouissim⁹ inimicus destruetur
mors. Fuit quidẽ ante mortẽ inimicus. Idem
romphęa fuit quidã ante mortẽ inimicus. be-
stię pessimæ fuit quidã: ante bestias pessimas
inimicus fames. Hæc omnia inimica sunt re-
ligionis inimicis. Si enim nõ vis amicus fieri
deo inuitanti te ad reconciliationẽ: & dicenti
per apostolũ: Obsecro vos per Christũ recon-
ciliari deo: quid de deo causaris cum in causis
sub inimicorũ imperio esse voluisti? An igno-
ras idcirco deũ in Aegypto immisisse furorẽ:
& iram: & angustiã: immissionem per angelos
pessimos: quia inimici illius erant & ab eius
F aduersario regebãtur? Procul autẽ absint a no
bis quatuor istarũ supplicia pœnarũ: fames:
bestiæ pessimę: gladi⁹: mors. Quicquid enim
horũ fuerit illatum: ad eos venit qui inimici
dei sunt. Amicos eius pręterit: neqꝫ ausum est
eos contingere qui de eius necessitudine glo-
riantur. Et quomodo de igne bene creditũ est
scripturis testãtibus: quia transeant per eum
iusti: & nõ comburantur: vniuscuiusqꝫ enim
opus quale sit ignis probabit: sic & in his sup-
pliciis inueniatur aliquis Daniel: Noe: & Iob
& nihil pœnarũ sustinebit. Hęc specialiter per
singula supplicia exposuim⁹: quæ in extrema
parte in vnũ propheta consociãs: ait: Hæc di- G
cit Adonai dominus. Si autẽ quatuor vindi-
ctas meas pessimas romphęã: & famẽ: & besti
as pessimas: & mortem immisero. Quo? Non
super terrã: sed super Hierusalem: Terra em̃
si puniatur: sufficit ei vna correptio. Si autem
corripiatur Hierusalẽ super quã inuocatũ est
nomen dei: quatuor ei cruciatus pariter infe-
rũtur. Multo nobis vtilius fuerat diuino non
credidisse sermoni: q̃ post credulitatẽ adhuc
rursum ad peccata conuerti quæ ante cõmisi
mus. Considera enim quomodo scriptura: su
per terrã sigillatim supplicia dicat inferri: &
nõ apponat quã terrã: quando vero ad Hieru
salem veniat: Si autem & quatuor vindictas
meas pessimas: romphæã / & famem / & bestias
pessimas / & mortẽ immisero in Hierusalẽ: nos
indicãs Hierusalem: qui peccantes quidẽ nos
Hierusalem sum⁹ quę destruitur: in pręceptis
vero permanentes Hierusalẽ dicimur quę sal
uatur. Omnes lamentationes quas legimus H
in Hierusalem: omnes querimoniæ qbus eam
plangit deus ad nos pertinẽt: qui gustauim⁹
sermonẽ dei: & postea mandatis eius contra-
ria fecimus. Nõ plectitur Salomonis iura con
temnens: non sic punitur Lycurgi scita desti-
tuens. Aliud suppliciũ est eius qui legem dei
per Moysen traditã cõculcat: & despicit: ma-
xima omnium est ei⁹ pœna: qui præcepta filii
dei pro nihilo duxerit. Irritã enim quis faciẽs
legem Moysi sine vlla miseratione duobus: vł
tribus testibus moritur: quanto magis puta-
tis deteriora supplicia mereri illum qui filiũ
dei conculcauerit? Hi ergo quos enumeraui-
mus filiũ dei non conculcauerũt: sed tantum
legem dei ingressi sunt: maximeqꝫ hi qui ante
aduentũ domini fuerũt. Sed neqꝫ hi qui cruci
fixerunt Saluatorẽ meũ rei sunt ingẽtis pœ-
nę: sicut hi quibus ait apostolus filiũ dei con-
culcans: spiritui gratiæ cõtumeliam faciẽs: &
si quid aliud significat in eo loco in quo eorũ
peccata replicat: qui post fidem in deũ pecca-
uerunt. Hæc propter quatuor vltiones pessi-
mas quæ inducuntur super Hierusalẽ. Et oẽs
quidẽ qui didicimus diuinas scripturas: siue
bene: siue male viuamus Hierusalem sumus.
Si male viuimus: illa Hierusalem quæ crucia
tibus punitur: & sustinet quatuor vltiones: si
ue illa Hierusalem quæ in dei sinu requiescit.
Et est magna distantia vt ĩ reliqua terra sic &
in ipsa Hierusalem. Omnes enim qui in eccle

sia peccatores sunt: qui sermonem dei gustauerũt: & transgrediũtur eũ: merẽtur quidem
A supplicia: verũ pro modo graduũ vnusquisq; torquebitur. Maiorem pœnam habet qui ecclesię pręsidet: & delinquit. An non magis misericordiã promeretur ad comparationem fidelis cathecuminus? Non magis venia dign9 est laicus: si ad diaconum conferatur? Et rursum cõparatione presbyteri: diaconus veniã plus meretur? Quæ aũt sequãtur: me tacente cognoscitis. Idcirco formidans iudicium dei: & ante oculos mihi proponens illum iudicii ordinem qui in scripturis continet: recordor dicti illius: Põdus vltra te ne leues: sed & illud: Noli quęrere fieri iudex: ne nõ valeas auferre iniquitates. Quid mihi prodest quia prior sedeo in cathedra resupinus: honorem maioris accipio: nec possum habere dignitate mea opera condigna? Nonne maiori pœna cruciabor: quia honor iusti mihi ab omnibus
B defertur cum peccator sim? Necessarium fuit diligentius: retractantem ea quæ de quatuor terræ vltionibus dicebantur: id addere q; Hierusalem quippe erat in tribu Beniamin: & sacerdotes templi: & leuitæ qui dei ministeriis seruiebant: & cæteri ordines quos scripturarum sermo comprehendit: in ea morabantur. Hęc accipit quatuor vltiones pessimas q̃ non sunt similes in his qui in ea habitant. Neq; enim eodem modo & ad populum: & ad leuitas cõminatio dirigitur. Israelites enim peccans in Israeliticũ delictum corruit. Qui autem maior est ab Israelita: quanto nobilior fuerit in ordine idem leuites & sacerdos: tãto maiora supplicia sustinebit. Si autem princeps sacerdotum peccauerit: dicit ad eum Heli con sacerdos suus. Si delinquens peccauerit vir in virum: orabunt pro eo: si autẽ in domino peccauerit: quis orabit pro eo? Hæc in expositionẽ eius sermonis: quo comminabantur: & singulæ specialiter in peccatricem terram vltiones: & pariter congregatæ in infelicem Hierusalem. Videamus autem & sequentia scri-
C pturæ. Quæ cũ in parabola audierit propheta: nos tantũ sensum debemus exponere: ipsum testimonii ordinẽ derelinquentes: & auditorem mittentes ad librum. Lignũ vitis vt in fructu est honorabilius lignis omnibus: maxime his quę in saltu fructificãt: sic ad cętera opera inutilius omnibus lignis est. Et vascula quædam possunt fieri: & in diuersa opera necessarii vsus ad ministrandum: de palmitib9 autem vitis nõ solum vas aliquod: & in opus vtile quid fieri non potest: sed neq; paxillus quidem est vtilis. Ait ergo sermo diuinus: qa

vt palmes vitis honorabilior fit cæteris lignis si afferat fructus: sic ab omnibus inferior iudicetur: si id non habeat vnde præcellit: atq; in hunc modũ eos qui imbuti sunt eloquiis dei honorabiliores esse omnibus: & quocũq; modo in vineæ positos dignitate: cũ afferant fructus: botros salutis, de qua scriptum est. Ego vero te plãtaui vineam fructiferam: totam veram. Et alibi. Vinea domini domus Israel est. Et rursum. Vineam de Aegypto transtulisti: & reliqua. Si autem non attulerint fructus: in tantum vt a deo dici possit: quomodo cõuersa es in amaritudinem vitis alienæ? tunc multo deteriores inueniri ab his lignis: quæ licet viliora sint: tamen suos afferunt fruct9. Quo D
modo enim præcellunt ligna syluarum vineas inferaces: eodem modo intra quandam dispensationem sapientię diuinæ ex lignis vilioribus aliqua domui necessaria fabricãtur. Neq; vero turberis: putans nos extra scripturas affirmare quod dicimus: futurum esse vt de lignis syluę aliquid vtile fiat: id est de me ipso si non attulero proprios naturæ meæ fruct9. Si quidem & apostolus imaginem quandam eorum vasorum quæ sunt in humana conuersatione assumit dicens. In magna autem domo non sunt tantũ vasa aurea / & argentea: sed & lignea: & fictilia (Nota quia vasa lignea nuncupauerit) & alia quidem in honorem: alia vero in contumeliam. Ista vasa lignea quæ esse ĩ magna domo apostolus prædicat: non sunt facta de vitibus: non de palmitibus vinearum: sed ex aliis lignis: quæ vilioris ordinis in nemoribus fructificauerunt. Quantum ergo malum est & quale discrimen vt ligna quondam vilia inueniantur in magna patrisfamilias domo: & palmes vitis meæ inutilis in domo sit: & in ignem proiiciatur? Hoc enim scriptum est: quia annuam putationem eius cõsumat ignis. Hæc in Ezechielem. Saluator vero E
huius parabolæ sensum in euangelio ita perstrinxit: dicens: Ego sum vitis: vos palmites: Pater meus agricola: omnem palmitem qui in me manet & fructum affert: pater meus putat: vt fruct9 maiores afferat: palmitem qui manet in me & fructum non affert: pater meus excidit: & in ignem mittit. Vides vicinitatem vtrorũq; sermonũ? Vides quomodo pater excidat: & in ignem iaciat? Nos insensati quasi negligenda quidem scriptura sit: nolentes ea discere quæ nobis incutiãt metum: sed ea audire cupientes: quæ prurientibus auribus incutiunt voluptatem: libenter audimus quę nos subuertant: quæ decipiãt. Qui dicit proximo suo ignoscit nobis peccata no-

stra deus: si quidem & in talibus sacramentis ludimus: vicissim nobis pollicentes: mappam mittet deus. Et quia bonus est: & omniũ peccata dissoluit: oportebat nos sedere: & sollicito corde dicere. Si heri peccauimus hodie pœnitentiam agamus. Verum huic palmiti: animal quippe est qui dicit: Potens est deus: & bonus agricola: qui non me excidat: & in ignem mittat: respondebit agricola: Sed si talis est palmes vt frustra sit in vite: nunquid poterit relinqui? Nonne si dimittatur impediet vitẽ: ne pro sicco palmite virides & fructuum feraces afferat palmites? Quomodo enim boni agricolæ est excidere: & computare quæ sicca sunt: & tradere in escã ignis infructuosos ramos: sic boni dei est de omnibus vitibus infructuosos palmites amputare: & igni tradere in perditionem. Verum nos ipsi in nos ludim⁹: & decepti pariter: ac decipientes volum⁹ magis errare cum plurimis q̃ ab errore conuerti: cum magis id quærere debeamus: quod ædificet: qđ timorem dei augeat: qđ ad pœnitentiam reuocet: quod in confessionem sceleris adducat: qđ nos faciat diebus: ac noctibus cogitare quomodo domino placeamus: vt fiamus in vera vite Christo Iesu fructiferi palmites: & radici eius adhęrẽtes: Cui est gloria / & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Explicita est Homilia Quinta super Ezechielem.

Incipit Homilia. VI. De eo qđ dicitur Fili hominis notas fac Hierusalem abominatiões suas: vsq; Effudisti fornicationem tuã ĩ omni transitu. Cap. XVI.

F

COnsideranti mihi constantiam prophetarũ: miraculũ subit: quomõ vere credẽtes deo magis q̃ hominibus cõtempserint mortẽ: pericula: cõtumelias: & omnia quæ passi sunt ab eis q arguebantur: dũ volũtati dei in prophetatione deseruiunt. Admirabar quõdam Esaiam anteq̃ compararem Ezechieli: & obstupescebã quomodo diceret. Audite sermonẽ domini principes Sodomorum: attendite legem dei populus Gomorrę. Quo mihi multitudinem sacrificiorũ vestrorum: dicit dominus? Dicebat eñ hæc cũ posset dicere: vel tacere. Neq; enim (vt quidam suspicantur) mente excedebant prophetæ: & ex necessitate spiritus loquebanẽ. Si alii (inquit apostolus) reuelatum fuerit sedenti prior taceat. Ex quo ostẽditur potestatem habere eum qui loquatur cũ velit dicere: & cum velit tacere. Et ad Balaam dicit: Verũ tamen est verbum qđ immitto in os tuum: hoc obserua loqui: quasi potestatem habente eo: vt accepto verbo dei diceret: seu taceret. Quid est ergo qđ ĩ Ezechiele ammiror? Quia cũ ei fuisset imperatũ vt testaretur: & notas faceret Hierusalẽ iniquitates eius: non posuit ante oculos eius periculũ quod ex prędicatione erat secuturũ: sed vt dei tantũ præcepta seruaret loquutus est quæcũq; mandauit. Esto: sit mysteriũ: sit reuelatio sacratę intelligentiæ de Hierusalem: & his quæcũq; super eã dicũtur: attamen propherans & fornicationis illam arguit: qa diuaricauerit pedes suos omni transeunti: maledica voce testatur: ĩcrepat scelerũ ciuitatẽ. Sed quia confidebat dei se facere voluntatem paratus & mori: & viuere: loquebatur intrepidus. Videam⁹ ergo ipsam prophetiam: & primo quidẽ quomodo in potestate G
sit positũ prophetę: vtrũ dicat: an nõ: consideremus. Fact⁹ est sermo domini ad eum dicẽs: Fili hominis testificare Hierusalem iniquitates eius: & dices. Hæc dicit dominus. Non in necessitate aspirationis: sed in voluntate dicẽtis dominus posuit vt testificaretur ad Hierusalem iniquitates eius: & ait: Dices. Quid dices? Hæc quæ sequuntur. In propheta erat audiẽte / dices: vtrũ diceret: nec ne: quomodo fuit positum in Iona. In potestate quippe eius erat audientis: Dic adhuc tres dies: & Niniue subuertetur: si velit dicere vel tacere. Et quia in arbitrio eius positum erat: & noluit dicere: vide quãta eum sunt consequuta postea: periclitata est nauis propter eũ: sorte repertus est latens cetus deuorauit abiectũ. Hi ergo prophetæ quicũq; post Ionam fuerũt cõsiderãtes forsitan ea quę venerũt ei: siue aliis prophetis videbãt quoniam ex omni parte angustiæ eis imminebãt: scđm sęculũ persecutio: si dicerẽt verba: secundũ dñm offensa: si timẽtes homines pferrẽt falsa pro veris. Idcirco testificatus est Ezechiel: & notas fecit Hierusalem iniquitates eius: & dixit. Hęc dicit dominus. Radix H
tua: & generatio tua de terra Chanaan. Pater tuus Amorreus: & mater tua Cethea. Quæ ciuitatũ sic fuit eleuata: & altum sapuit in mũdo vt ciuitas dei? Et tã hæc ipsa sibi magna promittens: quasi proxima dei: & ciuitas eius: quia peccauit arguitur a spiritu sancto vt degener / & extranea. Pater eñ eius Amorreus: iam non dei. Q̃diu non peccauit: pater eius erat deus: quãdo vero peccauit pater ei⁹ Amorreus fact⁹ est. Q̃diu nõ peccauit pater eius spiritus sanctus fuit: quãdo peccauit ma

ter eius Cethea facta est. Q̃diu non peccauit radicē habuit Abraham: & Isaac: & Iacob: quādo peccauit radix eius Chananęa facta est. Sępe mirat⁹ sum id qđ dictū ē a Daniele ad presbyterū peccatorē cui pro peccato nomē impo nens semen inqt Chanaan: & non Iuda. Magnus quidē Daniel cōstantissime presbyterū peccatorē semē Chanaan appellās: & nō Iuda Maior vero cōparatione ei⁹ Ezechiel: nō vni presbytero: neq; duobus hominibus natiuitatem obiiciens cōtumeliosam: sed radix inquiens tua: & generatio tua de terra Chanaan. Pater tuus Amorreus: & mater tua Cethea. Quia Hierusalē multa peccata cōmisit: ideo increpās illā ꝓpheta nō vno/neq; duobus: sed
A tribus noībus insigniuit. Septē in Genesi gentes enumerant a deo in vno loco quē tradidit filiis Israel. Septē autē hę sunt in terrā (inqt) Chananęorū/& Amorreoꝝ/& Phereseoꝝ/& Eueorum: & Gergeseorum: & Iebuseorū. Impossibile fuit & septem istas congregare: vt p eas ignobilitatē peccatricis Hierusalē exprobraret: fecisset vtiq; propheta. Nunc vero qd fecit? Amorreū elegit ex septē: & Chananęum & ait habere cōmunionē peccatricē Hierusalem: quippe ad Chananęū iuxta radicē & natiuitatē: proprie ad Amorreū secūdū patrē: ꝓprie ad Ctheā secūdū matrē. Si in Hierusalē tāta dicūtur: de qua tam grādia: & tam mira conscripta sunt: quæ ei sunt repromissa: qd futurū est misero mihi si peccauero? Quis mihi erit pater: aut quæ mihi erit mater? Tantę/talisq; Hierusalem radix: & generatio de terra Chananęorū: pater eius Amorreus: & mater Cethea nūcupat. Ego si peccauero: q in Christo Iesu credo: & tāto me magistro tradidi: qs mihi futurus est pater? Non vtiq; Amorreus: sed neqor quidā pater. Quis est iste? Quiuis q peccatū facit ex diabolo natus est. Et iterum. Vos ex patre diabolo estis. Si igit Hierusalem dicit de radice: & natiuitate terræ Chananęæ quid dicet ad nos? Inueniūtur & nobis patres qui nos generāt in peccatis: vt em̄ si bon⁹ fuero: & in optimo actu constitut⁹: dicit mihi Iesus: Fili dimittunt tibi peccata tua: dicit mihi Paulus discipul⁹ Iesu: In Christo em̄ Iesu p euangeliū ego vos genui: ita si fact⁹ fuero peccator generās me in peccatis diabolus: & assumens sibi eā vocē qua pater deus ad saluatorē loquut⁹ est: dicit ad me: filius me⁹ es tu: ego hodie genui te. Et alii ante plures patres mei erūt ad quos iturus sum. Vnusqsq; ad suos ꝓficiscit patres. Si qs est ab Abrahā: dicit ad eū: tu autē vade ad patres tuos cū pace educatus in senectute bona. Si qs vero egredit de sęculo non cū pace: sed cū peccatorū bello: & senectute nō bona: inueterat⁹ dierū malorū: vtiq; dicit ad eū: Tu autem vade ad patres tuos cū bello: nutrit⁹ in senectute mala. Docemur a deo sub B
aliis noībus qd facere debeam⁹. In qua die nata es nō alligauerūt manus tuas: siue nō est excisus vmbilicus tu⁹. In hebræo qppe sic habet Nō est excisus vmbilicus tu⁹. Allegorice idu cit Hierusalē quasi puellā ab infantia genitā. Quę aūt de Hierusalē dicunt: sciamus ad oēs hoīes q in ecclesia sunt ptinere. Primū eius tēpus tale est: secūdū quale describitur: procul aūt absit a nobis vt tertiū tēp⁹ tale habeamus quale dicit ad Hierusalē. Omnis em̄ q primū fuimus peccatores Hierusalē vocamur a deo & habemus ea q̄ prima dicunt. Secunda aūt si post visitationē & notitiā dei pseuerauerim⁹ in peccatis ad nos ptinēt. Tertia vero mala q̄ penitus detestamur secūdū ordinē ꝓseq̄mur. Nūc vt ad primū redeam scriptū est quasi de C
Hierusalē: In qua die nata es: nō ē excisus vmbilicus tu⁹. Adiutorio dei indigem⁹ vt possimus vmbilicū nō pcisum peccatricis Hierusalē iuenire: aut certe pcisum vmbilicū ei⁹ q nō peccauit exponere. Siue igitur Hierusalē: siue cuiuscūq; alterius de alia scriptura q̄ro vmbilicū: vt spiritalibus spiritalia compa͂ns: inueniam quomō nō sit pcisus vmbilicus Hierusalē. Scriptū est in Iob: de dracone. Virtus ei⁹ in vmbilico: & fortitudo eius sup vmbilicum vētris. Scio ex his q̄ mihi gratia diuina largita est cū pſentē locū exponerem me dixisse: ꝙ draco sit fortitudo cōtraria. Iste est em̄ draco serpens antiquus: qui vocatur diabolus: & sathanas: decipiēs orbem terrarum vniuersum Istius fortitudo in vmbilico est. Nec dubium. Nam principium malorum omniū in lumbo versatur. Et ideo adhuc in lumbo patris constitutus: qui nasciturus erat: refertur: quia in lumbos semina humana collecta sunt. Fortitudo ergo contraria vbicūq; sunt semina: ibi insidiarū suarū vim conatur ostēdere. Aduersum masculos virtus eius in lūbis est: aduersum fœminas virtus eius in vmbilico vētris est. Et vide quomodo honeste viri: mulierisq; genitalia obtectis noībus scriptura nūcupauerit: ne p ea vocabula q̄ in promptu sunt turpitudinē significaret. Si intellectū est exemplū quod protulimus de Iob: intellige mihi quia vt in viro prępatiū circūciditur: sic i fœmina vmbilicus amputatur. Cū enim pudica fuit mulier: & mundis vsa mutationibus fœminarum: scilicet ne in sordidas res: & in peccatoꝝ turpitudines ruat: tūc vmbilicus ei⁹ abscisus est. Si vero peccauerit non est vmbilicus eius

D abſciſus. Increpat ergo Hieruſalem quaſi mu
lierem cui nō ſit pręciſus vmbilicus. Septua-
ginta interpretati ſunt in hoc loco: nō alliga-
uerūt vbera tua: ſenſum magis eloquii expo-
nentes q̄ verbū de verbo exprimentes. Vbera
aūt in Cāticis cāticorū aſſumpta ſunt in co-
gitationū tuarum: & mentis loco. Quia bona
vbera tua ſuper vinū. Et recubuit ſup pectus
Ieſu: vbi vbera tua ſunt: is qui cōmunionē in-
tellectuū eius habiturus erat. Quando ergo
ſenſus eſt rigidus: & notio obſtricta: atq; ſoli-
da: nec defluit ſermo: manifeſtū eſt quia alliga
ta ſunt vbera tua. Cum vero ea quæ dicūtur
diſſoluta ſunt: & defluūt: non ſunt vbera alli-
E gata. Aqua nō es lota in ſalutē. Videamus ea
quę ſunt in Hieruſalem: ne forte & in nobis re
periantur. Verbi gratia dictū ſit. Eſt quædā
mulier nūc lota: verū quęritur an & in ſalutē:
vt & nos timeam⁹ ꝑpter hoc qđ ait in ſalutē.
Non lauātur omnes in ſalutē. Qui accepim⁹
gratiā baptiſmi in nomine Chriſti: loti ſum⁹
ſed neſcio quis lotus ſit in ſalutem. Simon lo-
tus eſt: & baptiſma cōſequutus perſeuerabat
in Philippi ſocietate: verum quia non erat lo
tus in ſalutē condemnatus eſt ab eo qui in ſpi
ritu ſancto dixit ad eum. Pecunia tua tecū ſit
in perditionē. Ingentis eſt difficultatis eū qui
lauatur lauari in ſalutē. Attendite cathecu-
mini: audite: & ex his quę dicuntur pręparate
voſmetipſos dum cathecumini eſtis: dum nec
dum eſtis baptizati: & veniatis ad lauacrum:
& lauemini in ſalutē: nec ſic lauemini vt qui-
dam qui loti ſunt: ſed nō in ſalutē: vt qui acci
pit aquā: & nō accipit ſpiritū ſanctum. Qui la
uatur in ſalutē: & aquā accipit: & ſpiritū ſan-
ctū. Quia nō fuit Simon lotus in ſalutē: acce-
pit aquā: & nō accepit ſpiritū ſanctū: putans
quia poſſit donū ſpirit⁹ pecunia cōparari: in
qua nō eſt lotus in ſalutē. Ad oēm animā pec-
catricē quæ videtur credere: iſta dicūtur quę
nūc dicta legimus ad Hieruſalē: vt nō ad ma-
iora conſcendā: & ea quęrā quę vltra meas vi-
F res ſunt: & ingenium. Neq; ſale ſalita. Et hoc
crimen eſt Hieruſalem: quia nō fuerat digna
ſale dei. Ego ſi credidero dn̄o meo Ieſu Chri-
ſto: ipſe me ſal faciet: dicetq; mihi: Vos eſtis
ſal terrę. Si credidero ſpiritui qui i apoſtolo lo
quutus eſt: ſale condior: & poſſum præceptū
cuſtodire: dicēs. Sermo veſter ſit ſemp in gra-
tia ſale cōditus. Grande opus eſt inſaliri. Qui
ſale conditur: gratia plenus eſt. Nam & in cō-
muni prouerbio ſalſus dicitur gratioſus: &
econtrario inſulſus qui nō habet gratiam. Si
igitur gratia nobis a deo venit: & cōplemur
dono ei⁹: ſale ſalimur. Rurſum peccatrix Hie
ruſalem nō eſt inuoluta pannis. Obſerua qđ G
dicimus. Anima renaſcens: & primū in laua-
cro edita inuoluitur pannis. Ipſe domin⁹ me-
us Ieſus pannis inuolutus eſt: vt ſcriptum re-
fertur in euāgelio ſecūdum Lucam. Oportet
ergo eū q renaſcitur: vtiq; in Chriſto renaſcē-
tem rationabile & ſincerum lac deſiderare: &
prius q̄ rationabile & ſine dolo lac deſideret:
debet ſale ſaliri: & pannorum inuolucris col-
ligari: ne dicatur ad eum: ſale nō es ſalitus: &
pannis non es inuolut⁹. Quia autē iſta Hieru
ſalem ſint crimina: non circuncidi eam vmbi-
lico: & ſale non ſaliri: & pannis non inuolui: &
aqua non lauari in ſalutem: ſermo indicat re-
liquus: qui ita contexitur. Neq; pepercit in te
oculus tu⁹: vt faceret tibi vnum ex omnibus H
iſtis. Propterea nihil tibi horum feci: vt pate-
rer aliquid ſuper te: dicit dominus. Exemplū
ab omnibus accipiam: deinde ſi ſpiritus ſan-
ctus dederit ad Ieſum Chriſtum: & ad deum
patrem tranſmigrabo. Quando ad hominem
loquor: & deprecor eum pro aliqua re vt miſe
reatur mei: ſi ſine miſericordia eſt: nihil pati-
tur ex his quæ a me dicuntur: ſi vero molli eſt
animo: & nihil in eo rigidi cordis obduruit:
audit me: & miſeretur mei: & molliuntur vi-
ſcera eius ad meas preces. Tale mihi quiddam
intellige ſuper Saluatorem. Deſcendit in ter-
ras miſerans humanum genus: paſſiones per-
peſſus eſt noſtras anteq̄ crucem pateretur: &
carnem noſtram dignaretur aſſumere. Si eñ
non fuiſſet paſſus: non veniſſet in conuerſa-
tionem humanæ vitæ. Primum paſſus eſt: de
inde deſcendit: & viſus eſt. Quæ eſt iſta quā ꝑ
nobis paſſus eſt paſſio? Charitas eſt paſſio. Pa-
ter quoq; ipſe & deus vniuerſitatis: longani-
mus: & multum miſericors: & miſerator non
ne quodammodo patitur? An ignoras quia
quando humana diſpenſat: paſſionē patitur
humanam? Supportauit enim mores tuos do
minus deus tuus: quomodo ſi quis ſupportet
homo filiū ſuū. Igit̄ mores noſtros ſupportat
deus: ſicut paſſiones noſtras portat filius dei.
Ipſe pater nō eſt impaſſibilis. Si rogetur / miſe
retur / & cōdolet: patit̄ aliqđ charitatis: & fit
in eis: in qbus iuxta magnitudinē naturę ſuæ
nō pōt eē: & ꝑpter nos hūanas ſuſtinet paſſio
nes. Nō pepercit oculus tu⁹ (inqt) in te: vt fa-
ceret tibi vnū ex oībus iſtis: vt paterer aliquid I
ſuper te: Et qa talis effecta es: piecta es in faciē
campi. Deus ne nos tales eſſe patiaris: vt pro-
iiciamur a te: & ab eccleſia tua in faciem cam-
pi: ſed magis vt ab anguſtiis ſenſuum egre-
diamur ad campum. Et proiecta es in faciem
campi. Quare? Prauitate animæ tuæ in qua

die nata es. Potest ne aliquis in eadē die qua natus est habere animæ prauitatem? Describit passiones nostras: & vitia humana: & solitas prauitates. Prauitate enim nostra: si nō rectū fuerit cor: proiicimur in campum in die qua nascimur. Si post regenerationem lauacri: si post sermonem dei rursum peccauerimus: in die qua nascimur: proiicimur. Tales sæpissime reperiuntur lauati lauacro secundæ regenerationis: & non faciētes dignos fructus pœnitentiæ: neq; exhilarantes myst[e]rium baptismi timore maiore ab eo quem dum cathecumini essent habuerunt: a charitate ampliori: ab ea quam exercuerunt dum auditores sermonis essent: sanctioribus gestis q̄ ante gesserunt. Sequitur istiusmodi homines hoc quod dicitur. Proiecta es in faciem campi prauitate animæ tuæ in die qua nata es. Sed vide misericordiam dei: vide clementiam singularem. Licet proiecta sit Hierusalem in faciem campi: non ita eam despicit vt proiecta sit semper: non ita prauitati suæ relinquit: vt in totū ei[9] obliuiscatur: vt non vltra eleuet iacentem. At
A tende quid sequitur. Et transiui per te. Proiecta es: ego tamen rursum veni ad te: visitatio mea non tibi defuit post ruinam. Et vidi te cō spersam in sanguine tuo. Quasi dicat: vidi te ream homicidiorum: ream sanguinis: & mortalium peccatorum. Et dixi tibi. De sanguine tuo vita adimplere. Surge de sanguine tuo & adimplere vita. Sicut ort[9] agri dedi te. Misertus sum tui postq̄ proiecta es: vidi te sanguine peccatisq; consperam: effeci te sicut ortus est agri: & multiplicata es. Quia ad te veni: & visitaui te proiectam causa tui fact[9] sum vt multiplicareris. Et multiplicata es: & magnificata. Dedi te in multitudinem / & magnitudinem: id est crescere te feci & multiplicari. Per id enim q crescimus: & multiplicamur. Et intrasti in ciuitates ciuitatum. Rursum errores exponit Hierusalem introeuntis in ciuitates ciuitatum. Quomodo autem ingressa sit criminose in ciuitates ciuitatum consideremus. Si per singulas ciuitates in quibus hę reses sunt: & doctrinæ alienæ a deo: ingrediatur quispiam ecclesiasticus: & particeps fiat talium ciuitatum: audit: Intrasti in ciuitates
B ciuitatum. Mammæ tuæ erectæ sunt. Post tāta crimina rursum floruisti: & venit tibi tempus: & tempus diuertentium. Dicitur mihi noli allegorizare: noli per figuram exponere. Respōdeant quęso: Hierusalem mammas habet: & est quando non colligentur: est quando erigantur: & vmbilicum habet: & quia non ē præcisus: arguitur: quomodo possunt ista sine allegorica expositiōe intelligi? Māmæ tuæ erectæ sunt: & capillus tu[9] extortus est. Cum omni honestate ea quæ solent virginum euenire corporibus describit sermo diuin[9]. Et capillus tuus extortus est: tu vero eras nuda: & dehonesta. Qui non est Iesum Christum indutus: hic nudus est: qui non est indutus viscera miserationis / benignitatis / humilitatis / mansuetudinis / longanimitatis: vt proximū sustineat: iste dehonestatus est. Tu vero eras nuda / & dehonesta: & transiui per te. Secunda vice venit ad eam: vidit eam peccantem: iterum propter peccata descendit: & tamen rursum reuertitur. Iterum visitat clemens / & benignus deus. Et veni ad te: & vidi te: & ecce tēpus tuum / & tempus diuertentium. Quid ē hoc quod ait tempus tuum? Tempus significat adolescentium: in quo iam per ætatem possunt fornicari. Et rursum: & tempus (inquit) diuertentium. Qui sunt isti diuertentes? Dū sum[9] paruuli: hi qui diuertere nolunt ad eos qui nituntur euertere: vt sunt christiani pessimi: dæmonia immunda: angeli diaboli: non habent locum quomodo nos possint diuertere. Cum autem fuerimus ætate maiore: & iā peccare possumus: quęrunt aditum ad nos diuertendi: & hoc tam angeli dei: q̄ angeli sathanæ. Impossibile autem est vt vtriq; ad nos diuertant. Si peccamus angeli diaboli diuertūt ad nos: si stamus fixo gradu: diuertūt ad nos angeli dei. Venit ergo tempus tuum: & tempus diuertentium. Quia tempus venerat diuertentium: & dominus noster Iesus Christ[9] deus noster rursum visitat miseram Hierusalem: id est peccatricem animam nostram. Expandi alas meas super te. Consueuit scriptura pennas nuncupare vestium summitates: vt in Ruth quæ venit abscondite: & discooperto pallio ad pedes Booz: & dormiuit sub ascella vestimenti eius. Deus ergo quasi veste loquitur indutus: Expandi alas meas super te: & operui confusionem tuam. Beatus cuius alis suis deus protegit confusionem: si tamen perseuerauerit in beatitudine: in qua Hierusalem noluit perseuerare. Et iuraui tibi in testamentum: & intraui in testamentum tecū. Post tanta ob quę rursum reuertitur: rursum recedit: post tā frequētem visitationē: nūc primū ingredit cū ea in testamētū. Et facta es mihi: & laui te in aqua. Post hęc cōmunia assumpsi te: & ipse laui te in salutem: & ablui sanguinem tuū abs te. Hęc intelligētes: oremus vt veniat misericordia dei sup nos: & abluat sanguinē ab animab[9] nostris. Si qd em̄ morte d[i]gnū fecimus: istud sanguis est noster. Ablui

sanguinem tuũ a te: & vnxi te oleo. Et Chri-
E stos nos vult facere deus. Et indui te versicoloria. Quanta est benignitas dei in vnãquãq; animarũ Hierusalem. non vni⁹ coloris tunicã sed multę varietatis largitur credẽtibus sibi. Hanc versicolorem tunicã iam tunc in signũ fecit Iacob induens filiũ suum Ioseph: & vestiuit eum versicoloria. Si consideres intellectus sectas: facta bona: vere videbis variam tunicã: quã visitatio dei largitur his qui vocati sunt in salutem. Legem intelligo: prophetas comprehendo: agnosco euangelia: non me latet apostolus: cautus sum: iustus sum: misericors sum. Et adhuc quęris aliam tunicam versicolorem: quam induit dominus Hierusalem: dicens: & vestiui te versicoloria: & calceaui te hiacyntho? Vult calceamẽta nostra esse florẽtia: & bene tincta. Quę sunt calceamẽta? Audi Paulum apertius prędicantem. Calceati pedes in præparatione euangelii pacis. Et præcinxi te bisso. Manifesti⁹ de hoc cinctorio apostolus loquitur. Stantes pręcincti lumbos vestros in veritate. Veritas enim pro bisso accipitur. Et operui te tricapto. Non inueniens:
F neq; intelligens quid esset tricaptum: inueni in alia editione pro tricapto: florens: & in alia indumentum. Igitur induit nos deus post variam vestem: & florẽti tunica. Et ornaui te ornamento: & imposui tibi armillas circa man⁹ tuas. Cum mihi dederit occasiones bonorum actuum: armillas circũdat manibus meis. Et catena circa collum tuum. Si me post gesta iustitiæ intellectu ornauerit veritatis: tunc mihi ornamentum nuptiale: tunc catena collo decora circundat. Et dedi inaurẽ circa narem tuam. Quando verę possum suauitatis: & boni odoris sacramenta suscipere: tũc mihi ornat deus inauribus narẽ. Et rotulas in auriculas tuas. vt non solum auriculæ: sed etiam grãdis rota aurea sit circa auditum tuũ. Aurea vero rota est quæ intellectibus voluitur sacris. Et corona glorificationis super caput tuum. Omnipotens deus & nobis tribue vt digni efficiamur corona glorificationis super caput nostrum. Et ornata es auro: id est diuinis sensibus: & argento: id est sermonibus sacris: & opertoria tua bissina. Profunditas sensuum opertoriũ ẽ bissinũ: & florẽtia: pro quo verbo septuaginta tricapta posuerũt: subtilem nimis amictũ: & quasi ad capillorũ similitudinẽ attenuatã vestem significãtes. Et versicoloria. Ecce tota est Hierusalem protecta alis: ve-
G stita variis: ornata gemmis. Quid post hæc facit magnus & hominũ amator deus? Alit eã delicatis cibis. Similam & mel & oleũ manducasti. Nõ (ait) simpliciter farinã: neq; hordeaceum panem. Hoc qđ modo ad vos loquimur simila est. Sed miserabilis Hierusalem post similã: post mella: post oleũ rursum quasi meretrix increpatur. Idcirco caueamus attentius ne forte nos post verba munda similę: post sermones dulcissimos prophetarũ: post oleũ qđ lętificat faciem: quo voluimus perungere caput: vt ieiuniũ nostrũ acceptabile fiat: iterum delinquamus. Non solũ autem perungimur hoc oleo: sed & vescimur. Et facta es pulchra
H valde nimis. Laudat pulchritudinem ei⁹: laudat speciem: prędicat formã. Et directa es in regnum. Quantus profectus: vt etiam ad regnũ dirigatur? Et exiit nomẽ tuũ in gẽtibus. Hæc apta sunt ei: qui postq̃ liber esse cœpit a mundo: in conuersatione proficiens ad beatã vitam nomen quoq; gloriosum in sæculo consequutus est. Sed procul absit id qđ sequitur: ad hoc enim scriptum est: vt incutiat audientibus metum. Post pulchritudinem: post nomen magnum: Hierusalem misera fornicat̃. Ideo ne glorieris in crastinũ: non enim scis qđ pariat adueniens dies. Et alibi. Fratres etiam si pręoccupatus fuerit homo in aliquo peccato: vos vt spiritales sustinete istiusmodi in spiritu mansuetudinis. & rursum. Considerans te ipsum: ne & tu tenteris. Et exiit nomẽ tuũ
I in gentibus in specie tua: quoniam consummatum erat in decore speciei quã cõstitui in te: dicit Adonai dominus. Et confisa es in decore tuo. Magna sapuit: & cõscientia pulchritudinis suæ erecta est speciosa Hierusalem. Et quia alta sapuit: nec se humiliauit: nec glorificauit deum: audi quid dicatur ad eam. Et fornicata es in nomine tuo: & effudisti fornicationem tuam in omni trãsitu. Quid est hoc qđ ait effudisti fornicationem tuam in omni transitu? Circuit animas nostras fortitudo cõtraria: & varie perlustrans quærit locum per quem possit irrumpere. Ira suo nomine vult fornicari mecum: iuxta coniuncta moribus meis: suo nomine tristitia: & vult me facere mœrẽtem: sua parte auaritia ĩfert desideriũ auri & argenti: & quorũcũq; similiũ: si me nõ custodiero: & clausero ostium meũ: sed suscepero omnem orationem inimici: dicitur mihi: Effudisti fornicationem tuam ĩ omni trãsitu. Et accepisti vestes tuas: & fecisti tibi idola subtilia. De his quibus te ornaui: quibus pulchra facta es: fecisti tibi idola subtilia. Volo adhuc exponere quæ sunt idola subtilia: quę quidem de vestib⁹ consuerũt. Vestes diuinæ scripturæ sunt: & sensus qui est in eis. Consciderũt has vestes hæretici & consuerunt dictum

dicto: verba verbis iungētes: sed non cum opportuna iūctura: aptaq; & cōsuentes impia sibi simulacra fecerunt: quibus illexerunt quosdam credere: & consentire ad cultum eorum et fictam suscipere disciplinam. De⁹ vero omnes nos: & ab his: & aliis simulacris liberet: vt magnificemur in Christo Iesu: cui est gloria: et imperium in sęcula sęculorum. Amen.

Explicita est Homilia. VI.

Incipit Homilia Septima de eo quod dicitur Sumēs de vestimentis meis fecisti tibi excelsa hincinde consuta: vsq; Et nec sic satiata es. Cap. XVI.

A
Atalogus peccatorum Hierusalem vtcunq; fuerit intellectus ędificat audientē. Quomodo enim si in domo sua quempiā de familia dominus corripiat: & pctā ei⁹ exponat: alius q̄ nup empt⁹ est seruus videns patris familiæ disciplinam quæ culpet: quæve collaudet: instruitur ad non facienda ea quæ priores fecere conserui: & ad hoc omni labore festinat: vt ea faciat per quæ alii honorem: & libertatē a domino promeruerunt: ita & nos audiētes in quibus culpet deus siue Hierusalem: siue vniuersam Iudęam: siue vnā quālibet ex tribubus specialiter delinquentem: non parum vtilitatis accipimus: ne & in hęc corruamus in quæ cæteri corruerunt. Est autem principium hodiernę lectiōis: qa vestes a deo acceperit Hierusalem: & fecerit ex his sibi subtilia quædam simulacra: & fornicata sit super eis. De quibus iuxta possibilitatem meam in priori sermone
B differui: docens istos qui scripturas lacerant et a verbis verba disrumpunt consuentes ea: et cōmentitia dogmata componentes seruire idolis: quæ earum vestibus induerunt. Nō in tabernaculum meū intrabis: foris es & foris manebis. Scit scriptura sanctos intus: peccatores foris esse. Igitur Hierusalem quia talia peccata commisit: vt non mereatur intrare repromissiōes dei: & dicatur ad eam: & nō intrabis: caueamus ne forte & nobis aliquando dicatur: & non intrabis: Neq; fiet. Nō est completum hoc qđ dicitur: neq; fiet: & ideo subaudiendum extrinsecus: vt sensus possit expleri. Ea quæ tibi repromissa sunt bona: &
C acceptura eras: nō fient. Sequitur aliud delictum. Et acccepisti vasa glorificationis tuæ de argento tuo: & de auro tuo ex quibus dedi tibi: & fecisti tibi imagines masculinas. Secundum communem sensum sic intelligi potest. Vasa glorificationis: de quibus Moyses scripsit in numeris: turibula: phialas: cādelabrum aureum: archam ab intus: & a foris deauratam: & cætera accepisti: & cōflasti ea: & fecisti effigies masculinas: & fornicata es in eis. Secundum allegoriam: vero ita explanabitur. Vasa aurea & argentea: id est turibula: phialas: & cætera istiusmodi habemus in sacris literis: quando ergo torquemus sensus scripturæ in alterum sensum: qui est contrarius veritati: verba diuina conflamus: & res dei in alias mutamus effigies. Quæ facientes incidimus in peccatum: quod nunc commiserat Hierusalem. Vasa glorificatiōis nostræ: sunt lex: & prophetæ: super his exultamus: in his efferimur. Quos cum aliter exponimus: q̄ se veritas habet: conuertimus vasa glorificationis nostræ de argento rationabili: & de auro sensibili quod nobis dedit deus: & facimus nobis imagines masculinas: et fornicamur in eis. Sequitur. Accepisti vestimenta varia & operuisti illa. Varia vestis est & hic vnus in scripturis locus: quo induimur assumentes viscera misericordiæ: benignitatis: humilitatis: mansuetudinis: longanimitatis ad sufferendum inuicem. Has varias vestes: & pulchros amictus quos nobis largitus est deus: si laceramus: atq; conscindimus: & circūdamus falsę doctrinę ad deceptionem hominum: nō dubium est quin variis vestibus operiamus idola. Intelligis autem hoc qđ dicitur: si ipsam rem manifestius describamus. vide mihi aliquem Marcionistam: siue discipulum Valentini: aut certe cuiuslibet hęresis defensorem: & consydera quomodo idola sua: id est figmenta quæ ipse composuit: mansuetudine: & castitate vestiat: vt in aures audientium facilius ex vitæ bonitate ornatus sermo subrepat. Et cum hoc fecerit: intellige eum assumpsisse vestem variam morum: & conuersationis optimæ: & idolis subiecisse quæ ipse construxit: ac iuxta mei quidem animi sensum multo nocentior est hæreticus bonæ vitæ: & plus in doctrina sua habet auctoritatis eo: qui doctrinam conuersatione maculat. Qui enim vitæ pessimæ est: non facile homines ad falsum dogma sollicitat: nec potest per vmbram sanctitatis audientium decipere simplicitatem. Qui vero sermone peruersus est: & disciplinis saluti contrarius: mores autem compositos: & or-

natos habet: nihil facit aliud nisi accipit indumenta varia instituti boni: & conuersationis quietæ: & circundat ea idolis suis: vt magis decipiat audientes. Idcirco sollicite caueamus hereticos: qui conuersationis optime sunt: quorum forte vitam non tam deus: q̃ diabolus instruxit. Nam quomodo quasdam illecebras escarum aucupes proponunt: vt facilius aues capiant per oblectamentum gulæ: sic (vt audacius dicam) est quædam castitas diaboli: id est decipula humanæ animæ: vt per istiusmodi castitatem: & mansuetudinem: & iustitiam possit facilius capere: & falsis sermonibus irretire. Diuersis diabolus pugnat insidiis: vt miserum perdat hominem: & bonam malis tribuit vitam ad decipiendos videntes: & malam bonis inurit conscientiam. Mihi ipsi qui in ecclesia prædico: laqueos sæpe tendit: vt totam ecclesiam ex mea conuersatione confundat. Et ideo plus hi qui sunt in medio oppugnantur ab inimico: vt per ruinam vnius hominis: quæ celari non potest: quin omnibus scandalum fiat: & impediatur fides per conuersationem pessimam clericorum. Omnia: vt diximus: diabolus operatur: & ea quæ videntur esse bona: nec sunt: & ea quæ per naturam suam mala sunt. Omnia aduersum humanam commentatur animam: vnde qui curam habet vitæ suæ: neq; mansuetudine hæreticorum capitur ad consentiendum doctrinæ eorum: neq; meis delictis qui videor in ecclesia prædicare scandalizabitur: sed ipsum dogma consyderans: & pertractans ecclesiæ fidem: a me quidem auersabitur: doctrinam vero suscipiet secundum pręceptum domini: qui ait. Super cathedram moysi sederunt scribæ: & pharisęi. Omnia enim quæcũq; vobis dicũt: audite: & facite: iuxta opera autem illorum nolite facere: dicunt quippe: & non faciunt. Iste sermo de me est qui bona doceo: & contraria gero: & sum sedens super cathedram moysi quasi scriba: & pharisęus. Præceptum tibi est o popule: si non habueris accusationẽ doctrinę pessimę: & alienorum ab ecclesia dogmatum: conspexeris vero meam culpabilem vitam: atq; peccata: vt non habeas iuxta dicentis vitam: tuam instituere: sed ea facere quæ loquor. Nullum imitemur: & si volumus imitari quempiam: propositus est nobis ad imitandum Christus Iesus. Descripti sunt actus apostolorum: & prophetarum gesta de sacris voluminibus agnoscimus: illud exemplar firmum est: illud propositum solidũ: quod qui sequi cupit securus ingreditur. Si vero quærimus nobis culpabiles ad æmulandum: vt cum dicamus ille docet: & his quæ docet facit ipse contraria: aduersum præceptum domini facimus: qui mandauit doctrinas magistrorum magis consyderari debere q̃ vitas. Hæc diximus de eo quod scriptum est: accepisti vestem tuam versicolorem: & operuisti illa: id est vasa glorificationis: quæ in idola commutasti. Sequitur. Et oleum meum: & incensum meum posuisti ante faciem eorum. Scriptura docente didicimus quia sanctorum oratio sit incensum. Ait enim. Incensum autem oratiões sanctorum sunt. Si ergo instituti ad orationem cum illam deo debeamus offerre: id est deo legis: & prophetarum: deo Abraham: deo Isaac: deo Iacob: & patri Iesu Christi: offerimus quæ ipsi confinximus: intantum vt incensum dei proponamus idolis: facimus id quod dicitur in pręsenti: Oleum meum: & incensum meum posuisti ante faciem eorum. Verum iste de incenso sit intellectus. Quid respõdebimus de oleo? Oleum est quo vir sanctus vngitur: Oleum Christi: Oleum sanctæ doctrinæ. Cum ergo accepit aliquis hoc oleũ quo vngitur sanctus: id est scripturam sanctam instituentem quomodo oporteat baptizari: In nomine pr̃is: & filii: & spiritussancti: & pauca commutans vnxerit quempiam: et quodammodo dixerit: iam non es cathecuminus: consecutus es lauacrum secundæ generationis: talis homo accepit oleum dei: et incensum: & ponit illud ante faciem idolorum. Et panes meos quos dedi tibi: simila: et melle: & oleo cibaui te. Ecce panes nostri simila mundissima in scripturis: & mella apum prophetarum. Ista omnia dedit nobis deus: & cibauit nos de panibus prophetarum: & de simila legis: melle euangelii: e quibus cibati ponimus eadem ipsa idolis. Cum enim ex dogmatibus falsis volentes assumere defensionem dixerimus: scriptum est in propheta: testatur Moyses: loquitur apostolus: quid aliud facimus: q̃ accipientes panes veritatis proponimus eos simulacris quæ ipsi finximus? Marcion fecit idolum: & proposuit ei panes scripturarum: Valentinus: Basilides: cæteriq; hæretici fecerunt similiter. Et posuisti illa ante faciem eorum in odorem suauitatis. Naturaliter suauissimi odoris sũt hæc quæ nobis largitus est deus. Quem odorem suauissimũ ante idola ponit: qui aduersum potestatem scripturarum; aut gerit; aut

intelligit. Et factum est: dicit Adonai dominus. Et accepisti filios tuos: & filias tuas quas genuisti: & immolasti illos in consumptionem. Cum genuerit peccatrix Hierusalem filios: & filias: finis eorum qui nascuntur occisio est. Neq; enim salus finis est pessimorum. Idcirco scriptum est: Immolasti eos in consumptionem. Q; modica fornicata est. Interfecisti natos meos: & dedisti eos. Proprie ait: Accepisti filios tuos: significanterq; addidit: occidisti natos meos. Quicunq; enim nascuntur in hæreticorum doctrinis: & ibi fidei suæ principia sumpserunt: hi filii sunt fornicariæ: & peccatricis Hierusalem. Qui autem natus est in ecclesia: & deceptus postea fuerit hæretica falsitate: iste cum filius dei sit: apprehensus est a peccatrice Hierusalem: et positus victima idolis eius. Hoc supra omnem fornicationem tuam: & abominationes tuas. Filios ecclesiæ accipere: immolare idolis: hoc supra omne peccatum tuum est. Et non fuisti memor diei infantię tuę cum eras nuda: & turpiter agens. Præfatus est de nuditate: & turpitudine Hierusalem. Oportuit ergo in iniquitate meminisse quomodo pennas meas expanderim super te: & assumpserim te de sanguine tuo: & lauerim te. Tu vero horum omnium oblita fuisti. Hęc quę condecent nudam: & turpiter agentem: et commixtam in sanguine suo. Et factum est post omnes malitias tuas: Vęh: vęh tibi dicit Adonai dominus: Et ædificasti tibi domum meretriciam: & fecisti tibi expositionem ĩ omni platea. Si consyderes animam expositam a matoribus suis: videbis quomodo faciat domum meretriciam: & suscipiat omnes quos prædixim⁹ amatores. Intellige vero quod dicimus ex sequentibus: id est qui sunt amatores Hierusalem. Anima humana multum speciosa est: & mirabilem habet pulchritudinem. Artifex quippe eius cum eam primũ conderet: ait: Faciamus hominem ad imaginem: & similitudinem nostram. Quid hac pulchritudine: & similitudine pulchrius. Quidam ergo adulteri: & sordidi amatores decore eius illecti desyderant eam corrumpere: & fornicari super eã. Quamobrem sapiens vir Paulus dicit. Timeo autem ne forte: vt serpens decepit Euam in nequitia sua: sic corrumpantur. Sensus nostri in fornicatione carnali corrumpuntur: in spiritalibus vero stupris sensus corrumpitur: & ipsa anima vulneratur. Et contaminasti speciem tuam. Etiam si non homo in peccatis maximis constitutus tamen: quia ingens est animæ pulchritudo: minorum quoq; societate turpatur. Respice virtutes animæ quæ ei insitæ sint a deo: vide pulchritudinem eius: inuentionem: dispositionem: elocutionem: memoriam: pronuntiationem: cuius sit ingenii: quomodo primum intelligat: inde intellecta diiudicet: vt incitetur ad sensus: vt menti sensa commodet: quos habeat impetus: quos cogitatus de deo. Hæc possidens magnæ pulchritudinis est: sed hæreticorum sectis: & extranea religionis institutione corrumpitur. Et transierunt crura tua per omnem transitum: & multiplicasti fornicationem tuam. Est fornicatio a fornicatione differens. Et quomodo in fornicatione carnis est aliquis non nimiæ fornicationis & tamen fornicatione pollutus: alius vero multiplicãs fornicationem suam: sic & in ea fornicatione: quæ animam suam: sensumq; commaculat: alius multitudine fornicationis obruitur: alius vero non tam a fornicatione est seiunctus. Idcirco qua mensura mensi fuerimus: remetietur nobis. Et fornicata es in filios Aegypti confines tuos. Filii Aegypti contrariæ fortitudines sunt. Nec mirum est: si confines nostri Aegyptii dicantur. confines Aegypti: & Hierusalem in sua ciuitate sunt positi qui sunt magnis carnibus. Nõ qa isti Aegyptii ingentes carnes habeant (& quidem honeste videntur pudenda eorũ immutato vocabulo significasse: id est magnis carnibus) sed quia carnei ĩtellectus magnarum nos carnium faciant: vt ecõtrario est quædã caro deficiẽs: de qua dicit. Quomõ caro mea in terra deserta: & inuia: & inaquosa: sic ĩ sancto apparui tibi. Fornicatur igitur Hierusalem sup filios Aegypti confines suos: & magnarũ carnium. Et multipliciter (inquit) fornicata es ad me exasperandũ. Multas species fornicationis commisisti: ad me concitandũ. Q; si extẽdero manũ meam in te: & auferam legitima tua: & tradam te in animas eorũ qui te oderunt filios alienigenarum. Vides quia in animas alienigenarũ traditur: quæ ĩdigna sit vsu legis: & sermonũ dei. Qui te diuerterunt de via tua. Impie egisti: & fornicata es super filios Assur: Primum super filios Aegypti: deinde sup filios Assur. Hæc species peccatorum sunt. Nam & cum captiuos acceperunt Assyrii filios Israel: factum est quidẽ id quod scriptura refert: scriptum est autem ꝑpter frequentem nostram captiuitatem: quæ a spiritalibus Assyriis perpetratur. de quib⁹

apostolus dicit. Non est nobis certamen aduersus carnem: & sanguinem: sed aduersum spiritalia nequitiæ. Et nec sic satiata es: Et fornicata es: & non satiaberis. Quando quis nõ impletur delinquens: sed semper prioribus peccatis noua peccata coniungit colligans (vt fune longo: & sicut loro iugi vitulæ) iniquitates: nunq̃ se ad meliora conuertens: neq; pœnitentiam agens super malis suis: dicitur ad eum: Et non satiaberis. Et multiplicasti testamenta tua ad terram Chanaan. Quando deus ad nos facit testamenta: & nos consentimus ei: beati sumus: quando vero fornicamur ad spiritalia nequitiæ: tunc conuertimus dei testamenta ad terram Chanaan: & pactum statuimus cum ea. Hoc autem mihi intellige: & in Chaldęis: & in cęteris gẽtibus: quando in quolibet aliquo peccato reprehendimur. Et testamenta ad Chaldæos: & nec sic satiata es. Post catalogum peccatorum: ad peccatricem loquitur Hierusalem.

E Quid constituam in te dicit Adonai domin⁹? Cum facias tu hæc anima opera mulieris fornicariæ procacis? Ascendamus paulisper eloquio: quia non semper vtile est de fornicationibus loqui: & procul absit vt aliquis in ecclesia sit: qui dehortatoriis a fornicatione indigeat sermonibus. Nam si quis necesse habet audire non fornicaberis: sed illud: Si quis templum dei violauerit disperdet illum deus: iste similis est his quos apostolus dicit: Iusto lex non est posita: sed iniquis: & non subditis: impiis: & peccatoribus. Quomodo ergo iusto lex non est posita: verum iniquis: & nõ subditis: sic doctrina ea quæ a fornicatione monet recedendum: casto non est posita: sed iniqs: & fornicatoribus: & inobedientibus. Non habemus itaq; necessarium: vt discam⁹ a fornicatione discedere. Verum ad perfectiora tendamus a principiis elemẽtorum christi. Etenim cum deberetis (ait) magistri esse propter tempus: rursum indigetis vt vos doceamini quæ sint elementa exordii sermonum dei: & facti estis quibus lacte opus sit: non solido cibo. Omnis sermo qui præcepit non fornicaberis: non adulterabis: non furaberis: non solida esca est: sed quasi lac præbetur infantibus. Athletarum cibus est de omnipotenti deo: de mysteriis eius: quæ tecta sunt: & latenter in scripturis significata: sentire.

F Vide quomodo ad Corinthios Paulus loquitur: Lacte vos potaui: non cibo: necdum enim poteratis: sed neq; nunc potestis. Et quia lacte adhuc indigebant: ea discunt q̃ discere paruuli solẽt. Bonum est homini mulierem non tangere: propter fornicationem autem & cætera. Rursumq; instituuntur ne idolatitia comedant. Ista omnis doctrina lac paruulorum est: & adhuc infantium in Christo. Quando vero Ephesiis scribitur: solidum illis præbet cibum. Non auditur quippe in Epheso fornicatio: nõ auditur in Epheso idolatria: & esus idolatitiorum. Ex quibus docemur: quid sit solidus cibus: & q; rationabile: & sine dolo lac: moralis loci: & solid⁹ cibus mysticus intellectus. Beatum est igitur vt festinemus: ad ea quæ imperfectiora sunt principia transeuntes. Et q; moralis locus lac sit apostolus docet: cum iam aliqua de lacte dixisset addens. Non rursum iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis. Tales omnes sunt: qui adhuc lacte potantur: perfectus autem aliis indiget disciplinis. Hæc in medio dicta sint: quia sermone conscenderam: ne ab alterius expositione fornicationis statim aliam fornicationem incurrerem: quam nunc explanabo. Dicitur quippe ad Hierusalem: Et fornicata es tripliciter in filiabus tuis.

G Quid est quod ait: q; tripliciter fornicata est in filiabus suis Hierusalem? Dei indigemus auxilio: vt ipse nobis obscuritatem istius loci edisserat. Et quomodo Moyses audiebat deum: & deinde ea quæ a deo audierat proferebat ad populum: sic nos indigemus spiritu sancto loquente in nobis mysteria: vt orationibus nostris scripturam possimus audire: & rursum quod audiuimus populis intimare. Quid est ergo: tripliciter fornicata es in filiabus tuis? Si intelligas fornicationem carnis: & animæ: & spiritus: & videas aliquem fornicari in his omnibus: videbis tripliciter fornicantem Hierusalem. Qui vero tripliciter cautus est: iste ab apostolo meretur audire. Deus autem pacis sanctificet nos per omnia: vt integer spiritus noster: & anima & corpus sine querela in aduentu domini nostri Iesu Christi seruetur: Cui est gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Explicita est Homilia Septima.

Incipit Homilia. VIII. de eo qđ scriptum est: In quo constituã cor tuum: ait dominus deus: cũ facias tu hæc omnia opera meretricis procacis. vsq; ad illud Dedisti mercedes omnib9 amatoribus tuis. Cap. XVI.

A Vae primũ lecta sunt exposuim9 hodie: sumam9 exordiũ ab eo qđ scriptũ est: In quo cõstituã cor tuũ: dicit Adonai domin9: cum facias tu hęc oĩa opa meretricis ꝓcacis. Et fornicata es tripliciter in filiab9 tuis. Hucusq; iam diximus. Sequit. Quãdo lupanar tuũ ędificasti in capite oĩs vię: & basem tuam fecisti in omni platea: et nõ es facta vt meretrix congregans mercedes. Mulier quæ mœchatur similis tibi: a viro suo accepit mercedes: & tu dedisti mercedes: oĩb9 amatorib9 suis dedit mercedes: & tu dedisti mercedes oĩbus amatorib9 tuis: & honorabas eos vt venirẽt ad te in circuitu a fornicatiõe tua. Et homo hominem constituere potest: malus in malo: bonus in bono. Corrũpunt enim mores bonos confabulationes pessimæ. Nec dubium quin loquentis sermo auditorem ad peiora sollicitet: cum hæreticus loquens constituat auditorem suum in hæretica prauitate: & vt ad meliora veniam9: si potest prodesse qui loquitur: & vita eius cum sermone consentit: in bonis constituit auditorem suum. Nos qui minimi sumus loci si audierimus verbum de castitate præcipiens cõstitui sup eo conamur. Si ipsi loquimur de pudicitia: & nosmetipsi auditores statuimus in pudicitia. Si de iustitia prædicamus: ad iustitiam impellimus. Si de fide: fidem ĩsinuam9: vt digne maiestati diuinæ obediamus in domino. Si ergo nos homines cum sim9 mali solemus constituere cor audiẽtis: siue in bonis: si boni sumus: siue in malis: si male agim9: putas ne ꝙ deus non habeat potestatem quempiã in meliorib9 constituere: aut certe derelinquens eum: fieri ei occasio: vt in pessimis cõstituat? Multum itaq; iuxta pręsẽs eloquiũ pec
B cauit misera Hierusalẽ: quã sæpissime voluit deus p ꝓphetas suos ĩ melioribus cõstituere: sed quia noluit cõsilia audire: noluit dei recipere præcepta: dubitat deus: & se dicit nescire quid faciat. In quo cõstituam cor tuum dicit Adonai dominus? Quid faciam? in quo te constituam? Multis peccatorũ vinculis stringeris: delicta tua prohibent vitam tuam vt a meis sermõibus constituaris. Ego ipse frequẽter te cõstituere volui loquens tibi p sanctos meos: & nõ audisti. Nunc ignoro quid faciã. Et dico tibi: in quo cõstituam cor tuum dicit Adonai domin9: cũ tu facias hæc omnia opera mulieris meretricis procacis? Sæpe dixim9 quia fortitudines cõtrariæ amant pulchritudines animæ humanę: & quãdo suscipiat anima humana semina amatorũ suorũ quodam modo fornicetur cum eis. Sed quia & in communi vita sunt aliquę meretrices: quæ fornicantur cum verecundia latere cupientes: aliæ vero quæ non solum pudore delicta non velant: sed cum omni se procacitate prostituũt: ideo assumpsit exemplum animæ meretricis in peccatrice ista Hierusalẽ: & ait eam similem factã mulieris fornicariæ procacis in fornicatione sua. Sæpe a nobis talia committuntur. Qui enim a religione non penit9 recesserunt: vincunẽ vero a peccato: & peccãtes latere desyderãt: similia faciunt meretrici erubescẽti. Qui vero religionẽ penitus auersantur intantũ: vt nõ curẽt de episcopo: de presbyteris: de diaconib9: de fratribus: sed cũ omni ꝓcacitate delinquũt: similes fiũt meretrici cũ fidutia prostitutę. Queritur ergo ĩ p̄senti loco de peccatrice Hierusalẽ de9: qa faciat opera mulieris meretricis ĩuerecũdæ: & dicit ad eam. Et fornicata es tripliciter ĩ filiabus tuis. C
Exposuim9 hoc quãdo nobis dictũ est: Aedificasti lupanar tuum ĩ capite omnis vię: & basem tuam fecisti in omni platea: volumus autem & nũc interpretari qđ sit ædificare lupanar: nõ simpliciter in omni via: sed in capite oĩs vię: ne suffecisse videaẽ ędificasse lupanar ĩ capite oĩs vię: sed insup & basem suã posuisse ĩ omni platea. Duo ergo generalia peccata peccauit: cũ ędificauit lupanar suum in capite omnis vię: & cum fecit basem: & constituit eam in omni platea meretrix Hierusalem.
Quę sunt ergo istę vię? State in viis: & interrogate semitas domini æternas: & videte quę sit via bona & ambulate in ea. Multę sunt vię sempiternæ. Si retinetis eam expositionem quã frequenter exhibui: scitis & Moysen viã esse: & singulos prophetarum. Et quomodo multę sunt margaritæ: quas necesse est possidere eum: qui venturus est ad vnam pretiosissimam margaritam: sic oportet ingredi multas vias Moysi: & prophetarum omnium eũ: qui venturus est ad dicentem ego sum via. Sed dicit mihi aliquis. Quid ad propositum ptinet qđ loquut9 es? Cui sic respõdebo. Aedificauit in omni via Hierusalẽ lupanar suũ. Si cõsyderaueris hęreticos omnes alienos a veri D

rate ędificantes domū ex his sermonibus q̃ in
Moyse legūtur: ex his quos in Esaia: & Hiere
mia: & prophetis reliquis inuenerunt: intel-
ligis nouas doctrinas fornicationē eē Hierusa
lem: quæ ędificat lupanar suū ī omni via: sed
in capite omnis viæ. Si enim præuentus quis
fuerit post principiū Moysi: exordium ꝓphe-
tarum ad profundum ei⁹: & scietiam omniū
peruenire: nihil pōt facere ista meretrix ædi-
ficans lupanar in capite omnis viæ: eum q̃rit
qui primū ecclesiam ingreditur: qui fidei ele
mēta suscipit: qui rudis est in sacramētis: eū
qui in exordio fidei constitutus est vult intro
ducere in lupanar suū ędificās meretriciā do
mū. Et quia frequenter fornicatio in scriptu-
E ris nominatur: exponere volo sermonis isti⁹
causam. Ecclesiastici qui ī ecclesia sunt magi
stri mores purgant tam suos q̃ suorum: &
ex hac diligentia ędificant domum dei eccle-
siā: & op⁹ eorū ędificatio dei est. Hæretici ędi
ficāt lupanar ī omni via: vtputa magister de
officina Valētini: magister de cœtu basilidis:
magister de tabernaculo Marcionis: & cętero
rum hęreticorum ædificāt meretrici domū.
Cōgregatio enim oīm malignorū lupanar ē.
Sed qd dicit scriptura? Fili ne intēdas ī malā
mulierē: mel eīm distillat de labiis mulierꝭ me
retricis. Vñ ei mel distillat? Distillat eīm mel
de labiis mulieris meretricis. Ingressa est ad
Moysēm: ad Esaiam: ad Hieremiā: & de scri-
ptꝭ eoꝝ sibi mella collegit. Vade ad hęreticos
loquentes: hæc dicit Moyses: hæc Esaias: hæc
Hieremias: & videbis quomodo de labiis eoꝝ
nō fluant mella: sed distillent: decerpētium de
scripturis verba paucissima. Et iō mel distil-
lat de labiis mulierꝭ meretricis. In capite ergo
omnis vię ędificat lupanar. Esto: intellectum
F sit lupanar: interpretemur & basem quam in
in omnib⁹ plateis posuit meretrix Hierusalē.
Scriptū est in alio loco quomodo ī plateis ma
nifeste aduocat prętereuntes meretrix: varie
quippe peccatum nos ad se trahere festinat: si
ue per hęresim: siue per gētilem conuersatio-
nem. Et per hæresim quidem: quādo ędificat
lupanar in capite omnis vię: per gētilem au-
tem cōuersationem quādo basem ponit ī om
nibus plateis. Lata est enim: & patens via quę
ducit ad perditionē. Cum ergo quę dicit: &
in quibus audiētes instituere conatur: de scri
pturis asserit: ędificat lupanar in capite om̄is
vię. Cum vero moralis locus fuerit dissolut⁹:
et luxuriosa pręcipiens lasciuum fecerit audi
torem: quid aliud fecit q̃ basem posuit in om
G ni via? Non es facta vt meretrix congregans
mercedes. Videamus meretricē mercedes cō
gregantem: & aliam rursus nō congregantē.
De hac eīm queritur q̄si de meretrice nō con-
gregante mercedes. Cum videro esse meretri
cem quę nō cōgreget mercedes: & legero ad
istam dictum: quia facta sit vt meretrix nō cō
gregans mercedes: dicā cōgregari mercedes
esse peccando diuitem fieri: peccando gloriā
in sęcularibus comparare: peccando feliciter
in mundo agere. Quādo per peccatum (vt di
xi) ista nascuntur: fornicatur anima: & cōgre
gat mercedes fornicatiōis suæ: gloriam: diui
tias: & reliqua quę in ꝑditionē animæ suę cō
quisiuit. Quādo vero fornicatur & nō agit ꝓ
spere in sęcularibus rebus: sed per hoc ꝙ pec
cauit etiam infeliciter viuit in sęculo: mere-
trix est non congregans mercedes: sed cōtra-
ria faciens: id est fornicās: mercedes vltro tri
buens. Et tu dedisti mercedes omnibus ama
torib⁹ tuis. Nōnūq̄ aīa diuites facit amatores
suos: lętātes ī eo ꝙ acceperit mercedes ab ea.
Sed dicit mihi auditor: manifesti⁹ expōe quo H
modo fornicetur anima mercedes tribuēs de
rebus viri sui. Sic enim ait & in præsenti: & ī
aliis frequēter locis sermo diuin⁹: quia sustu-
lerit ea quæ sūt viri: & dederit meretrix Hie
rusalem amatorib⁹ suis. Quid est hoc qđ lar-
gitus est ei vir suus: quę postea facta adultera
omne qđ accepit donat amatorib⁹ suis? Vir
animę sermo dei est: spōsus amator verus: q
dedit ei castitatem: dedit iustitiam: dedit cæ-
tera bona. Quādo ergo voluerit anima sequi
fortitudines cōtrarias: id est (vt plani⁹ dicā)
decem annis pudice viuēs ad extremum fue
rit fornicata: accipit bona viri sui: quæ mlto
tempore cum labore quęsierat: & dat ea ama
toribus suis. Qui sanguinarii amatores rapi
unt ad se virtutes miserę animę: & incedūt ia
ctabundi super diuitiis eius: & dicūt. Abstu-
li ei decennalem castitatem: eripui ab ea quin
quennii iustitiam: vēdicaui mihi fortitudi-
nes eius: oblitus est omnium bonorum ei⁹ de
us: quę aliquādo fecit: quoniam comprehēsa
est in peccato: & oblitus est eius: quia cōfessa
est nobis amica nostra secreta q̃ audierat: &
tradidit oīa bona nobis amatorib⁹ suis. Quæ
discentes omni custodia seruemus cor nostrū
et attēdamus nequādo ea quę viri sunt tradā
tur amatoribus suis: quin poti⁹ inuitem⁹ spō
sum sermonem: & veritatem: vt nobis faciat
ornamenta aurea variis expressa signis p va-
ria pręcepta: & ornati effecti præparemur vi
ro nostro Iesu Christo: cui est gloria & impe-
riū in sæcula sæculorum. Amen.

Explicita est Homilia. VIII.

Incipit Homilia. IX. super Ezechielem: de eo quod dicit. Mater vestra cethea: & pater Amorreus: vsq; Et manum egeno & pauperi non porrigebant. Cap. XVI.

A Vi legit in principio prophetiæ hierusalem quomodo ĩcrepata sit quasi habẽs radicẽ: & gñationẽ de terra chanaã: patrẽ amorreũ: matrẽq; cetheam: is si legerit etiam hæc quæ nũc ĩterpretari nitimur: putabis eadẽ repeti: & vnũ sermonẽ dupliciter p̃dicari. Sed qui diligens lector est: & ad curam eius diuinę scripturæ significãtia ptinet: & cõfert pręterita præsentibus: & verbũ verbo cõponit: videbit differentiam non fortuitam. Ibi quippe radix: inquit tua: & generatio tua de terra chanaan: qđ in p̃senti non dicit: pater tuus amorre⁹: & mater tua cethea: qđ nunc non significat: & iterum ibi primũ ponit pater tuus amorre⁹ secũdũ mater tua cethea: hic vero mater vestra cethea: & pater vester amorre⁹. Ibi quasi ad vnã sermo fit: hic quasi ad plurimas. Nec enim (vt superius dixerat) ait: mater tua: sed mater vestra. Quando ergo diffunditur peccatũ: & longius malitia procedit: & peccatores sua inter se peccata discerpũt: tũc nõ peccator vnus: verum ĩ vno sunt plurimi: sicuti in exordio quãdo erat principiũ delinquẽdi: necdũ erant tantę quãtę nũc sunt multitudines. Vnde vtile mihi videtur a p̃senti sermone paululũ recedentẽ naturã cõsiderare pctĩ: atq; virtutũ. Vbi pctã sunt ibi est mltitudo: vbi schismata: ibi hęreses: ibi dissensiões: vbi autem virt⁹: ibi singularitas: ibi vnio: ex quo
B oĩm credentiũ erat cor vnũ: & aĩa vna. Et vt manifesti⁹ dicã: principiũ malorum omnium est multitudo. Principiũ autem bonorum coangustatio: & a turbis in singularitatem redactio: vtputa nos omẽs si saluãdi sumus ad vnionẽ: vt pfecti efficiamur in eodẽ sensu: & in eadem sententia: & simus vnum corp⁹: & vnus spiritus. Si vero tales simus: vt nõ nos vnitas circunscribat: sed & de nobis dici possit: ego qdẽ sum Pauli: ego vero Appollo: ego vero cephę: & adhuc a malitia scĩdimur: atq; diuidimur: nõ sum⁹ futuri vbi sunt illi q redigũtur in vnionem. Nam vt pater: & filius vnum sunt: sic qui vnũ spiritũ habẽt in vnionem coarctãtur. Ait quippe saluator. Ego: & pater vnum sumus. Et pater sancte rogo: vt sicut ego: & tu vnũ sumus: ita & isti in nobis vnum sint. Et in apostolo legit: donec occurramus omnes in virũ perfectum: & in mẽsuram ætatis plenitudinis ĩ vnitatem Christi. Et rursum. Donec perueniamus oẽs in vnitatem corporis: & spirit⁹ Christi. Ex quo significatur: quia virtus ex plurimis vnũ faciat: et necesse nobis sit vnũ per eam fieri: & fugere multitudinem. Et hæc quidem dicta sunt: qa in pręterita lectione cõscriptũ est: pater tu⁹: C
et mater tua: & radix generatiõis tuę: in pręsenti vero mater vestra: & pater vester. Ibi nõ didicim⁹ licet fuerit sermo de patre amorreo et de matre cethea: sorores habere hierusalẽ: hic vero addidit. Mater (inquiens) vestra cethea: & pater vester amorre⁹: & soror vestra senior samaria: hæc & filiæ eius quæ habitat a sinistris tuis: & soror tua iunior q̃ habitat a dextris sodoma. Quomodo virt⁹ facit me filiũ abrahę: si secũdum eã vixero: opera quippe abraham faciens filius est abrahã: sic vitia faciunt me filium diaboli. Omnis enim q facit peccatũ ex diabolo nat⁹ est. Virtus me facit etiam fratrem habere Christum: vt cũ bonus ac bñ morat⁹ fuero: dicat patri suo. Narrabo nomẽ tuum fratrib⁹ meis: in media ecclesia cantabo te. Et loquitur ad eam quę nũtiare poterat verba ei⁹. Vade: & dic fratrib⁹ meis. Quomodo autem virtus fratrẽ mihi facit dñm Iesum: ita malitia plurimos fratres acqrit: & hos peccatores: & hæc ipa tũc mihi fratres generat cũ creuerit. Siqdẽ quãdo exordiũ erat peccatricis hierusalẽ: necdum habebat sororem samariã: necdũ ei erat germana sodoma: cũ vero p̃cessit in scelere (vt pręterit⁹ sermo mõstrauit) effecta ẽ media duarum sororũ: senioris samarię: & iunioris sodomę. Quę sunt istę duæ sorores peccatricis hierusalem? Schisma: & separatio populi fecerũt D
samariam. Si quidẽ eo tempore cum decẽ tribus cesserunt: dicẽtes: nõ est nobis pars in dauid: nec sors in filio Iesse: tũc duę vaccę aureę cõstitutę sunt a hieroboã: & facta est samaria scissio: q̃ magis post captiuitatẽ decẽ tribuũ creuit qñ custodes ab assyriis ad israelis terrã missi sunt q vocant samaritani. Somer em̃ custos ĩterpretat lingua hebræorũ. Ergo (vt dicere cœperunt) necdum soror mea est samaria q̃diu a peccatis longe sum: quando vero peccauero: crescũt mihi duę sorores: senior samaria: & iunior sodoma. Quę cuius figurã habeant consideremus. Quicunq; promittũt E
verba diuina: & nõ sicut pollicẽtur habent in se prędicationis veritatem: hi in scripturis figuraliter samaria nominãtur. Vęh inqt spernentibus Sion: & fidentibus in mõte samarię vindemiasti principat⁹ gentium. Quasi dixerit. Vęh his qui spernũt ecclesiam: & cõfidũt

super arrogantia:& verbis tumẽtibus hęreti
corum.Hoc est enim spernere sion & confide
re in mõte samariæ.Si ergo peccamus & nos
ecclesiastici:non sunt a nobis alieni hæretici:
in dogmatum prauitate.Male enĩ credit qui
cũqȝ peccat. Si cõuersationẽ malam habemꝰ
sodoma soror nostra est. Gẽtiles quippe sunt
sodoma. Atqȝ ita fratres sumꝰ hæreticorum
atqȝ gẽtilium quãdo delinquimꝰ:quia sama-
ria accipit in hæresi:& sodoma in gẽtilitate.
Habitat autẽ a sinistris peccatricis hierusalẽ
samaria:a dextris sodoma.Honorabilius qp-
pe apd eã peccatũ ẽ qd facto cõmittit:& ideo
a dextris eiꝰ sodoma est. Rursumqȝ nec sama
ria longe est:quia a sinistris eiꝰ cõmorat:& in
crepatur:quia ambulauerit cũ filiabꝰ & soro
ribus suis in omnibus iniqtatibus: & intan-
tum ambulauerit:vt cõparatio delictorũ eiꝰ
F illarũ iniquitates fecerit iustitiã. Vnde opor
tet agnoscere iniqtates sodomorũ:vt edoctus
custodiã me ab eis:ne capiar ignoratiõe:quæ
sunt in iniqtate sodomorũ. Verũtamẽ iniqta
tes sodomę sororis tuæ. Quæ iniquitas? sup
bia.In saturitate panũ:& in abũdantia afflue
bant ipa:& filiæ eius:& manũ pauperis indi-
gẽtis non suscipiebant. Q inęqualia sint pec
cata scripturis vtẽtibus nulli dubiũ est.Alia
quippe magna:alia minora ab his esse dicunt
Cũ autẽ sint inęqualia hoc est parua:vel ma-
xima:forsitan aliqs ingrat:qd inter vniuersa
pctã sit maius:& procliue suscipit:omnium
peccatorũ esse maiꝰ:siue fornicationẽ:siue im
mũditiã:siue quodcũqȝ libidinis inquinamẽ-
tũ. Sũt qdẽ & ista vere abominabilia:atqȝ pol
luta:sed nõ talia quale hoc qd nũc ab scriptu
ra quasi maius omniũ condẽnatur:a quo nos
G obseruare debemus. Qd ergo est peccatũ ma
ius omnibus peccatis? vtiqȝ illud pter qd &
diabolꝰ corruit.Qd est hoc peccatũ ĩ quo tã
ta sublimitas cecidit/vt elatꝰ in iudicium in
cidat diaboli? Ait apostolus:Inflatio/supbia/
arrogãtia/peccatũ diaboli ẽ:& ob hęc delicta
ad terras migrauit de cælo. Vnde deus sup-
bis resistit:humilibus aũt dat gratiã.Et quid
supbit terra:& cinis: vt homo arrogãtia sub-
leuetur oblitus quid erit:& q̃ fragili vasculo
cõtineatur:& quibus stercoribꝰ immersum
sit:& qualia semper purgamẽta de sua carne
proiiciat? Quid enim ait scriptura? Quid su-
perbit terra:& cinis? & in vita eius piecit in-
teranea eius? Supbia peccatis oĩbꝰ maior est:
& ipsius diaboli principale peccatũ.Si quãdo
scriptura diaboli peccata describit ĩuenies ea
de superbię fonte manãtia. Ait quippe viribꝰ
H faciã:& sapientia intellectus auferã fines gen
tiũ:& fortitudine eorũ depascar:& cõmoue-
bo ciuitates q̃ inhabitãtur:& orbem terrarũ
vniuersum cõprehendã vt nidũ:& quasi con
fracta oua auferam. Vide sermones eiꝰ:quo-
modo supbi sint:quomodo arrogãtes:& vni-
uersa p nihilo ducat. Tales sunt omẽs iacta-
tione:& superbia inflati.Materia supbiæ:di-
uitię/dignitas/gloria sæcularis. Frequenter
causa supbię ẽ ei q ignorat habere ecclesiasti-
cam dignitatem sacerdotalis ordo:& leuiti-
cus gradus.Quãti presbyteri cõstituti obliti
sunt humilitatis:quasi idcirco fuerint ordina
ti:vt humiles esse desisterẽt.Quin potius hu
militatem sequi debuerãt:quia dignitatẽ fue
rant consequuti:dicẽte scriptura.Quãto ma
gnus fueris tãto humilia te ipsum.Et delectũ
synagogę te facit:nobiliꝰ summitte caput tu
um:ducẽ te instituerũt:noli eleuari:noli fieri
in eis quasi vnus ex ipsis. Oportet humilem
oportet eẽ deiectũ:oportet fugere superbiam
malorum omniũ caput.Considera euangeliũ I
quali cõmẽdatione pharisęi superbia:& iacta
tio feriat.Stabat pharisęus:& talia ĩtra se ora
bat.Deus gratias ago tibi:qa nõ sum:vt cęte
ri homines:raptores:iniqui:adulteri:& vt iste
publicanus.Ieiuno bis in sabbato. At vero pu
blicanus humiliter:& mansuete longius stãs
non erat ausus neqȝ oculos leuare:& dicebat
Propitius esto deus mihi peccatori.Et descen
dit in domum suam publicanus iustificatus.
Non simpliciter iustificatus: sed iustificatus
comparatione pharisęi.Obseruandus quippe
est diligentissime omnis scripturę sermo:or-
do:iunctura. Aliud est iustificari:aliud ex a-
lio iustificari.Simile est publicanũ a pharisęo
iustificatum fuisse:illi qȝ Sodoma: & Sama-
ria ex cõpatiõe peccatricis Hierusalẽ iustifi-
catę sunt.Et necesse ẽ nos id scire:qa vnusqs-
qȝ nostrũ in die iudicii ab alio iustificet: & ab
alio condemnetur.Etiam cũ fuerimus iustifi
cati ex alio:iustitia illa nõ tã laudis q̃ criminis
loco ponitur:vtputa si inuẽtus fuero sodomi
tica habere peccata:& alius ptrahatur in me
diũ q duplicia scelera cõmiserit:iustificor q-
dem:sed iustificor nõ vt iustus:verũ vt ex cõ
paratione eius q plura cõmisit:iudicor iustꝰ:
cũ a iustitia lõge sim. Vę illi homini q a mul-
tis peccatoribus iustificat:vt ecõtrario mul-
tum beatus qui cõparatione iustorum/iustꝰ
ostendit.Inuenimus in scripturę laudibꝰ po- K
situ:Bonis esse meliorẽ:vtputa nullus sic fe-
cit rectũ ante faciẽ dñi vt ille:& ille:nullꝰ sic
pasca celebrauit:vt Iosias.Ex quo ostẽdit cõ-
paratiõẽ fieri iustorũ:& illum vere eẽ iustũ
qui sic iustificari mereat. Vtinam & ego col-

latus sapiẽtibus sapiens reperiar: & iustis iu-
dicer iustus. Nolo quippe iustificari ab iniqs:
quia talis iustitia criminosa est. Hæc antici-
pans loquutus sum: quia ĩ his quæ lecta sunt
dicitur. Iustificasti sorores tuas in omnibus
iniquitatib⁹ tuis quas fecisti. Iustificatæ sunt
enim Samaria: & Sodoma ex iniquitatibus
Hierusalem. In omnibus iniquitatibus tuis
A quas fecisti: iustificasti illas super te. Idcirco
diligentius attendamus: vt possim⁹ agnosce-
re: omnes nos in die iudicii a peioribus no-
stris iustificandos: & rursum a nobis alios iu-
stificari. Vnus sol⁹ est qui iustificatur ab oĩ-
bus: & ipẽ nullum iustificat. vtputa sodoma
iustificatur ab Hierusalem: qa ab se scelera-
tiora commisit: & forte Hierusalem ab alia
aliqua quæ se prior est ciuitate. Sic est qui-
dam iustificandus ab antichristo: qui ad illũ
comparatur: & illius iniquitate: ac sceleribus
minor reperitur. Pessimus vero dæmon est:
et (vt aiunt) miser qui ab illo iustificatur: for-
te & pater illius ab eo nõ iustificatur: multo
illo sceleratior repertus. Domin⁹ vero meus
Iesus christus iustificatur iuxta dispensatio-
nem carnis: quam ob nostram salutem circũ-
tulit ab Abraham: ab Isaac: ab Iacob: & a re-
liquis prophetis. Quando enim omnibus iu-
stis: & prophetis: ac beatis quibusq; in com-
parationem missis inuenitur contrariũ huic
quod dicitur de sodoma: & Hierusalem: ma-
B gis glorifico saluatorem nostrum. Quod au-
tem dico istiusmodi est: & deo largiẽte oran-
tibus vobis præbebo de scripturis explana-
tionẽ. Fecit sodoma peccatũ: samaria quoq;
peccauit: iniquitatibus obruta est hierusa-
lem: sed minora peccata a maioribus iustifi-
cantur sub exemplo: quo sodoma iustificatur
a sorore sua hierusalem. Quomodo igitur
iniquitas iustificat: sic condemnat aliquan-
do iustitia. Verum quæso expecta paulisper:
donec docearis quemadmodum dicatur cõ-
demnare iustitia. Iniquitas mea iustitia est
comparatione maioris iniquitatis. Sic & iu-
stitia mea ex comparatione multiplicis iusti
tiæ iniquitas reputatur. Propterea nõ iusti-
ficabitur in conspectu tuo omnis viuẽs. Fue-
rit licet iustus Abraham: iustus Moyses: iu-
stus vnusquisq; illustrium virorum: sed ad
comparationem Christi non sunt iusti. Lux
eorum cum eius luce composita: tenebræ re-
periuntur. Et quomodo lumen lucernę ad so-
lis radios obscuratur: & velut alia quædam
cęca materies contenebrescit: sic licet fulgeat
iustorum omnium lumen ante homines: non
tamen fulget ante Christum. Luceat quippe
lumen vestrum: non simpliciter dictum est:
sed luceat ante hoĩes. Ante christũ nõ potest
lumen fulgere iustorũ. Vt splẽdor lunę: & mi
cantia cœli sidera: priusq̃ sol oriatur: in sta-
tionibus suis rutilant: orto vero sole abscon-
duntur: sic lumen ecclesiæ vt lumen lunæ:
priusq̃ oriatur lumen illud verum solis iu-
stitiæ: resplẽdet: & clarum est ante homines:
cum autẽ christus venerit: ante eum cõtene-
brescet. Dicitur & alibi. Lux in tenebris lu-
cet. Quæ est illa lux quæ lucet in tenebris? Iu-
storum lux in tenebris lucet. In quibus tene-
bris? vbi est nobis certamen aduersus recto-
res tenebrarũ istarũ. Hęc qui diligẽtius: lon-
giusq; discusserit: non poterit inflari: videns
lumen suum ad cõparationem maioris lumi
nis tenebras reputari. Quid est iustitia mea
etiam si Paulus apostol⁹ fiam: quid castitas:
etiam si Ioseph: quid fortitudo: etiã si Iudas
macchabeus existã: quid alia virtus sapiẽtiæ
etiã si Salomõ appareã: ad cõparationem dei
et ad eorum qui meliores sunt? Ergo vt dice
re cœperamus iniquitas iustificat: & iustitia
aliorum cõparatione cõdẽnat. Idcirco vt iu- C
stificeris sermonibus tuis: & vincas cũ iudi-
caris: dicit ad deum. Si me vult saluare deus
non affert in iudicium lumẽ suũ: si vult etiã
incolumẽ: non defert lumẽ christi sui: alioqn
puniet me: defert vero lumẽ minorũ: compa
rat mihi inferiores quosq;. Quanto amplius
maiores mihi: melioresq; contulerit: tanto
plus iustus ero: si illi a me reperti fuerint mi-
nores. Similiter est illud intelligere: quod ab
apostolo dicitur. Alia gloria solis: alia gloria
lunæ: alia gloria stellarum: stella enim a stella
differt in claritate: sic resurrectio mortuorũ.
Verbi gratia: fulgens & illud sydus nõ in cõ
spectu lucidioris stellæ: sed obscuriorũ micat.
Quis nostrum potest ad instar fulgere lunæ?
Quis lucidiorum siderũ choruscare lumine?
Secũdum id qđ scriptum est in Daniele. Ful
gebunt sicut stella in sęcula. Et hęc quidẽ ne-
cessario disputamus: vt ꝓcul a supbia receda
mus: Sodomiticum quippe peccatũ est super
bi iniquitas. Hæc sodomorũ sororis tuæ sup- D
bia: vnde nascatur supbia: & quas habet radi
ces: adiũgit. In saturitate panum: & in abun-
dantia affluebãt. Si soli literę attẽdas: multa
abundantia antiquitus in sodomis fuit. Erat
quippe terra eorũ vt paradisus dei: & vt ter-
ra ægypti. Si autẽ a carnali intellectu ad spi-
ritalẽ cõscenderis: vt videas quomõ supbia
sodomorum in saturitate panum: & in abun
dãtia fluxerit: vtilitatẽ capies: & ad vitæ offi
ciũ: & ad alia quædã maiora maioribus cor-

rigenda. Proponamus primum id quod ante multos dies lectum est: diuitem vestitũ bisso et purpura: quotidie delitiis: luxuriaq; lętãtem: & Lazarum vulneratũ tabe: & vermium pædore confectum: quęrentẽ solatium famis suæ: micas quæ de mensa eius decidebant. Opportune autem nũc in hunc locum exemplum istud incidit: vt perspicuum fiat: quæ iniquitas diuitis fuerit. Locuples erat: abundabat delitiis. Non enim accusauit eum scriptura: quasi diuitias in iniquitate possederit: non eum criminatus est sermo diuinus: q; meretricibus dedit: non homicidam: aut aliud quodcũq; scelerũ facientẽ. Sed si cõsideres hoc quod in præsenti scriptũ est: & illud quod in euangelio dicitur: videbis quia & illi⁹ maximũ peccatum inter vniuersa peccata superbia fuerit: in saturitate panum: & in abundantia affluẽs non habuit miserationis affectum ad eum qui ante portas suas confectus vlceribus iacebat: sed in tãtam supbiam elatus est: despiciẽs paupertatẽ: vt non cõputaret: neq; inferorũ supplicia: neq; cõmunia humanitatis iura: qa oporteret hoĩem hũana sapere: & ĩ alienis calamitatib⁹ pro simili cõditione sui quodãmodo misereri. Est igitur et diues ille sodomita. Si eñ talia erant peccata sodomę: vt in saturitate panũ: & in abũdantia fuerit: talis aũt est & diues qui in euãgelio describitur: nulli dubiũ quin diues ille sodomita sit. Quomodo autẽ sodomę: & filiæ sodomorũ supbę fuerunt: tales sunt arrogantes animę: & filiæ sodomorũ quęcũq; nesciũt
E dictum. Omnis qui se exaltat: humiliabitur: et qui se humiliat: exaltabitur. Hoc erat ei: et filiabus eius. Dehinc sequitur aliud sodomæ delictum: quod debemus dicere: ne in simili crimine reperiamur. Et manũ pauperis et egentis nõ suscipiebat. Considera diligenter enumerationẽ peccatorum sodomæ. Ego ipse si iuxta vires meas manũ pauperis & egẽtis nõ adiuuero: sodomiticũ habeo peccatũ. Sequit̃ alia accusatio. Et supbe gloriabat̃: et iactatio glĩæ sodomiticũ crimẽ est. Sunt aũt quędã ęgyptia peccata: qdã sodomitica: sunt alia babylonica: alia assyria: alia moabitica alia ammanitica. Quis sapiens: & intelliget ista: aut quis intelligẽs: & agnoscet ea? Quotienscũq; legimus ea q̃ de sodomorũ subuersione cõscripta sunt: nõ dicamus miserabiles sodomitas: quorum vlterius fructus terra nõ affert: miserabiles multũq; plangendi: q tam lugubria: & tã dira ppessi sunt: quin poti⁹ cõuertamus hũc in corda nr̃a sermonẽ: scrutemur renes: & cogitationes nr̃as: & tũc videbim⁹ eos quos plangim⁹ in nobis intrinsecus cõtineri: & qa sodomitica: & ægyptia: & assyria: & alia vniuersa pctã: q̃ castigans scriptura enumerat: versent̃ in nobis. Polliciti supra F
sumus maius aliqd de scriptura nos eẽ dicturos. Sodomę in saturitate panis: & in abũdantia: atq; delitiis: & istiusmodi pctĩs delinquẽti: lex loquitur. Attende tibi ne comedens: & bibens repletus: & domos bonas ædificans ouibus tuis: & bobus tuis multiplicatis tibi argento & auro multiplicat⁹ obliuiscaris dominũ deũ. Et in alio loco. Manducauit & bibit: & saturat⁹ est: & incrassat⁹: & recalcitrauit dilectus. Similia his Salomõ in puerbiis ait. Cõstituite mihi aũt necessaria: & sufficiẽtia: vt nõ repletus mẽdax fiam: & dicam quis me videt: aut egẽs furer: & iurabo nomẽ dei. Simpliciterq; dicendũ: quia nihil sic in arrogantiã eleuet: vt diuitię & saturitas: & cibus G
opum plurimarũ: dignitas quoq; & ptãs. Est aũt etiã ad altiora trãsgressum videre: qa superbiã frequẽter nutriã: si diuinũ sermonẽ intellexero: si sapiẽtior cęteris fuero: sciẽtia qppe inflat: non ego dico: sed apl̃us. Et ideo vereor ne & ipe sustollar. Dãtur & charismata ad id qd̃ expedit. Si ad hoc dant̃ qd̃ expedit: quis est ille cui nõ expedit? & cur nõ expediat? Audi. Inferior subiicit inflationẽ: & quãdam placitionẽ sui: dum se putat inter cæteros eminere. Sępe igit̃ saturitas panũ: & abũdantia materia est arrogantię. Sępe aũt & de spiritualibus donis supbię crimen exorit̃: & nõ est vtrobiq; discrimẽ. Tant⁹ vir apl̃us Paulus necessariũ habuit colaphum angeli sathanæ: vt eũ colaphizaret ne eleuaret̃ multum: qa orans & depcans deũ impetrauit p multis sępe qd̃ petiit: cũ aũt etiam p hoc petiisset nec esset qd̃ petierat cõsecutus: dictum est ei. Sufficit tibi gr̃a mea: virtus eñ in ĩfirmitate perficit̃. Oportet itaq; timere eũ qui adhuc in gñe humano: & in hac pñti luce versat̃: nõ solũ ea q̃ bona putant̃ in sęculo: sed etiã quæ vere bona sunt. quia magna non possumus sustinere. Exhibeo ad pbationẽ pñsentis sen- H
tẽtię historiã Dauid: ĩ qua cõscribit̃ in Vriã eũ cõmisisse peccatũ. Ante vriã nullũ delictũ reperit̃ in Dauid. Beatus homo erat: & sine querela in cõspectu dei. Quia vero cõsci⁹ sibi vitæ ĩmaculatę locut⁹ est quod nõ debuerat dicẽs. Exaudi dñe iustitiã meã: intẽde depcationi meæ: auribus pcipe orõnem meã: nõ in labiis dolosis: de vultu tuo iudiciũ meũ pdeat: oculi tui videant ęqtates: pbasti cor meũ: et visitasti nocte: igne me examinasti: & nõ est inuẽta ĩ me inqtas: & hęc dixit: quia visitatio

dei ꝑpter conscientiam: & vitæ beatitudinẽ eidem p̄sentaretur: tentatus est: & nudatus auxilio: vt videret qđ humana possit infirmitas. Recedẽte quippe pręsidio dei: ille castissimus: ille ammirabilis: in pudicitia: q audierat si mundi sunt pueri maxime a muliere: & acceperat eucharistiam q̄si mũdus: nõ potuit p̄seuerare: sed in eo reptus est crimine in quo
A sibi quasi cõtinens applaudebat. Si quis ergo conscius puritatis suæ: seip̄m glorificauerit: non habẽs memoriã illius dicti. Quid autem habes qđ non accepisti? Si autem accepisti qđ gloriaris: quasi nõ acceperis: relinquit: & derelict⁹ discit experimẽto: qa in his bonis quorum sibi cõscius erat: non tam ip̄e sui extitit causa q̄ deus: qui virtutum omniũ fons est. Ex quib⁹ apparet & saturitatem panũ: & dona spiritualia ei q ea nõ potest sustinere: generare sup̄biam. Idcirco fugiamus a sodoma: et peccatis eius: fugiam⁹ a samaria: & criminibus quibus castigat̃ misera hierusalem: vt in vniuersis deo nobis fortitudinẽ ministrante: humilitatem: & iustitiam cõsequamur in Christo Iesu: cui est gloria: & imperiũ in sęcula sęculorum. Amen.

¶Explicita est Homilia. IX.

Incipit Homilia decima super Ezechielẽ: de eo quod scriptum est. Ergo & tu confundere: & porta ignominiã tuam. vsq; Et suscitabo ego testamentũ meũ tecũ. Cap. XVI.

B PRimũ quidem est: nullum opus facere cõfusionis: sed omia talia quę possunt deum libera fronte respicere. Quia vero (vt homines) sępe peccamus: sciendum secũdam (vt ita dicam) nauem post confusionis opera esse erubescere: & pro scelerib⁹ suis verecundos oculos deiicere: neq; sic procaci vultu incedere: quasi nihil omnino peccauerit. Bonum est quippe post confusionis opera confundi: quia sępe & hoc malitię artifex inoperat̃: ne peccator ad pœnitentiam redeat: et sic agat quasi adhuc in iustitia perseueret. Videre possum⁹: & ex quotidiana vita discere: multos hominum post peccata sua non solum nõ lugere qđ fecerunt: verum etiam ꝓcaci fronte defendere ꝓprias ruinas. Grande itaq; beneficium in hierusalem cõseruatur: si tamen credat dicenti domino: & tu cõfundere. Neq; putes ad hierusalẽ tantum hæc esse dicta: & nõ ad singulos nostrum qui: delictis tenemur obnoxii. Vnusquisq; enim seipsum consideret: quid fecerit confusione dignum quid turpe loquutus sit: super quo nõ habeat audaciam quasi dicto bono: quid cogitarit tale qđ rubore dignũ videtur ab eo qui cordis et renis occulta considerat: & cum diligẽter peruiderit cogitationes: facta: sermones: tunc audierit ꝓphetam dicẽtem: & tu confundere. Post qđ a ꝓpheta iungitur. Et accipe ignominiam tuã in eo ꝙ iustificasti sorores tuas C
Sequitur cõfusionem ignominia: & dat deus ei qui confusione digna gessit: etiam ignominiam: dixitq; ad eum: & accipe ignominiam tuam. Poteris autem ĩtelligere qđ dicitur: si consideraueris quæ quotidie in ciuitatibus fiãt. Inhonoratio ciui est de patria sua exulare: & infamia decurioni eradi de albo curię: & cuiuscũq; alteri⁹ cõditionis homini relinqui quidem in vita: sed cũ ignominia: siue in opibus publicis: siue in insula aliqua solitudinis viuere. Intellige aũt mihi iustum iudicem ei qui digna infamia fecerit dicentem. O tu qui pœnę reus es: noli exilium tuum cũ mœrore suscipere. Nõ enim mereberis misericordiã si irasceris ad pœnam: quin potius intellige digne te pati qđ pateris. Et cũ te humiliaueris atq; dixeris: iustum de te factum esse iudiciũ forsitan misericordiam cõsequeri ab eo q potest post cõdẽnationem ad pristinum te statũ reuocare. Quomodo eñ licet magno pricipi D
liberare aliquẽ de insula: & de exilio: & de publicis vinculis: multo magis licet vniuersitatis deo eũ qui inhonoratus est: in honorẽ pristinũ restituere: si tamẽ sentiẽs delictũ suũ cõfessus fuerit digne se sustinuisse qđ passus est Dabo & aliud exemplũ de ecclesiastica cõsuetudine. Infamia est a populo dei: & ab ecclesia separari. Dedecus est in eccl'ia surgere de cõsessu presbyterii: ꝓiici de diaconat⁹ gradu. Et qdẽ eorũ q abiiciunt̃: alii seditiones cõmouẽt alii vero iudiciũ ĩ se factũ cum oĩ humilitate suscipiũt. Quicũq; igit̃ exigunt̃: & dolore depositiõis suę cõgregãt pp'os ad schisma faciẽdũ: & sollicitãt m'ltitudinẽ malignorũ: nõ accipiũt ĩhonorationẽ suã in p̄senti: sed thesaurizãt sibi thesaurũ ĩ die irę. Qui aũt cũ oĩ hũilitate siue digne: siue ĩdigne depositi sũt: deo iudicium derelinquunt: & patiẽter sustinent qđ de se iudicatũ ẽ: isti & a deo miãz cõsequẽtur: & frequẽter etiã ab hominib⁹ reuocãt̃ in pristinũ gradum: & in gloriã quã amiserant. Doctrina ergo optima est: quomodo hoc qđ dicit̃: Et tu cõfundere: sic & illđ qđ sequit̃: Et accipe ignominiam tuam. Et hæc dico: vt ꝓfundiorẽ aliquem sensum de futura inhono-

ratione interponam. Et ibi quippe erit aliqua ignominia his qui dignum opus ignominia fecerũt. Siquidẽ resurgent alii in vitam ęternam: & alii in opprobriũ: & cõfusionem æternam. Quid autem est hoc aliud nisi pœnã infamiæ sustinere? Dũ ergo adhuc licet nobis: debemus minorationẽ nostram patiẽter ferre: vt cũ hic tristitiam fortiter sustinuerim⁹ in futuro sęculo moueam⁹ (vt ita dicã) viscera misericordię dei: & benignitatem eius: vt nos reuocet in pristinum statum de ignominia: & cõfusione: quomodo ecõtrario impossibile est lapidei cordis aliquem & penitus nõ sentientem delictum suũ: & ante vultum dei omnipotẽtis superbiẽtem misericordiã consequi. Videamus eñ quosdam bonos quidẽ libenter de se latam ferre sententiam: & ob salutem suam dei iustificare iudiciũ: malos vero blasphemare aduersus ꝓuidentiam dei: & dicere nõ sum digne adiudicat⁹ huic ĩfamię: iniuste ista perpetior. Si iustificam⁹ ꝓuidentiam: soluim⁹ nostram infamiam. Si vero non recipimus iudicia dei: multiplicam⁹ infamiã Quomodo autem infamiam: sic & supplicia: sic & cætera. quæ sunt eñ huic accidere consuerunt his q a deo pro delictis propriis condẽnati sunt. Et tu cõfundere: & accipe ignominiam tuã in eo ꝙ iustificasti sorores tuas Plus meremur ignominiam: quãdo talia facimus: quibus peccatores alii iustificent: vt cõparatione delictorum meorum malorũ scelera antiquitus condemnata misericordia liberet: eo ꝙ ego subsequẽs peiora commiserim. Dicit ergo ad peccatricem hierusalem. Accipe ignominiam tuam: in eo ꝙ iustificasti sorores tuas. Deinde si qs cõpleuit hoc qđ scriptũ est: confundere: si quis ꝓsequutus est sententiam dei sequẽtẽ: accipe ignominiã tuam in eo ꝙ iustificasti sorores tuas: videat etiam gratiam: quomodo pro cõfusione vicissitudo clemẽtię restituatur: quia non contempserit iudicium dei: sed cũ omni humilitate susceperit qđ de se fuerat iudicatũ. Quid ergo repromittit? Auertam auersiones eorum auersione sodomoꝝ: & sororum eius. In eo qđ iustificasti sorores tuas sodomã: & samariã. Sodomã minorem: & samariam seniorem: vt in pręteritis diximus. Auertam auersionẽ eorũ id ẽ triũ quarũ auerterat auersionẽ ad meliora cõuertit. Primo sodomorũ: deĩde samarię: tertio vero hierusalẽ. Cũ autem ait auertero auersionẽ sodomorũ: & samarię: & hierusalẽ: tunc in antiquum restituentur: primũ sodoma cui⁹ priores auerterit auersiones: secũdo samaria: quã secũdo cõuerterit: tertio hierusalẽ: cui tertiæ auersiones tribuuntur. Igitur sanitates peccantibus in auersione sodomoꝝ et filiarum eius in auersione ipsi⁹ hierusalem et tribuũtur his qui magis amãtur a deo: tardius. Sodoma ꝗppe iustificata ab hierusalẽ: prima cõsequitur misericordiam: id est gẽtiles: Samaria vero hoc est hæretici: in secũdo loco accipiũt sanitatẽ. Tertio vero quasi indigni velocioris medelę in pristinum statũ restituunt qui fuerũt de hierusalem. Ante ergo gentiles: ante hæretici clementiam cõsequent: ꝗ nos: si tamen fuerim⁹ impii: si & nos peccata depresserint. Quãto enim propiores fuerim⁹ deo & ad beatitudinẽ viciniores: tãto cũ peccauerim⁹ longius fiemus ab ea: proximi terribilium: maximarũꝗ pœnarum. Iustum est quippe iudicium dei: & potẽtes potenter tormẽta patiuntur. Qui autem minimus est: meretur citius misericordiam. Minima est sodoma: & post eam ĩ cõparatione hierusalem minima nõ tamẽ sicut sodoma samaria est: & ideo primũ illarum auertit auersiones: & postea hierusalẽ dicẽs: Auertã: & auersionem tuam. Tertio eñ gradu hoc dicitur ad hierusalem. Verũ quãdo auertit auersionem meam: si inuẽtus fuero hierusalẽ: & peccator ĩ medio sororũ mearum: Cum audiero vt feras tormẽtum tuum: ideo tertio loco ait auertam auersionem tuam: & post omes. Vt feras tormentum tuũ: & dehonesteris de oĩbus quæ fecisti. Est ꝗdam mẽsura peccati quã vnusquisꝗ recipiat ꝓ eo qđ peccauit. Si habuero quinquaginta peccata: qnquaginta habebo ignominias: si centũ duplicabitur mihi pœna ꝓ factis: & pro magnitudine delictorũ tribuetur mihi ignominia. Maximis peccatis magnus cruciatus adiungit. Deus aũt solus ver⁹ iudex magnitudines peccatoꝝ: & ignominię qualitates: & peccati numerũ põt puidere. Dicitur itaꝗ ad hierusalẽ: vt feras tormẽtum tuũ: & dehonesteris de oĩbus quæ fecisti in exacerbando me. Vide econtrario satisfaciẽtem deũ: & quodãmodo per hæc verba testãtẽ ꝙ iram ipe nõ habeat: sed peccator sibi ad irã cõcitat deũ. Vnde & apostol⁹ ait. An diuitias bonitatis: & mansuetudinis ei⁹: et longanimitatis contemnis: ignorans quoniam bonitas dei ad pœnitẽtiam te adducat? Iuxta aũt duritiã tuã: & impœnitens cor thesaurizas tibi irã. Separauit hic sermo iracũdiã a deo. Reuera eñ iracũdia: aliud quiddã a deo est: & nec ei vt insita copulat. Vnde & de peccatoribus dicitur. Emisisti iram tuam

& comedit eos. Nemo qđ sibi socium est & cognatũ emittere potest: verũ emittit qđ aliud est ab eo qui emittit. Sic & nos peccãdo irritamus deum: vt mittat iram quam ipse non habet. Post hæc: id est post auersionem dicit. Sodoma soror tua: et filię eius restituentur sicut erãt ab initio. Venio ad imagines: & figuras: & video quãto tẽpore excruciata Sodoma restituatur in antiquũ. Si autẽ id qđ per figurã dictum est ita se habet: quid deo fiet? quid vere Sodoma fuerit? Statim post diluuium decima generatione passa est Sodoma ea quę in genesi legũtur. Erat enim prius quasi paradisus dei: & quasi terra ęgypti: verũtamen factũ est Sodomę id: qđ etiã nunc vestigiis regiõis eius perspici licet. Ecce quãti iam temporũ circuli trãsierũt. Ecce tria milia annorũ sunt: & Sodoma nondũ est restituta: nõ illa Sodoma quę in signo: & in ęnigmate ponitur: sed illa quę in veritatis ratiõe perspicitur. Aiunt hebræi Sodomã in eundem statum restituẽdam: in quo & antea cõstitit: vt rursũ paradiso dei: & terræ ægypti comparetur. Si hoc se sic habet: et siue futurum est: siue non: querẽtur enim istiusmodi res apud eos q doctissimi sunt: vt autem fiat quod dicitur complebuntur mihi annorũ tria milia: & tũc restituet excruciata tribus milib⁹ annorũ Sodoma id est aĩa mea: Sodoma: meis pœna peccatis. Grãde interuallũ temporis inter restitutionem & ruinam positum est. Etiam si restituaris ita vt antiquitus eras: vide quanta exhaurias mala: quãtis primum calamitatib⁹ opprimas. Hoc autẽ quod de Sodoma diximus: & de Samaria quoq; intelligere debemus. Et ipsa quippe necdum est restituta: sed ex eo tempore quo decem tribus eiectæ sunt de iudæa: & de samaria: & captiuitatem sustinuit: & nomen accepit: non habens accolas suos. Restituetur autem & illa sicut in principio fuit: cũ decem tribus fuerint reuersæ: vt soluatur id quod scriptũ est. Captiuus ductus est populus in assyrios vsq; in hodiernum diem. Si autẽ tanto post tẽpore restituetur id qđ pręcessit in signũ: quãdo tu restitueris: si tamẽ restitueris samaritana: & hęretica aĩa: quę simulacris & feriis nõ veris: ac figmẽtis de Hieroboam corde veniẽtib⁹ credidisti? quãdo restitueris o anima infelix: cũ post tanta sęcula restituatur exemplũ tui? Si autẽ hoc super Sodoma: & samaria fit: quæ iustificatæ sunt ab Hierusalẽ: qđ dicendũ est de ipsa Hierusalẽ quę supradicta scelera iustificauit? Et restituemini sicut ab initio fuistis. Et tu & filię tuę restituemini sicut fuistis in principio. Scit hoc qđ dicit: Sicut fuistis ĩ pricipio: & Esaias dicens. Et constituam iudices tuos: vt prius: et consiliarios tuos: vt in exordio. Et nisi esset Sodoma soror tua in auditu: in ore tuo: in diebus superbiæ tuę: quẽadmodum nunc opprobrium es filiarũ Syrię: & omnibus quę sunt in circuitu tuo filiarum alienigenarum: quę circũdãt te in gyro. Impietates tuas tu porta. O clemẽtissimũ deum satisfacientẽ de restitutione: atq; dicentẽ. Impietates tuas: & iniquitates tuas porta. Nõ frustra dico restitueris: sed cũ impietates tuas: & ĩiquitates tuas exhauseris tunc in locum pristinũ restitueris. Quomodo vulnera quæ in corpore sunt: sæpe paruo tẽpore accidunt: medelę vero vulnerũ cũ tormentis adhibẽtur ingẽtibus: non iuxta ęqualitatẽ tẽporis quo illatę sunt: sed iuxta rationẽ curationis. Verbi gratia: ĩ pũcto horę fractura manus: & pedis contritio accidit: hoc qđ in modico factũ est: mẽsibus fere tribus: ac longo tẽpore vix curatur: sic & voluptas quæ neruos animę succidit: & luxuria: & semel vniuersa peccata cũ in paruo tẽpore infelicem animã illexerunt: & ad vitia traxerunt: magnũ postea tẽpus in suppliciis & cruciatibus promerentur. Propter qđ hoc dicit dñs. Et faciam in te sicut fecisti: sicut spreuisti hęc pręuaricãdo testamẽtũ meum: & memor ero. Primũ quomodo fecisti: faciam tibi: deinde memor ero testamẽti mei qđ feci tecum in diebus infantię tuę. Fecit quippe testamẽtum ĩ diebus infantię eius. Diximus autẽ supra quomodo cũ ea fecerit testamẽtũ. Et suscitabo tibi testamentũ inæternũ. Ego occido: & ego viuificabo: ait. Qui cũ ista ꝑmittit dolores facit: & rursum restituet. Percussit: & manus eius sanabũt. Dicit in Michea irã dñi sustinebo: quia peccaui ei: donec iustificet ipse causam meã. Quomodo iustificat causa mea? Quoniã irã dñi sustinuero: q diuitias bonitatis eius: & patientiæ: & longanimitatis contẽpsi: & iuxta meã duritiã: & impœnitens cor thesaurizaui mihi irã in die irę: & reuelationis iusti iudicii dei. Et dehonestaberis in eo q; suscepisti sorores tuas seniores cũ adolescẽtulis: & dabo tibi eas ĩ ędificationẽ. Supra vnã dixit sororẽ Sodomã: & aliã Samariã: nunc recepit: & dicit: sorores tuas seniores: cum senior tantũ Samaria sit: & adolescẽtior Sodoma: verũ quia filię earũ eis cõnumerantur dicit omnium vnã esse speciem. Quãtę autẽ filię Sodomorũ sunt tãtę & Samarię. Et dabo tibi eas in ędificationẽ: & non ex testamẽto tuo: & suscitabo ego testamẽtum meum tecũ. Considera finẽ repromissionis: & cognosces: quia ego dñs: vt memineris: & confundaris: id est cũ receperis peccata tua: & rememorata fueris: tunc cõ

funderis. Et vltra nõ erit tibi os aperire. Cum recepero peccata mea: & restitut⁹ fuero: facto mecum testamēto: tunc amplius intelligo mala mea & confundor: & cõscius mihi vltra memet punio. Vide autem quid mihi eueniat: vt vltra nõ sit liberum os aperire a facie ignominię: & quando eueniat. In eo ꝙ propitietur tibi. Nec tunc quidem quãdo propitiatur mihi multa peccanti: possum os aperire: nec quãdo ignoscit scelerib⁹ meis alienus sum ab ignominia: sed sentiens scelera mea perpetuo conscientię meæ igne discrucior. Idcirco quia ignominia: & confusio æterna nobis reposita est: si peccauerimus: omni corde precemur deũ: vt det nobis vsqꝫ ad finē & animi & corporis nisi pro veritate contendere: vt etiam si aliquod tēpus institerit: qđ nostram examinet fidem (nã vt aurum probatur in fornace: sic fides nostra in periculo: & persecutionibus examinatur) etiã si persecutio eruperit: inueniat nos præparatos: ne domus nostra in hyeme corruat: ne ędificatio quasi in arena constructa tempestatib⁹ dissipet: vt cũ flauerint venti diaboli. i. spirit⁹ pessimi: opera nr̃a persistant q̃ vsqꝫ ad hanc diē perstiterunt: si tamen non sunt occulte subruta: & in expeditionis accinctum manifestemus charitatem nostram quam habemus ad deum in Christo Iesu: cui est gloria & imperiũ in sæcula sæculorum. Amen.

¶Explicita est Homilia Decima.

¶Incipit Homilia Vndecima, de eo qđ dictũ est: Fili hominis ꝓpone ęnigma: & dic parabolã ad domũ Israel: & dices. Aquila magna rum alarũ &c. Cap. XVII.

E Xercitatio corporũ: & in totum fortitudinem comparat iis qui exercentur: & per partes vnũquodqꝫ mēbrum: sensusqꝫ membrorum vegetiores facit: ad sufferendũ quid aut ad sentiendum: vtputa oculorũ acies si exercitetur in visu: acutior fit ad videndũ: aures si frequentius audiant: melius possunt vocũ capere dissonãtias. Hoc aũt & in cęteris mēbris licet deprehendere: qđ in paucis ostēdimus. Verum quid mihi prodest ad beatitudinem: & ad vitam sempiternam: si corpus exercitationibus roboretur? Qđ mihi est emolumentum: etiam si fortissimo corpore fiam: etiã si omnibus mēbris vegetus incedã? Econtrario autem si sensus animę habuero exercitatos ad sentiendum quid: ad dicendum dies: noctesqꝫ cõtriuero: nõ solum in hac vita mihi conducit: sed etiam recedentē de corpore prosequetur. Idcirco in parabolis: & in ęnigmatib⁹ loquutus est deus: vt extēderet se mēs nostra: vel potius in vnum colligēs dictorum intueatur acumina: & a corporis vitiis recedens: dum intelligit veritatem: vitę suæ cursum secundũ eundē dirigat. Hęc in procemio dixim⁹: quia sermo dei factus est ad Ezechielē dicēs. Fili hominis narra narrationem: & dic F parabolam ad domũ israel. Pro hoc autem qđ septuaginta interpretes posuerunt narrationem: alius de interpretibus transtulit propone problema: ali⁹ profer problema: alius significa ænigma. Igitur & problema & ænigma et parabola est quod lectum est. Siquãdo illuminatione indiguimus scientiæ dei: nunc vel maxime: & necessarie indigemus: vt non tam ego q̃ orantibus vobis gratia dei: in me edisserat solutionem problematis: & ænigmatis: siue parabolæ. Quæ est ergo parabola aquilæ quã in pręsenti spiritus sanctus ostēdit? Quæ non solum aquila: sed etiam comparatione cæterarum aquilarum: magna aquila: & ingentium alarum: & lõga extensu: & plena vnguibus: siue (vt quidã interpretat⁹ est) plena plumis scribitur. Nõ solum his quæ diximus maior est cęteris aquilis: verũ in eo: vel præcipua est: ꝙ ductũ habet intrãdi in libanũ. Nã ingrediēs illic ab arbore cedri quæ ĩ libano sita erat electa: teneritudines: & summa quæqꝫ discerpsit: & attulit in terrã chanaan: in ciuitatē: siue negotiatorē: siue negotiatricē: siue translatorum: siue certe (vt septuaginta interpretati sunt) muratã: & posuit hoc qđ de cedro libani sumpserat: vt plantaretur: & cresceret in terra chanaan. Post hæc eadem aquila de semi G ne terræ vnde sumpserat sũmitates cedri extrinsecus sibi semen accepit: & plãtauit illud in campo frõdifero super aquã multam. Hoc autē ipsum quod de terra chanaan fuerat assumptũ ab ea quæ libani summa quæqꝫ decerpserat: idem qđ secũda vice acceperat: factum est in vitē nõ fortem: sed infirmã: verum etiã statura pusillam: & palmites huius vitis infirmæ reclinati sunt: pro eo ꝙ de libano & cedro fuerat assumptum: intantum vt radices suas sub ipsius trũco consitas haberet. Et quidē facta est vitis: & fecit propagines: & extendit arbusta sua. Et post hæc venit alia aquila: & ipsa magna: magnis alis: & copiosis: vel plumis: sine vnguibus: & ecce ista vitis de qua nunc diximus veniente secunda aquila declinauit testamentum suum ad eam: spernens id testamē

tum qđ prius cum arbore fecerat: in qua recli nata vitis fuerat effecta: & ꝓpaginibus factis arbusta latius fuderat: & cõplexa est secũdam aquilam: & radices suas a priore transtulit ad
A sequẽtem. Deinde palmites emisit ad aquilam secundam: vt irrigaret eam cum gleba plantationis eius in cãpo bono: & aqua multa. Et quidem irrigata est hæc ipsa vitis: & translata ad aquilam secundam: vt faceret incrementa: vt afferret fructum: vt fieret in vitẽ magnam. Idcirco prophetę imperatur: vt dicat: quia testamentum transgrediens vitis qđ fecerat cum aquila priore: & statuens illud cum secũda: nõ dirigatur: neq; radices teneritudinis ei⁹ effloreant: quin potius fructus eius ꝓpter transcẽsionẽ eius putreant: & arescant omnia quæ de ea oriebãtur: & iam vltra non habeat brachiũ magnum: & populum multum: eleuatur autẽ radicitus: & licet irrigata sit: tamẽ non perseueret: & nõ dirigatur in vbertatem: statimq; vt contigerit eam ventus vrens: arescat: & cũ
B gleba plantationis suæ siccetur. Hoc propositio ipsius historiæ exposcit: vt q̃ obscurius dicta sunt quibusdam adiunctis sermonibus planius enarremus. Et si tãtus labor est: vt ipsum qđ dicitur intelligatur: quid necesse est dicere ipsam quæstionem quãtam habeat obscuritatem: quæ sit aquila prior: quid sit libanus: quæ cedrus: quæ summa cedri: quę aquila secunda quæ translatio vitis a priore/ad sequentem? Si aliquando dei indiguimus auxilio: semper autem in intellectu scripturarũ spiritu sancto indigemus: nunc profecto tempus est quo nobis prę̃stet auxiliũ: & pandat ipse quę dixit. Quomodo saluator noster in euangeliis quasdã parabolas ipse interpretatur: sic & nunc propheta in secũda prophetia quę in reliquis lecta est significat: qa aquila prior nabuchodonosor sit rex babylonis: qui ingressus est in libanũ: id est Hierusalem: & accepit de summis cedri: id est regem Hierusalẽ: & principes eius: & attulit ea in terra Chaldęorum: scilicet in Babylonẽ. Plantauit quippe in captiuitatem accipiens filios Israel: & de regio semine: & de genere prĩcipum in eadem terra constituit. Post hoc au-
C tem & post regiam stirpem: alia quoq; multitudo capta est ab eo: & vitis effecta est: nõ tam robusta q̃ fuerat: cum fuisset in vinea dei: & in terra sancta: vbi sacrificia dei celebrantur: sed erat in babylone trãslata vitis infirma. His ita gestis ĩter Pharaonẽ regẽ ęgypti: & Nabuchodonosor regẽ babylonis: bellũ ortũ est. Igitur populus qui cum regibus suis: ac stirpe optimatũ ab assyriis fuerat afflictus: reperta occasione qua iugũ Nabuchodonosor abiiceret: & eius imperio liberaretur: intulit se ad secundã aquilã grandẽ: magnarũ alarũ: id est Pharaonẽ. Deinde sic ordine currẽte rerũ: quia deus non Pharaoni tradiderat: sed Nabuchodonosor: & illi nõ sustinẽtes iudiciũ & imperiũ ei⁹: excusserãt iugum Nabuchodonosor de ceruicibus suis: & ad Pharaonẽ transgressi fuerant ira dei super eos ingruit: & cõtra euenit q̃ putauerãt. Oportet quippe eũ qui a deo dãnatur non fugere sententiã eius: nec voluntatẽ iudicantis velle mutare: verũ patientissime sustinere: donec ipse deus liberet qui dãnauit. Igiẽ quia ad Pharaonẽ trãstulit se populus: relinquitur ab auxilio dei: & peiora patitur q̃ ante perpessus est a Nabuchodonosor. Dixim⁹ solutionẽ parabolæ iuxta literã: & id qđ scriptũ est: D
sequitur durior interpretatio: & difficilis ad intelligẽdum: secundum verũ Nabuchodonosor: & verum Pharaonem: & ea verba quæ de aquilis prędicta sunt. Idcirco autẽ ante interpositionẽ sequentis lectionis: hanc expositionẽ summatim: strictimq; prędiximus: vt & præsens locus facilius intelligatur: & nihilomin⁹ seruetur loco suo plenior expositio: & cum sequens parabola etiam iuxta allegoriam latissime disseratur. Verum nũc pauca debemus assumere: & quasi quodam armamento futuræ interpretationi viam sternere: de his quæ nobis dei gratia largitur: scientes quia in sequẽti plenius exponamus. Ac primũ quidẽ videndum est: quare Nabuchodonosor: & Pharao aquilę dicantur. Forsitan quęrit quispiam: qui non otiose: & transitorie scripturas legit: Nabuchodonosor aquila est magna: & magnarũ alarum: & hic Pharao alia aquila magna similiter alarũ ingentium: & in lege inter immunda animalia posita est aquila: quare & iustus diues effectus pręparat sibi alas aquilę: vt possit cõuerti in domum principis sui: quare etiam repromissio q̃dam est apud Esaiam prophetã dicẽtem: iusti accipient pennas: vt aquilę: current: & non laborabunt: gradientur: & nõ esurient? Si eñ immunda est aquila: non oportet nos pennas accipere: vt aquilam: cum iusti fuerimus: neq; cũ diuitiæ nobis creuerit oportet pręparare nos nobis pẽnas aquilę. Cui primũ E
respondendum est: quędam nomina animaliũ in scriptura in vtroq; genere: id est in malo: ac bono posita: vt puta leo: & in bonam accipitur et in malam partem. In bonam sic: Catulus leonis Iuda: ex germinatione fili mi ascendisti: accumbens dormisti vt leo: & vt catulus leonis. quis suscitabit eum? In malam vero partem

sic. Aduersarius noster diabolus: vt leo rugiẽs querẽs deuorare circuit: cui expedit nos resistere firmos in fide. Sed & malignus supplãtare cupiens insidiatur in occulto: vt leo in spelũca sua insidiatur vt rapiat pauperem. Quomodo ergo leo dicitur & in malam partem: & in bonam: nõ est incongruum etiam aquilam in vtramq; partem accipi. Et vt ego suspicor iustus non est aquila: sed quasi aquila. Aemulatur quippe aquilam. Et quomodo serpẽs ęreus typus fuit saluatoris: neq;.n. serpẽs erat vere: sed imitabatur serpentem dicẽte domino: Vt Moyses eleuauit serpentẽ in deserto: sic oportet exaltari filiũ hominis: eodẽ modo & iustus nõ tam aquila est: q̃ aquilæ similis: quia ei vtile est imaginẽ aquilæ sectari. Iuxta hunc intellectũ: & in alio loco pręceptũ accepit iustus: vt sit sapiẽs sicut serpẽs: nõ vti fiat serpẽs: scilicet ne a veri serpentis capiat astutia. Si aũt sermo
F dei scripturas diligẽter excutiens: & spiritus de quo scriptum est: spiritus omnia scrutatur etiam alta dei: in alicuius animã venerit: manifestissime ostendet de scripturis: & aquilam et leonem in parte mundorum animalium posita: cherubin dei habere faciẽ hominis: & faciem leonis: a dextris quatuor partium: & faciem vituli: & faciẽ aquilæ a sinistris quatuor partium: & hęc quæ in cherubin videntur: id est aquila: & leo: mũda sunt. Nihil quippe immundũ est in curru dei. Et quomodo tu de gẽtibus credens mundus effectus es: & qđ deus mundauit tu ne cõmune dixeris: dicit de omnibus quę cœlo pendentia ostensa sunt Petro: sic mundatus est leo: & aquila quę in cherubin apparuerũt. Necnõ est aliud qđ in Christi aduentu futurum prędicatur: nouit mundũ leonem: mundã & aquilam: quæ nuncupatur immunda. Lupus enim: & agni pascentur simul. Lupus enim qui cũ oue innoxius pascitur: non est vltra obseruãdus. Non mihi dicitur de tali lupo: Attẽdite ab eis qui veniunt ad vos in vestitu ouiũ: intus autẽ sunt lupi rapaces. Signãter loquutus est: dicẽs. Intus autẽ sunt lupi rapaces. Sunt quippe alii nõ rapaces: quãdo lupi et agni pascentur simul: & vitulus: & taurus:
G et leo pariter edent. Cũ autẽ fuerit tam diuersarum ĩter se naturarum in fide Christi facta sociatio: leo non erit iam immundus: verum feritatis suæ obliuiscetur: & vniuersa animalia quę in lege dei dicũtur immunda: conditionis antiquæ recipient puritatẽ. Hoc autem & ex parte iam factum est: & plenissime in secundo cõplebitur aduẽtu. Præuenit igitur sacramentum qđ ostensum est in cherubin rei veritatem: & in tãtum leonis & aquilæ facies cum aliis faciebus cognatę sunt: vt maius nobis videatur vitulo: & tauro: & leone simul pascẽtibus: id qđ apparuit ĩ cherubin. Ab Esaia quippe nihil de his quę prędicta sunt sibi cohęrens et inuicem cõnexum repromittitur. In cherubin vero vnũquodq; animal cum alio cognatũ est: facies vituli: facies leonis: & vultus hominis: vultui aquilę. Non igiť magnopere mireris: cum Pharao: & præcedẽs eũ Nabuchodonosor aquilę nuncupantur: Iustus vero pennas assumere dicatur: vt aquila: & in dei parte diues effectus aquilę sibi pẽnas pręparet ad volandũ. Verum vt ad propositum redeam specialiter quiddam significatur de Nabuchodonosor: quia magna: & magnarum alarũ: & sui extensione longissima: intantum: vt ausus fuerit dicere: viribus faciam / & sapientia intellectus auferam fines gentium: & virtutẽ eorum depascar: & commouebo ciuitates quæ inhabitantur: & orbem terrarum vniuersum comprehendam manu: vt nidum: & quasi confracta oua auferam. Ecce ista est extensio alarum eius. Nec hoc ei sufficit: verum vnguibus plenus est: & multis plumis: & habet ductum intrãdi in libanum: vt cedri eius summa decerpat. Q̃diu hi qui commorabantur in libano non peccauerunt: id est q̃diu in hierosolymis positi / sunt in sceleribus deprehensi: non accepit potestatẽ ista magna aquila: vt ingrederetur in libanum: neq; assumpsit sibi electa: & cedri semen regium: & principum stirpem. Ista quippe sunt teneritudinis eius: quæ quodam tempore non fuerunt duro corde: attamen rapuit ea: quia peccauerũt in dominum. Aquila H
ista grãdis: &c. totius arboris cacumina ĩ chanaan transtulit: quia figuraliter babyloniorũ terra maledicti chanaan diciť. De quo ait Noe Maledictus puer chanaan. Famulus erit fratribus suis. In ciuitate quoq; negotiatorum: siue negotiatrice: siue trãsferẽtium: aut certe murata: posuit hoc qđ de cedro abstulerat: & accepit sibi de semine terrę: iam non de altioribus solum: sed etiã de minoribus: & de populo Iudęorũ: & dedit illud in campum frondiferum super aquam multam respiciendum cõstituit illud: & exortum est: & factum est in vitem infirmam. Infirmatus est vere populus dei in babylone: & ideo neq; canticum domini cantare poterat: dicens. Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Reuera non poterat infirma nõ esse: quę plãtata fuerat in babylone. Quo pacto vires pristinas reseruaret quę vitis babylonia esse cœpisset? Quę quia in san

cta terra fructus non fecerat: ideo translata ab aquila: & in terra posita chanaan facta est invi tem infirmam: & in pusillam staturam. Q2 diu in terra sancta fuit / ingens vitis erat: quã do vero trãslata est in fines peccatorum: & in firma / & parua effecta est. Et tu igit vitis quae me audis: si vis esse magna: noli exire de eccle siae finibus: permane in terra sancta Hierusa lem. Q2 si propter peccata in peiora corrueris transfereris in aliam terrã: & eris in vitẽ pu sillam: & palmites tui decident: & radices tuae siccabũtur intãtũ: vt postea desyderes requie scere super aliam aquilã: vt nunc dicitur: ma gnarum alarũ: & plurimorum vnguium. Bo num est condẽnatum in condemnationis per manere sententia: q̃diu ei liberet qui damna uit: non curramus violẽtes ad Pharaonem. Si enim ad eum currimus: contra deum facimus qui dixit. Ego sum dominus deus tuus: qui te eduxi de terra ęgypti: de domo seruitutis. Ad Nabuchodonosor enim non tam sponte pro peramus q̃ condẽnati: & pertracti ad eum su
A mus. Sequitur. Et factum est aquila altera ma gna / magnis alis: & copiosis vnguibus: & ecce vitis ista amplexabitur eam: id est secundam aquilam. Euenit sępe: vt ab vna contraria for titudine ad aliam trãsferamur. Iusserat enim deus: vt Israelitarum populus sub Nabucho donosor iugum colla submitteret: vt legimus in Hieremia: intantum vt cõminaretur ei qui ab eius seruitio declinaret: & eo tempore quo Hieremiam exposuimus: ea quae nobis gratia dei orantibus vobis largita est: siue certe vt cũq; sensimus: exponere conati sumus. Noluit autẽ id facere qđ fuerat imperatum: sed palmi tes suos extendit ad Pharaonẽ in gleba planta tionis eius: ab eo constitutus est in cãmpo su per aquam multam: vt fructus afferret vberri mos: & deserta ęgypto & rursum ęgyptũ cõ cupiuit: putans se vbertatem pristinam cõse quuturam: hoc in primis cogitãs: q si Nabu chodonosor ad Pharaonem transcenderet: ra dices firmaret: euelleret staturam: fructus af ferret. Sed in contrarium q̃ putauit omnia re ciderunt. Fructus quippe eius omnis compu truit: & pullulationes / quę saltẽ modicę in ba bylonẽ venerant / mutatione regionis exarue runt / intantum: vt radicitus euulsa sit: ne vl tra in brachio magno: aut in populo plurimo
B conualesceret. Quid in se haec tanta: vel talia continent sacramenti? quid vnusquisq; sermo significat? Possumus: si tamẽ habeamus audi tores: ad aliã quandã Hierusalẽ conscẽdere: & ibi demõstrare quomodo aquila magna ductũ suũ fecerit: & in hãc quã nũc nos possidemus babylonem summitates eius detulerit. Possu mus secretiora quędam de Pharaone loqui. ve rum quia tẽpore coarctamur: & forte auden ter promittimus qđ non valemus implere: ad minora redeamus: & secundum mẽsuram in tellectus nostri sic potius exponamus. Venit ad istum libanum: hoc est ecclesiam: vbi hostię dei: vbi incensum orationum eius celebratur: ista magna: & vera aquila Nabuchodonosor: id est diabolus: & rapuit. Absit autem a tẽpori bus nostris: vt de summis cedri: id est de prin cipibus: & de regio semine: in chanaan transfe rat. Oremus ne fiat: qđ saepe factũ est. Assum pti em̃ sunt quidam: & in babylonem translati qui in ecclesia principes fuerũt: & propter pec catum suum de libani summitate sublati. Su per his dicendum est: quia aquila magna ma gnorũ vnguiũ / plumis extensa acceperit de ca cuminibus cedri: & deraserit eos de libano: id C est de Hierusalem: & plantauerit in terra cha naan. Non solum autem aquila ista summa ce dri: id est de optimatum genere sibi vendicat sed & terrę sẽmẽ rapit: & transfert in terram chanaan: quãdo qs de populo peccat: & de dei plebe diaboli laqueis p̃pedit. Quapropter die bus & noctibus tam pro nobis q̃ pro fratribus nostris dei iploremus auxiliũ: ne quis de Hie rusalem transferatur in chanaan: ne sententia eius deserta a voluntate illius ad aliam tenda mus aquilam. Et veniat super nos ira maior: & putrescat vniuersa plantatio: & fructus pari ter cum radicibus arescat. Plantatio quippe Hierusalem non potest in alia terra ferre fru ctus: non facit palmites in finibus alienis: sed statim cum gleba sua siccatur: si non perseue rauerit in voluntate dei: & in eccclesia eius: id est in factis: & sermonib⁹: & scientia veritatis Christi Iesu: cui est gloria & imperium in sae cula saeculorum. Amen.

¶Explicita est Homilia. XI.

¶Incipit Homilia duodecima. De eo qđ scriptũ est: Fili hominis dic ad do mũ exasperantẽ: nescitis quid ista si gnificent. Cap. XVII.

Aque iam supra memoraui de duabus aquilis magnis: D et magnarũ alarum: & ma gnorum vnguium: necnon quae prima: & secunda aqui la gesserũt: nũc quasi in pro phetia scilicet figurata vult

ex parte sermo diuinus exponere nobis: ad intelligendum relinquens quæ ipse dimisit intacta. Ac primũ quidem licet sæpe iam dixerim tamen etiam nunc aliquid non nouum inferre conabor: qđ nostrę animæ tribuat salutem: in eo qđ dictum est ad prophetam. Dic ad domũ amaricantem: siue exacerbantem. Non enim addidit ad domum exacerbãtem: siue exasperantem me. Et si volumus videre cuiusmodi sit peccatum exasperatio: audiamus q̃ dulcia ei qui intelligit eloquia dei sunt: dicentis. Q̃ dulcia gutturi meo eloquia tua. Hæc naturaliter dulcia cum assumpserint credẽtes: aut bene viuunt: aut vere contrarium faciunt. Et si quidem iuxta diuinam regulam ingrediunt: reseruant eloquia dei in eo dulcore quo nata sunt. Iuxta mei autem animi motũ puto: quia conuersationis bonitate & augeant eloquiorum dei suauitatem: miscẽtes dulcedinem vitæ dulcori sermonis. Sin vero quis peccet: extra pręcepta dei peruersus incedat: iste accipiens dulcissima eloquia dei per naturam amarissimi peccati. amarum quippe peccatum est qđ dulcedinẽ sermonis exterminat: & in amarum saporem omnem redigit suauitatem. Qđ dicimus plenius animaduertes accipiẽs exemplum. Herba quæ absinthium nominatur naturaliter amara est. Hãc si secundum qualitatem: & quãtitatem mellis in mel iniicias: amaritudine sua vincit eius suauitatem: & cogit amarũ esse qđ dulce est. Huius herbę vim habet peccatum. Si plura peccauero: plus amaritudinis mitto in dulcedinem sermonum dei. Si grãde fuerit qđ delinquo: totum dulcorem mellis verto in acerbum saporem. Et idcirco deus qui sermonem suum a peccatoribus conculcatum vlciscitur: vnicuiq; pro qualitate amaroris vitę: & pro modo intentionis amaritudinem pœnarum suppliciorumq; restituit. Et si quidem nos qui hęc dicimus: & semel credimus deo peccauerimus: exasperare dicimur sermonẽ eius: qui vero penitus a fide ei⁹ recesserunt: neq; ingressi sunt ecclesiã: hi nõ faciũt amara eloquia dei. Quomodo eñ possunt suauitatem exasperare sermonũ: quibus nondum crediderunt? Ideoq; nobis alia seruantur tormenta qui videmur credere: & in ipsa credulitate peccamus: ab eorũ supplicio qui ne initiũ quidem credulitatis habuerũt. Et ne solũmodo putemus verbum nos exasperare dñi si peccemus: delictũ nostrum vsq; ad ipsius dei iniuriam peruenit. Scriptũ est enim: ꝙ qui peccat per pręuaricationẽ legis deũ inhonorat. Parũ erat si dixisset inhonorat angelum: nunc autẽ per pręuaricationẽ (inquit) legis deum inhonorat. Quotiẽscũq; pręuaricamur legem dei: totiẽs inhonoramus deum: & quanto maiora delinquimus: tanto maioribus contumeliis afficimus deũ. Quãto plura peccamus: tãto plus inhonoramus patrẽ: & Christũ eius: sicut scriptum est. Quãto magis putatis deteriora mereri supplicia: qui filium dei conculcauerit: & sanguinẽ testamenti pollutum duxerit: in quo sanctificatus est: & spiritum gratiæ contumeliam fecerit? Igitur quicunq; peccat: exasperat et cõtumeliam facit: & inhonorat tam dei eloquia quæ suscepit: q̃ eum qui docuit. Dic nũc ad domnm exasperantem. Nescitis quid sint ista: id est quę in parabola dicta sunt aquilarũ. Dic. Cum venerit rex babylonis ad Hierusalẽ: et acceperit regẽ eius: & principes eius. Quantum ad historiam pertinet prophetãtis expositum est: ꝙ Nabuchodonosor venerit in Hierosolymã: & captiuos duxerit Sedechiam regem Iudęę: & principes qui erant cum eo: partemq; populi Iudæorum: necnon etiã illud addemus quomodo plantauerit eos in terra babylonis. Sed non stemus in litera: nec hæreamus in historia: magis autẽ tu qui in scripturis dei profectum habes: & nosti: quia ista omnia figuraliter contingebant illis: scripta sunt autem pro nobis: in quos fines sęculorum decurrerũt. Instat ecce verus Nabuchodonosor quęrẽs aliquos capere de nobis. Et primũ quidem cupit (si fieri potest) de principibus ecclesiæ captiuos sibi ducere: verum q̃diu Ezechias: Iosias: aut certe quicunq; iustus rex regnat in populo: nõ potest iste Nabuchodonosor vinctos abducere: aut principes: aut populum de Iudæa. Si autem nos qui videmur ecclesię præesse peccauerimus: locum dantes diabolo aduersum Pauli præceptum dicentis: nolite locum dare diabolo: quodammodo per delicta nostra quæ fecimus in Hierusalem: occasionẽ tribuimus Nabuchodonosor: vt ingrediatur ciuitatem sanctam: & abducat quoscunq; voluerit. Qui vero nõ peccat: excludit Nabuchodonosor: vt non possit in terram dei ingredi. Ergo omnibus viribus excludamus Nabuchodonosor: vt ad beatum istius ecclesiæ conuentũ non appropinquet: excludamus autem eum assumentes clauem scientię. Excludamus eum conuersatione: & factis bonis: vt non rapiat regẽ Hierusalem: & principes eius: vt nõ abducat eos in babylonẽ captiuitatis suæ triumphum. Si vero aliquem ex nobis vincere potuerit sęuus inimicus: ducit eum in babylonẽ: nõ in locũ amplum alicuius terrę: sed in baby

lonem animæ: id est confusionem. Frequenter diximus babylonem confusionem interpretari. Quicunq; enim ab eo victus abducitur in confusionem mentis suæ: transfertur in babylonem. Respiciamus ad quotidianam vitam. Si quando viderimus animam a peccatis: a vitiis: a tristitia: ab ira: a desyderiis: ab auaritia cõfundi: sciamus istam esse: quã
A diabolus abducat in babylonẽ. Si vero principali cordis trãquillitas: serenitas: pax: fructum fecerit: sciamus quia Hierusalem versetur ĩ ea: visio quippe pacis intrinsecus est. Et ducit eos ad se in babylonem: & sumit de semine regni: & disponit ad ipsum testamẽtum. Omnes qui sermonem dei suscepimus regium semẽ sumus: etenim genus electum vocamur: & regale sacerdotiũ: gens sancta: populus acquisitionis. Si quis ergo ex nobis qui in ordine regalis seminis constituti sumus: per peccatum suum captiuus abducitur a diabolo: haud dubium est: quin de regio genere sit abductus in babylonem: & faciat testamẽtum cũ Nabuchodonosor: quia iam testamentum dei spreuerit. Impossibile quippe est hominem sine testamento esse. Si habes testamentũ dei in te: non potest testamentum tecũ facere Nabuchodonosor. Porro si repulisti testamentum dei per prçuaricationem mandatorum eius: suscepisti testamentum Nabuchodonosor. Scriptũ est eñ. Disponit ad eum testamentum suum: & inducit eum in maledictionem. Deus in benedictione nobiscum testamentũ facit. Nabuchodonosor vero testamentum suum in maledictione cõstituit. Nõ potest in benedictione esse qui pactum fecerit cum Nabuchodo
B nosor. Sed dicit mihi aliquis qui in scripturis diuinis est eruditus. Inuenio ĩ lege Moysi maledictiones constitutas in peccatorem. Si ergo præcepto dei maledictum cõstitutũ est in peccatores: cur nõ & econtrario apud diabolum quædã benedictio fit: vt alii apud eum in benedictione fiant: alii in maledictione? Huic ergo acute: & acerrime interrogãti sic conabor occurrere: & dicere: quia & q̃dam sit benedictio a Nabuchodonosor: quã Deus procul abiiciat a nobis: & maledictio de qua nunc dicere debemus: quæ digne super peccatores venit. Quç est igitur benedictio Nabuchodonosor? Quãdo aliquis ĩ mũdo isto locuples fuerit: & feliciter gesserit: et omnia ei prospero cursu fluxerint: in tantum: vt illud q̃d scriptũ est: ei possit aptari: bos eius non faciet abortionem: & si vniuersam sæculi habuit prosperitatẽ: benedictio Nabuchodonosor super eum est. Maledictio vero ĩ eo: quando aliquis recedit a deo: & nihilominus in parte diaboli constitutus miseriis: suppliciisq; torquetur. Vult igitur deus vt nunc scriptura cõmemorat testamẽtum Israeli maledictionem esse apud Nabuchodonosor. Et ideo quia voluit spernere testamẽtum Nabuchodonosor rex Hierusalem: et mittẽs angelos suos in çgyptũ testamentum cũ Pharaone facere conatus est: ait sermo diuinus: non dirigetur: non saluabitur.
Quapropter oportet nos ferre patienter cũ C
a deo tradimur vltioni. Tradidit quẽdã de cœtu ecclesiæ apostolus diabolo in interitũ carnis: & tradidit in carnis interitũ: non vt perderet traditũ: sed vt spiritũ traditi cõseruaret. Ex quo scriptura ait. Tradere istiusmodi sathanç in interitũ carnis: vt spiritus saluus fiat in die iudicii dñi Iesu. Tradit autẽ tormentis peccator: vt recipiat in prçsenti supplicia: & pro peccatis suis cruciatus: in futuro refrigeriũ consequatur: & dici possit de eo: recepit mala sua in vita sua. Si quis igitur pœnis excruciatus iuxta maledictũ: in quo deus posuit peccatores: maluerit fugere supplicia: & mittere ad ægyptũ pro auxiliis comparãdis: & Pharao: a quo liberauit deus populũ suũ: non dirigetur: nõ saluabitur. Si quis autẽ patiẽter maledictionẽ sustinuerit: & supplicia Nabuchodonosor: & tẽpus peccatorũ suorũ in cruciatu cõpleuerit quomodo ille qui secundũ epistolas Pauli excruciatus est: vt spiritus eius saluus fieret in die iudicii: iste finem optimũ consequetur.
Inducit ergo eũ in maledictionem: & duces D
terrç eius accipiet: vt fiant in regnum infirmi. Infirmũ efficitur regnum: q̃d de sancta terra in babylonẽ transfertur. Nullus quippe fortis est in babylone: id est in confusione mentis suç. Omnino nõ potest extolli homo qui confusus est: vt custodiat testamentum meum: vt statuat illud: & discedat ab eo: vt mittat nuntios suos in ægyptũ. Iste qua Nabuchodonosor propter peccata sua tormenta perpetitur: & mittit nuntios suos in ægyptũ non ferens traditionẽ qua hosti concessus est a deo: vt det ei equos: & populũ multũ: id poscit q̃d in alio loco prohibitum est. Non eñ multiplicabis tibi equos ait scriptura. Si dirigetur / si saluabitur qui facit aduersa / & prçuaricans testamentũ. Oportuerat eũ qui traditus fuerat testamẽtũ Nabuchodonosor: sustinere suppliciũ: verũ non susti

net: & idcirco dicitur de eo: non saluabitur.
F Viuo ego dicit dominus adonai: nisi in loco regis q constituit eũ: q spernit maledictionẽ meam: & transgressus est testamentũ meũ. Est quidã qui inhonorat maledictionẽ dei: et est alius qui honorat eã. Nec dubium est: quin in pręsenti de isto queratur deus: q maledictionẽ suam inhonorauerit. Cũ em̃ quis traditus fuerit suppliciis: vt castigetur: & nõ sustinuerit qđ pręceptum est: inhonorat maledictionẽ dei. Si vero sustinuerit cũ omni mansuetudine: & benedictione: & gratiarum actione ad deũ: iste honorat maledictionẽ eius: & cũ honorauerit maledictionẽ: necesse est: vt etiam benedictionem illius consequatur. Et transgressus est testamentum meum: cum ipso in medio babylonis morietur: & non in virtute magna: neq; in turba multa faciet Pharao bellũ. Non potest ei qui transgressus fuerit: & inhonorauerit maledictionẽ dei: Pharao tribuere auxilium: verũ in medio babylonis pro sua pręuaricatione morietur. Deĩde sequitur & narrat quid
G peccatores passuri sunt: & post hæc psperiora quęq; cõmemorat: dicẽs. Accipiam ergo de electis cedri: & de vertice cordis eorum auellam: & plantabo ipsum in mõte excelso. Post maledictiones quas supra memorauimus: repromissio beatitudinis: & dulcissimę pollicitationis in fine sermonis proferẽ: quia iam qui suppliciis indigebant: fuerant pro peccatis suis tormẽta perpessi. Intra me metipsum vero consyderans: & diligenter istius loci sensum ptractãs: arbitror de apostolis prophetari. Isti quippe sunt de electis cedri: de summitate: de vertice: quos dedit deus in virorem sæculi: radens corda eorũ: et plantãs eos in monte excelso Iesu Christo domino nostro. Et suspendã ipsum in monte alto Israel: & plãtabo: & producet propaginẽ: & faciet fructum. Fecerunt isti propagines: attulerunt fructus. Et erit in cedrum magnã. Cõsydera magnitudinẽ: & sublimitatem ecclesiæ Christi: vt intelligas iuxta promissionẽ dei factũ esse qđ dicitur: & erit in cedrũ magnã: & requiescet super eo omnis auis: & omne volatile sub vmbra eius requiescet. Assume tibi pẽnas sermonis dei: & poteris repausare sub hac arbore: quę plantata est ĩ mõte excelso. Et requiescet: & pro-
H pagines ei[9] restituentur. Vide quomodo in bona parte prophetia finiatur. Sequitur. n. Et cognoscẽt omnia ligna campi: q ego dominus qui humilio lignum altum. Lignum altum populus Iudęorum est: qui nunc humiliatus sceleris sui pœnas luit: quia in deũ nostrũ Iesum Christũ manus ausus est mittere. Et extollo lignũ humile. Tu eras lignũ humile: lignũ deiectũ: lignũ terrę hærẽs: verũ sublimauit te deus. Et arefacio lignũ viride. Lignũ viride circũcisiõis est populus: qui quõdã pullulãs & florẽs fuit: verũ nimia nũc siccitate cõtabuit. Vbi quippe nũc viuidus sermo apud eos? vbi virtutũ chorus? Et reuirescere facio lignum aridum. Tu fuisti lignum aridũ: & fecit te reuirescere Christi aduentus. Ego dominus loquutus sum: & faciam. Quib[9] dictis: vt & nos reuirescamus: vt fructus valeamus afferre: vt germinans lignum: & non ficcum efficiamur: vt nunq̃ ad radices nostras ponatur securis: quæ in euãgelio prædicatur: attentius Iesum Christum dominum nostrum cum patre suo precemur: cui est gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

¶Explicita est Homilia Duodecima.

Incipit Homilia Decimatertia de eo qđ dicitur. Fili hominis leua planctũ super regem Tyri: & pone faciem tuã contra Sidonẽ. Cap. XXVII.



I Ræcipiẽ nobis ab episcopis discutere sermonem principis tyri: vt laudes eius culpasq; dicamus: necnõ iussum est: vt de Pharaone rege ęgypti aliqua retractemus. Plangitur itaq; princeps tyri. Nec putandũ est hũc hominem esse. In medio quippe cherubin nullus hominũ est creatus: & in paradiso dei / si simpliciter literã sequimur / hominũ nullus est enutritus. Et cũ in paradiso deliciarum sicuti diximus nemo fuerit: nũc dicitur princeps tyri in paradiso deliciarũ natus: atq; nutritus. Quis est iste princeps tyri? Veniamus ad Danielẽ et occasionẽ intelligentiæ reperientes: dicamus nõ esse principes corporeos: de quibus nũc queritur. Post Danielẽ ab apostolo petamus exemplũ. Deinde rursum prophetarũ testimonia vocemus. His omnib[9] etiam ille copulãdus est locus: qui a Moyse ĩ deuteronomio nõ tacẽ. Age nũc replicemus exempla: incipientes a Daniele. Princeps ait videtur Michael. Ibiq; rursum prĩceps Israel: & in K

consequenti: Michael adiuuabat principē regni gentium. Ad hæc addat apostolus. Gloria autem: & honor: & pax omni operanti bonum: iudæo primum: & græco. Et adiuuare principem israelitarū: principem regni græcorum: fortassis iam factum est. In aduentu quippe domini mei Iesu Christi: princeps israel adiuuit principem regni græcorum: vt gentes consequerentur salutem: & illi credēdo saluarentur. Atq; ita in hunc modū dicitur quidam princeps regni Persarū sicut dictus est Michael princeps Israelitarū: & ali⁹ græcorum. Nō sunt ergo hi homines: nec secundum locorum vocabula in quibus imperant nominātur. Vnde & apostolus quasi nō de hominibus disputans ait. Sapientiā enim loquimur inter perfectos: sapientiam autem non huius sæculi: neq; principum sæculi istius qui destruuntur: sed loquimur dei sapientiam in mysterio absconsam: quam prędestinauit deus ante sæcula in gloriam nostram quam nullus principum sæculi istius cognouit. Si enim cognouissent: nunq̄ dominū gloriæ crucifixissent. Et q̄ istius sæculi principes crucifixerunt saluatorem: & dominum prophetia testis est dicens. Astiterunt reges terræ: & principes conuenerunt in vnū aduersus dominum: & aduersus Christū eius. Vnde & alibi in psalmis scribitur. Ego dixi dii estis: & filii excelsi omnes: vos autem vt homines moriemini: & tanq̄ vnus de principibus cadetis. Et est ibi sermo de nullo penitus principe corporali. Si igitur est quidam princeps regni Persarum: si est princeps israelitarū Michael: consequenter & Tyri princeps est. Et de his nunc principibus propheticus sermo loquitur.

A Quoniam autem & de Moyse testimonium polliciti sumus: ausculta quod sequitur. Quando diuidebat altissimus gentes: cum disseminauit filios Adam statuit fines gentium secundum numerum angelorum dei: siue (vt melius habet) secundum numerum filiorum israel: & facta est pars domini populus eius Iacob. Alia principi facta est pars Tyrus: alia Babylon: aliæ nationes: atq; ita in hunc modum principes posse derunt omnes fines gentium. Si quis autem putat legens in scripturis quasi de hominibus dictū: intelligat altius spiritalis: & a nullo iudicatus. Dinoscuntur enim quædam de Nabuchodonosor rege assyriorum: quę non

B conueniunt personæ eius. Dixit enim in fortitudine faciam: & sapientia intellectus auferam gentium: & commouebo ciuitates inhabitatas: & orbem terrarū omnem cōpręhendam: & ascēdam super sydera cæli: & nubes: et reliqua: & ero similis altissimo. Hęc Nabuchodonosor. Sic & princeps Tyri: & Pharao. Neq; enim in tantum agitatus est furiis: verus: & corpore⁹ Pharao vt diceret: mea sunt flumina: & ego feci ea. Hoc autem ante lectū est in prophetia quæ est aduersum Pharaonem. Neq; vnq̄ principem illum id est corporeum Pharaonē draconē nuncupasset dicēs. Ecce ego super Pharaonē draconē qui sedet in medio fluminū ęgypti: qui dicit mea sunt flumina: & ego feci ea. Verū hoc in loco proprio reseruet: qđ nunc idcirco assumpsimus: vt per notionem scripturarum manifestius fieret id quod videbatur occultum. Aduersum hos principes est nobis pugna. Et beati apostoli qui missi fuerant ad prædicandum quando ab his qui fines gentiū possederant: homines abducebant: patiebantur insidias.

C Verbi gratia dictum sit. Ingressi sunt apostoli Tyrū: persecut⁹ est eos prīceps Tyri: ascēderunt Antiochiam: impugnauit eos princeps regni Syriæ: iste erat qui bellabat aduersus eos: non omnes: qui putabantur: vt Iudas proditor. Quomodo enim ille non principaliter putandus est prodidisse saluatorem: sic etiam apostolis omnibus qui persecutionem passi sunt: alius fuit princeps persecutionis. Scriptum est quippe de Iuda. Et post buccellam introiuit in illum sathanas. Nō est enim nobis pugna aduersus carnem: & sanguinē: licet videantur ex carne & sanguine qui nos persequūtur. Non eos oderim⁹: quin potius diligamus: licet inimici nobis velint permanere: misereamur eorum: dæmoniū habent: patiuntur insaniam. Non tam hi sunt aduersum nos: qui nos persequuntur: q̄ illi qui corda eorum repleuerūt. Verū dominū deprecemur auxiliū: vt infirmos habeant conatus tanti aduersarii contra humanā aīam dimicātes: & dicamus: nisi quia dñs erat in nobis: in eo cum exurgerent homines in nos forsitan viuos deglutissent nos.

D Igitur est quidā princeps Tyri: & prophetia: nō de Hyrā nos docet: hoc quippe nomē in tertio regnorum libro scriptum est: nō de alio principe Tyri: neq; de quoq̄ homine: nō nos humana docēt eloquia: sed diuina: & quędam inæffabilia: & sacrata sub personis hominū. Pharao homo est. Aliud quiddam erudior intelligere Pharaonem. Et Nabal carmeli homo est: & Hyram homo: sed aliud sub eorū doceor effigie. Quis est tantus: & talis qui a corporalibus

conscédat: qui a visibilibus inuisibilia conté-pletur: & possit vnumquodq; horum secundum dei intelligere voluntatem? Quis est ergo princeps iste discamus: vt cognoscentes lamentationem: etiam qđ nunc super ea dicitur euitemus. Plãgitur princeps tyri. Q̃z bonus deus: qui etiam eos qui se negauerũt deflet? & hoc venit etiam ex amoris affectu. Nemo quippe plangit quem odit: & qui plangitur: plangitur quidẽ vt mortuus: verũ quasi adhuc quærat: quasi viuis desiderio sit: diligitur. Et Hierusalem quãdo plangitur: scriptum est. Et factum est postq̃ capt⁹ est israel: et desolata est Hierusalem: sedit Hieremias flens: & lamentans lamentationem istam super Hierusalem: & ait. Quomodo sedet sola ciuitas quæ abundat populis: facta est vt vidua quę multiplicata erat in nationib⁹: princeps in regionibus facta est in tributũ. Plangitur & Nabuchodonosor. Vbi sũt hęreses: vbi sunt qui aiunt istos in perditionem creatos esse? Criminantur creatorem: vt se criminibus absoluant. Accipe lamentationẽ istam super regem Babylonis: & dices. Quomodo cessauit qui repetebat: quomodo quieuit qui exigebat? In regem Babylonis ista dicuntur. Quomodo cecidit lucifer de cœlo: qui mane oriebatur: contritus est in terram. Et ille de cęlo cecidit: & iste signaculum similitudinis corona decoris in paradiso deliciarum nutritus. Ecce omnes de cælo cecidisse: non descendisse referuntur: Dominus vero meus de cælo descendit: & qui descendit ipse est filius hominis. At non sicut sathanas. Non enim descendit de cælo: neq; ei mali quicq̃ acciderat si descendisset. Audi Iesum dicentem: videbam sathanam quasi fulgur de cælo cadentem: non descendentem. Verum nõ solus saluator e cælo descendit: quotidie multitudo descendit: & ascendit super filium hominis. Videbis enim cælum apertũ: & angelos dei ascendentes: & descendẽtes super filium hominis. Et tu expecta ascensionem tuam. Tantum a ruina cõsurge: & audi exurge Hierusalem a ruina tua: spera quia sis ascẽsurus in cælum: & caue ne tibi quoq; dicatur. Nunquid qui cadit non resurget: aut auersus nõ conuertetur? Væh qui cõuertuntur conuersatione pessima: dicit dominus. Et iste itaq; de his vnus est qui ruerunt: & plangitur ab homine princeps: cum princeps hominẽ flere debuerit. Homo est Ezechiel: & filius hominis: qui vero plangitur: Nabuchodonosor est rex Babylonis. Accipe & tu lamentationem tuam super regem Babylonis: & dices: quomodo quieuit qui repetebat: & reliqua. Considera in quantam spem vocatus sis o homo qui carne circũdatus dicis quasi lac me emulsisti: coagulasti autem me ad similitudinem casei: cute: & carnibus me vestisti: ossibus & neruis me contexisti. Tu ergo qui de conditione tua dicebas: ecce plangis: & ille qui carne non est circundatus a te plangitur: vocatus es enim in eam spem de qua ille cecidit. Peccato israel: salus gentibus subintrauit. Audebo aliquid sacratius dicere: in locum angelorum qui ruerunt: tu ascensurus es: & mysterium quod aliquando illis creditum est: tibi credendum erit: de quo dicitur: quomodo cecidit lucifer qui mane oriebatur? Tu vero lux factus es mundi: tu pro illo factus es lucifer: vnus de stellis erat lucifer qui de cælo ruit: & tu si tamen de semine es Abraham: inter stellas cæli computaberis. Eduxit enim Abraham foras: & dixit ei deus: respice: sic erit semen tuum. Hoc autem tunc erit: quando stellæ cadent vt folia de cęlo: & erit alia gloria solis: & alia gloria lunę: alia gloria stellarum. Stella enim ab stella differt in claritate: sic & resurrectio mortuorum. Verum noli gloriari aduersum istiusmodi ramos: qui in infidelitate ceciderunt: & fracti sunt: tu quia in fide stas/fide & ascendes. Et per hoc q; plangis principem tyri: et ea cum lamentatione deploras quã superius interposuimus: edocere ne forte in his bonis repertus quæ princeps tyri habuit: etiam tu incipias ruere si paululum fueris gloriatus: et non custodieris omni custodia cor tuum. Vide quippe quid dicat ad principem tyri. Tu signaculũ similitudinis. Volo nosse quid fuerit: vt signaculum similitudinis nuncupatus sit. Cum profeceris: accepisti signaculum: quoniam deus vere huius pater quem signauit: & misit: & ideo semper credentes signantur a domino. Iam autem & commune prouerbium venit: vt dicamus ille: & ille non accepit signaculum: ille: & ille signaculum habet. Quis habet signaculum? Ille quẽ signauit de⁹. Audebo aliquid dicere: quia signaculo isto ille signatus est: qui baptizat in spiritusancto: & igne: ille qui largitur imaginem cælestis: qui format te ad superiora: vt vltra non portes imaginem terrestris. Caue homo ne sæculum istud egrediens signaculo diaboli sis impressus. Habet quippe ille signaculum. *Sicuti portauimus imaginem terrestris*: vnde: vel quando: vel qui signi-

ficauit hoc signo portauerimus imaginē terrestris. Circuit diabolus & lustrat omnia: volens & ipse signare subiectos sibi. Signat autē singulorum corda considerās: & imprimit in eis figurā terreni per peccata: per vitia: vt portent imaginē terrestris. Audi Iesum quid re-
A spondeat: quādo imaginem & inscriptionem cęsaris postulatur. Qui habet aures audiendi audiat. Nam quia non habebat eam imaginē quā petebatur: neq; ipse: neq; discipulus suus docet vbi valeat reperiri imago quæ quærit. Vade (īquit) ad mare: & mitte hamum: & eū piscem qui primus ascenderit tolle: & aperies os ei⁹: & cum inueneris staterem: tolle illum: et dabis ꝑ me: & te. Neq; ego habeo hanc imaginem: & superscriptionē: neq; tu: si tamen vere discipulus meus es: si portę inferorum non præualent aduersum te. Ergo Iesus aliter dat pro se imaginem de mari illam accipiens: quę in pisce fuerat inclusa: simili his piscib⁹ de quibus hodie lectum est: qui adhęrent in squamis draconis: qui sedet super flumina ægypti. Vere quippe istiusmodi pisces ibi adhęrēt. Quāti & hodie pisces sunt quorū rex est iste qui in aquis multis regnat? Scriptum est quippe de inuisibili dracone: quia ipse rex sit omniū qui sunt in aquis: verum tu non es in aquis: sed in ea terra quę tibi repromittit. Et hęc dicta sūt vt diligentius ventilarem⁹: quod sit signaculum similitudinis. Q beatus fuit in illo tempore quo signaculum similitudinis erat. Tibi adhuc deest vt similitudo signaculi fias: & ꝓcul es ab eiusmodi munere. Dixit quidē deus: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: attamen necdum consecutus es similitudinem. Fecit quippe deus hominem ad imaginem dei: fecit: vbi dei est similitudo? Cum apparuerit: similes ei erimus: quoniā videbimus eum sicuti est. Ego sic accipio & hoc quod dicitur a propheta: deus quis similis sibi: quasi illud: quis putas fidelis & sapiens dispensator: sicut & hoc: cum enim apparuerit si-
B miles ei erimus. Quis est qui assimilet ei? Pauci admodū sunt: qui receperunt similitudinē: vt apostoli. Faciam⁹ hominem ad imaginem: et similitudinem nostram. Iste ergo qui nunc plangitur: signaculum erat: & plenus sapientia: quē & tu plāges: si factus fueris Ezechiel. Nescio autem si & tu sapientia plenus fueris: interim iste qui plangitur plenus erat sapientia: & erat decorꝭ corona. Cōsidera qualis fuerit: qui fuit corona decoris. Nō simpliciter decor: nec gloria erat in eo: sed corona gloriæ. Hunc autē decorem noli extra te quęrere: sed circa animæ religionem: vbi cogitatoriū: vbi intellectuale consistit: vbi vera est pulchritudo. Q si volueris ibi quærere decorem vbi caro est: & sanguis: humor: & venę: vbi materia corporalis: nō poteris inuenire. Siquidem verus decor ī saluatore est: & ita ab illo iuxta largitionem: & misericordiam eius in cūctorum diuisus est animas. Accingere gladium tuum circa femur tuum potentissime: specie tua: et decore tuo: & pulchritudine tua. Est igit aliquis decor in pricipali cordis nostri: & in ani- C
ma. Quia autē istiusmodi decor etiam ad animam pertingat humanam: prophetes te doceat dicens. Audi filia: & vide: & inclina aurē tuā: & obliuiscere populi: & domus patris tui: quia concupiuit rex decorē tuum. id est sponsus. Quis ita habet pulchram animā: quis tantum possidet decorem: quis ita est extraneus ab omni fœditate: vt possit ei dici: cōcupiuit rex decorem tuum? Et tu quidem adhuc istū quæris decorem: & niteris ad placendum: iste vero a decore quem habuit in turpitudinem concidit. Et quomodo in corporibus sæpe vidづem⁹ accidere: vt mulier speciosa: & pulchra facie ab ægrotatione decorem suum perdat: et per senectutem splēdorem vultus amittat: eodem modo & anima quæ pulchra erat: per infirmitatem amittit decorem: & per senectutem deformis efficitur. Cum enim susceperit veterem hominem cum actibus suis: senectute eius pristinum perdit decorem. Venit Ie- D
sus: vt transferat nos a vetere homine: & senectutis insignibus: ruga quippe senectutis indicium est: vt ait apostolus: vt exhibeat sibi gloriosam ecclesiam: non habētem maculam: aut rugam: aut aliquid istiusmodi: verum vt sit sancta & immaculata. Licet igitur a senectute: & ruga ad iuuentutem transcendere. Et hoc est in hac parte mirabile: q corpus ab adolescentia pergit ad senium: anima vero si venerit ad perfectum: a senecta in adolescentiā transmittitur. Idcirco etiam si exterior homo noster corrumpitur: sed interior renouatur de die in diem. Oportuit te nosse decorem: quem rex concupiscit: oportuit te scire eum qui aliquando fuit decoris corona: et tu cum fueris consecutus hanc gloriam: caue ne corruas. Siquidem & iste qui corruit signaculum erat similitudinis: plenus sapientia: & decoris corona: in deliciis paradisi Dei tui. Inquinatus es: non ait simpliciter in paradiso: sed in paradiso deliciarum. Quæro vtrū E
sint quędam paradisi differentiæ: & cum quis in paradiso Dei fuerit: tamen non sit in pa-

radiso deliciarum: sicut latro ille prima hora cum Iesu ingressus est paradisum. Si a te rogẽ putasne in paradisum introgressus est: an nõ: non dubium quin eum respondeas introgressum. Deinde si rursum a te quærã: quid ergo introgressus paradisum: statim ne deliciarũ loco except⁹ est: dicas forsitan quia prima hora ingressus sit paradisum: ĩ paradiso deliciarũ dei factus nõ est. Sin autẽ iã videris eũ accipientem de ligno vitæ: & de cunctis arborib⁹ quas nõ interdixit deus: ita vt de omni ligno paradisi vescentẽ: si aspexeris eum: & illius ligni: & omniũ quæ tunc prohibita non sint cibum edere: & a te rogem putasne iste non solum in paradiso factus est: verumetiam in paradiso delitiarũ dei: quid mihi aliud respõsurus es nisi eum in paradisi deliciis constitutũ? Ad hãc beatitudinem tu festinas: qui videris plangere. Iste vero qui plangitur: fuit quondã
F in deliciis dei. Omnem lapidem bonum indutus est: sardinum: & carbũculum: saphirum: & Berillũ: & Iacynthum: & Iaspin: & reliquos duodecim lapides. Difficilis est: & vltra vires nostras naturãq: huius loci se expositio sustollit. Quis enim potest naturã vniuscuiusq lapidis exponere: & describere: siue colorem: siue vim ei⁹: vt sic valeat reperire quare lapides isti assumpti sint? Attamen licet non simus tales: qui cuncta intelligere possimus: pauca videamus: quomodo duodecim istis lapidib⁹ indutus fuerit: sicut diuinę literę curę sunt. Ad quam rem sępe exhortamur adolescentes: sed vt video nihil proficimus tantummodo tempora consumentes. Non enim potuimus aliquos eorum ad id perducere: vt sacris voluminibus insisterẽt: & duodecim istos lapides: et cætera requirant in scripturis: inueniẽt & in apocalypsi eodem modo: atq ordine nũcupatos. Qui ibi primus: & hic primus est posit⁹: qui secundus secũdus: qui tertius tertius: qui quartus quartus: atq ita vsq ad duodecimũ lapidem: ordo seruatus est. Cur ergo & super quo lapides isti in apocalypsi nuncupati sunt?
G Vtiq super portas Hierusalem cœlestis. Ibiq dicitur: quia prima porta topazium sit: secunda Smaragdus: tertia Carbũculus: quarta Saphirus: atq ita in hunc modũ in singulas portas singuli lapides distribuuntur. Si intellexeris portas Hierusalem: & portas filię sion: vbi & oportet te canere deo: cantabo quippe ait oẽs laudes tuas in portis filiæ sion: si aĩaduerteris quomodo indutus sit aliquis duodecim lapidibus: & ingressus Hierusalẽ: & per alias portas ingressus: conspicies virgines duodecim. In libro pastoris: in quo angelus pœnitentiam docet: duodecim virgines habent nomina sua: fides: continentia: & cætera, potestis quippe legere si vultis. Deinde quando turris H
ędificatur: cũ assumpseris fortitudines virginum: pariter accipies & id quod de portis dicitur. Ornamẽtũ quippe tibi est vnaquęq virtus: atq ita in hunc modũ superędificant fundamento Christi: non solum aurum: & argentum: verum & lapides pretiosos. Prohibitum est autem ędificare ligna: fœnum: & stipulam. intus est igitur iste lapis duodecimus. Et nobis adhuc imperatum est vt dicamus de tyro & sydone: & pharao. Angustia temporis: neq superiora quæ cœpim⁹ implere pmisit: & hæc quę volumus enarrare quasi commenti more perstringẽda sunt breuiter. Cõminatio est in I
sydonem: quæ interpretatur venatores. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venãtium. Si hebraice legis. Habes de laqueo sydoniorũ. Igitur sydonii venatores sunt: & cõminatio quę fit in eos propter te fit: quoniam volunt te capere: & diligenter obseruant quo modo auditores scripturarũ de ecclesia auellant: quomodo de finibus iudæę ad fines sydonis transferant: verum tu omni custodia serua cor tuum: & disce quia comminatio in venatores tui causa fit. De Pharaone vero iã aliqua sermo memorauit: affirmans eum draconem sedentem in medio fluminum: atq dicentẽ: mea sunt flumina: & ego feci illa. Noui ego differẽtias fluminũ: & scio flumina in quibus draco sedeat: sup quæ flumina hi qui de israel capti fuerant sedentes cum carmẽ sion canere non possent: flebant: secũdum id qđ in psalmis scriptum est. Super flumina babylonis illic sedimus: & fleuimus. Et scio aliud flumen: cuius impetus lętificat ciuitatẽ dei: iuxta psalmistæ vocẽ: dicentis. Fluminis impetus lętificat ciuitatẽ dei. Vis audire qs est iste fluuius: K
cuius impetus lætificat ciuitatem dei? Iesus Christus dominus noster est fluuius: cui⁹ impetus lætificat ciuitatẽ dei. Iste est qui ait per Esaiam. Ecce ego declino in vos quasi fluuius pacis. Scio ego quosdam esse fluuios repromissos: qui ex hoc fluuio manãt. Omnis enim qui biberit ex aqua ista: sitiet rursum: qui autem biberit ex aqua quam ego dedero (ait Iesus) non sitiet in æternũ: sed erit fluuius in eo fons aquæ salientis in vitam æternam: & flumina de ventre eius egredientur. Habes igitur fluuios sanctos: a quibus procul est draco. Quomodo enim tria sunt impossibilia mihi ad intelligẽdum: via serpentis supra petram: petra

autem erat Christus: & non est via serpentis: vbi est Iesus: sic non possum in his fluminibus draconis inuenire vestigia. Est autem quidam fluuius quem draco fecit: dicit quippe draco: & cōminatur deus tam draconi q̄ fluuiis in quibus est draco: Mea sunt flumina: & ego feci illa. Audi hæreticum cum omni versutia: et ingenio prędicātem: necdum venisse Iesum Christum. Ista sunt flumina in quibus versatur draco: & ipse fecit ea: & dicit draco: Mea sunt flumina: & ego feci illa. Idcirco diligēter attende cum aquā biberis: ne forte de illo fluuio bibas: in quo sedit draco: sed bibe ex aqua viua: & de eo fluuio in quo est sermo dei: i quo dominus noster Iesus Christus: cui est gloria & imperiū in sæcula sęculorum. Amen.

Explicita est Homilia. XIII. Sup Ezechielē.

Incipit. XIIII. Homilia. de eo qđ dicitur: Porta hæc clausa erit: non aperietur: & nemo per eā transibit: quia domin⁹ deus transibit per eam. Cap. XLIIII.

A ET ait domin⁹ ad eum. Porta hęc clausa erit: nō aperietur & nemo per eā trāsibit: quia domin⁹ deus israel transibit per eā: & egredietur. Et erit clausa. Portas plures templi describit spiritaliter Ezechiel filius hominis: et qđ de singulis descripserit portis: nunc rursus exponet: his qui habent aures ad audiēdū: de porta sanctorum exteriore: quę respicit cōtra orientem: & clausa sit semper. Et ait dominus ad eum: Porta hæc clausa erit: non aperietur: & nemo per eam transibit: quia dominus deus israel ingredietur per eā: & ęgredietur: et erit clausa. Et aliam causam addit: cur clausa sit porta: nō solum quia dn̄s deus transibit per eam: sed quia & dux sedebit in ea: vt comedat panem coram dn̄o secūdum viam eloam: qđ interpretatur vestibulū portę. Et ingredietur secūdum viam eius: & egredietur. Dominus deus vniuersitatis auditor per aliquā portā quę ex sensibili materia est: atq̧ clausa semper: ingreditur: & egreditur: & ei⁹ causa qui cęlum: terramq̧ fundauit: ingrediens: & egrediens nusq̄ porta reserabitur. verū alia ratio est portę exterioris: & secundum viam sancto
B rum. Quæ est ergo illa ratio vt clausa permaneat? Supradictus dux ibi sedet: vt nemo eum videat edentem panem in conspectu domini. Qui hæc obseruate legit: nonne quodāmodo scripturam audit loquentē: surge qui dormis nonne stimulatur vt exurgat a mortuis: & ea quæ clausa sunt quærat? Ego audenter dicam secretiora queq̧ clausa esse: & manifestiora reserata: & nō eē clausa. Aperiētes ea quę clausa sunt: hęc nos dicimus: sed euāgelia testantur: vęh vobis scribę & pharisęi: hypocritę: & vobis legis doctorib⁹: vęh quia tulistis clauē sciētiæ: & ipsi non intrastis: & ingredientes phibuistis. Est igitur quædā clauis scientiæ ad ea C
quę sunt clausa reserāda: & sunt plurimi: neq̧ ipsi ingredientes: neq̧ eos permittētes qui ingredi volunt. Et in alio loco sensus scripturarum liber dicitur esse signatus. Et erūt sermones libri isti⁹ quasi sermones libri signati: quē si dederint homini literas nescienti dicentes ei: lege: & dicet nescio literas: & dabunt eum homini scienti literas: dicētes ei: lege: & dicet non possum legere: signatus est enim. Manifestius autem volūtatem huius exempli apocalypsis Ioannis continet memorans. Circūiuit angelus dicens: quis dign⁹ aperire signacula: & soluere ea: & legere quę scripta sunt? Et nemo inuētus est in cœlo: neq̧ in terra: neq̧ sub terra: q̄ possit aperire signacula: & legere quæ scripta erant in libro. sed flebat. Et venit quidē ad me: & dixit mihi. Noli flere. Ecce vicit leo de tribu iuda: radix: & genus Dauid: aperire librum: & soluere signacula eius. Et aperuit qui erat de tribu Iuda: & manifestauit q̄ erant scripta. Q̄diu nō venit deus me⁹ clausa erat lex: clausus sermo prophetic⁹: velata lectio veteris testamenti: & vsq̧ ad hanc diem quando legitur Moyses velamentum in corde iudęorum est positum. Sunt autem quidā qui amāt velamentum: & oderunt eos qui de velamine interpretātur: sed nos cōuertamur ad dominum: vt ablato velamine dicam⁹. Nos autem omnes reuelata facie gloriam dei speculantes: in eādem imaginem transformamur a gloria in gloriam. Verum est quędam porta: & vna: et clausa: p quā nemo transiit. Sūt quippe quæ D
dam vniuersę creaturæ incognita: & vni tātū modo nota. Neq̧ em̄ quicquid nouit fili⁹ hoc mundo aperuit. Non capit creatura: quod capit deus: & vt ad maiora veniam: non capiunt signa ęqualiter cognitionem. Plus erat in Paulo: q̄ in Timotheo: cum esset vas electionis. Et vere magnum in domo vas Timotheus: rursum capit quæ ego capere non possum. Et est forsitan aliquis: qui etiā me min⁹ capiat: sunt quędā: quæ solus Christ⁹ capit: & idcirco clausa est ianua tēpli dei. Quę ē em̄ ista obsecro? ex E
terior: q̄ extramūdanas res: & incorporeas: &

vt ita dicam materiales aperit. Neq; enim frustra positũ est: exteriorem ianuam semper esse clausam. Quæ est ista ianua exterior? sanctorũ. Quare clausa? Quia dominus deus israel solus ingreditur: & regreditur per eã. Quare egreditur? vt cognoscat, a quo/a duce. Quis ad clausam portã Dux iste? saluator est: qui panem comedit: qui portã cũ patre claudit: qui spiritali pascitur cibo: meus cibus est dicẽs: vt faciam volũtatẽ eius qui misit me: vt perficiã
F opus eius. Clausa est itaq; ianua: vt nemo videat magnum sacerdotem panẽ in sanctis sanctorũ comedentẽ. Ad hæc autẽ probãda quæ dicimus qui leuiticũ legit ablato ex corde suo velamine poterit agnoscere mysteriũ sacerdotum. Ibi quippe de sacrificiis & cibis quos soli sacerdotes comedũt: refertur. Sunt quidã cibi sacerdotales: quos nõ comedit sacerdos in domo sua: nõ cum filiis: licet sacerdotales sint non cum vxore: licet legitime ei nupserit: sed in loco sancto comedit eos: & comedit ibi escã in sancta sanctorum. Quomodo sacerdos non comedit escam in domo sua: aut in alio quoq; loco: sed in sanctis sanctorũ: sic saluator meus solus comedit panem nullo valente comedere cum eo. Est autem quidam locus: in quo comedens: & me secum attrahit ad vescendũ. Ecce enim (inquit) ad ostiũ sto: & pulso: si quis mihi aperuerit: ingrediar ad eum: & cœnabo cũ eo: & ipse mecum. Ex quo apparet: & aliũ posse cœnare cum eo. Porro quędã esca est: qua solus tantũmodo vescitur. Excellens quippe ab G
vniuersa cõditione natura eius: & ab omnibus segregata: facit eũ quotidianũ panem de patris natura comedere. Vnusquisq; nostrũ petit panẽ quotidianũ: & petens quotidianũ panem: non eundẽ: nec eiusdẽ mẽsurę eũ accipit: verum semper in orationibus puris: & mũda cõsciẽtia: in factis iustitię: quotidianũ comedimus panem. Si quis vero minus purus est: alio modo quotidianũ comedit panem. Dominus autẽ qui omniũ iudex est: det nobis panẽ viuẽtem: vt cibati eo: & corroborati possimus in cælũ iter facere: glorificantes deũ omnipotentem: per Christũ Iesum: cui est gloria: & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Iu Ezechielem prophetã Homilię. XIIII. FINIS.

Explicita igitur est Secunda pars Operum Origenis Adamantii.